



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ
ab ipso Mundo condito per figuras Legis
naturæ depictæ & enarratæ initium
& prima pars; alius modi uocata Eucharistia
initiata

EXCIDIT COLVMNAS SEPTEM.



Vt vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.
Si quis est paruulus, ueniat ad me. Et insipientib. locuta est.
VENITE COMEDITE PANEM MEVM, ET BIBITE VINVM QVOD MISCVI VOBIS







Auctore F. Antonio Serpens Lusitano,
ex pro. Pietatissrictioris Obser. alumno
Franciscano ac verbi Dei Præcone,
& Nisenis Marchionis Architalasa
maris Indici, apud R. Christianissimu
Legati Lusitani in Legatione Confessario.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ


AB IPSO MVNDO CONDITO, PER FIGVRAS LEGIS NATVRÆ DEPICTÆ, ET ENARRATÆ;

TVM CATHOLICIS, TVM HÆRETICIS, tum obcæcatis Iudaizantibus, & perquammaximè Sacerdotio obſtrictis, ac conſpicuis, nec non Verbi Dei præconibus futuræ magno vſui, & nil minori vtilitati;

A. FR. ANTONIO SERPENSI, LVSITANO, SERAPHICÆ familiæ, ſtrictioris obſeruantiæ, & Prouinciæ Pietatis Concionatore, alumnoque, & Niſenſis Marchionis Architalaſſi maris Indici, Legati ad Regem Gallum, in Legatione Confeſſario;

TOMVS PRIMVS.

CVM DVPLICI, DEI ET HOMINVM ELOQVIORVM LATO INDICE, ad calcem ſubligato, & tertio ad Conciones breuiſſimè indicato.



PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ Regentis Archytipographum, ET GABRIELEM CRAMOISY. viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis.

M. DC. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO ET APPROBATIONIBVS.





EXCELLENTISSIMO D. D.

VASCO LVDOVICO A GAMMA,

NISENSI MARCHIONI, COMITI VIDIGVEIRENSI; Archithalaſſo Maris Indici, Sereniſſimi Regis Luſitaniæ Ioannis IV. cælitus dati à Conſiliis Belli, & Pacis, in conclaui ſupremo; Domino Ficagli & Villæfratrum; ac Commendatario D. Iacobi in Ciuitate Pace-Iulia, & Extraordinario apud Chriſtianiſſimum Monarcham nunc Legato. F. S.



Vaſcus ab occiduo Sol ſe nouus intulit orbi, Vt que ſuum pelago Solem videre ſepultum,
Eoas que ſuo condidit igne faces Attonito piſces obſtupuere fretu.

COGITANTI mihi tibi, non alteri hocce opus Marchio & Domine Excellentiſſime, *ſubmiſſione quanta fas, & gratæ mentis ergo nouere, & conſecrare, in animum mox ſubijt aſſumpti perarduitas, initiique ſpecies. Aſſumpti, quia alicui de more nuncupationem dicare literario, peracre ingenuitati & honeſtati bellum eſt; in quo laus & adulatio ad inuicem concertant; aſſentationes cum præconiis congrediuntur magno impetu, & veritates cum mendaciis immaniter ſe impetunt, colliduntur, confringuntur; ac, proh dolor! frequentiſsimè mendacia*

palmam & lauros præripiunt ex duello. Initij, quia initiis cacumina innituntur, fulcitur rerum machina, ad fines porta panditur, nec non operum coronidis corona iam iam visitur, & primordialiter imponitur.

Quoniam autem beneficorum beneficiariis semper læta insignia visa sunt, eis maximè qui insignibus se sentiunt beneficiis ligatos & ornatos, mihi sanè, qui calcaribus officij affectusque vrgebar in te plurimùm, insignis tui effigiem præmittere huic Epistolæ iucundè in mentem semel illapsum casu fuit, si indeclinabilis obseruantia per casus declinatur, & casuale dandum aliquid obsequio est consultissimo. Nec mora, cum memoriæ huiusmodi obuersata, intellectus gratabundus subsistit vltro voci, subscribit citò placito. Quo in meis iam præcordiis radicitus in fixo, en latam quòd materiam, amplissimumque campum, nec ipsum non vberrimum, ad latè, & circumquaque de te verba & orationem encomiasticam texendam, oblata aspiciebam. Seu quia ferax tu encomiorum granis illis, queis fama saturatur, & gloria mundi alitur, ac cæli, quod est amplius æternùm possidetur; seu quia magnus ardor in istis decantandis non maculandi veritatem, suggessit hæcce mihi, in segete felici, in diuite abundantia. Solent enim qui deficere officio suo timent, euadere defectus, & istos propulsare.

Vtut talis res acciderit, vtrouis sanè vel vtroque ex modis recensitis (nec enim veritati, & insimul præconiis valerem non deficere, ni essent hæcce vera & solida ex se ipsis) certè tuum Gentilitium Stemma mensam fusam ad numerandas dotes tuas, & ad gemmas tui spiritus suaptè declamandas gymnasium pulchrum offert. Nam vt à vertice exordiamur, pro apice honorario, & crista tuæ galeæ, est tibi Sol exoriens, non adeo à me, qui primus applicationem istus Symboli adapto concinnatus, quàm à mirandi tui Tritaui Orientalis lucis *facula, ac primi exploratoris, adnatus, & ingenitus. Deinde equestris galea. Marchionalis post corona. Vlteriùs duo Scuta, Gammarum, & Portugalliæ; hæc autem maris vndis, ac monstris, nec non regni marini potestatibus,* Solem nouum *super se exorientem obstupescentibus, imposita eo iure, quo galeæ Solem indidi; vt primum, sic & vltimum appositum à me ipso, seu manibus naturæ adhibitis collatum, & meis adnotatum, ac publicè indicatum. E quibus rebus aliquæ, vt galea scutumque nobilium sunt cunctorum, aliquæ tantùm nonnullorum, vt corona, & domus regiæ stemma tuo additum; aliqua verò vt Sol exoriens & demiratio totius maris, tuæ solùm, non alterius prosapiæ cuiuscunque; nam etsi plurimi de re vtili maritima & nauali sint nacti summam gloriam, inferior tua est omnis, vt in hoc opere in Figura Nauigationis enarratur. Hoc tamen ponderando discrimine interfuso, quòd communibus in rebus, præ reliquis nobilibus, vt infra elucidabo, sis valde singularis, & in singularibus tam rarus, quàm decet esse hominem vel in communibus singularem.*

Quo fit vt singulariter in tuomet Stemmate depictus agnoscaris. Sonora nanque cymbala nobilitatis sunt hæc symbola, quæ facta siue munia nobilium sonant tacitè, seu potiùs clarè personant. Vnde simul atque Petri videmus Clauem duplicem, mox cæli triumphantis & militantis ianitorem, ac gratiæ & gloriæ postium eundem conspicamur. Vbi Aquilas Imperij, illius super regna Fidelium transcendentiam. Vbi Lilia regni Galli hoc donum à cælo datum, at datum viris illis qui candidi sunt corde, inconstantes sicut flores, vernantes verò mente vt flosculi amanissimi. Vbi ex Leonibus & Ca-

stellis

stellis in vnum associatis Insigne Castellanum, Castellanorum fortitudinem, & in plurima Castella, ac regna dominatum; seu vt alij meditantur, aliena super Castella, vel etiam totius mundi, rapacitatem sibi innatam, ac inhians desiderium. Vbi autem quinque Scutula Scuti Lusitani in formam Crucis posita, & ex Scutulis vnumquodque distinctum quinque orbiculis gratissimè albicantibus; quæ quidem si numerentur, vt debent numerari, numerari verò debent vt ipsa sunt disposita, nimirum in Crucis normam, & Crucem nobis exprimunt, & quinque Christi Plagas, ac insimul triginta denarios, quibus sanguis illarum fuit venditus à nequam traditore. Et ista cuncta à Christo donata Lusitanis, vel dumtaxat ob illius misericordiam perquammagnam, quæ miseretur quorum vult, vel fortè tanquam viris ad deferendum illius sanguinem per omnem gyrum orbis præ cunctis zelatoribus. Ac vbi tandem tuum Stemma gloriosum, vt supra effigiatum, effigiem tuam in eo, & domus tuæ inclytæ, splendoribus, odoramentis, metallis, & lapillis circundatæ Orientis, confestim contemplamur. Ad singula nunc seriò.

Sol totus auricomus galerus tuæ cassidis per zelum quasi factus, ostendit illam celebrem, perpetua fama dignam tui Tritaui *actionem, & beneuolam electionem à Domino vniuersi, quibus meruit primus omnium videre Solis cunam; Eoas portas illas tam decantatas à Poëtis humanis aperire; & Auroræ rorem diuitem, salubrem, & odoriferum colligere, ac dispergere per omnia mundi climata; præstare lucem luci; & Solem Cæli Soli; ex Occidenteque nitorem inferre in Orientem; & Orientem illustriorem in animabus splendentem, ac radios diffundentem (cuiusmodi Cælestium est Fides nunquam caligans, sed lucens vel in tenebris) inuehere Orienti; ita vt* D. Vascus da Gamma *in actione tam heroïca superarit Solem ipsum, dum iste lucem affert pernici semper vi in Occidentem declinantem, ille verò lucem detulit Occiduo non parentem: & transcenderit vel eos fulgentes Soles tres, qui Orientem ad Christi pedes traxere recèns nati; nam si Orientem ad Christum illi traxerunt, id exiguo dumtaxat fuit tempore, & locis ab exiguis; at* Vascus *Christum intulit diutiniori consistentia, in Orientem latiorem, & in omnem, prope immensam, Eoam latitudinem.*

Diffugiat ergo Sol ab huius Solis oculis, tum ex lucendi inæqualitate, tum ex lucis varietate ei impar non permodicè; in qua quidem varietate nescio vnde maior Soli iniuria comparetur; vel quia oritur quotidie, actione tam communi, quòd quotidiana tandem sit, vel quia occidit quotidie, infelicitate nil minori, nec minùs iterata. Quemadmodum vir vnicus vt domus tuæ Conditor *est semel tantum ortus, adinstar viri illius cui oriens nomen est. Quis enim natus vnquam ad parem functionem; vel Iason fictus sit, vel alij quiqui Heroës, etiam fabulis intermediis huic valdè inferiores? At verò nunquam mortuus; quomodo enim à vita abijt, qui mortuus viuit adhuc in vitæ vtilitatibus? in cordibus viuentium? in vita famæ, & gloriæ, quæ vitæ vita sunt, ab omnibus optata. Si autem à tanto Sole Sol ipse non aufugerit, in ipsummet confugiat, & ambiat, quò plus luceat, illius claram Galeam; cum Galeæ ipsius cristæ non adeo radij sint, quàm radij lucis Christi, inuectæ genti orbatæ huiusmodi splendore; inuectæ verò ter; ter nanque ex Trinitate Diuina fausto numero, in Indiam transmeauit, vbi munere Proregis longè latéque imperitans extremum diem clausit, vt morte Orientali hos melius aperiret, & duplicaret in perpetuum.*

Nec illic Gammæ mortui, per mortem ipsorum capitis, imò adeo renouati, vt vel noui semper ibi, vel iuges videantur. Nam Vasci *tui filius* Stephanus *insignis, & filijs diues optimis, eadem* Patris *sui suprema Præfectura, habenas felicissimè; tam belli quàm & pace inflexit Orientis. Ibique inter quàm multa accesserunt duo ei gloriæ perpetua monumenta. Alterum quidem Nati sui* D. Christophori da Gamma *per Martyrij palmam illustrem miraculis permagnis ornatam & contestatam, facinora post summa in Martio ludo facta, ad* Christum *transmigratio. Alterum verò illa percelebris vsque ad Sinai montem Dei traiectio militaris, non illuc raptim penetranti, sed victori tanquam inclyto ibidem persistenti & palam triumphanti, nec non aliquot ex commilitonibus primores Lusitanos, equestribus ceremonijs solemnissimè peractis (quod equites creare & instituere vocamus) nobilitanti & auctoranti; & inter reliquos illum magnum* Ludouicum de Atayde *in matura post ætate Proregem Orientalem, cui inuidit hanc gloriam, & equestris creationis in ipso monte Sinai felicitatem singularem Carolus V. Imperator. Cum enim eundem iuuenem cum eo semel postea egregiè militantem, eadem vellet nobili inuestitura decorare, hanc sibi in dicto monte per* D. Stephanum da Gamma *collatam iam fuisse respondit magno Principi, qui vt erat gloriæ & famæ calcaribus adactus, ingemuit atque verbis* Harta enbidia os tengo *illius in hac re se inuidum est professus.*

Sed & Pater *tuus bis, tricenarius & sexagenarius, Imperij Orientalis est clauum moderatus; idque etiam tam coruscis regiminis fulgoribus, vt ex eius solo primo Historiographus percelebris noster* Didacus do Couto *materiam nactus sit, Decadem vnam è suis integram in lucem diuulgandi; à qua peti debent laudes, & tam iuuenis Imperatoris præconia comparari.*

Ergo liceat affirmare, vel quidem tuos Gammas *in* Gemmas *Orientis fuisse commutatos; vel* Gemmas *in hos* Gammas *vtrosque pretiosissimos, singulares, atque orbis decorem vniuersalis; quibus hodie quæque regna geniascunt & florescunt, non florum infirmitate, sed venustate, & firmitate* Gemmarum *siuè potiùs* Gammarum Orientalium; *quæ sanè ex vna parte æquantur adamantibus, & ex alia longo tractu superferuntur horum pretio. Vbi etenim terrarum ad Principum fulgorem Orientis Gemmæ desunt, præ cæteris insignes, ardentes atque rutilæ? vel vbi gentium gens est aliqua, quæ nesciat tuos* Gammas Gemmarum illarum decus, & vnicum ornamentum?

Nec asserere non liceat Tritauum tuum Vascum da Gamma *Orientalibus in plagis priscorum vanas fabulas restituisse veritati; & veritatibus quammultis easdem transcendisse. At non mirum, cum & fabulę videantur res patratę à viris Lusitanis, & fabulę confictę has neutiquam exequarint, vt patet mundi oculis, & tangitur à nostro Poëta Lusitano initio Cantus 1. & alibi non rarò. Nam si illi fabulati,* Auroram Deam esse Tithonis *senis coniugem ac simul matrem* Memnonis, *qui à matre tam decora Æthyops natus est; vnde Latinè color ater Memnonius nuncupatur, Ouidij iuxta vocem, de Ponto lib. 3. Eleg. 3.*

Memnonio cygnos esse colore putem;

Et qui in flore iuuentutis, in Ilij bello pugnans, confossus telis fuit, ac postea rogo traditus, sed precibus Aurorę in auem commutatus; quę auibus cum multis ab indigenis Orientis Memnonides *vocatis, in æthera euolauit. Has autem dum quotannis (vt hirundines in Europam) ex Æthiopia in Asię*

partem,

partem, qua floruit quondam Ilium, naturæ impulsu aduolant, ad Memnonis *sepulchrum, quò eum lamententur dicebant aduolare. Nec non pariter* Auroram *quotidie Solis ortum anteuertendo à lecti requie exurgere solertem, vt lachrymis rorificis, vel rore matutino in hora plus suaui deploret mortem filij in alitem conuersi, & pennis matris pœnas exterius augmentantis. Si (inquam) hæc fabulati Gentiles doctis fabulis, ac vocat illas Petrus; quia ex sene, etsi pulcherrimo (vt Oriens est in mundo) & ex matre tam venusta materia planctus est enasci nigrum filium, vt omnes Orientalium plagarum sunt indigenæ, filium autem qui in bello ob vnam incepto fœminam amisit vitæ halitum, & in alitem, siue potiùs in multas nigras alites, quæ replent terræ faciem, & mæsta faciunt loca, quacúnque se diffundunt; conuersus fuit postea; valde enim mæstum est, ex clarissimis parentibus obscuros nasci filios, in morum qualitate, qui in bellis fœminarum ammittant dulcem vitam, & in rogo libidinoso hac miserè cremata, multæ tetri exempli aues, infamiaeque nigredinis, nigrantes totum orbem euolitent ex illo; quod vrit bonam matrem; & in lachrymas transfundit* Auroram *matutinam: Hæc quippe mens est fabulæ: Certè tuus* Gamma *excelsus ex fabula confictа hoc vertit in historiam, & in veritatem transformauit.*

Tum nanque senex vir à primo mundi die Tithonus nuptijs est Auroræ copulatus, cum in tuo Progenitore *est Occidens conjunctus sponsa cum lucifera, & cum regionibus Titanicis. Nam licet vno die sint Oriens atque Occidens, gemelli tanquam fratres, à vulua lucis nati, & Oriens maior natu suapte sit natura, hîc minor maior est, & iunior clarè senior; cum senior, dictus Oriens, Oriente indesinenti ætatem suam renouet, seu fixam semper teneat in perpeti vigore, in aurea iuuentute; at iunior dictus Occidens suo perpeti Occidente decrepitus existat, & carie terebratus, obductus, circunseptus. Quò possumus inflectere Diuini textus formulam, in modo proloquendi à nostro tam semotam, qua sexies vsus Moyses, nec quidem sine arcanis Enar. 1. nostra vtcunque delibatis;* Factum est vespere & mane dies vnus. Genes. 1. 5. *Vbi vesper quasi senior priori loco ponitur; & Vesperus, seu Hesperus vt senex pingebatur; nam Occidens & vesper est senior Oriente. A quo Vespere & Occidente cum Aurora coniugato est ortus filius vnicus, & multi pòst cum eo; non occisi, nec incensi in Ilij obsidione, sed in illa conquisitione, & admiratione totius orbis, scatente riuis sanguinis, ardentéque carbonibus perpetui ludi Martij, exsufflatis à nationibus præ omnibus ferocibus, vel etiam ex Europæis, quæ illuc contra gentem exiguam Lusitanam, non paucies, nec ardore cum paruo confluxere; bello etiam elementorum in ipsos exurgente, & terra, marique perpetuò comburente, ac eos consumente. Ex qua pyra tanti ignis hi veri Auroræ filij in cælum famæ æternæ, & gloriæ non terrenæ, vt aues regionis & fortitudinis supremæ (etsi hæc regio nulli pateat) beatè conuolarunt.*

E quibus primus solius Auroræ & auis prima insignis Vascus *fuit, qui inibi cum multis, assidua mortis falce (vnde & India perquammerito sepulchrum Lusitaniæ vocatur à nostratibus) extremo fato cessit. Ad cuius, vt ad* Memnonis *Sarcophagum quotannis, eundem ploraturi & imitaturi in facinoribus, aues aduolant non paucæ, pro hominum paucitate, ex patria Lusitana, seu animæ, vel naues has ipsas transuehentes, quas etiam per translationem volare dici solet; Æneid. lib. 3. ad vers. 120.*

Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus.

Et vers. 520.

Tentamúsque viam, & velorum pandimus alas.

Illo tamen differentiæ vtrinque constituto, quòd Memnon *atque reliqui* Auroræ *filij alites fuere cutis atræ, in vilibus combusti; hi verò cutis candidæ (vt in prouerbio ingenuitatis & generositatis circunfertur) accensi rebus inclytis. Et simul, quòd* Aurora *non surgit è cubili vt ploret hosce filios, sed potiùs vt lætetur, & sibi gratuletur commutationem filiorum quam videt in se factam; vt in glorijs pro prioribus alios hodie progenuerit tam valde gloriosos. Quo fit, vt rores gemmei diluculo irrorati non lachrymæ oculorum* Auroræ *sint putandi, sed irroratio illius oris, qua læta de his filijs sic eos & per eos humectat quosque alios, aspergit cunctos homines. Nec falsò, cum per istos percharos sibi filios aspergat omnem orbem diuitijs, medicinis, odoramentis, & ornamentis, quæ Oriens largè fudit, & oris sunt* Auroræ *inspersio iucundissima; & etiam cum Sal lachrymis non desit naturaliter, nec rori mel præ dulce, ex ipso rore factum, & ante opus apicularum tam dulce & saporiferum, vt ab animantibus, vel etiam cum incommodis illarum ardenter conquiratur, vt merces multiformes quæruntur Orientis. Boni mihi consulatur Lusitano de Lusitanorum encomijs hæc lusisse; quando Lusus Patris Liberi, seu Bacchi comes nomen Lusitanis dedit oris, ac crebriùs enarratur; qui bacchans in Hispaniam secutus Bacchum est. Aptè verò Bacchi socius ei regno nomen dedit, cuius nati debacchantes per orbem vniuersalem, non vino, sed virtute, & vinò Dei Altaris, quod superintulerunt aris fictis, imitati Bacchum sunt, de quo scribit Diodorus,* Terrarum ferè orbem præ cunctis peragrauit, multas nationes domuit; Indos debellauit; & primus omnium triumphauit, vectus Indico Elephanto. *Sed serius ludus iste, de rebus adeo serijs, & veris atque concinnis, ita vt tandem in Lusitania & India sic conueniant; & ab Occidente in Orientem incedant datis manibus, ac prorsus pari passu. Quare mihi iusti & æqui hanc digressionem consultum iri opinor atque mihi polliceor constantissimè.*

Rectè igitur Sol oriens, & Aurora mundum irrorans irriguis luce plenis coronant tuam Galeam, & ambiunt frontem tuam, sub illa in Scutaria peritia siue heroïca scientia prænotatam. Vnde tuarum laudum varia Marchio & Domine Excellentissimè *collucent, & tam fulgida, quam solida argumenta.*

Primum tuæ nobilitatis præ reliquis insignis; tam actione tui Vasci *inter omnes quæ sunt hactenus sub Sole perpetratas proficua toti orbi, & plena radijs gloriæ; quàm electione eiusdem* Viri & Patris eius *facta per duos reges optimos, nobilitatis atque virtutis Censores præstantissimos, Ioannem scilicet secundum, & Emmanuelem vel in nomine Monarcham singularem. Nam Emmanuel* Vascum *elegit ad actionem tam pernobilem, incognitam, & perarduam; Ioannes verò* Vasci *patrem* Stephanum da Gamma *Lusitanos inter tot feruentes tunc re Martia delegerat in ipsum momenti summi munus; quàm tandem generatione hauddubiè tua nobili, ex electione istorum Principum probata supra modum. Illorum nanque calculo à nobis pro nunc misso, sic se habent in Lusitania nobilium assumptiones, vt non nisi benè nobilibus nobilia dentur munia, nec aliusmodi Lusitani obedientiæ sciunt vnquam, & in expeditione tanti discriminis nobilia colla subdere. Quomodo autem munus tantum daretur nisi viro primariæ qualitatis,*

vbi

vbi ad gradus militares non aſcenditur volando, vt fit in regnis multis, ſed paulatim deambulando, ac veluti per gradus virtutis conſcendendo. Nec minùs hoc Stephani *eiuſdem* Vaſci *patris euincit illa qualitas, qua oppidi Cinenſis Præfectus maior erat, & Infanti Ferdinando Emmanuelis Regis patri ex nobilioribus aſſeclis, ac ſibi charioribus, & probatioribus tum robore, tum ſplendore gentilitio. Hæc ſatis & ſuperflua, à Sole Vaſci iterum ſingulariter munita, ſplendidè ſignata. Nam cum illi ſoli* Sol exoriens *conſignetur, & à Sole viri illuſtres ornentur cognomentis; inde etenim* Clariſſimi *à Solis claritate;* Illuſtriſſimi *ab illuſtratione illius nuncupantur;* Splendiſſimi, & Ampliſſimi *ab ſplendore & amplitudine, qua funditur per orbem, ſicut tomo de nobilitate notauit Tiraquellus; vt Gammæ quis* Illuſtris? *quis* Clarus? *quis* Splendidus? *quis ve* amplus *dici poterit? cum Gammis Sol inhæreat, iſtarum vocum ortus. Quibus buccæ Buccalini putores euaneſcunt, & ipſa claritate Solari demonſtratur, poſſe alias domo tua antiquiores inueniri, clariorem verò nullam, nec ideo illuſtriorem. Si etenim nobilitas* felicitas naſcendi *natura ſua eſt, etſi naturæ donum ab ipſo illorum* ſummo Datore *magnifacto; quæ felicitas vt tua, qui in eodem Solis pulchri natali natus es? in Oriente illius ortus? in cuna illius fulgida exceptus, atque næniis infantiæ recreatus, & ad ſublimia deſtinatus? ſed addatur radiis iſtis, & quidem loco vltimo, ille alius ex Martyrio* Chriſtophori da Gamma *ſuperiùs memorati, qui reliquos exornat, extollit, & decorat; ex quo tibi laus Origenis, filij hominis Martyrij fulgoribus ſplendidi, apud Vincentium Lirinenſem:* Si genus, quid eo nobilius? qui primùm in ea domo natus eſt, quæ eſt illuſtrata Martyrio? Vincentius Lirinenſis.

Secundum verò quod ex Sole toto Gammeo, in laudem tuam planè coruſcat argumentum, Claritatis tui ingenij vocari iure debet. Nam relicto Solis ortu, eſſentiaque illius, ab ortu & creatione ipſius verè pendula, prima qualitas eiuſdem eſt claritas ingenita, & claritas de ingenij perſpicatia enuntiatur. Hanc autem tibi acrem quis vtique negabit? cum generis ſis tanti, & à gignendo deriuatum ingenium velint illi, qui ethymologias conſectantur. Colludunt re & nomine ingenuitas, & ingenium, cuius claritas in te natura fusè data, operibus probata, occaſionibus exculta, negotiis expolita, notitia tua imbutum non latet virum aliquem, ſed patet, atque rutilat. Inſignis hæcce dos profectò in cunctis illis qui ſciunt velut Sol hanc ipſam moderari, dum claritate ſui genij frequenter nubes excitat, vt gratior ſit velatus, vtiliorque in agros, & viſum non obcæcans, nec capita percutiens, ſed ſimulans ſe multa neſcire prorſus velle, vt ſciat prout decet; quod decet & ingenia, ſi volunt multò clariùs ſalubriùſque clareſcere, & à nubilis indecoris vtroque in hemiſpherio haudquaquam conuelari.

Tertium argumentum ex Sole ſumptum, actiuitatis, & caloris, nil ſecius in te claret. Nam calore Sol informat negotia quæque hominum; & tu calore tam actiuo, & actiuitate tam calenti inſtituis quæque habes, vt ad inſtar Solis nùnquam dormire videaris, ſed dormientibus cum dormis, donare agendi formam, euigilandi documenta, expediendi verò ardua ardorem, vitam, animam. Nec mirum, cum ex luce proueniat Solis calor, & ex luce intelligendi intelligentia quædam callens & penetrans res ponderis, calliditas genericè propterea nuncupata, etſi hodie nomen iſtud iniuſtè in malum partem, quæ verſutia atque vaſricie ſpecialiùs explicatur, frequentur aſſumatur. In quo

genere intelligendi (vafricie quauis dempta) quàmualde tu excellas, & in maioribus negotiis quæ hodie nimis sæuiunt in Principum palæstris, quibus licita calliditas est summè necessaria, & ideo in Regum curiis hæc plurimi æstimata, hoc nescit, qui te nescit; hoc verò cuncti agnoscunt qui vtique te noscunt; & cernunt teteipsum in annis superare, & acie mentis vincere ætatem nimis floridam; quò Phœbi in te resplendeant & facies, & acumen, huic Syderi concessa.

Quartum denique argumentum ex actiuitate deriuatum celeritatis in te claræ ex Sole excurrit facilè. Cursu enim perficiendo ocyssimus est Sol; at ocio tu tam obuius, vt cum Sole cursu certes, & ocyor cunctis alus, hunc alis tuis æques, hunc impleas Solis instar, Solarem, & perfectissimum. Hyperbolica prima facie hæc ingens commendatio, sed vera eius probatio, & peruia demonstratio, cùm soluens ex hac Vrbe & Orbe Parisino 7. die Februarij anno à mundo sospitato 1648. ordinaria Legatione diligentissimè perfuncta, & faustè consummata, nec non pariter acclamata in Curia liliata, Vlyssiponem petiisti; sed vrgentibus negotiis, extraordinarius mox Legatus ab ea missus iterum, intra mensem mari & terra itinere confecto, Parisiis in Ianuario sequenti præsens eras, atque proximi Februarij præfata die septima adiisti Regis vultum & cum eius hilaritate atque omnium gratulatione eundem salutasti. Non ocyor Solis cursus; nec etiam consummatior.

Alia Solis argumenta deduci & concinnari perfacilè in te possent; quæ mitto ne plus iusto excurrat laudum dies, istarum luce maximè taxanda & mensuranda. Ne ve etiam rubor tibi natiuus incandescat; Cui tantùm sanguinis in ore, quantùm in animo pudoris; *imò venia de morositate in Sole à me petenda, & in sequentibus compensanda, sed à nemine rationaliter hancobrem deneganda; quia viri sunt, in quibus nos somnus citò occupat, vigilia verò in aliis; obscuritas in secundis, at claritas in primis; nox illic; dies hîc, tam concinna, & tam grata.*

Post apicem honorarium Solaris splendoris dumtaxat tibi proprium, subintrat galea cunctis nobilibus adnata, sed tibi plus innata, vt supra delibaui; nunc reddam rationem. Quia Gallia & Portugallia hac Galea te decorant; seu tu capite prudentissimo intra ipsam latens Galeam, decoras regnum vtrumque, vtrumque iungis sceptrum, vtramque nectis Curiam; & cassi facta tua casside, quàmmultis plena commodis, vtrumque Regem ligas, vtramque gentem trahis ad portum pacis mutuæ, ad terram tua industria vtrobique manus dantem, vtrobique manu armata & hostes superantem, & manu altera mercatoria hinc inde merces suas proficuè commutantem. Ita vt tandem si Vas Cæli *salutis galeam afferat, & in Galea mellificantes vir alius apes fecerit, hîc vtraque res visa; & Galea plena melle; & vacua non salutis, pro Gallia, & Portugallia. Non negabit tibi Gallus natiuum sibi cantum, nec Portugallensis denegabit tuarum laudum tonos, & choros tibi debitos.*

Post Galeam Titularibus communis est Corona; *at tibi non communis, sed valde singularis, vt illi qui coronas dedisti mundo ignotas, seu mundos ipsi mundo; insulas nostræ continenti; semitas mari; terras terræ; leges Occeano; iugum Neptuno; Philosophis scientiam; Cosmographis & Geographis dimensiones non dum agnitas; Mathematicis noua sydera, & nouos Orbis Polos; Orienti nouos radios; ac Luci lucem nouam; Auroræ ploratici lucidiores longè oculos, & causam non plorandi; sed irrorandi mundum ansam præ gaudio*

supra

supra dato; Odoramentis Orientalibus odorem gratiorem; pratiosioribus inde cunctis iocalibus delatis, euectiorem qualitatem; medicamentis cognitionem, & erga plurimos amorem, atque vitæ per medicamenta subsidium multiforme; & tandem regno nostro hæc omnia, & plura regna ei facta vectigalia. Quid plura? Quid ve minus commune, quàm hæc omnia? & cuncta in laudem tuam tam valde singularia?

Post Coronam tuum subest Stemma Gentilitium *Scuta duo continens; aliud regni Portugalliæ in medio constitutum, quod Oriente reserato est* Gammis *superadditum; fortasse vt Reges vellent participare tantum facinus, vel illud verè Regium hac via comprobare; aliud* Gammicæ familiæ *nonnullis fasciis constans. Quæ quidem, neque Insigne* Plagarum Lusitaniæ *solius tui sunt, sed tamen tibi soli tam singulariter signata, vt signanter tua solùm, non aliorum videantur. Qui etenim non in Crucem transuersa quauis forma, vt ab aliquibus primoribus geruntur Lusitanis, sed in medio scuti tui viderit* Vulnera Regalia *Quinaria siue* Quinas *communiter vocata, tam recta sicut gestantur à Regibus nostratibus, idque etiam in meditullio & corde scuti tui; ita vt tuum latè pateat, Regum autem sit contractum, à tuoque circundatum, ampliatum, & dilatatum, mirabitur profectò, & protinus iactabit quod colligitur ex consideratione huiusmodi composita. Videlicet, te solum inter proceres tot regni, esse rectum insignis eius & gloriæ portitorem; directéque te solùm promeritum rem tantam. Lusitaniæ quippe qui regnorum quasi puncto tu orbem præstitisti, & orbem non quemcunque sed ferè totum orbem; ac Regno tanquam animæ creato à Deo ipso, in Regnumque erecto dedisti latum corpus; nil minùs quàm Solari itineri connexum; & plenum tanto spiritu, deuotionéque in Deum, vt corporis latitudine in Rege Psalte visa* A Solis ortu vsque ad occasum, *statim prorumpatur in laudes Dei ibidem immediatè colligatas;* Laudabile nomen Domini.

Quis enim non laudabit Diuinam bonitatem, cum viderit ex Regno tam modico tot orbes exploratos & lustratos? tot gesta perpetrata? tot regna superata? tot vicibusque Turcas & alios sæuos hostes à nostris parua manu contritos, atque cladibus extremis profligatos? & hæc tantùm in laudem Dei & gloriam Christi Fidei, hac munimine Inquisitorio & aliis quibuscunque Catholicis repagulis firmissimè plantata in plagis Orientis; Nam prouentus ex Conquisitione tam ardua comparati, collati cum expensis tot classium & damnis plurimis nauigationis tam immensæ, coronæ nil important, & censui atque regali ærario nihil addunt, etsi viris mercatoribus commercium non deficiat, vtilitas non desit, quantumuis ob discrimina itineris tam longi nec illis hæc sit pinguis.

Ergo quia dilatasti & ampliasti Lusitaniam, in Stemmate vel etiam Regali tu hoc amplias, dilatas, & amplificas, & latius atque pulchrius, insignius & illustrius per Orbem totum facis. Ac proinde in medio tui est Regium quasi cor; quia non potest regnum nostrum, & domus eius Regia, ex corde tuam domum Gammarum *non diligere; cui debet amplitudinem, latitudinem, & pulchritudinem per duplex hemisphærium. Vel dicamus, quòd in corde Stemmatis est tui Stemma Lusitanum, quia cordi domui tuæ fuerunt semper res Imperij Lusitani. Res hodie multò verior, in Legatione quam exerces, eo amore in Regem nostrum, & Regnum, ac Regni commoda, vt Legatus ipse à latere promerearis appellari. In qua quidem Legatione verificatur in te ampliùs Insignis*

vtriusque pictura à me hucusque tam aptè elucidata. Nam dum latiùs tuum Scutum in orbem Regij video, Scutum Scuti Regij, protegimen, & clypeum videtur mihi esse. Nunc verò longè certiùs cum pace tu defendis, quod Aui Illustres tui *belli & pace propagarunt; cum spes Lusitanorum multimodè contractas, & in angustias (etsi viris magnanimis suapte, & in angustiis plus magnanimis) multiformiter redactas, dilatas tuis curis, amplificas, & latas constituis multifariam. Nec prætermittendum, fasciarum Stemma tuum esse, & plagarum, licet Christi, Stemma Lusitanum; quare fasciis tam dignissimis vulneribus applicitis, quid aliud verè agis, quàm vulnera curare ligare, fasciare? dum Christi sunt hæc vulnera, primaria pietate; dum verò Regis sunt, fidelitate sanè prima, & dexteritate non secunda.*

Post Scuta tali amoris catena fœderata & gloria catenata, grauis anchora conspicitur; ex Architalassi maris Indici *officio tibi debita in Regno Lusitano, & ex* Vasci *tui facto in cunctis mundi regnis. Hæc autem tua vnicè, vt illa quam dedisti Imperio Lusitano, cum Occidentem per hanc anchoram cum Oriente coniunxisti; ac etiam* Spe symbolica *egregiè communisti; nam circulus protractus ab Oriente in Occidentem est longè perfectissimus, ac ideo ex sese aptus vt nunquam dirumpatur; quando quidem perfectum illud est à quo nil potest vel adimi, vel addi. At aliter in præsentiarum hanc anchoram ministras* Nauigio Lusitano; *dum tuo ministerio, ac optimi Ministri assidua vigilantia, infatigabili vigilia, & functione solertissima non paruo modo retines Remp. nutantem; Carinam fatiscentem; Statum non discordiis sed procellis exterioribus commotis fluctuantem; vt non modicè tibi, quadrent tam Fabij Quinti Maximi cunctando restitutio; de qua Ennius in fragmentis priscorum Poëtarum;*

Ennius. Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Quod Silius lib. 7. post vers. 200. describit elegantiùs; quàm Turni Spei & anchoræ Imperij Latinorum præconium, velut columen cantatum à Mantuano Æneid. lib. 12.

Virgilius. ——In te omnis domus inclinata recumbit.

Vel à personis felicioribus exemplo concinnato, exemplum illustris Iuuenis ipsius patris anchoræ, & cogitationum retinaculi, de quo Poëta idem Æneid. lib. 1.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Sicut enim in tempestatibus ad anchoram confugitur, donec feliciter nauigandi se offerat occasio, sic in ista tot ventorum vesania concitata, tu anchoræ es præfectus, tu lapis anchorarius *vt appellantur lapides illi, coniecti in fundamentum.*

Post ancheram nil restat quàm mare & marinorum monstrorum demiratio. Hæc verò tibi propria, ex nauigatione Orientali à Vasco *tuo condita, quæ ab exteris ob stuporem insana nuncupatur, insaniqua nostrates, tum ob id, tum ob furorem in bellico exercitio, & ob indolem qua naturaliter in Musica præpollent, & illa delectantur. Quæ tria nec contraria, nec pariter ingloria. Et quidem hæc perinsana, tam gloriosa nauigatio, vt possimus absque errore de illa enuntiare, certare cum Dei gloria, & cum attributo gloriosiori*

Rom. 3. 23. *præ reliquis Diuinis. Talis namque misericordia, quæ dicitur Dei gloria,* Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei; *De misericordia verò dicitur ab*

Psal. 102. 12. *Oriente in Occidentem diffundi, & dilatari;* Quantùm distat ortus ab

Occidente,

Occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. *At ita est nauigatio nationis Lusitanæ & ideo nihil mirum, si ipsam demirentur non solùm maris monstra, sed & homines qui in terra prudentia plus excellunt.*

Ab excellentia quorum in te Excellentissime Legate *nunc redit nobis sermo, vt sermoni tandem aptam coronidem imponamus. Age ergo, & quia laudibus præfatis, etsi veris, summopere eleuaris, ac veluti dispares, timoris clauis siste, & cum Rege nil timente imo potiùs dilacerante leones atque vrsos, præconia semper time. Nam* à sagitta volante in die, & à dæmonio meridiano *timere nobis præcipit, & ipse suum ita timorem nobis profert:* Ab altitudine diei timebo, ego vero sperabo in te Domine; *id est, à diei parte splendidiori & altiori perpetuò formidabo, & anchoram spei meæ in Deum solum iaciam. In quo ille tuum scutum hucusque interpretatum inuertere te docet, & idem precor ego. Sole enim terrenorum fulgorum conculcato, & anchora spei nostræ in terram Dei praiacta, securè tantùm degitur & nauigatur vsque ad portum beatitudinis æternæ. Percurrere rem liceat, vt placeat, & executioni illius detur opera.* Psal. 90. 6. Psal. 55. 4.

Scutum igitur inuerte familiæ tuæ inclytę; & solem illius apicis conuerte versus terram; cum nemo fuerit adhuc *(vt Plinius inquit in Traiano)* cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. *Nec Sol, vt ad figuram prælusam redeamus, qui nubila non excitet, & illis obueletur, qui eclipsibus non nigretur, & qui tandem suis radijs vel non deficiat, vel non noceat. Hinc sæpesæpius magnę laudes non magni faciendę, etsi magno cum decore aptatę & colligatę. Videntur nanque mihi, vt artis perspectiuę picturas has existere, quę ex vno quodam loco vel modo à nobis visæ, gratissimę sunt visui, & concinnę, atque pulchrę, ex alijs verò omnibus horrificę & monstrosæ. Nedum laudes incompositę, superfluę, vel aërię, quę potiùs sunt ineptię, & aures inquinantes, quàm laudes vocitandę, nec aliud obtinentes titillatione inordinata, & assentatione prurienti, quàm vt laudatus offendatur, & reliqui in cachinnos facillimè soluantur, ac vera ab ipso homine irregulariter laudante nullatenus credantur. Quare satius vnumquemque ornare radijs proprijs, quàm exornare mutuatis; & Lysippi plusquam Apellis penniculum imitari. Hic etenim Alexandrum depinxit fulminantem, ille iaculum vibrantem, vt istum coargueret. Nec deuiè, cum insignia diuina fœdent homines, qui dum comuntur ementitis, tunc veris exuuntur. Quantumuis non negandum commendationes aliquando non agnitas nec ab ipso impropriè commendato, esse vtiles eidem, ex fine quem in libello de Epistolis conscribendis, in Epistola monitoria, Erasmus adnotauit: dicens Principes excelsos, cuius aures nulli prorsus reprehensioni locum præbent, laudandos falsò esse, vt laudibus quibus carent, latenter reprehendantur; & ad resipiscentiam moueantur. Indeque enatum morem encomiorum persimilium, vt sub specie laudationis suorum tacitè vitiorum, sine offensa, sinè pudore vtiliùs admoneantur. Quod prosit, faxit Deus, præsenti mundo nequam, præconijs inhianti, & onere honorario languenti, & fatiscenti.* Plinius. Erasmus.

Galea identidem post Solem vertatur versus cælum. Nam Galea nitet sanguine, pace autem mox rubigine exeditur, & perditur. Gallus cantat, sed in tenebris; etsi in tenebris cantare sit mala despicari; Gallia floret, sed in Lilijs tenerrimis suapte; & Portugallia florens cecidit, nec hodie nisi in

Christi promissis reflorescit. Quocirca cunctis alijs strenuè conculcatis, in Christum est conscendendum, & cristæ Galeæ rutilæ micantes & comantes in Christum refundendæ. Ab illo nanque veniunt vel Galliæ pulchra lilia, plus ex fulgore Christianissimo, quàm ex florentissimo decora.

Silius Italicus. *Corona nihilo secius in Deum conuertatur; vbi coronæ tantùm veræ donantur illis qui legitimè certarunt: vnde in Iouis gremio Silius in suo lib. 15. non absque luce veritatis, fabulatus est coronas. Nam in terra quæ fabricantur, sunt ictibus ac malleolis dumtaxat fabricatæ; quibus tamen manent graues, & capita non tegentes; sed iniurijs multiformibus exposita & oblata hæc ipsa relinquentes. Quod documentum malum granatum nos rectè docet pomum, præ cunctis coronatum, at cedens mox scissuris, & viscerum aperturis coronæ suæ onere; ac grauedine populorum, granorum tam multorum; quæ licet sint interiùs plusquàm vrbes politiores vnita & ordinata, regale pomum grauè visceribus dirumpitur, vel granis prægrauatum, vel illis gloriosum.*

1. Machab. 4. 17. *Scuta bina tibi in æthera voluantur, omnia nanque quæ non protegit Dei manus, confringuntur. Vnde coronas & scutula egregij Machabæi in templo defixere; significantes ibi fixa, alibi autem plena rimulis, fracturis, & fragmentis; at sola scuta vera; de quibus Rex Propheta;* Psal. 90. 5. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.

Et anchora postremò in portum non terrenum, sed cælicum coniecta, in terramque viuentium, & mare verè magnum totius bonitatis, de quo præfatus Vates: Psal. 54. 23. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. *Nam mare scuti tui in tectum cæli versum, supernum mare est omnimode infinitum, tranquillum, iucundissimum. In quod vtique soluenda, iactandaque est anchora, quam nautæ* Sacram *vocant; nempe maximam, & validissimam, quam seruant pro extremo discrimine maritimo; vnde prouerbialiter* Sacra anchora *est vltimum perfugium. Sed anchora illa Sacra quæ retinet mortales à fluctibus mortiferis, & ducit ac perducit in portum sempiternum; anchora verò talis* Pietas *quam Tullius vel in Cæsare præ omnibus virtutibus illius commendauit. Quæ anchora tantopere in corde tuo fixa & permanens existit, vt* Pietatis, *perquammultis indicijs nunc suppressis, nec exprimi pro eis, qui te agnoscunt, necessariis; ideo putem Religiosos ex Prouincia* Pietatis *in Gallias tecum ipse amanter adduxisse, non adeo vt versus illam affectum tuum intimum exteriùs demonstrares sed, vt clareret vel fortuitò virtutem* Pietatis *prouinciam tuam esse, & in prouinciam tuam sumptam.*

Cuius maris ego exemplo, quod quiescere non potest, & otio nunquam indulget, sed iam fluxu, iam refluxu agendi normam præbet, ne otio contabescerem, hoc opus paulò antea in Lusitania meditatum, in Gallia domi tuæ, & eo tempore quo absuisti (venia mihi commorandi ob illud à te facta) in Recollectorem PP. cœtu, concinnaui, & diuulgaui, expensis quidem tuis, & tuæ mensæ epulis; cui referri debet quidquam subseruiens mensæ Dei hîc fuerit inuentum; non absque laude tua, qui ex mensa tua dapes transmittis in Diuinam; mihi verò quidquid fuerit inconcinnum & ineptum; vt rusticano, qui ad mensas huiusmodi nec sedere, nec edere scit cultè, vrbanè, aptè, & benè.

Quamobrem

Quamobrem maris etiam exemplo manuductus Archithalasso maris tibi, & Archithalasso tanto iure, vt supra memoraui, adduco munus istud, deuoueo, seu restituo, cum voce Mantuanus;

——Ipsæ te Tityre pinus
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. Virgilius. Eclog. 1.

Cæleste mare illud quò tendimus exorans, vt in ipsum in vita tua omnino absorbearis, quòd aliter non appareas, & nequaquam nisi in illo absorptus videaris. Vale, & quidquid tibi acciderit, cogita te mortalem esse. Parisiis, è domo tua in Sancti germanico suburbio, Februarij die 20. anno ab orbe reparato 1648.

VESTRÆ EXCELLENTIÆ,

Seruus minimus, & deprecator indignissimus,

FR. ANTONIVS DE SERPA.

AD QVEMLIBET LECTOREM.



HABES, Lector quisque fueris, Mysteriorum *Summo* Apici Naturæ legis Vmbras depictas, & applicitas in tabula huius operis; etsi penicculo non pari materiæ maiestati, labore tamen impari communi cuiuis alteri. In labore monitionem aduersus oscitamen, & exhortamen ad laborandum in vinea Redemptoris. In penicculo occasionem ad altiora meditanda, & ea pulchriùs polienda. In materia incitationem ad ipsam complectendam & denuo profitendam, si à tramite sis Fidei declinans, vel aberrans, seu penitus abhorrens; si autem sis Fidelis, ad ipsam diligendam & studiosè propugnandam; ac omnibus lacertis lacertas & insecta hæreseos extirpanda; necnon Palladis omni arte, & Theologicæ palestræ omnimodis congressibus, & armis, atque viribus Palladium tam Diuinum colendum, ac defendendum; necnon animam ea de causa comendam, & exornandam. Nam si pictor in picturas afficitur, quas pingit, & statuarius in statuas quas format è lapidibus, & mutas, atque semper lapideas elaborat, quis picturæ tanti Sacri incumbet, qui non eius decore afficiatur, & affectus non se velit interiùs decorare, & pro virili venustare?

Sic contigit Metaphrasti Sanctorum vitas scribenti; sic accidat & omnibus hoc
opus euoluentibus; quamtumuis me calcato conscendant in Dei arcem superio-
rum cogitatuum. Nihil enim mihi dulciùs intonat, quàm vox Pauli ad Philip.
sic dicentis; *Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus an-*
Philip 1.18. *nuntietur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* Et illa S. Moysis; *Quis tribuat, vt*
Num.11.29. *omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Decet enim vt come-
damur illius Heri zelo, quem zelus domus Dei, quæ sumus nos, comedit, come-
Psal 68 10. 1.Cor.3.16. stibilémque fecit; & tanquam Rachel pulchra, vel anima selecta parturiendo ta-
Gen 35 18. les filios, qui doloris sint, & dextræ, vt *Ben-oni* seu *Ben-iamin* afflictæ matri fuit;
moriamur iuxta *Ephratam*, hoc est iuxta *Bethleem* vel domum panis huius, laboris
semper liberis, seu libris (qui laboris, dolorisque sunt filij in verbis Salomonicis;
Eccles 1 18. *Qui addit scientiam, addit & laborem;* sed vnà & filij dextræ ab intellectu parte
dextra humana, etsi cum iugi dolore atque dulcore scientiam comparandi, anxie-
tate & hilaritate commixtim à mente fusi; Vnde & valde in voce libri sunt liberis
propinqui) doloris summo enixu, in lucem mundi editis. E liberis, qui dextra
verborum præpotentium, vel cum dolore filiorum eosdem quoque patiant ad
dexteram virtutum, & viæ Ecclesiasticæ. Nam felix mors, quæ nos vel per sangui-
nis effusionem contigerit in opere tam sancto præoccupare, & à mortalitate tam
vndanti in immortalitatis tranquillissimæ stationem transfretare. Quo transitu
non desiderabitur Rachelis Epitaphium, licet meliùs & multipliciùs huiusmodi
eleuetur; *Hic est titulus monumenti Rachel vsque in præsentem diem.*
Gen.35.20.

Ergo Lector, quisque sis, magnalium cibi huius, ad illum auiditate insatiabili te confer; nam Mysterium mysteriorum exposcit zelum zeli, feruorisque feruorem; & ciborum cibus postulat, vt cum appetituum nos appetitu ad illum conuolemus, ac nimiùm rapiamur. Præsertim his infelicibus, & miseris temporibus, quibus Catholici non Catholicis (res aliàs incredibilis, horribilisque sensui & intellectui Christiano) iurisdictionem Ecclesiasticam non modicam dimittunt, & illudentes ac detrahentes de aliis quibuscunque in confœderationibus similibus cum hæreticis, vel infidelibus, quamuis ipsæ qualitatis inferioris valde fuerint, nunc liberè concedunt; quærentes postremò Regnum Dei ob regnum temporale; quod faxit Deus ne perdant (ad instar Iudæorum Romanos pertimentium) maiori cum iactura, quàm timent, & inflatis cogitationibus perhorrent.

Tu nostris aures præbe; errata boni consulens, de quibus summo in fine nonnulla appendix fiet, & supplens tuo Marte, quod ego meo nequeo, virtutibúsq; simul, quod ego noxis deleo. Sed vale, & *Summum Numen* vt oculos aliis adaperiat, & aliis non occludat instantia magna deprecans, iam incipe sequentis Eucharisticæ Chronologiæ, exordia ponderare, cæmenta dimetiri, & ad fabricæ consurgentis notitiam necessariam præfationem non omittere, sed legere, & pluris facere.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO *Galliarum Rege concessi.*


Vdovici XIV. Galliæ & Nauatræ Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus literis cautum, ne qois in regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos quindecim annos, à primæ impressionis die vltima inchoandos & numerandos, excudat, vendat, seu excudendum vel diuendendum curet librum, cui *Eucharistica Chronologia ab ipso mundo condito*; est titulus inscriptus; à P. Fr. Antonio de Serpa Lusitano ex Seraphica Familia & Prouincia Pietatis strictioris obseruantiæ, in regno Lusitano, elucubratum, & diuulgatum; præter eum, siue eos, quibus ipse pro re dicta concesserit facultatem. Idque sub confiscatione librorum, aliisque pœnis Originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis decima septima die Septembris, anno gratiæ 1646.

Ego præfatus Fr. Antonius de Serpa virtute dicti Priuilegij consensum meum præbeo, vt hoc volumen Eucharisticæ Chronologiæ *imprimant Sebastianus & Gabriel Cramoisy Bibliopolæ Parisienses: quibus totum ius meum transfero. Parisiis. Aprilis. 13. anno Christi, & mundi vita.* 1648.

Fr. Antonivs de Serpa.

Finis volumini impositus est, die secunda mensis Maij. 1648.

LICENTIA REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS *totius Ordinis Seraphici.*


R. Ioannes à Neapoli totius Ordinis Seraphici P. N. S. Francisci Minister Generalis & seruus, Dilecto nobis plurimùm in Christo filio, P. Fr. Antonio de Serpa Prouinciæ nostræ Pietatis in regno Portugalliæ Prædicatori & Confessario, Salutem in Domino Sempiternam.

Cum nobis significaueris te librum quendam, cui titulus est, *Eucharistica Chronologia ab ipso mundo condito initium, & prima pars*; prælo mandare velle, nostramque circa hoc licentiam postulaueris, simulque in aliquo nostræ Religionis Conuentu Ciuitatis Parisiens. tibi grato commorandi, donec præfatus liber sit impressus. Tuis iustis petitionibus annuentes, tibi facultatem impartimur harum serie, quatenus prænominatum librum prælo mandare possis, & valeas; si priùs Patrum Cayon & Francisci Faure, Doctorum in facultate Paris. habeas approbationem; & aliunde serues quò ad hoc Decreta Sacro-sancti Conc. Tridentini, & alias constitutiones in regno Galliæ præscriptas. Harum etiam virtute tibi concedimus, vt in aliquo eiusdem Ciuitatis Parisiensis conuentu tibi grato ad effectum præmissorum commorari queas. In quorum fidem his subscripsimus, Romæ in Conuentu Aracælitano, hac die 26. Februarij 1646.

Fr. Ioannes de Neapoli, Minister Generalis.

LICENTIA R. P. F. HIERONYMI DO SARDOAL, *Ministri Prouincialis Prouinciæ Pietatis, in Regno Lusitaniæ.*


R. Hieronymus do Sardoal Minister Prouincialis, & seruus Prouinciæ Pietatis ex Discalceatis S. Francisci in regno Lusitaniæ, dilecto admodum filio & Prædicatori eiusdem Prouinciæ, Fr. Antonio de Serpa, S. in Domino Sempiternam.

Cum muneris sit nostri, non tantùm eos amore prosequi, qui ex nostratibus pro Dei Ecclesia & Religione literariis sudoribus se tradunt, sed & ipsis modis omnibus fauorem non negare; Per præsentes tuis literis efflagitatam facultatem libenter impertimur, vt à te librum elaboratum, cui titulus est talis, *Eucharistica Chronologia ab ipso mundo condito*; mandare typis possis; iis tamen præcedentibus, quæ de iure ad excussionem librorum requiruntur. Quem pro mea de te frugi concepta opinione, spero fore vt Christiadis omnigenis perutilis euadat, & cunctis gratus sit. Datum Eboræ in nostro Conuentu; decimo Kalend. Martij; anno N. Redemptionis 1644.

Fr. Hieronymvs do Sardoal, Minister Prouincialis.

APPROBATIO DOCTORVM ALMÆ Facultatis Parisiensis.

NOs infrascripti in Sacra Facultate Parisiensi Theologiæ Doctores fidem facimus legisse librum, cui nomen est *Chronologia Eucharistica*, compositum à R. P. Antonio Serpensi, alumno & Concionatore Prou. Pietatis in regno Lusitano; iu quo quidem quamplura scitu dignissima sunt; vtpote congesta tum ex Diuina Scriptura, tum ex Sanctissimis Patribus; tum ex Conciliis Oecumenicis, tum ex vtroque iute, tam Canonico quàm Ciuili; tum denique ex vtraque Theologia, tam Scholastica, quàm positiua, siue morali; quæ certè assiduam Authoris lectionem, continuas lucubrationes, & selectum eiusdem ingenium mirum in modum testantur. In hac tamen diuersarum rerum congerie sicut & in toto opere nihil est quod à Fide Catholica & orthodoxa vel etiam à bonis motibus tantillùm deflectat; quinimo eo opere Theologi instruentut, curiosi teficientur, Concionatotes denique vatiis & præclaris meditationibus cumulabuutur. Quapropter iudicauimus prædictum librum non sub modio occultandum, sed dignum esse, qui in lucem prodeat; & inpublicum exponatur. Datum in nostro Conuentu Fratrum Minorum Parisiensium, auno Domini 1648. die mensis Martij vigesimo secundo.

F. FRANCISCVS FAVRE,
Christianiss. Reginæ Conciouator.

F. LVDOVICVS CAYON,
Lector Iubilatus.

IVDICIVM R. P. IOANNIS DE LA HAYE VTRIVSQVE Maiestatis Christianissimæ à Concionibus; Lectoris iubilati; in curia regia Commissarij, & in Gallia F. Minorum Procuratoris generalis.

REAdmodum P. F. Antonij de Serpa eruditissimi in Theologia Professoris, Religiosissimi Prouinciæ Pietatis Minorum in Lusitania alumni, argutissimi ingenij Scriptoris, *Chronologiam Eucharisticam ab ipso mundo condito per Figuras Legis Naturæ depictam & enarratam* ex commissione Reuetendissimi totius Ordinis uostri Seraphici Ministri Generalis euolui, & maxima cum animi voluptate perlegi; opus sanè tanta ingenij dexteritate elaboratum, tam incomparabili, incredibilique sapientia repletum, vt iure merito elogia postulet, non crisim, aut censuram expectet. Sed quid elogia profero! Reddenda certè forent, cum illi debeantur, sicut & admiratio. Sed modestia illius primùm concedente, mitabor ipsius eruditissimum opus, nou laudabo. Quæ enim dictionis venustas? quales ad peregrinas faeultates amœni excursus? quod Theologiæ robur? quæ abstrusæ cogitationes Diuinorum arcanorum? quàm intrita Patrum lectio? Radiant in eo studia indefessa, splendent verba fœcunda, fulgent sententiæ ponderosæ, illucent elucubrationes acutissimæ. Alij splendida verba proferunt; alij præbent acumen; eruditionem alij; sed nostet Auctor diuisam in sua Chronologiam coniungit gloriam; vnde si clarorum qui in hsnc scripsere materiam Doctorum spiritum eum appellem, non eum offendam, nec illos. Vbique enim in eo occurrit aut Theologia Augustini, aut interpretatio Hieronymi, aut instructio Gregorij, aut eloquentia Cypriani, aut neruus Chrysostomi, aut deuotio Bernardi. Hoc miror, volui laodare, cur non mirarer? Alij enim de Sacra in scribendo Eucharistia libarunt, noster Antonius plenis buccis hausit & ex hausit, nobis exbibens deuotionis ipsius mel; sanctitatis animam, dulcedinis veræ verum fontem, diuini amoris delicias, & vt omnia claudam, omnis boni summum, atque compendium, Deumque ipsum sub paupere tegmine, non pauperem, non iam inuolutum sub Figuris Naturæ, & Legis. Cur inquam nou mirarer? Sicut enim liber hic omuibus numeris est absolutus, singularíque, ac noua methodo distributus, per Mystetia etiam ab ipsa mundi conditione nobis tradita, ita non solùm ad omnium eruditionem & emolumentum sufficiet, sed in stuporem, sed in miraculum vsque procedet. Iu Auctore enim illius meta etuditio iis militat auspiciis, & vix vnquam feliciotibus; quippe in tot nodis soluendis, & veritate è quarumuis difficultatum inuolucris, etuenda, mentis acumen cum mira dexteritate, inaudita fœcunditas cum stupeuda eruditione contendit, ita vt nullum in hoc genere scriptorem ampliùs desiderate debeamus, cum omuibus hic semper superior futurus sit; nec hactenus vlli pates prodiere. Hoc doctissimo Chtonologiæ Eucharisticæ Auctori suffragium, non censuram assero. Datum in regio Sanctæ Claræ Monasterio in suburbio Parisiensi Sancti Marcelli; die 10. mensis Martij, anni Dom. 1648.

Fr. IOANNES DE LA HAYE,
qui supra.

IN EVCHARISTICAM Chronologiam, à R. P. FR. Antonio de Serpa, in quâ sub legis naturæ historiâ Diuinæ Eucharistiæ Mysteria demonstrantur.

EQVES ILLVSTRISSIMVS Lusitanus, Christifero insigni splendidus, Suprema iustitiæ in Curia Senator; Doctorque conspicuus; Regius olim in Anglia Vice-Legatus: scribebat.

IN tua Diuinum Ius Eucharist. explicat, addit
Et naturali lumen in historia.
Quis tantùm potuit Scriptor? qui, clarus vtroque
Naturæ, ac Superum munere diues adest.
Æterna, Antoni, viues per sæcula, namque
Quæ canis altisonus, te quoque iura canent.

IN LAVDEM R. P. FR. Antonij de Serpa, ad Chronicon Eucharisticon.

ANTONIVS MONIZ de Carualho Senator Curiæ Vlyssiponensis, & Commendatarius Vimiosensis; nec non Aulæ Generosus, & Regis sui Portugalliæ in Gallia Prolegatus.

ANTONI (ante omnes) opere hoc, & nomine clarus,
Dum primum sequeris, ecce secundus eris.
Nam si primus erat Testamenti arca *vocatus,*
En nouus exoriens, arca secunda venis.
Arca Dei Sacramentum est; *quod liber iste resoluit,*
Arca, atque Arcani tempora clauis habet.
Vmbræ in Sole nitent, hîc Sol renitescit in vmbris,
Nec datur Eclipsis, lucida cuncta facis.

IN R. P. Fr. ANTONIVM A SERPA Auctorem.

A. P. M. FR. FRANCISCO A S. AVGVSTINO MACEDO, Minorita Lusitano, Magistro Artium, & Sacræ Theologiæ Professore; nec non vtriusque Maiestatis Christianissimæ Regio & Ordinario Concionatore.

TE genuit Serpa: *Et doctam dimisit in vrbem,*
Stemmata cui Serpens *hinc dedit, inde leo.*
Serpenti *ingenio similem te reddidit illa:*
Serpenti *hæc studio, consilioque parem.*
Vtraque Serpenti *voluit te opponere, mortem*
Quæ tulit in vetito perniciosa cibo.
Sic Diuina tuam stimulat Sapientia mentem,
Sydereum vt Sacrâ condiat arte cibum
Vt cum lethiferum Serpens *dat voce venenum,*
Vitales possis reddere, Serpa, *dapes.*

IN EXALTATIONEM OPERIS, AVTHORIS laudem, & Serpæ patriæ gratificationem heroïca decantatio, fulminata ab Emmanuele à Pina in Conimbricensi academia legum insignijs quondam decorato, nunc verò Serpæ Patriæ aduocati munus obeunte.

ILLE ego, qui quondam triui pede gramina Mondæ,
Et puer ingrediens colui Sacra tecta Mineruæ,
Hic, vbi Pierides posuere sedilia Musæ,
Et non edoctis inuidit Phœbus Athenis,
Tale opus aspiciens, patriæ dignatus honorem
Tollere, quæ tanto geniti splendore coruscat.
Serpa procul vastis colitur notissima campis,
Inclyta, diues opum, fama super æthera nota;
Non ingrata oculis facies, mirabile grandis
Arcis opus, turres altas sublimia pinnis
Mænia tutantur, fiduntque suburbia muris:
Hanc nullis inopem rebus natura creauit
Imo sed extollens immensis dotibus auxit.
Nam prope Ana emanans pelago premit arua sonanti,
Cuius piscoso recreatur patria victu,
Atque hinc festinans miscet sua flumina salso.
Hinc inter rupes, inter deserta ferarum
Veloces agitantur apri, ceruique fideles
Diffugiunt catulos, nemorum Latonia custos
Templa tenet, cursuque feras armata fatigat;
Causa tibi miranda foret, si fortè videres
Innumeras apium classes, vbi dulcia promunt
Mella fauis, ac dona ferunt gratissima cælo.
Hîc etiam viuis gaudent pomaria lymphis,
Multiplicesque virent horti, dignissima dictu.
Hîc circum cliuo series deducta falerno
Limite sparsa suo soluit sua munera Bacchò,
Donec clarifico renouantur pocula musto.
His quoque fructiferæ campis densantur oliuæ,
Queis oleo nunquàm patrij caruere coloni.
Hîc Dea perpinguis monstratur prodiga terras
Tutatrix segetum, non hîc penuria edendi
Eneruat vires hominum, nec pallida cernes
Ora fame, nam terra viris vitale ministrat.
Hîc quoque lanigeræ decreto tempore blandis
Velleribus nudantur oues, passimque per agros
Cernere erit pecorum tondentes pascua turmas.
Hîc circum arboreum statio messoribus æstu
Hospitium præbet pigris, quocunquè viator
Fessus eat, viridis detentus in arboris vmbrâ
Gaudet aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Hæc vltra, belli studijs asperrima, quanta
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam;
Qua vi bella ruat, quo verbere fulminet ensem
Pugnando, Hispanæ dicant confinia terræ.
Hæc quamquam Serpæ *sibi patria nomen adoptet,*
Serpentis virtute caret, non arboris vmbram
Vitalis Serpens vetat hîc, *sed corda virorum*
Arboris impellit dulces gustare racemos.
Altera si quæras, totum celebrata per orbem
Ingenia inuenies hominum, queis laurea frontem
Circuit, & capiti imponit diadema Mineruæ.
Hæc creat ingenuos animos, Sacrasque tiaras,
Atque scientificas tollit super aëra mentes:
Vt super hæc credar, non plura exempla requiram,
Hunc vnum artificem pro cunctis fama loquetur.
Barbara Barbaricæ sileant miracula gentes,
Namque opus hoc tremulos acuit mirabile sensus,
Dignum vt in extremis celebretur partibus orbis,
Et nitidi viuat protentos Nestoris annos.
O vos viuaces animi, queis cura sciendi
Successus veterum, & primi incunabula mundi,
Ancipitesque hominum casus, orbisque labores,
Et longas maris ambages, terræque meatus,
Et quos subtiles patitur Sacra pagina sensus;
Pandere thesauros huius properate libelli,
Namque hîc scripta iacent veteris miracula mundi,
Atque noui anfractus, & præsens copia rerum,
Cælestes series, & Sacri semina libri.
O felix patria oterque quaterque beatus
Authoris calamus, si quid mea carmina possunt,
Æternum retinent ventura in sæcula nomen.
Vadite versiculi, nam tanti Authoris in vmbra
Sub patriæ *auspicijs* charæ *requiesco, Valete.*



INDEX
LOCORVM SACRÆ PAGINÆ EX VETERI TESTAMENTO IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM; NON QVIDEM OMNIVM, QVÆ GRAVAMINI

præ sui multitudine confusioníque exifterent, sed quantùm licuit capitalium; sub quibus latent reliqua. Numerus vnicus est foliorum. Cætera ex indice verborum copiosissimo habebuntur.

Ex Genesi.

EX EXODO.

Index Locorum

EX LEVITICO.

EX NVMERIS.

EX DEVTERONOMIO.

EX IOSVE.

EX LIBRO IVDICVM.

EX PRIMO REGVM.

EX SECVNDO REGVM.

Cap. 32.

EX TERTIO REGVM.

EX QVARTO REGVM.

EX SECVNDO PARALIPOM.

EX LIB. IV. ESDRÆ.

EX LIBRO TOBIÆ.

EX LIBRO ESTHER.

EX LIBRO IOB.

EX LIBRO PSALMORVM.

EX LIBRO PROVERBIORVM.

EX ISAIA.

EX IEREMIA.

EX THRENIS IEREMIÆ.

EX EZECHIELE.

EX DANIELE.

INDEX LOCORVM SACRÆ PAGINÆ ex Nouo Testamento.

EX MARCO.

EX LVCA.

N. 19.

EX IOANNE.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

EX PRIMA AD CORINTHIOS.

EX SECVNDA AD CORINTHIOS.

Cap. 10.

EX EPISTOLA IACOBI.

EX PRIMA PETRI.

EX SECVNDA PETRI.

EX IOANNIS PRIMA.

EX IVDÆ EPISTOLA.

EX LIBRO APOCALYPSIS.



PRÆFATIO
AD EVCHARISTICAM
CHRONOLOGIAM PER FIGVRAS
DEPICTAM ET ENARRATAM
FACILIVS PENETRANDAM.

Sunt in sacra Scriptura quamplurimæ Figuræ, quæ ob miram firmitatem, Mirabilia testimonia *iustissimè appellantur; & ob summam veritatem, qua inuicem conueniunt, summoperè expetuntur, indagantur, scrutantur: vnde & lucem demirandam scrutantibus impertiunt. Hoc operis initium, & eius*

PRIMVS NVMERVS.

Psal. 118. 129.

IRABILIA *testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat; intellectum dat paruulis.* Hæc breuiter Rex Vates de Diuinis testimoniis, quæ licet *Mirabilia* primo loco vocitentur, nos nisi à testimoniis, sententiæ substantiuo, istius, quam præ manibus habemus explicatum, oequaquam aggrediemur. Sunt igitur Testimonia Figuræ legis veteris, vel etiam naturalis, vt colligitur ab Hierony. hunc Psal. elucidante: *Hæc testimonia sunt ea, in quibus aliud agitur, & aliud figuratur.* Cui subscribit Callistratus in L. *Testium.* 3. §. *Idem Diuus.* ff. de *Testibus*, & tex. in L. 1. ff. de *Fide instrumen.* vbi Testimonium & testationem in idem coincidere patenter edocetur; vtrumque verò esse & testium depositionem, & probationem de re aliqua per testes confirmatam; illo tantum differentiæ inter ista constituto, quod testatio dictum sit in præsentia illorum hominum, de quibus controuertitur; testimonium verò dictum in absentia illorum met; quod libetius, atque verius hæc propter esse solet. Id quod ille Iureconsultus ex Adriani Imperat. ad Proconsulem Macedoniæ sententia ratum facit. Iuuatque Latinitatis patronus M. Tullius in Top. hoc ipsum de Testimoniis asseuerans. Quare omnes Dei Figuræ sunt vera testimonia; temporibus nanque variis & locis sunt productæ; ac proinde non præsentia, sed absentia, atque distantia quam valdè testimonia in quibus aliud A actum, & aliud figuratum; seu alibi res acta & alibi figurata; quod sufficit iuxta præuiam Hieronymi sententiam, vt testimonia sint Figuræ, & Figuræ testimonia in absentia protestata. Adsit nobis ante omnia *Virgo porta lucis fulgida*, sine qua nec testimonia illuminare nos valebunt, nec nos illorum iubar adire & reserare.

[Margin: Testimonia quidnam sint. — S. Hieronymus. — Testimonium a testatione in quonam discernatur. — M. Tullius.]

2. Cur autem in loco isto *Mirabilia* nuncupentur, perfacilis est ratio; videlicet, quia mirabilem occludunt veritatem; vt sentit D. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 4. Nec immeritò, cum falsitas non absolutè testimo- D.Thom.
B nium, sed falsum testimonium ab omnibus dicatur. Et rectè, quia testium noo verum tunc est monitum, (vnde nomen testimonium) sed potius testidæmonum, seu dæmoonum testatio; nec probatio, & testificatio, sed exprobratio & testifalsio: si ita fari liceat; oeque veritas, sed mendacium, veritatisque venenum, dignoscitur ab illo, qui ait in Prouerb. *Qui autem mentitur, testis est fraudulentus.* Illud tantùm testimonium Prou. 12. 17. veraciter mirabile, quod mirabiliter est verum. Talia autem sunt Diuina, de quibus Rex Propheta; *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Sed cur nimis credibilia? nisi Psal. 92. 5.
C quia nimis vera? Soli etenim veritati suapte credi potest; præsertimque Diuinæ; quæ veritatem scientiarum transcendit naturalium: vt illa, quæ Dei filia, nec fallit nos, nec fallitur; imò potius ratione, dignitate, atque miraculis supernè est confirmata; ac dicitur in Glossa. En quæ optimo sint iure *Mirabilia testimonia.* Glos.

[Margin: Testimonium vnde dicatur, & quodnam sit mirabile.]

3. Hinc deducitur cur animos ad seipsa perscrutanda quodammodo constringant,

&c parum non compellant; nam cum peorſus ſint miranda & ſtupenda teſtimonia, admirandum ex ſemeripſo hoc habet naturale, vt in ſui admirationem mortales valde rapiat. cõmuni ſicut phraſi hæc prupter bene inuenta Latinè dici patet. Vnde omnis Philoſophiæ, ſcientiæque principium; quæ ex rerum admiratione & contemplatione ſunt exortæ, prout aſſerit Lyranus ad hæc Pſalmiſtæ verba. *Notandum, quod aſcenſus contemplationis Philoſophicæ incepit ab admiratione, ſecundum quod dicitur lib. 1. Metaph.cap.2* Propter admirari cœperunt homines philoſophari; *videntes enim effectus naturæ mirabiles, vt coruſcationes, fulgura, terræmotus, & ſimilia, inceperunt cauſas perſcrutari, & ſic philoſophari. Et eodem modo in ſublimitatem contemplationis Theologicæ ſancti Doctores, vt Hieronymus, Auguſtinus, & ſimiles inceperunt aſcendere ex admiratione; quia videntes ſacras Scripturas mirabiles, confidentes de Diuino auxilio, intellectum earum ſanum inquirere cœperunt, & Deo adiuuante repererũt; & quantum ad hoc dicitur*, Mirabilia teſtimonia tua, *id eſt, mirabiles Scripturæ ſacræ, teſtimoniis Diuinis communita, ſecundum quod dicitur Marc. vlt* Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Ideo ſcrutata eſt ea anima mea, quærendo illarum intellectũ, in tui adiutorij confidentia* Hæc Lyra, cui Manilius annectitur Poëta, initio lib. 1. ſed & Plato in Thæteto; & Ariſtot. lib. 1. Rhet. cap. 11. quorum primus ſic in metris ſententiam ſuam promit:

Admiratio & contemplatio ſciẽtiarum natalitia.

Lyra.

Manilius.

Plato.

Ariſtoteles.

Per varios caſus Artem *experientia fecit,*
Exemplo monſtrante viam, ſpeculataque longè
Deprendit tacitis dominantia legibus aſtra,
Et totum alterna mundum ratione moueri.
Factorumque vices certis diſcernere ſignis.
Nam rudis ante illos nullo diſcrimine vita
In ſpeciem conuerſa operum ratione carebat;
Et ſtupefacta nouo pendebat lumina mundo.
Tum velut amiſſis, &c.

4. Hinc etiam cur illuminent nos iſta teſtimonia facillimè comperies; cum ſcrutatio & declaratio ad inuicem cohæreant; *Quia vna Scriptura intellecta aperit viam ad aliam intelligendam*; vt addit ipſe Lyra; qui tamen benè notat, quos vtique colluſtret hæc eadem ſcrutatio Myſteriorum Diuinorum; nempe, humiles, de quibus ibidem ſubinfertur; *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Sic Lyra; qui quam ſcitè, ac ſanctè hoc arbitretur, nõ facilè dicetur. Eſt enim ſacra Pagina profundior omni pelago, mari tamen Erythræo in eo perquam ſimilis, quod Fideles ſicco pede traijciant eius vada, infideles verò aquis ſubmerſi vitam perdant: Et ne à noſtra Scripturarum illuminatione recedamus, columnæ quoque ſimilis, quæ Hebræis luminoſa, Ægyptiis verò atra & terra videbatur. Vnde liquet Chriſtianè, religioſéque viuentibus nil melius vel vtilius ſtudio ſcripturarum, ad quas etiam nos Redemptor his verbis excitauit; *Scrutamini ſcripturas* Per has quippe ſoſpitamur à mari peccatorum, & à Domini columna, ſeo ab

Lyra.

Humiles eãtũm ſcrutationi & illuminationi Scripturarum idonei naturaliter.

In quo ſacra Scriptura ſit mari rubro ſimilis, deſertiq; columnæ.

Ioan 5.39.

A eius pietate, quæ tam clarum quàm & firmum illius attributum, perſpicuè illuminamur nihil autem periculoſius eiſdem reperiri, quam ſi huius lectionis abſque præuia, eaque humili, & feruenti oratione, ingreſſum pertentauerint; vnde ſubditur in Pſal. *Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.* Quæ apertio niſi tantum oratione celebratur: & tunc optimè intelligendi ſpiritus attrahitur, ſi Dei ibi mandatorum ſcientiam peroptemus, ac primum poſtulemus; vt ipſemet Pſalmographus ſuperius faciebat: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me; quia mandatis tuis credidi.* Vbi bonitas interna primo loco flagitatur ſecundo diſciplina, & exterior compoſitio; atque tandem cuiuſcunque ſcientiæ comparatio; cuios
B quidem petitionis ibidem datur ratio; *Quia mandatis tuis credidi.* id eſt, tuis mandatis, credendiſque myſteriis perfectam fidem dedi; necnon mandaris ipſis parere ſemper volui; ad quod etiam poſtulatam ſcientiam tantum opto. Quam nos quoque peroptantes, vt Deo famulemur, & melius noſtræ animæ profectoi conſulamus, ita vt extra Dei ſeruitium nil ſcire cogitemus, obſequiumque ipſius, ac eius voluntatem ſcientiis præponamus, non modicè in cunctarum notitia præualebimus. Tunc Dominus ad mentem aſpiciet ſubleuandam, vt tranſcendentium facultatum percipiat veritatem; nam ideo ſuperadditur; *Aſpice in me, & miſerere mei; ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.* Ac ſi diceret, ſecundum iudi-
C ciom diligentium, non autem te & tua arcana nobis inuia rimari geſtientiũ; ij qoippe non tam habent, quàm præhabitum iudicium, & vitam vtramque perdont; vt Philoſopbus à multis diuersè nominatus, qoi cum maris elationes Euripi non cognoſceret, ex alta rupe in ipſum præcipitem ſe dedit; hæc ſuperba cœcitate arreptus verba faciens; *O abyſſe, cum te non capiam, tu me capies.* Neque etenim pelago hic vitam ſuam mergeret, niſi in vanam ſuperbiam immerſus prius eſſet. At multò magis illi, qui abyſſum Diuinitatis tranare non verentur; qno in auſu prius omnibus iodicium ſuum necant: *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Perdam ſa-*
D *pientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Quod illis non contingit, qui ſecundum Dei amorem, eloquiũmque aſpiciunt Diuinas Scripturas; vnde ait Eccleſ. *Dilectio Dei honorabilis ſapientia.* Et Dauid in ſequentibus; *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum; & non dominetur mei omnis iniuſtitia:* bene quidem directionem ſecundum Dei eloquium; non ſecundum animi ſui curioſum motum perens, quia curioſitas deturbat potentias ſcrutantis: *Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria*: iniuſtitiamque omnigenam: id eſt hæreſim introducit in gliſcens deſiderium. Quæ hæreſis non ſemper ab interna curioſitate, & cauſis ab

Scriptura quã ſit vtilis, ſi oratio lectioni, & qualis præmittatur.

Pſal. 118. 66.

Philoſophus qui nõ capiens ſeptenos maris fluxus, in mare ſe proiecit.

Rom. 1. 21.

1. Cor. 1. 19.

Eccle. 1. 14.

Sine iudicio omne iudiciũ refragantium Deo eſt.

Prou. 25. 27.

Communicatio cum hæreticis fidelibus quam nocua.

ab intrinseco, sed sæpè ab hæreticorum externa cõsuetudine venire multis accidit; quod cernens Rex Proph. adauget, & precatur; *Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua.* Est namque nocentissima communicatio cum hominibus calumniantibus Dei verba; vt hoc opere non rarò dicendum à nobis erit. Quoniam autem à illuminatione hæc omnia Dei descẽdunt, & à nostra afflictione (qua corporaliter hæc gratia oportet quæritari) summopere dependent, ideo noster Citharœdus hoc Psal. à me propositi concludit octonarium; *Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*

5. Hæc attigi non frustra, sed ob quatuor rationes. Prima, vt omnia eo admixta cum nostris testimoniis pro modulo explicarem, ista verò non propinquius, quam in vltima periodo perfectum sensum habent. Secunda, vt præpararem morigerum Lectorem, seu rigidum quemcunque mei operis Censorem, quibus multa sunt in eo mysteria difficilia; ad quæ verè prærequitur, tam Dei illuminatio, quàm nostra humiliatio; oratio, & conflictata, maceratáque perpetuò ac pia contemplatio. Tertia, vt multos non ineptos præcones Dei munerem, de puerili curiositate, qua literis incumbunt; & Theologiæ sacratissimæ futiliter intendunt; vel vt suos consodales contundant argumentis; vel vt seipsos apud omnes concionibus distendant; magis somnia, & cordis sui visiones diuulgantes, quam conceptus vtilitati & veritati cohærentes; qui sanè nihil capiunt, dum non in Christi verbo, sed in nocte laboriosa lucubrationis sine fructu, inanisque boatus proiiciunt sua retia; imò potius semetipsos decipiunt & ignari non parum circumueniunt. Nam in primis ab auditoribus, quos magnopere demulcent, ac veluti pelliciunt, sui ipsorum Prædicatores (vt ego sæpe audij, & vidi) reputantur; atque organa modulandi non male vocitantur, cum hæc nunquam sine vento, prout illi sine vanitate, audiri à quouis possint. Deinde verò à Deo, cuius nomen tympanizant, non pluris æstimantur, quam tympana inanimia, inania, & plane vacua; quemadmodum ex Isaaco Saluatoris nostri typo non perperam dignoscitur; dum filium volatilia in aëre configentem rure domũ redeuntem benedictione spoliauit, at alterum, qui domi manus suas modo simplici pelliculis ornauit, benedictione cumulauit. Quid autem tam in aëre confixum, seu confictum, quam quod isti contra seriem & mentem sacri textus, ac etiam contra sensus literalis rectitudinem inaniter extollunt? de quibus dici potest; Deprendet vacuo venator in aëre prædam; si captare feras, aucupis arte placet. Quid vero tam simpliciter in domo Christi habitũ, quàm illud quod defixè & directè cum Scripturæ dictamine euulgatur? de queis sic loquen-

Prædicatores de vanitate in prædicando suggillati.

Luc. 5. 5.

Gen. 27. 16.

A tibus cum Ezechiele dici potest; *Et manus hominis sub pennis eorum*; videlicet, priorum, quia illi pennas habent, ad altè sine fructu aëria penetrandum; hi verò manus optimas sub pennis aliorũ ad animas capiendum, & ex faucibus Leonis proficuè eripiendum. Tandémque à semetipsis, pro malo in hoc commisso, sæuissimè torquentur, ac dirè cruciantur; nam dum vires intellectus, non autem sui affectus & cordis vnquam excitant, résque tantum Dei scire, non autem eius amore aduri concupiscunt, eis accidit quod plorat Bernar. in senten. *Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt.* & quod Hugo Victorinus de vanitate sic in lib. posteritati commendauit. *Multo satius esset simpliciter cum virtutibus degere, quam vitiis onustus Theo-* B *logiam profiteri.* quodque ait Hector Pintus in dialogis hac in vrbe Latinitate decoratis, auctorisque nitorem Lusitanum redolentibus, ni forsan coæquantibus, in dialogo de diserta ignorantia nuncupato cap. 5. per hæc verba; *Nunquam rerum diuinarum notitia in nobis incrementum capit, nisi prius Diuini amoris flamma cordibus nostris exardescat; imò potius nocet, & detrimento est.* Quia, videlicet, Prædicatores non solum inter spinas cogitationum difficiliũ, curarumque pungentium, & super petram duram sine humore auditorum huiusmodi disseminant, sed & ipsi petræ sunt, ac viri manus aridæ, ambulantes per loca arida; omnes namque quos sic docent, virore & succo priuant, ac cortice sub viridi interius arefaciunt; de C quibus potest dici, mutando vnicum verbum; *Estote factores verbi, & non prædicatores;* Hi aliis quippe verbum Diuinum prædicando, efficiuntur ipsi reprobi; non castigando corpus suum, nec animum excitando, vt in Deum cum attentis auscultatoribus ferantur, sed potius cum eisdem ad inferos trudantur. Quarta ratio, vt nouatores superbos rimatores, & Diuinorũm more suo scrutatores temerarios, de superbia & vanitate illorum animaduertam; dum non nimia curiositate, ac palpabili experientia superna comparari, sed profunda humilitate, & fide iacta in Deum, ei firmiter credendo inuestigari & terebrari prudentibus est notum, prout multis hoc in opere dicendis, nunc omissis, ostenditur ex D sententia tantoties repetita; *Initium sapientiæ timor Domini.* ex aliaque æquali; *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia; vbi autem est humilitas, ibi & sapientia* Quod ex aqua, cui sapientia est similis, firmatur; *Et aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis;* Nam aqua valles imos natura sua petit, & viros Sapientia seipsos deprimentes; vnde additur post pauca; *Et effudit illam super omnem carnem, secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se* Non magna præsumentibus, sed Deum diligentibus, reuerentibus, ac verba illius formidantibus, sicut noster Pintus proximè describit in hunc modum; *Vt ergo aqua per loca inferiora fluit & labitur, ita vera scientia in humilium cordibus requiescit. Quemadmodum*

Ezech. 1. 8.

Affectus intellectum quantũ adiuuet & euehat ad alta perdiscenda.

S. Bernard. Hug. S. Vict.

Hector Pintus de elegantiæ nitore commendatus.

Luc. 8. 6. Marc. 3. 3. Matth. 12. 43.

Iacob. 1. 22.

1. Cor. 9. 27.

Ex humilitate sapientia, ex superbia contumelia.

Psal. 110. 10. Prouerb. 11. 2.

Eccle. 15. 3. & 1. 5.

Ibid. n. 10.

H. Pintus.

profundæ valles fertiliores sunt montibus vento iactatis, vt ait Psaltes; Valles abundabunt frumento; *Sic humiles passim virtutibus & bonarum literarum disciplinis vberiores sunt superbis, inflatis, arrogantibus.*

6. Quos randem quonam freno cohibeam fortiori, non video, nisi in verbis, illius, qui iam doctus terrena sapientia, in Cælis arcanorum, quæ loqui nulli licet, accepit doctoratum. Qui cum adeò notæ sit prudentiæ & Sapientiæ, & tam ab omni vitio infesto cōtinentiæ perpetuo sospitatus, quam virtutum vniuersarū fulgoribus adauctus, ita abiectè de seipso scribit ad Corin. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*: & iterum ad eosdem; *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum* Et supra Philosophorum retundens sapientiam: *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* De quo subdit rationem verissimam & perutilem; *Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Non equidem volentes res illas penetrare, quæ nulla possunt acie humana perforari, sed firmiter credentes, quæ per Fidem illuminantem, intellectumque ad alta mysteria subleuantem & credi & indagari à nobis benè valent; donec tandem reprobata scientia Philosophica, insipientia sic scribit Ecclesiam suscitatam; *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret; vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* In quem finem ad Dei gloriam rectissimè ordinatum hucusque meæ sunt protractæ rationes, ex testimoniis & figuris illuminantibus pusillos, contemnentibusque se acutam mentem dantibus, non malè deriuatæ. Nunc suppositis his terminis, quantum istosmet collustrent figuralia testimonia iam ab ipsis incunabulis Figuratum repetamus.

2. Cor. 12. 4.

Sapientia cum humilitate in Paulo contendebat.

1. Cor. 3. 5.

1. Cor. 2. 2.

1. Cor. 1. 20.

Num. 21.

Num. 16. & 27.

A

B

C

De quidditate, definitione, & diuisione Figurarum.

7. QVoniam autem à definitione iuxta placitum Philosophi incipere conducit, pro basi quidnam sit Figura videamus. *Figura, igitur, res est, quæ aliam à se diuersam figurat semetipsa*; vnde & nomen figuræ obtinuit congruenter. Ita S. Hieronymus relatus 1. n. & Quintilianus 1. cap. in suo lib. 9. cum omnibus Rhetoribus: Res, nempe, quæ veraciter existit, & subsistit, quod enim nihil est, figurare nihil potest; vt ait noster Lyra. 2. lib. Reg. cap. 7. n. 12. Résque etiam quæ seipsa figurat rem extraneam; nam si aliam non figurauerit, figura non euadet; si autem figurauerit; sed quod illa figurauerit, non aliud sit diuersum, non erit iam figura, sed magis ipsa veritas; quantumlibet hæc quando figura sui est, & verum sub se habet, & tamen simul latet.

Figuræ definitio.

S. Hieronymus.

Quintilianus.

Lyranus.

Hinc prima, eáque proprior figuræ distributio, in realem atque verbalem, ni fallor, bipartitur: nam res tam corporalia, quàm etiam incorporalia æqualiter significat; vt puta, hereditatem, & hereditatis vsumfructum; obligationes & actiones, & alia consimilia; sicut asserit Paulus in L. *Si quis aliquid*: §. *Qui abortiones*, ff. de *Pœnis*; & Caius in L. *Mulieris*; de *verbor. signif.* Realis illa claret, quæ in rebus seu in factis corporalibus consistit, nec enim nouum est, vt vna res corporea rem aliam satis distinctam indigitet seipsa; velut hedera pendens ad vinum demonstrandum; & in Sacris illud pallium in duodecim scissuras à Vate dissipatum; ac serpens in deserto Dei iussu sublimatus; & omnia quæ euenerunt antiquis Patriarchis, de quibus D. Paulus; *Omnia in Figuris contingebant illis*; quæ sanè sine lingua loquela fruebantur; vt de Christi mirabilibus habetur in Gregorio hom. 2. in Euang. *Sed miracula Domini & Saluatoris nostri sic accipienda sunt, vt & in veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliud innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostendunt, & per mysterium aliud loquuntur.* Verbalis illa patet, quæ significat per verba; non quidem quando rem designat affectatè, vt aiunt oratores cum Quintiliano lib. 9. in 3. illius capite; sed quando verba ipsa rem aliam præsignificant; videlicet, cum Christus sic dicit in Ioanne; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*: Quod de eius Diuinitate intelligi oportebat; hæc enim sola fuit, de cælo quæ descendit; verùm ille de humanitate in cibū nobis danda iam hoc intelligebat. Vel si mauis, quando verba Diuina quidquid faciunt; nam quemadmodum Dei opera splendidè loquuntur, ita etiam illius verba magnificè operantur; vt liquet ex omnigeno Creationis opificio, de quo Propheta Rex; *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit & creata sunt.* Et ex opere mirando Consecrationis Eucharistiæ, de quo Ambros. de Sacram. lib. 4. cap. 4. *Ipse dixit, & factum est; ipse mandauit, & creatum est.* Vbi verba sunt figura Christi corporis per illa sub pane latitantis; sicut verba Creationis figura illarum rerum per ipsa productarum; quæ vtique Creatio Consecrationi valde seruit, vt in 1. Enarra. non paucis differetur.

Quid significet eius verbum.

Figura quæ realis.

3. Reg. 11. 31.

Num. 21. 8.

1. Cor. 10. 11.

S. Gregorius.

Figura quæ verbalis.

Ioan. 6. 51.

Deus loquitur per facta, operatúrque per verba.

Psal. 32. 9.

S. Ambrosius.

D

8. Rursus autem in substantialem & accidentalem necessario figura condiuiditur; quamuis istæ cum prædictis non parum misceantur. E quibus prima est, quæ rei significatæ tam substantiam, quàm præsentiam deuinctam secum affert: cuiusmodi in Diuinis Figura Patris Filius, vt Paulus eum vocat; *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius*; quia substantiam Patris sui indiuisam & suæ parem, æternam secum portat: in humanisque similiter, quiuis genitus genitoris substantialis est figura;

Figura substantialis

Hebr. 1. 3.

non

non numero, vt prædicta; sed specie coæqualis; & naturalis delineatio membrorum cuiuscunque, figura simul eius substantialis planè est; delineati namque corporis substantiam secum trahit; cum delineatio non artificialis, sed naturalis supponatur. Quæ Figura cum verbali Eucharistiam efficiente magnoperè consentit; excepto quod occultè continetur illic Christus; hic autem, vel iam ipse, dum vixit super terram, vel homo quiuis publicè. At verò accidentalis illa dicitur Figura, quæ substantiam non adducit, sed per accidens rem aliquam figuratam & assimilatam archetypo originali, seu propriùs, seu impropriùs, iuxta ipsiusmet Figuræ efficaciam & dignitatem tantummodo comportat.

Figura accidentalis.

Dequibus in hoc opere agendum nobis est, & in primis de postremis, quæ absolutè sunt Figuræ: circa quæ oportet illud pto interim notare, nullam prorsus ex se tota figuram figurare; sed pro aliqua sui parte Figuræ partes agere, vt docet Lyra n. allegatus præcedente, quo fusè de hac re. Vnde optimè Chrysostomus scribit super Gen. hom. 34. nullum typum veritatem omnino declarare; tunc enim in veritatem transiret typus ipse. Hincq; Christus multiplicirer figuratus olim fuit, penuriam propter magnam, imperfectamque naturam cunctarum Figurarum; quæ exprimere nequibant decenter tantum Dominum; præsertim in Eucharistia, vbi tot & tam eximia arcana continentur. Quæ sententia non immeritò arrisit D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 6. & eius percharissimo seraphico Doctori sent. lib. 3. d. 22. q. 3. n. 25. sed simul & Lucrerio Poëtæ perantiquo hoc gratum reputabis, dum de rerum natura 2. lib. cecinit:

Figura rem non explicat, sed partim tantum signat.
Lyra.
Chrysostomus.
D. Tho.
S. Bonau.
Lucretius.

Nūc age iam deinceps cūctarū exordia rerum
Qualia sint, & quam longè distantia formis,
Percipe, multigenis quam sint variata figuris:
Non quod multa parū simili sint prædita forma.
Sed quia nō vulgo paria omnibus omnia cōstant.
Nec mirum, nam cum sit eorum copia tanta,
Vt neque finis, vt docui, neque summa sit vlla
Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo, similique adfecta figura.

De antiquitate Figurarum.

9. POst omnis rei notitiam definitione prælibatam, de eiusdem natiuitate, origine, & principio, oportet rectò ordine sermonem præparare, disponere, ordinare. Ergo nostræ Figuræ non à Rhetoribus, vel etiam à Gentilibus Poëtis, qui multas reppererunt & referunt vbertim; sed ab ipso mundi initio, ac lucis natalitiis, primordia repetierunt; sicut palam demonstratur ex ore Regis Vatis: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Nam pro verbo *Propositiones*, *Ænigmata* inuenitur in Hebraica veritate, quam sequitur Hieronymus & Glos. Interlinearis: Græcè verò

Figuræ à mundi initio.
Psal. 77. 2.
Hieronym. Glos. Interlin.

A *Problemata*; id est, tales quæstiones, quæ aliquid obscurum ad dissoluendum sub se habent; id etenim est *Problema*, à pro & [illegible] dictum, quod Græcis est vorago; videlicet, propositio, quæ proponitur vt voret, decipiat, & non facilè sciatur [illegible] vndum; pro quibus verbis omnibus figuras ponit Lyra; *Vocantur hic parabolæ [illegible] veteris testamenti, quia fuerunt figuræ noui.* Quapropter nullus ambigat, Figuras à principio principium deduxisse. Quòd si Lyra hic significat, has à veteri testamento tantummodo cœpisse; vt & Glos. Interl. expressius hoc elucidat; *Ex quo de Ægypto exiuit*; hoc modo: nam exponit *Propositiones ab initio*; vterque certe lapsum in plano passus est; tum ex eo, quia initium generice loquendo, non est aliud, nisi mundi notissimum B principium, quod vt notum, per initiū sine aliquo additamento, antonomastice signatur, & clarè diuulgatur; tum ex alio quod Matth. hoc nobis patefecit, dum principij de quo agimus speciem declarauit: *Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis; vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem; Aperiam in parabolis os meum, eructabo absconsita à constitutione mundi.* Vbi Glos. Interl. præfata verba Psalmi ad ista elucidanda adducit, & coniungit: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.*

P[illegible] quidnam sit.
Lyra.
Matth. 13. 34.

Nec officit, quòd Deus non legitur parabolas tum temporis loquutus, sed solum rerum opus, paucissimisq; verbis, aggressus, C atque etiam in finem prosequutus; cum etenim, prout dixi, operibus loquatur, & verbis operetur, nil dubij per tot opera, tam paucis verbis condita, appositéque facta; disposita, peracta, multa nobis exinde sub orbis fabricati figuris prædixisse. Vnde duo hinc certissima deducere compellimur; Primum, rectè dixisse Marcellinum Capucinum in sua Encyclopædia; *Nemo nisi insanus inficiabitur fuisse adumbrata rudimenta Ecclesiæ à mundi incunabulis; & potissimum enitere in eis, quæ à rerum Moderatore Deo facta esse scripturæ sanctioris exquisita narratione recensentur.* Secundum, iustè me à lucis primo ortu huius meæ Chronologiæ exordium arripuisse; tunc enim mundi initium, à cuius constitutione figuras sui ipsius præiecit Christus Dominus.

Ecclesia à mundi initio certissimè adumbrata.
Marcellin. Capuc. fol. 48.

D 10. Sed placet tantos viros, Lyranum, & Laudunensem Interlinearis Collectorem à lapsu vindicare; dum à veteri testamento figuras incepisse propterea, vt ego puto, ex causa crediderunt, non quia tunc inceperint, sed quia multo plures clarioresq; fulserunt in populo Hebræorum. Clariores, quatenus *Moyses primus fuit, qui publicis commendauit literis, ea quæ lumine & consortio Diuino collustratus didicerat Sacramenta*: vt auctor est Venetus in Harmo. Cant. 1. tono 1. cap. 1. Multò plures dum de Moyse illius Gentis duce scribitur in Actis; *Eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum*: quoniam duplex fuit olim Ægyptiorum sapientia; communis vna & omnibus hominibus vul-

Moyses primus qui Dei verba scripsit & mysteria.
Venet.
Act. 7. [illegible]

garis; quemadmodum Geometria, Arithmetica, Aſtrologia, & reliquæ ſcientiæ, vocatæ Liberales; alia verò non vulgaris, ſed ſacra, atque ſecreta, hieroglyphica appellata, quæ tantummodo docebatur inſignioribus iuuenibus, & quæ ita ſeruabatur recondita apud illos, vt ab aliis nationibus adepta nunquam fuerit; ſicut Tacitum producens lib. 11 cap. 4. teſtatur P. Marquez lib. 1. cap. 4. in Gubernatore Chriſtiano; qui hanc duplicem ſapientiam cum Martyre Iuſtino clariſsimè aſſeuerat. Additque ex documentis Clemen, Alexan. Strom. lib. 6. ideò Deum hac ſapientia de induſtria ſeruum ſuũ inſtitui voluiſſe, quia ipſum diſponebat ad legem diuulgandam, qoæ vt verè ceremonialis, & futurorum figuralis, tota ſymbolis & hieroglyphicis noo palam res monſtrantibus, ſed alia ex aliis tantum pro parte inſinuantibus incluſa prorſus eſſet. Hincque adeo ſub eiuſdem literali legis corticе occluſit ipſe Moyſes myſteria Chriſtiana, vt occidens ſolum litera non ſpiritus viuificans reperiatur à Iudæis: qui tot vmbris legis ſuæ vallati & circumfuſi, nihil minus quam illarum & corpus & ſubſtantiam, qui eſt Chriſtus Crucifixus, intuentur vſque modò; nec pariter in poſterum intuebuntur modo aliquo, niſi ex oculis eorum velamen prius Moyſis tam ibi, quàm & intimè in cordibus ipſorum impoſitum tollatur; vt grauiter, & doctè ſcribit D. Paulus.

Ægyptiorũ quæ ſcientia, in qua Moyſes eruditus.

F. Iuan. Marquez.

2. Cor. 3. 6.

Iudæi Chriſto ſepti aũ minus Chriſtũ vident, at tamen non illius ſed culpa illorummet. 2. Cor 3. 14. 15. & 16.

Hoc autem neque Chriſti nec Moyſis culpa factum; ſed dura & affectata Iudæorum cæcitate; de qua multa, Deo duce, ſequenti tomo dabo; pro interimque ſatis ſit Pſalmus memoratus; vbi ſtatim poſt Figuras ab initio promicantes, ſic ait Rex ſcriptor; *Quanta mandauit patribus noſtris, vt cognoſcat generatio altera; filij qui naſcentur & exurgent, & narrabunt filiis ſuis. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant*; Dum cum Gloſſa Interlineali intelligas hæc verba de populo Chriſtiano, qui eſt alia generatio ab Hebraica ſeparata, de qua ſignatè inquit; *vt cognoſcat generatio altera*: Cui omnia hîc delibata ſummoperè conueniunt; at de populo Iudæorum, quæ ibi ſubſeqountur; *Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua & exaſperans; generatio, quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius*. Hucuſque perfunctorie de antiquitate Figurarum. De Moyſis ſapientiæ præſtrictæ vetuſtate, Peterius multa & optima tom. 1. ſup. Exo. & Valentia in 1. p. Angelici Doctoris ſtatim punct. 1. niſi forſitan hi pugnant cum Actorũ loco proximo, dum Ægyptiacą Moſaycam antiquiorem clarè faciunt. An autem nobis vti Gentilium ſapientia, & velut Sanctus Moyſes in illa bene inſtrui, ſit decens atque vtile, in vtilitate Figurarum inferius apparebit.

Pſal 77. à n. 5

Quæ Moyſis ſapientia. Pererius. Valentia

De neceſſitate Figurarum naturaliter enata, ex naturæ recto greſſu, de imperfecto ad rem perfectam.

11. HInc eruitur neceſſitas quammagna Figurarum; cum iſtæ namque à Deo, & à principio antiquiori naturę pullularunt, Deus vtique & natura, vt docet Philoſophia, nil vnquam fruſtra faciunt; præſertim cum Dei Filius hoc ita confirmauerit, vt nonnũ parabolice ad turbas ſic loquutus; *Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas; & ſine parabolis non loquebatur eis*. Ergo ſacræ Figuræ Myſteriorum futurorum omninò neceſſariæ; & in primis, ob neceſsitatem quam voco naturalem, qua ars atque natura non illico res ſuas conſummant & perficiunt, ſed lentiſſime procedunt de imperfecto ad plus perfectum; qua via, & non diuerſa, tranſito prius medio, incedere & aſcendere humanitus conceditur: Ita aſſeritur à Doctis; expertis ita claret; & quod valde demirandum, ita à Deo omnipotente cum poſſet in inſtanti perfectè cuncta facere, in Creatione vniuerſali videmus obſeruatum, non enim vice vnica abſoluit quæ creauit; ſed diebus inter ſe diſtinctis inchoauit, diebúſque diuerſis incepta conſummauit, atque vltima perfectionis corona venuſtauit. Lucem enim primo die idoneè ſuſcitatã, die quarto tam ex Solis, quàm ex Lunæ & ſtellarum creatione decorauit; aquas verò quas ſecundo ab aquis ſeparauit, die quinto per formatam ab illis tam natantium, quàm volantium multitudinem decore cumulauit; terram autem quæ in tertio arboribos ditauit, per beſtias ſexto die & hominem creatum perfectione ſublimauit; vt in ſuo Breuiloquio p. 2. cap. 2. obſeruat vir ſeraphicos.

Figuræ neceſſitas ob ordinem naturæ.

Matth 13 34

De imperfecto ad rem perfectam procedunt vniuerſa.

S Bonauen.

Solent quique pictores picturas adumbrare, & mortuas primùm lineas in tabulis ſupponere, quas carbone atque plumbo frequenter ipſi iaciunt; quibus poſtea ſuperinducunt colores ita viuidos, vt potius animati quam picti videantur; non adeòque res artis, quam veræ & naturales. Verùm phyſicas & veras efficere non valent; nam ſi iſtas caſu aliquo valerent efformare, naturales magis vellent loquẽtes, atque etiam mouentes ſe imagines cum gaudio fabricare. Ratiò autem cur non poſſint, notiſſima ex ſe eſt; non etenim ſunt proprie opifices naturæ, & naturales productores, ſed artis extructores artificioſiq; miniſtri, qui æmulantur naturalia. At verò naturalis ſupernaturaliſque Creator, & pictor vniuerſi, primum vmbras ſine veritate depinxit tam ſub lege, quàm ante legem veterem; poſtea dedit veritatem, ſed vmbris palliatam, in noſtra lege gratiæ; quouſq; tandem prodet veritatem ſine vmbris in templo ſuę glorię; vt inuenies cum Emiſſeno & Diony. Areopag. Enarra. 23. quibus adde D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 2. Hæc autem conuenientiſſimè

Pictores vt depingant, & quàrum poſſint facere.

Eccleſia inter Synagogam & cælum manet media.

D Tho.

tiſſimè pro temporum diſcrimine; nam in gloria (quò à fine ad principium redeamus) conueniés erit veritas tam pura ſicut Deus, qui clarè atque veriſſim: videbitur in ea,
1. Cor. 13. 12. de qua cœleſtis Doctor; *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad fa-*
1. Ioan. 3. 2. *ciem.* Dilectúſque Apoſtolus; *Videbimus eum ſicuti eſt.* In Eccleſia verò iuſtum, vt videamus in obſcuro, & veritatem cum obſcuritate commixtam teneamus; veritatem; quia verè redempti à Chriſto ſumus, & eius verum corpus in Euchariſtia retinemus, quamuis Chriſtum poſt illius in cœlum aſcenſionem non clarè videamus; ita vt in Sacramento habeamus Redemptorem, ſed quem ibi tam corporè quàm verè poſſidemus, non palã intueamur; tandémq; in Synagoga digniſſimum, vt veritate deſtitutæ tantùm vmbræ fidelibus darentur; quia veritas nondum venerat, ſed vmbra futurorum dumtaxat tunc vigebat, vt ait
Hebr. 10. 1. S. Paulus; *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum; &c.* Vmbram verò ſic carbone, & plumbo effigiatam, vt obſcurum & oneroſum Hebræis valde fuerit, ſub carbone plumbóque ſudare figurarum: oneroſum,
Actor 5. 10. ſicut colliges ex verbis D. Petri; *Quid tentatis Deum, imponere iugum, ſuper ceruices diſcipulorum; quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* Obſcurum, ſicut veritas expoſuit incarnata;
Matth. 13. 13. *Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt; vt adimpleatur in eis prophetia Iſaiæ dicentis; Auditu audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non videbitis.* Quæ verba Deo dante aliquando elucidabimus, Euchariſtiæq; inferius myſterio accommodabimus. Nunc in noſtri
Vſſuna. patrocinium Vſſunæ vocem audi in p. Occidentali ſerm. 45. *Fecit Chriſtus, ſicut optimus antigraphus, qui prius ſignat graui plumbo figuram, quam poſtea decorare vult, nec punctum egreditur à prioribus ſignis. Sic Chriſtus, qui effigiare venerat Euangelium ſuper lineamenta à Patre poſita veterum figurarum, ex grauibus ac oneroſis ceremoniis facta, quæ velut plumbum graue antiquos moleſtarant, nunc eas pulchris coloribus, ac myſticis Sacramentis decorat; taliter, quod oneroſum maneat ſopitum & decoratum.*

Figuræ graue plumbũ, quas Chriſtus decorauit pulcherrimis coloribus.

De neceſſitate Figurarum ex Myſteriorum dignitate.

12. NEc ſolum naturalis perfectionis exigentia figuras requirebat, ſed & dignitas Myſteriorum hoc ipſum poſtulabat. Non enim ſunt Myſteria communi & rudi plebi de facili vulganda, niſi volumus vt breui vileſcant apud multos, qui neſciunt ſæpe obuia Dei ſacra venerari. Ita planè de Euchar. Diony. Areopag. de Cœl. Hierar. cap. 2. & de Eccleſiaſtica, cap. 1. & 2. cum ſequẽti. Baſilius de Spiritu ſan. cap. 27. Gregor. lib. 4. dialog. cap. 56. D. Tho. 3. p. q. 78. ar. 3. elegantérq; Eucherius Antiſtes Lugdunenſis in tractatu quem compoſuit de formulis ſpiritualibus. Quapropter inter alia Deus voluit Scripturam obſcurè ſcriptam eſſe, & tropis occultatam, vt notauit Auguſtinus de Doctri. Chriſtiana lib. 2. cap. 6. Chryſoſto. in Imperfe. hom. 44. atque iterum Gregor. hom. 6. in Ezech. & ideo legis veteris ſcriptorem primum Moyſem in ænigmatibus Ægyptiorum permiſit educari; quò legem ſub inuolucris præſentibus inuolueret; & poſteris hanc ipſam interna luce plenam, vt ab eis aperiretur, relinqueret intactam; columba ſicut illa, quam memorat Propheta, in facie ſimpliciſſima, cuius tamen poſteriora pallore fului auri, vt attingitur à Veneto ſtatim referẽdo, mirificè reſplendent. Nec immeritò, cum Eccleſia columba ſit prædicta, quæ inter duos cleros; & duo teſtamenta, vt notat Auguſtinus, obdormit & quieſcit; cuius pennæ anteriores fuerunt deargentatæ in oraculis Diuinis; eloquia namque Domini argentum examinatum; poſteriores vero aureæ; quia ditior ſapientia poſterior eſt Eccleſia; & vt ſubditur ſtatim; *Niue dealbata in Selmon, mons Dei, mons pinguis. Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem.* ac illa, quæ per noſtrum Euchariſtiæ Sacramentum quod verè mons Dei pinguis, & etiam mons eſt *Selmon* qui vmbra interpretatur, in vmbra tam præpingui habendi Chriſti corpus quantumuis occultatum, in finem mundi vſque certiſſimè habitabit, dicente Matth. ore; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* quæ verba de Euchariſtia à Chriſto enuntiata inferius demonſtrabo. Enarra. 1. n. 58.

Arcana & Sacramenta non facilè euulganda. S. Dionyſ. S. Baſilius. S. Gregor. D. Tho. Eucherius.

Scriptura cur obſcura. Auguſtin. Chryſoſt. Gregor. &c. Pſal. 67. 14. Pſal. 11. 7. Num. 15. & 16. Matth. 28. 20.

Hinc quælibet attinentia ad Moyſis Tabernaculum inuolui iubebantur, vt ab ipſis Caathitis, cum tamen non communes prophani & ſæculares, ſed Deo conſecrati, & templi viri eſſent, tunc poſſent transportari; ne, videlicet, præſentibus res illas aſportantibus, & aliũ cũ labore non paruo transferentibus, paterent ſine velo; ſed à poſteris reſerarentur, cum magno illorum gaudio; atque ipſis omni ferè velamine ablegato iucundè potirentur. Hincque mos inter Iudæos, vt maiores ſoli crederent explicitè & apertè articulos nonnullos, minores verò implicitè, obſcurè & ænigmaticè ſub fide prædictorum; vt in materia noſtræ Fidei communiter docetur; aſſeritúrq; nuper à Valentia ſuper 1. 2. D. Tho. diſp. 7. q. 7. puncto 5. Hinc etiam. Deus diſpoſuit, vt populi communis de myſteriis Redemptoris, quem expectabant, fides eſſet obſcura & palliata; ne propter inidoneos veniret in contemptum D. Tho. 1. 2. q. 101. ar. 2. Hincque tandem Gentiles, qui ab Hebræis mutuati ſacrorum rationem, vel à natura ſunt edocti hos ritus celebrare, mirificè ſub fabulis hæc propter adinuentis, hoc ipſum præſtiterunt. Nam vt Ægyptij quandam habebant ſacratam ſapientiam, vulgariter ignotam, ſic de aliis ab eiſdem ſcientias addiſcentibus hoc aſſerit Geofredus in Comit. Philoſop. ſub 1. illius cap. *Ann-*

Num. 4. 15. Inuolutra cur tranſlata vtenſilia Tabernaculi. Iudæi vt Chriſti fidem antiquitus aſtricti. Gre. de Valentia. D. Tho. Gentiles qui ſacra, doctrináſque tradendis ſeruarunt priſco tempore.

Naral. Cô. Phil.

quitus non multis annis ante Ariſtotelem & Platonem, omnia Philoſophia dogmata, non apertè, ſed obſcurè, ſub quibuſdam integumentis tradebantur. Græci enim cum occultam philoſophandi rationem ab Ægyptiis in patriam adduxiſſent, ne res admirabiles in vulgus ederentur (quod illis malè perceptis ab omni religione & ab omni probitate plerumque ad facilè deſciſcat) & ipſi per fabulas philoſophari clam cœperunt. Vnde conſtat quod fabulæ eis erant in Myſteriis, atque etiam vt Sacramenta initio excogitatę. Sed ſi hoc in Philoſophicis & naturalibus diſciplinis, quid erit in Diuina & ſupernaturali ſapientia? de qua B. Paulus, *Quis cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* id eſt, particeps conſiliorum & diſpoſitionum mentis eius? Nemo vtique; quamobrem figuræ bene ſunt pro Sacris adinuentæ. Vlterius, quod Gentiles non ſolum Philoſophiam, ſed pariter & ſacras hiſtorias à Iudæis patẽter vſurpatas à principio ſub fabularum velamine occultarunt; donec tempore procedente ipſis fabulis peruerterunt notitiam veritatis. Sic fabula Deucalionis proceſſit à diluuio, Phaëtontis verò à Solis ſub Ezechia retrogreſſu; Gigantúmq; ab illis conſtructoribus iniquis Babelis ædificij; vt cum Clemen. Alexand. Euſebio, & Ariſtobolo Venetus auctor eſt in Harmonia Cant. 1. ton. 1. cap. 1.

Cur fabulæ à Gentilibus inuẽtæ primùm fuerint.

Rom. 11. 34.

Vt fabulæ à myſteriis Diuinis ſint enatæ.

Venetus.

De neceſſitate Figurarum ex ſublimitate Myſteriorum ſub illis contentorum.

Gregor. de Valen.

13. REctè dixit ex neotericis Gregor. de Valentia in 3. D. Tho. diſt. 6. q. 8. puncto 5. §. 3. *Non eſſe quidem opus diuinæ intelligentia, perfectas habere prorſus omnes cauſas, cur hoc modo aut illo Chriſtus loquutus ſit:* Quis enim cognouit ſenſum Domini? *Nam ſi homo ſui ipſius ſermonis rationem ſemper reddere non poteſt, cur ita ſit loquutus, & rem aliquam explicuerit, quomodo intelliget loquelam Domini? & cur Dominus in ſuis Myſteriis ſic vel ſic loquutus fuerit.* Rectius verò ex antiquiſſimis, ſanctiſſimiſq; Patribus Dionyſius apud ipſum Venetum loco proximo, dicentem illius nomine; *Tantum fas eſt ad cæleſtia conſcendere, quantum ſe ipſum Diuinorum eloquiorum radius inſinuare dignabitur; debémq; à nobis Diuina piè & caſtè interpretari, ne ſi naturali indagatione procedere voluerimus; in varios, ſicut antiqui Philoſophi, incidamus errores.* Quis enim volet amplius de Dei lumine percipere, quam à luminum parente contigerit donari? ex piis nemo ſane, in cuius fidem audi Apoſtolum Iacobum; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Sed rectiſſimè ex Philoſophis Gentilibus Simonides, qui ab Hierone Siracuſano Tyranno requiſitus, quid eſſet Dei eſſentia, ſpatium pro reſponſo vnius diei petiit; ſequenti verò biduum; in iſtóq; quatriduum; quas temporis inducias, diebus

Rom. 11. 34.

Intellectus non eſt potens intelligere diuina, ſed ea quæ diuina illuſtratione tantum nouerit.

S. Dionyſius.

Iacob. 1. 17.

Simonides quid de Deo reſpõderit quæſitus; apud proximum Venetum.

A præter hos nonnullis ſibi indultis, nil minus prorogauit, ac ſemper duplicauit; donec tandem à Dynaſta irato interrogatus, cur velut hoc in eius deſpectum dilataret, ſapientiſſimè reſpondit; *Quia quanto diutius conſidero, tantò mihi res videtur obſcurior.* Veréq; cum & Deus lucem habitet, quam Paulus inacceſſibilem vocauit; quare nunquam à noctuatum, humanarum ſiue mentium, quantumuis perſpicacium penetrabitur ocellis offuſis lippitudine; nam quod oculus noctuæ comparatus Soli eſt, hoc noſter intellectus reſpectu Diuinorum; vt ait Ariſtot. 2. Metaphy. & diſtichon de hac re vbique circumlatum;

1. Tim. 6. 16.

Inſcia mens lumen non cernit, noctua lucem;
Non videt iſta diem; non videt illa Deum.

Noctua & vilua mens reſpectu Diuinorũ.

B Quapropter Iſaias demiratus vocem extulit; *Generationem eius quis enarrabit?* vbi Hector Luſitanus. *Quis poterit narrare Chriſti generationem? non ſolum æternam de Patre ſine Matre, ſed etiam temporalem, de Matre ſine Patre?* nemo plane, niſi illi de quibus euulgatur; *Et nemo nouit Filium, niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

Iſai. 53. 8.

Matth. 11. 27.

14. At præſentem & ſublimem Myſteriorum tranſcendentiam, figuras exigentem, vno tantùm Ruperto peroptime loquente finire nobis liceat; qui quidem lib. 3. de Victor. verbi Dei, cap. 28. hunc titulum præfixit; *Exemplis probatur non expediuiſſe, ut Sacramenta ſcripturæ apertis verbis proderentur, donec opere complerentur.* Quod exemplo

Rupertus.

Myſteria cur conuenerit figuris obuelari.

C plo Iſaiæ in corpore confirmat; qui ſerra ſectus obiit, ex eo quod in ſuis oraculis ſic dixerat; *Vidi Dominum ſedentem;* quaſi Domino contrarius in Exodi ſententia, *Non videbit me homo, & viuet. Si ergo* (inquit Rupertus) *ab hominibus damnatus, qui dixit,* Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum; *quid fieret de Moyſe, ſi vbi dixit populo;* Erit vita tua pendens ante te, & non credes vitæ tuæ; *ita manifeſtius dixiſſet: Crucifiges, & pendere facies Dominum tuũ ante te; & reſurrexiſſe non credes eundem auctorem vitæ? Laudabilis igitur prouidentia Verbi, in eo quòd per ſcripturam & mundo innotuit, & mundo ſe abſcondit; taliter eandem ſcripturam contemperans, vt quaſi liber ſignatus illius temporis oculos effugeret, & cuſtodiretur venturis ſpiritualibus, quibus in ſuo tempore vtiliter aperiri poſſet. Seruitoribus ſuis ſtatim mercedem, qualem capiebant, larga manu dedit, ſicut ſcriptum eſt;* Et dedit illis regiones Gentium, & labores populorum poſſederunt; vt cuſtodiãt iuſtificationes eius, & legem eius requirant. *Atque ita factum eſt, vt quamuis plerique illorum imbelles exiſterent, attamen in futuro hominibus pugnaturis in militia Verbi Dei, arma ferrent, miroq; modo futurorum præcurſores, atque armigeri exiſterent. Quod prauidens Dominus dicebat ad Moyſem;* Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſumam; te autem faciam principem ſuper gentem magnam & fortiorem quam hæc eſt. *Quod & ſi non ſtatim, Moyſe interueniente, factum eſt, at nunc videmus impletum; quia percuſſi ſunt Iudæi; Et ſuper aliam gentem, ſcilicet, ſuper omnem ſanctam*

Iſai. 6. 1.
Exo. 33. 20.

Deutor. 28. 66.

D

Promiſſiones cur terrenæ Iudæis tantum factæ.

Pſal. 104. 44.

Num. 14. 12.

Moyſes magis Chriſtianorum quam Iudæorũ dux & caput.

Eccleſiam

Ecclesiam Moyses Princeps & Magister reuelata facie constitutus est Hæc ille; quibus nulla reperies meliora, quæ tantò diuiniora à nobis iudicanda, quantò à Christo prius sunt doctrina consecrata; *Si terrena dixi vobis, & non creditis; quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?*

Ioan. 3. 12.

De necessitate Figurarum ex hominum intellectus infirmitate ad res Diuinas idoneè capessendas.

S. Vincent. Ferrarien.

Oculorum & intellectus ad Diuina aspicienda infirmitas quam magna.

15. NOta præsens est causa, quam exornat ille magnus Miraculorum factitator, Vincent. Ferrarien. sic dicens in serm. de suo Patriarcha; *Communis est doctrina in Theologia & Philosophia de anima lib. 3. neminem videre posse res spirituales, nisi per figuras, & repræsentationes similes; dicit enim Philosophus*, Impossibile est nos intelligere, nisi per phantasmata & similitudines. *Et Dionysius ait*; Impossibile est nobis lucere Diuinum lumen, nisi velamine figurarum fuerit circumuelatum: *Et hoc propter defectum oculorum carnis, qui non possunt videre, nisi corporalia. Quia autem spiritualia à nobis in hoc mundo videri non possunt, creauit Deus mundum, in quo qualibet creatura, quantumcunque parua, repræsentat spiritualia; ad instar pictorum, qui imagines depingunt, vt aliquid repræsentent. Et de mundo pleno imaginibus à Deo depictis, ait Apostolus*; Inuisibilia Dei à Creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas, ita vt sint inexcusabiles.

Roma. 1. 20.

Sed elegans, & altus, vt assolet, Rupertus citato modò lib. cap. 26. cum proximè sequenti; quæ his titulis duobus sic ille prænotauit; primum scilicet hoc modo; *Sacramenta cœlestia sub sacrarum superficie literarum latentia, similia esse thesauro abscondito in agro.* Secundum verò sic; *Hunc thesaurum ideo absconditum fuisse, ne paruulis, quibus lacte opus erat, solidum cibum non ferre possent, & porci margaritas pedibus subiectas conculcarent* Quem thesaurum sapienter, inter multa scitu digna ligone mentis suæ in istum modũ effodit; *Idcirco valde notandum est, quod cum sancta Scripturæ intentio tota tendat ad Regnum cælorum, fere nusquam in omni Pentateucho vlla sit mentio de gloria eiusdem Regni; vel comminatio gehennæ ignis verbis manifestis, præter quod dictum est in Cant. Deuter. cap. 32.* Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. *Minæ quidem ad deterrendum, ne peccarent homines, de malis terrenis erant; de gladio, de fame, de pestilentia, de malis bestijs, &c. Promissiones verò ad excitandum ad virtutes, de bonis etiam terrenis; de agris, de vineis, de oppidis, de villis & ciuitatibus muratis; de ficetis, & oliuetis; atque tandem de terra fluente lac, & mel; quæ omnia spiritualibus rebus inferiores valde sunt; quamuis efficacius contingant animos ea quæ videntur, quam illa quæ non videntur. Profectò si manifestius tam tunc enuntiata fuisset de futuro sæculo illa dulcedo vitæ æternæ, & requies paradisi, quæ sub nomine terræ intelligitur lacte & melle manantis, paruulis fanè, quibus lacte opus erat, tanquam solidum cibum fastidirent, superbi autem tanquam porci margaritas conculcarent* Hæc Rupertus; cui persimilis est Doctor Africanus in Psal. 73. non longe post prin. & qq. sup. Numer. tom. 4. lib. 4. q. 33. sed & Lingua Veritatis dicentis Nicodemo, quod in n. præcedentis coronide reperies.

Rupertus.

Thesaurus lactans animas scripturæ cur sit latens sub velo Figurarum.

Deuter. 32. 22.

Infernus semel tantum a Moyse memoratus.

S. Augustinus.

Hincque bona sub lege Hebræis repromissa, vt tangit hîc Rupertus, terrena tantum erant; nam si cœlestia promitterentur, à paucis crederentur, quantumcunque sub terrenis significarentur sempiterna; vt ait D. Tho. 1. 2. q. 107. ar. 1. ad 2. & 2. C. & q. 104. ar. 10. ad 1. Lyra. 11. ad Hebræ. n. 33. Burgen. sup. Gen. cap. 15. addi. 2. Fortalitium nostræ Fidei lib. 1. fol. 14. Accedunt Augusti. contra Faust. Mani. lib. 19. cap. vlt. & Hieròny. lib. 1. aduers. Pelagianos. Quæ sufficiant de intellectus ad Mysteria infirmitate.

Promissiones de terrenis Iudæis palam factæ, clam autem de cœlestibus.

D. Tho. Lyra. Burgensis. Augustin. S. Hieron.

De obscuritate Figurarum.

Thesaurus quam prædiues scriptura sit Diuina.

16. PEr has quatuor necessitates figuras exposcentes, illarum satis claret obscuritas innata; nec malè, cum Figuræ in n. præcedenti thesaurus nuncupentur. Qui certè non est simplex, sed duplex atque locuples, ex duorũ Testamentorum diuitiis congregatus, vt asserit Chrysost. in parabola thesauri. Thesaurus verò est naturaliter absconditus, reconditus, ignotus, vt ibi asseueratur; *simile est Regnum Cælorum thesauro abscondito in agro*; iste autem multo magis qui est de Sapientia ditissima conflatus; cuius opes præferuntur Regalibus, in verbis eiusdem sapientiæ; *Et præposui illam regnis & sedibus; & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* quæ diuitiæ loco in ipso vocantur infinitæ; *Infinitus enim thesaurus est hominibus*; sed ideo plus absconditus, quia semel atque iterum thesaurus infinitus, ex vtriusque testamenti infinitate duplicatus; de quo summo thesauro dicebat Christus Do. *Ideo omnis scriba doctus in Regno Cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* Noua scilicet deprompta ex Testamento nouo, vetera autem deriuata, desumptáque ex veteri. Vnde est, quod Episcopi Apostolorum successores, vt illi qui notitia Scripturarum plus vrgentur; mitram duplici cornu, quò scientiam testamenti designent vtriusque, imponunt suo capiti; vt notat hic Lyranus, & Venetus Cant. 3. tom. 8. cap. 3. sed prior Innocen. lib. 1. cap. 60. de Missæ sacrificio.

Chrysost. in Glossa.

Matth. 13. 44.

Sapientia quis thesaurus.

Sap. 7. 8.

Num. 14.

Matth. 13. 52.

Mitra Episcopi cur bicornis.

Lyranus. Venetus. Innocent.

Quanta verò figurarum vtriusque testamenti æstimanda sit obscuritas, tam doctè, quàm venustè, & breuiter Barradius tom. 1. lib. 3. cap. 6. sic incipiens; *Mira sanè est veteris Testamenti cum nouo consonantia; diuinus planè concentus, quem qui anima auribus fideliter hauriunt, & mirum in modum oblectantur, & Iesum optimum maximũ verissimum esse Messiam, in quem antiqua Vaticinia omnia quadrent, magna cum oblectatione cognoscunt. Vtenim Ambros. ait in Comment. S. Luc. cap. 2.* Omnis legis

Barradius.

Figurarum quæ obſcuritas.

veteris ſeries, futuri typus fuit. *Sed longiſſimam hanc ſeriem perſequi, omnéſque eius typos & Vaticinia excutere in infinitum eſſet. Exigit ſuo iure argumentum hoc, & quidem peaclariſſimum, & præclaro aliquo ingenio digniſsimum, magnum opus, libróſque multos. Nobis ſit ſatis ex tot dapibus nonnihil nunc libare: cum verò ſigillatim de Chriſto agemus, quæ in rem erunt veteris teſtamenti myſteria enucleare.* Hæc ad vnguem Barradius cum ſumma ratione, quamuis ipſi refragari videatur Auguſtinus tom. 6. lib. 9. contra Fauſt. Manich. vbi cap. 11. multos inquit de re hac vulgaſſe magnos libros, qui vel in noſtra tempora nequaquam deuenerunt, vel ſaltem in manus meas agentes de hoc ſeriò, ac etiam ſeriatim, niſi vnus, ſiue duo materiam ſalutantes, pertrari peruenerunt; quorũ carens auxilio, plus lapſibus obnoxius remaneo proculdubio; præcipuè cum &dotibus quas poſtulat Barradius omninò ſim præpoſterus. Illud tamen huic numero polliceor conſentaneum; quod de mei ingenioli pauperrimi theſauro producam noua & vetera; duo themata ex veteri ac nouo teſtamento initio ſemper ponens Enarrationis cuiuſcunque; in quibus licet vetera priora nouis ponam, hæc tamen ſemper manent prioribus priora; illa namque ſunt priora ratione fundamenti, ac ideo inferiora, humilioráq; non parum; hæc autem ratione faſtigij conſummati, in ædificio Chriſtiano; per conſequénſq; etiam quam valde excelſiora, nobiliora, & ponderata, ipſius rei ſubſtantia, naturaliter priora; quapropter prius noua produxit Chriſtus Do. vt notat Interlinea. & Auguſtin. tom. 5. lib. 10. cap. 4. de qua quidem prioritate Euangelij ad Legem veterem Barradius tom. 1. initio lib 4. quantumuis Chriſtus vetera obſeruatæ Legis Moyſis, quam venit adimplere, habuerit pro baſi; vt ego quoque habeo pro mea Chronologia directius fabricanda; in qoa themata vetuſta priori loco ponam, ſed noua ſic imponens, ſuperimpoenéſq; prioribus, vt iſta priùs ſuit; & poſſim verè dicere cum ipſo Redemptore, proferre me de pauperi theſauro noua & vetera; non vetera, & poſt noua; ſed noua, póſtque vetera. Vlterius, quod & vetera principiis collocata vtrumque ſanè erunt, tam vetera, quàm noua; ſed noua certè magis quam vetera & antiqua; ita vetera cudendo, & nouiter aptaodo, vt noua ſint & vetera; at noua priocipaliter, & vetera acceſſoriè. Nam nouitas abſorbet antiquam vetuſtatem; vetuſtáq; nunc erunt nouiſſima & priora; quo ſenſu noua & vetera expromam de theſauro ſacrarum Scripturarum.

S. Auguſtinus.

Teſtamento quãtum veteri ſit nouũ præponendum.

Interli. Auguſtin.

Barradius.

Matth. 5. 18.

Barradius nunc adductus lib. 2. cap. 2. ænigmaticam eſſe ſacram oſtendit Scripturam, quod ſufficit vt illa ſuapte ſit obſcura. Si autem interrogemos, cur iſtam Deus voluerit obſcuritate præpollere, reſpondet Auguſtin. lib. 2. cap. 6. de Doct. Chriſtiana in ſuperbiæ depreſſionem, & intellectus recreationem hoc ita deſtinaſſe; nam ex facilè intellectis hebetatur & torpeſcit ſæpiſſimè mens hominum, cui leuiter comperta deſipiunt & viléſcunt; ac pariter vt mens res plures ſerutetur; ſolet etenim obſcuritas per exercitium perſcrutandi intellectum illuminare, & ideo quæque valde condenſa declarare; quare in Pſal. præaſſumpto rectè dicitur de figuris per teſtimonia deſignatis; *Mirabilia teſtimonia tua; ideo ſcrutata eſt ea anima mea; Decl ratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.*

S. Auguſtin.

Scriptura cur obſcura à Deo ſit diſpoſita.

De claritate Figurarum.

17. Figuras nihil dubij inuolueodo rem exoluere, & obſcurando declarare; ita vt adeo luminoſa iſtarum ſint vmbracula, quam lumen eſt vmbroſum; ſicut alibi aliis, quæ ideo nunc prætereo, dicendum nobis erit. Sufficeret Figurarum tantummodo vocabulum; nam Figuræ ſunt obſcuræ ex propria ethymologia; propterea quòd figurant, non verò clarè exprimunt; adumbrant, non colluſtrant; præſignant, non enodant; prænuntiant, non oſtendunt; ſoli quippe legi nouæ ius fuit reſeruatum, vt explicaret, & enuclearet figuras legis veteris; teſtatur Gloſſa in verba nũc proximè producta; *Declaratio ſermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis.* Antiquæ res modernas dumtaxat prænotarunt, & inter nubes denſas futuras indicarunt. Hinc ait Auguſtinus lib. 3. cap. 5. de Doctri. Chriſtiana, quod ſermo figuratus illuſtrat ſcripturam; illuſtrat, ſed non explicat, illuminat, ſed non luce omnimodè perfundit. Quod & Doctor Angelicus non negat 1. p. q. 1. ar. 9. & 1. 2. q. 101. ar. 2. diſputando an Scripturæ metaphoræ conueniant, & illis vti debeat; quod tenet affirmatiuè; hac tamen differẽtia inter ſacræ Theologiæ, Poëſiſq; figuras, vt iſta propter rei inopiam atque defectum figuras quoque habeat; illa verò propter copiam, materiarúmq; exceſſum. Vnde patet, humana ad illuminandum non ſufficere; Dioina verò è contra vltra omnem ſufficientiam, pro libito Dei noſtri, abundè illuminare; & ſic primá ex obſcuro præbere quandam lucem; at ſecundam ex magna luce præſtare obſcuritaté, & lucem obſcuritare, vt mitigata & temperata videri à nobis valeat: Quare Angelus de myſteriis veraciter immenſis erudiens ſemper Virginem, non equidem illi dixit, *Spiritus ſanctus illuminabit te;* ſed *Spiritus ſanctus obumbrabit tibi;* & faciet tibi vmbram in luce tam miranda, vt tantorum Sacramentorum aſpectu noo deficias; ſed potius quantum valet humanitas adiuta, hæc omnia bene videas: qua de re videatur Vſſuna in Miſſus eſt; 1. p. cap. 100.

Figuræ ethymologia.

Figuræ ſimul rem obſcurant & illuminant.

S. Auguſt.

D. Tho.

Metaphoræ & figuræ vt quadrẽt ſcripturæ.

Cur Virgini non lux ſed vmbra promittatur. Luc. 1. 35.

Vſſuna.

En quomodo Figuræ obſcurent & illuminent; vt optime de Dei Verbo Rupertus ſupradixit; dum mundo ſimul claruit, & mundo ſe abſcondit; ac quaſi liber cera ſigilli communitus, priorum fugit oculos, vt poſteris pateret, & ipſis ſemetipſum apertum

Sigillo cur nam ſimile ſit vetus teſtamentũ

apertum demonstraret. De quo clauso si- A
gillo futuris reuelando, cumoneréq; graui
à præteritis pottando, est celebris figura
Num.13.24. Numer.13. vbi botrum duo viri à ligno de-
pendentem ad humeros portatũt; nam duo
viri sunt, credentes duo populi; botrus in
ligno, Christus in Cruce, quem populus
vterque ad humeros deportat; prior qui-
dem cum labore, quia botrum nunquam
vidit; posterior verò gaudio, lætitiáque
permagna; quia Christum coram oculis,
quem pottat, semper cernit; & quasi seruus
Dominum, ac discipulus Magistrum vo-
Math. 15. 24. cantes suos sequitur; *Si quis vult venire post*
me, abneget semetipsum; & tollat Crucem suam,
& sequatur me Hæc ex S. Isidoro à Glossa
memorato; sed melius in sigilli præmissi
consequẽtiam Pagninus lib. 10. Isago. sup. B
Botrus in vecte, Christus in Cruce. Bibli. cap. 31. in cuius fine ait: *Botrus quippe*
in vecte, Christus est in Cruce, & hoc aperta fa-
cie contemplamur; Illi autem portabant quidem,
sed non videbant; legebant, sed non intelligebant;
& qui optimi erant, qui intelligere digni erant,
Sanctes Pagninus. *qui Propheticis oculis videbant, eis dicebatur, ne*
propalarent. Exempli gratia: Tu autem Da-
Dan. 12. 4. niel claude sermones, & sigoa librum vsque
ad tempus statutum; Pertransibunt pluri-
mi, & multiplex erit scientia. Ad Isaiam
Isai. 8. 16. autem; *Liga testimonium, signa legem in disci-*
pulis meis; & expectabo Dominum, qui abscon-
dit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor
eum. Hæc ille; quæ pulcherrima; cum ma-
ximè si Glossæ his locis à Pagnino allega-
Isai. 29. 12. tis consulantur; sed & locus celeberrimus
Isai. 29. à n. 12. signatus, vbi liber stupenda C
admiratione per homines igoaros aliquãdo
aperiendus promittitur à Vate; quod acci-
1. Cor. 1. 19 dit Apostolis, vt late & doctè Paulus scri-
bit ad Corin. & si prius per Agnum hic li-
ber sit apertus; qui primum septem fuerat
sigillis obseratus; cum nemo inueniretur
neque in cælo, neque in terra; neqoe etiam
Apoc. 5. 2. subtus terram aperire valens librum, respi-
ceréve eum; qui tandem librum apertum
alumnis suis tradidit; dum potestatem ad
scripturas interpretandas illis dedit. Sed
iterum de hoc sermo à n. 50.

18. Duo autem claritati annectenda mihi
subeunt; Primum qoidem post Diuinæ scri-
pturæ apertionẽ Sacerdotibus hominibus,
regularibúsq; maxime hanc munus expla-
nandi, pro gratiáque collata eam iugiter ri- D
Malach. 2. 7. mandi, præcisè pettinere; *Labia enim Sacer-*
dotis custodient scientiam, & legem requirent ex
ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.
Sacerdotes quam obstricti rimãdis scripturis. Ipsi quippe Testamenti Dei arca viua sunt,
rationaléque scrinium in quibus ad huma-
nam salutẽ lex seruatur; & qui solent atque
debent de Dei tam lege quæri, quàm etiam
Aggæ. 2. 12. etiam respondere; vnde dicitur in Aggæo;
Tit. 1. 9. *Interroga Sacerdotes legem*; & ad Titum 1. *Vt*
potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui
contradicunt, arguere De quo subdit ratio-
nem Vaticinium Malachiæ; *Quia Angelus*
Domini est; id est, missus in ministerium sa-
lutis animatum. Quod adhuc horribilius
Osee 4. 6. intonat per Oseam; *Conticuit populus meus,*
eo quod non habuerit scientiam. Quia tu scien-

A *tiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris*
mihi. Quare Deus vitæ nostræ amator sic
antiquus; *Non recedat volumen legis huius de* Iosue 1. 8.
ore tuo; sed meditaberis in eo diebus ac noctibus,
vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in
eo. Et postea illius Filius Dominus noster
Iesus Christus; *Scrutamini Scripturas; quia* Ioan. 5. 39.
vos putatis in illis vitam æternam habere. Et illæ
sunt, quæ testimonium perhibent de me. Ad quæ
verba lectu & scitu dignissimum ac clarissi-
mum Burgensis opus edidit; quod tom. 6.
Glos. sub nomine notissimo, *Scrutiny scri-*
pturarum; in hac vltima editione Leandri
circunfertur.

Certè status Religionis ordinatus ad stu- Status Religionis studio consignatus, à Deóque & Sanctis pro illo deputatus.
dium asseritur à Tho. 2. 2. q. 88. ar. 5. Hu-
militatisque sectator profundissimus Fran-
ciscus, cum quæreret Dei placitum; au ipsi B
sola oratio in Religione quam fundabat,
vel etiam prædicatio, & studium literarum
promiscuè complaceret, responsum pro
studio Diuinum latum fuit; vt dicitur à
Vvadingo anno 1212. iuncta regulæ expo- Vvadingus.
sitione per Papas duos facta; qui studia præ-
dicationibus præmitti tam suppoount,
quàm dicunt, atque volunt. Quod in no-
stra Religione euentus confirmauit, nullus
etenim in ea conspicuus sanctitate, qui oon
etiam Verbi Dei eximius præco fuerit, at-
que opus literarium quodcunque concin-
nauerit. Hinq; optime dicebat, oblito mihi
loco, Seraphicus Antistes; Religiosum il- S. Bonauentura
literatum Religionis monstrum esse. Nec Religiosus illiteratus Religionis monstrum est.
quidem vanè moustrum, cum & Saluius
Iulianus Gentilis Iurisprudens soleret sæ-
C pe dicere; *Etsi alterum pedem in tumulo iam ha-*
berem, non pigeret aliquid addiscere. prout re-
fert Pomponius in L. *Apud Iulianum*; de Studẽdum & addiscẽdum vel pede in sepultura, dicebat Iulianus.
Fideicomiss. libertatibus Et rectè monstrum
dicitur ignarus Cœnobita; nam illud mon-
strum est, quod aliquid extra terminos ac
regulam naturæ habere demonstratur;
quid verò magis normæ inuisum naturali,
quam vacare à quibuscunque negotiis sæ-
cularibus, & tameo esse vacuus à rebus in-
tellectus? Nullum hominem Deus vacuum
volebat coram se, in templo Salomonico; Exod. 23. 15.
& quomodo hunc permittet in suis Mona-
steriis? Bene monstrum, non Monachus
hic talis nuncupatur. Neque sancta rusti-
citas, quam in laudibus Sanctorum (no-
D biscum tamen sentiens) ad Paulinũ cap. 4.
commemorat Hieronymus, his tempori- S. Hieronymus.
bus vbique malitia præpollentibus, intel- Religiosis cur ex literis virtutis bonum veniat.
lectus literali cultura vilihabita, valebit
esse sancta; rustica illa sæpe sæpius, vt plu-
ries vidi, erit; vt Sancta, perquamrarò; vo-
lontatis nanque nostræ vt facula mens est;
rarissiméq; vna Dei igne comburetur, nisi
alia prius luce cœlesti irradiabitur. Vnde in
pectore Sacerdotis erat olim Rationale &
duo in eo verba *Vrim* atque *Thummim*; id est, Exod. 28. 30. Leuit. 8. 8.
doctrina & veritas; seu *Lumen & plenitudo*, vt
vertitur ab Origeoe iustissimè exaratum;
quia doctrina & veritate illuminatur &
accenditur voluotas frigefacta, vt rum le-
gis plenitudine, quæ est charitas apud Pau- Rom. 13. 10.
lum rectissimè inflammetur. Imo poterit

de generatione ſpirituali aſſeuerari, quod frequenter de corporali ruſticitate aſſociata, cunctorum fertur ore.

Ruſtica progenies neſcit habere modum.

Et aliod perquam ſimile:

Decolor in arue ruſticus enſe metit.

Curuè etenim & inuersè hi cuncta ſua faciunt. Vnde mundi Doctor Paulus virtutes inter alias commendat & ſcientiam; *in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſu uitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta.* Non ſcientiam ſine aliis, quod nocet maximopere; nec alias ſine ſcientia, quod nihil, vel propemodum, natura ſua prodeſt.

1. Cor. 6. 6.

Quod vtique non dico, vt ſtudium orationis proficuæ relaxetur, nec ſtudio literarum iniuriè poſtponatur, ſed potius lectioni ardenter præferatur; & ſummo loco à nobis iuſtiſſime locetur; ſicut capiti Sacerdotis imponebatur illa lamina, in qua Dei nomen erat, qui præ omnibus amari, exorarique conueniens, vt ab eo in exercitio literario humiliemur, illuminemur, atque ſimul, ne incidamus in errores, benigne ſuſtentemur; necnon ſanctæ orationi ſtudium copulemus; quo otium propulſabimus, tempus bene conteremus; in ſpiritúſque ſucco mirificè creſcemus, & vtilitati magnæ erimus tam proximo, quàm Deo. Quod fiet; ſi tam lectio quàm oratio coniungantur. Nam oratio ſine lectione externis prodeſt parum; lectio autem ſine oratione interno plane homini lectiones agitanti mirandum in modum nocet; cum ſcientia Diuinorum ſit valde per ſe dulcis; vt dulcis, appetibilis; vt ſumméq; appetibilis, ſummopere periculis & lapſibus expoſita; quod præuidens Rex Sapiens ſic ait in Prouer. *Mel inueniſti; comede quod ſufficit tibi; nec fortè ſatiatus euomas illud:* Et ibi Paulò infra: *Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria* Quæ omnia compulere Ficinum Florentinum epiſtol. lib. 3. vt hominem Sacerdotem huiuſmodi deſcriberet; *Sacerdotis virtus & officium eſt, ſapientia quædam pietate feruens; & pietas ſapientia lucens.* vbi quidem lectionem cum feruore orationis mirabiliter connectit. Et infra lib. 10. acutè ex more notans, Solem Deum præ ſe ferre; Mercurium verò Soli Planetam propiorem, qui à Solis vicinitate nullatenus diſcedit, ſignare ſapientem; qui à Deo nunquam debet ſeipſum ſeparare, ſi nomine & effectu ſapientis vult gaudere. Additq; in Planetis Mercuriū eſſe minorem, vt diſcamus ſapientiam non in corporis ſed in mentis conſtitui magnitudine, præſtantia, & qualitatibus. Sed melius in rem noſtram, vt ſciamus eſſe minimam in nobis ſapientiam naturaliter quæſitam, ac illa, quæ dependet, influitur & fluit à minima ſtellarum: quæ omnia poſſunt nos orationi & lectioni magnopere ligare.

Leuit. 8. 9.

Oratio lectioni quā ſit peruecessaria; lectio autem ſine oratione quam ſit periculoſa.

Studiorum quæ pericula.

Prouerb. 25. 16 & 17.

Marſilius Ficinus.

Sacerdos ex ſcientia conſcientiáque vir conſtans.

Mercurius vir eſt ſapiēs, & Soli cur proximior, ac minima ſtellarum.

Nec rurſus hoc admoneo, vt quibus in Religione ſe literis committunt, honores inæquales, vltra ſocios ex virtutibus æquales, impendantur; hoc etenim Religionis

Scholaſtici in Religione quantopere fauendi.

A ædificiū labefactat, & ſolo prorſus æquat; ſed vt modicè circa ipſa ſtudia faueantur; & in aliis vt ſodales communes habeantur; hoc nanque creſcit modo humilitatis fundamentum, ſtudium vires accipit, & charitas quam inquirimus grandeſcit, atque robore intrinſeco firmatur. Quo ſenſu mihi Paulus, ni fallor, obuerſatur; dum Præſules qui bene inuigilant & præſident, honore duplo cumulat; ipſos verò vltra ſolertiam paſtoritiæ vigilantiæ in verbo laborantes, aliquantula differentia, non ſubſtantiali, ſed accidentali remunerat, ſic dicens; *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina; dicit enim Scriptura; Non alligabis os boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua* B De quo iterum per tranſennam Enar. 27. & de vtilitate ſtudiorum in hac ipſa Præfatione n. 36.

1. Tim. 5. 17.

Deut. 25. 4.

19. Secundum verò iſta Religioſis tam vtilia & plane neceſſaria, me omnium Religioſorum rei tantæ plus ineptum quodammodo impuliſſe, vt pro viribus incumbens literaturæ ſcripturariæ, Scripturam tandem ſacram pro modulo explicarem: Quod & ego claritate, qua potero præſtabo, veſtigia noſtri Buſti in re præſenti ſequens, qui claritatem in ſcribendo ſerm. 1. p. 2. his verbis profitetur; *Narratio ſub obſcura* (ſecundum Ciceronem) *obcæcat rationem; erit autem perſpicua, ſi verbis vſitatis & communibus hæc fiat; Et vt ait Philoſophus Top. lib. 6* Definientem & demonſtrantem oporC tet eſſe clarum; *quem Salomon præceſſit, ſic dicens in Prouerb.* Doctrina prudentum facilis; *quemadmodum de homine obſcurè diſſerente cum Iobo dici poteſt;* Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? *Nam vt ait Auguſtinus, nil prodeſt clauis aurea, ſi aperire non eſt apta. Magnum vitium in ſcriptore obſcuritas habetur; quia vt inquit Ariſtot. de Gener. lib. 1* Quòd non eſt cognitum, non eſt volitum; *de anima q. 3* Voluntas non fertur, niſi in præcognita; *& 12. Metaphy* Appetimus ſimpliciter quod bonum eſſe ſcimus; *& de Principum regimine,* Amor ſequitur cognitionem. *Quod in 4 ſenten. d. 12. ratificat Scotus, & Auguſtinus de Trini. lib. 1. per hæc verba;* Inuiſibilia diligere poſſumus, incognita non poſſumus. *Qua de cauſa Imperator in L.* D *fin* §. ſed cum antiquitus: *C. de* Cura furi. *obſcuritatem nimis vetat; Et Inſtit. de* Gradibus §. *fin* Veritas magis oculata fide, quam per aures infigitur in hominum præcordiis; *quod deſumpſit ex Heratio in arte ſic canente ad verſ.* 180.

Buſtus in Roſar.

Prouer. 14. 6.

In ſcribendo, quātum claritas & rectè commendetur.

Iob 38. 2.

Nō cognitum non volitum; quam valdéque velimus res optimè intellectas.

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Horatius.

Hæc Buſtus; cuius mentem præceſſit D. Tho. in prolog. 1. p. nec fruſtra, cum & Sol à claritate commendetur; cui ſi claritas non afforet, & bonum nullum foret. Quæ moderni vilipendunt; magis Oedipi, quam Chriſti figuras proponendo; quo iudicio, niſi forſan, iudicium deſtruendi, nullatenus intelligo. Sed dæmonum hoc aſtutia probatur, mihi factum, vt ædificium Verbi Dei

Obſcuritas ſcriptorū, prædicatorúmq; taxata.

vſque

vsque ad cœlum nos perducens, sic possent dissipare, confundentes linguam claram hanc turrim ædificantium; quæ parum non confunditur ex verbis vi pertractis; de quibus Quintilianus lib. 8. cap. 1. huiusmodi se habet; *Obscuritas fit in verbis ab vsu remotis, vt non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, vt quædam soli scire videantur.* Sed scioli hi tantummodo prudentibus apparent. Cum Christus tum notanter omnisciens reputatus, cùm palam suis loquens, ab illis hocce audiit; *Ecce, nunc palam loqueris, nunc scimus quia scis omnia.* Vlterius, quod & sapiens hoc mire roborauit; dum verba sapientum, non flores sed stimulos; & eos non in aëra reflexos & intortos, vt multi in suis verbis, aërij viri, faciunt; de quibus Quintilianus lib. 8. cap. 3. sed in altum mentis nostræ defixos esse voluit; *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.*

Quintilianus.

Qui clarior, ille doctior.

Ioan. 16. 29.

Stimulos & clauos vir sapiens debet loqui.

Eccl. 12. 11.

20. Ego quidem claritati quàm potero studebo. Quoniam autem nihil pulchrius, quam rerum bene consona cohærénsq; tractatio, sine qua in confusionem turbatam dissoluuntur, tanquam artus sine neruis, & tanquam corpus sine nexu, vel etiam res peroptimæ; hinc seriem figurarum nostrarum sic describam, vt mutuò se excipiant; atque tanta concordantia vtrinque complicentur, vt analogica non adeo, quā vniuoca videatur hæc nostra ædificatio, & in vnum tantum corpus structuræ conspiratio. Tomos huius prouinciæ per trinam legem diuidam: In primo de Figuris naturæ legis disserens; quæ vt asserit Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 4. vsque ad tempus quo Abraham vocatus est à Deo, solummodo porrigitur; nec malè, cum tunc populus diuisus sit ab aliis, & exinde præparatus ad legem accipiendam; quamuis istam nisi postea sub Moyse sit adeptus. Quod intelliges dumtaxat in populo Hebræorum; Gentiles enim qoibus non fuit data lex, videlicet, scripta; vsque ad Christum perstirerunt in lege naturali; vt notat D. Tho. In secundo de Figuris scriptæ legis tractans, quas ab Abrahami vocatione vsque ad Christi cognitionem extendi certum est. In tertio de Figuris pertractans nostræ legis, quæ à Christo ad mundi vsque consummationem dilatabitur. Quod si amplius indulgere non licuit breuitati, ex qua magna claritatis pars semper dimanauit, Lectorúmque hilaritas, adagij iuxta vocem; *Esto breuis, & placebis*; vnde Satyra sua 10. sic cecinit Horatius;

Auctoris in hoc opere ad claritatē quæ diuisio.

Suarez.

Quousque lex naturæ extiterit dilata.

Breuitatis commendatio.

Horatius.

> *Est breuitate opus, vt currat sententia, neu se*
> *Impediat verbis lassas onerantibus aures.*

Id procedit ex operis nostratis magnitudine, quo præ ista non plus decuit seruare breuitatem. Quàm autem magnum opus hoc debeat iudicari, eleganter paulo supra ad n. 16. per Barradium dictum fuit; & ideo quantum ego à breuitate sim exemptus, in principio artis poëticæ testatur idē Vates;

> ——— *Breuis esse laboro,*
> *Obscurus fio* ———

Cui accedit, & præcellit Augustinus pro

Augustinus

A me loquens, tom. 2. epist. 11. à medio iam declinans.

Auctores verò à quibus sententias hîc collectas, vt potui, concinnaui, in suis lucis dabo; tum vt claritas in rebus eximior habeatur, tum vt gratiæ referantur auctoribus illarum; inuentoresque ipsarum, vel sæpius transcriptores à cunctis agnoscantur; secundum Plinianam in Prolog. ad Vespasi. mirabilem sententiam; *Benignum est, vt arbitror, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non vt plerique fecerunt, &c.* Quorū tandem ingratitudinē retundit per hæc verba; *Obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere; cum præsertim sors fiat per vsuram.* Gratior fuit & vrbanior Antonius ille Faber, egregius & modernus Sabaudiæ Iurisprudens, loco mihi per annorum curriculum exturbato, qui cum rem ingeniosam

Auctores nominare, vel ipsos occultare, quod vitiū sit, & virtus. Plinius.

B rimatus per se esset, & eam mox dicentem offenderit auctorem, non solum illius nomen tacere non est ausus, sed & simili pręconio subscripsit eius famæ; *Tam vero longè abfuit, vt doleret mihi iam acceptum hoc reperire, quin maximè gauisus, sit in me cum viro tanto iudicium in hoc habere.* Quod æquè mihi accidit in opere quod cernis: nam & Deo pręducente, ego quidem meo marte vniuersa quoad ordinem & formam excogitaui, & postea ad confirmandam inuentionem meditatam auctores non obscuros nec paucos adinueni; quibus grates sint post Deum, si aliquæ debentur, libenter persolutæ. Sub

Antonij Fabri dictum scriptoribus perutile.

C Sole namque mihi Enarrationem primam meam vtcunque fabricanti, solummodo hoc quadrate ingenuè confitebor; *Nihil sub Sole nouum*; cum omnia quæ sub Sole Enarrationis modo dictæ vsque ad vltimam perduxerim, ab aliis prius dicta, & melius longè fuerint; de quo iterum loquendum ad n. 29.

Ecclesi. 1. 10.

De varietate Figurarum.

21. AB obscura claritate nostrarum Figurarum, illarum deprehendes varietatem necessariam; cum enim tantùm rem pro parte patefaciant, opus fuit non restringi illarum multitudinem; vt quod vnæ non demonstrant, ab aliis demonstretur; &

Figuræ cur multiplices.

D quod vnę nobis velant, ab aliis reueletur. Hęc autē multiplicitas iam prisco legis tēpore diuisa quadrifariam; in Sacrificia, & Sacramenta; in sacra, & obseruantias; de quibus luculenter & sapienter D. Tho. 1. 2. q. 101. ar. 4. cum sequentibus; nósq; breuiter cum illo Enarra. 22. Quę singula in particulas nonnullas post dilecta, figurę Christi Domini clarissimę fuerunt, vt ibidem n. 4. testatur idem Sanctus. Quas Figuras legem nostram egregie pręsignantes, & cœlesti velut ore tam pridem pręcinentes vsque ad mille perextendit Eminentissimus Baronius anno Christi 34. num. 30. Quamuis autem Saluatorem hęc omnia indigetarint, pressius eum designabant cruenta Sacrificia; quę ad Crucis pręfigurandum

Figurę quadrifariam à priscis distributæ.

D. Tho.

Figuræ ad mille vsque protentæ per Baronium. Baronius.

præſcripta, & ordinata. Quoniam verò nullo modo in totum hoc declarabant, vnum ex eis ſacrificiis immolabatur intra domos peculiares Iudæorum; reliqua autem excepto vno, in templo & domo Dei; illud autem ſeparatum ab aliis quibuſcumque, in loco quoque ab aliis diuiſo & elongato; videlicet, in campo, extra mœnia ciuitatis, & in tempore deſerti extra caſtra militaria; è quibus primum Agni Paſchalis vocabatur; Exo. 12. Secunda verò erant communia, & Ieroſolymæ in templo delibata; Pſal. 77. n. 30. Tertium autem vaccæ rufæ in agro concrematæ. Num. 19. Et hęc quidem pro locorum varietatibus mutata, Euchariſticum Sacrificium peroptime ſignabant. Domus erenim atque templum, & campus Sacrificij Catholica & Apoſtolica dumtaxat eſt Eccleſia, quæ à domo primi hominis incipiens in Adamo, per templum Iudæorum pertranſiens intermedium, peruenit vſque ad campum terrarum vniuerſarum; Sacrificium verò in domo, & templo, & campo oblatum, Sacrificium Chriſti dices, quod à mundi natalitiis initium ſuum ſumens, ſynagogam, domum, & templum peruadens Hebręorum, ad fines vſque terræ deuenit vniuerſos; in cuius rei figuram, ipſum Chriſti Sacrificium in domo prius fuit Cœnaculi inſtitutum; deinde in templo Dei continuatum à Sacerdotibus; dum ab illis fuit vinctus; inque ſua Paſſione attritus multiformiter, & vltimò extra portam in Caluario conſummatum; vt attingitur ab Henriquez ſub cap. 2. de Miſſæ Sacrificio; quo factum vt extra templum in omni mundo loco ſacrificetur Chriſti nomini oblatio perquam munda relata à Malachia.

Sacrificia in domo propria, in tēplo, campóque Euchariſticum ſignabant.
Exo. 12. per totum.
Pſal. 67. 30.
Num. 19. 2 & Hebr. 13. n. 13.
Apoc. 13 8.
Henriquez.
Malach. 1. 11.

Neque ſolum varietatem inuenies in Figuris, ſed ſi plurimam in illarum expoſitoribus offenderis, nil ideo demireris, nam vt diximus cum Daniele ad n. 17. *Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.* quæ verba ſuper Exo. cap. 25. ſic Beda interpretatur: *Moyſes namque ampliorem Patriarchis habuit ſcientiam: vnde Exo. 6* Ego ſum qui apparui Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & nomen Adonai non indicaui eis; *ſubaudi, ſicut tibi. Dauid etiam ſic ſcribit* Super omnes docentes me intellexi; *& in Pſal. 50.* Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi; *Apoſtolóſque multa maiora quam Propheta nouiſſe Chriſtus ait*; Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. *Eiſque poſt ipſius in cælum Aſcenſionem ampliorem ſcientiam promiſit per hæc verba*; Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed no poteſtis portare modo; *donec tandem in futuro eiſdem ſe oſtendat*; Et manifeſtabo ei me ipſum.

Scientia ſemper creſcit, & quomodo, in Eccleſia.
Dani. 12. 4
Beda relatus apud Gloſſam.
Exo 6. 2.
Pſal 118 99.
Pſal 50. 8.
Math. 13. 17.
Ioan 16 13.
Ioan. 14. 21.

22. Hæc Beda; cuius ego ratione ſumma fretus, adducam tibi aliam ex lib. Sapien. vt beneuolum te faciam, opiniones circa aliquas, quas aut nouas, aut renouatas, ex mente tamen Patrum, inuenies in hoc opere; de viro namque quouis ſe literis Diuinis

A idoncè deuouente, ſcribit in hunc modum; *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator. In manu enim illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia; & operum ſcientia diſciplina.* Vnde optime concludes, Scripturæ poſſe quemquam interpretem Diuinæ, ex ſententia ſua dicere, id eſt, ex ſuo ſenſu; à quo nomen hoc, ſententia, vt aſſerit Gregorius in Gloſſa ad iſtum locum initium ſuum habuit; poſſéque cum moderamine præſumere rem tantam; atque inſuper de pręſumptione habere ſuum gaudium; modò gaudium & quæuis inde præſumptio deriuata Dei laudi referatur qui ſapientiæ dator eſt, & dux; qui viros quoſque pręcedit ſapientes; ſapientiúmque eſt ſimul egregius emendator; dum per nouos ſcriptores antiquos ſæpe corrigit, emendat, & perpolit; quando ſcilicet, correctio correcta, & iuxta mentem Eccleſię eſt caſtigata. Secus enim non tam data, quàm ſubrepta impietate ſententia talis erit; & ab homine inimico, qui inſipientium dux exiſtit, non tam verè in vtilitatem Eccleſiaſticam introducta, quam in cladem atque perniciem Eccleſię machinata. Hæc propter inquit textus; *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia; & præſumere digna horum quæ mihi dantur*: Debet nánque pręſumptio Dei donum comitari; *Et præſumere digna horum, quæ mihi dantur:* & ab eius datis optimis nec vnguem declinare. Quę data ſapientia, donationéſque Diuinę in gradu nunquam dantur excelſo & eminenti, niſi illis qui eminenter humiliant ſemetipſos; vt tam ſanctè quā & ſcitè aſtruitur à Greg. in Gloſſa iſtius loci; cuius verba ob exemplaria quamplurima nunc mitto, Lectorem tamen precans, vt illa non contemnat. Quibus accinit Caietanus de arcanis noſtrę Fidei, relatus à Bulducio lib. 1. cap. 10. in Oggio Chriſtiano; quo loci prudentiſſime; *Nullus deteſtetur nouum ſcripturæ ſenſum, ex eo quod diſſonat priſcis Doctoribus; non enim alligauit Deus expoſitionem ſcripturarum priſcis Doctorum ſenſibus.*

Sap. 7. 15.
Opiniones quantum poſſint in literis diuinis cōſtitui à quouis homine has candide euoluente.
Humilibus ſapientia ſublimis ſolis data.
Caietanus.

Sed patrono pręspollenti firmemus hanc ſententiam. Miſit Chriſtus pręedicatum alumnos ſuos binos, qui hilares reuerſi dixerunt ad Magiſtrum; *Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis*; quibus Dominus piiſſimus reſpondit inter alia; *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur; gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Vbi quęrit Maldouatus, an ſtimulo vanę glorię hoc dixerint diſcipuli; at negat, quia gloriam ex miraculis obtentam totam Chriſto retulerunt ingenue & ſinceriſſimè, dum clare illi dixerunt. *In nomine tuo*; addit tamen; *Gauiſos felici prædicationis & miraculorum ſucceſſu, quod non modo malum non eſt, ſed eſt etiam aliquando Chriſtianis Doctoribus neceſſarium; nec enim triſtis eſt eloquentia. Affert ſucceſſus lætitiam; lætitia animum addit; laborem minuit. Hoc non intelliget, qui non fecit. Neque Chriſtus eos reprehendit, ſed docet,*

Luc. 10. 17.
Maldonatus.

utque

Quod gaudium, sed & gloria Prædicatoribus & scriptoribus Ecclesiasticis sint licita.

atque perficit. Neque prohibet propter subiecta sibi dæmonia gaudere, sed monet vt propter scripta in cælo suorum nomina, magis gaudeant; sicut etiam eum Marcella non negat, qui se portauit, beatum ventrem fore, sed docet beatitudinem magis in fidels mente, quam in gignente ventre consistere. Hęc ille; quibus huc ignoro meliora, ac etiam veriora; cum in nomine Domini gloriari nobis licitum. *Qui gloriatur, in Domino glorietur*; modestia semper habita de bonis quibuscunque; *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus; Dominus enim prope est.*

Luc. 11. 28.

e. Cor. 1. 31.

Philip. 4. 5.

De iucunditate Figurarum.

23. VArietas delectat, vt fertur in adagio, & ex Figurarum varietate illarum delectatio, iucunditásque oritur; de qua recte Pierius loquendi per hieroglyphica vrbanum modum laudans, illam Psalmi columbam supra n. 12. à nobis memoratam, his verbis reconcinnat: *Quid autem sibi vult, aperiam in parabolis os meum, & in ænigmate antiqua loquar, quam hieroglyphicè sermonem faciam, & allegoricè vetusta rerum proferam monumenta? & illud: Iesus in parabolis loquebatur ad turbas, nisi sermones suos mystico sensu conuelabat. Ita Propheta, ita Apostoli ab vsitato loquendi modo recesserunt, facilia in promptu habentes, magna in recessu continentes. Quo de ea de causa congruum fuit, vt sacra de Deo dicta à cæteris scriptis, sicut merito, ita specie discernerentur; ne illa cælestium arcanorum dignitas, passim & indiscretè patesceret, sanctúmque canibus & margarita porcis exponerentur. Ita consecrata vasa templi, vt inuoluta promiscuus populus ferret, nec tamen conspicerentur.* Sic Pierius, quo videtur elegantior noster Ferus, vel potius congruentior, super panes propositionis qui sabbatha per singula Dei semper coram facie in templo ponebantur; *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper*; id est, sabbathis, quibus calidi & noui præcedentibus sublatis, semper denuo reponebantur panes illi. Quia panes Eucharistici figura Sacramenti multoties permutati, & varietas in figuris iucundas illas facit. Hęc autem Feri verba; *Præterea, vt panes semper quidem proponebantur, sed singulis sabbatis mutabantur, ita semper quidem Euangelium vrgendum est, sed cum varietas delectet, variis modis & figuris explicandum est.* Quid germanius ad Enarrationes super mensam veri panis propositionis collocatas? certè quanto duodenarium hę numerum transcendunt, tanto indigent vt crebrius quam panes duodeni præfati varientur, quò deuotio vniuersorum ad illas accendatur, & vel digiti post panes auidius deuorentur. Videatur Augusti. de Doctri. Christ. lib. 2. cap. 6. & epistol. ad Ianuar. 119.

Pierius verbo Columba, lib. 22.

Psal 77. 2. Matth. 13. 34.

Varietas Figurarum quam grata & perjucunda.

Num 4. per totum.

Exo 25. 30. 1 Reg. 21. 6.

Ferus.

Cur per Sabbatha propositionis mutait semper panes.

S. August.

Hæ aureæ sunt inaures, mutennlæ vocatæ; nam pro *Aureas murenulas*, translatio vertit alia à Glossa recitatas; *similitudines aureas*. Quæ verò similitudines ita aureæ sicut illæ, quas in auro Diuino elaboratas, figu- A ras appellamus? Verè inaures; quia aures lætissimè oblectantur. Verè aureæ, quia aurum Sapientiæ signum est in literis diuinis. Verè etiam vermiculatæ argento verbi Dei, de quo dicitur in Psal. *Eloquia Domini, eloquia casta; argentum igne examinatum, &c.* Hæ sunt, de quibus dicitur Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis:* Aceruus namque tritici Scriptura sacra est, vnde animæ alimentum donatur vniuersis; qui aceruus à Doctoribus multis flosculis vernantibus & elegantibus ornatur, vt ibi fert Origenes; & Hieronymus ad Magnum Oratorem vrbis Romæ. Nec mirum, cum Hieremias in suo 1. cap. inducat virgam illam florentem vigilantia; quę eum oculo depicto in sui summitate sym- B bolum erat apud Ægyptios Gubernatoris vigilantis, cuius equidem iurisdictio sedulitate administrata eis erat virga vigilans; vnde & Principes solertes, solicitósque muneris vocamus vigilantes. Et Paulus etiam asserat Castalidum Poëtas Actor. 17. Iob Erebi Cocytum cap. 21. vt ibi exponit Lyra. Dauid symbola Pellicani, Nicticoracis, & Solitarij in vno tantum loco. Quæ omnia Figurarum varietatem & iucunditatem non parum contestantur. Iuuant quę de iucunditate Rhetoricarum Figurarum à Cypriano referuntur Rhetor. lib. 3. & primo & nono capite.

Canl, 1 10.

Iob. 28. 17.

Psal. 11 7.

Cant. 7. 2.

Quæ virga Regū symbolum.

Hier. 1 11.

Actor. 17. 28 Iob. 21 33 Psal. 101. 7. & 8.

Cyprianus Suarez.

De veritate Figurarum.

C 24. SEd iucunditas ex varietate enasci nunquam poterit, quin ipsamet varietas ligetur veritate, & ipsa vinculetur; sicut Musica ex multiplici consonantia variata, & varietate consonanti, concorditer & veraciter ad inuicem sonanti, demulcet aures nostras, ac pellit tristes curas. Hęc verò variatio veritate decorata, mirabilis proculdubiò existit in Figuris; de his namque perhibetur in Psal. præassumpto, *Mirabilia testimonia tua.* Rectè verò hæ dicuntur *Mirabilia testimonia*; quia quando testimonia sunt plurima & diuersa, vt planè sunt Figuræ; tunc sanè vt mirabilia & mirabili veritate omninò sint concordia non decet vt in omnibus mirabiliter cōcordent; i nò potius vt discordent diuersitate con- D sonanti; sicut Lyricis ex chordis, ac vocibus probatur, & egregie confirmatur ab Angelico D. 2. 2. q. 70. ar. 4. ad 2. quo loci sic pro nobis. *Quando enim discordia est in aliquibus circunstantiis, quæ non multum faciunt ad substantiam facti, vt puta, si tempus fuerit nubilosum, aut serenum; vel si domus fuerit picta, aut non, aut aliquid huiusmodi, talis discordia non præiudicat, imò fauet testimonio, quia discordia in talibus facit testimonium credibilem; quia homines nunquam consueuerunt circa talia multum solicitari, vnde facile à memoria elabuntur. Quando autem concordia est nimis concordans, & sibi correspondens, vtrinque consonans, tunc minuit veritatem, & testimonium infirmat; quia si testes in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicto eundem sermonem*

Vt veritas sit Musica verborum diuersorū, cuius sonus concordantior, cum in aliquo discordat.

D. Tho.

proferre; vt ait Chryſoſtomus in Matthæum. Hæc ille; cuius mens Iureconſultis conformatur in L.3.ff.de *Teſtibus*; Quæ teſtimoniis figuralibus mirificè conſentiunt. Nam Figuræ figurabaot futuram veritatem, & teſtimooia conteſtantur abſenrem certitudinem, vt diximus io ptincipio; nulla tameo ita concinnè vt in omnibus coneordent, imo omnia concinnitati & veritati tam propinqua, ac valde cohęrentia, vt conueniant in concordia, quæ auget veritatem, & diſconueniant in concordantia, qoæ veritatem labefactat; ſuſpicionémqoe mendacij non paruam ſecum affert; quia vniuntur in ſubſtantia, & in circunſtantiis parui ponderis vtrinque diuiduntur. Vnde multos tu inuenies Euangeliorum & Bibliorum coocordatores eruditus; quæ ſi tamen in ſubſtantia vtcunque diſcordarent, non poſſent coneordari; ſi autem in circunſtantiis haudquaquam diſcordarent, per auctores nunquaoitales ad concordiam ttaherentur. Quo fit, vt hæcce omnia *Mirabilia teſtimonia*, in vnum tantum Chriſtum mirificè conſpireot; cum tamen ſint diuerſis temporibus, & legibus; & locis, ac à viris tam variis promulgata; vt attenta varietate conteſtantium plurimorum; & perſpecta vniformitate teſtimoniorum diuerſorum, ſit palam cunctos eſſe locutos vno ore; nimirum, illius Domini, & Spiritus Diuini, *Qui loquutus eſt per Prophetas*; vt ait Auguſtinus de Incarn. Verbi lib. 1. cap. 1. in ſuo tom. 4. & lib.18. de Ciuit. Dei cap. 41. vbi plane hanc concordantiam Diuinam proteſtatur. Pro quo facit & Venetus Cant. t. too. 1. cap. 1. falſum aſſerens, quod de Ariſtotele contra Moyſem vbique circumfertur; *Bene loquutus eſt Ruſticus, ſi probaſſet.* quia multa ipſe collegit ex oraculis Hebraicis, quibus minime vteretur, ſi falſa reputaſſet. Ratione qua omiſſa non parum mihi arridet Veneri aſſeueratio, ob harmoniam & diſpoſitionem, ac reuerendam grauitatem narrationis ſacræ paginæ; quæ licet nihil probet per normas Philoſophiæ, per ſe illius res ex mirabili concentu peroptimè approbantur. Et quod dico de oraculis in ea recenſitis, verios eſt (ſi dici poteſt) de teſtimoniis & Figuris ibidem reſeratis.

Mirabile pro concordantia ſcripturarum teſtimonium.

Concordia ſcripturarum Diuina procul dubio.

S. Auguſt.

Venetus.

Ariſtoteles an de Moyſe iactauerit hæc verba; *Bene loquutus eſt ruſticus, ſi probaſſet.*

25. Quanta verò Figurarum probatio ſit & veritas, exinde clare patet; quod ſi ſigna tantum mera, & veritate typos vacuos Chriſti corporis & ſanguinis Eccleſia Dei haberet; planè ſigna præſtantiora habuiſſet Synagoga, & meliora Sacrificia; præſtantiori namque modo ſignificabaot Chriſti corpus & manna, & agnus ille Paſchalis vocitatus, quam paois per ſe nudus ac ſolus adſignificat. Atqui Figuræ ſunt inferiores veritati, vt conſtat ex Apoſtolo, quoties legem vocat vmbram myſteriorum futurorum, & ex Hieronymo in Commentar. ad Titum 1. cap. quo loci ſic effatur; *Tantum intereſt inter panes propoſitionis & corpus Chriſti, quantum inter vmbram & corpus; inter imaginem & veritatem; inter exemplaria futurorum, & ea ipſa, quæ per exemplaria figurabantur.* Ego noſtrum Sacrificium cum ſpecie & apparentia non ſit melius nec æquale antiquis Sacrificiis, bene conſtat, in veritate Chriſti corporis quod continet præſtare longe omnibus. Hincque Chriſtus corpus ſuum non ſemel atque iterum, ſed ſæpius verum cibum vocauit in Ioanne; *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus*; cum aliis multis verbis. Quod quidem tu de priſcis Figuris non reperies; fuiſſe nempe ipſas figuratas veritates, ſeu veras illas res quas Patres expectabant, ſed potius tantum in vmbras eiſdem Chriſti datas, tam clarè quàm egregie deſcribitur à Paulo; *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes baptizati in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt, bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus.* Et hinc cibus, atque potus hoc loco memorati, quamuis toties ſpirituales dicantur ab Apoſtolo (quod erant in figura, ſeu in virtute ſpirituali; petra enim non ſpiritualis, ſed corporalis verè erat) nunquam tamen cum ſpirituali diſpoſitione interiori ſont iuſſa à quouis accipi, ſed agnus cum ceremoniis exteriotibus dumtaxat; & manna cum præſcripto, ne in diem ſubſequentem ex illo quid ſeruarent. Quod ſi facerent, nullam culpam ea propter incurrebant, ſed ſulum pœnam vermibus ſcatens ipſummet inueniendi ſuſtinebant. At de noſtro Sacrificio horrendis ſatis verbis, iubetur ad Corint. *Itaque, quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſi manducat & bibit non diiudicans corpus Domini.* Vnde Sancti meritiſſimè communiter deducunt veritatem Chriſti corporis in Euchariſtiæ Sacramento, è quibus vnus eſt Seraphicus Magiſter Senten. lib. 4. d. 10. q. 1. Et myſterium hoc horrendum, tremendúmque appellitant, vt loquitur Chryſoſto. hom. 60. ad pop. Antioche. & omnes paſſim Græci; quibus ſimilis Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. cap. 20. & de ſpir. & lit. cap. 11. *Horrendum* (namque) *eſt*; (vt numerum concludam cum verbis Apoſtolicis) *incidere in manus Dei viuentis, Dei filium conculcare, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducere.* Sic ferè Bellarminus lib. 1. cap. 3. de iſto Sacramen. Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. in Commentar. ar. 1. q. 75. Barradius tom. 4. lib. 3. cap. 13. quos doctiſſima & aſſueta præceſſit breuitate Alanus de Euchar. lib. 1. cap. 1. & 7. & 27.

Figuræ bene probant eſſe Chriſtum in Euchariſtia; tã de minori verſus maius; quam etiam vice verſa.

Hebr. 10. 1.

S. Hieron.

Ioan. 6. 32.

Num. 55.

1. Cor. 10. 1.

Exod. 12. 8.

Exod. 16. 19.

1. Cor. 11. à num. 27.

Horrendũ cur dicatur Chriſtianũ ſacrificiũ.

S. Bonau.

Chryſoſt.

Auguſtin.

Hebr. 10. 31. & 29.

Bellarmin.

Suarez.

Barradas.

Alanus Card.

26. Ecce veritas iam quanta appareat figurarum; cui non obeſt Auguſtin. in lib. quem compoſuit de vnit. Eccle. contra lit. Petiliani cap. 16. & 19. vbi ait ex Figuris probationem nullam erui; id etenim intelligitur

S. Auguſt.

telligitur

Figuræ quæ nil probant

telligitur de Figuris adinuentis, & ad libitũ confectis; non solũ non cõmuniter eo sensu interpetratis, sed singulariter explanatis ab illis tantummet, qui rem aliquam paradoxam erigere pertentant. Quemadmodum Donatistæ ex verbis Canti. *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*; volebant eo loco voluntarie comprobare, & impiissime iactare, in Africa tantummodo quæ sole perurgetur, Ecclesiam Christi esse; quod distortum quàm existat; & alienum à veritate; atque à nullo præter eos aliquando somniatum, clarius lucet sole ipso in testimonium vendicato; quos verbis Augustinus Psalmographi deludit; *Latera Aquilonis, ciuitas Regis magni*. Rectissiméque ait, statuit, & decernit in materia figurarum, illas, sane quæ explicatæ à nemine fuerunt, non esse vigorosas; sed potius ignominiæ, ludibriíque expositas. Quod in nostris Figuris inuenies toto cœlo; nam de Christo, vel ab eius aduersariis explicantur; non in ipso tantum Christo absolutè ponderato, sed etiam in hoc mysterio peculiariter accepto; vnde veritas permagna eiusdemmet Mysterij mirificè firmatur.

Cant. 1. 7.

Psal. 47. 3.

Nec obstat, quod solummodo ex sensu literali, non autem ex spirituali efficacia ad Fidei res argumenta deducuntur; vt est regula Dionysij in Epist. ad Tit. August. 48. ad Vincentium Donatistam; Hieronymi sup. cap. Matth. 13. Magistri lib. 1. d. 2. Lyrani Prolog. 2. Burgensis in responsione ad Epistolam cuiusdam Fratris in Glossæ frontispicio, & omnium, post relatos. Atqui sensus Figurarum spiritualis verè est, proficuus ergo minimè ad Fidei veritatem per eum confirmandam. Nam negatur consequẽtia, ex duplici principio. Primo, quia secus fit, quando sensus spiritualis aliunde certò constat, multiformitérque claret, & firmiter videtur; vt ex S. August. & Hieronym. hîc relatis Valentia bene probat in 1. D. Thom. q. 1. puncto. 5. §. 3. sed melius noster Castro, verbo Euchar. Hær. 2. quo loci de re optime; ostendens inter multa hoc genus arguendi Apostolum assumpsisse ad Galat. cap. 4. num. 23. & 1. ad Corinth. cap. 10. à n. 1. Secundo, quia sensus literalis duplex est alius simplex, qui consistit in verborum proprietate; alius vero figuratus quo verba transferuntur à naturali significatione in aliam circumlatam; & huius tot sunt genera, quot genera figurarum. Vnde est quod literalis in spirituale sæpe vertitur, & Figuræ sensu etiam congaudent literali; Bellarm. lib. 3. c. 3. de Verbo Dei; Vlterius quod & vna ex literalis sensus laudibus, est quod in eo Christus dedit Ecclesiæ sacramenta; sicut optimè à Burgensi notatur loco proximo. Quare magna Figurarum, Sacramentorúmque est veritas; illarum, quia sensu fundamentali & literali non raró potiuntur; istorum, quia à Christo literaliter sunt data. Nunc qualiter appellanda, æstimendáque hæc veritas, vocemus in examen.

S. Dionys. S. Augustin. S. Hieron. Magister. Lyra. Burgen.

Literalis tãtum sensus idoneus ad res Fidei efficaciter probandas; & spiritualis quantum possit. Valentia.

Castro.

Bellarmin.

In sensu literali donato Sacramenta.

A Non est igitur propter hanc firmitudinem, quam habet Figurarum summa veritas, scientiæ, quam appellant euidentiæ intuitiuæ; videlicet, quæ in se, vel suis in Principiis perspicuè videatur; sed tamen euidentiæ summopere credibilis; iuxta verba loco thematis à nobis mutuata; *Testimonia tua credibilia facta sunt nim*. Quod vt tibi compertum, exploratúmque nunc fiat, audi vocem Bellarmini de Notis Eccles. cap. 3. vbi quindecim ille notas, seu signa magni ponderis ad Ecclesiam cognoscendam Lectoribus proponit, in quorum ille præludio huiusmodi profatur: *Est autem initio obseruandum, Ecclesiam Catholicam esse quasi Solem quendam, qui radios lucis clarissimos ex omni parte diffundit, vt facillimè per eos cognosci possit.* B *Habet enim Ecclesia plurimas notas, siue testimonia ac signa, quæ eam discernunt ab omni falsa religione, Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum. Non efficiunt tamen hæc signa euidentiam veram, sed euidentiam credibilem, in quo est magna differentia. Illud enim euidenter verum dicitur, quod vel in se, vel in principiis suis videtur. Illud autem dicitur euidenter credibile, quod nec in se, nec in suis principiis videri potest; habet tamen tam plura & tam grauia testimonia, vt quilibet vir sapiens meritò id credere debeat. Vt, verbi gratia, si iudex videat hominem à latrone occidi, habet euidentiam veritatis, quod ille sit homicida, quia videt rem in se ipsa. Si autem videat hominem in domo occisum, vbi duo tantum erant, tunc etiam habet euidentiam veritatis; quia si non videt rem in seipsa,* C *videt tamen eam in suis principiis. Si autem necem neutro ex his duobus modis videat, sed habeat viginti testes viros grauissimos, qui dicant se vidisse, habet euidentiam credibilitatis. Ergo notæ Ecclesiæ non faciunt euidentiam veritatis simpliciter, quia alioqui non esset articulus Fidei, hanc Ecclesiam esse vere Ecclesiam; neque vlli inuenirentur, qui id negarent sicut nemo inuenitur, qui neget sententias quas Mathematici demonstrant; sed tamen efficiunt euidentiam credibilitatis, iuxta illud Psal.* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. *Apud eos autem qui admittunt scripturas Diuinas, & historias, ac veterum Patrum scripta, faciunt etiam euidentiam veritatis. Tametsi enim articulorum Fidei veritas non possit nobis esse euidens absolutè, potest tamen esse euidens ex Hypothesi, id est, sup-* D *posita veritate scripturarum; quod enim à scriptura euidenter deducitur, est euidenter verum suppositis scripturis.* Hæc ille; quæ rei nostræ summopere conueniunt; præsertim, cum non viginti, sed adeo plures testes, ac tales habeamus, vt scriptis atque vitis, miraculis, & prodigiis Eucharisticam veritatem firmissime stabiliant.

Psal. 92. 5.

Figurarum summa veritas cuius nominis & ponderis.

Bellarmin.

Euidentia quæ intuitiua; quæve credibilis dicatur; Et quænã ex his duabus ab scriptura deducatur.

27. Hinc scitu quid dignissimum, ad scripturæ testimonia interpetranda deprehendes. Nimirum, nunquam esse scripturam corrigendam, atque onere difficultatum pro libito emendandam, seu potius deprauandam; neque proprium vnquam sensum verborum dimittendum, nisi alia quoque sacra ad hoc ipsum pertentandum scriptura doceamur & prorsus compellamur; vel

Scriptura an corrigenda, mutanda & emendanda.

S. August.

ab aliquo nostræ Fidei articulo notissimo, aut certè ab explicatione Ecclesiæ vniuersalis rem istam perurgente, omnino constringamur. Ita regula August. lib. 3. c. 10. de Doctrin. Christ. & Epistol. 48. in Vincentium Donatistam; quæ quidem rationibus præcedentibus fundatur; nam cum vera per euidentiam suppositis scripturis ex scripturis educantur, non possunt quæ sunt ita ab aliquo mutari. Deinde, quia Fides aliusmodi peribit, & opinio de Diuinis dumtaxat remanebit, & erroribus immensis pandetur ingens porta, si scriptura corrigatur. Quod exemplo hæreticorum peruptime fulcitur; hi nanque nullam Fidem, sed meram opinionem sæpissimè mutatam, vt dicetur suo loco, de Sacramentis, propter hoc, & præsertim de Eucharistia, de qua tropice opinantur, miserrime nunc habent, quia volunt nutu suo Dei verba interpetrari & sæpius resecare. Præterea, quod si nos, vt solent nouatores, quando ipsis refragatur, scripturam voluntariè Diuinam componamus, cur etiam non licebit totam paginam diuinam ad libitum peruertere, & insuper negare? & tandem quia præceptis, ac textibus clarissimis huiusmodi emendatio in vtroque testamento

Deuter. 4. 2.

arctissime cauetur; *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo; Custodite igitur, & facite quæ præcepit Dominus vobis;*

Deuter. 5. 32.

non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram: sed per viam quam præcepit Dominus Deus noster, ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis. Et apud Salomonem; *Ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inueniarísque mendax.*

Prouerb. 30. 6.

Sed postremò in Apoc. in fine vlt.

Apoc. 22. 18. & 19.

cap. tanquam in calce atque sigillo scripturæ vniuersalis; *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.* Quo loci sic in Glossa.

Glossa.

Non de expositoribus sed de hæreticis hoc dictum esse intelligere debemus; expositor enim nihil addit, aut minuit; sed aut obscuritates exponendo manifestat, aut moralem & spiritualem intelligentiam demonstrat. Hæreticos ergo maledicit, qui in scripturis Diuinis ad confirmandam hæresim suam, quædam falsa apponebant, & quædam detrahebant, quæ eorum hæresi videbantur contraria.

Expositores scripturæ exponunt, non apponunt, nec aliquid deponunt.

Quod & Glossa Interli. & Lyra. quoque dicunt, in primo ex dictis locis;

Gloss. Interl. & Lyrani.

Non prohibet veritatem veritati addere; sed falsitatem remouet. Additio deprauans scripturam prohibetur, non declarans, aut elucidans; secundum quod scribitur Ecclesi. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Ecclesi. 24. 31.

Quibus minimè aspernanda, sed maximè æstimanda adjungitur Legistarum sententia peruulgata, quæ in iuris axioma iustissime est recepta; cum illorum tamen leges, non tam leges quam litigia, nec judicialia, sed iudicia præcepta subuertentes, & mendacia sæpe sæpius collidentia secum ipsis sine veri præiudicio lib. 1. de Consider. ad Eugenium cap. 4. dicantur à Bernardo.

Ciuiles leges lites, & alia quænā mala.

S. Bernard.

Axioma vero ait; *Legum correctio summè vitanda.* De quo Tuscus tom. 2. lit. C. Conclusione. 1036. Surdus decis. 21. n. 19. Pichardus in Instit. de Lege Falci. n. 34. Quod & legibus firmatur, illarum dum correctio ab ipsis non permittitur; L. *si quando*; Codice *in offic. testam* l. 1. Cod. de *inoffi. dote* L. *Præcipimus* in fin. Cod. de *Appella.* cap. 1. de *Noui oper. nunt.* cap. *Cum expediat*; de Electione lib. 6. Menochius de adipiscend. posses. remed. 4. num. 21.

Leges purè ciuiles an debeant emendari.

Menochius.

Sed si tanta circa leges humanas & iniustas, ne ab aliquo corrigantur, adhibita solertia, quid dicendum de Diuinis, sanctissimisque verbis; de quibus Rex Prophet. *Eloquia Domini, eloquia casta; argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplū.*

Psal. 11. 7.

Casta, quia non corrupta, nec jure corrumpenda; igne verò examinata, quia per varias tribulationes & Ecclesiæ persecutiones examinata & approbata, vt ait Interlinea. Sed & terræ probata; id est, à rebus terræ, caducis & terrenis, vt dicitur ibidem, exactè mundefacta; & septuplum purgata; hoc est, gratia septiformi Sancti Spiritus mundata, & vt ibi protestatur B. Augustinus, peroptimè expiata. Quamuis ego non dubitarim, hoc septuplum de septem Sacramentis explicare; directius námque ad ipsa Dei verba collimantur; in ipsísque frequentius, quam alibi, etsi rebus quammaximis, versantur; vt infra patefiet & à n. 50. Magnum certè & perquam vtile Augustini documentum; proinde mente & corde solerter retinendum; tam ad reliqua Mysteria scripturæ defendenda, quam ad verba Consecrationis & Eucharistiæ veritatem, non tropicè sed verè in illorum verò sensu firmissimè tuenda.

Verborum Diuinorū quanta puritas & veritas.

28. Suboritur hinc tamen vtilissimum quæsitum. Quanam via loca sint scripturæ dissoluenda, & inuicem explicanda, cum vicissim repugnare non raro nobis constet. Nam cum ea nun conueniat vllatenus mutare, quomodo erunt conciliianda oportet indagare. Quod in Patrum Sanctorum sententiis quoque militat, dum sæpe sibiipsis appareant aduersantes. Quæ aduersio in Scriptura & Patribus est frequens; videlicet ob magnam & humanam varietatem scriptorum sacri textus, quos Deus homines selegit non Angelos habere, vnde & captui illorum quantumlibet à se verissime dictatam subjecit scripturam, & ob illam permissionem Diuinam perquam vtilem; qua in obscuro, scripturarum Mysteriis permanentibus, merendi semper nobis aut demerendi sit occasio; si mala bono sensui commixta contempserimus, & bona tota mente perpetuò renuerimus: quapropter ait Paulus; *Nam oportet hæreses esse; vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Sed iam modum locum vnum per alium intelligendi, tam in scriptura, quam in Patribus Lectori aperiamus.

Scripturæ Patrésque pugnantes vt soluantur, & simul concordentur.

1. Corint. 11. 19.

Modus autem talis est, si obscuræ res per claras & non claræ per obscuras à nobis explicentur:

Non clara per obscura, sed ob-

Obscura quã-tũ debeant per clara elucidari.

plicentur: obscura nanque debent (vt regulam & conclusionem rei huius faciamus) per clara elucidari; non clara per obscura offuscari, atque caligine ingenita obscurari. Ita antiquus Tertulli. de Resurrect. cap. 10. 18. & 19. Augustin. lib. 3. de Doctrin. Christ. cap. 26. & lib. 83. qq. q. 53. Lyra in Iudices cap. 11. n. 27. & ex recentioribus Suarez, qui primum ex istis affert, tom. 3. in 3. p. disp. 46. sect. 3. Nec immerito, cum tenebræ à Luce illuminentur, lux autem nunquam possit à tenebris nigrari; nam istæ nihil ponunt, neque aliquid positiuum, sed priuatiuum sunt ex se, quod ex Lucis priuatione defectúque procedit. At non solum re & opere à lucis splendore sic tenebræ lucescunt, sed etiam voce & nomine: si enim quis petierit definitionem tenebrarum, respondebitur à Philosophis, priuationem lucis esse. En quomodo per locem, verbo etiam atque sententia colluceãt ipsę tenebrę. Si autem quid sit lux hic idem inuestigauerit, nemo quidem responsionem ei dare sic audebit; Lucem esse priuationem & expulsionem tenebrarum: sed qualitatem per se ipsam iuxta rerum varietatem illuminanté quotquot sunt à Deo procreata; quod nanque est positiuum definitur per seipsum, quod autem est priuatiuum, per positiuum declaratur. D. Thom. 1. p. q. 14. art. 10. & q. 11. art. 2. ad 1. Et sic Patres si quæ dubia de Eucharistia prodiderunt, per eorum Loca clara explicanda sunt obscura, non autem vice versa; præsertim cum & tria eis faueant in hac re. Primum, mentis transcendentia, qua vt multa comprehendant, sublimé que loquantur, ipsa propria quæ exponunt, ad instar Prophetarum (in quo sæpius reperitur acumen Augustini) inuoluunt frequentissimè. Secundum, quia heresis inuēta à Berengario, cum nata nondum esset millesimum ante annum, minorē antiquis Patribus ingessit vigilantiam, verba sua proferendi attentè & circunspectè. Quod equidem ex scriptis illorum confirmatur, quæ scripta cum existant aduersus omnes hæreses; in quo vnus Augustinus expleuit plures tomos, nullum opus in defensionem inuenies Eucharistiæ; pro ea licet multa offendãtur pręclarissima ipsorum testimonia; non autem defendendi affectu, qui suapte & multa & bona congerit, sed intentu dumtaxat res certas scribendi; quæ quidem vt nimis certæ negotij sicut nihil facessunt scriptoribus, sic etiam minus afferunt studij atque solertiæ eisdem necessariæ; vt asserit inter alios Suarez loco proximo, sect. 4. De quorum Patrum dictis in materia huius Mysterij sufficiens fiet mentio. nu. 48. & 52. Cum alijs subsequentibus. Tertium tandem, quia ea, quæ ipsi clar dicunt, claritate & quãtitate obscura valde superant; pro quouis nanque verbo quid dubij redolentis, multa conferunt clarissima, quæ nihil tale habent, vt ex infra enucleandis rimanti palam erit.

Tertullian.
Augustin.
Lyra.
Suarez.

Definitio tenebrarũ à luce vt capiatur.

Vt lucis definitio à luce componatur, & luceat, velut lux, dũtaxat per seipsam.

D. Thom.

Augustini transcendẽtia quid habeat sibi proprium, vt eius more cognito, facilius capi possit.

Suarez.

29. Quæ regula non tantùm Theologis est nota, sed & omnibus in alijs scientijs

A educatis. Iuristis sanè iure vtróque Laureatis per celebre axioma ab ipsis decantatum; *Vtile per inutile non vitiatur*; Nam si aliquid inutile inter vtile relinquitur, legatur, commendatur; nullo modo quod est vtile per inutile & inane connexum vitiatur; aut enim quod inutile per vtile explicatur; aut secus separatur ab vtilis consortio; ita vt demum quod est vtile retineatur, conseruetur; illud autem quod inutile, reijciatur, explodatur. Sic textus in l. 1. ff. *Item quarto*; ff. de *Aqua quotidiana & æstiua*; L. *Padius*, ff. de *Receptis arbitris*; L. *Qui testamento*; ff. de *Excusationibus tut.* cap. *Turbat*; 37. dist. cap. *Vtile*; & cap. *Non debet*; de *Regulis iuris*. De qua Thuscus tom. 8. lite V. conclu. 373. Tiraquellus de Retract. t. 1.
B ad fin. n. 74. & t. 2. ad fin. n. 145. Molina de Primogen. lib. 1. cap. 21. num. 28. & alij perquam multi Iureconsulti peritissimi; quos certe in re tam clara referre non est tempus; quibus Caldas Pereira addatur ex nostratibus Quæst. Foren. Conci. 33. n. 47. & de emptione cap. 32. n. 36.

Vt vtile nõ vitietur in iure per inutile.

Thuscus.
Tiraquellus.
Molina.

Caldas Pereira.

Medicis verò, qui sunt quartæ scientiæ Professores, in cunctis illis locis, quibus putridas præscindere, ne totum corpus pereat iubentur ipsi carnes; quod est vtile per inutile nequaquam vitiari, sed obscura nostri pars per claram illuminari. Ita Celsus lib. 7. in cap. fin. sed expressius & specialius Galenus de vsu partium lib. 14. cap. 2. p. 1. per hæc verba: *Cum natura intendat suorum operum perpetuitatem, & animalia omnia*
C *sint, in quibus ipsa velit perpetuari, & hæc corruptibilia sint, quæ quidem corruptibilitas est illis maximè inutilis; voluit quod per inutile corrumperetur quod est vtilissimum, nempe suorum operum perpetuitas; quod continua quadam, & quasi infinita generatione assequitur.* Et alibi in tam multis præceptis Medicinæ, vt ex praxi Medicorum hoc ab alijs disciplinis crebertimè vsurpetur. A Theologis in Ezech. cap. 24. num. 14. vbi ista medicantium prudentia commẽdatur. A Canonistis verò in cap. quod incipit *Resecanda*. 24. q. 3. vbi carnes putrescentes & oues contagiosa scabie laborantes, ne totum corpus pereat, vel totum pecus ardeat, ab alijs separantur. A Philosophis nil minus Ethic. lib. 3. vbi iudices de hoc ipso solemniter monentur. A
D Poëtis quæ postremò, è quibus sic Ouidius Metamor. lib. 1. fabula 4. vers. 30.

Celsus.
Galenus.

Cap. *Resecanda* Carnes putridæ resecãdæ, ne sanæ corrumpantur.

Ouidius.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recindendum est; ne pars sincera trahatur.

Æsopúsque parabolam sic pecudum resumens.

Æsopus.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

At verò cum nunc simus in veritate figurarum, de veritate, quam in eis profiteor, parum audi. Et quidèm cum ex puero sectator iuris fuerim, mihi semper valde placuit adagium Iuristarum; *Erubescimus, cum sine lege loquimur*: de quo text. in lib. *Illam*; Cod. de *Collat.*; Authent. de *Trien & Semis.* §. *Consideremus*; Coll. 3. cum alijs de quibus Surdus Cons. 258. Thuscus tom. 3. lit. E. Cõclu. 331. quod ad vnguem in hocce opere

Erubescimus, cum sine lege loquimur, prouerbiũ Iuristarum sub paucis explicatũ.

ſeruaui, quantum potui; nihil dicens quod non ſit innixum legi Dei; vel Sanctorum Iuriſ-peritorum ſententiis non fundatum. Sed extenditur hoc prouerbium ad conſuetudinem communiter ab omnibus receptã, vt ait Thuſcus proximè ſub num. 2. atque etiã ad rationem naturaliter eductam, ſicut Thomas de Thomaſettis regula. 109. obſeruat non immerito; lex quippe non eſt aliud quam trames rationis; vnde ratio ſemper lex; lex verò neque ſemper rationalis eſſe poteſt; prout nu. 27. Bernardus ſanctus dixit. Probatúrque à Fabro, qui de erroribus iuris Cæſarij vulgauit tomos aliquot; & ab Alciato qui prius in opere Retract. hoc ipſum reſerauit. Hincque aſſerit Philoſophus apud Surdum de Alimentis t. 1. q. 28. *Legem quærere vbi eſt ratio naturalis, infirmitas intellectus*; quia ratio naturalis vim omnem legis habet. l. *Cum ratio*; ff. de *Bonis damnatorum*; l. *Scire oportet*. §. *Sufficit*; de *Excuſation. tut* Caldas Pereira de Emptione cap. 1. n. 7. Quibus minime repugnat illa regula qua dicitur; *Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus*: l. *Sed licet*; ff. de *Officio præſidis*; lib. *Nemo* Cod. de *Senten. & interlocu.* Nam vt Thuſcus ſupra docet eodem t. 3. Concl. 549. Et Thomas de Thomaſettis regula. 110. in malis id exemplis, & in practica tantummodo errorea verum eſt. Quare ego tam Eccleſiæ immemorabiles conſuetudines, quam publica & teſtata ſummopere miracula, quæ optimæ ſunt leges, exempláque Diuina, non rarò memorabo; ac tales rationes, quæ pro legibus ſufficiant, non ſemel adhibebo. Libros, quos hîc allego, qua potui diligentia in fontibus euolui; multos vero quos non potui: nec enim poſſunt omnia ad libitum videri, ex probatiſſimis auctoribus in medium tibi protuli, vt exactiſſima veritate firmarem tantum opus; & vt poſſem aſſeuerare cum Magiſtro lib. 1. d. 1. *Ex teſtimoniis veritatis in æternum fundatis, maiorum doctrinam & exempla ſum ſequutus, vt ſi parum vox noſtra aliquid inſonuerit, non ideo à paternis limitibus deceſſit.* Quod ſi illos vbi alios auctores ipſe reperi, frequentius non produco, non quidem ingratitudinis, ſed pulchritudinis intuitu id factum certò putes; nam congeſtæ & repetitæ allegationes fere ſemper conturbant rerum ordinem, inquinant ſtyli faciem; & dicendi atque ſcribendi deturpant venuſtatem.

Thuſcus. Surdus.

Auctoris in hoc opere quæ veritas, & quotuplex?

Ariſto. li. 8 Phyſic. c 3.

Ratio ſemper lex iuſtiſſima, ob autem vice verſa.

Exemplis quantum ſit ſtãdum, & iudicandum.

Magiſter.

De vtilitate Figurarum.

30. IAm vtilitas, vt poma & fructus figurarum in ſummo illarum vertice apparent, atque pendent; qua in re Auguſtini ſententia eſt præmittenda lib. 6. de Ciuit. Dei cap. 2. quo loci ſic expendit præſentem vtilitatem. *Non ſane omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt; ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea, quæ nihil ſignificant attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur, ſed vt hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria; & ſoli* A *nerui in citharis, atque huiuſmodi vaſis muſicis aptantur ad cantum, ſed vt aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in Prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed quibus adhæreant ea quæ ſignificant & quodammodo religentur.* Hæc ille; cui adſimilis Origen. in Matth. cap. 15. n. 47. Vnde Chryſoſtom. in Matt. Hom. 48. non ad verbum, ſed ad ſenſum expendi vult parabolas; & Hom. 65. in parabolis non oportere pro ſingulis eloquijs perangi cura nimia; ſed vbi quid per illas Omnipotens intẽdat ſufficienter collegerimus, nil amplius operosè vlterius extorquendum. Sic iſti; quos Baſilius videtur eneruare Hom. 10. in Hexa. B vbi ait, in Scriptura ſuperfluum quid putare, blaſphemiam reputandam; quod dictum nimis rigidum ad mentem præcedentium reduci prorſus debet; vt nihil ſit ſuperfluum pro nexu cum hiſtoriis myſteria continentibus completè faciendo; non autem pro myſterijs ex verbis quibuſcunque Diuinis exprimendis. Qua via nil omnino redundat in Figuris. Iuuat ſacram Scripturam appellari librum vitæ in lib. Eccleſ. iuncta Gloſſa Interli. quæ de duplici Scriptura & de vtróque teſtamẽto exponit hoc elogium; *Hæc omnia liber vitæ*. vbi vita non emoritur, ſed potius in æternam beatè commutatur; Redemptoris iuxta dictum, *Scrutamini ſcripturas; quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere*. Vita verò licet maximè in C anima conſiſtat, in corpore non minus; imò magis in hoc ipſo videtur, & refulget: quare ſicut in corpore non datur quid ſuperfluum, quin ad animæ functiones directionémque deſeruiat; ſic blaſphemum credo dicere, in ſcriptura ſupereſſe, quod ad animam myſteriorum non faciat & conducat. Neque obiter intelligas, hanc vitam Scripturarum ſub dubio in Chriſti verbis promitti & contineri; *Quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere*; non etenim rem dubiam in hoc Iudæi putabant, ſed dubiè hoc reputabant, quia ſcripturis non credebant; vt dicitur à Lyra.

S August.

In ſcriptura an quid ſuperfluũ, & omnia illius verba myſteria in ſe contineant.

Origenes. Chryſoſt.

Figuræ an explicandæ in ſingulis eloquijs.

S Baſilius.

Scriptura liber vitæ in vtróque teſtamẽto, Eccleſ. 24. 32.

Ioan 5 39.

Hæc vita quam certiſſima.

Lyra.

31. Sed hinc valde iam effulgent vtilitates figurarum. Cum nanque liber vitæ ſit pagina Diuina, hæc tota in lege veteri conD ſiſtit in figuris; quia *Omnia in figuris contingebant illis*; rarò enim inuenietur in illo teſtamento, quod ſenſum figuralem quemcunque non redoleat; è contra verò in nouo profectò rarum erit, quod parabolis exceptis figuram ſub ſe habeat; vt in prologo ad addit. Burgenſis obſeruauit. Verùm etiã noua lex, quæ à Figuris ſic abhorret, tota ſanè nihil minus innititur figuris; non iſtas adducendo, ſed potius diſſoluendo, & optimè adimplendo; quapropter libro vitæ ibidem ſuperadditur. n. 36. *Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſũ*; quo loci vide Lyram. Ergo liber vterque per illum deſignatus figuris adimpletur; & rectè liber idem figuris adimpletus, vocatur vitæ liber; non enim quid viuentibus eſt dulcius vel vtilius, quam vitę ipſius

1. Corinth. 10. 11.

Figuræ vt habeantur in vtróque teſtamento.

Burgenſis.

Eccleſ. 24. 36.

ipsius halitus, nec etiam quid facratas Scripturas euoluentibus iucundius & commodius, quam ipsarum scripturarum figuralis & vitalis summoperè concentus, qui eum

Figuræ vita animæ.

nostra humana vita mirificè concordat. Nã ex corpore mortali, & ex anima spirituali viuificante secum ipsa in nobis hæc resultat; & ex litera figuræ ac spiritu constantur; ex litera, videlicet, mortificante suo sensu; & ex spiritu vitali, non minus quam perennis ac vitæ sempiternæ spiritum exhalante, vt ait D. Paulus; *Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Vnde quandiu leuabantur in altum manus Moysis, vincebat ille alios; quandiu verò deprimebantur, ab illis vincebatur: quia dum ab eius litera Iudæus manus tollit, vita animę donatur; & dum manus ad ipsius literalem sensum vertit, statim morti redditur; vt pulchrè fert Origenes in Exod. 17. Moysis quippe manus graues io illoloco sunt, & quid grauius, quam lex Moysis? de qua B. Petrus: *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum, super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus.*

2. Corinth. 3. 6.

Exod. 17. 11.

Cur Moysis manus graues, & his leuatis vincit.

Actor. 15. 10.

32. Nec solum vita quæuis Scripturæ sunt Figurę, sed illa ferè vita, quæ esset in statu Innocentiæ possidenda. Tunc enim paradisum terrestrem incoleremus, vnde flumina quatuor in orbem terræ exibant; & figuræ in libro vitæ præfato elucidatę, Iordani Christi fluuio, & quatuor Paradisi confestim comparantur; quia Christus in Iordane figuratus & ablutus prolabitur in figuris per quatuor orbis partes, quas illis ipse abluit: *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut tigris in diebus nouorum. Qui adimplet, quasi Euphrates sensum. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens, quasi Geon in die vindemiæ.* Itaque quod Figuris, vt quatuor istis amnibus, quatuor partes orbis terræ & proluit, & fœcundat. Nunc verborum prædictorum ex ore Ecclesiastici spiritualem & literalem (vtérque nanque vnus, & idem tantùm est, cum agitur de Figuris) iam sensum videamus.

Figuræ quatuor fluuijs terreni paradisi.

Ecclesi. 24. 35. 36. & 37.

Quatuor igitur fluminibus nostrarum Figurarum, in libro veru vitæ Scripturæ contentarum, Christus orbem circumabluit, emundat & impinguat: in quatuor enim sensus diuiditur Dei pagina; nimirum, in literalem, & historicum, qui literam historiámq; describit, & deinde in spiritualem, qui spiritus medullam latentem contéplatur, ac foras secum trahit; quæ multiplex cum sit, mysteriisque scatens, huic sensui nomen dedit; nam pariter & mysticus communiter vocatur, qui ab historiæ sacræ rebus hauritur, non à verbis; non quippe liber iste, vt alij quique libri, per voces tantum loquitur, sed insuper per res à vocibus expressas; quod libro tantum vitæ, vt facto à Deo, proprium; cum Deus per res loquatur, vt nos per voces loquimur, sicut septimo numero superius dictũ fuit. Sic ex sensu literali spiritualis deriuatur. Iste vero qui ex literali hoc modo pr oficiscitur, & my-

Sẽsus quatuor scripturæ qui sint, & de hoc multa breuissime agitata.

Literalis primus est, qui à litera literalis & historicus ab historia promiscue vocitatur.

Spiritualis ob mysteria spiritualis atque mysticus, propterea-

sticus, prout dixi, ob multas mystagogias promiscue nũcupatur, trifariàm præter hoc à cunctis nominatur. Allegoricus, videlicet, qui docet, quæ à nobis in statu legis nouæ omnino sunt credenda: est etenim allegoria in Græco permutatio, sermonísque inuersio, qua per vocem frequentissimè diuersa multa dicimus ab illo quod intendimus, principalitérq; volumus; quæ Rhetoricæ figura est trita & celeberrima, de qua optime Quintilianus lib. 8. cap. 6. Moralis verò postea, ac simul tropologicus, qui ostendit, quæ agenda; vnde à moribus Moralis; & à Tropus, quæ de moralitatibus figura Græcè dicitur, vocatur Tropologicus. Anagogicúsque tandem, qui monstrat quibus nos in cœlis perfruemur; ab Anagoge, quod est Græcis excelsus intellectus, è quibus versus oritur.

quæ allegoricus, moralis & anagogicus, & vnde sic vocatus.

Allegoria quidnam sit.

Quintilianus.

Quid Moralitas.

Quid Anagogia.

Litera gesta docet; quid credas allegoria;
Moralis quid agas; quo tendas Anagogia.

Sic Lyra; atque Burgensis in prologis ad Bibliam. D. Thom. 1. p. q. 1. art. 7. Valentia in istum Sanctum q. 1. puncto 5. §. 3. Bellarminus de Verbi Dei interpretatione c. 3. qui vltimi in antiquitate dissentiũt horum sensuum; primus iudicans assertos à Patribus antiquis; secundus vero dicens iã inde esse compertos; sed non amplius quam sub nomine literalis & spiritualis, vel vt plurimum allegorici, ab eis diuulgatos.

Lyra. Burgensis. D. Thom. Valentia. Bellarmin.

Isti ergo sensus quatuor, qui omnes se excedunt, & inuicem exceduntur in varijs qualitatibus, sicut pariter de quatuor Doctoribus Ecclesiæ obseruat atq; probat Valentia loco proximo. Isti etiam qui à literali generatim superantur, & excelluntur in aliquibus, de quibus in responsione Burgensis ad epistolam cuiusdam fratris nostri. Isti rursus, quorum tres pertinentes ad spiritũ, tres virtutes Theologales contingunt perfectissimè. Fidem vtique in credendis; spé vero in operandis: ob id etenim operamur, quia speramus meliora; Charitatémque supremò in bonis perfruẽdis, per amoris quibus iam ardorem copulamur; ac ideo complectuntur Diuinam totam paginam quæ prorsus in Credendis, Sperandis & Amandis, vt vndecima Enarr. cum Augustino referabimus, totaliter absoluitur. In quæ omnia primus sensus literalis se diffundit; nam in trium quemuis alium frequenter transmutatur. Isti demum, qui à Lyra ad verba Ecclesiastici quæ nunc elucidamus, quatuor fluuiis paradisi aptantur summo iure; quamuis ille speciatim comparationem non adaptet; quæ tamen, ni decipior, pulcherrime applicatur. Tigris nanque qui decurrit & vadit contra Assyrios, Dei populi inimicos, est sensus literalis, qui inuadit & prosternit Dei omnes aduersarios; dum ex eo solùm efficax ad Fidem propugnandam paratur argumẽtum, vt sub n. 26. abunde dictum mansit. Phison autem qui omnem terram circundambit Heuilath, vbi nascitur aurum optimum, pretiosique lapilli, est sensus allegoricus, qui circuit Heuilath; immutatio nanque oris Heuilath

Scripturæ sensuũ lauides, differentiæque nonnullæ.

In credendis, sperandis, amandisque explet scriptura vniuersalis.

Sẽsus quatuor scripturæ, paradisi fluuij quatuor.

Gen. 2. 14.

N. 11. & 12.

interpetratur; & in allegoria ſæpè os perhilares circuitus multiformiter mutatur, dum res in rem tranſilit, transfertur, tranſmutatur; hîcque naſcitur aurum optimum, pretioſiſſimíque lapides, propter magnam, quam verſamus, Figurarum vtilitatem.

N. 14. Eufrates, qui à Gloſſa hoc loco ferax dicitur, tropologicus eſt ſenſus, qui mores per inſtructionem feraces eſſe facit. Geon tandé,

N. 13. qui Æthyopiæ circunluit totá terram, Anagogicus exiſtit; qui circuit tutum Cœlum; Hebraïcè náq; Æthyopia nigredo & nigra eſt. Cœlum vero nigritudo, de qua Proph.

Pſal. 17. 12. Rex; *Et poſuit tenebras latibulum ſuũ*; Græcè autem vel ardor, vel res cõbuſta dicitur; & hoc eſt Cœlum Empireum, quod Empireũ, B ſiue igneum, nõ equidem ab ardore, ſed tantúmodo ab ſplẽdore, vt ſcimus, nũcupatur.

33. Alia quatuor ex his quatuor fluminibus proueniunt, nimirum, partes quatuor; in quas vitæ libri huius, videlicet, ſcripturæ, ſcientia perquam celebris, cuius nomen Theologia, ni fallor, diſſecatur. Quamuis

Theologia in quotnam partes completè diuidatur.

D. Thom.

etenim hæc ſciẽtia vnus tantũ ſingulariter ſciẽtificus ſit habitus, quo explicatur, confirmatur, defenditúrque Fides; ex mente D.Thom. 1. p. q. 1. art. 2. cum ſequen. nihilominus in Theoricam, ſpeculatiuámve ſcientiam; in practicámque ibi diuiditur

S. Dionyſ.

ab ipſo, & à S. Dionyſio in Symbolicam, & Demonſtrantem; ad Titum conſcribẽte; quarum prima, ſpeculatiuæ; quæ Symbola C

A & arcana diuina contemplatur, amuſſim correſpondet; demonſtrans vero practicæ, quia in praxi ea demonſtrat quæ decet operari, ſicque inuicem conueniunt clariſſimi hi Doctores; quorum nomina iſtiuſmodi tributa Theologiæ, in Poſitiuam & Scholaſticam ab aliis commutantur; quæ néque in cohærentia cum aliis præcedentibus, nec in ſui ethymologia cum integra explicatione rei ſuæ mihi quadrant. Quare ſacram Theologiam in quatuor ſic diſtribuo; in Expoſitiuam & Scholaſticam, in Poſitiuam; & Concionatiuam, Dei Verbum proclamantem.

Theologia quæ Theorica; ſpeculatiua; quæ & practica; ſymbolica, demonſtratiua, expoſitiua; & ſcholaſtica; poſitiua; & concionatiua appoſitè dicatur.

Expoſitiuam, quæ exponit ſcripturæ difficilia; Scholaſticam; quæ B ex locis ſcripturæ ſic expoſitis deducit argumenta, quibus ordine Scholaſtico & Logico contundat, ac deleat aduerſarios; Poſitiuam; quæ declarat præcepta poſitiua; ſiue iſta ſint Diuina, contenta in ſcriptura, ſiue etiam Eccleſiaſtica præſcripta per Eccleſiam; ad quam caſuum conſcientiæ, ac Canonum Sacrorum ſcientia ſe deuoluit; Concionatiuam, quæ conſurgit ex tribus præcedentibus, & illis quóque vtitur, ad ipſas conciones formandas, veſtiendas, ac floſculis diuerſis, aculeiſque pungentibus ornandas, & armandas. Quæ tamen cum ad præcepta impoſita ſeruãda exerceat munus ſuum; ex fine, poſitiua; ſeu filia poſitiuæ clariſſimè æſtimabitur. Sicquemaner C ſatis apte Theologia condiuiſa;

In { Speculatiuam; atque Symbolicam / Practicam; & demonſtrantem. } Vt Dionyſ. & D. Tho. promiſcuè protulerunt.

Speculatiua verò in duas { Expoſitiuam; & Scholaſticam.

At

Practica in has duas { Poſitiuam, & Concionatiuam; Dei Verbo inſeruientem.

Quæ vltima vt ſuperior faſtigiúmq; cunctarum, præcedentibus innititur, & illas omnes colligit, ac ſuo iuri ſubdit.

Theologia quatuor ſenſibus ſcripturæ correſpondens.

Hincq; ſacra Theologia huiuſmodi quadrifida, nil minus quam prædicti ſcripturæ ſenſus quatuor, quatuor etiam paradiſi fluminibus reſpondet, & vnaquæque ſuo ſenſui peculiariter applaudit. Expoſitiua literali, quia literam hæc exponit; Scholaſtica Anagogico; quia ſæpe ſeſe eleuat ad Numẽ contemplandum, vt ſubtilia & efficacia cõponat argumenta; Poſitiua, Tropologico, quia ad mores ſunt quæcũq. impoſita præcepta. Tandémque concionatiua venuſtiſſimo allegorico, multum quippe famulantur allegoriæ Concionibus. Theologia verò Myſtica, qua orando & contẽplando vtuntur viri pij, vt illa, quæ ac ſenſus myſteriis ſolum conſtans, per omnes ſenſus alios diuerſimode diffunditur; hæc omnia pro tẽporibus veriſſime complectitur; quantumlibet Anagogico, Allegoricóque debeat directius coniugari; frequentius nánque in his duobus innititur, quæ ex Theologia ſpeculatiua ac practica deſcendunt; vt Myſtica; prout dixi, contineat vniuerſa. Nec mireris, ſi ſpeculatiua in Myſtica offendatur, cum in viris ſimpliciſſimis orationi mancipatis, maior ſæpe Diuinorum penetratio dignoſcatur, quam in aliis ſubtiliſſimis, ſcholas frequentantibus; vt in noſtro S. Didaco, & in pluribus peritia humana deſtitutis, nec non etiam in multis viris clariſſimis Doctoribus, qui plus longe oratione quam lectione profecerunt, obſcurum nulli eſt.

D 34. Et bene iſtis fluminibus aptatur ſacra pagina, quæ etiam cuique fluuio perſimilis agnoſcitur: habent enim ſuum curſum, & rectum & circumflexum, quo plures poſſiut agros, tam aqua interfluente, quam etiã deriuata vberius fœcundare; ſicque ſacra ſcriptura & literali recto curſu, & ſpirituali, in Figurarum præcipue circuitibus, Chriſtianorum binos campos, intellectus, atque animos feraci ſucco rigat, de quo Gregorius ad Leandrũ eſt viſu perquã dignus.

Scriptura cuique fluuio egregie comparata.

Deinde ſicut flumen quod labitur directò, feſtinantius & fugacius è manibus elabitur, ſicquæ planè atque directè à quouis dicta ſunt, velocius amittuntur; quæ verò figuratè intimius imprimuntur: ad hoc etenim

Scriptura quã idonea ad irrigandũ totum hominem.

figuræ

figutæ fuerunt, tam inuentæ, quam etiam à Deo datæ, ex Chrysost. sententia in Commentar. sup. Matth. Hom. 83. vt eloquia, Deíque Symbola diutius nostrę fragili memoriæ vincirentur; & pariter vt facilius à mente caperentur; per sensibilia nánque homo ad secreta inuisibilia gradatim manuducitur, & ipsæ res sensibiles in nobis supplent vicem specierum intelligibilium arcanorum Diuinorum; vt in 1. D. Thom. q. 1. art. 9. est auctor Caietanus; & probatur à Dionysio, tam ibi, quam & supra in principio num. 15. à nobis allegato; post quos omnes perlegendus de vtilitate Figurarum Alfonsus Salmeron tract. 1. cum sequen. in suo tom. 7. & demum sicut fluuius qui rectò cursum tendit, aquarum parum colligit, qui vero circumflectitur, quammultas secum affret, sic & verba simplicitet profusa ab oris fonte aquarum parum sumunt scientiarum diuersarum; quæ autem per figuras sermonis circumuadunt, omnes quidem scientias adducunt ad se ipsa; quod equidem Scripturam decorat & nobilitat, & Deú de quo agit, exaltat ac honorar: Dei honor quippe est ab omnigenis sciẽtiis humanis collaudari. Vnde in illomet Conuiuio Eucharisticum signante, de quo sexta Enarr. agetur satis latè, ipsa summa Sapiẽtia, quæ ex septem Sacramentorum columnis domum sibi Ecclesiæ ædificauit; *Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Id est, ancillas suas scientias sæculares, Diuinæ Sapientiæ ancillantes naturaliter, vt bene. p. t. q. 1. art. 5. exponit D. Thom. quare ad mensam sapientiæ ab ipsa destinantur ancillæ scientificæ, vt homines ab ea in sæculo plus dissitos persuasione sapienti inuitent & compellant, vt dicitur notanter in verbis S. Lucæ: multi enim ex harmonia quam habet scriptura cum scientiis sæcularibus ad Ecclesiam non dumtaxat humaniter vocantur, sed fortiter, & vi, non parua constringuntur. Nam scriptura Sapientiæ Diuinæ mensa est; & simul Eucharistia, vbi aliter atque aliter Diuina Sapientia proponitur Fidelibus; néque ista parum congruit humanis cum scientiis, vt alibi est dicendum.

Chrysost.
Caietan.
Salmeron.
Figuræ Deum honorant.
Prouer. 9. 3.
D. Thom.
Luc. 14. 23.

35. Ex quibus duo optima de scientiis memoratis patenter deducuntur. Primum, eas esse licitum Theologo perdiscere, vt perficiat semetipsum respectu Dei obsequij: sicut enim Israëlitæ cum ab Ægypto recesserunt, argentea vasa & aurea Latrocinij sine nota ab Ægyptiis sustulerunt; quibus idola, sed non vasa pretiosa reliquere; sic nos pariter à Gentilibus, Philosophis, & Poëtis, impune eorum possumus eripere doctrinam; doctrinam, non perfidiam, idolatriamve malignam; nimirum, tanquam à malis, iniustísque nostrorum bonorum possessoribus, qui Dei nostri veritatem iniuste sæpe detinent, vt ait D. Paulus. Ita S. August. lib. 2. ca. 40. de Doct. Christ. vbi docet omnes artes scripturæ intelligentiæ mirifice congruere; & cap. 29. debere cũctos scire Rhetorices figuras, vt facilius per has possint Diuinas introspicere. Quæ permissio roboratur Deuter. 21. ex muliere Gentili in bello manu capta, quæ poterat à Dei populo assumi in Matrimoniũ, cæsarie prius rasa, & vnguibus pręcisis, ac veste permutata; nam mutatis mutandis, superfluísque ablatis valde nobis sunt perutiles Gentilium disciplinæ. Secundum, non solummodo has addiscere licere, sed plurimum prodesse: hoc etenim est Goliath iugulare suo gladio; hoc velut puer Daniel in doctrinis Chaldæorum, quò populum Dei liberet, peroptime, informari; hócque tandem rem prophanam, quod magnum emolumentum, in sacram commutare, sicut magnum est sacrilegium cap. 5. nu. 3. eiusdem Danielis, sacratam prophanare.

Scientiæ sæculares quã viles Theologo; ac ideo quantum licitæ.
Exod. 3. 22. 12. 2. 12. 35.
Rom. 1. 18.
S. August.
Deut. 21. 11.
Daniel. 1. 4. & 5. 3.

36. Viden' iam, etsi malè, depictam vtilitatem nostrarum figurarum? Certè & cuncta concernentia vtilitates sapientiæ, Figuris valde quadrant; cum in illis, provt supra non paucis indicaui, vniuersa sit locata sapientia Scripturarum. At verò de Sapiẽtia vtilitates multæ & magnæ succinctè in eius libro narrantur per hæc verba; *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius; & Lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia; & ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* Vnde constat, trifariam Sapientiam matrem esse bonorum vniuersorum; quia mater, atque Domina, principiúmque est omnium; quę parit tanquám mater; *Et ignorabam, quoniam horum omnium mater est*; & affert tanquam Domina hæc bona quibus ambulat vallata, circumsepta, *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa*; & fundit, tanquam illorum principium naturale, nam cuncta ipsa præcedit, in verbis nunc productis; *Quoniam antecedebat me ista Sapientia*; ita vt demum cuncta bona cum illa nobis veniant, & nullum sine illa. Inter quæ animaduerte, innumerabilem honestatem per manus eius dari; *& innumerabilis honestas per manus illius*; nihil etenim sic carnem diuertit & contemnit, sicut feruida & amata scripturæ contemplatio; velut asserit Hieron. à Ioanne de la Ianna, verbo Theologus citatus; *Ama scientiam Scripturarũ, & vitia carnis non amabis.* De qua iterum Sapientia post pauca colligatur; *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.* Quid plura, vel maiora de thesauro tam immenso, qui immensus & infinitus perspicuè vocitatur? quíque etiam Dei amicitiæ participes nos facit? & hoc propter disciplinæ, sapientiæ, nempe, dona hominibus donata? *Propter disciplinæ dona commendati.* Mira sanè sunt hæc omnia, quæ puto coronari, ex Marsilij Florentini pulcherrima sententia, quam ob tanti, támque pij Philosophi memoriam, suauem semper mihi, non possum non concedere; ille verò li. 4. Epist. sic se habet; *Felix, cui succedunt omnia bene; soli autem succedunt, qui bene omnibus vtuntur. Solus bene omnibus vtitur, qui & sua*

Sapien. 7. 11.
Studium scripturarũ vt bona cuncta afferat, & primo statim loco mirabilem honestatã.
S. Hieron.
Marsilius Ficinus Sacerdos Florẽtinus laudatus incidenter.

ipſius & aliorum vires à ſapientia didicit. Fælices igitur ſoli Sapientiæ Sacerdotes, quod vel in ipſa humana, (vt ita dicam) miſeria ſunt beati. Hæc ille, quæ ex methodo auctorem ſuum redolent.

Studium ſapientiæ beatos ſuos facit.

Nihil æſtimo in contrarium virtutis tam eximiæ à quouis dici poſſe, vanitatem niſi quòd exacuit aliquando, Apoſtolo dicente; *Scientia inflat, charitas vero ædificat* Hoc autem ſolum verum, in ſcientia à charitate & humilitate ſeparata; quam ſolos prauos homines dæmonibus perſimiles, habere perſoadeor; nam iſti ſunt tam peſſimi quã etiam ſcientiſſimi; quare dęmones ſapientes in Græco ſunt eloquio; quemadmodũ ad hanc Pauli ſententiam refert Gloſſa. Qui verò ſecus fuerint, cur inaui vana gloria miſerrimè extollentur? rumpentur? necabuntur? præſertim, cum & modicè ſub nomine Datoris, provt n. 22. à uobis dictum fuit, eis liceat gloriari? Ego equidèm frequentius vanitatem in vanitate, quam in hominis grauitate offendi certum puto; id eſt, vacuum & deſtitutum quacúnque habilitate plus hominem eleuari, quam ſerium & eruditum ex multis ponderoſis, quas habeat, qualitatibus; quod quatuor tibi rebus vrgentibus probabo. Prima ſanè experientia; qua plurimos ſtolidos angore cordis vidi de nihilo exultare, & aculeo vanitatis, non parum vellicari, morderi, terebrari, & plane velut pecora, ſtimulo diſſimili, ſtultè exagitari; in quo mihi Ruperto experto benè credito; videlicet, pauperculos de inopia ſua ſæpius vt ranam peracuti Æſopi plus inflari, quam diuites de copia diuitiarum naturalium; & ne arguar de mendacio, ſcriptura res firmatur; *Tres ſpecies odiuit anima mea; Pauperem ſuperbum; diuitem mendacem; & ſenem fatuum* Nec enim pauper habet, cur debeat inſoleſcere; nec diues cur mentiri, cum pauperibus hoc magis, vt næuos ſuos tegant, ſuapte permittatur; nec ſenex cur ſit fatuus, dicente amorum patre.

1.Cor. 8.1.

Scientia quænam inflet.

Inflatio & vanagloria vt vacuos, pluſquam plenos excruciet, demõſtratur.

Eccleſ. 25 3 Pauper ſuperbus; diues mẽdax; & etiam ſenex fatuus, odibiles cue Deo.

Ludit in teneris annis amor hoſpes amanus;
Eſt in canitie ridicula venus

Ouidius.

Et tamen primo loco ſuperbus pauper eſt: multi enim ſunt pauperes in dotibus naturæ, qui de huiuſmodi pauperie pluſquam alij de abundantia & patrimonio naturali, vel mentis, vel rei belliceæ, vel alterius cuiuſcúnque ſummoperè æſtimandæ, ſuperbiunt, & fureſcunt. Secunda verò rerum creatarum iuſto ordine, quo ipſi vel naturæ dictamine eumeſcunt: ſola enim quæ ſunt vana & vacua, tu aſſiduè elata contoeberis; non autem quæ ſunt grauia; & pondere curuata; ſpicas voco teſtes; quæ enim leues in aëra inaniter feruntur; ſicut aliæ ponderoſæ perpetuò verſus terram ſuapte deprimuntur; & arbores, ex quibus, quæ ſunt proceriores, altiores & profundiores radices ſuas figunt; ſicut paruulæ & quæ parum in terra ſunt defixæ, à vento quouis facile iactantur, proſternuntur. Tertia autem Eccleſiaſtico; in capite allegato, vbi tanta cum narrentur præconia Sapientiæ,

A bis de hominum Sapientium humilitate ſic profetur, vt humilitatem cum Sapientia ligari inſinuetur; *In manu enim illius, & nos & ſermones noſtri (quod Præcones Verbi Dei de ſuis ita proferant) & omnis ſapientia, & operum ſcientia diſciplina* Et iterum poſt pauca; *Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem.* quæ omnia humanitati, benignitati, & ſtabilitati, certitudini, & ſecuritati humilitatis ſolum quadrant; quæ etiam *omnem virtutem* hoc loco memoratam, vt omnium fundamentum, veriſſime in ſe habet. Nec video cur vir Sapiens, de ſplendore ſapientiæ vtcúnque glorietur, cum de gloria Sapientis tã valde dubitetur, & eius tot à nobis ſtultitiæ perlegantur. Quarta

N 16 & 23.

B tandem illa Perſona, ex tribus Sacroſanctis, quæ ſola Sapientia, videlicet, Diuina, vocatur inter alias, & ſola carne voluit pro nobis obuelari; ſola quippe ſapientia quę infinita planè eſt, infinitè concupiſcit occludi, & palliari. Vt omniáque ad Sanctam referamus Euchariſtiam, in ea plus ſe Chriſtus Sapientem demonſtrauit, & in ea ſemetipſum pluſquam alibi occultauit.

37. Ergo ſacræ Sripturę per Figuras ſcrutatio, quò ad num. præcedentis, vnde fuimus digreſſi, initium reuertamur, theſaurus magnus eſt, non auri vel argenti, quæ etiam corrumpuntur, ſed Solis atque Lucis intellectus animæ, quæ ſemper perſeuerat; vnde dicitur in Pſalm. à nobis vſurpato; *Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea*

C *anima mea. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Nec ſola perſcrutatio, quæ ſeruit ad Diuina myſteria cognoſcenda, hoc habet ſibi proprium; ſed etiam & meditatio quæ verſatur circa ipſa peroptimè imitanda, operibus implenda; & virtutibus, præſertim, humilitatis, & caſtitatis, ac charitatis, proſequenda. Mentis nánque ditatio, meditatio interpetratur, à Barradio tom. 1. cum Bernardo de Conſider. lib. 1. ſic dicente; *Mentem purificat, regit affectus, dirigit actus, componit mores, vitam honeſtat, & ordinat, vera caſtigas, fucata explorat.* Quæ mentis ſunt ditatio. Tunc verò mens exiſtet diuitiis cumulata, ſi ſcrutationem & meditationem germaniter collecta coniunxerit in ſe: nam ſcientia ſine

Meditatio, mentis ditatio, & eius multa bona.

Barradeus.

S.Bernard.

D charitate ſtultitia vera eſt, & charitas ſine ſcientia nil ferè lucri habet; vt ad verba Diui Pauli, ſcientiæ, nempe, inflantis, & Charitatis ædificantis Chryſoſtomus aduertit; & quidèm quanto pondere, iudicij quę fulgore non poteſt explicari; cum ſcrutatio ſine meditatione in errores & ſtultitias non rarò dilabatur, & in ſpiritus ariditatem, ac animi duritiem nociuam conuertatur; nimirum ob ſucculenti & humilis irrigui orationis indigentiã, cui vitę nihil dare, eſt vitam diſſipare, & totam proculdubio diſperdere & necare. Nec falsò, cum initio eiuſdem lib. dicat ſplendor Claruallis; occupationes immoderatas abſorbere in ſe tempus, ab æternarum contemplatione auocare noſtrũ animũ, & penitus abſtrahere;

Studio & Lectioni oratio quã per vtilis ac valde neceſſaria.

Meditationis & orationis defectus quã nociuus.

abſtrahere; atque hominem in cor durum, insenſibileq; ſenſim inducere ſe ipſis; quare iſtas occupationes non adeo vere fumeas, ſed etiam maledictas, quantumuis ſæpe ſint vel hominis Pontificis, cui direxit opus illud, vocare non extimuit. Meditatio verò è contra ſine ſerutatione diuinorum proficere nil poterit; quia voluntas ſemper ſequitur intellectus radium, ſicut numer. 18. A inuenies explicatum; hoc autem conſtipato caligine ignorantiæ, quid vtile, vel pulchrū voluntas amplexabitur? Certè, nihil, niſi ſordidum, abjectum, & ignominia teterrima repletum; vt, proh dolor! quotidie cum lachrymis videmus. Hincque nullum Religioſis tam decens exercitium, quam ſcrutatio & meditatio in modo cōgruenti, iuxta vires ſingulorum adinuicem ligata.



PRÆFATIONIS PARS SECVNDA,

IN QVA OMNIA PRÆCEDENTIA EVCHARISTIÆ ACCOMMODANTVR.

38. RIA Diximus in principio per integros ſex numeros. Primum, eſſe mirabilia Scripturæ teſtimonia, quæ Figuras eſſe ibi cum Hieronymo probauimus. Secundum, ex admiratione mirabilium Figurarum, illarum ſcrutationem in nobis eſſe ortam. Tertium, humilihus hanc tantum diuinitus donari; quæ omnia in Eucharistia veriſſimè adinuenies. Illa nánq; eſt mirabile Dei noſtri teſtimonium, & memoria atque compendium mirabilium Diuinorū: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.* (Pſal. 110. 4.) Vnde ſimul in Figuris, quæ ipſam præſignarunt, Diuinis fuit omnibus myſteriis mirabilior. Illa, quæ, in duabus inter alias multo propriis, ac longe principalibus, magnam ſui admirationem in nobis excitauit, & initia ad capeſſendam immenſam Dei ſcientiam, & illius plus abſcondita arcana penetranda ſtopore conſecrauit. (Admiratione & ſtupore Euchariſtia plena eſt, quod bino ex loco patet.) Nam de Agno, paois huius figura celebertima ſic dicitur in Exod. *Et cum dixerint vobis Filij veſtri; Quæ eſt iſta Religio? dicetis eis. Victima tranſitus Domini eſt; quando tranſiuit ſuper domos Filiorum Iſraël in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans* (Exod. 12. 26.) Et in Numer. de Manna; *Quod cum vidiſſent Filij Iſrael, dixerunt ad inuicem, Manhu? Quod ſignificat, quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet.* (Num. 16, 15) En vnde primùm orta Theologicæ ſcientiæ admiratio, & ſcrutatio. (Theologiæ primū initium Collectum ab Euchariſtia.) Nec mirum, cum Euchariſtia ſit mirabile Myſterium, atque veri Salomonis demiranda ſummè menſa, quæ figura tantum ſui ſapientiſſimam Reginam admiratione ſaturauit (3 Reg. 10, 5.); de qua tanquam re cunctarum ſuapte valde mira Eccleſiæ vox decantat; *Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili*; In Feſtique officio. *ô res mirabilis, manducat Dominum, pauper, ſeruus, & humilis.* De qua B etiam demiratus exclamat Zacharias: *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* (Zach 9, 17.) Et Oſeas cap. 3. *Pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius, in nouiſſimis dierum.* (Oſeas. 3. 5.) Iuxta Hierony. ſententiam vtróque iſtorū loco. Illa tandem, quæ vel etiam in harmonia Figurarum ſtupore ſuo clarè Fideliū mentes replet; (Euchariſtia pauor mentium.) de quarum tam clarifico quam muſico concentu liceat mihi cum Leone Serm. 4. de Epiphan. hęc verba diuulgare; (S. Leo Papa.) *Noua etenim claritas apud Magos ſtellæ illuſtrioris apparuit, & intuentium animos ita admiratione ſui ſplendoris impleuit, vt nequaquam ſibi crederent negligendum, quod tantum nuntiabatur indicio* C Quapropter hîc non tantum Theologiæ initiatio, ſed etiam conſummatio, perfectióque exiſtit. (Theologiæ conſummatio Euchariſtiæ Sacramentum.) Qui enim bene ſcit mirabile hoc Myſterium, Theologiam totam ſcit: vnde Paulus qui Theologorum ſupremus fuit apex, Ieſum Chriſtum Crucifixum teſtatur ſolum ſcire; quem infra in Euchariſtia à malis Crucifixum clariſſime (1. Cor. 2. 2.) ſic dolet, pro viribúſque monet, ne taliter à ſuis Chriſticolis tractetur; *Itáque quicúnque manducauerit panem hunc & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini*, (1. Cor 11. 27) nā realiter crucifigitur, quantumuis non cruēte, cuius ſanguinis ſit reus, quicúnque male ſumit. Quocirca D immediate monitio illius ſequitur; *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; &c.* Et hæcpropter Iſychius Epiſcopus Ieroſolymæ exponens illa verba Leuit. 10. num. 12. *Tollite Sacrificium quod remanſit de oblationibus Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare*: (Leuit. 10. 12.) per permanens Sacrificium Theologiam ſubintelligit, quæ remanet de notitia patenter cœlo viſa, quam quidem iuxta altare comedere præcipimur; quia à Corpore Redemptoris in altari conſecrato auſpicia Theologiæ, faſtigia, & ſummus terminus: auſculta illius verba; *Oportet comedi iuxta altare, id* (Iſychius.)

eſt, Chriſti Corpus; ex eo enim omnis Theologia nobis miniſtratur.

39. Quod ſi Sacræ Figuræ ſecundum illarum tertiam qualitatem recenſitã, nondum verò accommodatam, intellectum præſtãt paruulis; nil miteris, ſi Figuræ Sanctiſſimę Euchariſtiæ aliquantulam mihi mentė ad præsẽs opus dederint; ego etenim ſum paruulus, & minimus in tribu vniuerſa Benjamin; id eſt, eius, qui & Matri, non naſcens ſed emoriens, doloris fuit Filius; & Patri Filius dextræ, ad quam in cœlis ſedet; non tam minor in habitu Religionis quam profiteor, quam minimus in habitibus neceſſariæ bonitatis, & facultatis ad intelligẽdas res arduas & difficiles; quãuis Domino propitio in iuuentute ſim adeptus quod Auguſtin. in Confeſſionibus lib. 5. cap. 16. de prædicamẽtis Philoſophiæ attribuit ſibi ipſi; non auguſtè, ſicut ille, qui Auguſtus & Aurelius in cunctis acuminibus, tam aurea, quam & varia volumina reliquit; ſed anguſtè, ſicut ego, qui anguſtatus intellectu, ſepteonium in abſoluendo hoc opere conſumpſi; idque, non mei ingenij acrimonia compellatus, & primùm concitatus, ſed cuiuſdam fratris noſtri Prædicatoris ſolertiſſimi F. Franciſci da Galuea. Tauiræ cõmorantis interrogatione prouocatus; qui cum ad S. Antonij Vliſſiponenſis concionem ſuper verba. *Vos eſtis lux mundi*, me pauperem conſuleret, ego quidem quæ habebam, non pauca iam tum temporis de luce, illi tranſmiſi; & ob hoc multò plura euoluens mente & libris, his Figuris, quæ à luce initium ſuum ſumunt, initium quóque reperiátque multa quæ de Euchariſtia in Figuris ſæcularibus, rerum, ſcilicet, communium, iam antea elaborauerem, ad Figuras ſolum ſacras, è quibus erant aliquæ, traducere curaui; à Luce, meum, inquam, principium capeſſendo; quæ mihi tunc eſt orta, alieno magis caſu, cui grates reddi debent, quam conſilio, electione, ingeniolóq; meo; quod tam loci, quam & temporis occaſione peracerba, plus ſolito tom frigidum, depreſſúmque latebat. Erat enim locus ciuitas propemodum collapſa, adjacens mari Athlantico Lacobrica vocata, vbi Verbi Chriſti. Dom. explicatui inſeruiebam, quæ cætie, & ſitu ſuo me totum inficiebat. Tempus verò triſte illud, quo tumultus Eborenſis in anno præcedẽti. 1637. inde cito per Luſitaniam vniuerſam diuagatos, repetitus, & cum gaudio vbique celebratus, qui Ioannis Regis noſtri Reſtauratoris Portogalli, Ioãnes alter fuit, Pręcurſórque mirabilis, Pœnam capitis conſpexit in aliquibus hominibus, duobus quorum ego in prædicta ciuitate, & ſupplicio per Miniſtros Caſtellæ adiudicato, illum ſanguinem in Caſtellam, Abelis velut ſanguinem clamatum ire cogitans, & aliquibus prędicens, angore plenus adfui, qui mœtor multum hebetat ingenij perſpicaciam; vt ait Camoens noſter in fine Cant. 10. & etiam octa. 9. eodem cantu modulans.

Gen. 35. 18.

Auctor operis quam paruulus, & quando, cur ve cæptum; ac etiam conſummatũ.

F. Franciſcus da Galuea laudatus.

Lacobrica quæ ciuitas.

Tumultus Eborenſis ob regiminis Caſtellæ duritiem ſuſcitatus quo anno ſit commotus.

Vaõ os annos deſcendo, & ja do Eſtio
Ha pouco que paſſar a tè o Outono,
A pobreza me faz o engenho frio,
De que ia naõ me jacto, nem me abono.

Ouidiúſque in fine Præfat. referendus; nec non 1. de triſtibus Elegia 12. quo loci ſibi ingenium ad labores & dolores tantummodo ſciendos affirmat ſupereſſe;

Adde quòd ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multò quam fuit ante, minus.
Contulit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui magna vigoris abeſt.

Camoens. Ingenium quantum hominis triſtitia deprimatur. Ouidius.

Vt ego verè minimus, ingenio remanerem. Cui propterea ſi Deus fauum Euchariſticum conceſſit, & aliquam huius Sancti portionem panis dedit, hoc Leoni tanquam mortuo Sanſonis factum putes, & tanquam Eliæ coruo concreditum non dubites; ſed potius mihi traditum, cunctorum tanquam minimo, vt Deo ſoli gloria huius facti verteretur, ita vt ſi quiuis minor me ipſo inueniretur, ille certè meo loco pro me ſuffectus eſſet. Quare illo Pythagorico prouerbio nunc exploſo; *Non ex quouis ligno fit Mercurius*; ſi Mercurij quid tantillum fortuitò repereris, ex quouis ligno factum putare non formides; ſum enim de quo loquitur Hieronymus in Galeato cap. 6. circa medium.

Iudic. 14. 8. 3 Reg. 17. 6.

Vt non ex quouis ligno & ex quouis fit Mercurius. S. Hieron.

De Figurarum quidditate Euchariſtiæ accommodata.

40. PRæmiſimus deinde num. 7. cum ſequenti, naturam Figurarum; quibus omnis lex antiqua, iuxta Apoſtoli ſententiam. *Omnia in Figuris contingebant illis*; repleta planè erat. Eſſe autem cuncta vetera Figuras Euchariſtię, exinde comprobatur, quia quatuor cum exiſterent ſpecies Figurarum, inter quas priorem locum obtinebant Sacrificia, prout num. 21. prĩncipio dictum fuit, de Sacrificijs ſic ſcribitur à Rege concentore; *Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper Sacrificia*; Vbi multi cum ſint ſancti ex vtróque teſtamento, & teſtamentum non ſit vnicum, ſed potius duplicatum; dubium eſt, quodnam ſit hoc ſingulare teſtamentũ, quod Sacrificia ſuper omnia iubetur hîc à Pſalte diſponi & ordinari. Re autem ponderata, eſt ſanguis teſtamenti, vt in Calicis Conſecratione appellatur Euchariſtia; cui antiqua Sacrificia pręordinata iã fuerunt, vnde manet ordinata ſuper omnia Sacrificia, quę iſtud pręceſſerunt. Incognitum ibi audi: *In nouo teſtamento vnicum eſt Sacrificiũ, ſcilicet, Euchariſtia; & quia eſt perfectiſſimum, omnem perfectionem continens, ideo multiplicari non poteſt. Et vnicum Sacrificium fide tenuerunt etiam Patres antiqui teſtamenti, ſcientes omnia Sacrificia antiqua ad iſtud ordinari, tanquam diuerſa figura ad vnum figuratum. Hîc ergo per teſtamentum in ſingulari accipe Sacrificium vnicum Euchariſtiæ noui teſtamenti* Hęc ille; qui à verbis *Tanquã diuerſæ figuræ* rem optimè declarat; cui diſſimili etſi via conſentit noſter Lyra. Sed infra ſuper verba; *Non accipiam de domo*

1 Cor 10 11

Pſalm 49. 5.

Incognit.

Figuræ cũctæ veteres, & vetera Sacrificia Euchariſtiæ collimata.

de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Immola Deo Sacrificium laudis, sic nostrā partem claudit; *Antiqua Sacrificia acceptabat Deus, non ratione animalium, quæ offerebantur, sed solum ratione significationis; quia in illis figurabatur verum Sacrificium corporis Christi; & ideo reprobatis Sacrificiis veteris Legis, commendatum hic reperitur Legis nouæ Sacrificium.* Sed proh dolor! quod multi verum faciunt

S. August.

Augustinum in Commentar. super Ioan. tract. 25. dum Iudæos de Christo murmurantes & dicentes; *Patres nostri manducauerunt Manna*; in eos sic aduertit: *Signa mea dilexistis; quæ significabatur contemnitis.*

De antiquitate Figurarum Eucharistiæ associata.

41. HInc, quod dixeram deinceps per alios duos numeros, de antiquitate Figurarum, inseruit Eucharistiæ; nam cum istam cuncta vetera signarint Sacrificia, ac etiam Sacramenta, illa à mundi rudimentis primordia petiere: vnde Christus

Apoc. 13. 9.

in Apoc. meritissimè vocatur; *Agnus occisus ab origine mundi*; de quo multa ad Eucharistiam inuenies in sequentibus, cùm in alijs Enarration. tùm in prima, nonáque de ligno vitæ facta. Nunc aliorum Sacramentorum Figuras exquiramus. Et quidèm

Ecclesiæ Sacramenta figurata quondam omnia. D. Thom.

D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 3. omnia nostra Sacramenta pręfigurata quondam esse, præter tria, Confirmationem, Vnctionem, & Matrimonium, dissertis verbis ait. Sed nec ista existimatio, nec eius fundamenta, salua pace tanti Sancti, cui ego deditissimus, placere mihi possunt; imò longe Bo-

S. Bonauentura.

nauenturæ probatur mihi mens lib. 4. Senten. d. 8. q. 1. num. 8. vbi cuncta Sacramenta nobis olim præsignata clarissimè demonstrat. Et sanè Confirmationē, Extremámque vnctionē in vnctionibus Dauidis, qui

Dauid inūctus ter; & nos eodem modo.

1. Reg. 16. 13
2. Reg. 2. 4
2. Reg. 5. 3.

ter inunctus fuit. 1. Reg. 16. 13. 2. Reg. 2. 4. 2. Reg. 5. 3. Vnctiones nánque tres contingunt Christianis; in Baptismo, Confirmatione, & vltima vnctione. Quem sequitur & nostri Sectator sodalitij Alfonsus de la Spina, in Fidei Fortalitio, lib. 1. vbi non paucas Mysterijs Christianis, & præcipue Sacramentis, vel etiam tribus illis à Thoma nunc exclusis, figuras ipse aptat; videlicet,

Cur Reges Iudæi vncti.

Confirmationi vnctionem Regum, qui vt essent confirmati, & viribus firmati ad populum tuendum & Dei prælia pręliandum, eius oleo & iussione sub lege linebantur

1 Reg 10. 1
12. 17. 25 28.

1. Reg. 10. num. 1. 18. num. 17. 25. num. 26. Vnctioni verò extremæ vnctionem Sacerdotis; & Matrimonio Matrimonium in paradiso celebratum. In quibus ille habet eximiam rationem; quia Reges vngebantur,

Sacerdos summus tantum & Reges verè vncti in populo Iudaico.

vt essent fortiores ad populum tutandum, pro Deóque pugnandum, quod facit Confirmatio. Sacerdos vero sūmus, quia solus vere olim (vt Reges) vngebatur; ex eo quia oleo non sanguine commixto, vt alij Sacerdotes inferioris dignitatis, sed puro, sicut

Leuit. 4. 3.

notat Lyranus in Leuit. cap. 4. numer. 3.

A

Lyranus. Hebr. 9. 7.

propterea inungebatur, vt in Sancta Sanctorum, in anno tantum semel intrare solus posset; quod homini Vnctione Christiana decedenti, & in Sancta Sanctorū Cælorum ingredienti; vbi corporis exuuiis in terra derelictis, veri summi Sacerdotis claras hostias offerentis, officio tum fungetur, non parum symbolizat; tandem quia Matrimonium in Paradiso initiatum, etsi verum non extiterit ratione Sacramēti, quod à Christi institutione tantummodo manauit, Matrimonium tamen fuit contractus ratione, atque nostri Matrimonij figura celeberrima; de qua B. Paulus, vtrúmque Matrimonium coniungens, & considerans scribit ad Ephes. *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Ephes. 5. 32.

B

42. Hæc isti, quos à longe imitatur suo modo, nimirum stylo graui, sententiis semper grauido, de Carnis resurrect. Tertul-

Tertullian.

lianus sic se habens; *Caro abluitur vt anima emaculetur; caro vngitur, vt anima consecretur: caro signatur, vt anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, vt anima illuminetur: caro Corpore & Sanguine Christi vescitur, vt anima Deo saginetur.* Quibus verbis quinque ille non figurat Sacramenta, sed per illo-

Sacramenta per Tertullianum verbaoè diuulgata.

rummet figuras & materias bene explicat; quæ sunt illius ordine; Baptismus; Extrema Vnctio; Confirmatio; sacer Ordo, & vltimò Eucharistia; quo loci forsan tacuit Confessionem & Matrimonium, vt Sacramenta nimis clara; hoc ex tuba cœli tertij hîc proximè sonante; illa quia ad Eucharistiam est præuia dispositio; *Probet autem*

C

1. Cor. 11. 28.

se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Quod de Sancta Confessione à cunctis intelligitur; vt testis est Gregor. per Glossam reci-

Gregor.

Concil. Trident.

tatus, & Concil. Triden. cap. 7. & Can. 11. tertiæ decimæ sess. vltra ea quæ dicemus de claritate Confessionis Enarr. 19. cum proxime sequenti.

Bellarmin.

Vnde mihi valde arridet Bellarmini existimatio tom. 2. l. 3. de pœnit. c. 3. Omnia nostra Sacramenta & præcipuè quæ priora, vtilioráque existunt, primùm in lege naturali, Mosaïcáq; vmbrata, & agnita fuisse; deinde à Christi ore hominibus promissa; ab eo pòst donata, vlterius, frequentata & tandem in Scripturis sacratis commendata. Quod in solo Baptismo, Eu-

D

charistia, & Pœnitentia demōstrat eo loco; sed in aliis nihil minus monstrari bene poterit. Enarratio 25. num. 6. iuxta finem videri de hoc poterit.

De necessitate Figurarum, de imperfecto ad rem perfectam naturaliter enata, & Eucharistiæ collimata.

Vt plumbo olim signata Sanctissima Eucharistia. Chrysost.

43. HAnc vno absolui numero; pictorum plūbo illo Figuras præsignante, quod Chrysostomus Eucharistiæ attribuit in hunc modum, de Iudæ prodit. in suo tom. 3. *Sicut pictores pingendam tabulam quibusdam adūbrare vestigiis consueuerunt, & sic colorum varietate perficere; ita Christus*

fecit in menſa; & typum paſchadeſcripſit, & paſcha veritatis oſtendit. Et Eothymius in Matth. cap. 6. per hæc verba. *Sicut pictores in vna tabula, & lineas ſupponunt, & picturas adumbrant, & colores ſuperinducunt, ac formant; ita quóque Chriſtus in eadem menſa, & figuratiuum ac vmbratile paſcha ſubſcripſit, & verum ac perfectum appoſuit. Quia cædes agni legalis eadem rationalis agni præfigurabat; oportebat omnino vmbram euaneſcere apparente ſole, & figuram cedere adueniente veritate.* Quibus finem componamus cum Leonis elegantia de Paſſione Serm. 7. *Vt vmbra cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis antiqua obſeruantia nouo tollitur Sacramento; hoſtia in hoſtiam tranſit; ſanguis ſanguinem excludit; & legalis feſtiuitas, dum mutatur, impletur.* Videatur Auguſtin. Epiſtol. 86. & de Ciuit. Dei lib. 17. cap. 20. ac Concil. Triden. ſeſſ. 22. cap. 1.

Euthymi[us]. S. Leo Papa. Auguſtin. Trident.

De neceſſitate Figurarum, ab Euchariſtici Myſterij dignitate poſtulata.

Obſcuritas à Patribus prætenta in Euchariſtia; & quanto ſub ſilentio ab illis hæc ſeruata. S Bonauẽt.

44. HOc numero 12. tractauimus in communi de Myſteriis quibuſcúnque; at vero de Euchariſtia propter eius admirandam, & infinitam dignitatem adſtrictius verum eſt. Digniores nánque homines non niſi ſatellitio multorum famulorum, prout ait Bonauen. lib. 4. Sent. d. 8. q. 1. exire domo ſolent, in publicúmque ire; & ſic plurimis figuris Euchariſtiæ Sacramentum ſtipari decens erat, vt foras ſe ſe daret. Ob quam etiam dignitatem inuenies in Valentia ad 3. D. Thom. diſp. 6. qu. 3. punct. 1. §. 6. cautum olim diligentiſſime, ne ab hominibus infidelibus, ſeu à Fidelibus Catechumenis ſumeretur, vel videretur hoc altum Sacramentum; vt apparet ex Dionyſ. de Eccleſ. Hierar. c. 7. ex Beda lib. 2. hiſtor. cap. 5. & in ſuo Martyrolog. 18. Kalendas Octobris; Vnde Auguſtinus ſup. Ioan. vndecimo tract. abſconditum manna illud Apoc. huc inflectit; eo quod ab huiuſcemodi nequaquam videretur. Et Patres cum ad populum de Sacramento tam mirabili, vel ſcribendo, vel dicendo, Dei verba proferebant, nõ palam id faciebant, ſed ænigmatibus & arcanis, quæ à Fidelibus tantummodo valerent comprehendi. Quare Apoſtolus ad Corinth. huiuſmodi profatur; *vt prudentibus loquor*; Et Auguſt. Serm. 2. de verbis Apoſtolicis; *Sacramentum Fidelium norunt Fideles.* Ac paucis interjectis; *Norunt, qui myſteriis imbuti ſunt* Quo genere loquendi Orige. eſt vſus, Hom. 13. ſup. Exod. & 9. ſup. Leuit. Quare etiam ne infidelibus tantum proderent arcanum, illud *Symbolum; Myſterium; Sacram figuram; ſignum corporis & ſanguinis Chriſti*; non clarios nominabant; magiſque concionabantur de ſpirituali manducatione in popularibus ſermonibus, quam de reali & Sacramentali. Quod quia Sacramentarij non attenderunt in Auguſtino, vel potius contempſerunt, inde ſcandala nocentiſſima aduerſus ſe pararunt. Hæc Valentia epilogatus. Sed iterum de hoc Sermo, Enarr. 16. num. 36.

Gregor. de Valentia. Dionyſius. Beda. Auguſtin. Apoc. 2, 17. 1 Cor. 10. 5. & Rom. 7. 1.

De Figurarum neceſſitate ex Euchariſtiæ ſublimitate, difficultatéque ei propria, & planè inſeparabili.

45. OB hoc etiam multò pluribus & clarioribus figuris, quam quoduis Sacramentum, hoc noſtrum præfigurari fuiſſe neceſſarium, Bonauentura loco vlt. à nobis allegatus compertum ſatis facit; cui accedunt ex noſtratibus Ieſuita Bernardin. tom. 2. Serm. 1. Fer. 5. in Cæ. Do. Spina lib. 1. in Fidei Fortalitio; vbi rebus cunctis ſacris antiquis præſignatum, & ideo tam multoties figuratum reperiri, veridicus eſt teſtis; demúmque Henricus Harpius de Euchar. Ser. 2. quo loci res difficiles multò antea enuntiari, & expectari moris eſſe, vt credi tandem poſſint: non etenim creduntur, niſi homines per aliquas diſpoſitiones præcedentes ad hoc ipſum diſponantur, & quaſi aſſuefacti manuducantur per figuras, affirmat, & quam meritò.

S. Bonau. S Bernard. Alphonſus de la Spina. Henricus Harphius.

De Domino ſedente in templ. Ezechielis, ſic dicitur ab illo. *Et conuertit me ad viam portæ Sanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſiet per eam; quoniam Dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam; erítque clauſa Principi. Princeps ipſe ſedebit in ea; vt comedat panem ſuum coram Domino.* Sed quæ porta tãto Domino & clauſa, & reſerata, vt in ea modo iſto non modicè ſtupenda, ſedere bene queat; qòd panem ſuum comedat præfato coram Domino; niſi Virgo Beatiſſima, ex qua clauſa perſeuerante egreſſus Chriſtus eſt, vt comederet panem ſuum; ad hoc etenim incarnatus, & natus in hoc mundo, vt inſtitueret Euchariſtiam, & iſtum panem ederet, edendumque proponeret; prout infra ſuis locis diffuſius enarrabitur. Qui panis nominatur comeſtus coram Domino; vel quòd Domini ſit oculis & gratior, & præ omnibus antiquis Sacrificiis non parũ pretioſior; vel quia coram Domino, eſt coram ſemetipſo, qui fuit in hoc pane Conuiuium & Conuiuator ac pariter Conuiua, dum Chriſtus in Cænaculo comedit corpus ſuũ. Vnde dicitur hoc loco comediſſe panẽ ſuum, & panem coram Domino, quia præſens modo duplici ibidem fuit ſibi. Vel dicamos portam clauſam, vbi editur hic panis, ſcientiam ſcripturarum, quæ incorruptæ permanentes, in hoc pane nobis Chriſtum veriſſimè producunt; qui ſolos in hac porta ſic clauſa coram ſe, vniuerſarum rerum Domino, patenter & clariſſimè hunc mirum panem edit; *Nemo enim poteſt corporis & ſanguinis Domini pro maieſtate rei, Sacramenta cognoſcere*; vt aſſerit Hieronymus relatus apud Gloſſam.

Ezech. 44. 1, 2, 3. Euchariſtia porta clauſa Prophetæ Ezechielis in ſui obſcuritate, & aliis ſcitu dignis. S. Hieron.

Nec diſſidet quod ſupra ſcribit idẽ Vates;

Videlicet,

Ezech. 40. 43.

Cur mensę holocaustorum ad intra sua labia habuerint reflexa.

videlicet, in templo lapideas mensas esse, super quas holocaustorum imponebantur quæque vasa, nempe quæuis instrumenta Sacrificijs seruientia. quæ labia vnius palmi introrsus circumflexa habebant per circuitum. Holocausti nánque nostri per illa figurati non tantummodo substantiam, sed nec ipsas circunstantias, adiacentia vt instrumenta, mortalium possunt labia quæcúnque patefacere; & ideo melius labia introrsum contrahuntur, quam extrorsum quouis ausu temerario aperiantur.

De necessitate Figurarum ex hominum intellectus infirmitate naturali, ad Eucharistiam penetrandam.

46. ELeganter de hac rugit, vt solet, Leo Papa; in persimili & præcedenti Virginitaris Matris Dei admirabili mysterio; quod Eucharistiæ tantò melius accommodatur & æquatur, quantò in illa, quando Christus in lucem natus est, duo corpora sunt data in vno ac ipso loco; per quod corpus in duobus, ac ideo in multis locis, Eucharistiæ quæ est res inter omnes difficillima, peroptime explicatur. Audi igitur Leonē de infirmitate mentis nostræ ad tam magnam difficultatē ingenio comparandam, in Dom. natiuir. Serm. 7. *Cum ergo ad intelligendum Sacramentum natiuitatis Christi, qua de Matre Virgine est ortus, accedimus; abigatur procul terrenarum rationum, & ab illuminato Fidei ocu'o, mundana sapientia fumus abscedat.* Et serm. 9. *Excedit quidem, dilectissimi, multúmq; supereminet humani eloquij facultatem diuini operis magnitudo, & inde oritur difficultas fandi, vnde adest ratio non tacendi. Sed ideo nunquam materia deficit laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris. Gaudeamus igitur, quia ad eloquendum tanta misericordiæ Sacramentum impares sumus; & cum salutis nostræ altitudinem promere non valeamus, sentiamus nobis bonum esse, quod vincimur. Nemo enim ad cognitionem magis appropinquat, quam qui intelligit, in rebus Diuinis, etiam si multum proficiat, semper sibi superesse, quod quærat. Nam qui se ad id, quò tendit, peruenisse præsumit, non quæsita reperit, sed in inquisitione deficit.*

S. Leo.

Difficultas in Diuinis vt facilis sit via ad ipsa cognoscenda.

Certè mens nisi tantum per sensus carnis brutæ, corruptibilis & vilis percipere quid potest, vt in hoc opere cum Philosopho dicēdum sæpe erit, quod maxima intellectus confusiò nostri est; parum enim sensus capiunt; in omnibúsque illis vt patet experientia, & in libris naturalibus tam Plinij, quam similium, eiulatibus profertur, à brutis superamur. Ergo nos ad Diuina brutales plusquam bestias, nos ipsos agnoscamus; atque hominis à Conuiuio Eucharisticum signante, eo quod boum quinque iuga tunc ipsemet coëmerat, expulsionem perpendamus: non etenim ob quinarium agrestium vitulorum, rusticitatem quinque sensuum, in homine exprimentium, vel etiam ob vo-

Luc. 14. 19.

Curiositas Eucharistię plus omnibus nociua.

A luptatem, exclusus ille fuit; sed ob solam curiositatem, quæ panditur his verbis; *sed eo probare illa*; vt in Catena D. Thom. obseruat Augustinus. Quare noli mente tua per sensus plus decepta, quam ducta, siue docta, Sacramentum Christi Plagas perpetuò sub se continens probare, & manu tentans ad libitum experiri; hoc enim magna cæcitas, cæcorúmque miseria. Imò ipsas Christi plagas in hoc Sacro deprecare, vt tibi Fidei oculos pro corporis illuminer, ad quod Petri Damiani opusc. 50. cap. 2. scriptis inter alia huiusmodi dicentibus deuotè prouocare. *Foramina petræ vulnera sunt Redemptoris, quæ profecto non casu quinque sunt, lanceæ scilicet & clauorum; sed quia nos fueramus quinque sensuum vulneribus* B *sauciati; per has quinque plagas salutis sumus perpetuæ restituti.*

S. Petrus Damianus.

Quinque Plagas Christus habet, vt infirmitati quinque sensuum in nobis medeatur.

De obscuritate Figurarum Eucharistiæ combinata.

47. REctè quidèm atque doctè obseruat D. Tho. 3. p. q. 78. art. 3. ad. 5. Eucharistiam in Consecratione Mysterium vocitari; non ad Corporis Redemptoris excludendam veritatem; sed ad nimiam occultationem ipsius denotandam, de qua in numeris præhabitis non pauca dicta manent. Hinc non possunt non esse obscuræ eius figuræ; præsertim cum suapte non queant rem explere, in totúmque dissol- C uere; sicut numero Lectori octauo reserauimus. Quapropter hoc nunc satis de obscuritate figurarum; Eucharistiæ si quæ sunt, alicui, plusquam vellet, obstrusæ visæ fuerint. Sed felix ea obscuritas, quæ multum claritatis occludit sub se ipsa; cum Figuræ inter obscurum fulguribus renideant; vt dixi: & dicam sæpius. Qua de causa relicta obscuritate figurarū, ad Sanctorum quóque aliquas Figuras atque formulas de Eucharistiæ Sacramento obscuras transeamus; nam & hos de hoc Mysterio figuratè conscripsisse quarto numero ante istum genericè indicaui. A senioribus nunc breuiter rem istam deducamus.

D.Thom.

Obscuritas Eucharistię in Figuris & Doctoribus ostenditur, & soluitur.

Primus est Tertullianus scribens in Iudæos, & tertio ac quarto libro aduersus D Marcionem, vbi Figuram Christi corporis appellat Eucharistiam. Ergo corporis figura, non autem illius veritas. Secundus S. Hieronymus in Matth. 26. vbi Christum corporis sui & sanguinis veritatem repræsentare in hoc mysterio scribit satis palam. Vnde colligunt aduersarij, non veritatem, sed veritatis repræsentationē tantum dari. Tertius autem S. Ambros. lib. 4. de Sacrament. cap. 4. dicens ibi, Sacerdotem in Sacro Canone postulare, vt rationabile & acceptabile Sacrificium euadat, quod in figuram Christi corporis in Missa quotidie à nobis fit. Quartus S. Augustin. lib. 3. cap. 16. de Doctr. Christ. vbi regulam constituens figuras agnoscendi, huiusmodi profatur; *Si præceptiua locutio est, aut*

Tertullian.

S.Hieron.

S. Ambros.

S. August.

facinus vetans, aut vtilitatem iubens; non eſt figura; ſi autem facinus iubet, aut vtilitatem vetat, figura eſt. Quod exemplo ipſe verborū Euchariſtiæ maoifeſtat; *Niſi manducaneritis carnem Filij hominis, & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Ergo facinus hîc Chriſtus præcipere videtur, ac proinde ſui corporis figuram taotum date. Qui loquitur ſimiliter lib. 2. cap. 9. contra legis aduerſarium; & in Pſal. 33. 2. Conci. vbi Chriſtum ſe in manibus quodammodo accepiſſe in pane conſecrato in nocte Cænæ inquit; ſi igitur, quodammodo; non re, & veritate. Quintus P. Lombardus lib. 4. Sent. d. 12. vbi quęrit vtrū actio Sacerdotis in altari Sacrificium & immolatio decenter appelletur; & reſpondet Sacrificium, immolationémque vocari; quia memoria & repræſentatio eſt veri Sacrificij in ara Crucis facti. Cui perſimilis videtur Auguſtious contra Fauſtum lib. 20. cap. 18. & de Fide ad Petrum c. 18. ac alibi non rarò; cum Patribus nonnullis qui ſunt eiuſdem ſoni, & chori, in ſois vocibus.

Ioan. 6, 53.
P. Lōbard.
S. Auguſt.

48. Quoniam autem non dumtaxat obſcuritas, ſed & claritas figuris eſt innata, & plus clari quam obſcuri ſoaptè ſub ſe habent; obſcura iſtorum Patrum, & figuratas locutiones, per clarum illorummet & breniter ſoluamus. Qua in re P. Suarez in omnibus diffuſos, tom. 3. io 3. p. diſp. 46. Sect. 4. decem regulas adducit ad iſta diſſoluenda. quas Greg. de Valent. io eandē 3. p. diſp. 6. q. 3. punct. 1. §. 21. ſub ſeptem cōpreheodit. Ego vero ſeptem ipſas reduco ad tres ſequentes. Primam quidem, quam appello figuræ & rei præſentis; ita vt quando Sancti Patres Euchariſtiā vocant Chriſti vel ſignum, vel figuram; id intelligant de figura, præſentíſque rei ſigno; quod ſignum tantò verius, quantò certius rem ſignificat, dum iſtam ſub ſe continet, veriſſiméque claudit. Secundam verò modi figuratiui, & ſpiritualis in ſumendo Chriſti corpus; ita vt quaodo Sancti demunt de præſentia Chriſti Corporis; vel aliquid adimere, negare ve videntur, id de modo non carnali, viſibili & communi, ſed de modo ſpirituali, occulto & inuiſibili ſpiritualis ſumptionis; vel ad minus ſpirituali quam valde aſſimilatæ, oporteat explicari. Tertiam tandem ſuppoſitionis, non autem excluſionis ad verum Chriſti corpus; ita vt iſtud nullo modo ab illis excludatur, ſed potius ſupponatur. Qua præiacta veritate ſi ſpiritualis iſte cibus ab illis nominetur, veriſſime id dicetur; cum hac via citra dubium ſpirituale ſit edulium. Sicque debet explanari Tertullianus memoratus; & Auguſtinus. 1. loco; in præfato lib. 3. de Doctr. Chriſt. & etiam in Pſal. 3. ac Pſal. 98. & Epiſtol. 23. de quibus D. Thom. 3. p. q. 75. art. 1. ad 1. Sed ne nos à nobis ipſis vteúnque recedamus, non ſolum generatim his regolis expones quoſcúnque de boc Patres, ſed melios ſpeciatim illa alia, de qua ſup. ad num. 28. videlicet obſcura per clara illuminari; quæ hos & quoſuis alios de Euchariſtia ſubobſcuros ſpecialiter colluſtrat; cum oullus ſit ex illis, qui ibi & locis aliis non quidèm multo plura, clarioráque, quam verba obſcuta de re faciat. Quo ſuppoſito deſcendamus ad præcedentes declarandos.

P. Suarez.
Gregor. de Valent.
Tres regulæ ad Euchariſtiæ obſcura elucidanda.
D. Thom.

A

Inter qoos Tertullianus lib. 4. in Marcionem ſic fatur de hoc Sacro: *Acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum effecit; Hoc eſt corpus meum, dicendo, id eſt, figura corporis mei; figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus.* Vbi corporis ab illo bis veritas profertur, figura verò ſemel; & hæc dupliei veritate vtrinque conſtipata; vt dubietas figuræ hinc inde plus pateſceret. Vide eundem Tertullian. Enarr. 34. num. 15. & apud Bellarm. lib. 2. cap. 7. de Euchar. Sacramento.

Tertullian. explicatus ab eiuſmet eloquiis.

B

Hieronymus ſeipſum, in obſcuro quod in illo hæretici adinueniunt, peroptimè declarat. Nam quæ melior repræſentatio, quam illa quæ præſentia repræſentatæ rei veraciter ad oculos profertur. Pii erunt ſibi ipſis huiuſmodi correcti, & Chriſtiani Correctores; ſed illorū oihilominus corrector eſt, & caſu Gentilis M. Tullius, qui de verbo repræſentare, Philipica ſic quinta; *Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitati poſſet.* Cui ſimilis eſt Seneca Epiſtol. 95. non longe poſt initiom. Nee officit Bernard. ſerm. 33. in lib. Cant. vbi Angelos fœliciores hominibus affirmat, propterea quod aſpiciāt Dei vultum facie ad faciem, nos autem ſub velamine; illi farina, ſed nos furfure; illi adipe, nos corticę; illi tritico, oos palea; illi præſentia, nos memoria, fruamur Saluatoris; memoria nánque eſt hoc corporis illius præclarum Sacramentum; ſed memoria com præſentia, vt conſtar ex prædictis comparationibos Bernardi; non enim in rei ſubſtantia oos ſeparat ab Angelis, ſed ſolum in modo, quo, felicius atqoe melius participant hoc booum; quod nemo inficiabitur; vt etiam tam farinam, quam furfur, quæ aſſumit, ad triticum attinere; tam medullam, quam & corticem ad arborem ſpectare; tam frumentum, quam & paleam coniuocta ſimol eſſe, ac ortu verè vnum; & tam faciem reuelatam, quam velamine occultatam eandem in ſe extare oſtendit ſatis benè. Quò magis quod Bernardus ſerm. in Cæn. Dom. clariſſimus exiſtit. Videatur Bellarmious lib. 2. de Euchariſt. cap. 37.

S. Hieron. expoſitus.
M. Tullius.
Repræſentare quam vim habeat.
S. Bernard. elucidatus.
C
Vt Angeli atque homines æqualiter in ſubſtantia fruamur Euchariſtia.
D

Ambroſius ſoi ipſius expoſitor eſſe voluit, noo ſolum cap. 9. de initiandis, vbi dupliciter, figuraliter & veraciter; id eſt, verè quo ad ſubſtantiam, & figuratè quo ad modum, Chriſti corpus atque ſanguinem contineri in Euchariſtia patenter aſſeuerat; ſed eodem prorſos loco ſuperius allegato; nempe cap. 4. de Sacrament. lib. 4. quo ille tam perſpicuè ſcribit de hac re, ſicut manibus cunctorum in octaua Corporis Chriſti in Breuiario circumfertur. Vnde neutiquam credibile, vt intra paruos limites ſpatii tam exigui, vir tantus ſibi implexus aduerſúſq; exiſtat.

S. Ambroſ. à ſeipſo donatus claritati.

Suarez. existat. Suarez lib. 2. cap. 1. n. 4. aduersus Regem Angliæ existimat præfata Ambrosij Sancti verba, quæ quidem sunt huiusmodi. *Quod fit in figuram corporis Domini nostri Iesu Christi*; ad calumniam deuitandam, emendata sic videri, habetique ab omnibus in sacro Missæ Canone; *Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi* Quod Ecclesia, si fecit, vt columna veritatis, quæ veritatem sustinere, declararéque tenetur, & potuit, & iustissimè rectissiméque fecit. At verò nisi cõstet maiori certitudine, non mihi verum hoc, imo semper existimabo in Canone sic habitum; & Ambrosium tanquam ad omnes Episcopum scribentem, non valde, iuxta morem priscorum illorum temporum de claritate in hoc curasse; sed potius subobscure, & aliter à Canone consultò verba sua scriptis commendasse, vt tam magnum Sacramentum non omnibus patesceret, pro quo faciunt quæ sub. nu. 28. & 44. à nobis dicta manent.

Ioan 6.53

Augustinus apud se iuuentus satis clarus.

Augustinus nihil minus ibidem se exponit, dum facinoris in exemplum, adducit illud Christi; *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: Nam protinus adjungit, *Facinus vel flagitium iubere videtur.* Vnde constat nil Christum tunc improbon. iussisse, quamuis facie exteriori contrarium demonstretur; quare tantũ figura in modo comedendi, non in cibi veritate oportet reputari. Quod si iterum coniungit; *Figura ergo est, quæ præcipit Passionis Domini esse communicandum, & in memoria suauiter & vtiliter recolendum, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit.* Non ideo vult exprimere, quod memoria Passionis commonicare verum sit; sed potius, quod communicare Sanctissimæ Eucharistiæ, sit vera, eáque præsens, vt canitur ab Ecclesia, *Recolitur memoria Passionis eius*; memoria Christi passi; & ad hoc institota, vt repetatur eius Passio; *Hæc quotiescúnque feceritis, in mei memoriam facietis*; & hoc esse recolendum suauiter à nobis, quò vtile sit nobis; videlicet, cogitando, vt caro Christi in Missa, tam ob crimina malorum, quam ob modum specierum separatarum & diuisarum, crucifixa & vulnerata hîc detur de præsenti, vt planè & rectè colliges ex illo verbo *sit*; *Quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit.* non solum, quod iam fuerit, quæ vox est de præterito, sed etiam quod nunc sit; quæ sanè est de præsenti: & hoc modo perquam facile excurrit Augustinus in verbis nunc adductis. Locus alius contra aduersarium Legis & Proph. per hunc elucidatur. Tertius autẽ ex Conci. 2. istius Sancti in Psal. 33. & Conci. præcedente solutionem suam habent; tum quod ibi Augustinus eandem rem explanans, non dixerit. *Quod nunc*; tum quod ipse vtrobique de miraculo Eucharistico, cum maximo stupore, quemadmodum nos, loquitur. Non autem cogitari, vel tam cito sui esse oblitum virum tantum, vel cum

Luc. 22.19.

A tali admiratione loquutũ de re parua, communi, & nihil miri omninò continente, vt foret si in figura dumtaxat in hoc cibo daretur Christi corpus, quocúnque modo potest. Vnde rectè concluditor, vtróq; modo dari; in figura, sub velamine specierum delitescens; & in veritate modo illo Diuinæ Omnipotentiæ, non inuio, sed possibili, quam extentam in hoc edulio qoammultis demonstrabimus. Quod quidem non repugnat, imò ob Fidem conseruandam & vtilitates multas alias inferiùs attingendas sic fuit congruentius. Quaptopter Augustinus frequenter in hac esca vtrámque rem coniungit; vt fecit inter multa in tractatu de Cataclysmo expendens illa verba; *Non relinquatis ex eo quidquam vsque mane.* quæ ille B sic explanat, veritatem & Christi imaginem huiusmodi connectens; *Hoc nunc agitur; Comeditur enim agnus per noctem huius sæculi; vt cum mane illud venerit, quod vesperum non habebit, non iam offeratur Sacrificium imaginis agni, sed ipsum agnum quem quotidie immolamus, comedimus, & eius sanguinem bibimus; vt inueniamus cum illic Sacerdotem perfectum, quem constat hîc pro nostra salute occisum.* Vbi agnos & imago eiusdem habetur agni, ac agnus post hanc vitam offerendus tantũ verè, & verè nihilominus oblatus hîc quotidie, immolatúsque in ara Ecclesiæ tam multiplici. Nec imago cum veritate implicatur naturaliter, sed potius toleratur, vt in homine laruato & personato comprobatur; vbi hominis imago cum homine consistit; C atque hominis imago, quæ est hominis priuatio, per hominis veritatem, quæ est hominis positio, constitutióque expenditur; quemadmodum priuatiuum explicatur per positiuum, non autem vice versa; provt num. 28. cum sequenti dictom est. Christus vero hîc laruatus existit & contectus sub velo specierum; Quid pulchrius? Quid germanius? His sensus Augustini clarissime iam rutilat; nec aliter iudicari de eo rectè poterat, cum in locis multis aliis perspicuè & exploratè loquatur de re ista, cuiusmodi sunt vltra post pauca referenda sequenti sectione Psal. 33. in fin. & Psal. 48. in prin. serm. 2. de verbis Aposto. c. 1. l. 50. hom. hom. vlt. l. 1. de peccat. mer. c. 24. & 26. lib. 12. contra Faustum cap. 10. D & lib. 20. cap. 13. Aliis cunctis quæ ex ipso adducuntur contta nos, respondet Bellarminus lib. 2. de Euchar. cap. 24.

Augustini mos notandus in scriptis de Eucharistia.

Exod. 16.19.

Imago vt toleretur cum ipsa veritate.

Lombardus loco vltimo æqualiter se explicat, quærendo, an quod peragitur in altari à Sacerdote, dicenda Christi sit occisio & immolatio; non an sit Sacrificium, sed an vocandum sit; cum cruenta & exterior mactatio non sit ibi, quod videtur prima facie ad Sacrificij constitutionem ab extra prærequiri; non autem de Sacrificij veritate quidquid sane in dubium reuocando; quam vt rem exploratam soppos̃oit atque tacuit; tum ex iugi & quotidiana Ecclesiæ oblatione; tum ex lata & accurata disputatione affirmatiua Sacrificij Missæ ab eo ibidẽ enucleata. Quare nimis inoerecundũ

Lombardus explicatus.

ſacrificium illi negare, qui de tanto ſacrificio tam late pertractauit. Eandem veritatem ſuppoſuit D. Tho. & reliqui ſcholaſtici; qui ex iſtis & prædictis clariſſimi iam manent. Nunc ad noſtræ tranſeamus materiæ claritatem.

De claritate Figurarum Euchariſtiæ colligata.

Sacramenta ſeptem claues ad aperiendas ſcripturas, atque libri Apocalypſis ſigilla quoque ſeptem.

49. ET verò cum Figuræ ſcripta plus illuminent, quam velent & obſcurent, provt num. 17. generice indicaui; de Figurarum claritate ad Euchariſtiam, & Sacramenta ſex alia diſſeramus. De quorum figutante & occultante claritate, illud mihi notabile diceodum ſeſe offert: Sacramenta ſeptem eſſe Eccleſiæ ſanctæ claues, quibus Sacra ſcriptura non ſolum reſeratur, ſed ſimul obſeratur; claues enim ad aperiendum, & claudendum ſimul factæ. Sicque faciunt Sacramenta, quæ velant & reuelant; quamtumuis minus claudant, quã nobis res aperiuot. Meliúſque difficultates adaperiunt Sacri textus, qoam Ticooij ſeptem regulæ, quæ ob ſui celebritatem ad ſcripturas penetrandas ſcriptutæ ſeptem claoes à multis dici ſolent.

Ticonius quiſnam fuerit, & eius ſeptem regulæ.

S. Auguſt.

Eucherius.

Iſidorus.

Lyra.

Driedo.

Pro quo debet aduerti res cunctis vulgatiſſima, videlicet Ticonium ingenii acris hominem, eloquiique feracis, religione Donatiſtam, prædictas ſeptem regulas ſubtiliſſimas & vtiliſſimas excogitaſſe primum omnium; de quo, & eius regulis B. Auguſt. lib. 3. cap. 30. de doctrin. Chriſt. in ſuo tom. 3. & tom. 7. lib. 1. contr. Epiſto. Parmeni. in tom. & lib. initio. Breuiſſime & doctiſſimè ipſius Auguſtini diſcipulus Eucherius in tract. de formulis ſpiritualis intelligentiæ, ab ipſo ouncupato. Iſidorus de ſummo bono. Lyra prolog. 2. in Gloſ. frontiſpicio. Nupérque Ioannes Driedo lib. 2. cum ſequen. de regulis & dogmatibus ſcripturæ ſacræ; inter quas, iuxta omnes qui de ſtudii ratione præcepta tradiderunt (vt dicam per tranſcurſum nonnihil de re iſta, cohærens cum iam dictis nu. 18. & 37.) prima eſt, & principaliot, deuota, humiliſque, pro hoc adipiſcendo ad Deom deprecatio; vt tangit Auguſtin. dicto. c. 30. *Orandus Deus, vt adſit nobis dicentibus* Cui addatur portæ lucis Dei Matris famulatus, & eius interceſſio, quæ Albertum cum Scoto natura ſua rudes, ditauit miro lomine.

Studentibus ante omnia ad ſciendum quid neceſſe.

Scriptura liber vnicus, intus foriſque ſcriptus.

50. Verùm ſeptem Sacramenta, provt ſunt in ſcriptutis Diuinis figurata, meliores ſeptem claues ad ipſas reſerandas, & clarè aperiendas ex tribus nunc oſtendam. Primo, quia ſacra pagina ex vtróque teſtamento, non ex vetere ſine nouo, neque ex nouo ſine vetere conflatur, & componitur; vnde in libro Apoc. intus foriſque ſcriptus vocatur liber vnicus; teſtamentum nāoq; vetus eſt foris exaratum per ſenſum literalem, nouum intus per ſpiritualem, myſteriorum latitantium ſub myſtico intellectu; vt Primaſius & Lyranus teſtantur eo loco. Secundo, quia hic liber ſigilla ſeptem habet; *Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem*, Quæ ſacrameotis ſub figuris mitifice conueniunt; cum obſcuritatum ſeptem genera hæc ſeptẽ ſint ſigilla, Hugonis iuxta mentem, qui illa ſic enumerat; *ſententiarũ profunditas, ſenſuum multiplicitas, Figurarum varietas, rerum ipſarum incõprehenſibilitas Myſteriorum obſcuritas, tropologiarum ſuauitas, infallibilis veritas; ſed tamen ſine euidentia.* Nam & iſta de Figuris expoſui ſupra latè. Secundum vero Lyram, veritatis ſcripturæ ſunt ſeptem teſtimonia; *Agentis (nempe) authoritas, ſubiecti nobilitas; formæ tractandi veritas, finis bonitas, ſententiæ multitudo, continentiæ latitudo, ipſius ad ſingula aptitudo. Vnde Gregor. in prolog. Moral. Diuinus ſermo ſicut in Myſteriis prudentes exercet, ſic pleriſmque ſuperficie ſimplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nutriat; ſeruat in ſecreto vnde mentes ſublimium admiratione ſuſpendat. Eſt enim quaſi quidam fluuius planus, & altus, in quo agnus ambulet, & elephantus natet.* Vnde ſumma cum catione ſic dixit Epiphanius hær. 55. & 67. *Diuina ſcriptura profunditas & claritudo, mentem humanæ naturæ excedens, decipit quamplurimos.* videlicet, non tantum periculoſa obſcuritate, ſed etiam claritate incautis nocentiſſima; quæ etiam nihil minus figuris ſacramentorum explicitis hucúſque per omnia ſymbolizant. Tertio tandem, quia Sacramenta ſub vmbris occultata, ſunt ſigna atque ſignacula, vt tom. 3. in 3. p. diſp 1. cum Origene & Auguſtino vocantur à Suarez: ſigna, quatenus ſignificant & indigitant myſteria; & ſignificationis ſuæ claue obſcura qoæque reſerant; at ſignacula, dum ea obſignant, & percludunt; & queadmodom ſigilla obſcuritate ſua muniunt. Quæ cuncta, vt ſæpe dixi, ſubſeruiunt Sacramentis, præterea, quod & ſeptem ſunt noſtra ſacramenta, & totidem ſigilla. Ergo ſeptem ſigilla ſcripturæ ſacro-ſanctæ ſunt ſeptem ſacramenta.

Apoc 1.1.

Hugo Cardin.

Sigilla ſeptem libri Apocalypſis quęnam ſint.

Lyra.

Scripturæ quanta ſacræ profunditas & claritas.

S Epiphan.

Sacramẽta quanam via ſint ſigna atque ſignacula. Suarez.

Nec immeritò, cum omnia incluſa in lege veteri contigerint in figura; & tam Chriſtum venturum, quam gratiam, & ſimul gloriam per illum conſequendã primariò deſignarint; quã ſub pignore Chriſtiana promittunt ſacramenta, vt dicetur ex profeſſo Enarr. 23. Vlterius, quod res illæ vel ſacræ, vel communes, temporales & ſæculares Hebræis extiterunt; ſi ſacra, vel Euchariſtiam, vel ſacramenta denotabant; de quo vide quæ ſuot dicta num. 21. & 41. Si ſæculares hocmetipſum non male depingebant. Peregrinationes nánque populi tam optime Euchariſtiæ Viaticum ſignabant, vt hæc propter in deſerto Deus ipſis manna dederit, & Eliæ panem illum per Angelum aſportatum; quæ ſanctiſſimæ Euchariſtiæ quantopere colludant, dicetur, Deo auſpice, præſertim tomo altero. Bella verò pugnas animæ internas exprimebant, vt dicitur à Gloſ. Ioſue 11. ſeptem Reges

1. Cor. 10. 11

Peregrinationes quid Iudæis antiquis indicarint.

Exod. 16. per totum.

3 Reg. 19 8.

Quid bella eidem populo. Ioſue 11 6.

Reges ibimet ab illo superati, septem vitia quæ per vsum Sacramentorum Diuinorum tenemur conculcate. Captiuitates, atque etiam ab illis liberatio, tã punitiones generis nostræ ob sacramenta male accepta, quã ad ista suscipienda dispositionem necessariam; iuxta Apost. ad Corint. per omne cap. 10. Episto. prioris. Tandémque promissiones de possidendis terræ bonis cum Deo deseruirent; qnod seruantes aliquoties in magna & feracissima degerũt vitæ pace, cæli bona effigiabant, provt n. 15. in fine dictum manet. Exceptis quibus certè nil penitus aspicio in tota lege veteri nisi magna & quotidiana peccata Iudæorum, quæ quidèm cum peccatum suapre nihil sit, sed tantùm rei priuatio, quemadmodum cum communi affirmat Augustin. lib. 12. cap. 7. de Ciuit. Dei, rem nullam prænotarunt. Quod si adhuc modo isto peccata quidquid boni signare potuerunt, futuram sane gratiam per sacramenta largiendam, & hominibus peioribus quam sæpe concedendam, iuxta Apostoli sententiam putare non verebor; *Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.*

Qnid captiuitates atque etiã ab illis liberatio, promissionésque de bonis terrenis possidendis.

Peccatum nihil est.

S. August.

Rom. 5. 20.

51. Hinc claret quàm sigilla sint septem saceamẽta; quámque illis intellectis aperta cuncta fiant, & scripturæ sacræ liber Fidelibus pandatur. Quod adhuc magis rutilat, ex illo, qui hunc librum hominibus aperuit; nimirum quidam Agnus, qui erat *Tanquam Occisus*; per quem Lyra Redemptorem in Eucharistia interpetratur; & ideo, *Tanquam occisus, quia quotidie in Ecclesia immolatur; non moriendo secundum carnem, quia resurrexit ad vitam immortalem, sed secundum effectum repræsentata mortis eius.* In qno ille citra dubiũ ratione summa pollet, quia Christus in Euchatistia mysteria cuncta profert, & ipsa in meditullio Sacramentorum constituta, egregie velut sol in medio Planetarum perfundit luce sua; sicut prima Enarratione dicetur congruenter. Vnde ait S. Lucas de Christo cum discipulis duobus Emaus sacramẽtaliter edente; *Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis* Quia Christus in hoc pane suorum tergit oculos; vt tangitur à Glossa.

Apoc. 5. 6.

Lyra.

Eucharistia lux est oculis, & cunctis sacramentis.

Luc. 24. 31. & 36.

Duo autem labefacere videntur hanc doctrinam. Primum quidem sequens dubiũ, quod existimo in præsenti ab hæreticis formari, videlicet, me septem interpetrari sacramenta per istamet sigilla hoc numero monstrata; sigilla verò aperta septem magnas persecutiones & abominationes, provt constat ex verbis subsequentibus, in mundum profudisse; ergo sequi, sacramenta abominandas res existere, vt ipsi non horrescunt frequenter affirmare. Benè sanè à posteriori sic arguent contra me; sed vt videant, quàm figuræ & sacramenta, sub Figuris, plus illustrant, quã obscurant, quod à loco posteriori conficitur argumentum, iam cadit à priori. Nam priusquam sigilla ille Angelus aperuerit, Ioannes multum flebat, quia nemo dignus erat aperire, neque etiam videre librum illum; de quo fuit

A

consolatus à quodã ex senioribus qui Agnũ circunstabant, cui post libri apertionem infinitæ pene gratiæ, tam à quatuor animalibus, quam à senioribus viginti quatuor, & ab Angelis quam multis, cum cunctis creaturis, quæ laudes in Diuinas per totum caput illud lætanter conuertuntur, fuerunt persolutæ. Quod equidèm non factum, ob mala, atque supplicia emersa ab his sigillis, productis, & apertis; vt ea gratiis persolutis, & forma illarum constat; sed ex bonis quæ ab illis fluxerunt primo loco. Talia autem sacramenta, quæ & digne recipientibus benedictionem cunctam conferunt, vt in gratiis canebatur; *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem,*

B

& gloriam, & benedictionem. Sicut malè accipiẽtibus maledictionem parem afferunt. Firmatúrque ex textu; in quo simul ac apertum sigillum fuit quartum, mors equitans, quam ibi infernus sequebatur, apparuit super equum palloris territantis. Sigillũ nánque quartum respondet Eucharistiæ, mox in prima Enarratione locandę quarto loco; hæc autem vita est, & summa benedictio, cùm bene manducatur; cùm verò malè, mors, maledictióque extrema; vnde & liber manducabilis, tam foris quam & intus scriptus, velut iste Ezechieli est demonstratus, quò ipsum manducaret; in quo quidèm scripta erant, *Lamentationes, carmen, & væ*; nulla etenim maledictio, væ triste, & triste carmen ab illo separatur, qui librum vitæ

Eucharistia cui mors equitans in lib. Apoc.

Apoc. 5. 12.

Apoc. 6. 8.

Ezech. 2. 10. & 3. 1.

C

nostræ Eucharisticum manducat onustus culpa graui; de qno libro vtrámque paginam versante vitæ, & mortis, sic dicitur in Missa;

Mors est malis, vita bonis,
Vide paris sumptionis
Quam sit dispar exitus.

Eucharistia cur sit liber maledictionibus repletus in li. Ezechiel.

Quibus multa persimilia terrorem incutientiã adducit D. Paulus. 1. ad Cor. c. 11. à num. 26. Vbi ait post hunc cibum in Ecclesia primitiua quãmultos immature fuisse morti datos; tunc enim tantum nefas, vt in principio nouæ legis, sicut probat ea antiquę exemplo noster Lyra, decebat indicari, ostẽdi, propalari. Quare Ecclesia Communione Paschali celebrata, illius morticinij antiqui recordata, sic postulat in hymno;

1. Cor. 11. à num. 26.

Lyra.

D

vt asserit cum multis Albertus Patauinus serm. in Cæna Domini.

Quæsumus auctor omnium
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Albertus Patauinus.

Post Pascha cur mors olim atrocius grassaretur.

Quod iterum probatur ex Agni hîc ponderati figura singulari; habebat nánque septem tam cornua quam & oculos, quæ in 6. Enarrat. sunt septem sacramenta; sed quid cornibus cum oculis? aut oculis cum cornibus? magna prorsus & miranda huiusmodi connexio; quia nostra sacramenta illuminant vt oculi; vt cornuáque proscidunt præcordia peccatorũ, & viscera malorum, qui illamet suscipiunt in vita criminosa; & maxime Eucharisticum, vbi

Apoc. 5. 6.

Cur Agno Apoca. & cornua sint & oculi in numero septeno.

Agnus Dei conſiſtit, qui per veram manducationem traiicitur in viſcera. Quapropter animatum quæ orco condemnantur ex populo fideli, maiorem ſanè partem ad illum deturbari alicui non eſt dubium; quia videlicet abutantur Eccleſię ſacramentis, quę in Agno clementiſſimo hoc modo ex luce cum oculis Diuinam iaculantibus, in cornua conuertuntur.

Fidei Fortalitium.

Secundum verò dubium lib. 3. cap. 1. in Fidei Fortalitio in modum ſubſequentem conflatum per Iudæos; *Dicunt Iudæi, quod ſigillum legis nondum eſt amotum; dixerat enim Deus Iſaiæ.*

Iſaiæ 8. 16.

Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis; *id eſt, vt illi dicunt, inuolue Prophetiam obſcuritatibus, propter incredulos, quibus talia ſunt celanda. Et hoc modo dictum eſt Danieli;*

Dani 12. 4.

Claude ſermones, & ſigna librum vſque ad præfinitum tempus. *Et ex hoc ordinauerunt Iudæi, vt in ſuis orationibus diceretur ſemper; Domine, ſigillum legis amoue, vt eam poſſimus intelligere. Et tenent, quod iſtud ſigillū debet amouere Meſſias; & ideo in his quæ non poſſunt intelligere, ſemper dicunt in Thalmud: Iſtud maneat in dubio, quouſque veniat Meſſias; qui illud manifeſtet.*

Quam graue & quale ſit velamen Iudæorum.

Verum dubio huic Iudaïco per ipſum eodem loco his verbis reſpondetur; *Sed verus Meſſias, qui eſt Chriſtus Ieſus, iam venit, & amouit ſigillum legis, cum in medio Doctorum aperiens Iſaiam, illud primùm de ſe inuenit, & obtulit Iudæis;*

Luc. 4. 17.

Spiritus Domini ſuper me, &c. *vbi, & alibi ſæpeſæpius ſigillum legis ſoluit. Vnde Ioannes vidit librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem, quem ſolus Agnus dignus inuentus aperire. Quē agnum quia Iudæi aſpicere contemnunt, adhuc in ſua antiqua cæcitate permanent, & in prædicta ſcripturæ maledictione durant.* Hæc ille; cum quo etiam reſpondet D. Paulus;

2. Cor. 3. 15. & 16.

ſed vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Iſaiaſque in verbis immediate ſubſequentibus.

Iſaiæ 8. 17.

Et expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum. Quo loci videantur & Gloſſa & Ordinarij.

Bonauent. Durandus. Gabriel.

At verò de claritate figurarum quam tractamus DD. ſup. 4. diſt. 8. & præcipue Bonauent. per tres integras. qq. Durand. in Ration. lib. 6. ca. 69. & Gabriel ſup. Can. lect. 55. & 81.

Clariſſima pro Euchariſtia Sanctorum teſtimonia.

52. Poſt autem claritatem ſigillorum figuralium, de Doctórum claritate, prout alia ſectione de obſcuritate factū eſt, nonnulla colligamus. Et quidem S. Hieronymus qui obſcurus illic viſus, ſic loquitur ad Hedibiam Epiſto. 150. q. 2.

S. Hieron.

Non Moyſes dedit vobis panem de cælo verum, ſed Dominus Ieſus. Ipſe Conuiua, & Conuiuium; ipſe comedens, & qui comeditur: illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus; & quotidie in Sacrificiis eius de genimine vitis veræ rubentia muſta calcamus. Quibus nulla clariora reperiri poſſe verba teſtatur ſuper illa Marianus Victor.

S. Auguſt.

Auguſtinus, qui ibidem obſcurior videbatur, ſic fatur apud Cap. *Vtrum ſub figura*; de Conſecr. d. 2. *Fideliter fatemur, ante Conſecrationem panem eſſe & vinum, quod natura formauit, poſt Conſecrationem vero carnem & ſanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit.* Quod alibi non paucis ratificat & munit eadem claritate.

Magiſter.

At Magiſter, qui vt dubitans adductus ibi fuit, expendens verba Miſſæ, *Perficiant in nobis Domine tua Sacramenta quæ ſumpſimus, vt quod nunc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus.* Lib. 4. Senten. diſt. 9. lit. C. ſcribit in hunc modum; *Petit Sacerdos, vt Chriſtus, qui nunc ſub ſpecie panis & vini ſumitur, manifeſta viſione, ſicut in eſſentia Diuinitatis eſt, quandóque capiatur.* Et iterum in principio diſt. 10. clariſſime diuerberans, confundens, & proſternens hæreticam perfidiam;

Inſania quanta ſit non credere Euchariſtiæ.

Sunt item alij præcedentium inſaniam tranſcendentes, qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metientes, audacius veritati contradicunt, dicentes, in altari non eſſe corpus Chriſti, niſi in ſigno. Quid firmius atque dulcius pro Chriſticolis fidelibus? Quid vero confuſibilius pro perfidis hæreticis? quàm inſani à tanto viro ob duritiem in Euchariſtiam patenter nuncupari? Nec ſolum ab iſto viro, ſed pariter à toto Concil. Colonien. p. 7. cap. 14. quo dicitur huiuſmodi;

Concil. Colonien.

Tam autem apertus eſt Chriſti ſermo, quo hoc Sacrificium conficitur, vt planè indigni ſint, qui eum deprauare contendunt. Et hinc factum, quod hæretici inſania debacchātes, in centum explicationes ad verba Cōſecrationis, vt alibi afferemus, ſeipſos diuiſerunt; dum Eccleſia tantū vnam ac verā ſemper tenuit.

S. Hilarius.

53. Quos omnes anteceſſit Hilarius Auguſtino & Hieronymo in tempeſtate ac ſæculo ſuperior, qui Doctor cùm obſcurus ab omnibus dicatur, nullam nobis obſcuritatem in ſcriptis ſuis voluit Euchariſtię circa fidem relinquere indeciſam; ait enim quod ſubſequitur de Trinit. li. 8. *Non eſt humano, aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendum. De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra verè caro eſt, & verè ſanguis eſt; quæ accepta atque hauſta id efficiūt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Anne hoc veritas non eſt? Contingat planè iis verum non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum Deum eſſe negant.* Non illis, ſubintellige, qui Chriſtū Deum credunt. Vbi vides Euchariſtiæ permagnam veritatem cum veritate Diuinitatis in Chriſto per hunc ſanctum notanter copulari; proindéque tam mirum vt Chriſtus non ſit Deus, quam vt veritas eius corporis deficiat ab hoc pane.

Iuuencus Presbyter.

Sed & iſto quidquid ſenior, vel ſaltem eiuſdem æui Iuuencus. lib. 4.

Hæc vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem
Diuiſúmque dehinc tradit, ſanctéque precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinóque repletum
Magnis ſanctificat verbis, potúmque miniſtrat,
Edocuitque ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.
Atque ait: Hic ſanguis populi delicta remittet
Hunc potate meum. iam veris credite dictis.

Vnde qualis huius Myſterij ſententia paulo antea in Eccleſia primitiua, quæ ferè tunc deſierat, firmiſſime viguerit, non male conjectatur.

Sed

S. Cyprian.

Sed clarior & antiquior illustris Cyprianus serm. suo. 5. de lapsis sic se habens; *vis infertur corpori eius & sanguini; & plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt, quã cum Dominum negauerũt.* Et postea in Cœn. Dom. *Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro; & sicut in persona Christi humanitas apparebat, & latebat Diuinitas, ita in sacramento visibili ineffabiliter Diuina se infundit essentia.* Quibus verbis nullum extat illustrius testimonium, præsertim, cum & quatuor miraculis ibidem relatis & appositis, confirmet idem Sanctus adducta prima verba; quare ad ista nec mutire audebunt ipsi vafri.

S. Irenæus. Pius Papa primus.

Idem sensit Irenæus primæuior Cypriano, quem 7. Enarrationis initio tibi dabo. B Idem quóque Pius primus, post Petrũ Papa decimus, qui vel lambere, vel radere præcepit illum locum, vbi species Sacramentales fortuitò ceciderint. Quod vtique non fieret, si Eucharistia imago tantum fuisset Christi corporis, cum imagini Crucifixi, vel aquæ Baptismali, quæ imago quóque est Passionis Redemptoris, testante D. Paulo ad Rom. 6. vel etiam mannæ prisco cadentibus in terram nunquam similis respectus exhibitus legatur.

Rom. 6. 3.

Iustinus Martyr.

Hoc credidit Iustinus grandæuior Pio Papa, vt ille qui viuebat Antonini sub Imperio, cui ipse pro Christicolis Apologias duas obtulit; in vna è quibus ait; *Non enim vt communem panem, neque vt communem potum hæc sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei incarnatus Iesus Christus Saluator noster, & carnem & sanguinem pro salute nostra habuit; sic etiam per preces Verbi Dei ab ipso Eucharistiã factam cibum, ex quo sanguis & carnes nostra per mutationem aluntur, illius incarnati Iesu & carnem & sanguinẽ esse edocti sumus.* Vbi equidem non dicit ex pane consecrato mortaliũ carnes ali; hoc enim satis impium absurdúmque existeret; sicut num. 15. Enarra. 34. inuenies explicatum; sed potius cibum illum, ex quo aluntur carnes in verũ Christi corpus per verba transmutari; quod ex aliis subsequẽtibus clarissime dignoscitur.

S Areopag. Ignatius & Andræas

At vero Areopagitæ S. Ignatij; & S. Andrææ num. 18. & 19. Enarr. 23. inuenies testimonia; quibus veritas Eucharistiæ vsque ad Christum, & Euangelium, doctrinámque Apostoli 1. ad Corin. cap. 11. ab Ecclesia nullo tempore dimissa & interrupta, repedat, & per sæcula tam multa subleuatur, quod sufficit vt mentibus, vel duris, intimetur.

Incarnatio demõstratur ex corpore Eucharistico. S. Leo Papa.

54. Hinc nánque Leo Papa Episto. 23. ad Cler. Constantinop. aduersus quosdam impios, proteruos & incredulos negantes Christi carnem in corpore Incarnato, ex corpore Sacramentato, Incarnationem veram à Matre, vel etiam per puerulos vbique decantatam sic eruit & demonstrat. *In quibus isti ignorantia tenebris, in quo hactenus desidia tempore iacuere? vt nec auditu discerent, nec lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab* A *infantium linguis veritas corporis, & sanguinis Christi inter communia Sacramenta Fidei taceatur* Et hinc pariter Chrysostomus, vt possit obstinatos mollire & demoliri, augustissime & clarissimè eloquitur in Ioanne hom. 45. & 60. ad popu. & in Matth. 61. & 83. & lib. 3. de Sacerdotio, in cuiusmet vestibulo, *ô miraculum! ô Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur.* Et hom. 61. ex istis allegatis miraculum miraculorum appellat Eucharistiam; *Necessarium est (inquit) dilectissimi mysteriorum discere miraculum, quod tandem sit, & quare sit datum, & qua rei vtilitas* Quo loci post quámulta elogia præclarissima, sic dulciter & verè; *Volui frater vester fieri, carnem propter vos & sanguinem sumpsi; vobis vicissim ipsam carnem & sanguinẽ, per quæ cognatus vester factus sum, trado.*

Chrysosto.

Sed & hostes veritatis, istius vi compulsi, aliquando cum stupore de Eucharistia sunt loquuti; vel vt verbis Catholicis doctrinæ suæ impiæ contegerent malitiam, mendacia, & turpitudinem; vel quia licet vellent, non possent refragari tam nimiæ certitudini, de qua 4. institu. cap. 17. §. 7. Caluinus diuulgauit; *Nihil restat (inquit ille) nisi vt in eius Mysterij admirationem prorumpam; cui nec mens planè cogitando, nec lingua explicando par esse potest.* Et Antonius Sadael de manduca. Spirituali pag. 4. per hæc verba; *Veritatem huius Mysterij credo, & adoro, & quid sit arcana illa piorum cum Christo coniunctio, nec mente satis assequi, nec oris satis possunt oratione* C *exprimi.*

Hæretici vel inuiti subscribunt Eucharistiæ. Caluinus. Antonius Sadael.

En veritas & salus, vt dicitur in Cantico, ex nostris inimicis; è quibus ad amicos habenas deflectendo, consentaneum valde est præsenti claritati, quod Fernandez super Gen. cap. 14. sect. 8. huiusmodi obseruauit; nempe decimum centesimum, qui ad literam de Eucharistia interpretatur, totum Psalmum, alphabetum Iudæorum habere per initia versiculorum singulorum; ad innuendam sublimitatem, & claritatem associatam tam magni sacramenti. Sublimitatem, quia ad eius excellentiam prædicandam non solum quiqua homines, sed & Angeli tanquam paruuli rudimenta literarum priora contingentes, balburientes & inepti ac tremuli se habent. Claritatem, quia taD liter sic claret hoc mysterium, vt via & ratione qua creditur à Catholicis, nullum Fidei documentum lucidius illo sit, nec à nobis quoduis aliud credatur congruentius. Vnde & pueri, qui vix agnoscunt primas literas, hoc sibi fixum habent, & æstimant plus clarum quam ipsa alphabetariæ notitiæ fundamenta, quod dicimus Lusitanè; *Mais claró que o A. B. C.* Pro quo facit Leo Papa hic proxime relatus; sed & Sanctes Pagninus Isago. sup. Bibli. lib. 10. cap. 21. quo ille sic; pro nobis; *Tam diligentem definitionem sui corporis dedit Christus, vt nemo dialecticorum substantiam quamuis vnquam diligentius desinierit. Nam æquiuocationem determinantes contra argumentorum sophisticas importunitates, dicunt; Alexander hic Priami filius*

P. B. Fernandez.

Sublimitas & claritas quã ingens Eucharistiæ; ita vt ista vt alphabetum puerulis sit nostris; illa verò faciat Angelos alphabetarios puerulos.

Sanctes Pagninus.

rapuit Helenam; nam ſi non adiiceretur pronomen, hîc, poſſet opponi; Alexander non rapuit Helenam; etenim Alexander Philippi Rex Macedo non rapuit Helenam. Sic nánque Chriſtū Dominum feciſſe ſubintelligit; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur.* & in corporis eiuſdem prædictione apud Ioannem; *Caro mea verè eſt cibus & ſanguis meus verè eſt potus,* quo nihil poteſt clarius, expreſſiuſve offendi; nec ad dubia remouenda profectò accommodatius, quam verè, & verè eſt; vt ait noſter Caſtro; verbo Euchariſtia hær. 4. qui ibi pro re iſta quamplures Patres affert; non paucóſque Garetius de præſentia Chriſti corporis; quos memorat & Claudius in ſuis reper. Bellarminus tom. 2. lib. 2. de Euchar. Valentia in. 3. p. diſp. 6. q. 3. punct. 1. §. 5. Suarez in Reg. Angliæ lib. 2. cap. 2. vnde illorum qui hîc deſunt aſſertiones & ſolutiones omninò ſunt petendæ.

Matth. 26. 26. & 28.
Ioan. 6. 55.
Caſtro.
Claudius de San.
Bellarmin.
Valentia.
Suarez.

De varietate Figurarum Euchariſtiæ fœderata.

55. CVr præſens nunc varietas ex obſcuritate & claritate proueniat Figurarum, ad nu. 21. ſuperius dictum fuit: quare modò ad Euchariſtiam hanc ipſam reducamus. Eſſe vero multiplicem, ex multis per me dictis clariſſimè dignoſces; & ex Rom. Catechiſ. qui cap. de Euch. ſect. 75. Figuras multas affert; & qui etiam de Sacramentis in genere pertractans, propitius mihi eſt; dum verbis non tantummodo, ſed ſimul & miraculis Deum ſua mirabilia quæ deſtinauerat ab initio, per ſæcula quā multa depingere aſſuetum; quod roborat exemplo, ad Pharaonem, quando Moyſes cum verbis & miraculis tam moltis miſſus eſt. Hoc nánque de Euchariſtia, quamuis ibi nil de ea ſpecialiter, ſiue potius nominatim enuntietur, ni fallor, dictum fuit; tum quòd illa mirabilium Dei omnium ſit faſtigium, cuius locus ſpecialius cum agitur de mirabilibus, perpetuò reſeruatur, ſignatur, cuſtoditur; tum quòd Moyſis Sancti virgæ conuerſiones tam mirabiles, vt conuerſionis noſtri panis intelligentia pararetur, ſicut Deo auxiliante dicetur tomo altero, ab illo ſunt primariò directæ & collimatæ. Nec ſolum in virga Moyſis de qua agit Catechiſmus ſignatum pridem fuit Euchariſticum miraculum, ſed etiā in Mannæ pluuia fideli data populo; & item in Noë arca in formam humani corporis ab illo iuſſu Dei notanter fabricata, vt hoc corpus in diluuio inducto propter corpora, ſaluaſſe iam mortales, pateret contemplantibus; at prius iſtis omnibus in luce tam mirandis qualitatibus creata; vt lucē lux præiret, & primordia lucis noſtræ lux prima initiaret: & ſimul eo temporis in mira vitæ arbore, in horti terræ medio, miraculoſis proprietatibus quam multis radicata; vt à mundi ſic initio, velut ait Catechiſmus, conſtaret hoc miraculum. Et quidèm ante peccatum lux

Catechiſm. Pij quinti.
Arbor vitæ

A ſola, & vitæ arbor, hæc autem multo proprior, figura illius eſſet; vt ſumma atque compendium Euchariſtiæ figurarum, quæ pro aliis quibuſcúnque, ſi homo non peccaret, hunc cibum figuraret; ſicut reliquæ eius defectu fuerunt introductæ; quod in 9. Enarr. vbertim enucleabitur. Introductę vero multæ ob rationem cum Baronio ad num. 21. & poſtea cum Incognito ad n. 40. Nunc illarum multitudinem ſummatim inſpiciamus.

Figurarum Euchariſtię ſūma fuit, quæ ſi homo non peccaret, figura tantum eſſet.

Enimvero D. Tho. 3. p. q. 73. art. 6. ad tres figuras reducit Euchariſticas, videlicet, ad oblationem ſacrificium Melchiſedech; ad ſacrificium Agni Paſchalis; & pariter ad manna per annos quadraginta comeſtū in ſolitudine. Quorum primum ſignifica-
B bat ſacramentum tantum; id eſt, huius ſacramenti ſpecies exteriores, quæ panis ſunt & vinum; Tertium verò rem, ſeu potius effectum ſacramenti quæ omnis eſt dulcedo annexa cibo illi, qui in lib. Sapientiæ res omnes ſapiebat; Euchariſticámque gratiā contra omnes neceſſitates ſufficientem deſignabat. Secundúmque poſtremò hîc loco ſummo poſitum, vt medium, & ex lateribus extremis concinnatum, vtrúmque denotabat; non rem tantum ſacramenti, nec ſacramentum tantum; ſed integrum atque totum abſolutè ſacramentum, cum ſpeciebus & effectu; id eſt, cum Chriſti corpore; quod equidem totius, ſub ſpeciebus deliteſcens, eſt gratiæ ſcaturigo. Vnde ad primum reducūtur quæ iſtius ſacramenti ſpecies referebant; propoſitionis velut panes
C Exo. 25. & Leuit. 23. Panis Heliæ ſubcinericius. 3. Reg. 19. Lignum miſſum in panē eius Hiere. 11. Calix Pſal. 115. Vinum ſtolę priſco tempore Meſſiæ præſtolari Gen. 49. Sanguis veteris teſtamenti Exod. 24. cum alio combinatus ea nouo teſtamēto Matth. 26. Luc. 22. & Hebræ. 9. & panis, atquē vinum menſæ poſitæ à ſapientia, per ſapiētémque deſcriptæ Prouerb. nono cap. Ad tertium vero magna figura vitæ arboris, & Ionathæ mel illud illuminans, & cibans, ac ſatians appetitum; Ad ſecundum verò quęque cruenta ſacrificia quæ Chriſti in Crucis ligno pefoptime adumbrabāt. Ad quod etiam poteſt redigi figura prima Lucis, quia Sol apud Dauidem *Cognouit occaſum ſuum;* & Chriſtus iuxta mentem Auguſtini in eo Pſalmo. *Agnouit Paſsionem ſuam* Quarum
D trium figurarum vnaquęque maior erat in ſignificatu ſuo proprio: verum Agnus generaliter duas alias ſuperabat; tum propter quod de illo agentes modò diximus; nimirum rem vtrámque ſacramentum & rem ſacramenti promiſcue denotare, tum propter quòd cum panibus; quos azymos vocabant, in Exod. 12. iubebatur manducari, in quo valde conueniebat cum pane Melchiſedech, cum manna vero in eius effectu principali; quia Hebræi ſanguine agni protecti ſunt à morte, & ab Ægypti captiuitate educti ac liberati; hoc autem per Viaticum à cælo mannæ dati diutius habuerunt. Et tādem quia ſacrificium Paſchalis agni erat,

qui

D. Thom.
Sapient 16. 20.
Euchariſticæ figuræ reductæ ad tres ſpecies; & quę illarum maior.
Pſal. 103. 19.
S. Auguſt.
Cur Agni ſit figura abſolute maior omnibus.
Exod 12 8.

qui Pascha nostrum Christum mirifice signabar, & ab omni multitudine filiorum Israel decimo quarto Lunæ Martij Ierosolymæ solemnissimè, & maximo cum gautio quotannis mactabatur; vt verior Christi typus, qui eadem in ciuitate, & eisdem circunstantiis omninò passus est.

S. Bonauentura.

Hæc omnia D. Tho. qui quam cuncinnè, atque doctè loquatur, per se patet; quamuis eius valde charus Seraphicus Magister, caput aliud figurarum, ad quam omnes colliguntur, prædictis tribus addat. Hoc autem fuit sanguis ex mortui Christi latere cum aqua simul fluens; quia licet sanguis ille iam veritas fuisset, in eo quod à mortuo & aqua mixtus exiit, in his magnis mirabilibus figura vera fuit Sacramentorum futurorum; quæ à mortui Christi latere, vel ab eius mortis meritis, vt in 6. Enarr. reddetur cunctis patulum, virtutem perceperunt. Quapropter ad has quatuor figuras cunctas flectit; omnia quidem Sacrificia ad Sacrificium agni paschalis, tanquam ad primam & principalem immolationem Iudæorum; omnes autem oblationes ad oblationem Melchisedech; omnes cibósque ad Manna; & tandem omnes figuras ad veritatem cum figura in sanguine hoc commixtam. Ita S. Bonauen. in 4. sent. d. 8. q. 1. in quo ille fuit sanè eodem prorsus loco præuentus à Magistro; & imitatus à Bernardino serm. 2. in Cœn. Do. Qui sanctus, ni decipior, concinnior mihi est, tum quia reliquas figuras regessit in tres primas; tum quia tres easdem in hanc vltimam reuexit; quod mei operis directioni, dum Figuram cum veritate in Eucharistia confitemur, summopere cohæret; qui quidem paulo infra post numerum sequentem, tractandus limes est, à quo aquæ furtiuæ hæreticæ doctrinæ à nostris diuiduntur.

Eucharistiæ figuræ ad quatuor reducūtur; quarum quarta fuit sanguis & aqua ex Christi latere.

De iucunditate Figurarum Eucharistiæ catenata.

56. NIl dubij varietatem iucunditatem secum ferre. Sed quæ tandem ex Figorarum Eucharistiæ deducetur? Magna planè; quando vna esibilium vniuersorum sapores continebat; quæ ideo multi panes fortasse dicta fuit; *Vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus*; ad quæ verba sic Origenes relatus apud Glossam. *Festinemus ergo manna suscipere, quod prout vult quisquam saporem reddit in ore; Vnde Matth. 9.* Fiat tibi secundum fidem tuam. *Et tu si verbum Dei, quod in Ecclesia prædicatur tota fide & deuotione suscipias, fiet tibi quodcunque desideras. Si tribulatus, consolatur te, dicens in Psal. 50.* Cor contritum & humiliatū Deus non despicies. *Si lætaris pro spe futura, cumulat tibi gratia dicens in Psal. 31* Lętamini in Domino, & exoltate iusti. *Si iracundus es, dicit Psal. 36.* Desine ab ira, & derelinque furorem. *Si in languoribus sis, sanat te dicens Matth. 4.* Dominus sanat languores tuos. *Si paupertate consumeris, consolando dicit Psal. 112* Dominus

Exo. 16. 12. Sap 16. 10. Origenes.

Saporis manna cūcti Eucharistiæ Sacramentū.

A eleuat de terra inopem, & de stercore pauperem. *Si quis tamen infideliter suscipit, nec comedit sed abscondit, vermes ex eo ebulliunt. Nec turberis, si ad hoc ducitur verbum Dei, vt patetur fieri vermis, ipse enim ait in Psal. 21.* Ego sū vermis & nō homo. *Sicut enim ipse est, qui est aliis in ruinam, aliis in resurrectionem, Luc. cap. 2 ita & ipse est, qui in manna fidelibus dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur: ipse est enim, qui efficitur iis, quibus aperit scripturas, ignis, Luc. 24. Aliis verò ignis est, quibus cremat spinas de terra mala; id est, malas cogitationes in corde consumit; & ideo peccatoribus neque vermis arguens vnquam moritur, neque ignis exurens extinguitur. Iustis autem & fidelibus permanet dulcis, & suauis, vnde dicitur in Psal. 33* Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Hæc il-
B le; cui existit persimilis Guarricus serm. quem inscripsit de vtilitate scripturarum. Quod si hoc de verbo Dei dumtaxat prædicato, quid dicendum de ipso verbo intra pectora peccatorum mirificè hospitato? dum à nobis talis hospes recipiatur sicut decet? Hinc deliquia dilectorum; hinc ecstases Sanctorum; illorúmque facinora tam mira quam multigena: quibus menti contemplantis pro interim relictis, ad nostra transeamus.

De veritate Figurarum Eucharistiæ coniugata.

C 57. NOn nouum secum varia iucunda sæpe facere; nec vera ex variis rebus iucundè quoque nasci; cum ex magna varietate diuersorum naturalium vniuersi planè orbis consurgat harmonia, quæ ex multis naturalibus veritatibus conflatur; non incertior, propter quod natura sit diuisior, imò certior & securior, ac simul valde pulchrior, quia diuersior & multiformior, etsi pluries varietatis veritatísque ligamen non facile agnoscatur; vt cecinit Boetius illustris Romæ Pater, sed illustrior, quia Christi conscriptus suo sanguine in cælis viuit Martyr lib. 5. metro. 3. in Consol. Philosoph.

Vt veritas cum diuersior tunc firmior & securior.

Boetius.

Quænam discors fœdera rerum
Causa resoluit? Quis tanta Deus
Veris statuit bella duobus?
D *Vt quæ carptim singula constent,*
Eadem nolint mista iugari.
At nulla est discordia veris,
Sempérque sibi certa cohærent.
Sed mens cæcis obruta membris,
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.

Quid tam varium quam figuræ Eucharistici Mysterij quæ tot n. 21. quadragesimóq; visæ? Quidve varium sicut dicere, quod duobus modis Christus, in veritate & in figura contentus est in ea? Non tantummodo hoc varium, sed inter se contrarium videtur prima facie. Et tamen non contrarium, sed verum & consentaneum. Verum quidem, vt multò melius ex veritate Christi corporis contenta in cibo hoc, nostra planè

Veritas simul & figura vi sint in Eucharistia, nec possint secus esse.

Sacramenta per realem differentiam diſtinguerentur ab antiquis; quia antiqua in ſemetipſis habebant tantum vmbras, vt dicitur ad Hebr. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, &c.* Conſentaneum verò, vt fides ſub huiuſmodi figuris perpetuò ſeruaretur, & Eccleſia à triumphanti per illas noſceretur, dum iſta clam nunc habet, quod illa palam videt. Ita n. 11. præluſis quibus ibi addendus D. Tho. 3. p. q. 75. ar. 1. in cuius commentario adducuntur à Suarez, peroptimè hoc firmantes Ambroſius cap. 10. epiſtol. ad Hebr. Auguſtinus ad Caſul. epiſt. 76. & Chryſoſtu. in Matth. hom. 83. vbi Chriſtum poſt figuram adiunxiſſe veritatem perſpicuis verbis ait; vt etiam Leo Papa de Paſſione ſerm. 7. tandémque Tertullianus de reſurre. cap. 20. quo loci elegantiſſime: *Non omnia imagines ſunt, ſed & veritas; non omnia vmbra, ſed & corpora; nam ſi omnia figura, quid erit illud cuius eſt figura?* Quæ Suarez non immeritò efficacia valde reputat; qui ſanè in ipſo tomo, qui eſt 3. ſup. 3. diſp. 46. ſect. 4. Damaſcenum lib. 4. de fide cap. 14. in fine ſic adducit: *Figuræ porro rerum futurarum idcirco dicuntur; non quod non verè corpus & ſanguis ſint, ſed quod nunc quidem Diuinitatis Chriſti per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per ſolum aſpectum.* De Diuiniſque officiis Anſelmum proloquentem; *Chriſti benedictione panis fit corpus eius; non ſignificatiue tantum, ſed etiam ſubſtantiue. Neque enim ab hoc Sacramento figuram omnino excludimus, neque eam ſolam admittimus. Veritas eſt, quia Chriſti corpus eſt; figura eſt, quia immolatur, quod incorruptibile habetur.*

Hebr. 10. 1
D. Tho. Suarez.
Chryſoſt.
Leo Papa.
Tertullian.
Damaſcen.
S. Anſelm.

58. Hæc iſti; quibus iterum addendus D. Tho. 3. p. q. 60. ar. 3. & q. 63. ar. 1. q. 73. ar. 1. & q. 80. ar. 4. ſententiarũq; Magiſter lib. 4. d. 10. lit. F. per hæc verba. *Corpus Domini veritas & figura; veritas in corpore & ſanguine ibi veraciter exiſtente; figura in ſpeciebus corpus & ſanguinem contegentibus.* Necnon pariter Viualdus de Sacramen. in gener. n. 10. oſtendens hac de cauſa Sacramentum geminæ rei hoc tantum nuncupari, quia corpus Chriſti continet, & gratiam, quæ in aliis diuiſa reperitur: Cap. *Cum Martha*; de *Celebra. Miſſarum*; & Cap. 1. de *ſumma Trinitate*. Et Hoſius pro ſe afferens hæc verba S. Pauli; *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*; & *In ſimilitudinem hominum factus*; Vbi Chriſtus, cum Deus ſit, vocatur Dei figura; & cum etiam verus homo, ſimilitudo ſola hominis, ſeu in hominis, quod eſt idem, ſimilitudinem formatus. Sed ideo verus Deus, quia figura ſubſtantialis ipſius Dei exiſtit; & ideo verus homo, quia in hominũ ſimilitudinem agnoſcitur compactus; nam ſi in aliam factus eſſet, nec homo planè eſſet. Sic doctus Cardinalis, qui multis hoc proſequitur, & multas vias refert, ac media multiformia, quibus corpus Saluatoris in veritate & in figura ſit ſimul in hoc ferculo; quæ vtique ad tres modos, & temporis differentias diſtinctius reducuntur; de quarum ſemper aliqua ex-

D. Thom. Magiſter.
Cardi. Hoſius cap. 39.
Hebr. 1. 3.
Philip. 2. 7.

A ponendi Patres ſunt, qui ſymbolum & figuram hîc ponũt Chriſti corporis. Primus quidem de præterito, vt Euchariſtia ſit figura Chriſti corporis Crucifixi, dum in rebus & ſpeciebus omnino ſegregatis, ſeparatio ſanguinis eius à corpore ſignatur. Secundus de præſenti, dum interius Chriſti corpus, & exterius panis facies; hæc permanens in figura, quæ tegit veritatem; illud verò in veritate deliteſcens ſub figura hîc ſimul ſeſe offerunt. Vel etiam de præſenti; dum ex pluribus indiuiduis, nimirum, multis granis frumenti, viniquc ſpecies reſultantes, vnionis ſignum ſunt, quæ fit per Chriſti gratiam, inter homines tum moribus, tum patriis diuerſiſſimos; de quibus Paulus ait: *Vnus panis, vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus.* Tertius B tandem de futuro; dum vnitatis deſideratæ, quam iam velo ſpecierum omnino reſerato in cæleſtibus cum Chriſto habendam præſtolamur, figura eſt Euchariſtia; de qua ait Cyprianus ſerm. in Cœn. Domini; *Panem Angelorum ſub Sacramento manducamus in terris; eundem ſine Sacramento manifeſtius edimus in cælo.* Et Eccleſia ſic decantans de modis his prædictis; *O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur.* Ecce veritas Chriſti corporis in genere explicata; veriſſiméq; habita in iſto Sacramento, *Recolitur memoria paſſionis eius*; Ecce modus iam figuræ hîc clarè conſiſtentis de tempore præterito; *Mens impletur gratia*; Ecce modus de præſenti; *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Ecce tandem de futuro. Quid pulchrius? Quid C germanius?

Generalis quæ iam regula ad Patres explicandos qui figuræ meminerunt in Euchariſtiæ Sacramento.
1. Corin. 10. 17.
S. Cyprian.
Euchariſtia quanam via Sacramentum de præterito, de præſenti, & de futuro.

59. Vtriuſque teſtamenti exemplis hoc munitur. Primò, veteris, cuius certe figuralia Sacramenta, Sacramenta atque figura noſtrorum ſimul erant, vt alibi attingetur: quare etiam de præſenti poteſt dari Sacramentum, quod figura & Sacramentũ æqualiter exiſtat. Vlterius, quod & Agni ſacrificium celeberrimum ſacrificium & memoriale illius Agni erat, cuius ſanguine fideles ab Ægypto ſunt erepti. Noſtrum vero ſacrificium memoriale & ſacrificium illius Agni eſt, cuius ſanguine quotidiano ab exceſſibus quotidianis mundamur, & abſtrahimur. Secundò, exemplis noui, vbi Chriſtus ſui ipſius figura ſæpe fuit; vt cùm dies tres delituit, & tandem die tertio inuentus eſt in templo; ſignificans ſe triduum in ſe- D pulchro iaciturum, poſtea verò reſurrecturum, & appariturum ſuis fore. Ex ore Ambroſiano, in Commentar. ſup. Luc. Cúmq; etiam transfiguratus coram Apoſtolis & Prophetis in monte viſus eſt; deſignans ſe in gloria ab vtriuſque teſtamenti alumnis viſum iri. Quapropter in Liturgia Baſilius antetypon Chriſti corporis appellat Euchariſtiæ Sacramentum; ſunt etenim antetypa non quælibet figuræ, ſed quæ fere nihil differunt ab ipſa veritate. Quod ſi typum nonnulli appellant hoc Myſterium, è quibus eſt Origenes in Matth. 15. non clarum per obſcurum, ſed obſcurum debet ſanè iuxta regulam aſſignatam ad n. 28. per

Enarra 23. n. 16.
Veritas quoties & figura ad inuicē obuiarunt.
S. Ambroſ. cap 2.
S. Baſilius. Antetypon atque typon quid ſint in ſanctis Patribus.

clarum

clarum interpretari. Vel dici corpus typicum ſpecies eſſe externas, ſecundum dicta proxime in o. præcedenti; præſertim cum Origenes clariſſime loquatur homil. 5. ſuper diuerſa &c3.ſup.Num. Tertiò autem ex Sacramentorum eiuſdem teſtameoti peroptimis exemplis; quæ omnia ſunt figuræ ipſius rei quam conferunt. Baptiſmus noſtræ animæ, quam realiter emuodat, ablutionis eſt figura. Confirmatio fortitudinis, quam ſecum nobis affert. Et alia illarum rerum, quas Deus per illa facit. At cur ſola Euchariſtia non erit & dicetur figura veritatis, quam cootinet ſub ſe? Continet autem corpus Chriſti tam multis explicatum, defenſum, reſeratum. Quartò tandem atque ſupremò exemplo ex triuiali, cùm rem à ſe quis geſtam hilaritatis cauſa poſtea, in ſcena, vel aliubi, idem numero per actionem diuerſam à ſua propria, in perſona tamen propria, egregie repræſeotat. Quod à Rege Galliarum Henrico vere magno, in victoria contra Hiſpanos obtenta factum ait Marcellinus Capucinus in ſua Encyclopædia; de quo P. Matthæum in teſtem nobis offert; nóſque illa quæ in fine n. 48. de ipſa re libauimus.

Marcellinus Capucinus.

60. Ecce qualis & quam clarè figurarum micet veritas. Sed dices, & obiicies, maiorem prorſus eſſe veritatem figurarum quam veritas illarum & ipſamet ſubſtantia, eſſentia, & conſiſtentia; cum veritas non ſeruetur ita rigidè & ſtrictè, ſicut olim obſeruabantur ceremoniæ figurales; oam ſabbatho cibaria parari non licebat, quod tamen in Dominico impunè cuique licet. Quod pariter in noſtrum Euchariſtiæ ſacrificium cum antiquis comparatum ſic poteſt retorqueri, quia illa in re oblata maiora valde erant; & in loco cum exceſſu non paruo, ditiori, & cum ſumptu ac ceremoniis patenter grandiotibos Deitati præſentata; ergo maior atqoe clarior Figurarum priſca veritas, quam veritas ipſius ſubſtantiæ, & veritatis. Hoc dubiũ ſuper Exo. cap. 20. n. 11. Lyranus excitauit, ſed optime reſpondet pro parte veritatis, maiorem, dicens ſemper figuris hanc fuiſſe; figuræ quamuis ipſæ ſtrictius ſint ſeruatæ; Figuram nanque decet ſtrictiſſimè ſeruari, vt ita demum poſſit benè ſignificare veritatem; veritatem vero neutiquam obſeruari tam ſtricte, vt ſignificet, ſeu potius demonſtret ſemet ipſam realiter exhibitam. Quod ex nomine, lapis, figura ipſius lapidis, proponit coram oculis; ſi enim qoæuis litera adempta ab illo fuerit, vel nihil tunc notabit, vel certè nunquã lapidẽ; at verò ſi à lapide pars aliqua frãgatur, non ideo lapis eſſe perfractus lapis deſinet. Et poſſet rem eandẽ hominibus per hominis imaginem probare ac melius explicare. Homo quippe quò ad viuum exprimatur in imagine, & ab omnibus ſuis notis penicullo imitatus facillime agnoſcatur, imitatio debet illa in vultu reſplendere & valde aſſimilari; at homo vt dignoſcatur à quibos notus eſt, nullarenus oportet vt ex facie videatur; ex voce nanque ſufficit, ex nutu, veſte, inceſſu, quo fit vt vel ex ſono excreandi & expuendi non male cognoſcatur. Similitérque etiam in figuris, & illarum eximia veritate; facilius nanque facies veritatis internoſcitur, quantumuis illa fracta, vel male picta ſit; id eſt, male declarata, propoſita & expoſita, & coloribus inelegaotis, ineruditæque nil minus expoſitionis deturpata; quam eiuſmet figura, quantumlibet hæc integra, ornata & exactiſſime depicta proponatur: non enim vel tum poteſt ab aliquo cognoſci, niſi fuerat ſolerter collata & combinata cum ipſa veritate. Vnde optimè illa priſca & pecorina ſacrificia magno ſumptu, ritu & faſtu reuerentiæ exterioris, vno loco perqoam diuiti (vt communis fert ſententia) non alio immolabantur, quò vnici & venturi Diuini Sacrificij & pretium & ſingularitas vbiqoe noſceretur; non adeo, vt ſumptuosè vbique litaretur: hoc enim quãuis ſæpe contingat inter nos, non poteſt ſemper fieri, quando omni iam in loco, ioxta dictum Malachiæ offertur hæc oblatio; ſed vt vnico & ſingulari affectu interiori, & tam animi mũditie, quàm corporis & loci à nobis offeratur; id etenim ex ſe petit oblatio, de qua dicitur; *Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Quod ſi pluries ob permagnam fragilitatem Sacerdotum, qui homioes ſunt fragiles; ob magnámque frequentiam ſacroſancti ſactificij, hæc franguntur, & minuuntur, vt lapis memoratus, non minuitur eapropter illius ſumma veritas.

Lyranus.

Cur veritas non ſeruetur tam rigidè vt figuræ.

Pſal 67 30.

Malach. 1. 11.

Contra ſcãdala Euchariſtiæ peroptima aduertentia.

Nec inſurgas è contrario in eandem veritatem, quod veritas tenetur figuræ reſpondere; ac proinde non debere offerri Chriſti ſanguinem; humanus quippe ſanguis in ſacrificiis vetabatur; pecorinus verò Chriſti ob magnam differentiam, & diuerſitatem ſpeciei, non poterat ſignare. Nam licet maior veritas, figuráque ſit minor, vt modò dictom eſt; ſi veritas non reſponderit figuræ inferiori, vel veritas non erit figuræ illius veritas, vel figura nullo modo figura veta & propria depictæ veritatis. Ad hoc etenim reſponſio ex maioritate veritatis clariſſime pateſcit; quod nanque maius eſt, à minore non expletur; & ſic ſanguinis figura veritatem non expleuit; quare rectè pecorinus pro Chriſti litabatur; quia ſanguis bene in ſanguine inferiori ſignabatur; at in eo quod ioferior ab infinito Chriſti ſanguine infinities vincebatur, ſuperabatúrque immensè, bene adhuc ſuæ figuræ officium faciebat: ſic enim indigitabat excellentiam Chriſti ſanguinis, inſufficientiámque humani, & ſimul indigentiam; qui erat velut pecudum, reſpecto Chriſti ſanguinis; vt oues nanque errauimus, io oraculo Iſaiæ; & ille paſtor ouium in verbis eſt Ioannis, qui mortuus eſt pro eis; quo per ſanguinem Paſtoris Diuini & benigniſſimi homanus grex indignus abiectúſque ſaluetur.

Gen. 9. 4.

Chriſti ſanguis cur offeratur, humano non oblato, & maxime interdicto.

Iſai. 53. 6.

De vtilitate Figurarum Euchariſtiæ coniugata.

Catechiſ. Rom. Suarez.

Vtilitas materiæ Sacramentorū quam eximia.

61. VTilitatem huius materiæ quis erit qui ignoret? Cum materia de Sacramentis ſuapte ſit vberrima, Dei iuſſu neceſſaria; & in qua etiam diligentia, ſcientiáque excelſior requiritur præ aliis. Ita Pius Papa V. in Rom. Catechiſ. de Sacramen. in gen. ſect. 1. & Suarez in præfat. tom. 3. in 3. p. vtiliſſimam eſſe dicens huiuſmodi doctrinam. Et rectè, cum Sacerdos quid agere & operari; laicus verò quidnam credere, & meditari teneatur; Fideles quid venerari; infideles qoid deſiderare; omnéſq; quales eſſe & viuere obligentur; in illa contemplentur. Vnde diabolus per hæreticos hanc ſemper diſciplinam multis hæreſum prodigiis ad Eccleſiam deſtruendam, vt annotat Henriquez tom. 1. de Sacramentis cap. 1. §. 4. conatus demoliri. Quod verius longe eſt in Euchariſtica ſcientia, cuius equidèm notitiam Auguſt. tom. 10. lib. 50. homil. homil. 16. ſtatim poſt initiū Euchariſtiæ in veritate ſubſtantiáq; illius, æquare non formidat. Æquale eſſe delictum, peccatúmque ediſſerens, ſi quis corpus Dominicum in terram ſinat cadere, & ſi Verbum Dei ex corde effluere permittat, & volens acconſentiens hoc malū perpetretur. Quibus verbis confirmare hęretici contendunt, Chriſti corpus in Euchar. ſub figura tantum eſſe; quemadmodum eſt in verbo Diuino prædicato, cui ſanè hîc comparatur; quare huiuſmodi ſententiam vtcunque enucleemus.

Henriquez.

S. Auguſt.

Dei verbi prædicatio; & Euchariſtia vt ſint æqualia,

Atque primitùs tenendum, per hyperbolem & exaggerationem hoc dictum ab Auguſtino; loquendi ſicut modo communi & vſitato, inter verbum & corpus Regis, quæ vi & poteſtate non parum ſunt æqualia, fit ſæpe cumparatio. Deinde, hoc verum eſſe, ſi ipſum verbum Dei ſumatur obiectiue, non autem ſubiectiue; nam ſubiectum verbi Dei, quod in ſono & caracteribus verborum continetur, oon ſolum non æquari, ſed neque comparari prudenter & Catholice huic valet Sacramento: at obiectum verbi Dei, cum ſit ipſemet Deus, Deo vtique in Euchariſtia per omnia coæquatur; & quemadmodum Euchariſtia immortale corpus eſt, impaſſibile, Deo vnitum, ſic veritas Dei verbi immutabilis, & imperibilis, vnitáque tam Deo, quàm ipſi nos aduniens ab omnibus agnoſcitur. Quo tono eſſe loquutum Auguſtinum bene claret, & optimè videtur, nec homo mentis compos contrarium iudicabit; quia ex corde non ex auribus effluendi verbi Dei periculum conſtituit; nec Bibliam, vbi materialiter Dei verba continentur, cum Euchariſtia ſancta confert, ſed ipſum verbum Dei, qood formaliter hîc accipi, ex iſtis valde conſtat. Sic ferè Bellarminus lib. 2. de Euchar. cap. 24. & Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 66. ſect. 2. Cuiuſmodi non tantum

Bellarmin. Suarez.

apertè coniectatur, ſed etiam demonſtratur Origenem ſcripſiſſe hom. 13. ſuper Exo. & 16. ſup. Num. dum dixit primo loco de re præſenti agens; *Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis. Noſtis qui Diuinis myſteriis intereſſe conſueuiſtis; quomodo cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur; reos enim vos creditis, & rectè creditis; ſi quid inde per negligentiam decidat.* Et poſt modum in ſecundo; *Bibere dicimur ſanguinem Chriſti, non ſolum Sacramentorum ritu, ſed etiam cum ſermones eius recipimus.* Quæ omnia in Deum vſque extollunt Euchariſtiam, & hoc rebus, quibus illam omnino deturbare & à Deo præcipitare hæretici nituntur. Sed tandem reſpondendum, non de dignitate ad dignitatem, ſed de iucunditate ad iucunditatem hîc cauſam ventilari, quæ æqualis non dumtaxat, ſed maior eſt frequentius in audiendo verbo Dei, cum tamen Deus qui eſt in noſtro Sacramento, quæcunque longe ſuperet; quo ſenſu S. Chryſoſtomus de incomprehenſibili Dei natura huiuſmodi conqueritur: *Me vehemens capit ſuſpirium, quod cum ego diſputo veſter conſeruus, ſtudium adhibetis, alter alterum impellit, & iactat, vt ipſe propius adſit, frequentes vſque ad finem dicendi patientiſſimi perſeuerratis; cum autem ipſe Chriſtus communis omnium Magiſter & Dominus in ſacris Myſteriis ſe oſtenſurus eſt, vacua Eccleſia redditur. Proh Fidem hominum Chriſtianorum?* Quam querelam & dignitatem noſtratis ſacrificij adauget Bernardinus tom. 3. ſerm. 43. initio illius dicens, ad Euchariſtiam verbum Dei rectiſſimè ordinari; vnde & eas conciones quæ præcedunt Quadrageſimam, orationem vocat ille; quæ fiunt in Quadrageſima ſeminationem verbi Dei; & quæ in eius fine, de Communione iam agentes, vel à Dominica quinque panum ad eam diſponentes, meſſionem ipſius verbi. Cui addatur Bonauen. in opuſcu. 1. de reductione ſcientiarum ad ſacram Theologiam; vbi omnes ad Theologiā, & Theologiā ad Dei amorem reduci clare pandit; ac ideo non incongruè ad Euchariſtiæ Sacramentum, cum Theologia amoris Dei ab illa tota pendeat.

Origenes.

Quæ æqualitas & inæqualitas ſit Miſſæ & verbo Dei dumtaxat prædicato.

Chryſoſt. hom. 3. de incomprehen. Dei natura.

S Bernard.

Prædicatio verbi Dei vt cōgruat atque ſeruiat Euchariſtiæ Sacramento.

S Bonauentura Omnes artes vt reducātur Theologiæ & Euchariſtiæ.

62. Præterea, quod ſi Verbi & Euchariſtiæ comparatio de vtilitate ad vtilitatem, quæ præſens eſt ſcopus, vtriuſque componatur, vel æqualia remanebunt, vel verbum ſæpe maius. Æqualia, quia paria hæc duo inueniuntur; dum Euchariſtia ex ſemetipſa remittit venialia & per accidens mortalia, vt alibi dicetur; quod facit verbum Dei tam delens venialia, vt affert cum Suarez noſter doctus Villalobos tom. 1. tract. 4. diffi. 11. quam per accidens mortalia, contritionem conferendo, qua illa dimittuntur; lib. 4. ſent. d. 17. cap. *Magnæ* de *pœnit.* d. 1. Et etiam, quia iuxta Bernardini S. mentem tom. 2. ſerm. 9. ar. 2. cap. 2. & ſerm. 10. ar. 3. cap. 2. Euchariſtia & verbum Dei his verbis adæquantur; *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* vbi panis & Dei verbum æqualiter penduntur;

Vt Miſſæ coæquetur Dei verbū prædicatū.

Villalobos.

S Bernard.

Matth 4 4.

duntur; præcipue quod Eucharistia viuorum est sacramentum, vt sæpius attingetur; & similiter Dei verbum viuorum cibus est; *Qui ex Deo est, verba Dei audit*; cum & viui soli audiant, & soli cibum sumant; quare vtrique accommodatur per Sanctum Bernardinum affatum Christi Domini; *Hic est panis qui de cælo descendit*. Hæc ille; qui in primo locorum prædictorũ, duodecim Dei Verbi, vt priscæ vitæ arboris egregios fructus affert; quos attente si vir aliquis euoluere curauerit, impensè lectioni scripturarum sese tradet; de qua item æqualitate Cap. *Interrogo* : 1. q. 2. si placet, videatur. Maius vero quam Eucharistia Dei verbum reputabitur, si attendamus quantũ illo deterreantur, illuminentur, mulceantúrque Fideles; primum quidẽ commioationibus, secundum rationibus, tertium autem monitionibus, quæ animæ sunt ita efficacia & ponderosa, vt si populus per triginta, aut annos quadraginta, vel Missa, vel Dei verbo carere contigisset, nil dubij ex verbi Dei amissione plus incommodi, quã Missæ percepturum; vt ait atque probat latissimè idem Sanctus serm. 10. art. 3. in cap. 2.

Ioan. 8. 47.

Studij sacri fructus vt illi vitæ arboris.

Vt Missæ præferatur idipsum Verbum Dei.

63. Qui quærit, cũ Dei verbum tam vtile probetur, quòd Missę propter hæc nõ paucies præferatur, cur præceptum nullũ habeat, vt Missa in iure habet. Respondétque tripliciter. Primùm sanè, (licet ordinẽ responsionis immutando) ob magnam & ineuitabilem Prædicatorum paucitatem: non enim sunt vbique, vt erant tunc necesse. Deinde, propter onus, populorúmque grauamen, qui expensis Prædicantiũ non raró premerentur, & ad munia familiaria quam sæpe impedirentur. Et tandem propter illam obligationem coocionum Sacerdotibus Curatis in iure iam impositam; apud Cap. *Ecclesiastici*; d. 36. & Cap. *Adijcimus*; 16. q. 1. iuncto Cap. *Inter cætera*, de *Officio iudicis Ordinarij*: vnde mioimè necessarium præceptum duplicare. Præterea, quod Ecclesia Dei verbi concionem ordinauit intra Missam, vt in altero præcepto assistendi sacrificio, hoc etiam Dei eloquium audiendi includeretur; proindéque Fideles pro tempore atque loco ad huiusmodi Dei verbum, sine alia noua lege qoæ in rebus coactiuis oportet limitari, prudenter atque casu promiscue tenerentur. Quod tempus etsi ille ibidem non declaret, à Busto 1. p. Rosar. ser. 3. quam scite declaratur; videlicet, cum homo ablutus sacro fonte, doctrina Fidei indiget; aut aliter ab hæreticis nisi audita concinne, non potest se defendere; si adsit pro hoc opere sufficiens Prædicator. Quo casu magis quisq; ligamine Dei verbi, quã Missæ coarctatur: hoc enim tantũ est præceptum Ecclesiasticum; in Cap. *Missas*; de *Consecr*. d. 1. Diuinum vero illud; l. 3. Sent. dist. 25. Sícque debet tunc Missam ob verbum Dei relinqui, quando homo rei vtríque non valet esse præsens; quod & P. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 1. libenter est amplexus.

Prædicatio cur non sit, vt Missa de præcepto.

* In legibus coactiuis ferendis quæ prudentia.

Dei Verbũ quando Missæ præcepto plus impellens.

Suarez

Hinc verò Missæ vtilitas super aliã verbi Dei lucidius enitescit, cum illa sit per accidens, ignorantia syluescente, hæc autem ex se vtilior. Nec mirum, cum Dei verbum sit gladius apud Paulum; cultellúsque quo panis secatur Eucharisticus; qui integer & solidus, vt alij quiqui cibi, non proficit sed officit; vnde in lege non permissa quæ non findebant vngulam. Et hoc etiã vtilitatẽ percipies huius operis, in quo nec deest panis, nec gladius verbi Dei; ita vt verba præcedentia mutando Christi Domini, eius nomine & auspicio hoc liceat mihi dicere; *In solo pane viuit homo*.

Hebræ. 4.12.

Deut. 14. 6.

Huius operis quæ vtilitas.

64. Nec quòd ego tantum gladium, inutilis ad arma similia pertractanda, arripiã, quidquid sanè vtilitatis tam multiplicis diminui tu existimes; nam in operis istius extructione qualicúnque, tribũ Iudæ in reædificatione ciuitatis Ierosolymitanę imitatione sum sequutus, de qua dicitur in Esdra; *Vna manu sua faciebat opus; & altera tenebat gladium* Quod Europæ Poëtarũ, Torquato Tasso teste, vulgarium longe princeps, noster inclytus Lusitanus Ludouicus de Camoës, qui traductus linguis quatuor, Latina, & tribus alijs in carmine funerali illius mox dicendis, vbique circunfertur, in suo Cantu. 7. Octa. 79. Ouidium in illo disticho Epistolæ ad Macareum peroptimè traducens;

Esdr. 2. 4. 17.

Dextra tenet calamũ, strictũ tenet altera ferrũ,
Et iacet in gremio charta soluta meo.

Ouidius in Heroic.

Sic sibi concinnauit;

Qual Canace, que à morte se condena
Numa maõ sempre a espada, noutra apenna.

Non verò hoc imitatus dexteritate & fortitudine istius magni viri, de vtráque cuius legitur in eius moaumento, vno ex tribus Epitaphijs quibus marmor decoratur, Vlyssiponę in Sanctę Annę parecia & Monasterio, sub choro Monialium;

Ludouici de Camoës encomia & epitaphiũ.

Naso elegis, Flacco Lyricis, Epigrãmate Marcus,
Hic iacet Heroo carmine Virgilius.
Ense simul, calamóque auxit tibi Lysia famam
Vnà nobilitant Mars & Apollo manum.
Castalium fontem traxit modulamine, at Indo
Et Gangi telis obstupefecit aquas.
India mirata est, quando aurea carmina lucrum
Ingenij, haud gazas ex oriente tulit.
Sic bene de patria meruit, dum fulminat ense;
At plus dum calamo bellica facta refert.
Hunc Itali, Galli, Hispani vertere Poëtam,
Qualibet & vellet terra vocare suum.
Vertere fas, æquare nefas, æquabilis vni
Est sibi, par nemo, nemo secundus erit.

Nec ea orationis eleganti pulcbritudine, qoa secundus vit, non primus (nam prior fuit alius transcriptus tribus linguis Ioannis Barros nomine in orbe satis notus) sed secundus Indicorum facinorum nostrorum narrator pereximius, qui in Decadibus subseqoendis successor primo fuit, in styloque ab illo nullatenus secundus, de se ipso, qui sub Conto cognomioe percelebris, in India quóque Ducem strenuum sæpe fecit, in Decadum vestibulo, ense pariter & calamo in ære elaborato, sic iure summo cecinit;

Ioannes de Barros & Didacos do Conto Historiographi Lusitani tantillõ collaudati.

Exprimit effigies, quod solum in Cæsare visũ est,
Historiam calamo tractat, & armis manu.

Hinánque, provt dicitur, *Ex vtróque Cæsaris*, at ego ex nihil Cæsar, sed cæsus atque cassus à dotibus ingenij; qui tamen huius calamo imparato & impolito, rubiginisq; gladio squalore consopito ad opus quod hîc vides, Eucharisticum, prosilij; non factus totus gladius, vt omnes qui in hæreses nauarũt controuersias; nec factus totus calamus, vt cuncti qui conceptus violenter & inaniter non paucies concinnatos in lucem diuulgarunt, & acumine maiori quotidie manifestant. Sed ingenita grossicie arripiens viam mediam, iam calamo præcinctus in Fidelium instructionem, iam gladio in destructionẽ armatus Infidelium; vt hinc calamus, hinc gladius pro viribus existerem, & fierem vniuersis; & cum minimè valerem extrema meditari, mea saltem mediocritate explerem vicem meam, succinens cum Ouidio, de Tristibus li. 1. Eleg. 1.

Vt calamo atque gladio adinstar aliquorum præcinxerit se auctor.

Vt satis a media sit tibi plebe legi.

Vtilitas huius operis perspicuè demonstratur.

65. Nec vtilitas ex calamo & gladio decussatis, ac inuicem alternatis, deducitur tantummodo, sed ex iis quæ duobus, his sumus operati & planè consequuti; nimirum, explicationẽ potioris partis Gen. obscuritas cui tanta, vt dumtaxat ab attingentibus trigesimum iam annum, provt asserit Hieronymus in episto. ad Paulinum, legeretur in Iudæa. Deinde, expositionem Creationis Vniuersi; quæ quantumlibet à luce incipiat, est obscura, & luce valde cassa; Paradisíque terreni explicationem tam difficilem, vt quò magis explanatur, eò magis implicetur, & iterum irretiatur maioribus obstaculis; vnde à solis tricenariis inter Hebræos legebatur; vt auctor est Lyranus in Gen. principio; quamtũuis hæc & alia Hieronymi sententia non amplius sit quã vna. Orbis etiam destructionem, & renouationem per diluuium, linguarum confusionem, oblationem Melchisedech, & sacrificiorum ac sacramentorum, ad quę omnia respiciebant Hebraïca documẽta; præcepta, & instituta, apertam rationẽ. Primi hominis creationem, tentationem, prostrationem; & hominis iustificationem per Fidem, ac bona opera. Hæreticorum detestationem præceptam per Apostolum; Catholicorúmque Christiadum, vt ouium quæ peroptimè Pastoris boni vocem & audiunt & adimplent, commendatiooem frequentissimam. Cum aliis quæ ex titulis Enarrationum colligentur, vbertim declaratis; & hæc omnia cibo nostro, ne à scopi directione declinare videremur, quàm licuit collimata. Inter quæ nullum manet mysterium nostræ Fidei, quod pro modulo noo sit meo sufficienter pertractatum, ita vt demum neque vnum desiderari totum possit; cum multa sint in totum abundè elucidata.

S. Hieron.

Lyranus.

Rom 16 17. Et alibi frequenter.

Ioan. 10. 3.

Vnde hunc laborem nostrum, vel etiam in primo tomo, non solum sacramentorum vtriúsque testamenti, sed & omnis Theologiæ notitiam reputabis. In quo multos & grauissimos Patronos sũ sequutus, qui sub vnica materia ad librõ selecta omnes alias Theologicas non parum discussere; Qualis

Auctores qui Theologiam ad súmas redegerunt.

A fuit ille Martyr antiquissimus Iustious, in duabus apologijs; Tertullianus in Apologetico: Alexandrinus in Stromat. Lactantius in Institut. Cyrillus Hierosol. in suis Catechesibus. Nyssenus in Orat. Catech. magna; Augustin. in tam paruo, quam libro eruditissimo de Catechisan. rudibus, de Fidéque ad Petrum; ac pariter de Fide & Symbolo Apostolico; & etiam in Enchiridio, opusculis præclaris. Theodoretus contra Græcós; & in lib. Diuinorum: Damascenus in suo opere, de Fide nuncupato; atque Hugo Victorinus in summa de Sacramentis. Donec venit Magister, qui in libris Sententiarum magnam & pulchrè ordinatam materiam disputandi posteritati studiosæ perpetuùm commendauit; quem sunt po-B stea prosequuti Albertus & Alensis, Altisiodorensis, Gandauensis, D. Tho. Bonauentura, Scotúsque, & alij in mundo plusquam celebres.

Iustinus. Tertullian. S. Clem. Alexandr. Cyril. Alexandrin. Nyssenus. Augustin. Theodor. Damascen. Hugo Victorinus. Magister, & Sequaces.

66. Quod à me concionibus continuis prępedito, Confessionibus, & multigenis molestiis occupato, non potuit sine magno, & improbo labore sortiri effectum suum; cum de rebus quibuscúnque dicatur ab Horatio.

Quis labor huius operis, & etiã cuiuscúnque.

——— ——— ———. Nihil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. ——— ———

Horatius Satyra 9.

Vt non solum vtilitatem præsentis actionis cum dulcedine præcedentium materiarum coniungamus, velut ipse decantat in arte per hunc versum;

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

De quo vide, vt collæteris, ingenio tanto C viso, D. Didacũ de Saauedra Emblem. 40. in Principis Idea, quam ille mille flosculis acuminis contexuit, vrbanitatísque repleuit. Sed vt etiam vtilitatem cum labore moliente & perficiente quæque opera, in coniugium seu coronam supremã copulemus. De meo verò hîc impenso & collocato cõparatiue possum dicere cum Magistro li. 1. d. 1. *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylacium Domini mittere, & ardua scandere; opus vltra vires nostras agere præsumpsimus, consummationis fiduciam, laborisque mercedem in Samaritano statuentes, qui prolatis in curationem semiuiui duobus denariis, supereroganti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis, sed terret immensitas laboris. Desiderium hortatur pro-*D *ficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quã vicit zelus domus Dei.* Quæ verba mihi congruunt, præsertim cum adijciat, quod nostrorum sacramentorum septiformi Candelabro plus potest inseruire; *Lucernam veritatis in Candelabro exaltare volentes, in labore multo ac sudore hoc volumen Deo præstante compegi.* Sed vicit zelus domus Dei; quo licet non consumar & comedar vt Rex, qui ausus de se dicere; *Zelus domus tuæ comedit me*; nec etiam sicut tantus Magister atque Præsul, quem zelus Dei armauit ad cladem inimicorũ in opere quod fecit; imo magis illo absumar Dauidico terrore; *Peccatori autem dixit Deus; Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* illo tamen exedor, seu edi nimis cupio, præcipue in hoc

D. Didacus de Saauedra de acumine laudatus.

Magistri incipientis sententia: grane opus mirabilis sententia.

Psal 68 10.

Psal 49 16.

in hoc labore; vt pro nostro sacrificio in eo male tradito, ei aliud ego tradam & offeram inter omnia sacrificia, longe gratum, quod secundum Gregoriũ in exposi. Ezech. animarum zelus est; quarum quidèm emolumento quãtumuis ipse crucier, defectum meum videns, vt tanto bono valeam vtiliter seruire, illatum zeli pretio non modice consolor, ex eo quod hoc nunquam cuicúnque viro perijt, vt optime Bernardus li. 4. cap. 2. scribit ad Eugenium, & Paulus ad Corint. de zelo sic concludens; *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.*

Sacrificium cũctis gratius animarum zelus.

1 Cor. 3. 8

Quare mihi de meo pro laude Christi sumpto, illud liceat profari quod dixit D. Thom. cum ei sacrum Viaticum morienti præberetur, & à præbeote Sacerdote iuxta B Ecclesiæ consuetudinem de Fide quærere-tur; cui Angelicus infirmus, vt scribit Guithelmus Toccus cap. 9. in eius vita, respõdit inter multa; *Sumo te pretium redemptionis animæ meæ, sumo te Viaticum peregrinationis vitæ meæ; pro tuius amore studui, vigilaui, & oraui, laboraui & prædicaui* Quibus verbis suauissimis si alia persimilia ad piorum consolationem, & impiorum confusionem anoectere volueris, vide Fidei protestationem, quam in mortis suæ transitu coram tanto sacramento Hieronymus Sanctissimus doctissimúsque Pater, & etiam Dei Ecclesiæ splendor antiquissimus, deuotam valde fecit; in qua ille de hoc cibo animarum vero fine, latissime & dulcissimè, vt olor candidissimus in fine vitæ suæ iucunde est modulatus. Habetur hæc lectura inter omnes de Eucharistia quas viderim percelebris, & valde principalis, in eius tom. 4.

Gouhelmus Toccus.

D. Thom. de Eucharistia quid dixerit iam moriens.

S. Hieron. moribundus de Eucharistia multa dixit.

De vilitate & inutilitate auctoris huius operis.

67. IAm tibi pie Lector hoc supra indigitaui ad num. 39. & iam huius mei laboris occasionem atque principiom ibidem memoraui. Iamqne tandem claritatem veritatem & scribendi quam methodum profitear, nullatenus oegaui; tum nu. 19. tum 20. atque aliis, qoos ideo nunc subticeo, vt melius te ad totam præfationem perlegendam hac via persuadeam; in qua operis istius reperies fundamenta, & ad alias scripturas facilius comparandas documenta salutaria. Nunc instar quoque cygni volo tibi cum Ouidio lib. 4. de Tristibus Elegia 1. meam iterum tenuitatem ad tibiam decantare.

Ouidius.

Si qua meis fuerint, vt erunt vitiosa libellis,
Excusata suo tempore Lector habe.
Exul eram; requiésq; m his non fama petita est,
Mens intenta suis ne foret vsque malis.

Quare errata si multa inueneris in hoc libro, excusata suo tempore, amice Lector, habe. Exul etenim eram ab hominum peritorum, librorúmque consortio, qui opem mihi ferrent. nam in mea Prouincia quæ est prima in toto orbe ex reformatis nostri Ordinis, studiom nullum est, præter San-A ctæ orationis contemplationisque assiduæ, cui Patres mei sodales, vt illorummet hæredes, qui priorem reformatiooem deuotionis magno igne amoris Dei cœpere, vestigiis vsque hodie hærentes præcedentium, studio tantùm mystico intenti sunt, & dediti. Qua de causa si in tantu exilio literarum, vel in Doctorum allegationibus, vel in flosculis sermonis, præcipuéque in istis defecero aliquoties, magna in tẽpus atque locũ pars causę referatur; quo & sancti quos habebã excussi quondam erant; & cõuentus in quibus ego ducebam vitam meã, me nihil adiuuabant, sed potius non permodica rubigine obducebant. Etsi nobis non desint præcones verbi Dei, tam optimi quàm feruidi, qui à sæculo venientes cum B laude atque prouentu incumbunt huicce muneri: qoi tamen cum sint pauci, & paucies plusquam vnus in quolibet Conoentu, semper singuli copia, collationéque proficua laborant sociorum. Propter quæ Religionis exilium satis durum, summopere ingrauescit. Est etenim Religio exilium, atque desertum, ab illecebris corporeis non parum separatum; quò licet misericorditer ab spiritu Diuino, vt Christus, ducti simus, non ideo tamen sumus, vt otio torpeamus, vel delitiis saginemur, ac solet murmurari; sed potius vt tentemur à diabolo inimico, cuius quidèm tentationes acerbissimæ atque pari astutia callidissimæ, noo in solo, quamuis dulci orationis sanctæ pane, superari benè possunt; sed atquè C in omni verbo, quod procedit de ore Dei; id est, ex lectionis amænissimis ac simul ditissimis prouentibus, de quibus varijs locis superius actum est. Quos vt possem decerpere iucundiùs & pacatiùs; & non famam sed pacem internam comparare, me, vt licuit totũ dedi studio Sacræ paginæ; ex quo auram non habeam, quam neutiquam quæsiui, sed ipsam sacri textus occupationem sacratissimam, quam vt Domino deseruirem primariò præoptaui;

Quæ in ordine Franciscano Pietatis sit prouiocia, & studium quale habeat.

Religio quod exilium, desertúmque sit verè.

Mens intenta suis ne foret vsque malis.

Prosequitur Ouidius:

68. *Hic est cur cãtet vinctus quoque cõpede fossor*
Indocilis numero, cum graue mollit opus.

Vbi ego de temeritate res sacras explicandi, quarum fossor iodocilis, non do-D ctus expositor dignoscor à me ipso, fossoris huius cantu habentis sese leuius exemplo sum exemptus. Qua de causa, si forsan do nominis *Portugallia* stata & prisca voce (cũ accidit nominari) in Portugallum commutata, à multis iure arguar, his qoidèm respondebo, me ausum hoc permutasse; non adeo propter quosdam versiculos ineptos, quantumuis sono & succu, vt credit vox communis, cui ego non refragor, non paruo modo mysticos, in quibus de futura Portugalli felicitate quãmulta prophetata pro parte sunt impleta, inter quæ de mutatione hac ipsa quidquid dicitur; sed propter quod hoc oomen maternum *Portugal* masculinũ nobis est, cui ideo debet subdi Latina nuncupatio, noo autem vice versa. Vlter us,

Portugallum, non Portugalha, cur debeat nuncup.

quia & nomen debetur maſculinũ illi Regno, quod patriæ arctatum breuitate, tam multa io alienis, terra marique luſtratis perdigna fama fecit. In quo ego eruditiſſimi Bartholamæi Chaſſanæi imitatorem me me gero, qui in Catalog. glor. mundi, non Pariſios vt vulgariter, ſed Pariſium ciuitatem, in qua hæc luci dantur, ſingulari & maſculina multiformiter ille debita, appellatione nominauit. Eſt enim talis vrbs, in multis, & in pluribus, omninò ſingularis, quæ ob id in ſingulari, non in plurali ſicut ſolet, conueniens appellati. Qua in re quod ſibi viſum, Pariſini viri faciant, vt pariter & ego quod volo, & quod exopto, quódque videtur rectum, in appellatione Portugalliæ prædicto modo facio. Qua ductus rectitudine, (vt obiter hoc dicam) recedens à modernis qui putant ſcitè loqui, rarò ego *Seruatorem* vt video frequentiſſimum; ſed ſemper Saluatorem appello Chriſtum Dominum. Saluator nánque eſt reſpectu peccatorum, quos venit ſaluos facere, officio ſuo proprio; vnde nomen Saluatotis, ſaluandique multoties in vtrúque teſtamento, non autem Seruatoris, ei datur meritiſſimè; Seruator verò tantum reſpectu ſuæ Matris, quam ſeruauit ne procumberet in culpam Originalem, quod aſtruunt neſcientes hi critici & inſulſi verborum politores. Quos yenia opinionis, etſi præter voluntatem, in cultum tantæ Dominæ ab ipſis ſuſtentatæ, defenderem, atque ſequerer ſtudio lubentiſſimo, ad quod etiam ex Philoſophiæ vrgebar diſciplina, cum deoominatio à præſtantiori componi parte debeat, niſi auctotitas ſcripturæ, quæ noſter typus eſt, reflaret in coutrarium.

Chaſſanæus.

Pariſium in ſingulari cur debeat nuncupari.

An Chriſtus dici debeat Seruator, vel Saluator.

Deiparæ conceptio feſtiuè cõprobata.

Quod ſi nomen Chronologiæ aſſumptum obijciatur, vel ratiu aſſumptionis ab aliqoo quæratur, hanc facile præſtabo; quia Chronos tempus Græcis; vnde Chronicę, & Chronologia, eſt liber, in quo logos, ſeu ſermo de temporibus ab aliquo conſeritur. A quorum cum principio continuata ſemper ſerie, Myſteriorum, non annorum, Euchariſticum deducam, hinc eius præſens opus Chronologiam nuncupaui. Ac proinde diuiſiones potiores & maiores Enarrationes appellaui. Eſt etenim narratio deſcriptio rei peractæ, vel etiam peragendæ; quæ planè vtrúque titulo non parùm mihi congruit, cum figuras ego olim peractas hîc deſcribam, peragendáſque res ſacras ſub illis oceultatas. Hæc autem tum perfecta, cum breuis, & aperta, probabiliſque ſimul euadit & conficitur; vt docet Ariſtot. Rethoric. lib. 3. cap. 16. & Quintilianus lib. 4. cap. 2. Et verò breuis eſt, quando rebus quantum licet haodquaquam duplicatis & tædio reiteratis diſponitur hæc ipſa; quandó quę vtilitati & claritati nil detrahitur; quod ſaoè pro virili ſolerter obſeruaui, etſi mihi rem tam vaſtam non viſum plus contrahere. Aperta, cum ex verbis communi vſu habitis, & ex temporum ſucceſſione inuiolabiliter ſer-

Euchariſtica Chronologia cur opus hoc vocetur.

Enarratio quid nam ſit, & cur per illas opus Euchariſticũ narretur.

Ariſtoteles.

Quintilianus.

Narratio eſt perfecta.

A uata, non autem perturbata conflatur & abſuluitur, quod quantopere præſtiterim, oſtendet rerum ſeties. Probabiliſque tandem, cum probata & conteſtata in omnibus ſe prodit, qood quantum ſit exhibitum, ſpero cunctis clarum. Ciceroni lib. 2. de Orat. valde placet, vt etiam ſit iucunda, ſuauis, & admirabilis huioſmodi narratio; videlicet, quæ exitus contineat inſperatos, inopinatóſque euentus admiratione delectantes. Quos ſi hîc ex rapiente ſtylo non inueneris, ſaltem ex rerum varietate & nouitate concinenti non male deprehendes. Si autem præſens nouitas aſſumendi duo themata in vnaqoáque Eoarratione ſuperfluum iudicetut, hoc vtique miteſcet, ſi reduxeris in memoriam, me vtrúmque teſta-
B mentum, è quibus illa ſumpta, in germanam & conſnnantem concordiam compellaſſe. Sed iterum Poëta.

Ciceroni.

69. Cantat, & innitens limoſa prorſus arena,
Aduerſo tardo qui trahit amne ratem.
Quique refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulſa brachia verſat aqua.

Quo loco cymba adducta in alueum reluctantem, non ſolum non mouente ſed etiam fluuio in partem aduerſam remouente, naturali tanquam res dictamini refragans, me item à iouentute Iuriſprudentiæ dedicatum non Theologiæ conſecratum, ludibrio & irriſioni multorum patefaciet. Sed tamen his cum ipſa ſcientia reſpondebo; nam cum iuris ſit prudentia, prudentiæ & iuris proprij auguſto nexu gaudens,
C auguſtos fere ſemper, audaees & capaces ad quaſque diſciplinas alumnos ſolet parere; vt illa quæ innato & verè ſuo iure, prudentes ſuos reddit; & vel etiam ſui iuris pupillos ipſos facit. Quare ſemper hæc ars ad alias addiſeendas idoneos multos præbuit; quorum primus ſit ipſe Poëta cũ quo loquor, qui à verſibus, quibus erat ſuaptè deditiſſimus, ac ſummè recreatus, patris ſui iuſſione inuitè ſeuocatus, iuri operam nauauit; in quo ille non permodice profecit, & honoribus præfectus declamandi, ac ſimul iudicandi vel à victis collaudatus diremit multas lites, quas de Triſtibus lib. 2. attingit ſub principium.

Iuriſprudentiæ cui & auctor incubuit; commendatio.

Nec malè commiſſa eſt nobis fortuna reorum
Vſque decem decies inſpicienda viris.
D *Res quoque priuatas ſtatus ſine crimine iudex,*
Deque mea faſſa eſt pars quoque victa fide.

Ouidius Iuriſprudens, & honos Iuriſtarum.

Donec ſuo poſt ingenio, ac genio prouocatus, forſan patre defuncto, ad muſas remeauit, quibus mortem per exilium inuenit immaturam; atque inſcius verum fecit prouerbium Eccleſiaſtici; *Qui honorat patrem ſuum, viuet vita longiore.* Reliqui vero ptoximiori exemplo ſecundantes, tam S. Auguſtinus, qui cauſas propugnauit, vt ipſe in Confeſſionibus lib. 3. cap. 3. apertè confitetur; quam Ambroſius qui proficiſcens ad Mediolanum ſimultatibus commotum compeſcendum, à Probo eum mittente, diuinantéque accepit; *Vade, age non vt Iudex, ſed vt Epiſcopus.* Et Chryſoſtomus, qui in declamandis forenſibus negotijs obtinuit

Eccleſ. 3. 7.

Auguſtin.

& Ambroſ.

Chryſoſt.

Naziãzen.

obtiouit nomen aureum; nec non Nazianzenus, qui oratoriè munus idem exercuit magno plausu; vnde postea per Orationes composuit illa opera, quibus nomen est Theologi adeptus inter omnes; atque tandem Franciscaui instituti & sodalitij S.

Capistran. Marchian. & Busto magni viri Theologi ex Iuristis.

Ioannes de Capristano, & S. Iacobus Marchianus, ac Busto venerabilis, in iure vtróque longè versatus & peritus; qui de Legibus ad legem Diuinã transmutati, vtrobiq; ingenij claram memoriam reliquere. Quibus similis Bernardus in saltubus edoctus; vnde saliit supra montes aromatom cælestium. Quare nihil demirandum, sed tritum & consuetum ex Legulea facultate prçfatos saltus edi; cui Conimbricæ sub duorum vniuersitatis oculorum incubui magisterio; ambo Regij Senatores; ambo celebres Doctores ex domo D. Pauli. Serpenses, & Serpensis necessarij colendissimi; qui nominibus Antonij Laurentij voce propria imponens sibi primus æternàs Iust. lauros, ei debitas ob multa scientiæ & conscientiæ egregia testimonia; & Antonius de Aureu Coëlho secundus, nil secundus, sed planè vir æqualis, & ambo in disciplina prædicta singolares, à nostris deplorati & anxiè desiderati in multos annos erunt. At sonat iu sequentibus Poëta Iurisprudens.

D. Anton. Laurẽtius, & Anton. de Aureu Coëtho Serpentes commendati.

70. *Fessus vt incubuit baculo, saxóque resedit*
Pastor arundineo carmine mulcet oues.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancilla, decipitúrque labor.

Hîc denuò mea fit excusabilis rusticitas; cum & rustici pastores, & vilissima mancipia pro leuamine labotis intonent suos numeros, sine numero plerúmque concordi modulatos. Præsertim quando Plinio ingenio nobilissimo ita munus scribendi pergraue visum est, vt dicat in procæ. *Res ardua, vetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lumen, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, & naturæ suæ omnia.* Vnde semper Apelles non *Fecit*, sed *Faciebat*, quasi semper imperfectam reperiens artis viam, in operibus à se factis, eodem viro teste, apponere solebat. Quod Hieronymus ad Desiderium nil minus sensit, dicens; *Periculosum opus certè & obtrectatorum latratibus patens, noua pro veteribus cudere, ita ingenium, quasi vina probantes.* Hincque dicitur de Homero scriptorum primo & optimo, aliquando dormitasse; & de auibus quibus est in altum semper tendere, volaréque innatum, non posse modo vllo volare in puro aëre; ita vt si in supremam aëriam regionem, vbi neutiquam vaporum terrestrium datur mixtio, hæ forent transportatæ, non equidem volarent, sed caderent, vt pecudes, collapsu miserabili: nihil etenim tam volans in vita sublunari, quod in omni puritate tam animi quam mentis, tam intellectus, quam affectus volare prorsus queat, Augustini iuxta mentem lib. 1. cap. 15. de Gen. cõtra Manichæos; quod assumpsit & Vallesius in fine primi cap. de Sacra Philosophia. Quare ipse tom. 6. lib. vnico ad

Plinius.

Scribendi quale munus, seu potius quale onus.

S. Hieron.

Aliqoando bonus dormitat Homerus; & dormiunt quiqui docti.

In aëre purissimo nõ volant, & cur aues.

S. August.

Vallesius.

A Orosium io cap. supremo ignorare se permulta, & plura se nescire, quam scire profitetor. Quò magis qui non ales, sed claudus esse noscitur; & in opere tam longo, cui (vt fertur in prouerbio) obrepit sæpe somnus; cuique ex meo calamo pernoto paruitate, & ex sui grauitate illud quadrat quod Hieronymus Heliodoro transmittebat; *Grandes materias ingenia parua non capiunt, & in ipso conatu vltra vires ausa succumbunt; quantóque maius fuerit quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rei verbis non potest explicare.* Hinc in multa commissa, erratáque impegi, quæ opus relegendo clarissimè dignoui, nec tamen hac de causa præ temporis angustia, & aliis prçter banc, ad libitum limaui, quẽ-

Augustini quæ humilitas in sciendi facultate.

S. Hieron.

B admodum de se, quantumuis tam exculto, deplorat ipse Vates, de Ponto lib. 1. Eleg. 6.

Cum relego, scripsisse pudet, nam plurima cerno
Me quoque qui feci iudice digna lini.
Nec tamen emendo, labor hic quã scribere maior,
Mensque pati durum, sustinet ægra nihil.

Scripta perpolire, quis labor scriptoribus.

Certè Aluarez in procæmio Grammaticæ Institutioois scholiis illustratæ Grammaticos inter omnes extollit Priscianom; non de sermone, quem incomptum, incultum, & inuenostum hauddubie confitetur, sed de hominis eruditione, tam multa, quam & varia; cuius ideo luculentam, præclarámque doctrinam vocare non veretur. Quod quidem me solatur; nam sermonis imperitiam quam inueneris cum Prisciano, & cum Apostolo ad Corint. 2. cap. 11.

P. Emmanuel Aluarez.

Priscianus in Grammaticæ scientia commendabilis.

C forsan multa cum doctrina præclara & luculenta, saltem in eo quod incipiat à lucis creatione reperies copulatã. Vlterius quod & aliud scribentibus & legentibus res sacras est solamen non modice æstimandũ; videlicer, has neutiquã optare multis flosculis, sed fructu suæ ipsius simplicitatis & veritatis dumtaxat adoroari, provt celebri figura testantur Dei eloquia; cum Dauid veste linea, tam candida, quam simplici & pretij sine pretio, communis & exigui, saltauit coram area, & manna cibi nostri vmbram egregiam continente. Accidit etenim quod Michol, tam pulchra, quam & compta pro festo solemnissimo, hoc videns per fenestram, qua erat vt videret, ac etiam vt videretur, Poëta nostro iudice, qui ait

2. Cor. 11. 6.

Simplicitas in scripturis Diuinis pertractandis & scribendis quã laudabilis.

2. Reg 6.14

Num. 16.

D de similibus ad festa concurreutibus;

Spectaculũ veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ.

— Despexit eum in corde suo; nec contenta despicientia iniusta in virũ Regiũ, ei prædictã simplicitatẽ huiusmodi exprobrauit; *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.* Cui tamẽ Princeps optimus nil minus ingeniosus, quam valde generosus, abundans vero sensu, & pollens mente alia in cultum summi Domini, respondit in hunc modum; *Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius; & vilior fiam plusquam factus sũ, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Gloriosior

Ouidius.

Num. 20.

Num. 21.

nanq; eſt humilitas prædicta reſpectu Dei A
obſequij, & laudum Diuinarum, quas om-
N. 5. nes coram arca *in lignu fabrefactu, & cithar-
ris & lyris & tympanis & ſiſtris*; ſubindéque
& linguis hilariter tum temporis & fauſte
perſonabant, quam ſublimitas verborum,
quam comptam, vt illa erat, è feneſtra velut
flores & aquæ ſuaueolentis irrorationem
iucundiſſimā in arcam Dei proijcere hanc
N. 23. fœminā non dubites. Et patet ex effectu,
approbationéque Diuina; nam Michol tā
venuſta, venuſtáque proclamans, ſterili-
tate plexa eſt; & liberis ea propter orbata
& deſtituta; Dauid autem generatione tam
optima ditatus, vt Deum figuratum in arca
generauerit, ac dicitur multoties in Pſalm.
88. & æquè elegantiſſimè in Pſal. 131. qui
alludens, prout puto, ad arcæ dictum iu- B
bilum, in iſtum modum loquitur; *Surge Do-
mine in requiem tuam; tu & arca ſanctificatio-
Pſal. 131. 8. nis tua*. Poſt paucáque coniungit; *Iurauit
Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur
eum: De fructu ventris tui ponam ſupra ſedem
N. 11. tuam*. Ne autem putaretur Salomonem Fi-
lium eſſe promiſſum ſub his verbis, ſic ait
in extremis, *Illuc producam cornu Dauid*; id
eſt, eius deſcendentiam, quæ egreditur ab
N. 18. & 19. homine; vt cornu ab animante: *Paraui lu-
cernam Chriſto meo*; hoc eſt, ad Chriſtum vſ-
que lucebit lux illius; de quo concludit, di-
cens; *Inimicos eius induam confuſione; ſuper
ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea*.

Porrò omnes Chriſtiani ſaltamus Chri-
ſti arcæ, humanitatique ipſius continenti
maona dulce diuinitatis indicibilis ſolem- C
nem diem agimus; alij quidem totis viri-
bus, quæ vires ex ſe pariunt; alij autem
totis floribus verborum, quæ vt flores mar-
ceſcunt, & vt verba per aëra diuolitant &
diffluont ſono vocis; alij fructibus, qui vt
fructus exſatiant comedentes; alij foliis,
quæ vt folia mouentur quouis vento, &
foouum tantùm dulcem ac vmbram ſecum
faciunt; alij ſimplici veſtitu qui operit &
placet humanis ac Dei oculis; alij gemmis,
oſtro, ſerico, argento, & auro tecti, quæ
irritant & prouocant ad multa mala in Deū
ac homines iactanda. Sed puto quod prio-
res vt conſtat ex prædictis, fœcūdiores ſint
ſuapte, poſteriores verò ſæpe infœcūditate
caſtigatl. Ita vt Chriſtū ex iſtis primi con-
tingant ſuo fructu, ad illúmque perducant D
generatione ſuæ mentis ſimpliciter produ-
cta, veracitérque edita; ſecundi verò ab illo
abducant, & reſtringant; ſi forte non re-
moueant productione tam affectata, vt ve-
luti ementita & ſimulata videatur. Niſi ali-
ter dicamus, vt vtróſque, laborantes in vi-
nea Dei præconio decenti comprehenda-
mus, hæc omnia in Tabernaculo offendi
Viliora in domo Dei qua via vtiliora. Dei arcano; ſed viliora illi fuiſſe vtiliora
& meliora, vt in prologo Galeato ſcribit
S. Hieron. ſic Hieronymus: *In Templo Dei offert vnuſ-
quiſque quod poteſt; alij aurum, argentum, &
lapides pretioſos; alij byſſum & purpuram &
coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcum bene
agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos.
Et tamen Apoſtolus contemptibiliora noſtra ma-
gis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa Taber-
naculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies Ec-
cleſiæ præſentis futuraque diſtinctio, pellibus te-
gitur & ciliciis; ardorémque ſolis & iniuriam
imbrium ea quæ viliora ſunt, prohibent*: Quare
liceat vnicuique ad libitum ſaltare, ſed li-
beat ſicut magis ſaltare rectos decet; & ſi-
cut ſcimus olim ſaltaſſe Sanctos viros. Nā
Sancti Teſtamenti vtriúſque collectores,
& primi expoſitores cū tamen eſſent mon-
tes virtutum & rerum omniom, ſaltarunt
velut agni, ac ait Rex Propheta; *Montes exul- Pſal. 113. 4.
tauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium*,
videlicet, ſimpliciter, & motu naturali, om- Simplicitas fœcunda in Sacris ſcripturis, & curioſitas ſterilis.
ni geſtu, & perſonatu, ac fuco nihil habito;
quibus ſaltibus ſimplicibus miraoda perfe-
cerunt, ac etiā pepererunt: quid verò plus
B mirabile quam viri tam permagni tam hu-
militer ſaltare? At hodie peccatores, cum
agni ſint exigui in grege ſui Domini, vt
montes magni ſaltant, placendi deſiderio;
quo grauidi parturiunt, & naſcitur mus
vilis, vt fertur in adagio.

Nullibi autem ſic Dei arcæ nos feſtum
celebramus, quam ſane in pane noſtro, quē
arca figurabat, & intra eandem arcam iam
inde à priſco initio illius ſeruabatur. Ca-
ueamos tamen caſum, qui contigit cū Da-
uid prędictos ſaltus egit. Nam arca propter
boues animantes valde ſimplices recalci- 2. Reg. 6. 6.
trantes declinante, à plauſtróque cadente,
ſeu lapſum minitante, vnos homo qui ma-
num ei præbuit bona mente, & arcā ipſam
tenuit, indignatione ſuper temeritate per-
C cuſſus eſt à Deo, & locus ille Ozę (hoc enim Quātopere Deus manu humana nō indigeat.
nomen viro) percuſſio nuncupatus. Vnde
conſtat audaciſſimum fuiſſe factum Ozæ;
præſertim verſus illos, per eum figuratos,
qui arca propter ſimplices labente portito-
res, & inconcinne ruente, ingenij ſui pro-
prij ei manom infirmam adhibent. Non
etenim Dei arca miraculis ſplendida, quan-
tumlibet incompoſitè curioſis ipſa viris de-
clinans & egena auxilij videatur, auxilio
manus noſtræ quocúnqoe modo indiget,
qood ſanè Deo iniurium, ſuperbum, & te-
merarium dignoſcitur, & morte prædicta
confirmatur. Sed iam finem cum Ouidio
ponamus noſtro cantui, quem ob curas re-
mouendas, laboréſque leuandos, vt ſupra
dictum manet, ſuſcepi decantandum.

D *Fertur & abducta Briſeide triſtis Achilles
Hæmonia curas attenuaſſe lyra.
Cum traheret Syluas Orpheus, & dura canēdo
Saxa, bis amiſſa coniuge mæſtus erat.
Me quoque Muſa leuat Ponti loca iuſſa petentē,
Sola comes noſtræ perſtitit illa fugæ
Sola nec inſidias inter, nec militis enſem,
Nec mare, nec ventos, barbariémque timet.*

Quæ verba mihi in patria, & foris variis
rerum ſucceſſibus degenti; & tam mari,
terráque, quam belli, domiue, hoc tempore
negotiis multimodis turbatæ, iam barba-
rie, iam politica ſæuitia fluctuanti, omnes
tamen viciſſitudines, ſtudij Sacri ergo, coi
iogiter adhæreo, æquanimiter ferenti, &
gaudio toleranti, mirifice conueniunt.
E quibus tamen ſaxea ſolummodo hîc per-
pendens,

pendens, non quidem vt fundamentum in fine collocabo, sed potius vt fastigiũ; quod in domibus perillustribus lapidibus contegitur. Talis nanque certe est, nempe domus illustrissima, in materia quam pertractat, hæc nostra Chronologia; quæ fundata super petram, in petram terminatur, seu fundata super Christũ à quo initiatur, in Christum quem tantũmodo respectat, consummatur; nec malè, cum & Christus principium sit ac finis, & Alpha Omegáque Catholicis alũnis in libro Apocalypseos. Saxa etenim per Poëtam hîc Musicæ ligantur; quod de me in Parisina ciuitate cõmorante (cui affectus non communiter & debitor existo) non possum non exponere; cum in ea mille Orphei Religiosorum eruditorum mihi cytharas Bibliothecarum suarum pretiosas lætanter mutuarint; inter quos primarij sunt R.R. valde P.P. Pater Ioannes *de la Haye* post pauca referendus; & P. Carolus Rapinæus post Ministeriũ Prouinciale Recollectorum Guardianus, qui sua, in me præsertim, flagrante charitate, mihi vsum quotidianũ librorũ quibus eios scatet sanè domus, facilè & vltrò commodabat. Quod hodie multo amplius coarctor diuulgare, omnésque huius conuentus Religiosos redamare, & laudibus ornare; cum ex illo præsens opus confectum domo alia, non paucies memoranda, in lucem iam mittatur, in quo maiori gratitudine sequentibus sum debitor; nempe P. Ignatio *le Gault* Prouinciali vice tertia; Patríque Exprouinciali Vincentio *de Moret*; nec non P. Guardianatus officio nonc præfecto Philippo *Cordier*, qui Prouinciæ Magdalenæ Prooincialis prius fuerat atque P. post honores Religionis iã perfunctos Bibliothecario domus huius, Isidoro *Drouet*. Primo quidèm quia longe à ciuitate Parisina me in suum sodalitium charitate vere magna permisit & admisit; duobus vero medijs quia humanitate satis ampla & per tempus satis longum charitate & patientia sustinuerunt inter se; quarto autem quia vrbanitate & amicitia satis intima ad notitiam me librorum multorum manuduxit, & auidum rei huius expleuit meum animom, ac plurimum coadiuuit. Atque P.P. Minimorum benignitas & charitas eisdemmet innata, qua omnem Bibliothecæ, quam habeot valde diuitem, externo mihi homini præstabant alimoniam.

Principium & finis Christus vt operis istius.

Apoc. 1. 8.

Parisium commendatum.

Religiosi Recollecti & Minimi Parisini per transitum laudati.

Vlterius, quod & saxa istius Ciuitatis Theologiæ mel & oleum spirant ac diffundunt; iam Magistrum in S. Marcello sepultum contuentibus; iam Halensem, atque Lyrauum in cõuẽtu P. Nostri maiori tumulatos quotidie conspectantibus; iam Hugonem de S. Victore; & Richardum de S. Victore; ac Petrum Comestorem; & Reginaldum in S. Victore humatos contemplantibus. Vltra multos, qui vbique, & præsertim in S. Victore post mortem viuunt adhuc, & spiraculum sapientiæ ex frigidis marmoribus infundunt aduentantibus. Quare ego inter mella Sanctissimæ Eucharistiæ ex collibus ingeniorum assidue distillata, meam modicam dulcedinem deserere non valui; quia vere non tam mea quam tota ipsius Domini latentis sub hoc Sacro, & à seruis tot ac tantis illiusmet ditata, adiuta, opitulata. Cui, & quibus grates sint; Deo ipsi soli gloria; mihi vero temporalis homiliatio semper magna; Vale, & Deum deprecare pro peccatorum maximo.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO PRIMA;

QVÆ ETIAM PRIMA EST DE CREATIONE MVNDI, IN FIGVRA LVCIS.

Super Gen. verba cap. 1. n. 3. *Fiat lux, & facta est lux.* Et Ioan. cap. 6. n. 55. *Caro mea vere est cibus; & sanguis meus vere est potus,* Quæ numero centesimo concordia elucidantur.

De catena, qua cohæret vtrumque Testamentum; vbi multa & mirabilia huius operis arcana incipit auctor explicare per istud verbum Mira. *Hoc primum fundamentum; & simul*

PRIMVS NVMERVS.

Testamenti quàm admirabilis vtriúsque consonantia.



IRA noui Testamenti cum vetere est coniunctio, mirabilis adunio, admirabilis connexio; mirifica harmonia, admirāda proculdubio, ac etiā cunctis numeris, vt dicunt, absoluta; suauísque nil minus concordia & consonantia, quæ ex mutua collisione vtriusque repercussa resultat animabus, & auribus infertur. Fuit hæc in totis illis Ezechielis adumbrata, quarum altera in medio alterius consistebat, sicut nostrum Testamentum in veteris est medio, eius quidèm figuris pulcherrime vallatum, & prorsus circunseptum. Ita S. Gregor. hom. 6. in Ezech. D. Tho. t. 2. q. 107. ar. 3. vbi arborem contentam in semine legis veteris, appellat Euangelium; & Augustinus lib. 16. cap. 16. de Ciuit. Dei; noui planè testamenti occultationem vocans vetus, vt veteris æqualiter occultationem vocat nouum; quæ potius reuelationes quam occultationes sunt dicendæ; cum ex magna & consentanea vtriúsque concordantia inuolucra reuelentur, ac penitus soluantur.

Ezech. 1. 16.

S. Gregor.
D. Thom.

Testamenta vt se ad inuicē occultent, atque explicent.

2. Ab initio sacræ Paginæ hoc incipit clarere, ab eiúsque principio dilucidè probari. His verbis nanque prodit antiquum testamentum; *In principio creauit Deus cælum*

Gen. 1. 3.

A *& terram.* Nouum autem ferè ipsis; *In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum* Nec ipsis ferè tantùm, sed ipsis prorsus verè; si notemus hoc principium, quo Cælum terrámque Omnipotens creauit, Diuinum Verbum esse, per qood ille in subsequentibus produxit vniuersa; *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Sic verba ista coniungit S. Martyr Iren[illegible]s; lib. 3. cap. 11. Ambrosius lib. 5. de Fide cap. 3. Hieronym. in Isai. cap. 11. & 44. & alij multi PP. Quod quidèm Verbum Dei Principium vocitatur, quia per illud, vt per principium æternaliter productum, Deus cunctas res produxit, creauit, ordinauit; *Per quem fecit & sæcula*; Hincque Hilarius sanctus vertit; B *In Principio*; id est, *In Filio*; sicut etiam transtulerunt Hieronymus & Tertull. in prothemat. Leandri; & Origenes, *In Sapientia.* Quæ omnia tantùm vnū; cùm Principium, Verbum, Filius, & increata Sapientia, nominibus non personis diuisionem suam habeant, quapropter de secunda persona Trinitatis hæc omnia enuntiantur. Reserabitur hoc infra in loco consentaneo.

Ioan. 1. 1.

Principium Dei vt Filius.

S. Irenæus.
Ambrosius.
Hieronym.

Hebræ. 1. 2.

Hilarius.

Hieronym.
Tertullian.
Origenes.

3. Quoniam verò sumus adhuc in ipsomet principio, vt principium faustum sit, non possum non eiusdem Diuinissimi Principij, egregium quid annectere; quod cum nostro perquam dulci & seraphico Magistro suppeditauit mihi P. F. Ioannes *de la H[illegible]ve*,

Scriptor

Scriptor Parisinus, Christianissimi Monarchæ Ecclesiastes ordinarius; nec non etiam vitæ Arboris, & voluminum aliorum disertus concinnator, ac familiæ Franciscanæ excultor non mediocris; & tandem mei pauperculi prædicandum satis bonum, tum ex sua Religiosa familiaritate non negata, tum ex libris cunctis suis facillime concessis, & mihi mutuatis; homini vt prius ei ignoto, immerito, & externo beneficium non tacendum. Qui sanè in frontispicio, & arboris radice, quæ à Gen. principiu principium quoque sumit, non inconcinnè Scripturam ab hoc nomine *Principium* principium habere ait; *sed vt nobis significetur, quòd à Christo Do. qui est Principium omnium rerum conditarum, principium dicendi & scribendi ab omnibus sumendũ.* Quod ille verbis istis prædicti Sancti ornat: *Ab illo incipiendum est, à quo duo maximi inceperunt; Moyses Diuinæ sapientiæ inchoator; Ioannes diuinæ sapientiæ terminator. Moyses dixit, In principio creauit, id est, in Filio; Ioannes intonuit; In principio erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt. Si ergo ad notitiam Creatoris peruenire non potest, nisi per id quod factum est, necesse est, vt Verbum præcedat ic.* Hæc illi; quibus cum ipsum Verbum in semper Virgine Maria pro hominibus mortalem factum hominem & factorum vniuersorum Principium felicissimum, humiliter exoro, vt in opere præsenti principium finisque propitium mihi adsit, quò illum pro principio & fine meo sumptum, in cuius solum laudem laborem totum istum libenter ego refero, in ipso meum Ducem, Patronum, & lucem habeam, donec eiusmet præconiis ad Ecclesiæ militantis decachordum decantatis, ad has iterum recanendas, Romam verè triumphantem benignè me indignum perducere dignetur. sed quia propter viam à via declinauimus, ad illam nunc directiùs & fortiùs redeamus.

P. Ioannes de la Haye pes lauda- tum laudatus.

A verbo cur *Principium* incipiat scriptura.

S Bonauentura.

Principium & finem Christum implorat pro se auctor.

4. Atenimuero non solummodo in aditu & ingressu vniuersalis creaturæ, sed simul in progressu, egressuque, ac fine, vt arcæ Testamenti antiqui Cherubim, hinc inde versis vultibus, se mutuò semper duo respiciunt testamenta; Christum verum Propitiatorium, qui manet ibi medius, obtutibus charitate, & humilitate promicantibus perpetuo iaculantia: nihil etenim respiciunt, diuulgant, & proclamãt hoc mystico respectu, nisi tantum Iesum Christum, & istum Crucifixum. In ingressu ita profectò res præsens sese habet; quia vetus à Creatione iucundæ & claræ lucis initium suum capit; nouum verò initiatur à luce creatrice omnium luminũ, atque luce vitali perfruentiũ viuificante verè luce, de qua Ioannes ait; *In ipso vita erat; & vita erat lux hominum; & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt* In progressu nihil minus; quia vetus rerum omnium creationem singularem minutim dimetitur; nouum autem quam breuissime vniuersarum creaturarum Conditionem sic complectitur; *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*

Testamenta vt Cherubim antiqui se respiciunt.

Exo. 25. 20.

Ioan. 1. 4

Ioan. 1. 3.

A *quod factum est* In fineque postremò; quia in fine Creationis in veteris testamẽti principio recensita, Deus hominem creauit, quo creato velut fine operibus imposito, lætanter requieuit: sed melius requieuit in fine sæculorum, & in noui testamenti principio celeberrimo, quo homine meliore generato miro modo, & Deo in Filio suo pro nobis carne facto; in hominibus sic à Deo electis & dilectis Deus ipse tunc omninò, & placidè quieuit, dum in nobis vt in domo habitauit sua propria, quæ quietis concupitæ est locus singularis, sicut verbis non obscuris insinuatur in sequentibus; *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius gloriam quasi Vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.*

Ioan. 1. 14

B 5. Quod equidẽ reuoluẽs Seraphicus scriptor in proœm. Breuiloquij, ætates mundi septem statim numerandas agnóscit cum communi; & eas in prioribus diebus mundi septem, vniuersam quibus Deus absoluit rerum machinam, depictas clarè pandit. Quæ simul in Ioanne, breuiori semper calamo, stilóque vtente descriptæ inuenientur, si ipsum incipientem à luce meliore, & in hominem digniorem, paucis verbis interjectis, desinentem intueamur; quod ad paginę vtriúsque conducit consonantiã. Sed iam nostri Bonauenturę conceptui mẽtis aures attentas præbeamus, qui solita dulcedine lectorem demulcebit, & pariter intentum assumptũ constabiliet; *Septem* (inquit) *sunt ætates, per quas optime decurrit vni-*

S. Bonau.

C *uersum tempus, & consummatur in fine sextæ; vt sic mundi decursus respondeat mundi exordio; & maioris mundi decursus correspondeat decursui minoris mundi; nimirum, hominis; propter quem etiam factus est mundus. Nam prima mundi ætas, in qua mundi formatio, dæmonum casus, & Angelorum confirmatio rectè respondet prima dies, in qua facta est lux, & diuisa à tenebris. Secunda, in qua per arcam & diluuium saluati sunt boni, & deleti mali, respondet secunda dies, in qua per firmamentum facta est distinctio aquarum ab aquis. Tertia, in qua vocatus est Abraham, & inchoata synagoga, quæ sanctificare & generare debebat prolem ad Dei cultum, correspondet dies tertia, in qua apparuit terra, & protulit herbam virentem. Quarta, in qua viguit Regnum & Sacerdotium, quia Rex Dauid ampliauit cul-*

Ætates mundi septẽ in diebus primis septem & in hominis ætatis vicissitudine septena descriptę quam optimè.

D *tum Diuinum, correspondet quarta dies, in qua facta est formatio luminarium, & stellarũ. Quinta, in qua transmigrantes inter populos versati sunt, & tribulati, correspondet dies quintæ, in qua facta est formatio piscium ex aquis. Sexta ætas, in qua natus est Christus, in effigie hominis, qui est verè imago Dei, correspondet sexta dies, in qua formatus est homo primus, ad imaginẽ ipsius Dei. Septima, in qua erit quies animarum, non habens finem, correspondet septima dies, in qua requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Vocatur autẽ prima ætas,* Infantia; *quia sicut infantia obliuione deletur, sic prima illa ætas per diluuium est consumpta. Secunda,* Pueritia; *sicut enim in pueritia loqui incipimus, sic in secũda ætate facta est distinctio linguarum. Tertia dicitur* Adolescentia; *quia sicut vis generatiua tunc incipit in*

actum suum exire, sic tunc vocatus est Abraham, & data est ei circuncisio, & facta est ei promissio de semine. Quarta dicitur Iuuentus; *quia sicut in iuuentute floret hominis ætas, sic in quarta ætate sub Regibus floruit synagoga. Quinta dicitur* Senectus; *quia sicut in senectute vires minuuntur & decedit pulchritudo, sic in transmigratione factum est de Iudæorum Sacerdotio. Sexta ætas dicitur* Senium; *quia sicut illa est, quæ copulatur cum morte, habens tamen magnam lucem sapientiæ, sic sexta ætas mundi terminatur cum die iudicij. & in ea viget sapientia per doctrinā Christi,* Hucúsq; dictus Sanctus; qui in quarta mūdi ætate sacerdotium Solem esse clarissimè supponit; regna vero sæcularia, vel Lunam, vel stellas, quæ à Sole sacerdotali fulgorem mutuantur, nec malè: nam sic dicitur in cap. *Solitæ*; de *maioritate & obedientia*; In quinta vero annuit labores, vt est verum, per aquas subintelligi; sic nanq; sæpe dicitur in phrasi scripturarum; & specialiter à Dauide in Psal. 68. & in Psal. 143. De qua ipsa allusione ætatum ad dies septem, Augustinus lib. 1. cap. 13. de Gen. contr. Manich. in Hexamer. que Beda; & Venetus in Harmonia Cant. 1. tono. 8. cap. 9. quibus locis hoc ipsum hi viri tonant.

[Margin: Sacerdotiū Sol extitit; Luna verò, vel stellæ, quæcúnque mundi regna. — Psal 68 16. Psal 143 7. Augustin. — Beda. Venetus.]

De veteris testamenti ad nouum famulatu; Quomodo illud propter hoc, & istius indicandam ac contestandam veritatem scriptum tantum fuerit. Et quomodo pariliter priores septem dies iam ab initio fundamenta Ecclesiæ designarint.

[Margin: S. Bonau.]

6. ALtius quiddam subodorans sic ait idem Doctor. p. 2. cap. 2. præfati Breuiloquij; *Voluit Deus successiuè per dies mundum creare, vt sicut in prima mundi Conditione fieri debebant seminaria operum fiendorum, sic fierent & præfigurationes operum futurorum.* Quæ tempora de futuro Redemptionis nostræ tempore oportet explanari; sicut cap. 5. de sacra loquens pagina, expressit per hæc verba; *Rursus, quia ipsa est scientia salutaris, ideo non determinat de opere Conditionis nisi propter opus reparationis.* Vnde claret, quidquid factum in creationis fuit opere, vel in veteris testamenti descriptione à S. Moyse descriptum & enarratum, non nisi propter fidem & noui testimonium, atque propter recreationem lucidius explicandam, scriptum, & factum esse. Quo est, vt illi septé, primigenique dies, non adeo fuerint semina fiendorum planè operum, in sæculi opificio, quam præfigurationes futurorum in Christi Sacrificio; in mundóque sub finem per Crucē redimendo, perficiendo, & consummando. Nam veritas tantummodò suapte figuratur; figuræ vero alia figura vix conceditur; quare quantùm vera res figuram supergreditur, tantùm primi septem dies plus significant Redemptionis, quam ipsius Conditionis vniuersalis actionem.

[Margin: Septē primi mundi dies Ecclesiam designantes.]

A Hûc respicit Psalmographus historiæ Moysis cantor, vt iure perquam magno à Veneto vocatur; in Psal. 39. quo sub nomine Redemptoris de illo nobis fatur: *In capite libri scriptum est de me.* Sed in cuius libri capite? An ne forsitan in vno scripturæ solo capite de Christo mens habetur? aut quomodo de vno tantùm capitulo mentionem hîc facit Rex Propheta? Non in vnico profecto, vel capite vel libro Diuini textus ratio de Christo reperitur; sed ideo tantum vnum hoc caput memoratur, quia in nullo singulari scripturæ sacræ libro, sed in eius vniuersali & latissimo decursu, qui vnus liber est, Dei Filius continetur; Hieronymo testante, Isaiæ 29. & Augustino lib. 83. qq. q. 64. ad med. Quamuis minimè negari à quouis benè possit, de Christo multò melius scribi à manu Moysis in Genesis principio, & primo, ac principali historiæ illius capite; de se enim dixit Christus; *De me scripsit Moyses:* quasi nihil præter ipsum scriptis tradidisset; & sanè ita verissimum, indubitabiléque est; omnia quippe quæ ab ipso posteritati sunt mandata, ad vnū tantum Christum, vt ad vnicum eius mentis scopum collimata habentur, & quamineritò, à viris orthodoxis. Quapropter caput libri, Geneseos caput est; de quo capite, atque libro intelligitur hæc vox; *In capite libri scriptum est de me.* Cui Aquilæ non parū traductio suffragatur, qui pro verbo, *In principio*; de quo n. 2. versiones plures dedi, transcribit; *In capitulo*; quia in Genesis & Ioannis capitulo priori Creator Christus dicitur; vt ait R. P. Leander à S. Martino in prothemate super Glos. Nec minus istis fauet in Harmonia sua Venetus Cant. 2. tono. 6. in primo dicens cap. *Christus secundum multos notitiores Theologos est vnicum subiectum totius Theologiæ, circa quem tota nostra versatur disciplina; cum omnes articuli Fidei ad ipsum Christum referri videantur. In primo enim dicitur; Credo in Deum Patrem, qui sine Filio esse non potest.* Quod sequentibus in articulis æqualiter intelligit vsque ad vndecimum, qui habet, *Carnis resurrectionem*; hæc enim sine Christo. *Primitiæ dormientium*; vt dicitur à Paulo, nequaquam nobis dabitur; & vsque ad duodecimum, vita æterna coronatum; nam ista à Christo oritur, ab illáque donatur; *Ego vitam æternam do eis* Hincque optimè Saluator vocatur ab Apostolo *Author Fidei, & consummator.* ac si diceret, principium & finis credendorum. Hæc Veneti tectissima nostratis meditatio, de quibus multa passim, apud quæque recentiorum virorum prologomena: nos quoque fusè alibi.

[Margin: Concenit Moysis David. Psal. 39. 9. — De solo tātum Christo scribit scriptura, præsertim in libri capite, & quale sit hoc caput. — Hieronym. Augustin. — B — Ioan. 5 46. — Aquila. — C — Leander à S. Martino. Venetus. — Christus vnicū subiectum, & scopus singularis totius Theologiæ. — D — 1. Cor. 15. 20 Ioan. 10. 28. Hebr. 12. 2.]

At vero pendas quæso, tam principium quam & finem in lib. Apoc. se Christum nominasse, quod principio finéque Græcanici alphabeti ibidem declarauit; *Ego sum α & ω, principium, & finis.* Adduxit nanque ille extremarum literarum exemplum perquam notum, quia nulla in scriptura à prima vsque ad supremam reperietur prorsus litera, quæ Christum, saltem in rerum substantia

[Margin: Apoc. 1. 8. 21 6. 22. 13. — Extremis cur se literis Redemptor comparauerit.]

substantia non redoleat. Inducor ex Durãdo, Feria 5. in Cœn. Do. quærente qua de causa in Thren. Ier. Christi Passio sit descripta per notulas & literas Hebraïcæ nationis: cui dubio à se proposito respondet consummatè; *Vt per hoc denotetur cæcitas & duritia Iudæorum, qui res tanquam alphabetum notissimas, videlicet Passionem Filij Dei intelligere & credere nolunt, dicente Propheta; Milui in cœlo, turtur, & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui, Israël autem me non cognouit.*

Durandus.

Per literas Alphabeti cur Threni sint scripti. Ierem. 8. 7.

Qua de re, vt sit Ecclesiæ principium & finis Christus, Vallesius videatur in cap. postremo suæ sacræ Philosophiæ; & Osorius Lusitanus elegantia consueta post medium lib. 2. de nobilitate Christiana. Iuuat, quod in Religiosorum aliquorũ choris ego Parisiis adnotaui. Imago nempe Moysis, cornuta, provt fit, ex ære fabrefacta; quæ tabulas ahenas vtráque manu sua appositis inferius non adeo sustentabat, quam à chori summitate, quæ crepidinem maioris altaris attingebat, respiciens versus populum, illi tabulas donabat, præbebat, exhibebat; & Iudæos qui in hac ipsa præ sui magnitudine, non deerunt ciuitate, ad adorationem sui modo prædicto prouocabat. Obstupui, vt verum fatear, & tepidi mei zeli steterunt comæ omnes, non parum Religiosorum istorum in re prædicta incuriã demiratus, qui in Ecclesiis Christianis ineoncinna indecẽtia simulacrum Sancti Moysis ad populum proponunt; quod ego sustineri nullatenus existimo, nisi quãdo eius imago per modum additionis, contingit, vt in gloria Thaboris, copulari; donec eiusdẽ effigiei officio pẽsitato placatior factus sum, dũ in tabulis prominentia inferiora vidi labia, super quæ Euangeliorũ, vt ad Missam cantarentur aduerti librum poni: quo pacto benè Moysi insedit Euangelium, & Christus supra legem Mosaycam locum habet; dum Moyses infra Christum & eius basis est; at Moyses seu Iudæi per orbẽ dissipati libros, sanè suis humeris perpetuò nobis vehunt, quibus equidèm Christicolæ egregiè erudiantur, ipsi vero sicut famuli scholarium prægrauentur, & clarius confundantur; provt ait eleganter Augustinus tom. 6. orat. 18. aduersus gentem hanc; & lib. 13. cap. 10. contra Faustum Manichæum.

Valesius.

Osorius.

B

Imago quædam Moysis taxata, & explicata.

C

Iudæi vt nobis sint, labore ipsorum magno, librorum portitores.

S. August.

De alia sublimiore & propiore explicatione ipsorummet dierum; non quidem tam Ecclesiam, quam Ecclesiæ Sacramenta iam amplius designantium. Cuius via ad Eucharistiam directius properamus, inoffensóque itinere ad eam conuolamus.

7. EX re proxime præterita hæc præsens euitescit; videlicet, quòd sæculi priores septem dies nil prius quam Ecclesiæ

A

septena quoque, & lucida signarunt Sacramenta. Nam cum ista septem sint Ecclesiæ sustentacula, ac firmæ quibus illa innititur columnæ, ita vt planè sine illis continuò laberetur, neque aliud esse posset, quam Ecclesia desolata, ex ruinis tantum suis vbique memorata; hinc accidit, vt primum figuratum in illa fuerit, quod in ipsamet Ecclesia, ob quam factus fuit mũdus, est longe principalius. Nec deest mihi auctor ad huiusmodi profatum perspicuè roburandum; vir quidèm si non celebris ex sui antiquitate, valde saltem celebratus ex grauitate sui operis, & arrisibilitate penes omnes, qua infra paucos annos, supra tredecim euulgata illius vidi opera; doctus scilicet Viualdus; qui in aureo candelabru 1. p. de Euchar. n. 2. sic pro nobis; *Dominus orbem septenarium dierum ex nihilo condens, mundum in sui finem iam labentem, septem Sacramentis restaurandum, hominémque redimendum significauit.* Quod ex alio celebriori Hispano munit Soto. lib. 4. sent. d. 1. q. 6. ar. 1. quo ille eandem partem amplexus prius fuerat.

Priores septem dies, Ecclesiæ septem optimè Sacramẽta præsignantes.

Viualdus.

Soto.

Rursum magis è vicino Eucharistiam meditantes, & ad eam appropinquantes; non iam adeo Sacramenta priores septem dies, quàm hoc nostrum Sacramentum signasse demonstramus. Vbi vita, cor & anima, ac Sol Sacramentorum exemplo ipsius solis dilucidè probatur.

8. VItam, animã, atque cor Sacramentorum Dei Ecclesiæ, esse istud, tam mirabile, quàm venerabile Sacramentum, facillimè comperies; tum quia tria ista in vnum tantum coeunt; tum quia vita illa, qua viuunt Sacramenta, est solùm vita gratiæ, cuius tamen Eucharistia pellucidus est fons, vt tenet D. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. ad. 1. & ibi Caietanus, qui fontem sic sonare, effluerèque facit; *Hoc Sacramentum se habet ad reliqua Sacramenta, vt fons gratiæ ad riuos gratiarum.*

Eucharistia Sacramentorum tam vita, quam & cor, & anima, atque Sol.

D. Thom.

Caietanus.

Fons gratiæ est Eucharistia.

D

Et verò Sacramentorum Igniuomum & flammigerum existere planetã, hinc optimè dignoscitur; qoia Deus diebus septem creauit totum orbem; nam licet die septimo speciale nil effecerit, generalem nihilominus perfectionem, & complementum in illo rebus cunctis creatis eousque impertiit, atque manu largissima tunc dedit; sicut Gen. verba clarissimè nos docent; *Compleuit Deus die septimo opus suum, quod fecerat.* Ac proinde multum fecit, quo die nihil fecit, cum in ipsomet perfecerit quæcúnque prius fecerat. Præterea, quod & opus excellentius & perfectius tunc conditor peregit, quale fuit benedictionem creatis cunctis dare; *Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab*

Gen. 2. 2.

Gen. 2. 3.

Die septima nil factum, sed omnia nunc perfecta.

omni opere suo Quæ vt Domini benedictio factorum ab eo operum, & opus fuit maximum, & factorum vniuersorum perfectio singularis; qua sine nulla prorsus perficeretur creatura; imò cunctę res createę suapte soluerentur, perirent, contabescerent. Quapropter sex prioribus præcedentibus diebus, illas tantum operationes, quæ manuales & fabriles videbantur ex se esse, ad istum locum Gen. Chrysostomus attribuit, septimo verò benedictiones Creatoris ipse aptat, quæ solius manus Dei sunt proprium & verum opus; quod reliqua interuallo longissimo transcendit. Audiamus nunc Chrysostomum; *Nihil aliud die septimo producere Deus voluit, eo quod omnia quæ facere voluerat, iam perfecta erant; & vt habeat etiam dies ille aliquod Dei verbum, & ne videretur minus aliquid habere, eo quod nihil in eo factum sit, benedictione ipsum dignatus est.*

Chrysost.

9. Itaque, quòd prioribus diebus illis septem, creationem Deus absoluit; inque illorum medio, nimirum, die quarto, creauit solis iubar; constituit eius sedem; vt sciremus Sacramentorum Eucharistiam solem esse, & vitam, cor, & animam, ac medium illorum omnium; à qua, tanquam à vero medio virtutum vniuersarum, virtutem suam hauriunt; tanquam ex anima, vitam gratiæ; qua viuunt & subsistunt in esse suo proprio; calorem tanquam à corde magnalium operatiuum; & tandem tanquam à Sole mirificum splendorem, quo fama atque substantia per orbem totum rutilant. Ita Vincent. Ferrari. in Octaua Christi Corporis, cujus verba nunc concisa, vt rei præsenti seruiunt, at integra libenter inferius non negabo; *Sacramentum Eucharistiæ* (scribit sāctus iste) *in quarto loco computatur, à quo alia Sacramenta recipiunt claritatem, & virtutem, & ipsum nihil recepit ab aliis* Quod & n. 6. Viualdus memoratus per verba subsequentia diffusius diuulgauit; *Quemadmodum Deus cum mundum septem diebus condidisset, quarto die, qui est medius inter alios, fulgentissimum creauit Solem, & secundum Philosophorum sententiam, quarto quoque illum defixit cælo; quod inter alios cælos etiam medium est, vt conditum illuminaret, manifestarétque orbem. Sic Eucharistiæ Sacramentum, in quo verus Sol ille, iustitiæ continetur, qui; visitauit nos oriens ex alto, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quarto constituendum esse loco iudicaui.* Quod Viualdus sic edisserit, quia agens de Sacramentis, dubitauit quonam loco Eucharistiam collocaret; tertio ne, vt D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 1. cum sequenti; & vt solet vbicunque ex antiqua traditione à fidelibus pueruiis in institutione Christiana memoriæ commendari; an potius quarto loco, quo illam tandem Solis exemplo manuductus, locare destinauit; & rem alia celebriore figura confirmauit; nimirum Candelabri, quod aureum in Templo Dei antiquitus lucebat; atque septem lucernas, hastilia super septem, vt septem templi nostri futura Sacramenta, clarissimè indicaret, non minus continebat, quarum media, quæ situ, & maior in se erat, & Eucharistiam propter hoc peroptimè exprimebat, velut Sol Sacramentorum sex alias ibi proximas iam tunc illuminabat. Quare ille non ineptè opus suum de Sacramentis & aureū Candelabrum rectissimè vocauit, & ita mentis suæ intentionem coronauit; *Ma come cum Candelabri figura quam prosequimur, tres haberet ex vnaquaque parte lucernas, maiorem autem in medio ordinatissimè constitutam.* Quæ figura Cādelabri alia valde illustriori ex nuuo testamento perspicuè roboratur; quando, scilicet, *Ioannes vidit in medio septem Candelabrorum aureorum similem filio hominis, habentem in dextera sua septem stellas.* Quia vt ait S. Vincent. serm. 3. de Christi corpore; *Septem aurea candelabra sunt septem Sacramenta Ecclesiæ, in quorum medio est Christus filius hominis, in Eucharistiæ Sacramento.*

S. Vincent. Ferrari,

Viualdus.

Quarto loco sicut Sol locatur Eucharistia.

D. Thom.

Sacramentorum septem vmbra antiquum candelabrum.

Exo. 25. 31.

Apoc. 1. 13.

S. Vincent. Ferrari.

Quod consilium quarto loco Eucharistiā collocandi, sicut Sol creatus fuit dierū septem medio, & medio quoque in cælo adscriptos Planetarum, sequutum pridem est Conci. Colonien. apud Suarez in proœ. tom. 3. in 3. p. quod ille dicto & facto ibidem ratum fecit, Eucharistiam sicut Solem reponens quarto loco, extra quem absque defectu non facile indulgendo, non bene tantum fulgur vtcúnque statuetur. Nec obstat D. Thom. de more perantiquo hoc Mysteriū, Sacramentorū constituens loco tertio: mos enim male ortus mors potius moris est, quam mus vocari dignus, aberrans sicut vsus abusus tantum erit; aut saltem quia longe à multis introductus, intrusus solum vsus; & ratio irrationalis nequaquam vera ratio, sed imò à ratione totalis deuiatio; pruvt docent Iureconsulti in cap. *Cum tanto*, & in cap. *Fin* de Consuetud. & in cap. *Erit autem*; 4. dist. ac in Leg. *Consuetudinis, Quæ sit longa consuetudo*; in qua sic Imperator; *Consuetudinis vsusque longæui non vilis auctoritas est, verum non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem* Et sic erit reijciendus Magister lib. 4. d. 8. quē Thomas imitatus. Vlterius, quod ex vi Apostolici præcepti; *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat*; semper panis Eucharisticus oportet præueniri à Saeramento pœnitētiæ, quod auctores quiqui alij consignant quarto loco; ac proinde sola in isto Eucharistia poni debet: confirmatur, quod & Agnus cū lactucis agrestibus à priscis edebatur, ad signandū communicandum cum amarore pœnitentiæ. Ergo rectè Pœnitentia pręponitur Eucharistiæ, & Eucharistia manet ideo in quarto Solis loco. Sicut etiam non directè cum Ioanne de Turrecremata obseruat Cassanæus in Catalog. glor. mun. p. 12. consider. 32.

Conci. Colonien. Suarez.

Vsus malus est abusus, Mos malus mors mors; atque ratio irrationalis totalis aberratio.

Consuetudo quam vim habeas.

1. Cor. 11. 28.

Exod 12. 8.

Cassan.

Tandem iam peruenientes ad Sanctißimam Eucharistiam, in sole non tantummodò depictam confitemur, sed etiam in prima luce à Deo procreata. Vt in lucida figura hæc præsens Enarratio directius se exoluat, & in lucem meliorem fælicius sese tollat.

10. EX tribus hæcce veritas clarissimè splendescit. Primum, ex eo, quod lux illa creata primo die, est ipsa quæ nunc Solis, in quarto suscitata; excepta tantum lucis maiori intentione, quam supra primam lucem Deus postea Soli addidit; ita vt Solem Deus ex luce priori reproduxerit, maiores solum gradus, & intensiores splendores creatæ prius luci tunc denuò superaddens. Ita S. Dionys. de Nom. Diuinis; D. Tho. 1. p. q. 67. ar. 4. & benè vir Seraphicus p. 2. cap. 2. in suo Breuiloquio; probans ibi creationem & primo & quarto die non duplicem, sed vnam, eandémq; fuisse; nec in rerum veritate, sed in varietate modi, ac temporis perfectionis cultioris discrimé extitisse. Quare vnica cum fuerit, quantūuis bipartita, seu potius repetita, iterata, & consummata huiusmodi creatio, quî possunt quæ sunt vnum non vnum simul esse in eo quod ex se primariò repræsentant? Qua de causa cum Sol tam intimè & eximiè Eucharistiam præsignificet, non potuit prior lux eiusdemmet Mysterij figura non existere.

Lux prima & Solis ipsa.

S. Dionys.

D. Thom.

S. Bonauẽt.

Lux prima ad Eucharistiam signandam procreata.

11. Deinde ex firmitate qua cunctis innotescit, primum diem quo splendor est lucis procreatus, Dominicum fuisse; quia septimus & vltimus creationis compleméti, Saturni dies fuit, qui sabbatbum vocatur, vel requies in Hebraïco; eò quòd tunc Creator ab operibus creatis cessando requieuerit, & septimus est dies, ac vltimus hebdomadę. Ergo primus, vel ex Fidei Catholicæ constantia habendus est Dominicus, vt ait Leo Papa. Epist. 81. in eius primo cap. Pereriúsque latissimè in opere diei primi. Et certè sic decebat, vt primus dies mundi, qui reliquos præiret, Dominicus existeret; quo Dominus exinde mirabilia facienda, & à se perficieoda feliciter inciperet; quę sanè mirabilia quamplurimis in locis, supressis hac de causa, decantat Rex Propheta. Vnde semper hicce dies vocatus est Dominicus, de quo iterum Psalmographus notanda satis Emphasi, *Hæc dies, quam fecit Dominus; exultemus, & lætemur in ea.*

Dies primus dies Solis, Dominicúlque fuit; & Solis cur dicatur nõdum creato Sole.

Leo Papa. Pererius.

Sẽper dies Dominicus post' hocce nomine.

Psal. 117. 24.

Sed quorsum dies Solis hic dies nuncupatus, cum sol non ipso die, sed quarto sit formatus? Hoc quidé bino capite. Vel quia prima lux, & sol idemmet sunt, vt proxime aperuimus. Vel quia à luce Dominus statim Corpus Domini aliqoando nobis dandum sic voluit demonstrare, & in lucis qualitatibus tã bellè effigiare, seu potius luce ipsa

In loce Corpus Christi quam claré videatur.

A tam clare declarare, vt nihil Christi corpore lucidius vel scibilius sub igneis lucis radiis in mundo reniteret; vel amplius coruscaret, neue aliquis subterfugium negandi hanc veritatem vllatenus haberet; dùm in luce per quam videt, descriptum videt pariter Eucbaristicum Mysterium; de quo omnes huiuscemodi, & forsan plures alias conuenientias meliores agnouit Damascenus, Eucharistiam primæ luci lib. 4. cap. 15. coniungens per hæc verba; *Sicut Deus dicendo fiat lux, fecit lucem, ita dicendo, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, hoc Sacramentum perfecit.*

S. Damascenus.

12. Postremò ex congruentia, qoæ cũ luce & primo die cohæret Eucharistiæ; & sex aliis Sacramentis cum aliis sex diebus. Nã B quemadmodum primum creationis mundi opus, & primo die factũ lux orbis fuit oculos, claritatísque creatæ nobilissimũ principium; sic vnà hoc Sacramentum aliorum primum est, & primo loco positum, quãuis quartus nihil minus ei aliter conueniat, & iure debeatur, vt nono dixi numero; & infra dicam iterum n. 23. Et quemadmodum lux illa creatis rebus cunctis in sequentibus sex diebus nitentem lucem dedit, sic etiam panis iste coruscum iubar pręstat, vt melios cognoscantur, sex aliis Sacramentis; quæ cum reliquis prioribus & currentibus sex diebus mirande symbolizant. Nam, vt lucem nunc mittamus creatã prima die, quam sanctissimæ Eucharistiæ hærere modò vidimus; Secunda Deus ab aquis diuisit aquas C alias, quæ vt minimùm in materia concordant cum Baptismo. Tertia fecit apparere submersam prius terram, de qua dicitur in Psal. *Firmauit orbem terræ qui non commouebitur*; quod oleum Confirmationis mirifice concernit; nam hominem confirmat, & ex fragili, vt terreno, firmissimum & ahenum virtute sua reddit. Quarta fecit luminaria, quæ sunt ordine insigniti, & homines Sacerdotali conspicui dignitate, de quibus dixit Christus, *Vos estis lux mundi.* Quinta pisces atque aues ex aqua procreauit, & congruit Pœnitentiæ, quæ ex aqua Baptismali renatos facit pisces vtiliter piscari, & à viris Confessariis piscatu comprehendi. Sunt etenim Confessores mortalium piscatores, de quibus ipse ait, *Faciam vos fieri piscatores* D *hominum*; Quos eademmet captura & aues esse facit; dum de laqueo peccatorum per Sacerdotes liberati, in altum iam volantes, vt aues extricatæ, hilariter succinũt & garriunt cum Psalmista; *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Sexta die bino sexu Deus hominem creauit; & eos in coniugium perpetuum fœderauit; quod præsagiit Matrimonium in esse Sacramentì, non verò in esse firmo ac proprio Matrimonij: hoc enim fuit illud verissimum iam tunc. Et tandem die septima quieuit ab operibus per ipsum suscitatis; res quadrans Vnctioni, quæ datur in extremis; & requiem dat æternam in gratia decedentibus; de quo duplici decessu intonat Rex Pro-

Diebus primis septẽ cũ septem Sacramentis quàm apta congruentia.

Gen. 1. 7.

Psal. 92. 1.

Matt. 5. 15.

Vt pisces sint qui aqua Baptismi generantur.

Matt. 4. 20.

Psal. 123. 7.

Psal. 4. 9.

Biuerus.

pheta; *In pace in idipsum dormiam & requiescam* Hæc aliquibus mutatis mihi obtulit Biuerus in Cōuiuio Sapientiæ argumen. 7. Nunc iam nostro pane cæli io ptima mundi luce dilucidè monsttato, diuisionem ipsius

A

lucis commodiorem aggrediemur; vt operis fundamenta tam grandis iaciamus, & recto plumbo ad lucis fastigia consorgamus; de qua oobis cum Eucharistia permagnus sermo est.

DE PRÆSENTIS ENARRATIONIS diuisione per quam apta in illas partes tres, quæ magis considerabiles, diuisibiléſque pariter in luce inueniuntur; videlicet, Creatio; Perfectio; & Operatio.

In partes tres & quales lux optime diuisa.

13. OPPORTVNA mihi præsens probatur distributio, quia recta, & nihil minus completa proi sus est. Recta quidèm, quia ex prima oriuntur duæ aliæ. Nam si lux non præcessisset tot dotibus ditata, ornata & decorata, noo posset vnquam consequi perfectionem tam eximiam, cum à sui Creatoris vniuersa creatura dependeat voluntate; vltra quam virtutis suæ portantem verbo omnia, ad Hebr. primo cap. nec latum potest vnguem quacunque dilatari. Si autem creatiooe tam optima & perfecta nequaquam venustata lux illa iam fuisset, haudquaquá opetationem tam miram obtinuisset, cum operatio in Philosophia sequatur rerum esse, & effectus semper fluant ex viribus causarum. Completa verò, quia neque ante Creationem, neque post operationem cuiusque rei creatæ, vllo modo sese potest res ipsa dimouere; sed inter hos cancellos quos posuit mundi Conditor, mundialia debent omnia firmissime teneri. Vlterius, quod habemus in hac diuisione principium, medium, & finem; è quibus omnis constat sphæra rei creatæ; sed & insuper Creatoris, qui hoc numero in Bucolicis Poëtæ delectatur;

Hebr. 1. 3.

B

C

Virgilius.

Numero Deus impare gaudet.

Ternarium Trinitati familiare, & Eucharistiæ.

Tanquam Triadi sanctissimę, & per consequens Eucharistiæ, in qua Trinitas existit, vt alibi dicetur, familiaris, & omnino pergrata numeratio. Et sic omnia in diei luce repertu possibilia, illud iugiter conclamant, Eucharistiam in prima luce figuratam præfulsisse. Vbi moneo, lucem me ac solem indifferenter pro libito, seu tempore, vsurpatum sæpe ire; cum simul vnum sint, vt satis dictū manet. Quod in pagina Diuina multoties factitatum in opere diei primi Pererius obseruauit. Quibus ita prælibatis ad lucis cum Eucharistia conuenientias accedamus. Quarum si omissis nostris nonnullam concupieris, Fortunatum vide Pemplium in sua obtomographia, quam viuens adhuc Medicus, Olandus, sed Catholicus de oculo atque luce Louanij in Magisterio, ingeniosè concinnauit. Et Marsilium peregregium Sacerdotem Florentinū, in opusculis duobus de lumioe, & de Sole; vbi multa pro re nostra in mentem tibi venient; quibus fauet licet parùm Dracontius perantiquus in sex dierum opere.

Nomina Solis, atque lucis promiscue accipiuntur. Sup. n. 10. Pererius.

D

Fortunatus Pemplius; & Marsilius collaudati.

Dracōtius.

Prima Lucis cum Eucharistia, quoad lucis creationem, conuenientia in generali.

14. RES prima à quo infinities Deus Pius & Omnipoteos Creatiooem initiauit, fuit omnium creaturarum pulcherrima & primigena, quam lucem nuncupamus; quia lux in ædificiis est prima illorum gratia, quæ si desit, tota domus nigranti vultu horret, vt asserit Ambro. Hexam. lib. 1. in nono illius cap. *Vnde vox Dei in scriptura Diuina debebat inchoare, nisi à luce? Vnde mundi ornatus nisi à luce initium sumere? frustra enim esset si non videretur. Qui ædificium aliquod dignum struere desiderat, vnde lucem ei infundat, explorat. Ea prima est gratia, qua si desit, tota domus deformis horret incultu. Lux est, qua reliquos domus commendat ornatus.* Sicque etiam mundi Deus extructor peritissimus, vt domus suæ Ecclesiæ, quam condere volebat, decorem commendaret, ei lucem primum dedit, hanc creans primo die. Non adeò vt collustraret materialis mundi domùm, quam primò & principaliter vt mundi spiritualis meliorem longe ædem, Ecclesiam irradiaret, & Ecclesiæ lucem magnam Eucharistiam figuraret. Probatur, quod Ecclesia in iis quos regenerat, spiritualem vitam agit; & spitituales promissiones cælestis regni habet; ad Galat. 5. & Matth. 5. Ergo prius hæcce domus spiritualis quam corporalis illuminari decens erat; qua de re tantò minus licebit dubitare, quātò corpore mens potior; & præ omnibus corporalibus, illustrationibus Diuinis, tam dignior, quàm capacior.

A luce cur Deus cœpetit.

S. Ambrosius.

Lux prima dom' laus.

Galat. 5. 26. & 6. n. t.

Math 5. 3.

De aureo Candelabro, quo domui Tabernaculi Deus olim lucem aurcam decorámq; præstabat, aiunt multi, nisi fallor, rem satis contemnendam; nimirum septem illis Lucernis quas habebat, septem errautium Planetarum fulgores indicasse. Ita Iosephus de antiqui. lib. 3. cap. 7. & lib. 6. cap. 6. de bello Iudæorum. Philo in vita Moy. cap. 3. & in lib. *Quis sit rerum diuinarum auctor.* quos postea sunt sequuti quam multi viri docti, è quibus vnus est Angelicus sctiptor 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 6. Nam quî poterat contingere, vt res adeo spiritualis, seu spiritualibus deputata, tes merè corporales seipsa effigiaret? Si oppositum & contrarium mihi

Exo. 25 31.

Iosephus.

Philo.

D. Tho.

aliquis ſuadeat; nempe, ſeptem Planetas, lucernas illas ſeptem primariò denotaſſe, inficias nunquã ibo; quia cælum propter hominem non hominẽ propter cælum, niſi ad ipſum poſſidendũ creatum vult Chryſoſt. ſer. de gratiis redden. in ſuo tom. 5. Decentiúſq; profectò, vt Planetæ ſeptenario & myſtico & fulgenti Eccleſiæ ſeptem lumina (quorum imago Candelabrum) Sacramenta figurarent; quam vt ipſum Candelabrũ, vel Eccleſiæ Sacramenta Planetas qui Dei domui; & animabus Chriſtianorum vtilitatis nihil afferunt, vtcunque deſignarent. Ergo neque Candelabrum ſeptemplicis lucernæ irradians domum Dei Planetas exprimebat, ſed potius vice verſa, Planetæ ſeptem illi Dei ædis Sacramenta; nec dierum primum illud illuſtrans domum mundi ceruſeum candelabrum prius aliquid ſignauit, quam ipſa luciſſima Eccleſiæ luminaria, in quorum loco medio, meliore, & digniore Euchariſtiam ſedem figere ſuperius demonſtrauimus.

Non homo propter cælum, ſed cælũ propter hominem.

Candelabrum non planetas, ſed Planetæ Candelabrũ, atque ſeptem Sacramenta ab initio figurarunt.

B

Secunda conuenientia, quoad lucis creationem, in genere illius cauſæ, quæ dicitur finalis.

15. EX effectu, quo lux domus ornatum palam facit, Euchariſtiæ, & lucis alia formatur comparatio; nam domus ornamentum, quà pendet ex fulgore, nitoréq; cæleſti, conſiſtit in duobus, vt habeat lucem in ſe & prius lucem cæli. Lucem cæli; id eſt, aſpectũ à cælo deſcendentem; ſine quo nihil Thobiæ lætitia, ſed triſtitia repletum videbatur: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Lucem in ſe, vt quæque abdita domorum videantur, & vtenſilia illarummet ad libitum offendantur.

Vt domus luce egeat.

C

Thob 5.12.

Hæc ædium quò ad lucem ornatrix pulchritudo; & hæc finalis cauſa vt Deus crearit eam; videlicet ad cælum & domum illuminandum; ſeu ad cælum & terræ aulam videndum & perſcrutandum; Angelicus vt Doctor obſeruat 1. p. q. 70. ar. 2. ad illa Moyſis verba; *Vt luceant ſuper terram.* Vel preſſius iam loquendo, vt cælum, & domum Dei in terra, nempe, Eccleſiam inſpicerent fideles, vt latibula ac ænigmata latentia domus huius diſtinctius introſpicerent. Hoc lucis procreandæ pluſquàm mundi illuminandi motiuum principale: nam de Chriſto carne induto ſub lucéque ſignato ſic aſſerit Baronius anno 1. n. 1. *Cum rerum Conditor & moderator Deus Cælum creaſſet & terram, nec vlla vtriúſque gratia vel pulchritudo ineſſe poſſet ſine luce; omniáque eſſent tenebris obuoluta; opportunè conſuluit, vt primum omnium ipſis rerum principiis lucem crearet, cum fulgore tam quæ facta eſſent, quàm etiam quæ eſſent facienda, velut quodam claritatis & gloriæ indumento circumamicta naturali ſuo ſplendore miteſcerent. Hæc autem cum in orbis inſtitutione ſint facta, rurſus cum tempus aduenit, in eiuſdem reſtitutione ſunt feliciter adimpleta. Cum enim vniuerſe humano ge-*

Creandæ lucis cauſa quæ fuerit finalis.

D Tho. Gen. 1. 17.

D

Baronius.

A

neri, peccati culpa, ſempiternæ noctis eſſet effuſa caligo, cunctáque denſis tenebris obſcurata, & ſqualens, horrénſque eſſet omnium rerum facies, immenſa ſua bonitatis largitate proſpexit Deus, vt noua luce cuncta perfunderet, & genitum ex ſe mitteret, ſua ſubſtantia Filium, ipſum cæleſte iubar, candorem lucis æternæ, lumen de lumine, verum iuſtitiæ Solem Chriſtum Dominum noſtrum, de quo in nomine eius Ioannes ait; Ego ſum lux mundi.

Incarnatio mundi lux.

Ioan 8. 12.

16. Et de Chriſto ſub hoc cibo occulto mirabiliter, nil minus dici poteſt, fuiſſe in prima luce notoriè deſignatum; vt cælum & cæli domum in terra, puta Eccleſiam, patentius eius corporis myſterium demonſtraret; habitantéſque in ea Fideles colluſtraret. Quapropter noctis iam caligine diffuſa, *In qua nocte tradebatur*; hunc cibum luciſſimum inſtituit Chriſtus Dominus; non vt tenebræ lumen præclarum denigrarent; hoc enim eſt impoſſibile in viribus naturæ, quæ non patitur poſitiuum à priuatiuo ſuperari; ſed vt fulgur Euchariſtiæ nigredinem quamcunque à mente eliminaret: quemadmodum lux prima in tenebris quæ faciem abyſſi operiebant, creata à Deo fuerat; *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi; Dixitque Deus, fiat lux, & facta eſt lux.* Vt ſciremus panem iſtum, quem lux ſignificauerat, mundo tenebris obſeſſo in fine inſtituendum, vt tenebras expelleret, & longe propulſaret. Sic fere D. Tho. ad dicta verba Pauli; *In qua nocte tradebatur; Deſcribit* (inquit) *tempus inſtitutionis huius Sacramenti; quod quidem congruum fuit. Primò, quantum ad qualitatem temporis; fuit enim nocte. Per virtutem enim huius Sacramenti anima illuminatur.* Fuit olim ſuper Ioſue ſtrenuiſſimi ſepulchrum imago Solis poſita, quò in omnem poſteritatem duraret illa rara Solaris conſiſtentia; vt ait non immeritò Serarius illo libro cap. 24. q. 12. At in tumulo Ieſu, monumento, & mortis eius memoria, quod eſt idem, per eum fuit melius terrigenas illuminans, in perpetuum Solis aliud locatũ ſimolacrum; nimirum corpus ſuum; vt noctem à nobis pelleret, ſub ipſo noctis tempore, in ferculo mirabili hominibus conceſſum; propterea ritu iugi in finem mundi vſque his verbis commendatum; *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Non vtique, vt memoriam tantummodo litetis, (poſſemus hîc adiungere) ſed vt maiorem lucem mei corporis præſentiæ per ipſum corpus præſens, perpetuò conſeruetis; nam magna proculdobio habetur de re lux, quæ ſemper velut eſt, habetur, poſſidetur; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi;* nimirum, in Euchariſtia, (de qua infra intelligenda hæc verba patefaciam,) vt circa veram Fidei doctrinam, de qua dictum; *Euntes, docete omnes gentes;* me ipſo qui ſum mundi interna & vera lux aſſiduè vos illuminem; ſic enim D. Tho. productus modò inquit; *Per virtutem enim huius Sacramenti anima illuminatur.*

1. Corin 11. 24.

In tenebris cur lux, & in nocte cur creata ſanctiſſima Euchariſtia.

Gen. 1. 2. & 3.

D. Tho.

In tumulo cur Ioſue imago ſolis poſita.

Serarius ſuper Ioſue.

Luc 22. 19.

Matth. 28. 20.

N. 19.

17. Tam valde verò anima hoc lucis Sacramento ſuapte illuminatur; vt ideo quam

Ioan. 13. 30.

A citissimè post sumptam talem escam exietit à Cænaculo Magistri sui traditor, ne inuito semetipso ab illa irradiatus rescinderet cõtractum, peccatúmque inceptum nõ posset consummare, quod ille tanquam vltimi facinoris patrator, immitior cunctis ferret.

Iudas quare festiuantes euasit à cænaculo.

O verè peccatoris in scelere obstinati flagitium demirandum! sed longe Sacramenti nos adeo collustrantis effectus mirabilior! de quo S. Cyrillus lib. 9. sup. Ioan. cap. 19.

S. Cyrillus Alexand.

Id factum, quia verebatur, ne panis ille Dominus, quem Iudas tunc acceperat, ipsum illuminaret; vt tandem cognosceret peccatum suum, & factis pœnitens, venditionis pactum reuocaret; & sic mortem Christi, quam diabolus modis omnibus procurabat maturare, ille per pœnitentiam retardaret. Lentè S. Cyrilli expendas mentem precor; ex qua facilè deduces, animarum illustrationem fuisse tanti cibi finalem prorsus causam. B

Illuminare est Eucharistiæ finalis prorsus causa.

Fine summo vitæ Christi cur cõdita Eucharistia.

18. Sed quare fuit conditus in fine vitæ Christi, & in eiusmet curriculi nouissima periodo, cũ lux figura illius in primo mundi die statim ptomicuerit? sic fieri oportebat; quia *Vltimum in executione, est primum in intentione, rem quamuis meditantis*; provt docet Aristoteles 2. Physic. cap. 3. & 1. Metaphy. cap. 36. & 3. de anima cap. 3. & etiam ipsius valde amator D. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 1. ad 1. Sicut patet ex hominibus negotia molientibus, qui de fine prius cogitant, quam ipsa aggrediantur: qui enim peruenturum ad finem non putaret, gestarum nunquam rerũ auspicia sortiretur. Et sic Christi Mysteriorum Eucharisticum, vt supremum, in summo vitę eius condecuit mundo C dari; sed debebat præsignari in primo mũdi opere; quia *Vltimum in executione, in intentione primum est*; de quo iterum in specie ad panem quem versamus D. Tho. 3. p. q. 73. ar. 5. ad 4. Intendebat Deus in vltimo mortalitatis Filij sui hoc ferculum donare, ergo illud in priore ex operibus quæ fecit, decebat figurare, vt luce sic minore maiorem demonstraret, atque opere præclaro præclatius indicaret. Qua in re nostris fuit Sacerdotibus Deus similis, qui Sacrum non incipiunt nisi lumine quocúnque in ara prælucẽte; & diebus solemnioribus multis cereis rutilantibus, à Sacristię iam egressu eosdem præcedentibus; ab æternitatis nanque illa Sacristia veneranda egressus fuit Deus, vt D hoc tantum sacrificium in mundo celebraret, cui soli celebrando constituit ille mundum; nam prius quam ad opus proditet tam mirificum, multa certè & demiranda, in quarto & primo die, præmisit luminaria. Hineque istud sacramentum, vel Sole coruscante, non benè & ritè potest absque luminis fulgore, à nobis consecrari; vt ibi veram lucem haberi enuntietur. Ita S. Hieronymus aduers. Vigilan. cap. *Fin de Celebra. Missarum*, Durandus in Ration. lib. 1. cap. 1. D. Tho. 3. p. q. 83. ar. 4. & opuscu. 59. n. 8. in fine.

Aristot.
D. Thom.

Vltimum in executione in intentione primũ est.

D. Thom.

In creatione cur Deus similis ad aram prodeuntibus Ecclesiæ Sacerdotibus.

Absque lumine cur non bene Eucharistia consecretur.

S. Hieron.
Durandus.
D. Thom.

Tertia quò ad præcedentem Creationem, conuenientia, in genere causæ materialis.

19. Finalem præter causam, supersunt quinque aliæ, materialis, & formalis, efficiens, instrumentalis, ac vltimò moralis, vt veræ in Philosophia assidue trutinatæ, quamuis duæ posteriores cum causa efficiente non parùm confundantur. Ita P. Suarez in sua Metaph. disp. 13. sect. 3. Quæ omnes cum Eucharistia summoperè consentiunt. De materiali primo loco.

Causę quot in Philosophia, & quomodo Eucharistia in omnibus cum luce mirificè conueniat.
Suarez.

Et verò in materiali, materiæ præjacentis, non conuenit cum luce Eucharisticum mysterium: cum etenim materiã à Deo proculdubio sciamus procreatam, & creatio sit productio de nihilo ad rem aliquam, non habuit prima lux subjectum præsuppositum; quod tamen secus accidit in nostro Sacramento, dum substantiæ conuersione in substantiam perpetratur; vnde meritò transsubstantiatio (ogganiant licet praui) hæc actio nuncupatur. Verumtamen, etsi in materia præjacẽte nullatenus colludant; in materia superueniente, emergentéque in luce magnoperè concordant. Vel enim prima lux materiæ fuit expers, & ab omni materiali substantia separata, cunctorũ velut primus Basilius aduotauit; qui in hom. sup. Gen. nõ parùm visu dignus, hoc valde comprobauit; quẽ postea sunt sequuti quã multi viri inclyti, videlicet Nazianz. Orat. de Dominico. Damascenus lib. 1. cap. 7. de Fide. August. lib. 22. contr. Faust. Manich. Procopius sup. Gen. in 1. illius cap. Rupert. lib. 1. de Trinit. & operibus eius cap. 10. Linconiensis & Burgen. in Gen. principio. Vel corpori & materiæ lux fuit copulata; seu materia talis fuerit discreta à Solis corpore, cui postea corpus Solis à Deo superadditum, vt cum Beda atque Magistro tenent plures Scholastici; seu potius idem corpus iam fuerit Solare, remissiore tamen luce tum temporis lucescens, sicut n. 10. cum Dionys. & D. Tho. à nobis dictum mansit. Quocúnque tamen modo hoc factum tuearis, mirifice concernit tremendum Sacramentum.

Lucem primã quinam dicant fuisse sine corpore.
S. Basilius.
Nazianzen.
Damascen.
Augustin.
Procopius.
Rupertus.
Linconiens.
Burgensis.
Beda.
Magister.

20. Nam si lux fuit corpore, materiáque exuta, nil dubij quòd tunc fuerit & qualitas sine substantia, & accidens sine subjecto, potentia Dei subsistens; quod est vnũ ex Eucharistiæ miraculis maioribus, de quo Doctor Angelicus in sua. 3. p. q. 75. Cui quidèm absque periculo, humano seu dedecore, imò honore cum Diuino est licitum assentire; vt statim in prima luce non minus quam lux ipsa luceret hoc mysteriũ. A quo minime discedit Richardus lib. 4. d. 1. vbi asserit non solum in lucis natalitio, sed simul, & in eius notabili deliquio, in Christi Passione hoc mirum contigisse, & palam innotuisse; nimirum, quando corpus, subjectúmque solare sine proprio & innato accidente sibi lucido, cæcutiit aliquandiu;

Lux prima absque substantia vt typus Eucharistiæ.
D. Thom.
Richardus.

S. Bonauēt.

Lux corporis an lucidi substantialis forma sit, vel solum accidentalis.

quandiu; quod in sensu contra posito est ipsummet miraculum. Nec dissentit Bonauentura in 2. sent. d. 13. q. 2. à n. 24. vbi asserit multorum opinione existimari; *Lucem verè non esse substantialem formam, sed accidentalem corporis lucidi; sicut sapientia, vel scientia, quæ est lux spiritualis, accidens est tantum animæ, & calor accidens corpori calido.*

Ioan. 1. 2. 4. 9. 14.

Si vero lux primæua materiam & corpus habuit, adhuc nostro Sacramento libenter se connectit: tunc enim fuit lux in corpore collucens, & Eucharistia nihil aliud, quàm lux adiuncta corpori, de qua ante corpus luce ab æterno relucēte, scribit cęli Aquila; *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum; & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* De ipsáque iam corpori humano colligata, quod ibi superaddit: *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.* En lux effecta corpus; & subinde materialis; si prima talis fuit; quæ sanè vtróque modo, vt satis explicaui, concurrit Eucharistiæ.

Lux corpori conjuncta, Eucharistiæ Sacramentū.

Ioan. 6 55.

Quapropter meritissimè de illa dixit Christus; *Caro mea vere est cibus; & sanguis meus verè est potus*: quia nempe vera lux assumpsit verum corpus; & veram in cibo isto, materialémque substantiam edendam nobis offert; nam quæ indigent materia, non possunt manducari. Viden' quomodo iam lux accedat huic mysterio? Habet istud sicut illa omnino verum corpus. Quod si corpus non videtur ex ea causa est, quam præbet Cyprianus serm. in Cæn. Dom. *Panis iste quem Dominus Discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro; & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat Diuinitas, ita in hoc Sacramento visibili, Diuina se infundit essentia*; vt, scilicet, humanitas absconsa Fidem seruet, sicut pariter Diuinitas abscondita hoc effecit; nam si Diuinitas antiquitus, in corpore incarnato, & hodie in Sacramentato vtcúnque viderentur, nil fidei remaneret. Verum licet non appareat materia corporalis, cū Fidelibus ibi constet de vero Christi corpore, verus cibus adhuc est hoc corpus conuelatum; quia vt ait Aristot. lib. 2. de animalibus cap. 44. *Simile nutritur à simili* & cum homo sit materialis, spiritualis, & deiformis; ad formam Dei formatus, Deus solus caro factus, est verus cibus hominum; vt ille qui tam Deus, quam homo planè est, ex corpore ac spiritu, vt reliqui compactus. Quare dixit Iustinianus de ligno vitæ cap. 5. *Ad imaginem Dei facta est anima rationalis; cæteris omnibus occupari potest, repleri non potest. Capacem enim Dei, quidquid est Deo minus, non implebit.* Sed hanc tandem conueniētiam S. Prosperi Rhegiensis Episcopi inter Gallos, vrbano satis carmine ac pio coronemus; qui prosperè concludit de isto lucis cibo; dum fastidij spiritualis affirmat expulsiuum; remediíque nil prorsus

S. Cyprian.

Nutritio fit à simili.

Aristoteles.

S. Laurent. Iustinianus.

Cibus hominum cur verus duntaxat corpus Christi.

S. Prosper.

A tunc addit superesse, cum esca tam eximia hoc tædium non expellitur.

Vt propriam perdunt animalia corpora vitam,
Si nequeunt escas sumere corporeas.
Sic animæ, nisi delitiis rationis alantur,
Dum Verbi æterni pane carent, pereunt.
Nam quid erit, quod dira procul fastidia pellat,
Cum sespso refugit mens saturare Deo?

Fastidium spirituale quā animæ nociuum; & quomodo Eucharistia pellatur, vel è contra quā valde displicetur.

Quarta quò ad luminosam Creationem conuenientia, in genere causæ formalis.

21. EXpressius in hoc genere lux seruit Eucharistiæ, vt illa, quæ Dei verbo creata solum fuit; *Fiat lux & facta est lux.* Quo verbo panis hic per hominem sacerdotem quotidie consecratur; vt ait August. hom. 4. super Ioann. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum* Et cum eo tam percelebre Conci. Florenti. sub Eugen. 4. quam etiam Trident. Sess. 4. cap. 3. quod pariter habetur in cap. *Detrahere*; 1. q. 1. vbi res quasi elementa, materiámque subsistere; & verba quasi formam, apertè stabilitur: nō enim verba hominis, sed Christi Filij Dei patenter proferuntur in nostris Sacramentis: quamuis enim suo nomine videatur homo dicere; *Ego te baptizo, Ego te absoluo*; statim rem edisserens, perspicuè se exponit; *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Quod Paulus iam Corinthiis eiusmodi intimauit, & simul tanquam rem clarissimam exprobrauit; *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* At vero multò clarius in isto Sacramento, quod verbo tantū Dei hoc modo consummatur; *Hoc est enim corpus meum*: quemadmodum de Sacrament. lib. 4. cap. 4. Ambrosius ponderauit; *Vbi venitur, vt conficiatur hoc venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus & factum est cælum; iussit Dominus & facta est terra; iussit Dominus & facta sunt maria; iussit Dominus & omnis creatura generata est. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant; quanto magis operatorius erit, vt sint quæ erant, & in aliud cōmutentur?* Cui accedit post quāmultos Angelicus scriptor opusc. 59. cap. 2. & multa præter dicta, adducens loco proximo Episcopus Ambrosius, quæ taceo de industria; quia in festo Christi corporis ab omnibus leguntur; exemplaria quorum tot præ manibus existunt, quot extant Breuiaria.

Dei verbo facta lux, & cibus Eucharisticus.

S. August.

Ex verbo & elemento vt fiat Sacramētum.

1. Cor. 1. 13.

S Ambros.

D. Thom.

22. Sed si solo verbo Dei tam lux quam Eucharistia, cur non vno & ipso verbo Diuino sunt formata? imò illa imperatiuè, per illud verbum, fiat; *Fiat lux, & facta est lux*; hæc verò substantiue per istam vocem, est; *Hoc est enim corpus meum.* Respondet Bonauentura in suo centiloquio, hæc propter variatum; quia Corporis Redemptoris miranda consecratio, cum non fiat ex re noua,

Eucharistia cur effecta per verbū substantiuum; & Creatio rerum omnium per Verbum imperatiuum.

S. Bonau.

ſed ex illa quæ iam eſt, per verbum ſubſtantiuum rem denotans præſentẽ, & prius exiſtentem; *Hoc eſt enim corpus meum*; iuſtiſſimè conficitur; Creatio vero cum de noua re extiterit, per verbum nouæ rei ſuapte operatiuum & Dei imperatiuum; *Fiat lux & facta eſt lux*; oportuit celebrari. Præterea, quòd & noſtra Eccleſiæ Sacramenta de præſenti ſortiuntur effectum totum ſuum, & ſic debent de præſenti ſignificare quod efficiunt; *Ego te baptizo, Ego te abſoluo, Hoc eſt corpus meum.* D. Thom. 3. p. q. 78. art. 2. Quibus additur, Euchariſtiam non ſolum in mero vſu applicationéque ad homines, vt alia Sacramenta, ſed in ſimplici conſecratione materiæ condecentis ſiue iſta in ſacrificio per tranſitum applicetur, vel viuis, vel defunctis, ſiue etiam pro infirmis in Tabernaculis ſeruetur, veraciter conſiſtere; ac ideo bene fieri per iſtud verbum *eſt*. Quaſi forma ex ſeſe dicat; hoc plane eſt Sacramentum, quod ſemper tale eſt; nec tranſiens, ſed perſiſtens, ac permanens myſterium; ex tempore quo fit illius conſecratio, vſque dum ſpecierum materia conſummatur. Suarez de Euchar. diſp. 46. ſect. 8.

D. Thom.

Suarez.

25. Sed aliud præcedenti vicinũ valde dubium ſuccedit explicandum. Cur bis à Deo fuerint prolata & imperata Creationis lucis verba; primo die *Fiat lux*; & quarto *Fiant luminaria*; Conſecrationis vero ſemel profata à Redemptore; licet aliqui minus doctè vt ait D. Tho. 3. p. q. 78. ar. 1. ad 1. de iſta re tam vera quam clara dubitauerint. Augetur dubitatio, quia cunctæ res creatæ inceptæ prius ſunt, poſtea verò aliis diebus à Deo conſummatæ, vt aduertit poſt nonnullos Seraphicus Præceptor 2. p. Breuiloquij cap. 2. Nam primæ diei lux perfecta in quarto eſt, quando in iubar tam ſplendidũ Sol exiit fabricatus; & aquæ diei ſecundæ, perfectæ die quinto, quando piſces atque aues creatæ ſunt ex aqua: terra autem diei tertiæ perfecta die ſexto, animalibus eùm terra, rationalíque præſertim non ſolum inhabitata, ſed etiam decorata. Nec tantum res omnigenæ diuerſis ſunt diebus omnino procreatæ, ſed potius tam diuersè ad inuicem formatæ, & variè ſeparatæ, ab aqua quantum piſces, & terra ab animantibus natura ſua diſtant; ab iſtis licet fuerint initio ſuſcitatæ; qua de cauſa diſcriminatis temporibus & vicibus in lucem ſunt productæ. Quod tamen ſecus accidit in luce de qua agimus: lux enim diei primi cum illa quæ nunc Solis perpetuò fuit vna; vt eſt communis Patrum, quantúuis illi in modo diſſentiant explicandi; de quo egimus ſuperius n. 10. & 19. Quare indecens videtur, vt iteratis actionibus à Deo ſit perfecta; neque perfici decebat, quæ de tota perfectione ab ipſo Deo fuerat vtcúnque examinata, & laudibus ditata; *Vidit Deus lucem quod eſſet bona.* Præcipue ſi & Fides Theodoreto danda eſt, qui quidèm ſup. Gen. q. 14. & q. 16. ſententiam ſatis miram de prima luce protulit; videlicet tam valde intenſéque fulſiſſe, vt ab oculis creãdis, ſi ita perduraſſet, non poſſet ſuſtineri. Quapropter die quarto ante ortum creaturarum participum oculorum (animantia qualia ſunt per piſces, atque aues incepta die quinto) Deus Solem fabricauit, & Lunam, ſtelláſque (vt concors eſt ſententia) tunc inſimul creauit, quò lucẽ ſic per Lunã & aſtra tot diuideret, & oculi mox die ſequenti procreandi, per illam diuiſionem non parum mitigatam videre tutò poſſent. Cur igitur Deus lucem ab ipſo tam perfectè & ſcitè elaboratam, artificio nouo alio limauit die quarto, & prorſus conſummauit?

Cur lux creata bis, Euchariſtia verò ſemel à Chriſto conſecrata.

D. Thom.

S. Bonau.

Res omnes quas Deus fecit, ab eo primum ceptæ, & poſtea cõſummatæ.

Gen. 1. 14.

Theodor.

De intenſione primæ lucis aſpectus intolerabilis, ſententia demiſſãda.

Myſterij res videtur, ſpiritualiſque negotij, non finis naturalis, cui fulgor tam eximius naturæ non obeſſet, etſi nimius viſus fuerit Theodoreto, locò proximo; ſi vero primùm nimius, & poſtea mitefactus; in eomet myſterij videtur conſiſtentia: non etenim Deus nimium in tanta re crearet, vt poſtea hoc temperaret, myſteriom niſi vt nimium hominibus monſtraret. Quod verò tale aliud creatum luce tanta, vt poſt in luce debeat, quò poſſit bene aſpici, à Deo temperari: & ſimul primo die ac quarto procreatum? niſi noſtrum Sacramentum, quod planè in luce debet velari & mitigari, vt ab oculis humanis tunc valeat tolerari, & cui etiam in Sacramentis non ſolum primus locus, ſed pariter & quartus æqualiter debetur, ob varias rationes. Primus quidèm ob dignitatem, dum lux Sacramentorũ & primum illorum eſt; quartus verò ob commoditatem, vt ex illo tanquam ex Sole in medio Planetarum, & gratiam, & claritatem ſex alia ſibi hauriant. De primo affirmatiuẽ eſt auctor D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 3. & 4. De ſecundo ſanctus idem q. 62. art. 5. in corpore. De vtroque vero noſtræ cogitationi copulato Gregorius Nazianzenus Orat. de Dominico, non longe poſt initium; vbi valde mihi fauet, in cauſæ huius formalis præſenti congruentia; dum ordinem creationis nõ parùm variaſſe in luce Deum notat; nam in reliquis materiã, vt formæ veram baſim, priorem collocauit; ſed in luce vice verſa prius formæ quam materiæ ſubſtrauit fundamẽtum: Gregorius ſic effatur. *Nam cum in cæteris rebus hanc creandi rationem tenuiſſet, vt materiam prius conderet, ac deinde eam forma inueſtiret, ordine, videlicet, ac figura, magnitudinéque vnicuique rei impoſitis. Hic vt maioris cuiuſdam miraculi ſpecimen ederet, formam materia priorem protulit. forma enim Solis lumen eſt; ac poſtea materiam induxit; Solẽ hunc nimirum diei oculum fabricaturus.* Quod etiam D. Tho. q. 70. in ſua 1. p. nil minus obſeruauit. In gratiámque ſic factum exiſtimo Euchariſtiæ; quando quidem Nazianzenus miraculi maioris, quam Creationis conſideratione, hoc actum palam ait; maius autẽ Creationis miraculo non datur, niſi tantum Diuiniſſimæ Euchariſtiæ Conſecratio, quæ extenſio Creationis appellatur à Chryſoſtomo; tum quia Creationis eſt velut repetitio, & iugis reproductio; tum etiam quia extenſio bene poteſt hoc in loco intenſio & exaltatio, atque item Creationis eleuatio interpetrari.

D. Thom.

Cur prius lucis forma, quam condita materia.

Gregorius Nazianzen.

Chryſoſt.

Miraculum quã voicũ, Creationéque sublimius Eucharistiæ Sacramentum D. Thom.

A

interpetrari. Vltra etiam quod Gregorius miraculi singularis hîc facit mentionem; *vt maiorum cuiusdam miraculi specimen daret.* At miraculum singulare cum nullo conferendum hoc tantùm reperitur, quod vocat D. Tho. opusc. 57. *Miraculorum à Christo factorum maximum, & de sua contristatis absentia solatium singulare.* Ecce maximum, & singulare miraculorum Dei miraculum; pro quo melius figurando, in mundi lucisque creatione tam eximia, mirabilia suadentia Deus ipse tot exposuit; de quo prorsus admirabili, & singolari sacrificio Conci. Triden. sess. 13. cap. 3. Dionys. de Hierar. Cælesti cap. 4. & 3. Ecclesiasticæ. Chrysost. in Matth. hom. 83. & ad pop. 60. vltra multos quos non rarò inuenies in hoc opere.

Concil. Triden. S. Dionys. S. Chryf.

B

24. Quoniam autem Consecratio Miraculum supremum hoc loco præsupponitur, volo obiter hoc ipsum Poëticè & iucundè per illud Creationis hîc etiam memoratum vtcùnque sublimare, & adhuc plus extollere. Sublime nanque est quod Auitus Viênensis Archiepis. in Gallia de effectu Creationis initio lib. 1. intonat in hunc modũ.

Alcimus Auitus.

Creationis efficaciæ Dei verbo solum factę peroptima descriptio.

Pulchra repentino vestita est gramine tellus,
Accepere genus sine germine iussa creari,
Et semen voluisse suis; sic vbere verbi
Frondescunt syluæ: teneris radicibus arbor
Durauit vastos paruo sub tempore ramos.
Protinus in varias animalia multa figuras
Surgunt, & vacuum discurrunt bruta per orbẽ.
Elatæ in cælum volucres, motúque citato
Pendentes secuere vias; & in aere sudo
Præpetibus librant membrorum pondera pennis.

C

Sed sublimius quod in Corporis Christi Domini Cõsecratione perpetuo factitatur. Nam illîc sunt ex nihilo, & postea ex bino corpore aquatico & terreno tã multæ creaturæ in lucem semel datæ, hîc vero corpus vnum in locis est quamplurimis adminiculo specierum Sacramentalium præsentatũ; non autem tantum semel, sed potius quamsæpissim. Quod quantũ maius sit, ex partéque præsertim repetitionis tã eximij amoris versus homines, frequenter indignissimos, hoc ego linquo illis, qui calamo grandiloquo depingent multo melius tam rarũ Christi facinus. Certè solùm de agmine repentè verbo Dei per aëra volante, elegantem & pretiosam descriptionem concinnauit Dracontius diei quinti creationem secum pendens, & metro dulci tradens. Sed feriæ quisnam quintę in Cæna Redemptoris, verborum ipsius Domini, quibus fecit se volatilem per omnes mundi plagas supremum valde opus valebit ponderare? sermonéque efferre, & satis prædicare? Benè quidèm res secunda ex prima conjectatur, excurrit, deriuatur; primam verò præ auctoris pulcherrima elegantia, non possum in loco isto non tibi patefacere; vt minimum, quò inter materias tam excelsas dulcedine eloquentiæ suaui capiaris, & ad alias subsequentes facilius perducatis. Dracontius istiusmodi nectareum fundit melos.

D

Creationis & Consecrationis quoad verbi Dei vigorem egregia cõbinatio.

Dracõtius.

A

Addit quinta dies animalia cuncta profundis;
In corpus solidantur aquæ, neruique ligantur:
Masculus humor erat, fluctus durescit in ossa;
Atque oculi geminantur aquis, humore gelato:
Et quot sunt fluctus, quot forsan in æquore pisces
Incedunt fluido per cærula vasta natatu,
Et crispante freto perflabant naribus vndas.
Terrigenis factura cibos per cuncta creandis.
Exilit inde volans gens plumea læta per auras
Aera concutiens pennis crepitante volatu,
Ac varias fundit blando modulamine voces,
Et puto conlaudant Dominum meruisse creari.
Hanc niueo candore nitent, has purpura vestit,
Hic croceus plumæ color est, has aureus ornat,
Albentes aliis pennæ solidantur ocellis,
Atq; hiacynth' adest per colla, & pectora fulgẽt.
Eminet his cristatus apex, has lingua decorat,
Has virides pennæ reddunt, has discolor ornat,
Multa per innumeras currens pictura volucres,
Et rudibus tenuem subtexunt aera plumis.
Ipsa dies solum ramis & floribus herbas
Enomit, & spicis acuit seges omnis aristas:
Silua comis vestita viret, nidósque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces,
Cum vicenanda volat commotis plausibus ales,
Frondibus insidens, vento cum fronde mouetur,
Vnguibus ad ramos infixa tenacibus, hærens,
Pennigerum vernare nemus, vapor vrget in vsus
Pignoris, & molli durescunt oua tepore.
Pennãtur tunc mẽbra, globis animatáq; anhelãt;
Rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aera pennis.

B

Piscium & auiũ Creationis, incubationisque io oua perelegans descriptio.

C

Quinta quò ad luculentam creationem conuenientia, in causa efficiente.

25. Causa lucis atque orbis creationis vniuersi, vel nulla sanè est; vel illa Dei in homines amoris, sese offert; quo ipse ab æternitate mortales prosequutus, pro domo & regno mundum eisdem fabricauit, vt tangit ipsa veritas in lib. Ieremiæ. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miserans*; id est, perpetim te diligens; dilectionéque perenni memoriam tui habens: ex nihilo non entis attraxi temetipsum, nihilitatis tuæ miserans; qua ex eo quòd nil eras, afflictus ego eram. Siue tui commisertus, vt meas tibi lubens misericordias deriuarem, & beneficia mea immensa donarem, cumularem. Sic cap. 28. scribit Irenæus; *Non quasi indigens Deus hominem plasmauit Adam, sed vt haberet in quem collocaret beneficia sua.* Antistésque Seraphicus initio & 1. cap. Compen. Theolog. *Summa bonitatis triplex est effluxio; prima per generationem, quæ datur in Filio; secunda per inspirationem, quæ cernitur in Spiritu Sancto; tertia per creationem quæ videtur in homine*; Et hoc vltimum bonitatis supremæ nostri Dei effluxu procreato, seu ab hominis creatione tantummodo vulgato; quod in cap. 62. huiusmodi confirmat; *Summa bonitas volens communicare bonum suum aliis, fecit creaturam rationalem, quæ summum bonum intelligeret; intelligendo, amaret; amando, possideret; possidendo beata foret.*

Creatio vniuersalis & Eucharistiæ Consecratio ex solo Dei amore.

Ierem. 31. 3.

D

S. Irenæus.

S. Bonau.

Et ſic noſtrum Sacramentum Dei ſola voluntate, vel potius voluptate, à Chriſto ipſius Filio amore perquam ſummo paratum fuit homini; vnde opus tam mirificum adorſus eius Aquila, quaſi luminis immenſi fulgore repercuſſus, duo nobis pro conſtaoti ſtuporis ſoi magni ſubſtrauit fundamento. Primum, nimium & peringentem amoremtanti Domini, his verbis explicatum; *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo; in finem dilexit eos.* Secundum, illiuſmet amorem nõ amentem, in illis iotimatum; *Sciens Ieſus quia venit hora eius; ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Cum enim amentes amor, & à mente alienatos amantes ſuos faciat, ne quid ſimile de Chriſti amore crederetor, hoc ſciens atque ſciens fecitſe perhibetur; affectu licet tanto in ſuos tunc expenſus, vt ſi nobis de cordato amore non conſtaret, amentia amoris vera res talis videtetur. Benè in veterum ſapientum ſcribitur ſententiis; *Amare, & ſapere vix Deo conceditur.* Benè etiam Dauid Sanctus in curia Regis Achis, vt amens fuit eius ab aulicis putatus, perſimilis huic Domino, figuram cuius egit; amentia etſi illius ob timorem ſibi incuſſum conficta planè fuerit, Chriſti verò nimis fixa ob ſummum in nos amorem; qui vtiq; vbicúnque radices ſuas agit, amentes (vel prudentes) amantes cunctos reddit, ac vna tantùm litera bos duos diſſidentes; quantumuis re & opere nullateous diſſentiant, imò gtadibus quamplurimis ab amore in re inſana amẽtia ſuperetur. Hæc autem amoris Dei amentia verè ſumma, & prorſus cõſummata, reſplendet in hoc cibo; à multis nanque etiam diſcipulorum Redemptoris, vt de homioe mente capto, de illo dictum fuit; *Durus eſt hic ſermo. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Nec malè tale opus inſania nuncupabitur, quãtumuis non amoris inſani, & venenati, ſed ſani & ſalutaris; vſque ad ipſammet ſalutem diuinam nobis dandam. Amentia quippe eſt à mente & à ſeipſo quicũnque alienari; at quomodo extra ſe non poſitus cẽſendus, qui hanc ipſam veritatem ſuppoſuit quando dixit? *In me manet, & ego in illo;* Nã licet extra ſe hinc tapi non concluſerit, alteriustamen raptum ad intra ſe conduxit; ſed qualiter extra ſe amore non extrahitur, qui aliũ ad ſemetipſum amore ſummo trahit, & intra ſe recondit, vt eo ad ſuum libitum iucundius petfruatur?

Ioan. 13. 1.
N. 1. & 3.
Vt amens Chriſti amor in ferculo Euchariſtico.
Publius Syriacus.
Amare & ſimul ſapere cui Deo vix conceſſum.
Amentes amor facit, & amans quantum amens.
Ioan 6. 52. & 60.
Amentia cur ſic dicta.

26. Multa à multis de præſenti amore prædicantur, è quibus vnum tantum, vt loci conſentaneum, lectori, memorabo; videlicet, tantopere amentiam amoris Dei videri verſus homines, Euchariſtiæ Sacramentum, vt *Amatorium*, ſiue, *Philtrum*, vel amoris medicamẽtum ad alliciendum præparatum, ſeo etiam veneficium ad animos muleendum, afficiendúmque præcordia, à multis vocitetur. Quæ Philtra & medicamina ad corda pertrahenda *Amauios* Luſitanè ob cauſam, pluſquam vim, illorũ nuncupata, in eſcis ſæpe ſæpius, proh dolor! adhibentur, vt amaſij dulci hamo amoris

Amatoriũ, & quale Philtrum amoris Euchariſtia.

A inefcati, inuiti capiantor, & in amorem fœminarum bos cibos confectricium, & pocula parantium, furore atque conſtanti feruore rapiantur. Et ſic noſtrum tam amabile quam manducabile Myſteriũ amoris Philtrum eſt, vt appellatur à Ghiſlerio cap. 3. ſup. Cant. in 2. expoſi ad num. 2. Amoris vero immenſi, quo cum minime poſſibile, amores vel humani, vel amoris plus inſani amatorium quantumcũque in efficacia ſingulare, ſeu amatoria vniuerſalia, ſubtiliter quantumuis, & bene præparata, vtcunque menſurati. Vnde forſitan & dæmon huiuſcemodi ferculorum præparator & Pharmocopola antiquus, ac maleuolus, ſæpe viles atque prauas mulierculas induxit, vt, etiamſi facinore extremo perpetrato, B hoc amoris Sacramentum in amatoriis condimentis, quò facilius amarentur, miſcere nõ horreret; velut pridèm Sanctareni, in Regno Portugalli, Miraculũ vſque nunc mirandis multis plenum, idoneo loco dandũ, euentu bono accidit. De quo erga nos Dei noſtri dulciſſimo amatorio audi Didaeum de la Vega Caſtellanum Franciſcanũ, concionatorem ſatis grauem ferm. in Cœn. Do. *Solent amantes, (qui potius amentes eſſent appellandi) beneficiis, muneribus, epiſtolis, muſicis, & aliis huius generis eos quos amant, ad ſuum trahere amorem. Quod ſi hæc beneficia eis non ſufficiunt, ad veneficia ſe conuertunt; & per aliquam vetulam veneficiorum peritam dant eis veneficia in aliquo bene parato edulio, quod dum ij ignorantes exiſtimant edere, amorem potius edunt, quo* C *eorum corpora inflammantur. O ſtupendum Dei amorem! ô ſummam charitatis dilectionem! Non ceſſauit vnquam Deus à principio mundi cor humanum expugnare, atque beneficiis trahere. Dedit es pro beneficiis & muneribus gratuitis, naturalia & ſupernaturalia munera, pro epiſtolis eas epiſtolas, quas per nuntios & Prophetas amatorias illi miſit: neque defuerunt carmina, & ſcriptura Muſica, quibus nunquam cor humanum emolire deſtitit, iuxta illud Iob.* Qui dedit carmina in nocte. *Donec Deus tandem venit ad vltimum remedium, & ſummum omnium beneficium, hunc panem præparando; qui ſit homini quaſi amoris & beneficium & veneficium; vt homo, velit nolit, non poſſit amorem ſuum negare tanto Domino.*

Ghiſlerius.
Euchariſtiã in amatoriam cur dæmon velit mittere.
F. Didacus de la Vega ferm. 1.
Amoris veneficium ſanctiſſima Euchariſtia.
Iob. 35. 10.

Huc vſque noſter Vega qui poſſet rem præſentem elegantia ſua claudere; niſi alia D ſatis grata hoc mallem terminare; quæ Pariſiis in ciuitate pet orbem totum celebri, exarante me hoc opus; in meas manus incidit. Vbi ego, cum in domo Oratoris Luſitani, Almirandi nempe Comitis, Patroni, Excellentiſſimi, ac ſemper colendiſſimi, tanquam vnus ex illius familia commorarer, quò multa ſemper venum iocalia ventitabant, inter alia quodam die rei iſti ptidiano, effigies aduenerunt membtanulis adfictæ, peniculique manu perbellè illuminatæ; è quibus mei ſodales delectu præeuntes, quæque ſibi pulchtiora ſunt viſa, ſelegere. Ne verò ſolus ego extra chorum remanerem, ſubſequentium verſiculorum dulcedine pellectus, quandam mihi deputaui ab aliis

Diuini atque prophani amoris quæ effigies pendatur ab authore.

aliis iam contemptam, in qua erat cor humanum ab aligero, sagittifero, & pharetrato Iesu puero in tenella sui ætate (iam iam quinta vulnerandum) sagittis quatuor aliis dextrorsum vulneratum; & à vere in rebus cunctis puerulo excæcato, Cupido (propter quod sit male concupitus) iniustè nuncupato, sinistrorsum derelictum; qui etiam fractis alis, sagittisque confractis præcipitem se dabat, seu corde à Christo saucio sic dari impellebatur. Quod quidèm cor vulneribus pro ore suo vtens versiculos subscriptos, qui præsentem conuenientiam quamlepide confirmant, suauiter promebat:

Sat est, Iesu, vulnerasti;
Sat est, totum penetrasti
Sagittis ardentibus.
Procul procul hinc libido,
Nam cælestis hic Cupido
Vincit ignes ignibus.

Sexta quò ad lucis fulgidam creationem conuenientia, in causa instrumentali.

27. HÆc causæ efficienti peroptimè ligatur; quippe quæ ab instrumento, quo res efficiuntur, hoc nomen sibi habet. Et verò cum instrumentum absque homine faciente nil prorsus per se faciat, benè quidèm ad efficientem redigitur hæc causa; quæ etiam cum Eucharistia magnopere consentit. Præsertim, cum & lux instrumentum cæli sit, cælestéque vehiculum, quo omnes cæli fluxus, & syderum influentiæ ad terram deferuntur; vt infra nos dicemus; & dicitur ab egregio Marsilio Florentino opusc. de Sole. cap. 4. cum sequen. & opusc. de lumine cap. 11. Prærerea, quod lux prima quemadmodum Eucharistiam perbellè figurauit, ita Fidem Christianam nil minus prænotauit, vt testis est Eucherius lib. 1. super Gen. *Dixit Deus, Fiat lux; id est, illuminatio credulitatis appareat; prima enim die lucem Fides dedit; quia prima est in conuersione Fides; vnde & istud primum in Dei preceptis mandatum est; Dominus Deus tuus vnus est.* Ergo lux est Euchatistiæ verissimum instrumentum, cum Fidei Sacramentum (vt omniū excellentissimū, quod magis Fide eget) hæc ipsa summo iure in Canone dicatur.

Lux cæli, & cæli influxus mirificum instrumentum. Marsilius Ficinus

Lux prima Fides nostra, & ideo ad Eucharistiam instrumētum necessariū. Eucherius. Deut. 6. 4.

28. Firmatur, quia in luce patenti & naturali, instrumentū ipsius lucis, quo solū cerni potest, hęc sanè triplex est, & congrua ad illammet videndā perspicuitas. Prima equidèm in subiecto, & corpore lucente, quod si fuerit opacū nequaquā resplendebit. Secūda verò in medio; nam si medium quod est aër, non fuerit diaphanus, quî lux videri poterit? Tertia tandem constituta in ipso lucis termino, qui oculus est capax fulgoris admittendi; ille etenim qui talpeus, non potest rem quancunque omnimodè intueri. Quid autem tam perspicuum, quam lucida Eucharistia, tam multis iam præhabitis in luce figurata? Hæc corpori est vnita, sed corpori purissimo, mūdissimóque omnium ex Virgine desumpto; quapropter nihil magis visibile in subiecto. Hæc insuper pro medio Diuinam Fidem habet, qua nihil splendidius, vt etiam non quodcunque, sed lumen admirabile à Petro nuncupetur; *Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum.* Vnde oculos, & lyncis, attribuit ei Bernardus in festo Epiph. ser. 2. *Lynceos habet Fides oculos; cognoscit Filium Dei lactentem; cognoscit in ligno pendentem; cognoscit morientem; proinde etiam agnoscit sub accidentibus latitantem.* Hæc tandè, quæ pro termino pręfatos habet oculos, vt Fide illuminatos, mirificè micantes; quare optimè oculatus sic Numen pientissimum Rex Vates pręcabatur; *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* Vbi etenim istiusmodi clauduntur luminaria, statim mors obrepit, seu venit, & inuadit, ac animam mortali prosternit cæcitate, vt asserit Chrysologus serm. 83. *Qui generatur ex fonte, ex Fide viuit. Quod est anima corpori, hoc est Baptismi Fides. Hinc est, quod iustus ex Fide viuit. Moritur ergo omnis, quicunq; fuerit sine Fide.*

Lux triplex instrumentum, & quale ei necessarium, vt bene videatur.

Fides lumē admirabilē a Petro nominata. 1. Pet. 2. 9. S. Bernard. Fides oculi sunt Lyncei

Psal. 12. 15.

Defectu Fidei mors deficere nō potest.

29. Ergo Fides atque lux designans nostram lucem, instrumentum est naturaliter idoneum, & per quam aptum ad istam capessendam. Quæ cum luce propter hoc ab initio nata est, & iugiter incessit. Primum in eo quod hæc fuit in luce figurata, & velut lux Dei verbo producta, & procreata; *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Secundum verò in illo, quod plena semper luce oportuit hæc existere, continuari, & perdurare; vt Eucharistiæ, quæ est Fidei Sacramentum, claritatem antiquitatem, & necessitatem exinde nosceremus. Vnde iam de Eucharistia in Christo recèns nato, & ipsiusmet corpusculo à Magis adorato dixit optimè Chrysostomus in opere imperfecto: *Ecce Magi ab Oriente venerunt, Vnde dies nascitur, inde initium Fidei processit.*

Fidei, lucis, & Eucharistiæ quam magna sit affinitas, ligaménque adinuicem.

Rom. 10. 17.

Ab Oriente Magi venerunt, id est, à luce Fidei. Chrysostomus.

Septima quò ad ipsammet creationem conuenientia, in genere causæ moralis.

30. MVltò magis cum hac causa concordat Eucharistia, quam cum reliquis hucusque à nobis explicatis. Nihil etenim ad Diuinas difficultates enodandas, vel luce potest aptius, vel etiam accommodatius Eucharistia reperiri. De primo testis locuples est S. Dionysius in opere diei primi relatus à Peretio; Marsiliusque Ficinus opuscu. de Sole cap. 2. 9. 11. & opuscu. de lumine cap. 6. & 16. qui aiunt nihil luce lucidius inueniri ad quasque res diuinas facilius explicandas, soluendas, exprimendas. De secundo verò multis hucusque repertis, aperta, & per quàm patens de Eucharistia symbolizante cum Deo congruentia, testatur ipsa veritas. Ergo maximè cum luce consentit hoc mysterium in genere morali. Nunc ad aliqua moralia singulariter rimanda descensū faciamus. In quibus illa nostra moralitas sit prima; quod sicuti Planetis & astris vniuersis fulgorem Sol dispensat,

Nil luce & Eucharistia ad quasque res Diuinas scīēdas opportunius.

& propriam claritatem, ſic etiam hoc Sacramentum attentè ruminatum, cunctis Fidei obſcuritatibus vt facilius agnoſcantur diſpendit facultatem; Quod Vincent. Fertar. in Octa. Corporis Christi videtur opinatus; *Hoc Sacramentum dat virtutem alijs, & declaratur in cælo in quo ſunt ſeptem Planetæ: Primo, Luna; ſecundo, Mercurius; tertio, Venus; quarto, Sol; quinto, Mars; ſexto, Iupiter; ſeptimo, Saturnus. Et ſicut Sol conſiſtit in medio, quia in quarto loco; & dat virtutem, & claritatem alijs Planetis; ita hoc Sacramentum Euchariſtiæ in quarto loco computatur; à quo alia Sacramenta recipiunt claritatem, & virtutem, & ipſum nihil recipit ab alijs.* Cui ſimilis eſt valde lib. 9. hom. 3. Ioan. Carthagena, quem ideo nullo modo producere eſt neceſſe.

S. Vincen. Fer. Euchariſtia cur vt Sol in medio Planetarũ.

31. Secunda, non tantummodo obſcuris Sacramentis donare claritatem, ſed & omnibus ſaluatis, ſaluandiſque hominibus, qui ſupra, ſiue infra Myſterium tale viuont, ſalutem deriuare, largiri, & diſtribuere. Quorum primi iam in vertice cælorum collocati, ſuperiores illo ſunt, per eius tamen lucem à malis liberati, & corona immarceſcibili perpetuò redimiti. Secundi verò in terris quam valde inferiores, à iugo peccatorum queis colla nonc ſubmittunt, per eam illuminati, & prorſus vendicati; prout facilis expenſu in ſua 4. p. tom. 15. cap. 33. §. 1. ſic ait Antoninus: *Sol materialis habet ſitum in medio; nam vt dicunt naturales infra ſe habet tres Planetas, & ſuper ſe alios tres; cunctos tamen illuminat. Sic ſol iuſtitiæ Chriſtus mediator eſt Dei, & hominum, vt ait Apoſtolus; ſupra ſe habens tres hierarchias Angelorum, infra eos enim eſt ratione humanitatis, quam ipſi non habent; nam ratione gratiæ & gloriæ ſuper omnes eſt. Infra ſe autem habet tres ſtatus Eccleſiæ, coniugates, ſcilicet, continentis & Virgines; qui longe ſunt infra eum meritis & perfectione virtutum; omnes tamen illuminantur gratia ſua; qui in cælo manent, & qui in terra ſunt.* Arverò ex quo nam tempore huiuſmodi ſaluatio hoc cibo comparata contigerit in mundo, ex illius diſpoſitione inter duo candelabri iam expoſiti ternaria non male coniectabis: habebat enim calamum figuram huius Myſterij in medio conſtitutum, à quo vtrinqne tria haſtilia & luminaria egreſſum faciebant; cur autem egrediebantur in numero ternario? Anſelmus Laudunen. in Gloſſa Interli; *Tres propter tria tempora; ante legem; in lege; ſub gratia.* Quibus tribus tempeſtatibus ab iſto Sacramento omnes homines ſaluandi; ſiue voto, ſiue re, hauſerunt ſibi gratiam; quod clatius idem auctor ibidem ſic confirmat; *In ipſo autem Candelabro, id eſt, in Chriſto, de cuius gratia omnes accipiunt.*

Saluatis & ſaluãdis hominibus quibuſuis lux gloriæ ex Euchariſtia.

S. Antonin.

Exo 25 32.

Gloſſ. Interl.

Euchariſtia tribus legibus ſaluatis ſalutaris.

32. Tertia mihi apud Philonem de plantatione lib. 2. non longe ab eius fine moralitas reſplenduit; maiores vbi ſuos gerendarum ſemper rerum per pia ſacrificia initia conſecraſſe, ſcribit in hunc modum: *Priſci omnis honeſtæ actionis à ſacrificiis faciebant initium; & ante omnia curabant, vt votis ritè peractis litaretur; & ea ratione finem optatum ſperabant.* Quod & lib. 2. de formulis Roman. adducens Titum Liuium, Briſſonius vir egregius, Pariſinorum clarum ſydus, & Curiæ primus Præſes, de illis nobis tradidit. Et ſic Dominus in principio Creationis vniuerſæ, Euchariſtiam cum non dum litare licuiſſet, figuram ſaltem eius, nimirum lucem ipſam, vt optatum ſibi finem creationis reperiret, litauit præclariſſimam. Quo nobis Deus miſericors, noſtri magnã Sacrificij ingeſſit confidentiam, & in rebus peragendis firmiſſimum præſidium, dum in arduis atque ſeriis negotiis inchoandis hoc nos offerre docuit. Quo & ego documento edoctus, & præmonitus, die quo iſtius operis auſpicia initiaui, qui Præſuli Pariſiorum, vbi ego tunc degebam, Dionyſio Areopagitæ, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, ratione quintæ feriæ, ſacratus ſimul erat; ac pridie eius diei, quo vnum & quadrageſimum, multos annos atq; malos peregrinationis vitæ meę, anno noſtræ redemptionis 1642. cum Simeone concludebam; acta prius quantùm valui expiatione Sacramentali, pro labore tam oblongo auſpicando, & aſſumendo, Sacrificium Deo obtuli. Faxit Deus, vt tantus labor pro Sacro illius ſumptus, Sacrificium mihi ſit, & ad inſtar Sacrificij proficiat multis aliis; optatis hiſce meis Dionyſ. ſuffragante, Myſterij magni huius cliente, & ſcriptore, vbique ſatis inclyto.

Philo. A ſacrificiis omnes gentes initiã capiebant.

Briſſonius commendatus.

A Miſſæ ſacrificio initiã capeſſenda, vtque Deus ab illo cæperit creationem vniuerſalem, & auctor hocce opus.

33. Quarta & vltima moralitas ſubſeruiens Euchariſtiæ, ex luce, Solis matre, ad Matrem Chriſti additur: Ex luce quippe Sol, Virgineáque ex luce natus Sol eſt alius, de quo equidèm tam Sole, quam Solo, dici poteſt, cum voce Eccleſiaſtica; *Ex qua ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam.* Cui Soli; & vetæ loci ſuffragium clarum fert ignitum ſanè aſtrum Seraphicæ Familiæ, & feruens Chriſti præco, Vſluna in Miſſus eſt, p. 1. cap. 41. quo loci ſic ſe habet; *Illa lux, quam ante omnia procreauit Deus, & vel conuerſa in Solem, vel cum Sole ad iuncta manſit, Beatiſsima Maria figuram tenet, ex qua factus eſt Sol iuſtitia; de qua etiam, ſicut de Filio affirmare illius poſſumus: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. An nonne vera lux, qua Solem parturiuit? An non illuminat omnem hominem venientem in iſtum mundum, qua hominibus & mundo perennem lucem edidit? hancque etiam non deficientem vt lucem temporalem, ſed potius ſine defectu perpetuò ſplendeſcentem?*

Lux prima cur Maria.

Vſluna vir laudabilis, tranſcurſim collaudatus.

34. Benè Virgo Mater Dei, vt altera Euchariſtia, in luce diei primi præceſſit figurata. Si etenim Euchariſtia eſt Græcè *bona gratia*, hæc gratia plena eſt. Si illa verbo facta, vt etiam fuit lux; hæc verbo Chriſti corpus concepit Euchariſticum, Sanctiſſimum, & virtutibus luciferum non paruum. Itaque quod hæcca Domina ſecunda eſt Euchariſtia, ac magnum Sacramentum. Nam ſi huius ſacramenti ſupremum cunctis ſuis agnoſcitur miraculum, in locis eſſe multis, ſeu potius quibuſcũnque habetur conſecratum, Maria adeſt vbique aſſiduè atque deuotè à nobis implotatur, melliflui iuxta

Maria quibus cauſis, ſit altera Euchariſtia.

Sancti

sancti in serm. de aquæductu sententiam triuialem. *Sileat misericordiam tuam, Virgo Beata, si quis est, qui inuocatam eam in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse.* Vnde mihi lucis huius subsidium non diffido, sed firmiter confido largissimè assequendum; præsertim, cum & culpas attendere non debeat, in luce supplicata, quæ in prima vitæ luce à culpa fuit expers, vt ait vel Dominici sectator quam eximius Vincent. Ferr. in Natiu. Virg. serm. 2. *Dixitque Deus, Fiat lux. Ecce Conceptio Virginis Mariæ, quæ dicitur hic lux, quia sine tenebra culpæ facta est.* Vbi aquas super quas ante lucis creationem ferebatur Dei spiritus, ploratus Matris Dei parentum sic adaptat: *Spiritus Domini ferebatur super aquas. Ecce promissio de Virgine ad eius patrem Ioachim, cum esset cum pastoribus, & fleret dicẽs. Domine si ista sterilitas venit ex peccato meo, indica mihi. Idémque de Anna, quæ gratia interpretatur, & nihil minus flebat, super quas tam gratiarum quam aquas lachrymarum creationi Matris Dei appropinquans Dei spiritus, omnino ferebatur.* Nec immerito ex his aquis per spiritum Diuinum piissimè incubatis emersit talis lux; cum acutè in Hexam. Nyssenus sic scribat: *Spiritus Dei super quæ fertur similia luci facit; quamobrem aqua super quam Dei spiritus ferebatur, iam lucem prope erat.*

S. Bernard.

Mariã implorat auctor.

S Vincent Ferrar.

S Gregor. Nyssenus.

Octaua quò ad lucis creationem conuenientia, in præuiis circunstantiis.

35. CAusis iam creationis luciferæ transactis, de rebus tantùm opus præeuntibus agamus, pro modulóque nostro nonnihil euulgemus; de quibus primo loco sic ait textus sacer; *In principio creauit Deus cælum & terram;* In principio, id est, in Christo, qui in substantia & veritate est ipsa proculdubio verissima Eucharistia. Primum, diximus initio. Secundum per se patet. Cælum autem, & terræ massa tum temporis formata, Eucharistiæ quando vmbræ, vt fateor, non extiterint, ei certè non repugnant, sed potius viam parant, & valde sunt propitia. Nam cælum est Eucharistia, fideles beans animas; quemadmodum Chrysostomus enarrat ad Corint. hom. 24. *Dum in hac vita sumus, vt terra nobis cælum sit, hoc facit Mysterium* quo loci de re multa inuenies huius tomi. Estque etiam ferax terra virtutum germinatrix, vt cum luce D. Tho. communiter docetur in sua 3. p. q. 79. Ac tandem cælum & terra in vnum copulata; prout S. Irenæus lib. 4. contr. hær. cap. 34. vbi aliquos resurrectionis mysterium denegantes, redarguit, ex hoc nostro, huiusmodi argumentans; *Quemadmodum panis qui est à terra, percipiens inuocationem Dei, iam non est communis panis, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cælesti; sic & nostra corpora percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spe resurrectionem habentia.* O verè promissionis promissa sub figuris in lege naturali, & posteà sub Mosaica præstolata diu terra; nunc verò Christi sanguine iam empta, & nobis tradita! Tu me ad te virtutum valore possidendam pietate tua cõfer. At sequitur in textu.

Gen 1. 1.
Principium est Eucharistia.

Cælum & terra est Eucharistia tã simul, quam disiunctim.

Chrysost.

D. Tho.

S. Irenæus.

Terra autem erat inanis & vacua. Quid autem magis vacuum, quam terra sine corpore Eucharistiæ solitaria, & cælesti prorsus omni influentia euacuata? Pagninus terram vacuam transcribit *desolatam*; *Inuisibilem*, LXX. *Incompositamque* vertunt. Ego verò tantùm vnum Eucharistico defectu hęc omnia mecum reputo; sequutus Augustinum, qui de temp. in serm. 134. huiusmodi profatur; *Terra inuisibilis & incomposita, quia carnem Deus hominis assumere disponebat. Composita non dum erat, quia necdum Gabrielis Archangelis annuntiatione composita, nec dum assumptione corporis Domini visibilis facta.* De orbe luce Virginis orbato sic Bernardus serm. in signum magnum: *Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam, hanc maris stellam, quid nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, ac densissima tenebræ relinquentur?* Sed quid de mundo luce Eucharistiæ spoliato? Hoc lector secum voluat, dum calamus deuoluitur ad verba colligata.

Gen. 1. 2.
Terra carẽs Eucharistia inanis atque vacua, & prorsus desolata
Pagninus.
LXX
S. Augustin.

S Bernard.
Maria mũdi Sol, qua sine cuncta tenebræ; sed amplius Eucharistia.

36. *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Hæ, quæ mundi superficiem tum temporis tegebant, teplebant, occupabant, ad sacri plus edulij viciniam nos adducunt. Abyssus nanque est profunditas ex se omnino impenetrabilis, impertransibilis suapte; & vt asserit Basilius in Hexam. 2. incomprehensibilis vorago. At talis Eucharistia, super quam in accessibilem abyssum maris Dei, obscuræ semper tenebræ difficilium quæstionum incumbunt inmobiliter. At tenebræ quæ lucem annexam secũ habent; vt tenebræ sunt Fidei, quæ lucida est caligo, caliginosáque lucerna splendens mente hominum. Nam credit quod non videt, & videt quæque credit, credulitatis quantumcunque operimento circunfusa. Quæ etiam dum non fallit, nec falli sane potest, veritati summæ hæret, & luce magna gaudet; dum autem lucem istam non videt oculatim, semper illi tenebrosa lux ipsa clara manet; & verò ita clarissima, & oculis certissima, vt dicat Rex Propheta; *Sicut tenebræ eius ita & lumen eius* Ecclesiáque in hymno; *Quod non capis, quod non vides, animosa firmat Fides, præter rerum ordinem;* vbi Fidem, quæ non vider, videre asseueratur. Et Ioannes in principio Euangelici præconij; *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Nec mirum, quod lux Fidei à tenebris non possit obfundi & comprehendi, cum illa semper secum commixtam lucem habeat; de qua luce plus munita, quam tenebris implicita, audi integram atque dulcem nunc proximè libatam sententiam Regis Vatis: *Et nox illuminatio mea in delitiis meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Quæ singulis in verbis expendi latè debet, & maximè in supremis; *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.*

Abyssus quidnam sit, & qualis Eucharisticus.
Basilius.

Lux Fidei est cum tenebris, & tenebræ cum lumine.

Psal. 138. 12.

Ioan. 1. 5.

Hinc Angelus, qui homines ad cœnam

Apoc.19.17.

Solem debet conculcare qui ad ſolem panis Dei optauerit accedere.

Carthageo.

1.Cor.11.20.

Loc.14.18.

Dei vocabat, ſtabat ſupra ſolem; Apoc. 19. dum ad Solis tam lucentis, vt cæcet luce nimia, conuiuium ptoclamabat: *Vidi vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamabat voce magna; venite, & congregamini ad cænam magni Dei.* Quia *Lumen rationis in Diuinorum perſcrutatione ſub pedibus ponendum, & conculcandum ab illis eſt, qui ad iſtam magnam Cænam accedere peroptant* Ita noſter Carthagena lib. 9. ho. a. qui Euchariſtiã propter hoc, tam hîc quam ad Cotint. vocari cænam credit, *Iam non eſt dominicam cænam manducare.* A cæna quippe magna eiuſdem Cænæ typo, expellitur in Luca, curioſus vaous ille, qui ad Cænã tam ſplendidam, & cęli eonuocatus, quamuilem terræ villam videre prius voluit; & ille, qui tunc quinque coëmpta iuga boum vulebat exercere, probare, & experiri. Non enim curioſi qui videre cuncta geſtiunt, & humana de diuinis habere experimenta, hac mẽſa digni ſunt, ſed claudi, cæci, debiles pro iſtis inuitati, ſuffecti, ſubſtituti. Vode & oocte, quod eſt tempus pro cænis deſtioatum, cum Sol à nobis modo non paruulo calcatur, altiſſimum hoc Myſterium, rationem propter ipſam, affirmat inſtitutum; *vt cognoſceremus, humana rationis lumine nequaquam poſſe nos ſacramentum tantum aſſequi, ſed Fides noſtra tenebris.* Et rectè ab iſtis lucem caligine obnoluentibus, egreſſus fuit Chriſtus ad lucem cibi huius mirifice coudendam; nam ſi olim Deus à tenebris prodiuit, vt crearet hanc lucem inferiorem; à tenebris vt aliam ſuperiorem procrearet prodire deceos erat; quò de tenebris veniremus ad lucem tam eximiam. Pro quo militat Philonis egregia meditatio, nimirum, quòd cum Sol ab Oriente ſe ſepandit, cæleſtia luce velat, terreſtria vero omnia reuelat, manifeſtat; cum verò ſe ſe abdit ſub meta Occidentali, cæleſtia nobis aperit, terrenáque cooperit. Et ſic hominis Sol clarus, potentia intellectiua, ſi valde lucem promit, frequenter cælum tegit, & terram ſolam explicat, at terrena vice verſa occludit noctis velo, & cæleſtia tantùm aſtra pulcherrimè demonſtrat, cum occidit, & ſub tumulo infirinitatis ſuæ propriæ humiliter ſe eondit. Anaſtaſius Synaita Hexam. lib. 1. de teoebris ad lucem, id eſt, de culpa ad gratiam; de peccatíſque ad Solem iuſtitiæ Chriſtum Dominum, egreſſum iſtum explicat; *Tenebra omnium peccatorum erant ante præſentiam & aduentum veræ lucis, nempe Chriſti; propterea ſcriptura tenebras ponit ante lucem; quoniam primo eramus in errore, deinde tranſiuimus ad lucem* Quod, tenebris depoſitis per Cooſeſſionem præcedentem, Euchariſtiæ veræ luci ſequenti valde ſeruit; *Probet autem ſeipſam homo, & ſic de pane illo edat*

Cur cæna nocte data, non prandium ſole rutilo vocetur Euchariſtia.

Cur in nocte non in die ſit condita Euchariſtia.

Philo.

Mirabile quid ſolis inſeruiens intellectui, cum oritur, & occidit.

S.Athan, Syna.

Quid tenebræ proficiant ad lucem penetrandam, & peccata iam tranſacta ad gratiam cõſequẽdam.

1.Cor.11.28

Gen.1.2.

Spiritus ſuper aquas Baptiſmi iam figura.

S.Hyeroo.

37. Iam illud qood de ſpiritu annectitur ſuper aquas; *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*; immediatè ſe accingit ad pabulum Euchariſticum, & illud tantum quęrit, cum Spiritos præfatus in placito communi Diuinum Flamen ſit, qui ex Patre, Filióque æqualiter procedit; & qui Hieronymi opinione epiſto. ad Occeanum in vmbram iam Baptiſmi tunc aquis incubabat; *Rudis mundus, necdum Sole rutilante, nec pallente Luna, nec aſtris micantibus incompoſitam & inuiſibilem materiam, abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat. Solus Spiritus Dei in auriga modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem mundum in figuram Baptiſmi parturiebat.* Nam ſicut aqua à ſancto Spirito incubante, vim piſces atque alites creandi tunc accepit; ſic pariter Baptiſmus ab ipſomet Spiritu vitale robur hauſit, vt piſces Chriſtiaoos per fontem Baptiſmalem regeoeraret vitæ gratiæ, & à laqueo peccatorum originalis & actualis volare ſimul faceret; prout n. 12. ſuperius dictum eſt. Quo ſuppoſito bene aqua immediate luci præit; Baptiſmus quippe limen ad omnia Sacramenta Eccleſiæ ingredienda; ad Euchariſtiámque præcipue; cum qua maximè propinquam, vt ſuo loco dicam, affinitatem ſemper habuit. Vnde qooties vir adultus in Eccleſia primitiua Baptiſmo abluebatur, ſtatim panis huius edulio paſcebatur. Ergo mundo, vt ſic loquamur, baptizato per figuram, neceſſe quòd hoc pane in figura cibaretur, & quod panis Euchariſtici figura crearetur. Quò autem nunc intelligas quantùm iſta noſtræ Fidei priora rudimẽta placuerint vel Ethnicis, auſculta quæ Virgilius ſub fin. lib. 6. huiuſmodi cantauit:

Baptiſmus ab initio vicinus Euchariſtiæ.

Virgilius.

Principio cælum ac terras, campóſque liquentes
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque aſtra,
Spiritus intus alit: totámque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominũ, pecudũmq; genus, vitæq; volantum
Et quæ marmoreo fert mõſtra ſub æquore pontus,
Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.

Ex Gentilibus ſcripturæ egregia toboratio.

Vbi Spiritum adiouenies promiſcuè ſuper terras & aquas volitanteto, ac eis incubantem; & ex ipſis procreata quæcunque, amoris ſui calore ſuſcitantem. Et cælum terráſque ligata cum principio, quæ in Gen. initio reſplendent quàm mirificè. Nec ſulùm duo iſta Spiritum & Principium, quæ Spiritus & Filius io Moyſis ſunt doctrina; ſed & Mentem coagitantem vniuerſam muodi molem, id eſt Patrem Omnipotentem, hæc omnia, vt rerum fontem, primariò producentem, à ſe ipſóque iogenito principio procreantem. Et tandem res omnigenas ex cælo victitantes, quæ equidèm oon malè Religionem noſtram fouent. Pro quo faciunt quæ ſecundo & ſexto dixi numero & quę infra quinquageſimo à nobis ſunt dicenda; atque 6. Enarrat. num. 4. cum ſequenti.

Penultima quò ad eandem creationem conuenientia, in opere iam ipſo creandi iubar cælicum.

38. LVx creata quarto die (nam de primalis eſt multis) ex tribus rebus cõſtat, quæ Euchariſticam materiam oon modicè colluſtrant. E quibus prima corpus, ſubſtantiáque illius Secunda fulgor eius; Tertia verò calor eſt pro tempore vtiliſſimus.

Ex tribus cõstat Sol, quæ luce colligãtur; & Eucharistia ex tribus aliis Diuinitate copulatis. D. Thom. S. Bonau.

mus. Neque etenim substantia quæcúnque lucem parit; nec splendor necessariò, vt cernitur in Luna, & cunctis prætet Solem ac ignem coruscantibus, calorem secum infert. Sicque etiam in Eucharistia sunt tria valde dissita; Diuinitas, & anima, ac verum Christi corpus; vt docet, tenet, credit Catholica sententia; quam auget D. Tho. Seraphicúsque Doctor; ille cap 4. opuscu. 58. hic autem serm. 4. in die Cœn. Dom. Qua in re Eucharistia à luce non discordat; nam corpus Christi in ea est corpus & substantia; calor, anima; quæ corpori calorē vitæ affert; & Diuinitas splendor; accidentium licet crassa nubecula contecta. Quæ vtique Diuinitas tam animam quam & corpus, eiosdem Filij Dei vniuit sibi ipsi; sicut Solis splendore corpus calórque illius ad inuicem vniuntur; prout facile patebit rem istam contemplanti.

39. Quo cum lucido ternario huiusmodi obseruato, non sanè mediocriter colludit Eucharistiæ & lucis definitio, quas oportet hoc in loco memorare, & combinare; vt directiùs à fundamentis ædificiū construatur. *Sol* (etenim) *est substantia, splendore atque calore æqualiter conspicua*; vbi corpus, & splendor, ac calor inuenitur. *Eucharistia verò cibus sacramentalis definitur, ex corpore atque sanguine paratus Christi Domini, & ex pane vinóque speciebus simul constans* Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. disp. 42. sect. 4. vbi quatenus est Christus, sunt tria quoque illa, è quibus ille constat; & quatenus sunt species, est vnà sacramentum occultans sub se Christum; seu Christus occultatus sub isto sacramento; de quo quidèm tam cohærens, quam vera, & securissima est præsens definitio.

Quæ lucis atque Sanctæ Eucharistiæ definitio.

Suarez.

Nec à lucis, & Eucharistiæ ternario memorato discordat illud aliud, qood pariter in cunctis reperies sacramentis & appellatur à Theologis; *Sacramentum* (nempe) *tantùm*; *Res Sacramenti tantùm. Res & Sacramentum simul.* Quotum primum sunt species & accidentia sensibilia, patentia, & visibilia; illud tamen adootando, quod huiusmodi præcisio, & Sacramenti separatio, non est verè de ratione & substantia sacramenti; sacramentum naoque tantùm, de quo agimus in præsenti, rem etiam sacramenti includit intra se; vt benè ex pœnitentia ac cunctis sacramentis clarissimè innotescit. Secundum verò est, effectus atque gratia interna Sacramenti, vel charitas & vnitas qua Eucharistiæ colligamur, & per illam constituimur coosortes Dei naturę; res nãque rei est eius internus velut succus, & nucleus, atque virtus ad extra fluēs inde. Tertium autem Christi corpus sub accidentibus locatum: dum enim corpus eios, totius fons est gratiæ; ac proiode res totalis eiusdem sacramenti; dum vero est Christi corpus, prædicto modo latens, iuxta regulam & essentiam defioitionis præcedentis, est verum sacramentum; subindéque tam res interior sacramenti, quam ipsum sacramētum exterius pōderatum. Illo solum super-

Sacramentū tantùm, Res sacramenti tantùm: Res & sacramētum simul, vt sūt, & quo nam via in cunctis sacramentis.

A addito, quod in isto, puta, Sanctæ Eucharistiæ, quam versamus, in eodē Christi corpore sunt res & sacramentum; quemadmodum in sex aliis in homine sunt ipso suscipiente sacramenta; Suarez prout docet hic pruximè relatus; Durandúsque pulcherrimè lib. 4. Ration. cap. 42. Quæ ternario Solis dicto non malè agglutinantur; si in eo consideremus substantiam Solis tantum; effectum Solis tantùm; & effectum, atque substantiam ipsius Solis simul. Substantia nanque tantùm, est ipsū corpus Solis, quod etiam vt sacramentūm non potest ab ingenitis effectibus præscindi; nisi forsan per operationem, quam dicunt, intellectus, hoc fieri contingat, qua vtique à re sua hæc Sacra separantur. Effectus verò tantùm, 10

Suarez. Durandus.

Substantia solis tātùm, effectus solis tantùm; & substantia cū effectu qua forma sint in eo.

B Sole sunt splendor, & calor res aduuiens; intellectui & voluntati eregionè respōdentes; quibus Deo subligamur per gratiam & vnitatem; est gratia nanque animæ mirificus splendor, intellectui correspondens; vt vnitas est calor, à mente se diffundens, voluntatíque accedens, & intimè cohærens. At substantia, & solis simul effectus adæquatus, sol ipse totus sumptus; id est, simul cum effectibus, à quibus ille nequit, cum constet ex eisdem, suapte separari.

40. Nec rursus lucis trina & vnica creatio recenter explicata, à natura ipsius lucis, qua hodie perseuerat, discordat aliquatenus: hæc enim si attenre à nobis pensitetur, tam vna, quam & trina, vt alia, cognoscetur; vna quidèm in substantia, in forma, & vni-

C tate; quæ omnia sunt in Sole, vt facile internoscitur, qoam intimè ligata; trina autem accidentaliter, materialiter, & numeraliter, quo trino essendi modo à Sole lux diffusa per plurima indiuidua corpotea deriuatur. Accidentaliter in corporibus, quæ per accidens ex opacis vtcúnque fiunt lucida, seu luce tantum extima in facie & superficie externa vestiuntur, cum ab ipso lucis radio exterius conteguntur. Materialiter in rebus, quæ sanè non opacæ, sed potius lucis sunt internæ ex se capaces; vt aqua, vitrum, aër, lapilli, & persimilia. Numeralitétque tandē in syderibus cælestibus, quæ non solum sunt capacia accipiendi lucem Solis, ea traneam cunctis aliis creaturis sublunaribus, quantumuis valde lucidis ac etiā

Lux vna, eaque triplex, quemadmodum Eucharistia.

D luminosis; sed ipsam Solis lucem ab initio sibi quoque ingenitam & diuisam extrorsū diffundendi; quæ cum astris sit innata, vt etiam Soli est, iuxta ea quę superius à nobis dicta sunt; non diuiditur materialiter, nec etiam accidentaliter, sed tantum numeraliter, perlumina tam multa, quæ semper cælo micant, à nobis licet noctū dumtaxat videantur. Qua forma & Eucharistia est vna, triplexque; vna certè substantialiter, quia vnica substantia illius, Christi corpus; vna pariter formaliter; quia quãuis eios forma, & pluries & à pluribus in variis orbis locis assiduè proferatur; ipsa tamen vna est, tam opere quam voce; quantumlibet hæc sit à mulris decantata; à multis prout astris lua solis vsurpatur. Et vna tandē etiam io vni-

Sap. n. 25.

Materia, forma, & vnitate, lux vna & Eucharistia.

tate, qua resplendet, ac constat naturaliter: nam etsi in manducantibus accidentaliter multiplicetur Eucharistiæ Sacramentum; & materialiter in frumenti ac vini speciebus; & numeraliter in ipsis indiuiduis Hostiarum, Particularúmque multarum; hoc Mysterium in semetipso tantummodo vnú est; quemadmodum ad Corint. nos monet

1. Cor. 10. 17 D. Paulus; *Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus.* D. Tho. 3. p. q. 73. Soto. d. 8. q. vni. ar. 2. Victoria de sacramen. q. 52. Alanus lib. 1. de Eucha. cap. 2. vultra multos, quos diffusus confusúsque in hoc enumerat Valentia in 3. D. Tho. disp. 6. q. 1. puncto. 4. — D. Thom. Soto. Victoria. Alanus.

Vltima & decima conuenientia, quo ad lucis creationem, in tempore atque loco, quo fuit procreata.

Quo anno, die & mense, ac etiam mensis die lux fuerit creata.

41. Quo anno lux creata nequaquã potest verè à quouis supputari; imò potius supputatione quacunq; prorsus caret: fuit enim primus annus, ex omnibus sequentibus, sequendísque in finẽ; & vnitas non numerus, sed radix numerorum; à qua cum numerandi initium faciamus, & ipsa à nullo numero sit potẽs numerari, vocari rectè debet; nisi Criticus vir aliquis hoc à parte posteriori ostendere tentauerit, eum annũ quo in mundo Deus carne nasci voluit, assumens pro initio, vt inde mundi annum creati sibi colligat. At vero neque sic hoc valet demonstrari, cum multæ de re ista & multum discordantes opiniones habeantur; vt in suo Martyrologio in Natiuitate Christi Domini Baronius satis promit. Quare satius est lectori discordiæ tam permagnæ assignare, & modo aliquo indicare rationem, quam incertam valde annorum notitiam designare; præsertim, cum & quisque in rebus non de Fide quod velit, sequi possit; qua de causa ad Lyranum remitto studiosos in 3. lib. Reg. cap. 15. n. 9. vbi huius diuersitatis assignat quinque causas; & in 1. Eccles. n. 2. cui varietas, qua anni captiuitatis Ægypticæ in scriptura Diuina computantur, cst digna copulari; & quę sacri historiographi non pauca scitu digna euulgant super hoc; quæ etiam nec libare præ turba rerum licet. — Baronius. Lyranus. Anni quare diuersimodè in scriptura numerentur.

Dies fuit qui Dominicus, vel Solis nuncupatur, vt supra n. decimo, vndecimóque dixi; qui in Gen. notanter appellatur dies vnus; *Factum est vespere & mane dies vnus*; vel in sensu literali, quia vnus in frequenti Diuini textus phrasi, est idem quod & primus, vt patet ex Daniele, Ioannéque dicentibus; *Anno vno Darij Regis: Vna autem Sabbathi*; vel etiam in allegorico, quia magna est inter dies, Dominici excellentia; qua vnus, tanquam vnicus vocatur inter alios; cùm ob lucis creationem in eo celebratam, tùm ob nostram Redemptionẽ in ipso consummatã. Eodẽ nanque die est natus Christus Dominus; eodémque surrexit; & Spiritus Diuinus in Discipulos aduenit; ac tandem Christus veniet ad omnes iudicandum, continuandúmque perpetuò in laudibus æternis. Præterea, quòd in eo Iudæis data lex, & manna suauissimum ac mysticum conuiuiũ; vt ait vir Seraphicus li. 2. cap. 10. in Theolog. Compen. qui alia tangit ibi, & Pererius sup. Gen. in verba à me relata: *Vespere & mane dies vnus.* — Gen. 1. 5. Dani. 9. 1. Ioan. 20. 1. Diei Dominici præconia. S. Bonau. Pererius.

Mensis verò atque dies, nimirum ipsius mensis, quo lux in lucem venit, ambiguum valde est, & scitu difficillimũ; in serie nanque oblonga tantorum sæculorum, fine anchora scripturæ, quam illa in re præsenti in nullam partem iecit, nil certi constituitur. Vnde factum, quosque optimos Diuinos Scriptores pro captu suo in varias sentẽtias abiisse; è quibus ego illis libentius adhærebo, qui seruiunt meo operi; præsertim, cũ hæc ipsa, & multis abhinc annis, tã melior quam & mihi securior semper visa, quando nihil de præsenti scriptione cogitabã. Quocirca meo sensu Creationis mensis Martius; idque post æquinoctium, quod in vigesimũ cum primo illius mensis incidit. Ita Synodus Palæstina sub Victore Papa, vbi placito communi Ecclesiæ hoc declaratur; Ambros. in Hexam. lib. 1. cap. 4. Theodoretus sup. Exo. 9. 72. Beda cap. 40. de ratione temp. Comestórque supremò; qui ait sup. Genes. Creationem in mense Martij esse dogma Ecclesiasticum. — Conc. Palæstina. S. Ambros. Theodor. Beda. P. Comestor.

Dies mensis, quo vitales lux vidit sui auras, in certi iuris creditur; mihi verò credibilius vigesimum esse quintum; in quo sauè multos celebres patronos meos habeo; quos inter sunt Eusebius in histor. gener. Athana. ad Antioch. 9. 17. Cyrillus Hierosoly. Cath. 14. Leo Papa. serm. 9. de Passione Dom. Greg. Nazian. Orat. de Dominico. Quibus fauet ipso die quo fuerat lux facta, post annorum per quam longum curriculum interiectum, sanctissimam Eucharistiam per ipsum Verbum Dei, etsi carne conuestitum, fuisse nobis conditam; cuius eademmet lux figura prima fulserat. Iam locus, quo hæc tandem creata à Deo fuerit, putatur esse Oriens; vt eum Hugone de Sacramen. est cunctis peruulgatum. Allegoricè nunc omnia vtcunque ruminemus. — Lux prima & Eucharistia quo die sint creatæ. Eusebius. Athanasius. Cyrillus. Leo Papa. Nazianz. Hugo. Vict. In oriente lux creata.

42. Annus vnus atque primus inseruit Eucharistiæ, primo & vnico Mysterio; quod forsitan hæc propter ille Agnus qui anniculus in Exo. vocatur, per bellè figurabat; *Non quod annum tam haberet, sed quod annum non excederet*; vt ait Abulen. in Math. 26. q. 15. Vnico nanque Sacrificio vnicus annus debetur, & hic etiam benignitate illius coronatus de quo dicitur in Psalmo; *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate.* Nam corona misericordiæ in isto pane fuit completa, & consummata; benedictóque hoc pane repletum simul regnum Ecclesiæ vniuersalis; cuius campi, seu Fideles, qui homines sunt terrei, & ideo humani agri, per orbem vniuersalem, tam vniti sunt in illo per Fidem & Charitatem, quam locis dissipati. — Exo. 12. 5. Anniculus cur agnus Paschalis dicebatur. Eucharistia cuius anni ætatem tãtũ habeat. Psal. 64. 12.

Neque Dominicus ipse dies huic parùm

suffragatur,

suffragatur, tum ob præstitã rationẽ n. 10. cum sequenti, tum etiam quia manna hoc die primum cecidit, & postea per spatium annorum 40. Dominico omni die per singulas hebdomadas primò iterum pluebat, & inde per sex dies, excluso semper Sabbatho misericorditer cadebat; vt notauit & probauit serm. 91. de temp. Augustin. Sed quare nam Dominicu fuit semper reseruatus, tam pius quam iucundus, primus ille mannæ dulcis & mystici dilapsus? A Dominici ethymologia hoc potest coniectari; vt nempe alterius cibi à Domino donandi & Domini donantis replendi sacro corpore, figuram enuntiaret; cuius cibi proculdubio à Domino parãdi, Dominico in priori, & in luce tunc creata, Deus primũ typum dedit. Quo supposito, facilia euadent nobis illa obscura satis verba; *vespere & mane dies vnus*; dum in eis creationis inuertitur directio, & tempus vespertinum matutino quantumcúnque plus manè irradiãti præposterè antefertur, & mane quasi vesper in fine collocatur. Quia vesper institutionis Eucharistici splendoris coniunctus mane fuit; matutinæ seu figuræ, quæ prima in luce fulsit; à qua luce hoc Sacramentum in vespere institutum, & verè maniceauit, & mane primum habuit. Pro quo facit, quod Dominicus *Dies panis & dies lucis*, vt testis est Chrysosto. hom. 5. de Resurre. à priscis dicebatur; quia valde pani nostro approximat lux prima; quæ quidèm sub hoc cibo in Ecclesia primitiua, Dominicis præsertim, solebat cunctis diuidi; vnde panis atque lucis dicebatur dies ille.

Manna primùm die Dominico, & per hebdomadas cur die eodem primũ pluerit. Augustin.

Gen. 1. 5.

Dies panis atque lucis Dominicus cur dictus. Chrysost.

Sic Martius inter menses subseruit Eucharistiæ; vnde agnum in eius Luna Iudæi manducabant, vt Rupertus apud Castro verbo Missa hær. 2. scribit per hæc verba. *Quid, quòd non ante, sed post vernum æquinoctium immolatur agnus? Nempe ab æquinoctio verno superare incipit dies noctem; nam ante illud tempus prolixiores tenebras, breuioremque habemus lucem. Ergo in hoc Mysterium est; quia, videlicet, ab immolatione agni immaculati & incontaminati Christi, capit lux iustitiæ peccatorũ tenebras superare. Antea longa, & profunda peccatorum nox, breuis autem & nebulosa legalis iustitiæ lux erat.* Quid melius Eucharistiæ cum Martio & prima luce iungendæ & copulandæ? Neque officit, Rupertum in iis quæ sequuntur Aprili hoc nuncupasse, & clarè attribuisse; Lunares quippe mẽses Iudæis cum extiterint, per Lunam computati, in duos semper singuli Solares incidebant; & sic Martius in Aprilem hæc propter excurrebat; imò Aprilis lætafacies eo in loco per Rupertum iucunde memorata, succlamat æquinoctio; post quod tenebris deuictis, & algoribus, in Iudæa præcipuè eliminatis clarere terra cæpit, & floribus vestiri, ornari, decorari; *Sed & ipsa mensis Nisan, id est Aprilis vera temperies, (scribit bonus Abbas) quum tellus refloreseit, totúsque post hiemem, quasi post senium rursum iuuenescit orbis, nonne sensatum hominem docet, quatenus renouatus spiritu mentis suæ, Fide viridis, spe lætus,*

Cur agnus verno tẽpore in Martio sit comestus. Rupertus.

Æquinoctium cur post vernum instituatur Eucharistia.

A *& charitate floridus, Paschalis agni epulis intersit spiritualibus?* Quod verè nos tam corpore quam anima assequemur, si ad Agni Dei conuiuium hoc modo assideamus; vbi benè consedentes egregiè renouantur; ita vt tandem vetustatis exuuiis ablegatis, & nomine vel etiam priore propulsato, sortiantur nouum nomen, in signum vitæ nouę hoc ferculo paratam. Vnde ortum, quod de istis sic asserit Ioannes; *Vincenti dabo manna absconditum, & nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Et Christus nouo modo, insolitúque nomine nominauit virum illum, qui hospitium tanti cibi effecit domũ suam; *Ite ad quendam, & dicite ei.* Iam etenim vetus nomen ab homine volauerat, qui ad escam tam eximiam se benè præparauerat, & illa B semetipsum interiùs renouauit; quod Hilarius in Matthæum obscurè suo more præsentiit, in hunc locum; quare forsitan in Psal. & ingressu Sacrificij, sic ait vir Sacerdos: *Introibo ad altare Dei; ad Deum qui lætificat iuuentutem meam*; id est, lætam atque florentem ætatem meam facit; videlicet, ex altari, hunc cibum continente.

Renouari & iuuenescere vt faciat Eucharistia.

Apoc. 2. 17.

Matth. 26. 18.

Hilarius.

Psal. 42. 4.

43. Diem verò mensis Martij, quo lux creata fuit, & condita Eucharistia, ego quintũ super vigesimum verissimũ diiudico; tum quia à multis doctis relatis paulo supra hoc dictum iam monstraui; tum quia nunc Baronius anno Christi 34. n. 153. hanc tenet extitisse priscorum opinionem, quam roborat & ipsa vetustas scriptorum, qui eam tenuere; cum à virorum illuminatorum dis- C cipulis sit tradita, & qui melius de antiquitatibus, vt viri vetustissimi, profecto iudicabant. Præsertim quod nõnulli doctissimi Moderni hoc planè confitentur; è quibus est Suarez in suo vita Christi disp. 40. sect. 6. in fine; & Salianus anno mundi 4086. ac Christi 34. n. 13. tom. 6. adducens pro se Bedam cap. 28. & 45. de rati. temp. August. lib. 4. de Trini. cap. 5. & 18. de Ciuir. cap. fin. & lib. 83. qq. q. 56. Chrysostom. in Conci. de natiuita. S. Ioan. Tertulli. cõtra. Iudæ. cap. 8. D. Tho. super Ioan. c. 2. quos affert & Suarez; ac eorum opinioni vterque sese tradit; Suarez verò in fine de re præsẽti fatur: *Quare consultius est iudicium differre, vel cum vltima, vt communiore, receptioréque sententia, sententiam nostram ferre.*

Vigesima quinta die Martij creata prior lux, & condita Eucharistia.

Baronius.

Suarez.

Salianus.

Beda.

Augustin.

Chrysost.

Tertullian.

D. Thom.

D Bellarminus nihilominus, qui tam doctus quam studiosus habetur antiquarius, nec adduci, nec induci ad hoc tenendũ valet, ex eo quia tabulæ scientiæ Mathematicæ ad illum Christi annum, nimirum 34. extremum repedantes, non prorsus ipso die Eucharisticũ Mysterium ostendunt institutum. Verùm ille tantis tabulis, onustus & grauatus, nil certi tandem ponit, nisi tantùm quod hoc Sacrũ valde circiter à nobis assignatum modò diem extiterit donatum. De quibus etiam tabulis relatus hîc Baronius hoc ipsum contestatur; sed pariter iocatur, & lepide profatur de veritate tabularum. Quapropter cum ex eis nil nobis aduersetur, sed potius suffragetur, benè potest pro stabili, nedum dicam pro probabili,

Bellarmin.

Quo die Christus passus.

A hoc placitum putari, & tutò diuulgari. Præcipuè, quod prædicti quantumuis non directè, sed ex hypothesi tantummodo, tam vera, quam pro nobis notabili, hoc fatentur; dum quinto super vigesimum eiusdem mẽsis Martij constituunt Christi mortem; cum quibus est Rupertus de Diuin. offic. cap. 19. Ergo simul Eucharistia eodem die nata; nam pridie, nocte iam, quam Christus pateretur, hæc fuit instituta; *Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c.* quo tempore per computum in Iudæa consuetum computabatur dies sequens; cunctorum sicut Patrum firmatur testimonio, in ea quæstione; Vtrum B nam condita fuerit *Ante diem festum Paschæ*; vt asserit Ioannes; vel in ipso primo Paschę & azymorum die prima; vt tres alij Euangelistæ patenter asseuerant; vtróque nanque modo, & die, hoc factum esse, Euangelia concordantes, ex eo confitentur, quia à vespera diei festi in populo Iudaico supputabatur dies sequens; qua via manet idem *Ante diem festum Paschæ*, quam Paschæ, vel azymorum, qui in ea manducabantur, festiuo & primo die; nam iste à suo vespere, ipsius diei primi incipiebat magno ritu, iucunditatísque prælúdio. Quo sensu verius C est affatum supradictum. *Vespere & mane dies vnus*; quia à vespera diei celebris numerabantur dies festi in populo Hebræorum; & sic vesper eo die præcessit ipsum mane.

Ropertus.

1. Cor. 11. 23.

Ioan. 13. 1.

A vespera diei festi computabatur dies festus in populo Iudaico.

Gen. 1. 15.

Hinc constat, quod vigesimo cum quinto mensis Martij fuit condita Eucharistia, & Christus Crucifixus; trigesimum iam quartum ætatis suæ annum, vt computant Baronius, Suarez, & Salianus superius memorati, ingrediens ipso die. Et rectè cum in illo fuisset incarnatus; vt cum Ecclesiæ traditione affirmat Augustinus lib. 4. de Trin. cap. 5. & hoc in primo initio ac mediæ no- D ctis puncto; quoúsque fuit Angeli cum Virgine Maria quantumuis nimis breuiter rem narret Euangelium, colloquium dilatatum; vt in Fidei Fortalitio lib. 1. in eo capite quod de genere Messiæ inscripsit ex Dauide, testatur noster pius Alfonsus de la Spina; qua de causa media nocte enatum quoque ait, quia eadem noctis hora conceptus prius fuerat: ac proinde quidquid temporis superfuerat ex tunc, & vsque ad horam nonam (qua Christus crucifixus) eiusdem

S. Augustin

Quanto tẽpore cum Virgine sit Angelus loquutus.

Alfonsus de la Spina

Eucharistia, & Christi mors, Incarnatio, & liberatio ex Ægypti ser-

diei fluxerat, hoc ex quarto supra trigesimũ habebat Christus anno. Nec in ipso prorsus die mors Christi & Sacramentum ac eius Incarnatio mirabili concursu tantummodo accidere, sed insuper in ipso manducatus quoque primùm paschalis fuit agnus, per Hebræos à seruitute Ægypti egredientes; vt auctor est Bonfrerius in Exo. 12. n. 45. Corneliúsque à lapide explanans illud cap. n. 4. & ante omnia nostra lux in lucem primum edita; & si lux die Dominico extiterit creata, at reliqua peracta in die sextæ feriæ; quo die Adam creatus, & aliquibus interiectis, peccator ipse factus; atque pariter à paradisi delitiis relegatus; vt ait Irenæus lib. 5. contr. hær. cap. 25. quò primi peccatoris per mortem Redemptoris è regione congruentius flagitium lueretur. Sed alibi diffusius texendus de hoc sermo.

uitute, ac agni manducatio, & creatio primæ lucis, hæc omnia in die vno, & qualinā accideriūt.

Bonfrerius.

Corn. à Lapide.

Quo die Adã creatus, & postea relegatus.

S. Irenæus.

44. Locus vltimò orientis, quo condita lux dicitur, Eucharistiam non abhorret; sed potius summè redolet. Oriens nanque Christus est in oraculis Diuinis; *Adducam seruum meum Orientem: Ecce vir, Oriens nomen eius.* Nusquam vero sicut hîc, vbi iugiter proclamat, & sine voce ait; *Vespere & mane dies vnus*, quia vespere atque mane secun- C dum mundi varias, ac vastas regiones, semper nomini Domini offertur hæc mundissima oblatio, de qua dicitur; *Ab ortu enim Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus; & omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* De ipsa quippe verius quam de Sole cursu suo Orientem & Occidentem quotidie faciente, affirmari potest illud, quod Salomon scribit; *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur.* Infinities nanque oritur, & occidit in altari; in consumptione sacrificij, & Communione Sacramenti, quin desinat reuerti ad locum consuetum, ipsiusmet altaris. vbi Sole D longè meliùs & oritur, & lucet, & semper Christus moritur. Quocirca nihil mirum si tantum Sacramentum, per lucem figuratum, in cælesti constellatione *Ara & crater* nuncupata quæ in crateris, seu calicis effigiem super aram offertur nostris oculis; ab aliquo scriptore dicatur figurari; nimirum à Marcellino de Pise Capucino in sua Encyclopedia; vir vtinam tam vtilis, proficuúsque in rebus, vt turgens & grandiloquus in suis est eloquiis.

Zachar. 3. 8. & 6. 12.

Gen. 1. 5.

Malac. 1. 11.

Ecclesi. 1. 5.

Ara craterq́ue cælestis figurant Eucharistiam.

Marcellinus de Pise.

ENNARRATIONIS

ENARRATIONIS PARS SECVNDA.

Et Prima cum Eucharistia, quò ad lucis perfectionem conuenientia panegyrica, ac de laudibus illius in genere tractata.

45.  MERSIS nobis iam ex luciferæ creationis profundo satis pelago, lucis nunc perfectionis imago sese offert; in qua tremula è manu mihi Dędali peniculus, vt dicitur, excutitur: nec quid.m quid de lucis perfectione patefaciam decentius recognosco, quam quod S. Emissenus de parabola Zizaniæ trigesima in homilia post festum Pentecost. vulgauit per hæc verba; *Et ego proculdubio aliud his superaddere timeo; ne dum lucem illuminare velim, potius obscurem.* Nam si ille de claritate parabolæ prædictæ, hoc ausus est profari; quid de ipsius claritatis encomiis dicam ego? aut quomodo quam volo elucidare nō nigrabo, si lux quæ nos illustrat, non potest hac de causa à nobis collustrari? Ambrosius in præeoniis fulgoris decantandis scriptor luculentus, lu tulento pro me homine non parum satisfaciet, vt qui duos tantùm luci laudatores condecentes, est ausus consignare; nimirum, lucem ipsam; & illum, qoi tam pulchrum, eximiúmque decorem creauit verbo suo; ac aliqua tunc verba in eius dixit laudem; complacens quasi sibi, ac veluti congratulans de re tam commendabili; *Vidit Deus lucem, quod esset bona* Quo fit, vt lux à se, & à Deo commendata; Diuina, & lucidissima in laudibus reddatur; super quam audiamus Ambrosij lib. 1. cap. 9. in suo Hexam. venustam grauitatem; *Bonorum enim operum proprium est, vt externo commendatore non egeant; sed gratiam suam, cum videntur, ipsa testantur. Vnde plus est in luce quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur; suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio.* En lux à semetipsa polcherrimè laudata; à Deo nunc cernetur in ipso prosequeote: *In e videndo complacet, quoniam ipsa videndi officium subministrat. Nec immeritò Deum sibi prædicatorem potuit inuenire, à quo iure laudatur; quoniam ipsi fecit, vt etiam cætera mundi membra plena sint laudibus.*

Virgil. lib. 6.

S. Emissen.

Lux prorsus obscuratur, à nobiscum laudatur.

Gen. 1. 4.

Lux tantùm à se & Deo; ac qualiter laudetur.

S. Ambros.

Lux vltra quod laudabilis, est omniū laudum causa.

Et sic patet Eucharistiam à se, & Deo esse laudatam in sacro textu se, in Zacharia; *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* vbi quidem à bonitate, & interiori venustate eximiè commendatur; qua laudabilis per se, & decantatrix, ac laudatrix ipsiusmet agnoscitur. Cui similis Albertus, succinctus, sed dilucidus tractatu 3. cap. 6. de Missæ sacrificio; dum *Bonum omnis boni, sine quo nihil est boni.* appellat Eucharistiam. A Deo verò in verbis in Canone descriptis vbi Christus panis huius pręconem sese fecit: *Et eleuatis oculis in cælum ad Deum suum Patrem Omnipotentem, gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, &c.* Nam cur solus Filius Dei hoc sibi reseruauit? & in prouinciam laudes istas, mox panis consecrandi, cantandi sibi elegit? non autem à quouis homine, vt in aliis beneficiis in Scriptura decantatis, hoc voluit celebrari? *Quia solus ipse Deus potest esse laudator, & gratiarum actor in bono tam mirando* Ita in suo tom. 1. lib. 9. hom. 2. Ioan. Carthagena; qui addit in sequentibus: *Sed pro tam Diuini sacramenti institutione, non homines, non Angeli, non vniuersa creatura, etiamsi in linguas vertatur, gratias agere sufficiet, & ideo ab ipsomet Institutore Christo, has agi sic oportuit.*

Zachar. 9. 17

Eucharistia cur a se, & Deo commeodetur.

Albertus Magnus.

Pro gratiis Eucharisticis Deus solus capax est.

Carthagen.

46. Hinc omnes lucis laodes conueniunt Eucharistiæ. De luee nanqueait Seraphicus scriptor inrer multa quæ perstringit lib. 2. cap. 6. Compend. Theologici: *Dat esse intellectuale corporibus & coloribus, sicut intellectus agens dat phantasia humana intellectuale esse. Lux cæli purpura est; maleficorum inimica, nauigantium directio; oculus noctis, facies omnium rerum. Ipsa quæ habet incessum rectum, & nullo modo incedit per curuum: ipsa tandem, quæ omnibus rebus decorem tribuit, & absque illa cuncta sunt ignota, & abscondita.* Quæ quam valde symbolizent huic nostro sacramento, ex omnibus hîc patet de luce & Eucharistia promiscuè ponderatis. Nam si cæli lux est purpura, & Regia pulchritudo, hoc ipsum cibus noster, in illis paucis verbis; *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius?* Si per curuum non incedir, sed iugiter per recta, quid rectius hoe Mysterio, quod omne euruum ac tortum, à templo suo eiicit? Si luce demum rebus ipsarum color redditur, hoc accidit Eucharistiæ cum aliis Sacramentis; à qua equidem Baptismus colorem sumit candidum; ignitum Confirmatio; auratum verè Ordo; Cinereum Pœnitentia; rosaceum Matrimonium; & Vnctio tandem pallidum: vt in 1. dissert. Conuiuij Sapi. sub cap. illius 7. Biuerus anootauit.

S. Bonau.

Quam multæ lucis laudes.

Lux regia cæli purpura.

Zachar. 9. 17

Per rectum, nō per curuum incedit semper lux.

Leuit. 21. 20.

Lux rebus dat colorē.

Biuerus.

47. Et binc etiam pleniore agnominum caterua super omnia sacramenta hoc sanè velut magno clientum comitatu perpetuò eonstipatur. Eucharistia nanque dicitur, Communio, atque Synaxis, quod Græcis idem est; Viaticum, Metalepsis, quod significat assumptum; per illam quippe sumimus participationem Dei naturæ, vt lib. 4. c. 14. scribit Damascen. & Cæna in D. Paul. 11. ad Corin. iuncto cap. *Liquido*; de *Consecr* d. 2. etsi ab isto nomine rectè moneat abstinendum P. Soto de Euchar. in 1. lect. ex eo, quia eodem hæretici abutuntur, in cœna quam confictam, sacrilegámque habent; cum quibos nec vocabulis vtendum nobis vtile; vt multa nunc omittam, in litaniis &

Damascen.

P. Soto.

operibus Euchariſticis relata, quæ ſi omnia attexcrentur, faſtidio magno eſſent. In quo ſan: hoc Sacramentum cum Sole commiſcetur, qui Planetas inter omnes multifariam nominatur; Sol, nempe, Apollo, Phæbus; Delius, Delphicus, & Cinthius, Nonius, Licius, & Titanus; Pæanus; Latonigenus; Argitoroſus, & Laconius; & Horus; ac poſt multa, ſicredimus Veneto in Harmo. Cant. 1. ton. 5. cap. 9. tam Bacchus, quam & Bacchi cognomen Patris Liberi. Nec ſolum multiformiter hoc ſydus nuncupatur, ſed propter ipſummet, ab illo deriuatos Gentilium cunctos deos, de Sole cap. 9. Ficinus teſtis eſt, per hæc expreſſa verba; *In Sole priſci Gentilium Theologi omnia Gentilium numina collocarunt* Et in cap. 12. vbi in Sole & circa Solem offendi nouem Muſas, ſeu numina adinuenies. Sed cur nominum tot agmina circundant Euchariſtiam? *Quia, vt Deus, ita & Diuina eius Myſteria, qualia in Euchariſtia continentur, non poſſunt vno nomine ab homine explicari, propter ſummam illius perfectionem, & varios effectus* Ita Henriquez lib. 8. cap. 1. de Euchar. qui à Chryſoſto. ad Corint. hom. 24. deſſumpſit hanc ſententiam, & à Pij Catechiſ. de Euchar. n. 3. Ergo nullis cognominibus hoc poteſt Sacramentum plenariè nominari, nullis titulis efferri; & nullis tandem laudibus pro meritis ornari.

Cur Soli & Euchariſtiç ſint nomina quammulta.

Venetus.

Ficinus.

In Sole cũcta numina & Muſæ gentis Ethnicæ.

Euchariſtia nullis laudibus laudari plenè poteſt.

Hẽriquez.

48. Hinc tandem factum illud, quod idem Sacramentum. *Et reliqua ſydera occultat, & Solum per ſe lucet:* quemadmodum de Sole lib. 1. cap. 6. ſcripſit magnus Plinius; Sanctúſque Bonauentura lib. 2. cap. 6. Comp. Theolog. huiuſmodi ſe habens; *Solus per ſe lucet; ſtellas illuminat; & tamen eas per præſentiam ſui tam apparentia luminis priuat:* qua in re cum ſolus ſit, & ſolus per ſe luceat, hæc propter Sol vocatur. Et ſic omnia Sacramẽta, quæ ſunt Diuina ſydera, ab iſto Sole noſtro, & luce perfunduntur, ac luce ſpoliantur. Nam licet vera ſint, & vera eodem modo dicantur Sacramenta, nullum aliud ſine addito potitur hocce nomine, niſi iſtud, quod à cunctis antonomaſticè ſic dicitur. Imò & reliqua Sacramẽta non tantúmodo occultare, ſed & intima bonitate videtur exantlare, ſi aliquatenus Zachar. oraculum attendatur. *Quid enim bonum eius, & quid pulchrũ eius, niſi frumentum electorum?* Quẽ Suarez in procem. t. 3. in 3. p. expendit in hunc modum; *Tantum hoc Sacramentum inter cætera Sacramenta præſtat, vt in illum ſolum intuens Zacharias dixerit; Quid enim bonum eius? &c.*

Plinius.

S. Bonau.

Sol quare ſic dicatur.

Sol occultat cuncta ſydera, & Solus per ſe lucet; vt ſimul Euchariſtia.

Zachar. 9. 17

Suarez.

Quo loci cum Eccleſiaſtico non poſſum non profari, & verba illius ſumere; *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua;* deque noſtro Luſitano S. Antonio Paduano, Ordinis noſtri, & Regni gloria, quod Marcus Vlyſſiponẽſis in eius vita refert, egregium quid annectere; In Italia nempe ipſum non niſi Sanctũ dici; & hoc nomine dignoſci, vbicúnque in illa patria, hoc felix verbum *Sanctus* abſtractè ſit prolatum. In Italia, vbi tot Sancti, eximia & ſtupẽda omnino ſanctimonia tam olim floruere, quam hodie verè florent, & iugiter florebunt; Guerrici iuxta dictum, qui tumulos Sanctorum appellat hortos florum; ſepulchrum velut Chriſti, veritatem propter hanc Fidelibus monſtrandam, in horto quodam poſitum. *Et in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat* ſuper quo in concione de ſcripturæ vtilitate: *Magna eſt differentia ſepulchrorum & hortorum; hæc plena oſſibus mortuorum; illi omni ſuauitate & gratia florum, ac fructuum. Etſi enim ſepulchra in hortis, nunquid tamen horti in ſepulchris. Ita ſanè, ſed in ſepulchris ſolummodo iuſtorum; ibi enim vernat, &c.* Quid igitur inferendum de magno Sancto iſto, cui in Ordine Seraphico cantatur Euangeliũ; *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi*, niſi terræ ſal & gratiam totius planè eſſe vnde vbilibet terrarũ ob affectum verſus eum, in orbe toto celebrẽ, & ſapidus eſt cunctis, & ita gratioſus, vt in Principe prouinciarũ ſit etiam Sol Sanctorum, occultans omnes alios, ac eos ſanctitatis ſpolians ſplendore. Quem etiam Sacramentum myſteriis ſanctitudinis abũde fulgentiſſimũ, vocare rectè poſſumus; & ideo non mirandum, ſi vt noſtrum Sacramentum in duobus ſimul locis aliquando ſit inuentus; de quo Marcus ſupradictus, & fama vulgatiſſima.

Eccle. 44. 1.

Antonius Luſitanus occultat Sanctos reliquos, & alia de hoc Sancto.

Ioan. 19. 41.

Guerricus.

Mortuorũ quorũ tumuli ſint potius horti florum.

49. Sed iam Solis Euchariſtici in commune enuntiata præconia coronemus, cum Ambroſ. lib. 1. cap. 9. eiuſdem operis ſuperius memorati; vbi lucem non in numero, nec in pondere, nec in menſura, ſed in gratia, atque lepore creatam tantum eſſe, & verè & ſcitè ait; quidquid cap. ſapien. vndecimo dicatur, in iſtis tribus omnia fuiſſe mundi condita; *Lucis natura ea eſt, vt non in numero, non in menſura, non in pondere, vt alia, ſed omnis eius in aſpectu gratia ſit* Quid aptius Euchariſtiæ, qua mens impletur gratia, & gratiæ fons exiſtit. Certè illa non in numero, nec in pondere, nec in menſura, ſed tota in ſola gratia, vt Filio Dei, repleta, ab eo fuit nobis piiſſimè inſtituta. Quis etenim Euchariſtię elogia numerabit? encomia põderabit? magnalia menſurabit? Solis poterunt atomi facilius ſupputari, quã laudum lucis tantæ offendi computatio. Quare dixit Viualdus in aureo Candelabro de Euchar. n. 1. *Tanta eſt huius Sacramenti dignitas, & excellentia, vt vix aliquis etſi, vt Apoſtolus ait, linguis hominum loquatur, & Angelorum, haud minimæ eius parti ſatisfacere queat. Eſt enim Sacramentum Euchariſtiæ ſummum illud bonum, & longe Sacratiſſimum, quo nihil habet Eccleſia dignius, ſublimius, admirabilius, efficacius, ſalubrius, atque ſalutarius; vt ante Conci. Triden. ſeſſ. 13. cap. 5. dixerat. S. Dionyſius de Eccleſ. hierar. cap. 3. & Chryſoſt. in Matth. hom. 83. ac hom. Sexageſ. ad popu. Antiochia.*

Sapien. 11. 21.

S. Ambroſ.

Lux numerum & mẽſuram, & põdus nullum habet; ſed magis Euchariſtia in laudum quantitate.

Viualdus.

Secunda,

Secunda, quò ad eandem perfectionem conuenientia, in similitudine, quam lux cum Deo magnam habet.

50. AD lucis laudes nunc peculiares descendendo, hæc omnium maior est, quæ omnium rei maiori propinquior Deo, cernitur. Talis autem magna Solis ad Deum assimilatio, vt nusquam planè Deus in quauis creatura vel crebrius vel lucidius fulguriat nostris oculis, & notitiam pellucentem emittat ex se ipso, quam in Sole, de quo primus Antistes Parisinus cap. 4. cum sequent. de nomin. Diuin. & de cælest. hierar. cap. 15. lucis Deo proprietates triginta quatuor valde similes feliciter adaggerat. Vnde Plato in Harmonia Cant. 1. tono 4. per Venetum relatus; & postea lib. de Sole cap. 9. per Ficinum; *Arbitratus bene est, Solem esse Dei statuam, in templo isto mundano ab ipso Deo positam, intuentibus vbique præ cæteris mirandam.* Hæc vltimus qui in lib. immediatè subsequente, videlicet, de lumine in eius 5. capite, mirabiliter à summo in infimum deducit hanc Solarem & admirabilem ipsius Dei imaginem; cuius verba, tanquam simul lucentia & adurentia, & ad supernam nos scientiam illuminantia & inflammantia, haud quaquam prætereo; quæ quidem sunt huiusmodi: *Quid lux in Deo? immensa sua bonitatis & veritatis exuberantia. Quid in Angelis? Intelligentia certitudo à Deo manans, profusum gaudium voluntatis. Quid in cælestibus? Copia vita ab Angelis, virtutis explicatio à cœlo, visus cæli. Quid in igne? Vitalis quidam vigor à cælestibus insitus, & efficax propagatio. Deinde in iis qua sensu carent, effusa cælitus gratia. In sentientibus exhilaratio ipsius spiritus, & sensus nostri vigor. In omnibus summatim intima fœcunditatis effusio. Vbique diuinæ veritatis, bonitatísque imago.* Qui infra cap. 16. hanc imaginem ab inferioribus ad superiora æquo iudicio reducit, istiusmodi. *Constituit autem Deus, vt in vno lumine cuncta conspicerentur; non corporea solum, sed etiam incorporea. Lumen vides in materia, plenum omnium rerum formis; & volubile in hoc mundo. Subtrahe materiam, relinque cætera; habes animam, in corporeum lumen, à corporibus separabile, omniforme, mutabile. Deme rursus huic mutationem, et iam intellectum Angelicum consequutus, separatum lumen, & omniforme, iámque etiam mutabile. Detrahe huic eam diuersitatem, per quam qualibet forma diuersa est à lumine, aliaque diuersa sunt ab aliis, & infusa insuper aliunde. Lumen hoc infinitè lucet, quia natura lucet sua, estq; simpliciter absolutum. Ita demum Deus mentis oculis per hoc lumen, superiore quodam lumine coruscabit, vita sensúque plenissimum; quandoquidem imago eius, id est, Solis lumen, vitam omnibus sensúmque largitur; & quanto lux illa excellentior quam nostra, tanto maius mentis gaudium, quam hæc oculis afferet.*

Sol Deo per quam similis in proprietatibus triginta quatuor.

S. Dionys. Venetus. Ficinus.

Sol Dei imago optima, statua, simulacrũ.

Quid lux in Deo sit, & etiam in creaturis; & quomodo à cælestibus descendat in terrestria.

Lux quomodo à terrestribus ascendat in cælestia.

51. Nec solum imago ista in luce effigiata Deum vnicum depingit, sed pariter & Trinum, vt ait idem auctor lib. de Sole cap. 12.

A non parum lectu dignus; cui addendus est Beatus F. Thom. de Villa noua in festo S. Augustini serm. 1. dicens: *Simulacrum quoddam increati luminis & speculum nitidissimum visibilis est Sol, quo Deus mortalium oculis præsentatur. In eo enim lucet Trinitas & vnitas Dei, nullàque est Dei perfectio hominibus attingibilis, qua non luceat in Sole.* Vnde Brigittæ Deus sanctæ reuelationibus ditatæ apparuit aliquando in Sole constitutus lib. 4. reuelt. cap. 49. quo loci sic Durantus earum elucidator: *Per Solem S. Trinitatis mysterium repræsentatur. Verbum enim procedit à Patre, & Spiritus Sanctus ab vtróque, sicut candor Solis procedit à Sole, id est, à substantia corporea ipsius Solis; calor autem Solis, à Sole & à calore eius.* Quod optime ante eum supremò à B me citatus prædixerât tam Venetus; quam multi antiqui PP. quos munere pro suo Durantus ibi refert; quales sunt Augustinus tract. 20. in Ioan. Nyssenus ad Simplicium Naaianzenus ad Euagrium; Tertullianus ad Praxeam; Eusebius Emissenus hom. 1. de symbolo. Damascenus lib. 1. de Fide cap. 9. & iterum in 11. Hieronymus & Augustinus in Psalm. 71. ad n. 17. *Ante Solem permanet nomen eius.* En Trinitas cum luce, & ante lucem ipsam; *Ante Solem permanet nomen eius.* Quapropter non immerito ante lucis creationẽ Sanctissimæ Trinitatis memoria prælibatur, dum ait Sacra pagina; *In principio creauit Deus cælum & terram*; Nam principium rerum omnium Dei Filius fuit sup. in. n. 2. *Deus*, ipsemet C Deus Pater; & *Spiritus Domini qui ferebatur super aquas*; Spiritus Diuinus procedens ab vtroque; vt explicat Lyranus, Galatinus, & communis Sanctorum existimatio; vt illico à principio principium rerum omnium ebiberemus Trinitatem; & hoc agnito principio in aliud veniremus sanctissimæ Eucharistiæ, in luce prout tantis iam dixi satis lucidis pèrbellè figuratum; quò homines hæc duo tam digna quã vtilia addiscerent principia; & simul intelligerent viciniam perantiquam, quam Eucharistia cum Trinitate à mundo nato habet, incessu semper adeò æquali procedentes, vt Eucharistia dari nequeat diuisa à Trinitate; sicut patet ex doctrina concomitantiæ tam percelebri, cum D. Th. 3. p. q. 76. & cum Iacobo de Valen- D tia in Psal. 21. ad numerum trigesimum.

B. Tho. de Villa noua.

Simulacrũ Dei est Sol, Trinitatisq; speculum.

Durantus.

Psal. 71. 17.

Lyranus. Galatinus.

Trinitatis cur notitia in Gen. principio.

D. Thom. Iacobus de Valentia.

Ad quod iterum firmandum, rem volo satis miram lectori patefacere, quam noster consodalis Alfonsus de la Spina in Fidei Fortalitio lib. 2. hær. 2. in Eucharistiæ & Trinitatis suffragium sic enarrat: *Dicunt Iudæi, quod legi Moysis dominatur Saturnus, & legi Machometi Mars; quia Machometus habuit spiritum Martis. Sed quod sanctum Sacramentum altaris ordinatum fuerat in formam hostiæ rotundæ, sicut Sol, quia erat Sacrificium Solis. Et quod Iupiter, Sol, & Mercurius ordinauerunt legem Christianorum; ita vt Iupiter acceperit habitum, Mercurius sermonem. Sol vero sacrificium.* Hæc ille; qui vir fuit insignis probitatis, honoribúsque fulgens in curia sæculari; ex qua magna & fabulosa blasphemia recensita,

Spina in Fortalitio.

De Missæ Sacrificio iucunda & res mirabilis.

Eucharistia cur vt Sol spherica & rotunda.

magnum nostræ Religioni, & eius Sacrificio præsidium fabticatur. Nam quæ maior vtriusque, probatiorve laudatio, quam Euchatistiam Solem existere, & legem nostram factam à Deo (quamuis ficto) potentiore, sapientiore, illustrioréq; Gentilium? Potest quidem per Iouem Deorum potentissimum, altisonum & fulmineum propterea nuncupatum, Deus Pater, cui potentia tribuitur, signari; per Mercurium sapientem Dei Filium, cui in Triade applicatur sapientia, egregie denotari; & per Solem præpollentem calore, & splendore, Spiritus sanctus Deus, cui amoris tam splendor quam ardor concinnatur, decenter subintelligi. Quod Iudęi si huiusmodi felici sorte dicerent, nobiscum bene dicerent; sed quod illi nolunt dicere, illorum dicit mysticum ac sacrum Candelabrum, quod ex latere lucernas vtroque tres habebat; & maiorem in eius medio ternaria secum diuidens, ad inuicémque separans; quod in vmbram huius Mysterij sic factum supra diximus. Sed quare tres lucernas in nostram rem præsentem hinc, indéque promebat? quia sicut Seraphim clamantes in Propheta sic ista tria lumina tacentia Trinitatem Diuinam prædicabant. Ita Gloss. Interli. in Exo. 25. *Tres ex vno latere, quæ Fidem Trinitatis prædicarent.*

Iudæi Trinitatem vt prædicent inuiti, & tēpli Candelabrum.

Exod. 25. 31.

Isai 6. 3.

Gloss. Interl.

Tertia, quò ad præcedentem perfectionem conuenientia, in vicinia quam lux habet cum Diuinis attributis, nec non pariter cum corporum, & animarum Beatorum, præclaris valdè dotibus.

52. DE Deo bene voluimus ad Dei perfectiones, & æqualiter ad dotes sublimes Beatorum, quæ ipsarum perfectionū participationes quædam sunt, ac etiam portiones. Porrò Dei perfectiones attributa nominantur, quia Deo attribuuntur; non quatenus perfectissimè naturę illius in sunt, sed quatenus à nobis cæcutientibus hominibus cognosci malè possunt. Quę sanè multa sūt, & maximè illa tria, Potentia, Sapientia, & Bonitas immensa; in Sole & Eucharistia non parum rutilantia; vt non adeò cōprobari, supponi quantùm debeant. Præsertim, quòd de luce hoc patet inductiuè in Ps. 18. & de Eucharistia nihil minus in Psal. 110. quæ cursim mox expendam; quare ad corporum Beatorum eximias quatuor dotes parumper descendamus.

Attributa Dei quot sint & quare sic vocato, quomodo etiam in Eucharistia & Sole inueniantur.

Esse istas perquam palam in Sole effigiatas, Ludolphi voce patet, in suo vita Christi 1. p. cap. 64. ad illa Matthæi verba; *Fulgebunt iusti sicut Sol*; quæ ille sic exponit; *Cōparatur autem gloria iustorum Soli, maxime quò ad corpus, quia anima glorificata multò pulchrior erit. In Sole autem quatuor dotes corporis glorificati notantur; scilicet, claritas; quia in creaturis inferioribus nihil clarius est Sole; agilitas, quia exiens ab Oriente statim apparet in Occidente; subtilitas, quia transit per vitrum illæsum; Impassibilitas, quia radius eius non læditur, neque maculatur.* Si autem corpus Solis has quatuor dotes habet, vt ipsas non habebit, Christi corpus Eucharisticum, quod in modo plusquā miro existendi sub hoc cibo, beata certè corpora non modicè trāscendit? Vltra etiā, quòd Potentia, Sapientia, Deique Bonitas collucent hîc mirifice, vt tangit Rex Propheta; *Memoriam fecit mirabilium suorum*; En Dei Omnipotentiam: *Misericors, & miserator Dominus*; En eius nihil minus quam duplicatam Bonitatem; *Escam dedit timentibus se*: En etiam cunctis numeris absolutā Sapientiam, qua Deus in hoc edulio timentibus se solum, non autem contemnentibus cū fructu se exhibuit; ipsi pani tam perfectam dilargiens sapientiam, & intelligendi perspicaciā, vt discernere & separare à malis bonos scire apertè cognoscatur, ac panis verè sapiens, & ille de quo dicitur; *Cibauit illum pane vitæ & intellectus.*

Lodolph. Carta

Matt. 13. 43.

Dotes corporū Beatorum in Sole & Eucharistia

Psal. 110. 4.

Eccles. 15. 3.

Et vero dotes corporum (vt dixi) Beatorū hîc facile adinuenies. In primis, claritatem, quę in lucis hac figura tam multis splendescit; vt vel oculos Angelicos obtundat; etsi Christus ob velum specierū nullatenus cernatur; Chrysosto. in Matth. hom. 83. *Angels videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem.* Deinde, agilitatem, nam si Sol in ictu oculi ab Oriente in Occidentem, qua, vix potest cogitari, velocitate, se extendit, quod & corpora Beata citissimè operantur, velocius Christi corpus quam illa ad sonum formæ mirificè fit præsens; D. Thom. 3. p. q. 75. ar. 4. & 7. & q. 78. ar. 2. & 5. nec non Sanctus Bernardinus tom. 2. serm. 1. ar. 3. ca. 3. Fer. 5. in Cæn. Domini; è quibus prior ait; *Sic & oculus remotissima in instanti vident, ab Oriente in Occidentem velocius adest corpus Christi; quia agens quanto maioris virtutis est, tanto velocius operatur; & quod conceditur de natura, non debet negari ab auctore naturæ.* Post hæc, subtilitatem; nam sicut Sol non frangit, sed illustrat & nobilitat, quā transit, vitri glaciem, ita species valde vitreas Sol iste non infringit, imò via imperceptibili, substantiæ modo illas, quem ipsis confert, fulcit; licet eæ, vt qualitates dependeant à substantia, quæ tamē panis abest, vt docet. D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 1. ad. 3. Impassibilitatémque postremo quia gladijs, velut Sol, nequaquā vulneratur, nec sordibus quibusuis vtcūque maculatur Sanctissima Eucharistia, sed ista absque læsura pertrāsit incessanter; nec cæsa ex violentiis sicariorum tanti Domini, nec polluta ex immunditiis locorū fœtidorum, sed sana & impolluta perpetuò perseuerans. D. Tho. loco proximo. q. 77.

In Eucharistia quanta claritas, agilitas, subtilitas; & etiam impassibilitas, Chrysost.

D. Thom.

S. Bernard.

D Thom.

D. Thom.

Nec etiam dotes animæ Beatę & gloriosæ explodunt Eucharistiā. Sunt etenim cognitio; dilectio; summa inhæsio; & post talem inhæsionem, diuina comprehensio; quæ in solis illis verbis, quantumuis valde paucis, si benè ponderentur, Mysterij nostri nitēt; *In me manet, & ego in eo.* Sed in super & homines (quod valde maius est, & aliquid veritatis

Dotes animæ Beatæ inuentæ in Eucharistia, & claritas primariò

Ioan 6 56.

veritatis eiusdẽ valde expressius) recipiẽtes istum Solem Diuinum, & manducabilem, his dotibus ornantur. Primò quidèm claritate, vt Virgo Beatissima, de qua ait Abulen. in Matth. 1. *Quandiu Maria tenuit Christum in vtero, fulgebat vultus eius quadam glorifica claritate, ita vt Ioseph non posset aspicere in eam* Et etiam sicut alia Maria Ogniacensis, de qua inquit Lippom. die Iunij 23. Quandoque ex Eucharistia deuotissime suscepta faciem eius quosdã radios diffundere & vibrare aspicientibus videri; vt ille Sol, qui suos sodalitate atque conuictu, ac visum in Moyse est, constituit veros Soles. Vnde semel & Apostolos tam luteos quam ignobiles, illustres atque lucidos hæc propter cõpellauit; *Vos estis lux mundi*; nam vt ait Eucharistiæ paschalis flos Paschasius; *Qui luci adhæserunt, lux esse meruerunt* Secundò, agilitate; cum agiles ad virtutes virtute sua faciat. D. Thom. 3. p. q. 69. ar. 3. ad. 2. quare agnus à Iudęis festinanter edebatur; & aues naturaliter volanti gressu præditæ, vocatæ solæ sunt ad Cænam Apocalypsis. *Vidi Angelum stantem in Sole & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli. Venite & congregamini ad cænã magni Dei.* Aues enim efficiuntur ad cælum conscendendum, qui dignè cibi tanti participant conuiuium; hoc quippe Mattheus voluit in mystica sententia; *Vbicúnque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*; nimirum, vt fugientes terrena, & sublunaria, cælestia solum petant, hæ aquilæ, quæ impetunt deuotæ mẽtis rostro, & edunt Christi corpus; quemadmodum de Sacrament. lib. 2. cap. 2. indigitat Ambrosius. Tertio item subtilitate, quæ Christo annexa est; *Habemus Pontificem qui penetrauit cælos.* Sed quando penetrauit? Ascensionis suæ die. Qua verò tunc virtute? profectò sua propria, & in gloriæ iam statu innata suo corpori; Eucharistiæq; nil minus eo temporis acceptæ; qua cibatus voluit proprio volatu cælum petere, vt huiusmodi veritatem Fideles edoceret. De primo dixit ille; *Et nemo ascendit in cælum*; id est, virtute propria; *Nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo*; videlicet, vt descensu filius hominis redderetur; & qui sua Diuinitate, vel etiam in terra degens, omnino in cælo erat. De secundo verò ait eloquium ipsius Domini, quod *Discipulis recumbentibus* (seu ad mensam decũbentibus) *apparuit illis Iesus*; cum voluit cæli regna diuino iure debita, repetere paterna; nec solum ad mensam illis apparens discumbentibus, sed ipse quoque cibum cum illis tunc accipiens; *Et conuescens præcepit eis à Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris; &c. Et cum hæc dixisset eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum*; vt ostenderet per hunc cibum, ad eiusmet exemplum, nos cælum conscensuros; sic enim ait Richardus lib. 1. cap. 16. in suo Emmanuele; *Attende quid dicitur; quomodo ibi legitur*; & conuescẽs præcepit eis. *Et paucis interiectis*; Et videntibus illis eleuatus est. *Ecce quia comedit, ascendit.* Nã quod illa manducatio à Christo tunc peracta Sacramẽtalis planè fuerit lib. 3. cap. 4. in suo tom. 4. Barradius testis est; dicens ibi Redemptorem à mortuis suscitatum se pluries consecrasse, & Discipulis dilectione quam summa se donasse; qua de causa à fortiori in præuia atque suprema Ascensionis suæ hora, & in illo tam tenerrimo, quam verè extremo vale, vt discessus sui sæuum in præcordiis Discipulorum dolorem temperaret, se illis consecratum dedisse non est dubiũ; ob istud nanque etiam in fine vitæ suæ instituit Eucharistiam secundum D. Thom. q. 72. Quartò tandem impassibilitate, ad quã Martyres hoc cibo muniti se aptabant; provt late Cyprianus episto. 54. ex cuius verbis ista; *Non est idoneus ad Martyrium qui ab Ecclesia non armatur ad prælium; quia mens deficit, quam Eucharistia non erigit & accendit.* Nec solum se aptabãt, ad impassibilitatémque armabant aduersus cruciatus crudelium tyrannorum, vt ipsos æquanimiter valerent sustinere; sed & ipsam impassibilitatem optatam, tam robustè in eis obtinebant, vt laniatus tanquam homines impassibiles perpessos elegantia sibi solita lib. 2. episto. 6. scribat idẽ Sanctus.

[Margin, left column: Abulensis. — Maria Christũ gestans claritate radiabat. — Maria Egniacensis resplendens Eucharistia. — Exod. 34. 29. — Apostoli vnde lux cũ essent viri lutei. — Matth. 5. 14. — S. Paschas. — Agilitas deinde. — Exod. 12. 11. — Apoc. 19. 17. — Matt. 24. 28. — S. Ambros. — Subtilitas loco tertio. — Hebr. 4. 14. — Ioan. 3. 13. — Marc. 16. 14. — Actor. 1. 4. & 9. — Ascensio Christi & nostra profecta ex Eucharistia. — Richardus Victorinus.]

[Margin, right column: Barradas. — Christus post resurrectionem se pluries cõsecrauit. — D. Thom. — Et tandem impassibilitas. — S. Cyprian. — Fortitudo ad patiendum, & ad nihil patiẽdum oborta ex Eucharistia.]

Quarta, quo ad ipsammet perfectionem conuenientia; dum lux in multis simul existit semper locis.

53. EX omnibus præmissis Diuinis attributis; illud magis Dei potentiã videtur collimare, quod simul atque verè in locis cunctis adsit, non exclusis quæ vocantur spatia imaginaria, vt in sua Metaphy. disp. 30. sect. 7. à num. 8. cum multis fert Suarez; quidquid Vasquez in contrarium tom. 1. in 1. p. q. 8. ar. 1. disp. 29. ostendere nitatur; Vnde ait Augustinus apud S. Bonauen. lib. 1. cap. 17. Comp. Theologici; *Deus est in mundo non inclusus; extra mundum non exclusus; supra mundum non elatus; infra mundum non depressus. Est etiam intra omnia, quia omnia replet, extra omnia, quia omnia continet; supra omnia quia omnibus præsidet; infra omnia quia omnia sustinet, & sine eo nihil subsisteret.* At lux quæ Deo similis, vt similis, nõ æqualis, non in omnibus est locis; sed in omnibus quibuscunque tam in cælo quam in terra, vel astrorum, vel aliorum inferiorum longe corporum à Sole illuminantur. Et Eucharistia quæ persimilis existit ipsi luci, non in omnibus, sed in cunctis in quibus consecratur, vel conditur & seruatur pro fidelibus infirmis, quantumuis multi & multùm adinuicem distantes, est verè quoad durant species semper locis; vt idem Sanctus ibi lib. 6. cap. 14. scribit in hunc modum; *Deus vbique est; creatura in vno tantum loco; corpus vero Christi medio modo se habet. Cum enim sit creatura non debet æquari Creatori; & cum sit vnitum Diuinitati debet excellere alia corpora, vt simul sit in multis locis, sub isto, videlicet, Sacramento.*

Hæc maior Eucharistici Mysterij difficultas; vt ait & fatetur Angelicus scriptor

[Margin: In omnibus Deus locis vel etiam imaginarus. — Suarez. — Vasquez. — S. August. — S. Bonau. — Eucharistia in multis locis. — D. Thom. — Bellarmin.]

opusc. 59. cap. 8. & Bellarminus lib. 3. cap. 1. de Eucharistia; quare optima similitudine hoc volo enucleare, pro modulóque meo lectori reserare. Pro quo suppono debet, tam binam, quam diuersam, & valde nimis dissitam in mundo lucem dari. Primam, nempe cælestem, à Sole deriuatam; secundam verò tantum sub cælestem & sublunarem, ab ignis elemento, qui est sub Lunæ concauo, diuersè mutuatam. E quibus prima in terris, elementa cum transcendat, nequaquam educi potest; Secunda vero iugiter, multifariámque excutitur, quamuis calibe atque silice ad inuicem collisis, frequentius fit in vsu. Hoc autem quia ignis ex elementis vnum est, ac ideoqui per alia diffusus viuit tria, dispersus, & in eis infusus, ac insertus; communicantur nanque facile, commutantur, & commiscentur hæc quatuor inter se humanæ vitæ fulcra mortalibus concessa; vt tritum & verum est, in aula Philosophica; & de igne per vniuersa elementaria distributo, ac valde dispertito, elegantissime descriptum, & oculis ostensum in Veneti nostratis Harmonia mundi celebri; Can. 1. ton. 3. à cap. 14. & melius Cant. 3. tono. 7. cap. 14. quem lectu per quam dignum non refero ad extensum, vt melius hacce via à cūctis exoptetur, quæratur, & legatur. Ignis etenim per omnes & terræ & maris tractus mirabiliter diuiditur; & per reliqua elementa vigoris propter sui præsentiam necessariam, & necessitatem præsentissimam, plus illis interseritur; quia anima mundana calore gignit almo; & fouet, atque vegetat creata vniuersalia, quæ perirent absque igne; vt corpus absque suo calore naturali non potest sui mortem non illico experiri, & morti non concedere; vt ex veterum Theologorum doctrina vulgatissima Maronis tuba sonat, Æneidos lib. 6.

Igneus est illis vigor, & cælestis origo.

Vigor quidèm tam ignitus, quam cunctis creaturis intrinsecus immissus, quia vita qualiscúnque sine proprio suo igne consistere non valet; cælestis verò origo eisdem rebus indita, Ficini quia iuxta verissimam sententiam, lib. de lumine cap. 11. & lib. de lumine cap. 14. non à Sole materiali amplissimum procedit, efficacissimum, & vtilissimum, ac inter mundi bona præ cunctis datum optimum, & munus perfectissimum, hoc lumen, quo per lucem vel ignem deriuato, illuminamur, & calefcimus, ac in omnibus necessitatibus humanis subuenimur, iuuamur, & fulcimur; sed ab illo, quem Iacobus vocauit Patrem luminum, datorémque cunctorum bonorum perfectorum; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Hæc autem dona & data perfecta, & longè optima, vt videtur probabilius, ac etiam citra dubium, à Deo fonte luminis per ipsum Solis ductum & lucem dimanata. Nam vt asserunt Plotinus & Proclus ibimet; lumen visus quidam est

Cur ignis, & non lux à nobis educatur.

Elementa communicantur & commutantur inter se.

Venetus.

Cur ignis in elementis per alia sit diffusior, & creaturis vniuersis præ reliquis immersus.

Virgilius.

Ficinus.

Quid lumē sit in mūdo, & Sole à quo descendat.

Iacob. c. 17.

Mirabilis sententia de luminis descensu.

A aspectúsque Diuinus per radios oculorum cælestium procul missum; quo Deus modo, siue effectu omnino naturali, naturalia videt omnia, & ab ipsis, quantū licet, videtur Dei essentia. Vnde constat quantùm ignis insertus cunctis sit; & ratio cur ex omnibus terrenis educatur, lux vero nullomodo sic possit excitari. Nam cum ignis sub terrenis deliteat vniuersis, elicitur ab ipsis terrenis quoque rebus; lux autem cum sit pura sublimis cæli qualitas, & per consequens nullatenus cum terra colligabilis, vt de cælo lib. 1. tex. 5. cum sequen. testatur Arist. & D. Tho. 1. p. q. 66. ar. 2. hinc est, quod lux cælestis, maiori vel industria accendi nunquam valet. Quamuis etenim in speculo per lucem Solis calidam prouenirant ignei
B radij, hi quidèm non cælestis, sed potius sub cælestis sunt prorsus qualitatis; nec lucem lux ibidem infundit ex se ipsa, sed excitat calorem infusum sublunaribus, vt facilius hocce modo resultet ex speculo; quemadmodum ex lignorum duorum quotidiana collisione & confricatione patescit curiosis; vbi motus lucem supplet, cum neutiquam sit lux, nec seruiat naturaliter ad ignem eliciendum. Vlterius quod si luce, vt causa sua propria, hic ignis excitetur, iuxta Procli paulo suprà sententiam memoratam, effectus adhuc erit inferior & terrestris, quātumuis causa sit cælestis & superior; vt Didacus de Saauedra in Emblem. politicis non malè designauit, incenso quodam speculo combustam pingens nauem; de Solaribus
C hac radiis, coniectis super ipsum inscriptione superaddita; *Luciferi in me veniunt, sed exeunt ex me ignei*: ac si diceret pro nobis; licet causa sit lucifera, proindéque cælestis effectus est igniferus & ideo subcælestis; ac causæ sunt veræ effectus diuersissimus.

En clarè intenti nostri detecta collimatio. Nam Christus, pro vt Deus, lux est inaccessibilis, incorporea, & intangibilis, vt dicitur à Paulo. Ergo tangi à nostris sensibus omnimodè impossibilis; impossibilisque ideo vt ex cælo modo vllo à nobis educatur; at verò prout homo, quamualde purus ignis, & corpus, ac in summo cælestis creatura; qui tamen velut ignis, & si pariter sit finis & apex rei creatæ, benè calibe cum silice ab eo propter hoc hominibus relictis;
D materia nempe & forma; seu verbis, pane, & vino ad inuicem collisis, educi ab eis valet; quia vt supra dictum est sub n. 21. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Qua via Christum toties adducere fas ei it, quoties verba consecrationis intentione proferentur; quin ideo corpus Christi localem motum faciens, de cælo ad hoc descendat. Nam sicut nos in terra excitamus verè ignem, quin ille elementaris (cum tamen idem sit) exinde ad nos concurrat, ita possumus suscitare & excitare Christi corpus, quin istud ea propter, cum vnum, & idem corpus realiter existat, de cælo ad nos deueniat. Ignem nullibi in terrenis nisi in loco in quo extrahitur, præsentia nota & clara adesse certum est, sed facilè vbi libuerit,

Cur ignis accendatur, lux autem nullo modo.

Aristot. D. Tho.

Didacus de Saauedra.

1. Tim. 6. 16.

Vt Christus præsens fiat Eucharistiæ Sacramento.

Accedit verbum ad elementum et fiat Sacramentum.

Essendi corpus Christo multis simul locis excemplum præstantissimū.

rit, à quouis extrahetur; & ita corpus Christi nequaquam præseos alibi, nisi vbi modo debitò per Sacerdotem consecratur, at verò per quam facilè vbi voluerint Sacerdotes, per eos consectabitur; per motum quin localem de cælo ad hoc conueniat; sicut ignis à conoexo lunari non descendit, ex venis quando silicis excutitur à nobis. En ex omnibus exēplis quæ legerim, ad rem istam explanandam longe optimum; pro quo grates si debentur soluantur Antonino; 3. p. to. 13. cap. 6. §. 16. huiusmodi dicenti: *Primum mirabile est, quod corpus Christi en cælo localiter existens incipit esse in altari, absque eo, quod de cælo descendat. Quod certè ideo esse potest, quia corpus Christi non encipit esse de nouo in altari per suam mutationem localem, sed per hoc quod aliquid in altari existens, scilicet, substantia panis, conuertitur in ipsum, & diuina virtute efficitur corpus Christi, sicut ignis incipit de nouo esse in aere, absque sui mutatione locali, quando aer in ignem conuertitur.* Hæc ille, cui persimilis S. Vincent. Fertar. serm. in Cæn. Dom.

S. Antonin.

In multis simul lucis vt ignis producatur.

Nec debet prætermitti in rei eiosdem robur, quod de lomine peracutè Ficinus adnotauit; nimirum, ex vno hoc in multa duplicari; suámque multiplicare præsentiam in multas alias; multiplicatum verò sic, & sibi totum præsens, non secum ob id confundi, & secum commisceri; sed manere proculdubio distinctum & separatū, quanquam tumuis idem lumen communicet se sibi, & confusum ac communicatum omninò videatur; & rursum lumen ipium (quod allud mirum est) cum extinguitur, non extingui, sed in lumen inuisibile, perpetuúmque resolui; ex eo quod æternæ naturæ lumen fit, & tam viuidæ qualitatis, vt nesciat mortem pati; sicut ille præsupponit cum doctrina Virgiliana superius allegata. Quo quidèm ad Christi corpus, in lumine atque luce peroptimè signatum, in multis simul locis & rectè consecrandum, & postea consumendum, quin aliquid ipsi corpori impediat, vel officiat, nil melius vnquam reperi. Ficeni verba tibi, truncata, sed fideliter relata recitabo, quæ in cap. 11. de lumine sic aiunt: *Lumina vero luminibus non confundi, hinc apparet, quod si ad tres lucernas deambulaueris, tres vmbras ex opposito reddes; videlicet propter tria lumina, inuicem non confusa. Item si tribus his ingentem tabulam opposueris, in cuius medio vnicum sit foramen, tria statim lumina è tribus lucernis in oppositum resultabunt; quia, videlicet, non sunt confusa. Denique, si lucernam unam sustuleris, suum illam lumen quod comitarè videtur, splendore communi interim diminuto.* Et in fine c4. *Forte igitur ignis cum videtur extingui, in occultum resoluitur ignem, lumēnque huius in lumen illius occultum.*

Ficinus.

Lumen secum multiplicatum nullatenus confundi, nec extinguitur, sed in aliud lumen semper occultum tunc resolui, Eucharistiæ veritati mirifice subseruit.

Quinta, quò ad repetitam perfectionē conuenientia, in claritate quam Diuinæ lux habet valde similem.

54. Hic iterum Sapientiæ relocet attributum; tum quia illius radiis clarificat Deus mundū; tum quia Deo ac luce in mundo nihil clatius. Nil luce refulgentius, nil certius, quamuis aliter intellectu sit peraeduum, quam Deum in orbe esse; de quo Venetus peroptimè in Harmo. sua mūdi, à principio primi Cant. ita vt quòd stultus ille à Vate memoratus, corde tenus, non ore negare Deō ausus; *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Res, quæ melius à Christianis agnoscitur hominibus, dum à primo Sacri textus principio cataphracti, hanc illo sub vestibulo; *In principio creauit Deus;* propugnant & tuentur constantem veritatem; inde istorummet doctrinæ incipiens inchoatio, vbi summa Philosophorū Gentilium plus sublimiū ascendit consummatio; nisi forsitan bi viri per cuncta mundi sæcula quærentes semper Deum, rari fuerint ex illis, (vt decuitque, rarissimi,) qui Deum percognouerint. Et sic Sanctæ Eucharistiæ obscurissimo mysterio nihil alia ex ratione lucidios reperitur: dixit etenim Saluaror; *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus;* Et ne ansa dubitandi quæcunque remaneret, adionxit pius Dominus; *Quod pro vobis tradetur; Qui pro vobis effundetur.* Nam vt optimè considerat Scholarum aquila, Scotus super. 4. dist. 10. à præcedentibus ac etiam sequentibus sententiis, scriptura solet ben Diuina elucidari; cum autē Corpus Christi hic traditum sequatur, & sanguis eius fusus; de vero tantum corpore, & vero Christi sanguine hoc debet ex planari, teneri, & prædicari. Scotus sic se habet: *Solet circunstantia scripturarum illuminare sententiam. Vniuersaliter enim intellectus verborū Christi, an loquatur figuratiue, an non, colligi potest ex præcedentibus, vel consequentibus ibidem; vel ex aliis scripturæ locis. Vbi cum Christus ait;* Ego sum vitis vera; *subiungit;* Et vos palmites: *constat autem quod discipuli non erant palmites naturales, sed figurales tantum: sed cùm dixit Luc 22.* Hoc est corpus meum; *subdit;* quod pro vobis tradetur; *cum autem dixisset;* Hic est sanguis meus *subdit* Qui pro vobis effundetur. Hæc ille, cum Augustino lib. 83. qq. q. 67.

Venetus.

Psal. 13. 1.

Nil clarius Deo, luce, Eucharistia què repetites.

Luc 22. 19. & 20.

Scotus.

Scriptura à præcedentibus, sequētibúsque rebus perpetume explicatur.

Ioan. 15. 5.

Luc. 22. 19. & 20.

55. Verùm in tanta claritate istius Sacramenti, quęsitu valde dignum, cur hominum tot millia id ipsum non agnoscant, sed potios, qood est peios, & odio summo habeant? per maximè cum lumini contrarium nollum sit, vt docet D. Tho. 1. p. q. 67. ar. 3. ad 2. in illo sic se habens: *Omnis qualitas sensibilis habet contrarium, sicut calido contrariatur frigidum, & albo nigrum; sed lumini nihil est contrarium; tenebra enim non est aliquod positiuum, sed priuatiuum, quia priuatio est luminis.* Responsio plana est, deducta ex Augustino lib. 2. cap. 1. de moribus Manich. & lib. 12. cap. 3. de Ciuit. Dei; in quorum primo loco hoc dubium plus innodat; dicens, Deom, sicut lucem non solum non habere, sed nec aliquod contrarium suapte habere posse; nam cum Deus ex semet ipso sit ipsum verum esse, nil ipsi contra ponitur; nisi tantum quod non est; at illud quod non est, vt poterit quid esse, quò tandem

D. Thu. Contrarij cur sint multi Eucharistię Sacramento, ooo verò Deo, & luci. S Augustin.

summo Deo contrarium possit fieri, ac illi repugnare? In secundo verò dubij dissoluit omnem nodum, aiens omnes peccatores contrarios esse Deo, pro vt illorum ore dicebat S. Iob. *Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimet ipsi grauis?* Vnde iam tota præsens disparet difficultas. Mirabile nanque est, quod lux communis malis, ac etiam brutis ipsis contrarium nullum habeat; mirabilius, quòd Eucharistia in luce tam expressa, & bonis lux selecta, contrarios tot inueniat, tot hostes, tot infestos. Sed procul iam facessat, quęcunque demiratio; oportet enim vt corpus ipsius Filij Dei, sic Deo, valdè simile; de quo melius, quam de luce probauit Augustinus contrarium non habere, & tamē omnes impios contrarios Deo esse. Quapropter non opprobrio, sed potius Christo est præconio perquam summo, tot in isto Sacramento aduersos sustinere, cum Deus omnes peccatores aduersos sibi habeat; & ægrè, vt more nostro loquamur, patiatur.

Iob. 7. 20.

Contrariū nihil Deo, qui tamen omnes suos contrarij peccatores, vnde patet omnes terræ peccatores nihil esse quod ad multa Dei mysteria intelligēda & contemplanda sūmopere conducit.

56. Cum hoc purum Sacramentum expostcat puritatem, & iustitiam interiorem, vt sibi non infensos experietur quosque homines impuritate maculatos, qui ad vitam splendescentē non cogitant accedere, sed in sordida sentina vitiorum se abscondere, durare, & permanere? Lux est hoc Sacrificiū, sed eò plus idoneum & aptum, siue etiam quodammodo coactum, ad quamplurimos inimicos perpetuo tolerandos, quò semper quiqui mali ad flagitia contegenda oderunt lucis radios; vt ait Sanctus patiens, diffusiúsque Ioannes; *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucē: erant enim eorum mala opera: omnis enim qui male agit, odit lucem; & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Quod si ista prauè faciunt communicare detrectantes, dicant benè cōmunicantes cum Augustino in Soliloquiis cap. 28. *O lux, quæ sola habes omnem maculam, vt pote mūdissima, & immaculatissima. Quæ tibi delitiæ cum homine? quæ conuentio lucis ad tenebras? vbi enim sunt in homine delitiæ tuæ? Vbi præparasti tibi in me dignum sanctuarium maiestatis tuæ, ad quod introiens habeas delitias delectationis tuæ?* vbi plura eiusdē metri reperies quā suauia.

Peccatores luci æmuli, ac iugiter contrarij.

Iob. 14 13.
Ioan. 3. 19. 20. 21.

S. August.

Nec tarò ex tam mirabilis natura lucis venit, hoc malum tam teterrimum, quā nobis naturale, vt hostes lux Dei habeat, ac sæpius patiatur; cùm hostilitas nō oritur ex carnis voluptate, sed ex mentis repugnantis exurgit insolentia, & inobedientia contumaci; & tumida, ac elata; vel etiam ex ignorātia, & pusillanimitate valde nocua, qua vasa nostri corporis infecta per peccatum coangustantur ad Dei latam (non sine perquā merito ipsius Dei iudicio, quam ille sese nobis, in suis tam mirandis, quam venerandis Sacramentis, exponit, atque etiam concredit) charitatem. Nam vt de lumine cap. 3. Ficinus obseruauit; *Nil clarius, vel obscurius, quam lumen, atque Deus.* Nec mirū, cum de lumine dicat cap. 12. hoc purum, merum, & nulli commixtum prorsus rei à nullo plus acuto videri posse oculo; ac illud, quod suapte in-

Ficinus.
Deus clarus & obscurus in summo prorsus gradu, & lumē consequenter.

A corporeum planè est, & oculorum proportionem longissime transcendit; ita vt, qui lumen vident, non illud in se videant, sed in corpore solummodu illuminato & luminoso, naturæ crassioris; quod lumen ipsum temperet, & oculis adaptet; hoc autem citra Solis viciniam refulgentem; nam circa Solem paucis obtutus acutissimi dumtaxat hoc permissum, & in Sole nulli hominum, nisi ei, cui per miraculum sunt oculi aquilini. Sed benè, cum Empedocles, & Zeno cap. 14. ab ipso memorati, dicant, lumen versus flammam omnino se habere, quemadmodum se flamma carbonem versus habet; nam flamma lumen densum in carbone accensum est; at lumen è contrario flamma

Lumen neutiquam videtur, sed corpus luminosum.

B taliter rarissima, vt aspici non valeat. Quod in lumine diuino, cuius lux participatio & imago clarè noscitur, contingit multo verius. Vnde mentes superbientes claræ, & renitentes nil sibi prorsus fidant; & timidæ ac pusillæ de Deo nil diffidant; quod sanè tunc perfectè, proficuéque perficient, cum Fidei & reuelatæ scientiæ se commiserint, & in eam tantis signis ac sæculis firmatam, totam suam confidentiam firmissime conjecerint.

Sexta, quò ad perfectionem laudatæ sæpe lucis, in illius duratione conuenientia, ad Eucharistiam.

C 57. Hic rursus splendescit bonitatis attributum, quia multum à perfectione & bonitate lux deficeret si flauum suum iubar, & auricomā Cæsariem quandóque nō expromeret. Lux esset, sed liuore quodammodo nigrescens, inuidiáque pallescens, si cum lucere posset, hoc modo quouis nollet; lux impotens; si volens, non posset resplendere; lux autem valde stulta, & insania conspicabilis, si valens atque volens à tam magna pulchritudine, hilaritate, & vtilitate, cessaret aliquando; propterea nāque dicitur de iusto vt Sol fulgere, de iniquo verò stultè vt Luna variari; *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol, nā stultus sicut Luna mutatur.* Et sic pariter Eucharistia perpetua in luce est; idque duobus modis. Primo, quia sicut lux per verbum *Fiat* facta, lucere nunquam destitit, sed potius in fulgore mirādo suo perstitit nec splendor fuit transiens, vt fuit verbum ipsum, quo illa facta est; *Fiat lux, & facta est lux*, sic & melius hoc Mysterium cum vsu non pertransit; sed potius tantò magis defixè perseuerat, quantò vtique non est per verbum, *Fiat* factum; sed per ipsum verbum *est*; *Hoc est enim corpus meū*; quod quidem res præsentes permanentes & subsistentes significat suapte. Qua via permanentiæ & subsistentiæ perdurantis, semper forma Sacramenti, tam virtute prolationis transactæ & præcedentis, quam postea persistentis, in isto verè adest, vt verbū & elementum, quę Sacramenti partes sunt, à nostro nunquam absint; de quo agit D. Thom. in sua 3. p. q. 78. Et verò contra

Eccl. 27. 12.

D

Eucharistia lux est permanens, non transiens Sacramentum.
D. Thom.

futiles

futiles versutias nouatorũ recentiores scriptores de controuersiis differentes multa tibi & efficacia subiicient documenta.

Quæ ratio à luce sumpta his aliis confirmatur; quia panis consecratio non est vetè Sacramentum, sed initium Sacramenti; at minus est consumptio, quæ finis Sacramẽti & illius dissolutio tam est, quam summo intre à cunctis dici debet; ergo in sola permanẽtia hoc viget & consistit durabile lu-
D.Thom. ciferum; vt docet eius astrum Aquinas fulgentissimum 3.p.q.73.at.1.ad.3. cum illó-
Victoria. que Victotia q. 52. Et etiam quia cibus res est per se subsistens, ac tandiu persеuerans, quandiu integer, seu potius perdurat inconsumptus, & adhuc non comestus; vnde factum, quod ad mensas cibatia ptæparantur, afferuntur, apponuntur; postea vero satis lente traiiciuntur ad stomachum; vt
Suarez. adnotat Suarez tom. 3. in 3.p.disp.46.sect. 8. quare & cibus Sacrosanctus dum durat semper est persistens Sacramentum, non autem velut reliqua cum vsu soo transiens.

Eucharistia luce sua satiat diem facit. 58. Secundo, quia in luce est perpes hoc Mysteriũ, modo illo quo & Sol in luce sua permanet, de quo scitè lib. 1. in Hexam. c. 9.
S.Ambros. Ambrosius obseruauit, ita istum quemuis diem defixe constituere, vt ipso in hemisphеrio, cui lucet, perdurante, vllatenus non queat extingui illius claritas, etsi nobium mille sæpe cortinis occludatur; *Diem Sol & Luna faciunt; frequenter cælum nubibus texitur, ita vt Sol tegatur, & nullus eius radius omnino videatur; lux tamen diem demonstrat, & tenebras abscondit.* Et sic etiam corpus Chtisti, vt Sol & lux clarissima diem facit, de quo
2.Corin.6.2 Paulus scribit ad Corint. *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis.* Nec etenim cum Sol à nobis eleuatus, nube fuit occul-
Actor.1.9. tatus de qua dicitur in Actis; *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum*; eapropter diẽ suum reliquit impetfectum, imo potius ad eundem perfectius consummandum in mundo mãsit labili, vt mundanos atque labiles nos
Matt.28.20. luce diei huius salutis saluos faceret; *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Quæ verba, licet aliqui assensum suum negent, de Euchatistia, cum communi opinione Doctorũ ne dubites intelligi; quod ego in hoc initio consultò tibi pando, vt fundamentom tanti opetis hinc parum non dependens, sic melius iaciatur. Pto qua quidem veritate ex illis quos notauetim, au-
Clemen. V. ctotes istos accipe; Clementem Papa V. cũ Conci. Viennen. in Clemen. de teliquiis,
Innoc. III. venetationéque Sanctorum Innocentium
Bernard. lib. 4. cap. 44. de Missæ Sacrificio Bernatdinum tom. 2. art. 1. cap. 2. serm. in Cæna
Laurent. Iustin. Dom. Laurentium Iustin. in serm. de Euchar. Iansenium in Euangel. cap. 149. Viu-
Vincent. Ferrar. centium Fcr. adducentem pto se Glossam,
Bonauent. serm. in Cæn. Dom. Bonauenturam sup. 4. d. 10. q. 1. & de præparat. ad Miss. cap. 2.
Viegas. Viegas in Apoc. cap. 13. Commen. 2. sect. 2.
Suarez. Suarez de Eucharist. nimirum tom. 3. io 3. D.Thom. disp. 46. sect. 2. & lib. 1. cap. 3. ac lib. 5. cap. 10. aduet sus Regem Angliæ; & tandem qui vt vnicus, sic vnus instar om-

A nium Scotus mihi est, sent. lib. 4. d. 8. q. 1. Scotus. vbi istud & intelligi de Eucharistiæ Sacramento, & communem Patrum esse sententiam superaddit.

59. Sed insuper & Paulum Burgensem adiiciamus, hunc locum pto Sanctissima Eucharistia interpretantem, qui non solum vt literatus, Theologúsque magnus, sed etiam vt magnæ Ecclesiæ Prælatus in Hispania, & ereptus Dei clementia à cæcitate Iudæorum, est dignus, qui seorsim in numero discreto præsentem rem confirmet, & penitus absoluat, in addit ad Psal. 131. quo ita Rex Propheta: *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius
B saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, & Sancti eius exultatione exultabunt. Illud producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Quæ omnia tantus vir de Christi, hîc nominati, iu Eucharistiæ mansione explanat in hunc modum.
Burgensis. Psalm. 131. à num. 13.

Primò, Sanctam Sion dicens, quam Dominus elegit, Ecclesiam Sanctam esse; quæ sane electioue omnino voluntaria, non verò propter merita alterius cuiuscunque, ab ipso electa fuit, ac etiam bis electa; nimitũ in lege Moysis, & postea iu Euangelio; quapropter bis profertur; *Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi*; naturæ nanque lex Mosaycam à mundi initio longissimè
C ptæcedens, creationis magis fuit, & in statu innocentissimo constitutionis primitiuæ, seu etiam ptimigeniæ, quam à culpa, quæ post accidit, electionis spontaneæ; de qua vltima electione, habitatioue in verbis istis à Vate nuncupata; *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi*; priorem non tam modicè quam summè transcẽdenter exponit illam vocem; *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Quam etiam electionem, & habitationem in sæculum sæculi hoc loco nũcupatam, id est, in finem vsque durationis sæcularis, Psalmographus tam clarè quam firmè protestatur. Hoc autem de Sion non raro Solo data, & post Chtistum indefinenti ruina desolata, intelligi non potest, sed de Ecclesia vsque
D in finem incolomi futura, iuxta Chtisti ptomissionem descriptam per Matthæum, quam Burgensis in præsidium sententiæ suæ affert.
Ecclesiæ & Eucharistiæ vsque in finem perpetuitas egregie demonstrata. Ioan. 1. 14.

Secundò, verò istam habitationẽ Christi Domini, in aspectu suo ptopria per petuam non fuisse, in quo solum vsque ad tempus Ascensionis suæ fuit cum hominibus versatus; sed esse in Eucharistia, quæ vidua hîc appellatur, quia tanquam quædam vidua in domo viri sui, Ecclesia supradicta, relicta ab illo mãsit; vt vidua, carò visa in vultu suo & facie, ostensa sine velo; vt vidua verò talis, tã ipsi viro socia, vicina, & valde proxima, vt illo semper sit, & plena, & vere fœta; vnde & dupla benedictione, societatis & fœcunditatis Diuinitus fructiferæ in
Eucharistia cur sit vidua, & qualiter tã vidua, quam nunquam a viro absens.

textu benedicitur; *Viduam eius benedicens benedicam*, Et ne ista benedictio aliunde quam ex panis Sacramentalis abundantia, atque iugi redundantia putetur prouenire, in plurali panis iste hæc propter hîc locatur, pauperibúsque datur; *Pauperes eius saturabo panibus*. Et addit cum Rabbi Aben Burgensis memoratus, non vidua, sed *tsedah* Hebraïcè scriptum esse; quod viduam nullo modo significat Hebræis, sed escam, ac principaliter, quæ datur viatoribus, & ad viam peragendam paratur pro viatico.

Sup. n. 9.

Tertiò autem, de Sacerdotibus adiungi panis huius, non tantummodo iustitia, vt Sacerdotes legis veteris, de quibus paulo antea à Vatæ dictum fuerat, *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, sed etiã Christo ipso, tanquam suo vestimento, mirando cũ excessu, B induẽdos & feliciter tegendos eos fore. Illi etenim cum viuerent in fidem Redemptoris aliquando deuenturi, iustitia induebantur; dicente D. Paulo, & Habacutij Vaticinio; *Iustus ex Fide viuit*. Nostri verò cum hunc panem, in quo quidem Christum habent, conficiant, & accipiant, ac reliquis distribuant, salutari, in ipso Christo, induuntur vestimento. Salus enim nunquam nisi per Christum data fuit; *Ipse enim saluum faciet populum suum, a peccatis eorum. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*. Et ideo istorum gloria super gloriam præcedentium Sacerdotum duplicatur, dum dicitur de primis; *Et Sancti tui exultabunt*, de secundis verò cum lætitia repetita, *Exultatione exultabunt*. Quod autem C Sacerdotes priores sint Mosaïci, exinde cõfirmatur, quia arcæ illius legis hoc loco copulantur; *Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca Sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iustitia, & Sancti tui exultent.* Sicut patet posteriores Sacerdotes nostros esse, quia pane cum præfato per arcam figurato ibidem coniunguntur; *Viduam eius benedicens benedicam; pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, & Sancti eius exultatione exultabunt.*

Habacut. 2. 4.
Rom 1. 17
Galat. 3. 11.
Hebr. 10 8

Sacerdotes cur antiqui induti sint iustitia, & nostri vestimento vocato salutari.

Math. 1. 21.
Actor 4 12.

Sacerdotes legis nouæ in gratiæ hilaritate antiquis auctiores.

Quartò, sic elucidari sententiam subsequentem; *Illuc producam cornu David; paraui lucernam Christo meo* Nimirum, in Eucharistia; vbi & Christi Dauid Filij, expressè hîc nominati producitur potentia, per cornu in Sacro textu frequenter intellecta; *Exaltabuntur cornua iusti*; Psalm. 74. quæ potentia D ad faciendum miraculum tam magnũ producta in Christo fuit, extenta, & dilatata, ad totum suũ (in quantum Dei Filius) summum posse; nam aliter non posset tam mira res patrari; nec Ecclesia in pane hoc lucernam ad Dei mysteria videnda pulchram haberet; Eucharistia nanque lumẽ, quo Ecclesia Deum videt in verbis est sequentibus eiusdem inet auctoris, quæ ita sese habent; *Eucharistia fuit condita, vt Deus, qui inuisibilis est, visibiliter à nobis cognoscatur, vt sic in eius amorem transformemur; quod vtique fit per lucem diuinam oculis nostris mentalibus infusam. Vnde Ecclesia in præfatione huius Sacramenti*; Per incarnati Verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux tuę claritatis infulsit; vt dum A visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. *Propter quod hic adiectum, quod Deus parauit lucernã Christo suo, scilicet, lumen Diuinum infusum in mentibus dignè sumentibus, quo Christum inuisibilem sub Sacramento visibili existentem cognoscimus per Fidem, & per Charitatem amamus.*

Psal 74 11.

Eucharistia à Deo condita vt Ecclesiæ sit lucerna,

Quintò demum dicti Psalmi sic finem intelligendum; *Inimicos eius induam confusione; super ipsum autem efflorebit Sanctificatio mea*; Inimicos nẽpe Christi in hunc panẽ debacchantes, & in eo eiusdẽ panis amicos confundentes, seu confundere volentes, per oppositum ibimet quam valde confundendos; Christum verò semper flosculis honorum plus vernãtium fuisse cumulandum; vt sub B nomine huius Domini præcatur Ieremias; *Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego*. Et meritò, nam quemadmodum Sacerdotes Redẽptoris induuntur salutari, ita eius aduersarij, oportet vt perpetua confusione vestiantur; & etiam vt super Christum Sanctificatio semper florida, id est, iugis, & æterna permaneat felicissimè; tanquam Floridi & Nazaręi sanctificatio verè hominis, qua sanctificat actiuè, Nazaræosque constituit quoscúnque iustos facit, iuxta illud quod iuuenies in quodam Vaticinio; *Suscitaui de iuuenibus vestris Nazaræos*. Amos 2. 11. Vbi etiam ad istum Psalmum affirmat referendum, quod ait Matthæi vox, Prophetis sese referens; *Vt adimpleatur, quod dictum est per Prophetas; quoniam Nazaræus vocabitur*. Matth. 2. 23. C Sic ille dicto loco, quo cerni à quouis potest.

Ierem. 17. 18

Eucharistia Christi hostes quam valde confundantur, & Christus exaltetur.

Septima, quò ad ipsam lucis perfectionem conuenientia, in eo, quod & vmbras inducat, & excludat.

60. CVncta Domini attributa hucúsq; elucidata, hîc simul comprehenduntur; omnia quippe continentur, habentúrque quodammodò sub Dei Omnipotentia; tum quia hoc primum est, & respectu prioritatis sequentia sub se claudit, tũ quia Omnipotentia Sapientiam & bonitatẽ ad res scitè atque proficuè omninò faciendas clarissimè supponit; nec quidquam Deus effecit nisi præuia sapientia, & bonitate comitante, cũ dicat sacer textus; *Et nihil odisti, eorum, quæ fecisti*; quapropter Dei attributa, D Omnipotentiæ, qua creare, & anihilare res omnigenas, & tam facere, quam destruere quæcunque velit, potest, subduntur manifeste. Lux de qua cum Eucharistia, & Deo nobis sermo, rei isti affinis est, in vmbra efficienda; hanc etenim illa facit, & destruit suis radiis, & gignit & extinguit, & affert & eliminat. Primum quidèm gratum opus æstuantibus hominibus, quo paululum sub vmbræ hospitio decubare, & à calido labore virore recreari eis maneat perquã facile. Secundum verò neutiquam cæcutientibus ingratum, & viris frigescentibus; vt isti per calorem à gelu calefieri; illi autem per splẽdorem res valeant intueri. Hoc autem in nobis

Vt nã Dei Omnipotentiæ attributa cũcta illius subiaceant naturaliter.

Sapien. 10. 15.

nobis facit Sanctissima Eucharistia, quæ lux & vmbra simul fidelibus existit; quibus sicut aliquando amœnas vmbras tulit, sic eas post consumpsit, & quantum in vita licet, resoluit, & extinxit. Nunc hoc dictum generatim, minutim videamus.

Et quibus fiat vmbra.

Vmbra ex duplici fit causa; videlicet, ex lumine, & corpore non claro, sed crasso denso, opaco; quod resistens splenduri, & eum à se retundens vmbrosa reddit loca. Ita Delrius cum Guilhelmo. 2. Cant. exponens illa verba; *Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi.* At verò si ex luce & corpore fit vmbra, quæ talis est, quæ possit huic nostro Sacramento idoneè comparari? quod ex luce fulgentissima Diuinitatis verbi Dei, & ex corpore perfectissimo humanitatis Christi Do. in ipsomet coaluit? & hodie coalescit per verba consecrandi? Tales inde & tā per vtilis resultat nobis vmbra, vt vmbra nuncupetur in verbis Prophetarum, sed vmbra mixta tritico, *quia pariter*, est triticum vmbraculū hoc cęleste, cęlestéque frumentum, quod ad corpus assumendū à cęlo summo venit; *Ego sum panis viuus, qui de calo descendi*: de quo tritico vmbrificante præcinuit sic Oseas; *Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent tritico.* Sed quomodo sedebunt, & homines sub vmbra frumentis conuertentur; quod quidem neq; vmbrę videmus vmbram facere? messoribus non rarò ardentes inter flauas & calidas arestas, afflictæ vitæ halitum, extremum relinquentibus? Hoc nobis Bernardinus, ni fallor, bene explicat; tom. 2. serm. 58. art. 3. cap. 2. vbi ille de sessione, & conuersione tam iucunda in istum modum loquitur: *Sedebunt in Dominici Sacramento corporis; quod quidem Sacramentum vmbra denominatur, quia se præbet Dominus in secreto mysterio, sub accidentiū velamine occultatum. Quia sedentibus quasi ad mensam proponitur triticum cælestis panis; Et ipsi cibati conuertuntur in cibum, hoc est in Christum.* De qua cibante vmbra, & cibo secum vmbram refrigerantem ministrante peroptime Bernardus serm. 48. in lib. Cant. *Merito eius desiderauerunt vmbram, de quo sponsa & refrigerium esset, & refectionem pariter acceptura. Nam cætera quidem syluarum ligna, etsi vmbram solatij habeant, non habent vitæ refectionem. Vnus est enim vitæ arbor, vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui dicit sponsæ suæ*; Salus tua ego sum; *& nobis in Euangelio*; Non Moyses dedit nobis panē de cęlo, sed Pater meus dat vobis panē de cælo verum. Hæc ille; qui & Fidem, sub qua nunc ambulamus, solatiáque captamus, ibidem facit vmbram eiusdem Redemptoris, quam tamen suo loco intactam relinquamus, & de vmbra Christi corporis, quæ ipse clemens dederit, in publicum educamus.

Delrius Cant. 2. 3.

Ioan. 6. 51.

Oseas 14. 8.

Eucharistia cur sit vmbra & multa de re ista.

S. Bernardinus.

S. Bernardus.

Ex Christo salus vnica & vita peccatoribus.

61. Hæc igitur est vmbra, quæ vmbras fecit olim; sub quibus Patres nostri antiqui recumbentes, ardentes Christi aduentus & æstus mitigabant, & mitius tolerabant, ac melius expectabant; dum cum anima sponsata sponsum præstolante huiusmodi cantabant; *sub vmbra illius, quem desideraueram* A *sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Christi corpus qualnā vmbras antiquis viris fecerit.

Cant 2. 3.

Quid enim potest aliud desideratius cogitari, quam sub vmbra desiderati ipsissimi sedere? Quid dulcius quam sub tanto vmbraculo diuino fructus, licet isti fuerint vmbratiles tantummodo, ipsiusmet dulcedinis dulcissimè comedere? qua de re in locum istum est Delrius visu dignus. Sed hæc vmbra, quæ æstuantibus formauit dulces vmbras, eas frigore rigentibus non minus dissipauit, vt præ lucis salutiferæ defectu frigescentes, spebus saluatoris venturi calefierent; & luce iam peruenti, quæ facere debebant, alumni ipsius Christi intimius introspicerent. Venit enim vt vitam gratiæ abundantius haberemus; & vbertim circa Diuina hac luce instrueremur.

Vt vmbra Christi corporis delent priscas vmbras.

Ioan. 10. 10. & 1. n. 9.

B Nec non certè tales vmbræ, tam factæ, quam & postea omninò dissipatæ fuerunt adumbratæ in 1. Cant. cùm sponsa mittēs gemitus sponso sic dicebat; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quæ verba repugnantiam notoriam præseferunt, cum pascere & cubare non possit simul fieri, imò ex suimet natura sit opus impossibile, & res incompatibilis; neque oues sub meridie, vel lætum & plus iucundum ac molle gramen carpunt, quin potius versus terram ceruicibus adactis, & mixtim decultatis, vmbras magno calore transacto sine pastu, expectant vespertinas; vt veraciter aduertit Ghisterius, hoc explanans. Qualis igitur ad pascua tam aptus ille locus, vt sponsus Pastor bonus, & pascat & recumbat meridie in feruentissimo? Nullus quidem nisi domus in qua Christus iuxta morem antequum Iudæorum; *Discubuit, & duodecim Apostoli cum eo*, ibi etenim cubauit & gregem suum pauit, non minus quam se ipso in pastum nobis dato. Ita S. Anselmus, quantumuis perfunctoriè; & Cyprianus transitoriè serm. in Cæc. Do. vbi tempus, quo Redēptor recubuit in Cænaculo, meridiem nuncupauit; *Hodie est mundi meridies.* Nec officit, quod Christus. *Qua nocte tradebatur*; cum suis sic discubuit; nam quemadmodum ipsomet in cruce moriente, in noctem dies abijt; *Tenebræ, factæ sunt super vniuersam terram*; sic pariter nascente in ciuitate domo panis, nam ita Bethleem sonat, & postea in nostro pane perpetuò renascente, in diem nox est versa. De primo quando natus, testimonium clarum est, in lib. Sap. vbi Verbum Diuinum, quod est æternus dies, In nocte natus claruit; *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus venit.* Non quod dies tum nasci natura sua posset, sed quod noctem conuertit in diem præclarissimum, de cuius luce vates; *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam*; post pauca namq; ait, dans huius lucis causam; *Paruulus enim natus est nobis & filius datus est nobis*; & Lucas iam describens impletum Vaticinium; *& pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas*

Cant. 1. 7.

Meridie quonam Christus & cubet & nos pascat.

C

Luc. 22. 13.

Anselmus. Cyprianus

1. Cor. 11. 23.

Matth. 27. 45.

Eucharistia noctu & diu à Christo cur donata.

D

Sap. 18. 14

Isa. 9. 2. & 6.

Dei circunfulſit illos; id eſt claritas, diuina, & etiam, ſatis magna, iuxta morem ſacri textus, qui Dei appellat res, pollentes magnitudine; *Iuſtitia tua ſicut montes Dei*; quæ lux hiberno tempore ex nocte fecit diem. De ſecundo verò, quando renatus in hoc pane, veridici ſunt teſtes, tam lucis per quam multæ cum Euchariſtia conuenientiæ, hucuſque elucidatæ, quam munus Euchariſticum, quod in panis fractione eſt oculos fidelium opertos aperire, & nos illuminare: Sed meridies nihil aliud quam mera illuminatio, & merus diés eſt, ergo benè nox prædicta cùm ſponſa & Cypriano meridies dici debet, humanæ noctis tenebras incipiens reſerare.

Pſal. 35. 7.

Meridies vnde dictus.

62 Cum eſſet tunc meridies, meridies duo facit; caloris magnum ignem, & pariter aut minimas, aut nullas prorſus vmbras; quia vmbræ per id tempus ad corpus rediguntùr, & cum illo tam ſtrictè & arctè coniunguntur, vt ab eo meridiano fulgore illuminatæ, vmbellæ vel permodicæ egreſſum quemuis paueant. Vtrumque verò Chriſtus in Cæna ſua fecit; amoris ſummum ignem, & corporis tunc ſui donari in ſacramento nec vmbras valde modicas; quia omnes perantiquæ ad ipſum ſunt redactæ, cum corporéq; eius per omnia ſolidatę. Hęremus rei melliſluæ, ad illam redeamus. Magnus certè & igne plenus amoris Chriſti ardor, ex verbis benè patet hunc cibum præcedentibus; verbis equidem dulciſſimis, amoréq; pleniſſimis; non tam verbis, quã carbonibus & prunis excandentibus; *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, quæ de Chriſti dilectione in inferculo hoc donato frequenter exponuntur, Suarez iuxta mentem tom. 3. in 3. p. in commentar. ar. 5. q. 73. Nec malè, vel diſtortè dilectionis huius finis Euchariſtiæ accammodatur, ita vt idem ſic hoc loco, *in finem dilexit eos*; ac ſi diceret Euangelium; *in Euchariſticum myſterium*, cum & Chriſti Myſteriorum & omnium ab illo operum factorum longe maximum, ac finis ſit hic cibus, vt docet. D. Tho. 3. p. q. 63. ar. 6. & q. 65. ar. 3. & q. 72. ar. 12. atq; tandem 75. ar. 1. & amoris ipſius Chriſti faſtigium ſingulare; nec non terminus, & vltima amoris eius meta; Diuiniq; feruoris extremum non plus vltra, vltra quod nec amor Dei diffundi potens erat.

Calorem & lucem Chriſtus, nõ vmbras fecit vllas, imò vmbras aboleuit, cum fecit Euchariſtiam.

Ioan. 13. 1.

Suarez.

Finis omnium myſteriorum & amoris non plus vltra quantopere Euchariſtia.

Fuit feruor in Cænaculi meridie demonſtratus iampridem figuratus, in illo Ioſeph ſancti conuiuio celeberrimo, quod ſub tempus meridianum germanis ſuis præbuit; *Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie, audierant enim quod ibi comeſturi erant panem.* Quo etenim meridie ingreſſus Ioſeph eſt, niſi in mera & Ieſu Chriſti futura charitate? ſic ait ibi Gloſ. & Ambro. cap. 10. in lib. de Ioſeph: *Meridies eſt quando verus Ioſeph in domum ſuam intrat, vt prandeat; tunc enim plus dies lucet.* Et Hieronymos in Habacuc c. 3. n. 3. ſcribens in hunc modum; *Ioſeph, qui in typum præceſſit ſaluatoris, conuiuium fratribus facit meridie.* Nam quod alterum conoiuium fuit fratribus meridie, amoris ſeu fraterni plus tempore exurente exhibitum aliquando, quam quando Chriſtus ſuis, quos fratres non perrarò dulciſſime vocauit, & eos velut fratres tenerrimè adamauit; in fine vitæ ſuæ, cum ſuiſmet decumbens *in finem* hoc eſt in iſtud edulium Sacroſanctum, eoſdem plus amauit. Recte talis meridies feruorem amoris fecit. Quas vmbras tunc deleuerit, nunc intrat explicandum.

Gen. 43. 25.

Meridies Ioſeph qualis in typum Ieſu Chriſti.

S. Ambroſius.

S Hieronymus.

63 Hæ veteris ſunt legis legalia profligata; reſciſa, & abrogatæ illius ceremoniæ; perfracti mores eius, & in alios meliores cum lucro commutati; vnde canit D. Tho. *Et antiquum documentum nouo cedat ritui. Recedant vetera; noua ſint omnia, corda, voces, & opera.* Quæ vmbras futurorum appellat. D. Paulus, *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum, quæ ſunt umbra futurorum*, & 10. ad Hebr. *Vmbram habens ſex futurorum, non ipſam imaginem rerum, &c.* Has Chriſtus in Cænaculo meridie amoris ſui, veriſſimè conſumpſit, fugauit diſſipauit: *Nam ſicut Sol, cum ad meridiem aſcendit, ſummo innixus cæli culmine, vmbras rebus eripit, ita Chriſtus in hoc ſacramento ad culmen aſcendens ſuæ dilectionis, vmbras veteris legis, & figuras, quibus ſignificabatur, exterminat.* Verba ſunt Theodoreti apud noſtrum Carthagenam. lib. 9. hom. 13. cui addit D. Tho. in hymno memorato; *Dat figuris terminum; vmbram fugat veritas; noctem lux illuminat.* Euchariſtiæ nanq; lux vetuſtæ legis noctem in diem commutauit, & vmbras qua ſuis tunc myſteria contegentes clementer diffugauit. Sed, & inſuper annectit relatus Carthagena his vmbris olim Deum bonorum futurorum iuxta verba S. Pauli ſupremo loco data, pauiſſe plebem ſuam; nunc vero bonis ipſis nos paſcere in Eccleſia, quibus ſponſa ſitibunda ardenter inhiabat, & querula ac ardenti eſurie ſuſpirabat, amato cùm dicebat; *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: id eſt, reuela mihi, in terras quando veniens, fugabis triſtes vmbras, & per tuam in ſacramento pręſentiam corporalem enutries genus hominum.

D. Tho. in officio.

Coloſſ. 2. 17.

Hebræ. 10. 1.

In meridie Chriſtus vmbras quam valde eliminauerit.

Theodoretus.

Cant. 1. 7.

Hoc Chriſtus in Cænaculo fugatis vmbris egit, meridie amoris ſui pro cibis mannæ & agni ſubſtituens ſemetipſum; quo lactucę amaricantes in pœnitentiam ſunt mutatæ; ſpei aduentus eius confracti quiqui baculo; panes azymi traducti ad noſtrum ſacramentum, quod in azymo, velut panes ſic dicti celebratur; ſanguis poſtium permutatus in ſanguinem Diuinum; & omnia ad figuratum ſacrificium Redẽptoris cum fœnore redacta. Non ſemel magnas cænas prębentibus contingit, multiplicia & multiformia opſonia præparare, vt ſi forſitan conuiuium in diem ſubſequentem, qui piſcolentus eſt, excurrat; tunc horam noctis mediam, ære tinnulo ſonante ſtatim cibi carnei in piſceos conuertuntur. Et ſic Chriſtus cæna facta, ac hora de qua ſæpius conqueſtus non veniſſe; *Nondum venit hora mea; Nondum venerat hora eius*; Supremò adueniente;

Figuris quando Chriſtus ſubſtituit veritatem.

Exo. 12. 5.

Sciens

Ioan. 14. & 7. 0. & 13. 1. *Sciens Iesus quia venerat hora eius*; tunc fercula eo vsque & data & manducata discipulis mutauit; conuiuis quasi dicens, commilitonibúsque illis: Auferte procul ista; has lactucas; hos panes; hunc agnum, hasce vmbras; & inutiles iam nunc figuras legis veteris; quia ego non dissoluere sed adimplere legem veni, & in cibo meliore cumpletam prorsus reddere. Iam hora rei insonuit; *iam venit hora mea*; iam dies alter nouus, & meridies mei amoris, tam feruidus, quam summus, & clarus planè adest, seu ardet miris flammis; in quo sanè claritate quę Fidei est compatibilis, mei corporis & sanguinis resplendeam quantò potero. Quare pedum demiranda præmissa lutione, & sermone satis longo præludij loco habito, cũ à cæna tum legali ad lauacrum surrexisset, ad Sacramẽtalem celebrandam & ritè peragẽdam, denuò iterum cum discipulis duodecim recubuit; in qua portentũ illud cunctorum fecit maximum, & donorum vniuersorum hoc longè maius dedit, donando se in cibum, vt esset ab amicis, & indirectè ab inimicis non paucies manducatus, quod amoris feruentioris meridiem supergreditur; vt ait Ius Canonicum in Clemen. de reliquiis venerationéque Sanctorum; *Christus transcendens omnem plenitudinem largitatis, & omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis, & admiranda liberalitas, vbi Donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore! ô larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum!*

Matth. 5. 18.

Quid hora sua Christus peruẽ- ta suis dixerit, & fecerit eisdem.

Clemen. de reliquiis.

Audi nunc quantum PP. de istis Christi Corporis præsentia eliminatis ac vmbris dissolutis concordia magna concinant, vt ad cũcta de hoc dictis accrescat fides maior; Primus Leo Papa sit, qui de Passione serm. 7. in istum rugit modum; *Vt ergo vmbra cederent corpori, & cessarent imagines sub præsentia veritatis, antiqua obseruantia nouo tollitur Sacramento; hostia in hostiam transit; sanguis sanguinem excludit, & legalis festiuitas, dum mutatur impletur.* Secundus Cyprian. ferm. in Cæn. Dom. *Cena itaque disposita, inter sacramentales epulas obuiauerunt sibi instituta antiqua & noua; & consumpto agno quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum Magister discipulis apposuit.* Tertius Sanctus Chrysostomus de proditione traditoris; *Ille agnum vmbra fuit, hic veritas. Sed postquam Sol iustitiæ radiauit, vmbra soluitur luce; & ideo in ipsa mensa vtrúmque Pascha; & typi, & veritatis celebratum est. Nam sicut pictores pingendam tabulam vestigiis quibusdam adumbrare consueuerunt, ita Christus fecit in mensa; & typicum pascha descripsit, & pascha veritatis ostendit.* Quartus S. Ambros. apud Pagninum lib. 10. Isagog. sup. Bibli. cap. 6. cum sequen. & cap. 23. *Manna Sole exorto esui esse non poterat, quia Oriente Sole iustitia, & Christi corporis & sanguinis Sacramentis fulgentibus cessarunt inferiora.* Et paucis interjectis; *Iussit autem Moyses manna illud nullo modo ad mane vsque relinquere, quia orto Sole vmbracula legis euanescunt, & veritatis præsentia figura omnino desinunt.* Sed claudat rem Vincent. ferm. in

Leo Papa.

Cyprianus.

Aduenien- ti Christo Soli cesserunt vmbræ veteres.

S. Ambros.

A Cæn. Do. vbi de Sole nostro vmbras quascúnque eliminante, obseruat, quod sic ait; *Modo nec Agareni, nec Iudæi, nec alij Infideles habent aliquod Sacrificium; quia tanta est excellentia huius Sacrificij, vt aliud in mundo Deus fieri non permittat.* De qua luce dissoluente Sacrificiorum quæque nubila diffusius peragemus Enarra. 22. n. 17.

Sacrificium cum in mundo sit hodie tantum vnum. S. Vincent. Ferrar.

64. Illud randem meditandum ex vmbris nobis cedit, quòd à mane vsque ad meridiẽ in partem Occidentalem, & à meridie in noctem vsque in Orientalem se extendunt. Cuius planè speciei fuerunt Christi vmbræ. Illę enim quæ meridie institutionis Eucharistiæ priores extiterunt, omnes quidèm in Occidentem ipsius Christi mortis, quam opprimẽ sigebant, concorditer venerunt, vt docet D. Thom. 1. 2. in multis locis; & aliquibus in 3. Augustinúsq; tum sæpe, tum etiam lib. 1. contra aduers. Leg. & Prophet. cap. 18. & omnes ferè Patres, quos sess. 22. cap. 1. quasi facit superfluos magna auctoritas Conc. Tridentini. Nec male hoc comprobatur ab ipso legis agno, qui primũ occisus erat, & sanguine exantlatus; deinde eodẽ sanguine domorum postes gentis Hebraïcæ rubricati; post hæc excoriatus, vlteriúsque assatus; nec non dentibus Iudæorum discerptus, & ab eis hilariter voratus; & in reliquiis quæ postremò supererant ex illo edaci flammę traditus; quæ Christo quantum quadrent, silentio puto melius hæc omnia ruminante, quam verbis declarari. Prout etiam declaratur, ne à luce recedamus ex Sole naturali, de quo Propheta Rex; *Sol cognouit Occasum suum* id est, Christus, sicut ibi scribit Augustinus, cognouit Passionem suam; quia & ipse tanquam Sol in vita semper vmbras ad mortem destinauit; imò ille fuit Solus, ac Sol rationalis, Diuinus, & humanus, qui præsciuit vt Diuinus occisionem carnis suę, & cucurrit vt humanus ad mortis suæ metam, vmbras iugiter præ gaudio in illammet proiiciens; *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, ante quam patiar. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur.*

Ante meridiẽ cur nam vmbræ in partẽ Occidẽtalem, & post meridiem in Occidentalem vel etiã in Christo tendant. D. Thom. S. August.

B

Conc. Trident.

C

Psal. 103. 19.

Luc. 22. 15. & 12. 50.

Quæ verò posteriores fuerunt hoc meridie, hæ equidem figuræ in Orientem retrocedunt, ad oculum monstrantes vt Christus iam sit mortuus, occisúsque pro nobis; & impletum quod de eo in Vaticiniis dictum erat, de quibus perlaudabilis Ludouicus Granaten. vir eximius cùm in cæteris, tum maxime in re ista 1. p. Symboli à cap. 12. & tota 4. p. Vlterius, quod post Christi Eucharisticum Conuiuium, ideo vmbræ ad Orientem facillimè repedant, quia nunç per consonantiam mysteriorum Saluatoris figuræ tantum Dominum præcedentes, lucent clarius. Nunc videmus, & cognoscimus Sacrificia legis veteris, imperfecto eũcta sanguine quę rentia Christi sanguinem. Septem Ecclesię Sacramentorum Candelabrum septiforme. Panum etiam propositionis propositum & intentum. Sion Templi concentum. Arcæ item testamenti eum suo

D

Ludouicus Granaten. Laudatus incidenter.

Post Eucharistiam in Orientẽ cur vmbræ conferantur, & ante illam in Occidentẽ.

mannæ vaſe contento vtilitates. De petta Chriſto aquæ egtedientis præminentiam. Egreſſus ab Ægypto per mare rubrum populi ad Paſſionem redolentiam. Sacrificlj Melchiſedech ad Euchariſtiam congruentiam. Decentiam Noe arcæ. Arboris vitæ & paradiſi pro noſtro Sacramento ſuauem conſonantiam. Quoniam autem quò longiores, maiores eò vmbræ contingunt naturaliter; & lux prima creatura longior eſt ac ſeparatior à cibo Sacroſancto, ideo poteſt maior vmbra, aſſimilatióque figura illius reputari; tot cum eo conuenientias egregias conferendo, quot viſas, ac videndas habemus in ſequentibus.

Lux quomodo Euchariſtiæ figura maior fit.

Octaua, quò ad lucis perfectionem conuenientia, in modo quo hæc noſtra Euchariſtica & Diuina videri à nobis debet.

65. EGreſſi lucis laudes cum Deo catenatas, nos ipſi tecto ordine cum Deo copulemur, videntes quonam modo videri à nobis debeat, tractari, & prædicari. Sunt iſta nanque tria perfectiones lucis tres, & in rebus perfectioribus officia perquam debita; debent quippe cum humilitate videri res perfectæ, cum puritatéque tractari, & cum omni poſſibilitate eximia prædicari. De primo, non ab ægris, nec ab oculis nocturnis videri lucé ſcimus, quia & noctuis & oculis lippitudine impeditis ingrata lux exiſtit. Qua via noſter Sol à noctuis non videtur, ſed ab aquilis Chriſticolis contemplatione ſublimatis; de quibus ſic Chryſoſtom. ad illa Matth. verba; *Vbicúnque fuerit corpus illic congreg.buntur & aquilæ. Cadauer Domini corpus eſt* (inquit ille) *propter mortem. Aquilas appellat, vt oſtendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit; & nihil cum terra debere ei eſſe commune, neque ad inferiora trahi, & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in Solem iuſtitiæ intueri: aquilarũ enim non graculorum hæc menſa eſt*; id eſt, hominum non inaniter, vt graculi, loquentium, dicacium, perſtrepentium, ſed potius contemplantiũ, abimis in ſublimia volãtium mentis alis; humi nihil repentium, ſed ad cæli celſitudinem, lautitiémque tendentium. Vnde bene Geminianus lib. a. cap. 11. ſic ait ſuæ ſummæ: *Chriſtus ſub cibo Sacramentali contentus ſimilis eſt illi lapidi, qui dicitur Eſchites; qui inuenitur in cordibus aquilarum, id eſt, contemplatiuorum.*

Matt. 24. 28. Chryſoſto. Corint. hom. 14.

Aquilarum non graculorum cur cibus Euchariſtia.

F. Ioa. de S. Gemini.

66. Verùm aquila perſpicacia intrepida & ſerena explorat Solis radios, quin acies ei palpitet, vel à lucis reuerberatione percuſſa fatigetur, imò potius in eadem exacuit viſum ſuum, vt videat plus acutè. Et quomodo vocantur ad menſam tanti Solis, ſcrutatores eius luminis, qui alibi à ſcrutatione illius expelluntur? *Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria*. Clarum equidem eſt, quod lux quæ nos illuminat, fulgore priuat illos, & penitus excæcat, qui defixis & attentè ri-

Quę aquilę Euchariſtiæ ſint aptæ, & vel ineptæ.

Prou. 25. 27.

A mantibus obtutibus, ipſius volunt iubar minutim contueri; vnde & plurimi humanarum rationum verè graculi, dum plus iuſto lucem hanc ſpeculari voluere, obcæcati infami nota perpetuò remanſere, atq; etiam in cæcitates incredibiles & multas proptetea deuenere; ſicut omnium ſæculorũ euentus conteſtantur, & eorum hæreticorum opiniones excæcatæ, quorum à Solis claritudine obſcuritas proueniens à Veneto non malè in Harmo. deploratur Cant. 3. modu. 6. con. 1. cum ſequen.

Quã valde excæcet luce Deus curioſos.

Venetus.

Quo tamen non obſtante dicendum nobis eſt, aquilarum nihilominus hanc eſſe lucis menſam, non quidem curioſitate fulgentia contuentium, ſed ſuaui humilitate ſublimia contemplantium, vt Chryſoſtomus & B Geminianus requirunt ſup. proximè. Vlterius, quòd ſi noſtrum venerabile Myſterium, vt etiam Sol communis, videtur luce ſua, non ab aliqua re fulgida petita & mutuata; hinc ſequitur quod luce, qua illamet ſplendet, ſplendorem quoque ſuum hominibus impertit, & quantò quis ſubtilior inuentus erit aquila, tantò lucido huic conuiuio paratior reputabitur. Aſſumptum, ne in vanum loquamur roboremus. De Fidelibus vniuerſis ſcribit Rex concentor, viſuros ire Deum in Dei ipſius lumine; *Et in lumine tuo videbimus lumen* Quo loco Genebrardus, Deum eſſe ſicut Solem, qui non poteſt, niſi lumine videri ſuo proprio, obſeruat prudentiſſimè. Nam per luces nocturnas à Sole ſolùm mutuò habentes lucem ſuam, non C poteſt Sol videri, nec ſimiliter per faculas, quantumuis plus accẽſas; imò potius quantò plures maioréſq; hæ fuerint, per eas tãtò peius tunc Sol aſpicitur, quia flammæ & fumi nebula, obſcuratur puri aëris ſpeculum interiacens. Et ideo Sol nocturno ſub cælo ſcintillante, nec tempore diurno ſub igne flammeſcente vtcúnque cerni poteſt; niſi tantùm per proprium ac verum lumen ſuum, cum ipſemet apparet. Sicque Deus, tanquam Sol, ſuum proprium lumen habet, quo ipſe videatur, & ſinè quo videri negotium prorſus ſit abſtruſum & deſperatum. Quod lumen duplex eſt; primum ſanè quo videtur in Eccleſia triumphante, & appellatur lumen gloriæ; ſecundò verò quo in Eccleſia militãte ab hominibus via- D toribus quotidie conſpectatur, & Fidei lumen dicitur. Hoc autem Fidei lumine non erit temerarium ſcrutari majeſtatem, nec impium Solem tantum directò ſpiculari; imò quanto perſpicatius hoc modo Deus videbitur, tanto rectius, & decentius à nobis cognoſcetur, ac melius ſeruietur. Per lucem quaruncúnque rationũ naturalium videri Deus non poteſt; *Quia ſicut à faculis quamplurimis accenſis non Sol illuminatur, imò aer obſcuratur, quo prope conſiſtentes amittunt Solis viſum; ita Fides Sol eſt, à ſolo Deo oriens, à cælóque illuminans; quæ ſi faculis accenſis humanarum rationum contingat adiuuari, & Sol minus videbitur, & magis tunc cæcutient adſtantes quiqui homines. O miſerum, qui Fidei ſplendori fulgentiſſimo rationum faſces adhibet! ingenij vel* ſtellas

Pſal. 35. 10.

Genebrardus.

Sol tantùm luce ſua & Deus videri poſſunt.

Facularum quanto plus Deus luce videatur; & quales ſint hæ faculæ.

Marcellinus de Pise.

stellas micantes quamuis premit? & Lunas in constantia ignorantiaque exponit? Non videbit ille Solem Sacramenti Fidei, sed quemadmodum stultus in Lunam permutatus, maculæ eius & defectus dumtaxat videbuntur, splendor autem minimè, sicut Sole coruscante in Luna semper accidit. Marcellini verba sunt in festo de Euchar. sect.1. Per Fidei vero lucem videri nostrum Solem non solum clarum est, sed etiam fuit oculis humanis necessarium.

Marcellinus de Pise.

67. Cur autem necessarium, vt sola Fide à nobis Dei fulgur videatur tam maximè æstimandum quam facile soluendum, est dubium loco isti per omnia consentaneum. Hæc autem vera ratio, nimirum, quia Deus infinitus, & immensus, incomprehensibilis & intangibilis natura sua est; qui non potest à finitis, mensuratis, & tangentibus, ac palpantibus (vt cæci) iudiciis comprehendi. Quapropter pius Pater cæcitatis & infirmitatis ad talia capessenda, compassus nostri generis, Fidem suam inter se & hominem interposuit, vt per Fidé noscceremus, quem intellectu nullo modo videre poteramus, & per istam intueremur qui oculis non valet corporeis indagari; nec non pariter per ipsam fidelem visionem cum Deo & cum notitia illius iungeremur. Cogitatio est præclarissima cuiuscunque fuit auctor celeberrimi sermonis Hieronymo & Emisseno inter alios attributo quo incipit. *Magnitudo cælestium beneficiorum*; in cuiusmet initio sic dicitur pro nobis. *Magnitudo cælestium beneficiorum angustias humanæ mentis excedit, & propterea ordinauit Diuina prouidentia, vt quod capere in nobis rerum mole victa non poterat, Fides deuota conciperet, & intellectum credulitas robusta nutriret.*

Ad Deum cognoscendum cùm fides mediū fuerit omninò necessarium.

Ergo Fide secuta, stabili, & tranquilla aperiendi sunt obtutus, vt Eucharisticum fulgorem, qui ac Fidei Sacramentum, videtur Fide sola, videri à nobis queat. Quò forsitan respexit Augustinus quando dixit in Psal. 25. *In luce nihil prodest, si clausi sunt oculi; (id est in luce ista.) Quomodo enim nihil prodest aperire oculos, si quisque sit in tenebris, ita nihil prodest esse in luce, si clausi sint oculi.* Credulitatis, subintellige; quæ Fidei prærequiritur, & multas propter causas debetur huic mysterio. Qui iterum post pauca in Psal.28. his oculis apertis adiungit mundum cor; *Lucem istam quærunt oculi carnis, lucem illam quærunt oculi cordis. Sed vt illam lucem, quæ videtur oculo cordis, videre, qualux Deus ipsi est? Munda oculum, vnde videtur*; Beati enim mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. *Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea.* Et hinc propter indigentiam munditiæ interioris tam multi occulatissimi nil vident in hac luce, & quod peius cunctis est, non vident, quòd non videant; non dolent de dolore tam valde sentiendo; nec curant de curanda tam graui infirmitate imo potius, pro corporalibus ad medicos festinant, & pro morbo tam crudeli animarum nihil faciunt, nisi velle in xenodochio malorum contabescere, & situ tam deformi, quam prauo computrescere, vt serm. 18.

S. Augustinus.

Vt fide, & mundo corde cernatur Eucharistia.

Matt. 5. 8.

Cæcitatis summum malum à cæco non videri.

A de verbis Do. secundum Matth. deplorat idem sanctus; *Oculo sauciato pœnalis est lux, ad quam videndam factus est. Sic & oculus cordis sauciatus auertit se à sole iustitia, nec audet eam contemplari, nec potest. Et quod maius longe est, in infirmitate oculorum corporis ad medicum curritur; nemo quiescit, nemo differt, si vel stipula in oculo cadat. In infirmitate autem oculorum animæ non ita fit. Multum exteriores oculos diligis, multum interiorem oculum negligis.* Quocirca paulo infra trigesimo ferm. inuehitur in eos, qui lites sæpe mouent domorum super lucem, & nullam super lumen animarum miserarum; quæ miseria tanto magis ab oculis alienis iustissimè est ploranda, quantò à propriis propter velum nequitiæ inueteratæ non solum non aspicitur, sed

Morbi animæ maiores contempti sunt maiori.

B etiam carneis oculis, qui hominis sunt lumina, ob ipsas carnis tenebras, teterrimas suapte, videri non est locus; *Quoniam inqui homines inexpiabili sæpe discordia de possidenda Solis luce confligunt. Hi discant quid intersit inter lucem hanc visibilem, lucémque iustitiæ. Si quidem fieri potest, vt quantò maiori auiditate frui quisque hac luce voluerit, tantò maiori cæcitate à iustitiæ Sole deficiat.*

Lux domorum super lucem oculorum nostræ animæ frequenter æstimata.

68. Si autē lucis huius Fidelis non incurius quod assequi desiderat, habere non potuerit; patienter & humiliter se eo in casu gerat, eiusdemmet Doctoris serm. 134. de tempore non immemor, quo loci in curiosos sic breuiter & optimè; *Deus non tantam tribuit lucem quantam potuit, sed quantam mortalis oculus capere potest.* Ad limina Eucharistiæ se funditus prosternat, & cum ipso cap.3. in suis Soliloq. amore atque tremore perculsus sic ei dicat; *O lux quam videbat Thobias, quando oculis clausis docebat filium. O lux quam videbat interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat. O lux, quam Iacob videbat, quando tu intus docebas, quæ ille filiis exterius futura prædicebat. Illuminare ergo lux mea, illuminatio mea. Illuminare inquam hunc cæcum, qui in tenebris & in vmbra mortis sedet, & dirige pedes eius in viam pacis, per quam gradiatur in via tabernaculi admirabilis vsque ad montem Dei.* De quo iterum suauiter in cap. 17. & in lib. Medit. cap.2. cum cap. multis aliis ex his duobus libris.

S. Augustinus.

C

Ad lucem Dei habendam deuota deprecatio.

D Quod vt tu studiosius, deuotiúsque exerceas, rem miram tibi volo de homine Gentili, sublimi quamuis Socrate, libenter patefacere; de quo narrat Ficinus lib. de Sole cap. vlt. quod de Antonio solitudinis honore, & stupore, orationi summè dedito, contemplationique immerso, præconio cum minori memoriæ est consignatum; videlicet, non paucies ad lætum Solis ortum in ecstasi suspensum & fixum permansisse, donec iterum Sol rediret die altera. Res quidèm quæ Antonio in agris propter Deum deuotè contemplandum, inferiori licet modo, nimirum Soli iam occiduo terga dando, & genibus defixis in campis persistendo, quousque sequens lux effectu sui iubaris à maioris eum lucis colloquio reuocaret, mul toties contingebat, at Socrati aliquoties ad ipsam Solis lucem, si credimus Ficino, qui

Antonio magno Abbati in oratione quid cum sole.

Circa solem contemplandum, vel Deum in ipso sole, prodigium magnum Socratis.

Ficinus.

fuſius rem ſcribit, & incipit his verbis. A *Socrates in caſtris ſæpe ſub dio Solem ſuſpiciens orientem, ſtetit attonitus in eiſdem veſtigiis, immitis membris, inconniuentibus oculis, ſtatuæ more, quouſque Solem ſalutaret iterum reſurgentem* Et verò nec Ficinus hoc ait infallibiliter; affirmans tamen illud, ſi ita res ſe habuit, non propter Solem iſtum viſibilem accidiſſe, ſed propter Solem alterum viſibilis factorem; & tribus rem prædictam communit argumentis. Primo quidèm, quia Socrates in operibus Platonis, non primum, ſed ſecundum, & viſibilem Dei Filium appellat Solem hunc conſpicuum toti orbi; his verbis ſatis indicans, Filium alium Deo eſſe inuiſibilem, & incomparabiliter maioris pulchritudinis, quem ille, & Patrem eius, B in Sole contemplatus, abſorptus, & extractus manebat à ſe ipſo. Secundo verò, quia, quæ tantum noua ſunt, ſtuporem ſecum afferunt, vnde fieri non poterat, admirabundum obſtupuiſſe illud aſtrum quod quotidie præ oculis habebat; & illius viciſſitudines Mathematica atque Phyſica ſcientia comprehendebat. Tertio tandem, quia ſententia Apoſtoli Iacobi; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*, præſciri bene poſſet ab homine Gentili; cum Deus in terra pateat per filium luminoſum, videlicet per Solem, qui Solem, & Filium alium ſuperiorem à Deo genitum, ipſum Solem inferiorem infinities ſuperantem, & ei imperitantem, vt tetigit C Rex Vates in Pſal. 18. oſtendit naturaliter. Præterea, quòd & Sol defectu ſuæ lucis multiformiter perpeſſo expromit Patrem luminum, tantò amplius ſine vitio quocunque refulgentem, & excedentem Solis radios, quantò Sol in lucendo quamplura ſecum habet; transmutatur nanque ſæpe, & varietatibus non paucis, vt aſſerit Iacobus, dodecore eum magno frequenter obumbratur; mutatur enim ſemper continuo & vario motu, dum trahitur & retrahitur à quarta cæli ſphera, & hoc aduerſus ductum naturæ ſuæ propriæ, quæ à cælo ſuperiore, nimirum à primo mobili inferiora commouente, aduerſus motum ſuum innatum circumuoluitur. Nec paucies triſti vmbra obiectæ ſibi Lunæ cùm patitur defectum, tam pulchra Solis facies nigratur, & turpatur; & cùm terræ denſitate, nil minus noctis tempore, proindéque promedia totius anni parte, & dimidio terræ orbis ſplendor eius aureus perpetuò denigratur; nec non pariter cùm nubibus leuioribus velatur, vel denſis atque triſtibus, nigredine occultatur; & cùm vltimò Planetæ effectus tam eximij, ab aliorum Planetarum quantumlibet minoruma ſpectibus reprimitur, ac veluti frenatur. Quibus adde, Solem mundi particulam eſſe paruam, ac quaſi ſedis ſuæ, ſpheræque anguſtia, vt carcere mulctatum; quæ omnia ſuper eum Dei ſummam & infinitam Solari luce clariùs deſcribunt magnitudinem.

Iacob. 1. 17.

Pſalm. 18. a n. 1.

quam multa ſoli vitia imperfectionéſque ſint iugiter, vt inde melius Dei ſplendor cognoſcatur.

Euchariſtiæ vt nam ſcandalis de notio plus adaucta.

A 69. Hinc tibi palam erit, Diuinum & Euchariſticum cum Socrate quantùm Solem mirari & venerari, obligatione quamuis valde maiori, vinciamur; ne ab homine Gentili (etſi ille ſcientiſſimus, & probatiſſimus extiterit; ac ideo à Deo forſan, vt ſpeculum propoſitus, quò in illo circa noſtrum officium moneremur) in re momenti tanti iniuriè ſuperemur. Quod ſi Solis vtriuſque Diuini & Euchariſtici demiratio ac veneratio magnopere iam viluit, & maximo, proh dolor! contemptui mundi venit; hoc nobis nil ſcandali, pauoriſve incutiat, ſed roboris & amoris in Deum plus iniiciat. Videmus nanque Solem ſtuporis excitandi in omnibus capacem, à nemine nihilominus vel paululum cogitari, nec flocci pro vt dicunt, communiter haberi, putari & æſtimari; propterea quod à cunctis aſſiduè videatur; qui vtique ex continuo conſpectu retroceſſit, & pretio nulli eſt. Sicque accidit ſimiliter ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, quæ admirabilis ſupra Solem incomparabiliter exiſtens, parum amplius à Fidelibus nonnullis reputatur; vt quemadmodum per Solem peroptime explicatur, ita etiam per eundem ſummopere adiuuetur, & à nota qualicunque ſcandali eruatur.

De primo, id eſt, de Sole iniuſtè parui habito, Ficino præbe aures, in opuſculo de Sole ad cap. 12. vbi in aſtri tam mirandi deſpectu frequentiſſimo te pulchre conſolabitur; ſcribit enim ſic; *Minima quæque, ſi modò rariſſima ſint, inepti nimium admiramur; conſueta verò vel maxima, cæci & ingrati iamdiu admirari deſinimus. Nemo miratur ignem, inſtar cæli, ſoliſque feruentem, ſine mixtura puriſſimum, perpetuo mobilem, longe lucentem, ex minimo ſtatim maximum, dum omnia in ſe conuertit. Nemo Solem quantum fas eſt, miratur, incomparabiliter omnia ſuperantem, genitorem omnium, atque moderatorem; Solem exhilarantem triſtia, non dum viua viuificantem, iam mortua ſuſcitantem. Verùm ſi ſemel quotannis panderetur domus omnipotentis Olympi, ſplendórque ſubito tantus ſuſpiceretur, Solem ſupra modum omnes admirarentur; Solem omnes vel tanquam ſummum Deum adorarent, vel ſaltem diuinitus miſſum minime dubitantes, Deo quamuis occulto tanti muneris authori, ingentes quotidie gratias agerent.*

Ficinus.

Sol quare vilis habitur.

De ſecundo verò noſtro Euchariſtiæ Sacramento, ob eandem conſuetudinis rationem vilipenſo, latiſſimè & deuotiſſimè lib. D 4. cap. 1. quicunque fuit auctor de *Chriſti imitatione* Angelici libelli, cui ego confidenter Angelicum do nomen, vt illi, qui ab Angelo, videtur plus compoſitus, quam ab homine peccatis obnoxio concinnatus. Cuius verba nihilominus hîc ego nô apponam, quia vbiq; certum puto ab omnibus haberi, in ſinuq; geſtari, perpetuo lectitari, & ſub ipſo puluinari hora cubitus ſeruari, vt ſopor lenis veniat, & interim dum corpus grauatur ſomni pondere, cor vigilet & ſomniet Diuinam diſciplinam. Quod alicui tantum opus fortaſſis ignoranti, in commodum duplicatum & magnum conuertetur; dum hęc & multa alia de iſto Sacramento in illo met

Imitationis Chriſti liber per tranſitum laudatus.

reperiet;

reperiet; & de Christi imitatione pro anima beanda quæcunque bona vellet, & posset exoptare.

Nona, quò ad luculentam perfectionem conuenientia, in modo quo Eucharisticam tractari à nobis decet.

70. MOdo illi, quo lux tanta videri rectè debet, succedit quo tractari & bene & ritè congruat. Sed quomodo tractabitur, quæ omnes mundi tractus munditia & claritate miranda sua replet? Hine Sol penes Gentiles Phæbeus dictus est, à verbo *Fos* quod Græcè est claritas & puritas; vnde Phæbus quasi purus & nitidus sic dicitur. Ob quam summam puritatem in Sole non dumtaxat, sed etiam in igne visam, nũquam illi sine lumine, vel luminum splendoribus Sacrificia valde inaniũ Deorum factitabant; quo sanè Sacros ritus cum luce coniungebant, & lucem solémque cum Sacris copulabant; vt eruitur ex iis, quę afferuntur à Fideli io Ps. 22. Octauo Theor. ex n. 2. Sed quamnam, proh Deus meus! munditiem postulabit Sacrificium quod & Sol & Sacrificium simul est? Certè longè Sacratissimum & lucidissimũ, Mysterium Sacratissimos & lucidissimos ministros prę se poscit, & clientes appropinquantes eiusdem metri exigit; in quo adest exclamatio formidabilis Chrysosto. hom. 83. ex Commen. in Matth. *Quo non opertet igitur esse puriorem tali fruentem Sacrificio? quo Solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc diuidentem?* Sed magis formidãda Hieronymi sententia, ad illa verba Psal. *In sole posuit tabernaculum suum*; nam sic timorem auget: *Qui ad Solis claritatem, ordinem, constantiamque non peruenit, in hoc Christus habitare non potuit.*

Sol Phæbus cur dicatur.

Eucharistiæ Sacramẽto ministrantes debent esse lucidiores luce ipsa & Sole clariores.

Chrysost.

Psal 18 6
Hieronym.

Qui timor facto trium Sanctorum miraodorum summopere intimatur; videlicet Benedicti, vtriusquéque Francisci; de Paula, & Patris nostri, Minotum Patriarchæ; è quibus medius Ordinem Presbyterij nullum habuit; extremi vero duo diaconatus tantum gradum subire voluere; quemadmodum de postremo ostendit multis verum Arcturus Recollectus; vir mihi tam colendus quam simul amicitiæ ligamine coniunctus, in Martyrologio Franciscano; qui tamen quo ad medium, non bene rem euoluit, Diaconum eum faciens; cum laïcus semper fuerit in ordine quẽ condidit. Ad quid ergo res tam magna incepta, & non perfecta, imò potius intercepta, & occasione intẽpestiua prohibita, ac rescisa, & facti pœnitentia quodammodo abrogata? Ad quid non Sacerdotes, tot hominum Sanctorum, Sacerdotum, atque Pontificũ & Martyrum Patroni, nec non etiam tot Ecclesiæ Doctorũ perillustrium Sanctissimi Doctores, magistri, educatores? Profecto nobis aliquid non parum ponderãdum exemplo suo tradunt, quod facile constabir, si iterum qualitates illorum perstrinxerimus. Quapropter mihi

Sacerdotes cur nõ fuerint Benedictus, & Franciscus de Paula, atque Seraphicus illorũmque præconia.
Arcturus Recollect.

dicito; Quis dignior Sacerdotio Francisco illo de Paula, virtutibus notissimo, cui charitas quæ Sanctos peccatores ipsos facit, euenit in stemma virtutibus promeritum? Quis melior pro altari, & munere diuino, ac planè benedicto; quam ille re & nomine completè Benedictus, plus orbe toto meritis quam radiis Sol coruscus? Quisve tandem ad Sacrificium tractandum accommodatior, quam totus admirabilis, homo verè cælestis, & Angelus terrestris Seraphicus Franciscus? Nonne iste, qui stupendo Stigmatum miraculo, à Deo factus est Ecclesiæ Sacrificium? atque etiam nihil minus stupendum Sacramentum; quod vir Sanctus in se ipso peractum recognoscens, semper Regis Sacramentum, quoaduixit occultauit; vt cum Angelo Tobiæ in Festo de Stigmatibus Ecclesia contestatur? Nonne ille qui si culmen Sacerdotij non conscendit, nec dixit super Hostiam *Hoc est enim corpus meum*; Christus saltem super illũ, tanquam super Sacrificij & Sacramenti dixit basim *Hoc corpus, meum est*, quando corporimet suo Francisci corpus ita attraxit, & infixit, vt cum aliquo periculo, pro oculis indoctis, patilitatis sint similia ac veluti æquilibria? Quare ergo tantus vir ad Sacrificium non accessit? nec etiam ad Sacramentum ministrandum se accioxit? Non fuit hoc certissimè ipsius Sancti factum, sed potius Dei voluntas, & cæli beneplacitum, vt in homine tam magna conspicuo sanctitate, doceret Sacerdotes, officiique aduerteret; nam vel vita Francisci, si res essent æquipondio diuino ponderandæ, tanta digna majestate pro dignitate nunquam foret. Probatúrque ex illa, quam super re præsenti multis præcibus præiactis visionem tandem habuit; in qua Angelum cum ampulla cristalli lucidissimi, clariori plenam adhuc liquote in istum modom loqueotem sibi audiit. *Francisce! qui Sanctissimum vult tractare Sacramentum, ea debet puritate in anima nitere, qua huius vasis liquor.* Quo oraculo petterritus, in nostrum documentum ex parte non sequendum, à Sacerdotio se cohibuit; & Sacerdotibus ex tunc reuerẽtiam talem habuit, vt dicere soleret; *Si Angelo veniente de cælo, & pauperculo alicui Sacerdoti mihi contingeret obuiare, ad Sacerdotis manus deosculandas citius me conferrem, & Sancte Angelo dicerem: Expecta me Sancte Angele, quia manus huiusmodi verbum vitæ contrectant, & vltra humanum aliquid possident.* Hæc S. Antoninus 3. p. histor. tt. 24. cap. 2. §. 2. relatus ab Arturo; quæ in eiusdem Patriarchæ habentur testamento; & quæ etiam, non vt vos, Sacerdotes mei dilecti, confundam sic scribo; sed vt Fratres summè charos vos vnà mecum moneã, atque muneris tam magni pro viribus aduertã; ad quod possumus moueri Leonis Sancti voce, qui paucis permutatis in Do. Natiuit. serm. t. ait. *Agnoscamus ô Sacerdotes dignitatem nostram; & diuinæ consortes facti naturæ, in veterem nolimus abiectam vilitatem, degeneri iterum conuersatione redire.*

Franciscus Dei Ecclesiæ Sacrificium, & Sacramentũ.

Tobiæ 12 7.

S. Antonin.

Franciscus Sacerdotibus, plus quam Angelis reuerentiã maiorem, suos docet.

1. Cor. 4. 14.

S. Leo Pa.

Sanè Christus ad celebrandum examina-

Canon Miſſæ.

uit manus ſuas, vt elicitur ex Canone iſtius Sacrificij; *Qui pridie quam pateretur accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas*, & figuram huius Myſterij priorem & clariorem, nimirum primam lucem, ad examen quoque arctum his verbis reuocauit; *Vidit Deus lucem, quod eſſet bona*; quo loci Luſitanus ſic lucet Oleaſter; *Animaduerte diligenter Chriſtiane Lector, qualiter Deo non ſat fuerit lucem pulcherrimam creare, niſi & eam, poſtquam condita, attentè examinaret. Nunquid opus tuum Domine malum eſſe poteſt, aut in eo defectus aliquis contingere, vt examine opus ſit? Etſi alia opera tua examine indigerent, non tamen lux, quàm puriſsimam & ſpecioſiſsimam feciſti, & ad quam omnia alia examinantur opera. Quid me docere vis in lucis tuæ examine? Puto, te hoc mihi dicere velle, vt examinem & diſcernam ego tenebras meas, ſiquidem tu tam ſtudioſè examinas lucem tuam. Quid enim ſunt opera noſtra, ſi ad examen diuini iudicij veniant, niſi tenebræ? Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et ſicut pannus menſtruatæ iuſtitia vniuerſorum.* Hæc ille; quæ vt terreant, & ad operum noſtrorum examen nos compellant; internis plus ſtimulis, quam verbis tradi debent.

Vt Euchariſtiã manu acciperet examinauit Chriſtus manus. Gen. 1. 4. Oleaſter.

Lux prima examinata, vt vltimi iudicij, Euchariſticique etiam examẽ prænotetur. Pſal 142. 2. Iſai 64. 6.

Decima tandem, quò ad lucis perfectionem conuenientia; in modo, quo Euchariſtia efferri à nobis licet, laudari, prædicari.

71. HÆc ceterum perfectarum, perfectioniſque lucentis extrema circunſtantia; vt præconiis tandem lucidis pro viribus laudẽtur, ac ſummè prædicentur. Lux autem & Euchariſtia non minus quam per decem Prædicamenta Philoſophiæ egregie prædicantur. Quæ quidẽ licet vari à multis nominentur, & ab Auguſtino in Confeſſi. lib. 4. cap. 16. in nouem diuidantur, illa tamen ex ſententia tam vetuſtate, quam celebritate vbique commendata in decem diſſecantur, & hoc numero à quibuſcunque noſcuntur viris doctis, ita vt tandem nec excedere, nec vtique denarium non valeant non explere. Quæ quomodo deducantur, iudiciique indagine & acie colligantur, præſentis non eſt loci, quomodo autem vocitentur, in iſto eſt memorare; vocantur verò ſic; Subſtantia; Quantitas; & Qualitas; Relatio; rei Duratio, quæ nomine vulgari appellatur; Quando; Vbi; Situs; atque Habitus; & tandem duo vltima; quę Actio ſunt & Paſſio; quantumuis in hac ſerie & ordine nominandi non omnes ſint concordes. Hæc ſunt decem Prædicamenta, ac decẽ Philoſophię generalia fundamenta; ſeu, ſi mauis, rudimenta, & alphabetũ Philoſophicum; quibus omnia Philoſophiæ præcepta conſcribuntur, diſputantur, & à ſuis inſtatè prædicantur; vnde & nomen Prædicamentorum impoſitum illis fuit. Sicut enim in literarum quacũque diſciplina non poteſt quidquam legi, vel ſciri, tradique, quod ſub literis alphabeticis incluſum

S. Auguſt.

Prædicamẽta quot & quæna; & quare ſic vocata.

A non ſe habeat, ſic etiam in Philoſophia nil poteſt diſputari, tractari, & prædicari, quod ad numerum Prædicamentorum nullatenus ſpectet, ac ſub illiſmet contentum & clauſum non ſubjaceat.

72. His de decem Prædicamentis neceſſariò prælibatis, de eis mirum quid notatum à D. Thom. opuſcu. 59. ibidémque per illum latiſſimè explanatum hoc loco patefaciam; videlicet, quod Deus, & lux, & Euchariſtia, per omnia prædicamenta perbellè prædicantur, & conſonantia tam ſuaui ſub illis euulgantur, vt inimicos noſtræ Fidei in admirationem tantæ rei, & amicos in prædulcem gratiarũ actionem omnino poſſit rapere. De Deo teſtis eſt relatus modò Sãctus, in loco eius priore à nobis allegando. De Euchariſtia Sanctus idem latiſſimè
B & doctiſſimè opuſc. 58. & de luce, eiuſdem lucis ad Deum aſſimilatio, vt ex rebus mox dicendis clariſſimè apparebit. Pro quo ſupponi debet, præ nimia magnitudine in nullo poſſe Deũ vel propriè vel reductiuè prædicamento collocati, occludi, & contineri; vt in ſua 1. p. q. 3. art. 3. oſtendit D. Thom. Quod tamen intelligitur de prædicamentis in ſingulari, non de omnibus prædicamentis, & generibus aſſumptis ſummatim & generatim; nam in cunctis ſimul ſumptis, tanquam omnium prædicamentorum, & generum principium, reductiuè proculdubio Deus ipſe continetur, vt ſcite Caietanus ex doctrina eiuſdem Sancti ibidem nobis ait, ac etiam ratum facit. Sicque lux ex beneplacito acutiſſimi Scaligeri Exerci. 62.
C ſect. 1. in prædicamento nullo propriè concludi notum eſt, ob illam rationem; *Quia æquiuoca ante factam peculiarem diſtinctionem, ab ordine prædicamẽti excludi per ſe patet.* Quod etiam intelligendum de prædicamentis in ſpecie, nam in omnibus in genere, & lucem contineri, & ſub luce prædicamenta vniuerſa comprehendi, ſtatim demonſtrabo. Qua ſimul ratione Sanctiſſima Euchariſtia, lux vera, & verus Deus, à nullo ſingulari prædicamento comprehenditur, & tamen illa omnia comprehendit ſub ſe ipſa, per omniáque extenditur. Ita demum, quod per omnia Philoſophię prędicamenta prędicetur Chriſti corpus in illis conſtitutum, collectum, diſtributum.

D 73. Primò quidèm in prædicamento *Subſtantia* quod eſt omnium & primũ, & principale, initium, ac fundamentum; naturæ nanque vi ſemper aliquas in alias metamorphoſi ſatis mira ſubſtantias lux conuertit; terram ſcilicet in aurum, prætioſóſque lapillos; & multas res in alias à primis diuerſiſſimas. Si verò lux hoc facit efficatia naturali, quæ efficiet ipſa lux immenſa & increata, iuſſu & verbo omnipotente Dei omnium Conditoris?

74. Secundò nihil minus in prædicamento *Quantitatis*; lux quippe nullã habet preſcriptam quantitatem; prout n. 49. oſtendi cum Ambroſio; qua de re D. Thom. 1. p. q. 5. & in 1. ſent. tract. 3. q. 2. art. 4. non parum viſu dignus. Vlterius quod lux prima nec ſubſtantiam

Deus, lux, & Euchariſtia, vt in cũctis prædicamẽtis, ac nullo collocentur.

D. Thom.

Caietanus.

Cæſar Scaliger.

Per omnia prædicamenta Euchariſtia prædicatur.

Subſtantias in ſubſtantias à primis diuerſiſſimas perpetuò lux conuertit.

D. Thom.

Vt in minima quantitate sit lux & Eucharistia.

substantiam verè habuit; sicut n. 19. Basilius explicauit. Ergo minus quantitatem; cum & Solis tota quantitas in oculi recipiatur pupilla per exigua; & in minima quantitate specierum vini & panis subsistat Eucharistia; de qua illud triuiale cū Angelico Doctore q. 76. pro nobis simul pugnat, videlicet, non fieri per modum quantitatis sed substantiæ à quantitate omninò separatæ. Lux igitur, & Eucharistia abhorrent quantitatem, cum tamen vel in minima consistant quantitate; qua via contineri ac etiam nullo modo in prædicamentis contineri, & hîc & in sequentibus perspicuè demonstratur.

75. Tertiò itē pari passu in prædicamento *Qualitatis*; non enim lucis qualitas, vt illa in se existit, offertur nostris oculis, sed vel rubea, vel sanguinea, vel pallida, vel aliis, pro locis & tēporibus, affecta sæpe numero diuersis accidentibus; cum illa nihilominus in suamet natura perpetuò clara sit; quin ideo lux ab istis externis qualitatibus internè in semetipsa propterea afficiatur. Et ita corpus Christi nullatenus, vt est, apparet in hoc cibo; quin illæ qualitates, rotunditas, albedo, & alię eiusdem generis afficiant ipsum corpus; sed potius per se substant, specierum quantitati (quæ ad istas qualitates omninò sustinendas substantiæ vicem explet) dumtaxat adhærendo. Nec mirum panis has, ac omnes qualitates, quarū quantitas est prima, sine aliqua substantia, vel propria, vel extranea, nimirum Christi corporis, subsistere in hoc casu; quia *Effectus magis pendet à causa prima, quā à secunda. Deus autem, qui est prima causa substantiæ & accidentis, per suam infinitam virtutem conseruare potest in esse accidens, subtracta substantia, per quam conseruabatur in esse, sicut per propriam causam. Sicut etiam alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis, sicut humanum corpus formauit in vtero Virginis sine virili semine.* D. Thom. 3. p. q. 77. art. 1.

Vt lux & Eucharistia sine propriis qualitatibus appareant nostris oculis.

D. Thom.

Vt accidens sine subiecto stare suo possit.

76. Quartò etiam in prædicamento *Relationis* ad rem aliam; quia simulátque lucis videtur pulchritudo, statim Deum ipsum Creatorem suum refert, vt legitur in Esdra; *Dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quò appareret opus tuum*: & quò tu referreris, ac melius nosceretis, ibidem subauditur; quod in Rege Citharoedo inuenies repetitum; *Cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum*: ad quam quidem relationem, & Diuinam cognitionem nos mira lux remittit, extollit, ac perducit, vt de cognitione veræ vitæ scribit Augustin. *Hinc mens se in alta eleuet; cor suum, quantum potest, dilatet; super se quandam admirabilem lucem, quæ omnium lucium lux sit, intendat.* A quibus non dissentit Hispanorum Philo alter, & Medicæ rei fulgor Vallesius, siue Valles; qui in cap. 53. suæ Sacræ Philosophiæ referentem Deum lucem per ista verba facit: *Mirabilis profectò est lucis natura, adeò vt à quibusdam Philosophis corporalis Dei pars appellata sit, cuius anima esset veritas. Dif-*

Esdr. 4. 6. 40.

Lux summè Deum refert.

Psal. 18. 1.

S. August.

Vallesius commendatus.

Mirabilis de luce aliquorū existimatio.

A *ficilis sanè cognitu lux est; neque scio an vlli satis perspecta, qui non eius originem in æterno exemplari contemplatus sit.* Hæc omnia verò firmat miranda consequentia Apostoli sententia; *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, &c.* Quid enim tam inuisibile, quam Deus, & Eucharistia, quæ Fidei propter hoc Mysterium nuncupatur? Quid verò tam visibile in mundi latitudine, quam lux mundi visibilis primigenia creatura, per quam Deum semper nosci testatur D. Paulus? Si ergo à visibilibus inuisibilis Dei virtus, Diuinitásque etiam, vt ibi superaddit, inexcusabili notitia & via referuntur, ac à vitis sanæ mentis perspicuè cognoscuntur, ad Deum & Eucharistiam perbelle referendum, nil

Rom. 1. 20.

B prorsus luce est in orbe accommodatius.

77. Quintò in eo prædicamento durationis nuncupato, vel *Quando* vocitato; nunquam etenim lux tempus peculiare quoduis habuit ad iubar diffundendum; imò semper ab initio hoc mūdo largè præbuit; non languens in virtute annorum longo tractu, sed æque ex parte sua perpetuò collucescens. Vt etiam corpus Christi sub isto Sacramento, quod licet ab Ecclesiæ incunabulis prioribus recipiatur à Fidelibus, & vsque in mundi finem recipiendum sit ab illis, nullatenus deperditur; nec in eo Philosophiæ hoc *Quando* intelligetur: quia *Reficit, & non deficit*, vt ait Augustinus in Psal. 50. num. 16.

Reficere & non deficere, vt eoam Solis lux scit panis Eucharisticus.

S. August.

78. Sextò, in *Vbi*, quod est loci statio generalis; in multis nanque locis, & lux, & corpus Christi, sub istomet mysterio sunt simul, prout supra ad n. 53. abunde enucleaui. Quibus ille Iudæi casus percelebris accedat, cùm cunctis in Ecclesia qua adfuit incidenter, adorantibus & venerantibus Sanctissimam Eucharistiam, ipse solus inter alios cōtempsit adorare; quem diabolus statim in faciem colaphizans, sic eum verbis carpsit. Quare Deum non adoras in tāto Sacramento? quia multos (inquit ille) vos Deos per altaria habetis vbicúnque. At dæmon cribrum, promens, & illud coram Sole producens, Iudæum iterū huiusmodi coarguit; *Nonne tot apparent radij quot foramina in cribro, & tamen vnus tantum est Sol, & non plura in substantia? Sic in isto Sacramento vnum est tantum indiuisibile, non plura, corpus Christi, in multis licet locis sit simul idem corpus.* Quo perfidus illuminatus, & hacce via à sua perfidia, reuocatus, suscepit iugum Fidei, vt Rosarij 2. p. serm. 13. p. 2. scriptor satis grauis enarrat Bustus noster.

C

D

Christi corporis in multis locis exemplū, & quidam casus.

79. Septimò nihil dissimiliter in *Situs* quod est loci positio specialis. Nā vnu modo lux in Cælo & terra lucet; & Christus vnum situm, id est standi modum in Cælo & terra simul habere rectè potest. Quod neutiquam pro materiæ latitudine tractatur, sed quantum satis est pro præsenti Enarratione tantummodo libatur.

Quis situs Christi corporis. Bustus.

80. Octauò in prædicamento, quod *Habitus* vocatur; sicut enim lux multoties à nobis non videtur, & tamē semper habitu,

Quis habitus sit Christo in Eucharistiæ Sacramento.

vt more noſtro loquar, veſtitur fulgentiſſimo; ita etiam in Euchariſtia ſemper lucidum & glorioſum eſt corpus Redemptoris, erſi paucis, atque paucies hæc gloria reparatur.

Accidentia ſine ſubiecto vt habeât actionem.

81. Nonò etiam in prædicamento, quod dicunt *Actionis* lux enim vitam dat, vitalitérque agit, & viuificam actionē, vt paulo poſt dicetur, in cunctas res exercet, & in iſto Sacramento accidentia ſine ſubiecto, abſque aliquo de nouo miraculo ibi facto, tueri vitam poſſunt. D. Tho. 3. p. q. 77.

D. Thom.

Euchariſtia velut lux non patitur quid mali, nec ſordidi offendiculi.

82. Decimò tandem in *Paſsionis* prædicamento ſatis clarè Euchariſtiæ famulanti; nam ſicut lux non patitur quamcúnque læſionem, imò munda per immunda pertranſit ſemper loca, quin ideo deturpetur, nec etiam ab armis luce ſplendentibus in die, & in ipſa diei luce volnerantibus, lædatur; ſic à ſordibus permultis hic panis mâducatus, non ideo inſordidatur, nec à ferro feriente vtcúnque ſauciatur; de quo extant ſimilitudines nec modicæ, nec paucæ; & Eccleſiæ Sanctæ PP. inſigna teſtimonia; è quibus ſic Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 50. *Quemadmodum radij Solares a ſorditie terræ nullo modo maculantur, nec putredinis fœtor vllus efficere illis poteſt; ſic Sanctiſſima illa natura nullam maculam ſuſcipit.* Vnde dixit prudentiſſimè Seraphicus Antiſtes lib. 4. ſent. d. 13. *Sacramenta eſſe in modum lucis, quia ab immundis minſtris coinquinari non poſſunt.*

S Cyrillus

S. Bonau.

Scandala Euchariſtiæ amoris ſūt ſtimuli.

Magnum certè & per quam verum contra ſcandala continua Euchariſtiæ fulcimentum; ſed maius Dei amoris in ea nobis jugiter expoſitum argumentum; quando- A quidem ne fidei, amoriue ſuorum, vel tempore, vel modo, deeſſe poſſet aliquo; plus voluit in hoc cibo à malis contrectari, iniuriiſque inuadi, quam vllatenus tantiſper ab illo ſeparari. Separatus nanque abeiſſet & hominum præcordiis, & Fidei eis conceſſæ mirandæ certitudini. Nam vt ait D. Tho. in ſua p. 3. q. 64. & 74. *Si non poſſet Christi corpus conſecrari niſi à iuſtis, nunquam poſſemus in hoc mundo ſcire quando eſſet veraciter corpus Chriſti.* Ne ergo cordi noſtro, vel noſtræ fidei deſit, ſubſit Chriſtus Dei Filius ſceleribus multorum; ac millies in ſeipſo, ſeu in ſuis veſtimentis (ſpeciei quales ſunt) tormenta patiatur; quò nobis neque ſemel veſtigium perferendi, ſiue cauſa patientiæ, B etſi in filo veſtis, vt fertur in adagio quæcúnque videatur. Qua de cauſa qui à diabolo tentari quondam voluit, & à diaboli conſociis occidi & crucifigi, à prauis modò vult nō paucis vilipendi, ne probis vnquam deſit. Ita Doctor Angelicus hîc proximè allegatus; quem eiſdem ferè verbis imitatur Bernardinus ſerm. 1. in Cœn. Dom. ô amoris Filij Dei plus equidem ſtupendi, quam laudibus humanis idoneè proſequendi exēplar ſalutare! ô verè non ſcandalum, ſed amoris infiniti incendiū venerandum! Hoc alacriter in eius obſequij flammas aeres debemus proſilire, & vitam in cruciatibus ſi ita res exegerit, pro illo collocare, qui pro C nobis Sacramentatus in Cruce ſemper pendet; ad quod tandem concitemur calcaribus Bernard. in Feſto Epiphan. ſerm. 1. *Quanto pro me vilior, tanto mihi charior eſt.*

D. Thom.

S. Bernard.

S. Bernard.

TERTIA PARS ENARRATIONIS; & Prima cum Euchariſtia, quò ad lucis operationem, in effectibus duobus miraculoſis, & antiquis, conuenientia valde ſimilis.

Solis Ioſue tempeſtate in Euchariſtia remoratio.

83. PERFECTIONIBVS iam lucis operationes copulemus; quæ non minus quā & illæ mirandæ videbuntur; prius autem extraordinarias, quam ordinarias proponamus; vt quæ poſtea ſuperfuerint directius enarreutur. Duæ verò lucis ſunt operationes huiuſcemodi ſub lege Moyſis factæ, nempe Solis conſiſtentia ad vocem magni ducis; *Obediente Deo voci hominis*; vt ait Sacrapagina; & Solis retroceſſio ad præcedentes decē lineas; ſub tempore Ezechiæ; quarum vtraque reperitur in noſtro Sacramento. Conſiſtentia quidem Solis, non minus quam Diuini; in qua mira Deus ſolertia obedit voci hominis; ad Sacerdotis nanque vocem ocyſſime Deus venit, Euangelici Prophetę Oraculo adimpleto; *Adhuc illis loquentibus dicam, Ecce adſum.* Neque Sol hic ſupremus pro vno tantum die, (vt illic factum eſt,) ad vocem ſiſtit hominis, ſed pro tempore tam longo, quàm ſpecies Sacramentales incolumes perdurant, & ſanæ perſeuerant. Magnum certè obedientiæ

Ioſue 10. 13.

Iſaiæ 38. 8.

Obedientia qualis Chriſti ad vocē Sacerdotis.

Iſaiæ 58. 9.

promptiſſimæ adinuentum, ſed maius proculdubio amoris Dei portentum, & inclytum miraculum, quo vinculis dilectionis, columnæ velut olim, columnæ ſpecierum elegit vinculari; vt ibi à multis perfidis, impuriſque hominibus, pro nobis iugiadhuc ſupplicio flagelletur; meritoriè ſi non D hodie, amatoriè ſemper valde, qua de re cum Iuſtiniano de ligno vitæ cap. 4. ſic lubet exclamare; *ô charitas, quam magnum eſt vinculum tuum, quo Deus ligari potuit! Nullum vinculum Filium Dei ad columnam tenere poſſet, ſi charitatis vinculum defuiſſet.* Hoc autem ad deuineendum peiores quinque reges, quam eos quos tunc Ioſue Dei iuſſu ſuperauit; nimirum quinque ſenſus; vt ibi tenet Gloſſa. Omnes enim quinque ſenſus ab obiectis ſibi propriis vincuntur in hoc cibo, ac veluti mancipia, ſubiecta, & manucapta (vnde nomen hoc mancipium) & in Fidei Chriſtianæ obſequium captiuata, huic columnæ ſpecierum Sacramentalium vinciuntur, & victa religantur, ac collo vinculantur; cuius equidē columnæ ſublimitas & firmitas

Columna Dei amoris, vbi Chriſtus vinculatur, & pro nobis flagellatur, Euchariſtiæ Sacramentum.

S. Laur. Iuſtin.

2. Cor. 10. 5.

Chrysost.

& firmiras hom. 27. in Episto. ad Hebr. à calamo Chrysostomi huiusioodi exaratur; *Fortasse vnusquisque vestrum vellet esse eiusmodi, vt posset imperare Soli & Lunæ. Sed hæc maiora assequemur, si velimus. Nam quanam nobis promisit Christus? Non fore, vt Solem, & Lunam sistamus. Sed quid? Veniemus, inquit, ad ipsum ego, & Pater meus, & mansionem apud eum faciemus. Quid mihi opus est Sole & Luna, cum omnium Dominus ad me descendat, & apud me firmus stabilisque maneat.* Quæ igitur columna, tam procera, & tam firma non solum Christi corpus contingens, sed & ipsum verissimè in se cootinens, vt ista inuenietur?

Retrocessio Solis prisca vt fit in Eucharistia.

84. Solis verò retrogressio hîc semper reperitur; Maria quippe linea & decima horologij, ad quam, nouem longe missis, relictis, & post habitis ordinibus Angelicis, in mysterio Incarnatioois Sol verus retrocessit; *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Cum autem Incarnatioois Eucharistia sit extensio vt appellatur à Chrysostomo; hæc ipsa manet Sol, Maria vero linea tam decima & perfecta, vt tota Deo fuerit per gratiam decimata, & apta propter hoc, vt tanquam Solis linea in cunctis perfectissima deuinciat ipsum Solem, & ad se retrocedentem eximia charitate irretiat ipsum Christum, qui maxime pro Virgine, vt alibi dicetur, instituit Eucharistiam; de quo quidem vinciendi Mariæ versus Filium effectu videatur Seraphicus Antistes in Virginis speculo; & de Horologio noster Busto in eius Mariali de virtutibus Deiparæ hæc ibi verba faciens; *Horologium ad cuius decimam lineam reuersum est Sol, est B. Virgo ex Rege Achaz descendens, quæ in se perfectionem habuit omnium ordinum Angelorum, & saluandorum hominum.*

Hebr. 12. 16

Iocarnationis vera extensio Eucharistiæ Sacramentum.

Maria quali linea & Solis sitis vni aptissimum horologium. Busto.

Secunda, quò ad lucis operationem conuenientia, in luce, atque lætitia quas bonus velut Rex, ad lætandum, & res zelandas, ac operandas secum affert.

Politici per transitum de vanitate suggillati.

85. SVpra lucis perfectiones cum Deo copulauimus, nunc cum Regibus operationes illius coniungamus, vt vel saltem varietate munus aliquod probatum, & gratum faciamus; iis maximè, qui hodiernam sectando vanitatem, politicis tantummodo materiis delectantur, ita vt aliis quibuscunque fastiditis & abiectis, dumtaxat cothurnatas & coronatas quæstiones se gestiant trutinare.

Sol mundi versus Rex. Ficinus. Virgilius.

Nec immerito, cum Sol sit Rex vniuersalis, vt asserit post multos lib. de Sole cap. 3. egregius vir Ficinus & Virgilius illo versu Georg. lib. 1.

Per duodena regit mundi Sol aureus astra.

Et multò magis vniuersi Sol mundi Rex existit, quam quisque Rex est Sol in orbe regni sui; cum iste sit in ortu, occasúque clarissimus, & prorsus illustrissimus, ac vndique perecelebris, vt ait Dei eloquium; *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus excelsi*; illi verò vasa mortis, fœtoris, & stercoris nascendo & moriendo; ac sortem miserabilem opprobriis cunctis subditam vtrobi sustinendo; *Ego natus decidi in terram, & primam vocem emisi plorans. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.*

Eccl. 43. 2. Rex clarus & illustris in mundo tantum Sol.

Sap 7. 3. & 5.

Tria igitur Sol facit, vt verus mundi Rex, ad mundi ipsius regimen profectò necessaria; hæc autem primo tantum eiusdem Solis actu, & opere, quod est, ab eo missa claritas; prima enim lucis actio diffusio lucis est cui effectus duo alij, hilaritas & habilitas ad opera cum zelo feruoréque nauanda, adhærent immobiliter. Innatum quippe luci lucere, exhilarare, & luce ad quæuis opera agenda prouocare; quæ ipsa nō duntaxat operatur naturaliter, sed simul & moraliter. De operatione naturali, res cunctis est notoria, & quæ aliquo negotio probari non sit opus. De morali, quo ad lucem intellectus largiendam, præclarum nostri Veneti resplendet testimonium; in Harmon. Cant. 1. ton. 4. cap. 10. vbi ingenio claros, viros sub Sole nasci solitum, suaptéque oriri & luci vitæ dari disertis verbis ait; & Ficinus qui adhærens huiusmodi sententiæ, lib. de Sole cap. 11. in istum modum fatur. *Hinc Solem apud Theologos veteres Apollinem arbitror nominatum, & harmoniæ omnis auctorem, ducémque Musarum; quoniam animos non tàm manifestis quam occultis influxibus radiorum, à confusa quadam turba resoluat, & harmonicè moderetur, atque ad intelligendum postremo perducat.* Qui alibi in præfatione à nobis memoratus, acutè ex more suo de Sole calculauit, proximiorem cunctis astris Mercurium sapientium patronū, sibi habere; tum quia à Sole manat ingenij claritudo; tum etiam, quia Reges de quibus hîc cum Sole commixtus nobis sermo, Consiliarios sapientes non solum modo vllo à se non remouere, sed eos semper secum inseparabiles deferre, ob euentuum felicitatem, si volunt hanc habere, tenentur, atque item necessitate sibi fausta omninò constringuntur. De eodem vero Sole quò ad homines oblectandos scribit ipse auctor lib. de Lumine cap. 8. *Quod lumen sit risus cæli, ex spirituum cælestium gaudio proficiscens, indicant homines, qui quoties lætantur spiritu, ridéntque vultu, splendent certè intus, dilatantúrque spiritu, vultu quoque splendere videntur; oculis maximè, qui maximè sunt cælestes; quique cursu motum cæli instar efficiunt circularem. In lugentibus autem contra obtenebrantur, restringuntur, torpent omnia. Radij vero ex stellis ridentibus tanquam Diuinarum mentium oculis benignissime & lætissime directi in rerum semina, non aliter fouent omnia, quam struthij aspectus in ouum. Illorum nanque vt naturalis & vitalis est rebus cunctis calor. Hinc fit, vt omnia voluptatem appetant, quia non modo voluptate terrena, sed etiam cælesti lætitia generantur. Quis autem neget numina læto quodam affectu vniuersa generare? Cum non solum à natura, sed pariter*

Venetus.

Ingenio claros Sol sub se nascentes facit.

Ficinus. Apollo cur Musarum præcentor atq; ductor.

Mercurius cur in astris proximior Soli sit.

De Regum Consiliariis ab eis quid notandum, & maximè obseruandum.

Ficinus.

Sol gaudij & vitæ causa in cunctis creaturis.

Stellæ cæli oculi à Numine atque Angelis habentes efficaciam.

Voluptas cor à cunctis creatis expetita.

ab arte cuncta creari, & conſummari voluptate videamus. Hæc ille; quæ ob meum ſtudium in virum tantum, diffuſius aliquantulum tranſcribere curaui; *Quis enim modus adſit amori?* vt ille cum Virgilio de ipſamet ſolari materia ſuauiſsima, dulciſsimáque calamo, inferius vſurpauit.

Sol magna quæque facit.

At de Sole vltimo loco qoo ad zelum ad operandum, ex eo diſtributum, ſatis dicitui in hymnis Dominico cantatis; *Primo dierum omnium. Æterne rerum conditor*; quibus multum Mantuanum fauiſſe puto ego, ſub fin. lib. 9. dum Apollinem de cælis Teucrorum fortes copias audactar dimicantes, inducit inſpectantem; quaſi Soli ſit ingenitum ciere ad magna opera.

Vigilius.

Zelantes atqoe graues Sol viros ſuos facit.

Vlterius, quod & Sol non ſolum ſub ſe natos ingenioſos plane facit, ſed graues, & zelantes, id eſt, zelo & grauitate per ardua meditantes, & fortiter nauantes; vt Venetus affirmat in loco ſupra proxime. Poëta ſic decantat;

Venetus.

Lætitiáque fremunt, animóſq; ad ſydera tollunt
Æthereа tum forte plaga crinitus Appollo
Deſuper Auſonias acies, vrbémque videbat.
Nube ſedẽs, atq; his victorẽ affatur Iulum. &c.

Quæ tria quantum licet in regibus reſplendent. Lux quidèm ad dirigendos commiſſos ſibi populos, vnde forſitan Rex Turnus, Æneas, & Aſcanius toti lucidi prudenter Ænei. 12. aduerſ. 160. à Vate deſcribuntur.

Cur Reges Iudæi vncti.

Neenon Reges Iſraëliticos perungi Deus iubebat, vt elementes, & lucentes (lucet etenim ſuapte, dupliciterq; oleum) vaſſallis ſuis eſſent. Deinde nihil minus, vt Salomon teſtatur, hilaritas in facie; *In hilaritate vultus Regis vita*, qua populus afflictus non parum recreatur, à magniſque triſtitię, angoriſve languoribus ſanatur, & quodammodo à tumulo leuatur; vbi regis pro vultu, Hebræi lucem habent; *In hilaritate lucis Regis, vita*; quo iſtemet effectus mirifice probatur; & etiamab illo verſu in rege per Poëtam ad libitum depicto, ſed verè & per quam ſcitè boc modo concinnato; Æneid. lib. 1.

Prou. 16. 15. Cur Regis boni facies lucere teneatur.

Spem vultu ſimulat, premit alto corde dolorem.

Virgilius.

Vt à ſuis poſſet meliùs dolorem propulſare. Stabilitáſque tandem & alacritas idonea ad opera quæcunque, vel morte conculcata, inuictè ſubeunda. Nam de vultus efficacia in cunctis vitis magnis intelligitur quod cecinit in libro nunc producto præfatus Mantuanus;

——— O ter, quatérque beati,
Queis ante ora Patrũ, Troiæ ſub manibus altis
Contigit oppetere.

Quod de viris Luſitanis ſuorum regum vultu, quos diligunt plus omnibus, ſtrenuè cataphractis, & ab illis hac de cauſa, terra maríque periculis immenſis ſuperatis, noſter inclytus Poëta in fine Can. 10. concinuit per hos verſus:

Loſitanorũ in Reges ſuos ſupremus ſemper amor.

Sô com ſaber que ſaõ de vos olhados
Demonios infernais, negros, & ardentes,
Cometeraõ com voſco, & naõ duuido,
Que vencedor vos façaõ, naõ vencido.

Ludouicus de Camoẽs.

86. Sed nihil ex his abeſt à noſtro Sacramento. Nimirum neque lucis belliſſima dif-

A fuſio, quæ prima cæli qualitas, & huius eſt Myſterij, quod homil. 61. ad pop. Anti. *Fons luminis veritatis, effundens pulchros radios*; vocatur à Chryſoſtomo; non adeò claritatis, quantum potius veritatis fulgores circunfundens; qui intellectus & rationis fulgentes radij ſunt, tantò aliis meliores, quantò res intelligibiles præcedunt inſenſibiles.

Chryſoſt. Fons lucis Euchariſtic cum radiu veritatis.

Quos tamen intellectus lucẽtes valde ignes nil dubij proficiſci ab illo Patre luminum, de quo Iacobus ait; *Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.* Per quod omne datum optimum, & omne donum perfectum à Deo Patre luminum in homines deſcendens, intelligit Ficinus potentiam intellectiuam, quæ optima inter munera diuina palam eſt, & à

Iacob. 1. 17.

Intellectus donum optimum à Patre luminum deſcendens. Ficinus.

B Patre luminarium deſcendit in buoc modum, per illum cap. 11. de Sole ſic prolatum. *Neque verò putandum, lumen hoc ampliſsimum, efficaciſsimúmque, & inter mundana datum præ cæteris optimum, donúmque perfectum, originem primam ab exiguo Solis corpore ducere, ſed ab ipſo ſummo bono, tanquam Patre luminum, in quo quidquid eſt luminis, certè pluſquam intelligibile eſt, omnem prorſus excedens intelligentiam.* Sed *inde in diuinum, ſiue Angelicum intellectum mox deſcendens, intelligibile iam euadit. Deinceps in animæ mundanæ mentem veniens, intellectuale mox, & inſuper imaginabile iam efficitur. Subinde in cælum tranſiens, ſenſuale fit atque ſenſibile. Denique ad inferiora demiſſum iam quaſi diuiditur, & alicubi quidem ſenſuale fit, id eſt, in oculis animantium. Alicubi verò ſenſibile, id eſt, in obiectis. In paucis autem ſeruat vtrumque; & his quidem noctelucentibus.*

Lux quomodo deſcendat ad hominum intellectũ, & non ſolum ad ſenſuales, ſed etiam ad res ſenſibiles.

C Sed ſimul & certiſſimum, à Filio Patris luminum, qui in ſymbolo *Lumen de lumine*; & in Ioanne *Lux vera hominum*, iuſtiſſime vocatur, intellectuale lumen hoc defluere ad mortales; ea tamen diſtinctione, quod lumen nobis datum, per ſenſúſque ad mentem humanam manuductum, omnis etenim intellectio, vt diximus in præfatione, à ſenſibus exoritur, non ſolum lumen ſit à Deo deriuatum, vt Deum intelligamus, & ipſum per hanc lucem non paruin (quantum licet in via) cognoſcamus, ſed pariter & quoddam Diuini ipſius luminis velamen, & quodammodo occultans obſcuratio, ne illud in hac vita perſpicue capiamus; de vtraq; velut re egregie dixit Philo, in lib. quem de mundi inſcripſit opificio, ſub eius loquens finem;

Ioan 1. 9.

Lux quomodo intellectus ſit claritas, & ſimul claritudinis obſcuritas.

Philo.

D *Verbum Dei inuiſibilis intelligibilis lux eſt, ſuper cæleſtis ſtellæ, fons ſtellarum viſibilium, quam non temere, appellare poſſumus vniuerſalem lucem, à qua Sol, Luna, cæteræque ſtellæ, tam fixæ, quam erraticæ, hauriunt ſingula, pro viribus conuenientes ſibi ſplendores ſinceræ illius, & puræ lucis, quæ obſcuratur, quamprimum vergit ab intelligibili in ſenſibilem, ſincerum enim nihil ſenſu percipitur.* Hæc ille; qui notandus in iſtis verbis vltimis; *Quæ obſcuratur, quamprimum vergit ab intelligibili in ſenſibilem*; & qui etiam Verbum Dei tam clarè hîc confitetur, vt ſuoſmet contribules inficiatores tanti Domini confundere ſit potens. E quibus ſatis patet ab ipſo Verbo Dei æternùm, generato ad

Verbum Dei & eius Filius à Philone quantum agnitus, ac etiam celebratus.

nos

nos venire lumen. Postea verò post illius Incarnationem benignissimam ab eo carne facto, cum quatenus est homo sit hominum, lux vera, vt dicitur in verbis Ioannis iam productis, cum illis subsequentibus; *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*; videlicet, vt fructus annexus colligatur; qui quidem aspectus gloriæ, pro captu nobis licito, possibilis est visio; *Et vidimus gloriam eius, &c.* Et tandem post institutum Eucharistiæ Sacramentum, ab ipso Sacramentato hoc lumen promicare; vt multa ex rebus dictis, dicendisque monstrabunt; cum & simul incarnationis extensio vera sit sanctissima Eucharistia, & data vt lux existat Ecclesiæ vniuersalis, quorum alterum paulo supra à nobis tactum fuit sub n. 84. alterum verò fere omnibus hucusque satis patulum.

Ioan. 1. 14.

N. 15.

Nec lucis intellectus, quæ prima Solis actio ex tribus memoratis, & in ista sectione à nobis meditatis, est tantum fons sublimis hoc nostrum Sacramentum, quod foris luminis, veritatis diffundens pulchros radios in penultimo fuit numero vocatum per Chrysostomum, sed & fons iocunditatis, ac internæ hilaritatis, lætitiæ circumquaque profundens lætas flammas; quapropter inter multa Eucharistia nuncupatur, quod sonat bona gratia; lætitiæ nanque est, & gratiæ scaturigo, quemadmodum de ea tract. 2. cap. 13. ac etiam 19. ostendit Turrianus; qui de illa in isto sensu intelligit Apostolum; *Habemus gratiam, per quam seruiamus placentem Deo.* Quamobrem à Cypriano de Lapsis appellatur, *Gratia salutaris salute diffusina*; quæ luce atq; salute est nobis iocondissima; nec frustra, cum lux sola sit visus oblectamen, propterea quòd colorum clarifica est figura; nam color lux opaca suapte definitur, lux autem color clarus, imo corporis lucentis, colorùmque flos mirus, & vigor præstantissimus; vnicolor tam actu, virtute quam omnicolor, vt de Lumine cap. 2. edisferit Ficinus. Colores verò hilarem efficiunt mundi faciem. Quocirca rebus cunctis secundum Damascenum lib. 2. cap. 7. cum conderet Deus mundom præmisit lucis facem; *Fecit Deus lucem prima die, vt esset ornamentum omnis visibilis creaturæ. Aufer enim lucem, & omnia in tenebris ignota manebunt; proprium non valentia demonstrare decorem.* Ergo nihil ad aspectum, vel animos lætandos, & res condecorandas, vel gratius & iucundius; vel etiam accommodatius. Qua via solum valde humanos oblectare lux posset Eucharistica. Nunc zelum quem infundit ad opera nauanda, quod lucis opus erat, & tertia illius actio, seorsim videamus.

Eucharistia fons lætitiæ.

Turrianus.

Hebr. 12. 28.

S. Cyprian.

Lux color clarus est, & color lux opaca.

Ficinus.

S. Damasc.

87. Enimuero si Sol cum Veneto allegato zelantes atque graues nascentes sub se facit, hoc altius & diffusius impertit Eucharistia, vt ego notum faciam miraculo percelebri; aliunde à Nouarino ascito, in suo Agno n. 912. nimirum, quòd Conrado Abbati Villariensi, digiti quibus in altari tractabat corpus Christi ad instar candelarum lucebant noctis tempore, ita vt eis pro lumini-bus vteretur ad studium, ac paginæ diuinæ assiduam lectionem: quam rem ex suo fonte Lectori nunc libabo; hoc est, ex Sancti huius sepulchro veoerando; quod cum essem in Clareualle dulcissimè perspexi, & elogium funerale transcripsi & mecum duxi. Ignosce pie legens, si tibi hoc aliquantulum morosius recitauero, res enim Clareuallis, meique Bernardi est. Clareuallis quæ in orbe, etsi inuito Erasmo, tam magnam ab isto Diuo obtinuit claritatem. Clareuallis, quæ primigenos claritatis suæ nûtios in nostræ Lusitaniæ occiduas misit plagas; tum optimas in ea nascentis sui Ordinis colonias erigendo, tum ad suum consanguineum Portugalli Regem primum frequenter scribendo, & de regni felicitate, posteritatéque non pauca, quæ hodie impleta sunt, eidem prophetando. Clareuallis, quæ vel etiam à nostris impostoribus tutelaris & Patrona vocatur Lusitaniæ, vt in summa desperatione ius nostrum succedentium deuoluant in hanc domû, quod equidèm cum risu, vt futilem & puerilem sententiam vilipendimus, quamuis olim regnom esse S. Mariæ de Clareualle, deuotionis tantum ergo, à dicto primo Rege voluntarie tributarium, non solum non negamus, cum Souza de Macedo in Lusitania liberata proæ. posteriori n. 44. sed etiam totis neruis de ista obiectione profuse gloriamur. Felix regnum quod ædem in matrem habere meroit, quam habitat Bernardi suaue lac & mel; imò etiam lac Dei Matris, Bernardi infusum ori, vt ad lactices sanguineos eius Filij super Crucem stemma Portugallo Diuinum largientis, liquores cæli omnes amore conuenirent. Clareuallis, quæ propterea à cunctis Lusitanis vel lactentibus diligitur, & talis illis eius, in lacte quod exuguot, imbibitur deuotio, vt ob istam licet ego ipsius suco caream, cum in operis præsentis calorem processissem, æstusque feruores in Iunio iam cæpissent, Parisiis, quibus eram, Clareuallem sanctam petij, & ideo centum leucas cum reditu confeci, ac ibi per tres dies dulcissime quieui, vbi ad dexteram Euangelij prope altare vidi maius Conradi iam præfati sepulchrum satis humile, super illúdque in tabula scriptum hoc epitaphium, quod reuersos intertexere fideliter curaui. *Hic iacet Dominus Conradus, frater olim Comitis Egini de Friburg, qui primò Villariensis; deinde Clareuallensis, postea Cisterciensis extitit Abbas, & demum S. R. Ecclesiæ Portuensis Episcopus Cardinalis. De ipso legitur illud memoria dignum, quod digiti sacri, quibus Dominici corporis & sanguinis hostiam offerre solitus erat, tanta luminis claritate frequenter effulgere visi sunt, vt noctis ei tenebras tanquam meridiem illustrarent. Plurimis locum istum decorauit reliquiis, inter quas est caput S. Vincentij, & Christi Martyrum Eutropij, Zezyme, & Bonosæ. Legationis à latere fugens officio multotiens, in quo varias hæreticorum perfidias magnifice compescuit. Cum denique in transmarinis partibus diem transitus sui de hoc mundo propinquare cognosceret, instantissimè*

S. Bernardi & Clareuallis memoria incundissima.

Clareuallis vt patrona fit Regni Portugalli; & Portugallum Matri Deiibidem tributarium.

Souza de Macedo.

Conradi cuius digiti quibus tractabat Eucharistiam, vt cerei eclucebant, mirabile epitaphium.

præcepit, vt in Clareualle, vbi iam dudum elegerat sepulturam, ossa sua deferrentur; ibidémque voluntas eius vltima per Clareuallenses fideliter est impleta. Obiit autem anno gratiæ 1227. pridie Kalendas Octobris.

A

Prodigium magnum certè, quod tamen diuersimodè quotidie à nobis visitur; in Doctoribus, videlicet, pro Eucharistia laborantibus, atque libros indefessè pro illa voluntantibus, quorum digitos, vt cereos, collustrat hoc mysterium. Nugatis? dices mihi; aut quomodo, responde, istorum clarent digiti? Non nugor, sed percontor, cur digiti Conradi tam mirè resplendebant? Si sanè quia corpus Dominicum tractabāt, & ideo bini manus vtriusque radiabant, cur item non lucebant illius lingua & os, quæ corpus ipsummet dulcissimè absumebant? Fulgoris valde in promptu istius fulget ratio; quia nempe cæli Sol, vt supra dictum fuit, ingeniosos, & zelantes, ac graues suos facit; vt igneus Sol inferni omnino luce carens, non facit sub se natos, zelantes atque graues; sed leues, & amentes; nec claros intellectu, sed tantum lingua & ore; quibus vana & inutilia inaniter perstrepant, loquaciter effundant corusco iactent ore, inflatis buccis efferant, & velut ranæ lingua paludum fœtidarum coaxent importuna; vt hæreticis in cunctis, & illorummet fautoribus perpetuò visum est; qui quidèm semper possident eloquij modulamen, & eloquentiæ sæcularis venustam concinnentiam, sed diuinæ sanctæ & firmæ propterea sapientiæ nil prorsus in se habent. At viri vita celebres, Religione præpollentes, & Catholicæ doctrinæ nitore scintillantes, zelantes sunt spiritu, & graues in sermone, ingeniíque acumine non parum clariores; quo multa super alios hæreseos sectatores, quotidie meditantur; præclarum nihil tamen sonare cupientes, vt pressius & germanius dicetur loco alio, sed pro Deo tantummodo zelantes atque graues, & ad eum inflammantes sententias proferentes. Hoc autem quia digitis à Christo illuminantur, ad impios debellandos; non verò lingua & ore ad pios dementandos, vt faciunt Nouatores, de quibus Tertulli. de præscrip. hær. *Hæreticis non est negotium ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, nostra suffodiunt, vt sua ædificent.*

Vt digitis illuminentur Ecclesiastici scriptores.

Zelantes atque graues Eucharistia suos facit

Ingeniosi quinam magis, hæretici, an Catholici.

Ædificatio hæreticorū bonorum demolitio, destructio, dissipatio. Tertullian.

O quoties viri probi illuminantur bene digitis, præcipuè cum ad opera dictanda & scribenda de Eucharistia se accingunt! Semper quidem viri tales tàm manibus quam digitis à Deo irradiantur; quia alij super alios maiora perscrutantur; non ad verba ludificantia per aëra laxanda, sed ad manus cum phalange hæreticorum conferendas, & digitos inferendos in oculos eorum; Deum suum illuminatorem perpetuò collaudantes; cum Regéque huiusmodi illuminato concinnentes; *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Vbi manus docet Deus, ac digitos piorum, non ora, verba, & linguas; sed manus, atque digitos; quorum digiti atque manus hac causa illuminantur, quia aliquem docere, est ipsum illuminare; vnde digitis edocti, illuminantur verè digitis; *Benedictus Dominus Deus meus; qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.*

Psal. 143. 1.

Enimuero quid agerent, qui bellum cōtra faculas non minus quam inferni comittunt incessanter, nisi digitis illuminarentur in libris euoluendis? talia ibi inuenientes, ruminantes, indagantes, qualia nunquam proculdubiò temporibus transactis in mentem ipsorum venerant? Mihi tenebris obfuso hoc ferè semper accidit; Ecclesiæ quantò magis clarissimis Doctoribus, quibus S. Bonauentura in serm. de Doctoribus attribuit hæcce verba; *Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis.* Quo loci ille per Solem in clypeos refulgentē, Christum nostrum Redemptorem intelligit, & meritò, Doctores illustrantem per clypeos verò aureos eosdemmet Doctores; qui aurei sunt fulgore, & grauitate sapientiæ; nam aurum fulgens est, & graue ac ponderosum; & qui etiam velut clypei Ecclesiam semper protegunt. Vnde ipsi Machabæi sub litera contenti; *Ornauerunt faciem templi (videlicet, secundi;) coronis aureis & scutulis.* ornandum quippe erat secundum Christi templum, Ecclesia Christiana, scutulis Doctorum, corúmque coronis; qui mirificas aureolas, & immarcessibiles corollas tam sibi, quam & cunctis protectis pepererunt. Qua de causa resplenduerunt, & splendorem montes alti ab ipsis acceperunt, id est, Iusti, velut montes, virtutum per illustrium fulgentes in hoc sæculo, vel in gloriæ iam montanis per illorummet doctrinam, solertiam, & vigilantiam Beati collocati. Hæc summa cum ratione Seraphicus Antistes, quæ vtinam obcæcatis tantillum lumen præbeant.

S. Bonauen.

B

Mach. c. 6. 39 In clypeos aureos Sol resplendens Christus est, illuminans Doctores.

Mach. 1. 4. 57.

C

Doctores cur Ecclesiæ sint clypei vere aurei.

88. Sed quare hoc Sacramentum non plurimos illuminat, quos vel criminum immanitate, vel tetra infidelitate, proh dolor! nimis cæcos quotidie reperimus? *Quia Sol nunquam posset illuminare vacuum, etiam si esset circa ipsum.* Sic idem sanctus Doctor in 2. sent. d. 13. q. 1. n. 39. quod probat ex Philosopho de anima 2. & ex luce Augustiniana Confess. 12. nec non ex ratione; lux enim nisi tantùm per medium successiuum, & continuatum in semetipso, quo illa prorsus indiget, vt ad loca sic extrema, & separata perducatur nullatenus defertur; cum autem nullum medium in vacuo detur loco, non possunt res huiusmodi à luce irradiari. Et ideo circa Solem Eucharistię multi sunt, qui tamen nullo modo ab ipso illuminantur; quorum certè non felicitas est circa Solem esse, imò maxima infelicitas in loco tam præclaro luminoso & glorioso quis vacuus inueniri. Tremant mali Ministri, si coram tanto Sole inanes offenduntur; sed amplius exhorrescant eiusdem Solis æmuli; nam & verè sunt peruacui, & longe à vera luce; à qua ista ratione repleri nunquam valent.

S Bonauen.

Sol vacuū qua de causa illuminare non sit potens.

D

Ficinus de Sole cap. 9. non rerum vacuitati, sed potius crassitudini, quod, via licet

Ficinus.

varia

varia, in idem prorsus recidit, attribuit hocce malum. Ipse verò, qui de more tam pius est, quam doctus, profatur in hunc modum; *Sicut nihil alienum est à luce diuina, materia quam informis, ita nihil à luce Solis diuersius est, quam terra. Ideo corpora, in quibus terrea conditio praeualet, tanquam ineptissima luci, lumen nullum intus accipiunt. Non quia sit impotens lumen ad penetrandum: hoc enim dum non illuminat intus lanam aut folium, interim penetrat momento cristallum; alioqnin difficilius admodum penetratur.* Hæc ille, qui diffusius in loco nunc producto hanc tradit veritatem.

Cur Christallũ, quod est durum; & non lanam, quæ est mollis peruadat lux Solaris.

Tertia, quò ad luculentam operationem conuenientia, in calore, & vitæ halitu quem rei humanæ confert.

89. SEcundus Regis Solis effectus calor est, & vita, quam calore idonee attemperato subjectis rebus affert. Nam calor vitæ causa, & omnia quæque viuunt, ob calorem sibi inditum, reconditum & ingenitum vitali gaudent aura; provt Venetus in Harmo. Cant. 3. ton. 7. cap. 14. & locis aliis ad n. 85. superius allegatis ostendit satis latè. Vnde & vitę pater Sol vocatur apud ipsum Cant. 1. tono. 4. cap. 10. quem præcessit Dionysius cap. 4. de nomi. Diuinis; & postea. D. Tho. 1. p. q. 76. art. 7. & q. 83. art. 1. ad 5. & q. 115. at. 3. ad 4. & opuscu. 11. art. 14. vbi tenet mundi cuncta momento interitura, si lux & motus cæli eis paululum deesset. Quod ille in loco vltimo opusculi asseuerat; in aliis nanque vitæ & causam & fontem lucem tantummodo concelebrat. Quapropter ante omnia in primo mundi die creata lux resplenduit, vt calorem, & vitæ semina creandis rebus iaceret; sicut asserit disertè Vallesius 1. cap. in Sacra Philosophia. Ideo lumẽ in Plutarchi egregiis problem. generationis signum est, & in nuptiis luminaria antiquitus adhibita; Lucináque, seu Luna, quod idem numen erat, fœminarum puerperiis propitium existimatum, vt dicitur in Andria.

Calore vita constat in ortu & vitæ transitu.

Venetus.

Dionysius.

D. Thom.

Lux vitæ causa taliter, vt si minimùm hæc deficeret, deficeret & mundus.

Vallesius.

Plutarchus.

Luminaria cur in nuptiis, & Lucina cur olim in puerperiis inuocata.

Miseram me, differor doloribus
Iuno, Lucina fer opem.

Terentius.

Quia ortui vitæ lux mortalium longe fauet; qua de re in suo libro de ratione puerperij Ausonius videatur.

Ausonius.

Nec minus Solis Regij effectus lux, & calor; qui calorem, & dulcem vitam cum luce vultus sui vassallis suis præbet. Nam quemadmodũ Sol suo fulgore nescit diem tam clarum, quam & almum in orbe non efficere. Sic etiam gregi suo lucere nescit Rex, quin Regni res algentes, torpentes, atque mala inertia tabescentes, vigore mox interno ad vitam calefaciat, & calore viuificante has nouiter informet; quare supra sapiens Rex dicebat istiusmodi; *In hilaritate vultus Regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus*; vbi simul ac hilaritas illius vultus claruit, statim ipsius claritas clementiæ radiauit. De quo imbre tam Regali, sc-

Rex luce vultus sui calorem vitæ confert.

Prouerb. 16. 15.

A rotino, & proficuo, ita in radio Stiliconis Claudianus sese habet:

Claudian.

Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non fessis optantur flamina nautis,
Vt tuus aspectus populo. ———

90. Et sic nostrum Sacramentum, fidelis vitæ Rex, quam regit & gubernat; calorem & vitam ei impertit naturaliter. Vnde dixit cæli Aquila, hanc intuens veritatem. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum:* cum vita lucẽ iungens in Verbo Creatore, quod Creatura pro hominibus mox ibi factũ est. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ac ideo simul atque à Christo caro sũpta, confestim Verbum lux, & vita nobis extitit; de qua luce viuificante, seu vita resplendente, pro radiis, vel cum radiis donante B vitam gratiæ, dicebat Sanctus Iob; *Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet vita viuentiũ.* Sed clarius Rex Propheta, vtrúmque sic connectens; *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Quo loci pie & doctè ostendit Augustinus, qua via lux & vita in Deo sint res vnica; seu duę sic vnitæ, vt nequeant separari. Quæ lux tanquam Diuina, Diuinam ex sese prolem, progeniémque exsuscitat; & Diuinam generationem, ac liberos diuinos, de quibus subinfertur; *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri*; & quos in vitæ suæ periodo suprema edulio sui corporis, ac potu sui sanguinis piissimè cibauit; *Vt quod natum est ex Deo, diuino nutriret alimento.* iuxta S. Theodoretum relatum per C Fernandez sect. 1. n. 8. in Gen. vndecimo.

Ioan. 1. 4.

Lux, calor, atque vita ex ferculo Eucharistico. N. 14.

Iob 33. 30.

Psal. 35. 10.

S. August.

Qui Filij ex Eucharistia. N. 18.

S. Theod.

91. Quod alimentum quam vitale suaptè comprobetur; benè eruitur ex plurimis repetitionibus Ioannis, quibus ille sexto cap. hunc panem vitæ vocat. Hinc ergo lux & vita multo melius quam à Sole: quare Lucas Burgen. serm. 13. de Diuinis vnioni. scribit huiuscemodi; *Melius esset nobis Solem à Cælo auferri, quam hæc viuifica mysteria.* Nec mendaciter, cũ animæ hîc vita constituta, multo verius, quam in Sole est vita nostri corporis. Vlterius quod in hoc cælesti luminari, tabernaculum suum proprium, totius vitę ortum, Deus ipse collocauit; *In Sole posuit tabernaculum suum*; videlicet, semetipsum in Filij sui corpore, vt asserit Chrysostomus. Nec obstat non videri hos lucidos, viuifi- D cos, eximiósque effectus; nam & multę res corporeæ, quantumuis corpus habeant, non oculis sunt peruiæ; vt aër, ventus, cælum; quod dumtaxat in stellis obtutibus exponitur; & Solares, quas tractamus, omnimodæ influentiæ, & operationes ferè immensæ, quæ miræ cum existant, non ideo nobis patent; qua de causa dictum est de Solis actionibus, quod de nostris Sacramẽtalibus proferre simul licet. *Non cernuntur, & adsunt.*

Lucas Burgen.

Psal. 18. 6.

Cur Solis & Eucharistiæ effectus nõ visibiles.

92. Quid autem causæ erit cur adsint, & non prosint non raro sed multotiens, tam aliorum, quam Eucharistiæ virtutes Sacramenti? Cur ipsæ non cernantur, ex dictis satis liquet; at verò cur effectum non semper sortiantur, mirãdum valde est; quandoquidem Sol semper efficaciter operatur, &

ad finem perfectissimum perducit quæque opera. Respondetur huicce dubio, assumptum inficiando; non enim semper Sol operatur effectiue, imò eiusmet effectus in vanum sæpe abeunt. Peruadit ille corpora, vt cernimus, quamplurima; atque insuper in eis accendit lumen vtile; verùm eis in corporibus, quæ tantũ cristallina, cauata sunt, & concaua; vt cristallina ad peruadendum naturaliter disposita, & vt cõcaua, ac cauata ad ignem producendum. Quis autem talis est, vt eum collaudemus? Christallinus est vir sanè virtutibus conspicuus, perfectus, & splendidus; concauus autem qui & simul humillimus existit; qui quidem duo sunt probatæ vitæ apices, sed vt poli diuersissimi, inuentu difficillimi. In istos Sol Diuinus Eucharistici Conuiuij effectus suos imprimit, at reliquos quoscúnque non ferit, sed & præterit; nec tantilla luce eos attingit, siue imbuit. Quapropter cristallinum speculum tu fias, flagitiáque interna in te speculeris; nam cum tibi patens eris, statim nostro Soli similiter patebis; aut desine mirari, cur in homine te crasso vim suam non exerceat.

Cur Sol & Eucharistia in cristalinos atque concauos exerceant vires suas.

Vis aliud rei exemplum? Sol corpora inferiora illustrat, & calefacit, sed terrã plusquã omnia, quia humilis & stabilis natura sua est, vbi Sol hac ratione maiores vires exerit. E contra vero Luna nec rebus fert calorem, nec istum à Sole habet. Quæ ratio differentiæ? literalis illa certè, quia actus actiuorum in aula Philosophica sunt in patiente bene disposito; & omne quod recipitur est in ipso receptore per modum recipientis non autem rei receptæ; *Luna autem non est nata calefieri, sed tantum illuminari, & ideò Lunam Sol illuminat; quin eam calefaciat.* Ita S. Bonau. cum Philosopho, & Boëtio, quos testes pro se affert, in 2. sent. d. 14. q. 2. n. 76. Sed moralis, & aliquãtulum literalis adhuc causa, nec Lunã calefacere, nec etiam calefieri, ob maximam inconstantiam, qua semper circunfertur constanter asseuerat. Inconstãtes nanq; res calori non sunt aptæ; quocirca de nutantibus stulta leuitate; vt de viris hac de causa algentibus & frigidis sic ait Sacra pagina; *Stultus vt Luna mutatur*; Constãtes verò & firmi inspecti à luce tanta clarescunt, & calescunt; de quibus velut terra, humilibus & firmis sic ait Dei eloquium; *Terra autem in æternum stat.* Sed audi pro coronide zelantem fratrem nostrum, Alphonsum de la Spina; qui in Fidei Fortalitio secundo dicit cap. *Fides est radius diuinus, animas illustrans; disponit enim animam ad lumen summæ veritatis recipiendũ; ex eo, quod Fides animam summæ veritati hærere facit; quies nanque disponit animam ad illuminationem rei; cum secundum Philosophum Physic. cap. 7. nemo possit fieri sapiens aut aliquid intelligens, nisi anima quieta. Cum igitur Fides animam in Deo quietet, ipsam vtique disponit ad æternam illuminationem; sicut patet in radio Solis super aquam currentem, & non quiescentem; vbi quia radius quietè non figitur, caret debito fine; qui quidem finis est, aquam subtilizare, ex ea partes subtiles attrahere, in vaporem mutare, sursúmque leuare. Hæc ratio cur hæretici ad verum altissimarum cognitionem non ascendant, quia stabiliter nil credunt, & se ab vno opposito in aliud sæpe vertunt; ac ideo ad lumen Fidei recipiendum non se aptant; qua de causa nihil vident; quia vt oculus non videt sine lumine creato, ita etiã sine lumine increato Fidei mens, quæ semper est hæreticis, percipere nil valet.*

Cur Luna tantum Luceat, non vero calefaciat.

S. Bonau.

Eccles. 27. 12

Eccles. 1. 4.

Fortalitium Fidei.

Stabilitas in Fide quã vtilis pro rebus diuinis agnoscendis.

Hæretici ad videnda mysteria cur non aptũ.

Hæc ille; quibus certè meliora pro re ista non facile reperies. Subsannent nos hæretici, irrideant, cachinnentur; & Rhetorica, qua pollent cornutam ad Lunam vsque se laudibus extollant, inflatique distendant; quia Lunam nos sponte lunaticis concedimus; Lunam inquã Sola facie dimidia splẽdescentem, nunquam autem vel exiguo calore incalescentem; sed iugiter algentem, & bruma oppositionis contrariæ charitati torpentem & frigescentem, algoréque perfidiæ perpetuo indurescẽtem, donec tandem iustissimè eò loci detrudantur, *vbi erit fletus, & stridor dentium*, fletus quidem propter ignem Dei Fidei conculcatum; frigus vero propter frigus perfidiæ consectatum, vt tam illud quod voluerunt, quam quod mordicus inuita habere noluerunt, eis fiant velint nolint supplicium sempiternum.

Vt Luna sint hæretici.

Matth. 8. 14

93. At lucis iam calorem proficuum concludentes; *Lux medium cæli est, qua cuncta bona cælica, descendunt ad mortales*; vt lib. 2. cap. 6. Compen. Theologici scribit vir Seraphicus; & Angelicus scriptor. 1. p. q. 70. art. 3. ad. 3. At talis Eucharistia, de qua possumus cum Sapiẽtia vulgare & affirmare, *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.* Hoc sensu nanque dixit, qui dixit Dei afflatu, ita vt postea sit miratus quæ dixerit, & fecerit, ad filium benedictũ; *Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam?* Nam vltra hoc Sacramentum Fidelibus nil datur; ex eo quod cum ipso donantur nobis omnia; omnia nanque sunt cum illo, & vltra nihil est. De Sole cunctis notum, prouentus terræ omnes vbertim procreare; præcipue cum in sydere, quod Virginis spica vocatur, commoratur tunc etenim matura & mitia reddit poma, dulcore replet vuas, & dulcia musta fundit; spicásque in terris serotinis ac etiam fertilioribus recolligit. Sed melius cuncta bona à Deo Sole veniunt; ab eo Solo manant; & maxime cum residet in Virginis spica, id est, in Eucharistia, quæ de corpore Virgineo, spicáq; triticea, humano gregi creuit. Frumentum tunc abundat; amoris vinum fluit; atque poma beneficiorum cælestium maturantur, & bonorum vniuersorum exprimitur vindemia. En qualiter ex illa proueniãt nobis cuncta superna stillicidia, vt ex luce, per quam mundo deueniunt quæq; optima.

Lux mediũ quo de Cælis ad terras cuncta bona.

S. Bonau.

D. Thom.

Sapien. 7. 11

Rom. 9. 13.

Gen 27. 37.

Bona cuncta tanquã lux adducit Eucharistia,

Lux mediũ atque vehiculum bonorum ad nos cælestium, & maximè cũ in Virginis spica Sol moratur.

Quarta, quò ad ipsammet operationem conuenientia, in præsidio quod lux sua præsentia suis affert.

94. SPlendore iam & Solis calore eluci datis, eius sequitur præsentia in re-

Præsentia sua Sol

hunc mundū, vt Rex gubernat; & Rex vt Sol gubernet commissum sibi regnum
Plinius.
Sol videt, atq; audit.

bus necessaria; vt subiectas sibi omnes, pro illarū capacitate lucentes & calentes aspectu suo reddat: frustra etenim hæcce duo dabuntur in potentia, si præsens actus desit. At Sol non solum videt, sed insuper & nostros defectus ipse audit, vt à Plinio cum Homero lib. 1. cap. 6. metaphorice conscribitur; & dicitur ab Ouidio Metamorphos. lib. 1. in eius summo fine.

Ouidius.

Per iubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis
Nate, tibi iuro, quod nos auditque, vidétque.

Ægidius Romanus.

Erab Ægidio in suo lib. de Principum regimine, de illis sic loquente; *Velocissimi syderis more omnia inspicere debere, omnia audire, intercedere iniquitatibus Magistratuū, infectúmque reddere, quod fieri non oportuit.*

Rex omnia vt Sol aspiciat, quo bonus Rex existat.

Quare cuncta sicut Sol vt orbis Rex circūspicit, sic cuncta Rex aspiciat, vt Sol suorum maneat. Propterea nanque Sol in medio est Planetarum, vt reliquos æquitatis obtutus circūuideat, & in suorum meditullio præsentia semper vtili ac regia inueniatur; iuxta Veneti sententiā in Harmo. Cant. 1. ton. 4. cap. 1. qui & 10. cum potestatibus Angelicis perbelle Solatem lucem comparat: tam valde Solem Regem perfectum mundi facit.

Venetus.

Quis Regum locus medius.

95. Rex ergo tanquam Sol in medio debet esse, id est, in ipso corde suorū subditorum, vt ardenter, & ex corde ab illis diligatur, nec non etiā necessitatibus & periculis eorum, secundum ipsorum corda facilius succurratur. De duobus, iisque optimis, & immediate succedentibus Romanorum Imperatoribus refertur à Mexia in historia Imperiali; alterū sæpe, siue semper Imperium peragrasse, & iustitiæ ac pietatis egregia multa opera in istis vigilantiæ circuitibus patrasse; quocirca Romæ præsens exiguis fuit vicibus; imò fastu nō permodico Solere iactitare; *Imperatorem tanquam Solem quiescere non debere, sed Imperij latitudinem incessanter collustrare, vt præsentia afflictionibus suorum mederetur:* alterum vero nil Imperij in suo visitasse, nec à Roma nisi animi relaxandi tantum gratia, & paucies deflexisse; quin potius ipsum dicere, *Imperatoris peregrinationes molestas esse populis, & eum velut cor in corporis meditullio, in medio sui populi offendi semper decens; vt medium atque remedium vniuersis esse posset; & ne dum ad partē vnam extremam perueniret, extremitatis contraposita vassalli habitatores, extrema quoque mala, ob sui boni principis absentiam, paterentur.* E quibus primus, Ælius effulsit Adrianus, secundus autem illi immediatus in regimine Antonius ille Pius; qui optimi Monarchæ tam tempore coniuncti quā modo gubernandi omnino disjunctissimi, imperij sunt habenas cum laude moderati; quorum dicta recensita quantopere deserta, tantopere fuere vtilia illorum facta; quæ licet inter se operatione repugnarint, intentione non pugnarunt, imò modo diuersissimo egregie concordarunt.

Mexia in Antonino.

Rex regnū vt Sol inuisat, in eiúsque sit medio.

Adriani, & Antonioi mirandus, in regimine consensus, & dissensio, ob varia illorū media.

96. Ad nostrum Sacramentum. Si Regum in eo lucet probata gubernatio, vt regna circumambulent, perpetuóque inuisant, iuxta primam memoratā Adriani opinionem, Rex optimus est sane Eucharisticum Mysterium, quod orbem circumaspicit, sic mores atque vitas per eiusmet spheram tam bene componendo, vt ita faxit Deus, efficiant omnes reges. Nā sicut diei primi Deus lucem immotā fecit, cui postea quarto die, & motū, & cursum dedit; sic etiam ex prima luce Incarnationis die facta, Deus quarto die condidit, seu trigesimo cum quarto ætatis suæ anno, hoc lumen Eucharisticum, cui motum & cursum præbuit, vt orbem perlustraret, & totum circumuiseret, ac melius quam Sol patens profectò gubernaret. In multis nanque partibus, seu potius omni loco, vt est in Malachia, hic panis consecratur; multò latius quam Sol ipse in cunctis fulget terris: hic enim solùm rutilat in media mundi facie, Eucharistia vero in toto, vel semper consecrata vel saltem conseruata Ecclesiæ in Tabernaculis; qua vias plusquam Sol in medio claret nostri; de quo aliquid Henriquez de Missæ Sacrificio cap. 24. §. 5.

Eucharistia plusquam Sol collustrat omnē orbem, & ipsum regit melius.

Malach 1. 11

Henriquez.

97. Si verò bonum regimen in medio est constitutum, & corde populorum, vt inde Rex non exeat ex placito Antonini, Rex Solus Euchåristia, de qua in corde hominum, præcordiisque locata sic ait Euangelium; *in me manet, & ego in eo.* In quo quidem valde Sol excedit cunctos Reges; nam reges quando sunt in corde populorum, non eos circumlustrant, cum vero circumlustrant, rum temporis non sunt in medio illorum corde. At Sol pariter collustrat subjecta sibi regna, & simul est in corde eorum collocatos; nimirum inter Planetas, qui orbem totum regunt; qua via sēper est in ipso mundi corde. Vnde Solem Chassancus in Catalog. glor. mun. part. 12. consid. 2. cor cæli nuncupauit; & Auerroes in Colli. lib. 2. cap. 9. cor medium nostri corporis, quod ideo locus Regis vocatur & dignoscitur. Verùm Sancta Eucharistia præcedit ipsum Solem, quia & orbem circum visitat omni tempore atque loco, vt dixi paulo supra, & non solū in vniuersali totius mūdi corde, sed & hominum singulorum, quod maximè mirandum, defixa in corde est; *in me manet & eo in eo.*

Ioan 6. 56.

Cor regum quare locus; ac etiā locus medius.
Chassan.

Auerroes.

Ioan 6. 56.

Quidnam regibus, vt habeantur in corde subjectorum, sit magis conducibile, vel lustrare, vel stare in corde illorummet, id est, regnorum medio, hoc ego neotericis politicis relinquo, cum primo magis hæream, & à rege Ferdinando supremo ex Castellanis qui fuit in rationibus status singularis, hoc videam factitatum; & ante Saauedræ Ideam diuulgatam, qui mecum concors est, hoc semper obseruarim. Illud tamen obfirmare nullatenus verebor, hunc amorem in Eucharistia tantummodo videri; quia illa Sol collustrans, & cor amore plenum natura sua est. Quare quoties pronūtiamus altaris Sacramentum, in eo proculdubio Sanctissimam Eucharistiam Sacramentum cordis nostri summatim vocitamus; altaris nanque forma est sane hoc Sacrificium; at verò cor humanum altare Dei amoris, vbi

Eucharistie, Soli, & Regibus cum corde quid, & medio.

Ferdinandus Rex Catholicus transcursim commendatus.

Cor, & etiā cordis nostri Sacramentum, cur nam sit Sanctissima Eucharistia.

ignis iſtiuſmodi ardere ſemper couenit; Berchorius verbo ignis; *Altare Dei eſt cor, quod per quatuor virtutes debet eſſe quadratum, in quo ignis charitatis nunquam ceſſare debet.*

Berchori'

Quinta, quò ad præcedentem operationem conuenientia, in abundantia, qua vt Rex ſuſtentat orbem lux.

Reges longas habent manus, ſed maximè ad donādum.

98. Abundantia cum præſentia in Regibus vnitur, quibus magis largiendo, quam pœnas infligendo, Ouidij quadrat verſus; ad Paridem dicentis;

Ouidius.

An neſcis longas regibus eſſe manus.

Itaque quod longimanos, liberales, & munificos oporteat eſſe reges; quibus etiā ſemper ſocia ſit rerum exuberantia, & dioes confluentia; vbi etenim ſunt reges omnes aulicæ, & Athalicæ, campeſtréſque nil minus diuitię congregantur; quò forſitan reſpiciens diſertè dixit alius in verbis Iſaiæ; *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, nolite me conſtituere in principem populi*; quaſi proptium ſit locorum, vbi reges commorantur, magna rerum vniuerſarum non tantummodo ciborum, ſed etiam medicaminum omnino ſalutarium, quibus ipſimet ſuorum vulneribus ſuccurrant, affluentia reperiri. Et vero de medicina tacemus in præſenti, ſicut ſolum nobis ſermo de panis redundantia, de qua tria cogitationem perſtrigunt pro nunc meam.

Iſaiæ 3. 7.

Sumtum panis Rex.

Primum, regem per oportere ſuorum panem eſſe, à quo ſubditi comedere, diſcerpere, & accipere alimonium ſuam debeant, ita vt ille qui ſe ipſum ac ſua liberaliter per ſuos non diuiſerit, nec rex vocari aptus, nec ſceptro dignus erit. Intellexit hocce Codrus Athenienſium moderator, cuius fatum, factúmque ſupremum ſatis notum. Conſuluerat is ſanè oracula fatidica, à quibus factos certior, illum populum victoriam tunc ire reportaturum, cuius Rex in ipſo prælio quod hoſtibus parabat, contingeret oppetere; & audiens triſte nuntiū; ne ab inimicis noſceretur, ac viuus in victoriæ impedimentum ſeruaretur: ſolent enim reges capi, & cautè cuſtodiri in laudem triumphalem, ſic regiis veſtimentis in lacera & obſoleta mendici commutatis eoſdem laceſſiuit, & iurgiis prouocauit, vt mortem à primo milite facillimè adinuenerit, de qua Ecloga ſua quinta ſcribit Mantuanus;

Codrus Rex Athenienſium quam mira bonitatis extiterit in populum.

——— Si quos aut Phyllidis ignes,

Aut Alconis, habes laudes, aut iurgia Codri.

Virgilius.

Quo occiſus, ſibi populos occidit aduerſarios; aſtutiáque hac ſuum à morte ſoſpitauit. Quod nouit & præcelſus Luſitaniæ noſtræ princeps, Ioannes Rex ſecundus, qui crediti ſibi populi ſaluti ſemper deditus, incumbénſque, ac vigilans, Pellicanum pullicenis dilectis circumſeptum, expectore eos ſanguine roſtro ſuo fodicato amanter notrientem, hoc elogio ſuperaddito in ſymbolum delegit;

Pela ley; & pela grey.

Pro lege; & meo grege.

Ioannes huius nominis Portugalli Rex ſecundus de amore verſus ſuos quam valde commendabilis.

Vtrúmque vero Regem longiſſimo interuallo Redemptor vicit Chriſtus; dum habitu in Incarnatione & Euchariſtiæ inſtitutione pro ſuis permutato, atque pectore velut roſtro, amore lacerato, quando capite inclinato vocauit quaſi lanceam, eique locum ad ignominiam, vel etiam iam defunctus ſi eſſet hoc poſſibile, ferendam demonſtrauit; & quando ad oſculandum ingratum traditorem, quæritantē illius mortem, inclinauit cæli caput; non ſemel tantum neci pro illis ſe expoſuit, ſed ſemel, atque iterum in Cæna & Crucis ara; infinitiéſque propemodum Eccleſiæ per altaria, vbi ipſe tanquam verus amoris Imperator, in pane comedendum ſe ſemper nobis tradit. Quod prodigium Charitatis Eccleſia demirata, ad regem tam piiſſimum adorandum ſic inuitat in Feſti illius corporis prædulci inuitatorio: *Chriſtum Regem, qui ſe manducantibus dat ſpiritus pinguedinem, venite adoremus.* In Miſſæque ſequentia; *In hac menſa noui Regis nouum paſcha nouæ legis, Phaſe vetus terminat.* Stylus nanque nouus regnandi planè eſt, ſe toriens dare Rex clientibus in pane.

Rex Chriſtus quantus ſit in pane conſecrato.

99. Secundum, non tantummodo debere Regem optimum ſuorum panem eſſe; ſed etiam panem Regem mortalium vniuerſorum exiſtere ſuapte; omnes nanque libentiſſimè ei parent atque ſeruiunt; & ille tantùm eſt alimentum verum hominum, vt deducitur ex Eccleſ. cap. 29. *Initium vitæ hominis, aqua, & panis*; & obſeruatur per Algerum lib. 2. cap. 5. de iſto Sacramento, quare hominum Rex verus, qui interius eos ſuo vigore verè regit, ſuſtentat, munit, fouet, amoréque amplectitur. Prætetea, quod & panis rex eſt alimentorum, quia ſanior, atque aptior, & ex omnibus eduliis Adamicæ propagini non parum accommodatior. Et ideo nunquam nocuus, nec nauſeæ productiuus, in apta quantitate; cum tamen in maiori quā omnes cibi alij quotidie manducetur; imò iſti, quamuis ſint perdices & gallinæ, bellariáque dulciſſima faſtidium citò pariunt, at panis nullo modo, vt adnotat Biel ſerm. 4. in Cæn. Dom. Ac tandem quia vberior abundantior, & ſufficientior in mundo panis eſt, præ omnibus cibariis; ita vt ipſe plus ſufficiat, cùm ſolus manducatur, difficiliúſque deficiat, cum ſempet comedatur; quapropter à *Pan* Græce, quod totum interpetratur, manauit panis Ethymon; quia maximè comeditur in mundo vniuerſali, quin vnquam mundo deſit, vt in ſuo Ration. lib. 4. cap. 5. Durandus adnotauit; multis panis pro nunc laudibus omiſſis, & ſuppreſſis, de quibus D. Tho. opuſc. 58. cap. 9. 10. & 14. cum alio ſubſequenti.

Panis rex alimentorum, & hominum ab initio.

Eccleſ. 29. 28

Algerus.

Panis quātū ſit præſtantior, ſuauior, & à nauſea remotior cibis alus.

Gabr. Biel.

Cur Panis ſic vocetur.

Durandus.

D. Thom.

Sicque hominum, velut omnium eſcarum longe optima, Rex panis noſter eſt; & inſuper Rex verus cunctorum alimentorum; vt panis atque homo hominibus adaptior; vt autem Deus, & Deo natura colligatus, abundantior, ſufficientior, & à defectu præ

omnigenis

omnigenis remotior esculentis; *Qui nunquam deficit aut minuitur, licet quotidie in quantitate permagna comedatur. Imo talis panis est, quod minuitur, si non manducatur; dum verò manducatur à pluribus Fidelibus tunc pluries augmentatur*; vt ait D. Thom. hîc proxime allegatus in cap. 14. quo has tres conclusiones peroptime corroborat, etsi ego pro claritate & maiori breuitate desumam solam primam, abundantiæ quia congeminam, & ab eo similitudine sic lucis roboratam; *Sicut Sol non deficit toti mundo, lucem communicando, sic nec Christus Ecclesiam totam pascendo.* Quod verbis Dauid claudit non parum consentaneis; *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno*; & alibi dicentis; *Tu autem ipse es, & anni tui non deficient.*

D. Tho. Panis iste non minuitur à nobis mãducatus; non manducatus diminuitur, & manducatus duplicatur.

Psal. 144. 15.

Psal. 101. 28.

100. Tertium, ordine quod rectò in mentem mihi subit, intellectus est ad verba secundi nostri thematis, per illationem in loco isto idoneè elucidandi, & cum primo valde miro concentu catenandi. Nam si primum subter se creationem lucis continet; *Fiat lux, & facta est lux*: Secundum sub se claudit institutionem, seu prædicationem tam magni Sacramenti, quod corpus Christi est, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus*: ac ideo maior lux, quam potest mente capi; vel linguis explicari. Deinde, quia lux exoritur non tantum vt mundum luce compleat, sed etiam vt mundum pascat, & ad fœcundam generationem vniuersas creaturas calore suo foueat, & faueat, ac promoueat; quamobrem dixit Moyses; *De pomis fructuum Solis*, & de isto Sacramento illuminante & saturante in Psal. 118. scribit sic Ambrosius; *Accedite ad eum, & satiamini, quia panis est; accedite ad eum, & illuminamini, quia lux est* Tandem vero quia lux cum à plurimis participatur, non ideo minoratur, imò potius in videntium luminibus seu oculis summopere augmentatur. Et sic pariter à multis Eucharistia manducata, non minuitur, sed crescit, & iugiter augmento maiori dilatatur; sicut præter D. Thom. supra proximè relatum, serm. 64. de verbis Domini testis est splendor Augustini; *Plurimos oculos pascit illa, & non minuitur. Si Deus hoc dedit luci, quam fecit ad oculos carnis, quid erit ipse lux ad oculos cordis nostri?* Quod quamuis ille dicat de Deo suæ gloriæ fulgore decorato, idem nobis de Sacramentato dicendum prorsus est; prout octo fundamentis breuissimè præiactis iam volo patefacere.

Gen. 1. 3.

Ioan. 6 55.

Lux lucet, atq; pascit, & cibat vniuersa, quod sit Eucharistia.

Deuter. 33. 14.

S. Ambrosius.

Lux visa magis crescit, & Eucharistia manducata.

S. Augustinus.

Primum sanè, quòd Deus hominem creauit immortalem; D. Tho. 1. p. q. 79. ar. 1. & Anselmus *Cur Deus homo*, lib. 1. cap. 2. quo loci de re optimè.

Cibus verus cur sit solu Eucharistiæ Sacramentum; quod satis explicatur.

D. Tho.

S. Anselmus.

Secundum, quòd eidem immortali sic creato consentaneam & immortalem concessit alimoniam; D. Thom. ar. 4. in loco nunc producto.

Tertium, quòd hæc alimonia immortaliter donata, ex ligno vitæ erat; *Ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*: de quo 9. A Enarrat. agendum latè erit.

Gen. 3. 22.

Quartum, quòd ipsummet lignum figura rei futuræ clarissimè existebat; *Omnia etenim in figura contingebant illis*; non solum in lege scripta, sed etiam in naturali degentibus Fidelibus.

1. Cor. 10. 11.

Quintum, quòd illa figura immortalis tanquam rei; immortalem quoque aliam rem planè denotabat. Nec enim quid mortale immortalem posset hominem perpetuò sustentare; & fragiles ex terræ materia fabricatos incolumes seruare. D. Tho. 1. p. q. 79. ar. 4.

D. Tho.

Sextum, quod istius ligni figura perillustris; Deum tantùm figurabat; quia nihil præter Deum est prorsus immortale; cùm immortale sit ex se quod absque morte da- B tur; absque morte verò vita tantummodò dignoscitur; vita autem solus ille naturaliter existit, de quo Ioannes ait; *In ipso vita erat*, vt vita, & vitæ fons; à quo vitam sibi hauriunt quæcunque vitam habent: videatur Augustinus epistol. 28. & de sanct. serm. 13.

Ioan. 1. 4.

S. Augustinus.

Septimum etiam quod hæc ipsa figura tanti ligni, non solum Dei simpliciter abstracti à rebus cunctis, sed maximè Incarnati substantiam designabat, nam quantumlibet Deus hominem absolute potuisset à morte sospitare, & semper conseruare, illi tamē qui ordinate res facit vniuersas, ordinatius longe fuit, vt per hominem Diuinum remedium ferret homini; homo etenim cõponitur ex anima atque corpore; & Deus C homo eodem modo in symbolo Athanasij, quò remedium cum peccati defectu concordaret. D. Tho. 1. p. q. 97. ar. 4. ad 2. & 3. p. q. 1. ar. 1. & opusc. 58. cap. 6. quo certè de re optimè.

1. Cor. 14. 40.

D. Tho.

Octauum, quod non adeò Incarnati Dei figura, quantum Dei Sacramentati prædictum lignum extitit; tùm ob alias tam diuersas, quam veras rationes, tum etiam quia Incarnatio destinata fuit propriè contra malum atq; reatum peccati originalis; cuius illa impedimentum occludens cæli fores, confregit, & remouit D. Th. 3. p. q. 1. ar. 4. At vero Sacramentatio, quæ extensio Incarnationis vocatur à Chrysostomo, contra crimina actualia, quæ ipsa suamet ingenita virtute, huic effectui collimata, eneruat, & D compescit; D. Tho. 3. p. q. 79. & opusc. 58. cap. 1. quo inter multa fatur: *Exigebat homo tali cibo ad firmam sanitatis conseruationem. Quidam de peccatis ad tempus compunguntur, & ad tempus per residuum iterum corrumpuntur. Ad conseruationem autem sanitatis animæ & incorruptionem bonæ vitæ valet iste cibus, de quo dicitur in Cant.* Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. *Sicut enim myrrha incorrupta seruat corpora, ita corpus Domini piè sumptum corda.*

D. Tho. Incarnatio contra culpam directa originalem, Sacramentatio verò contra crebetrimã actualem.

Cant. 1. 13.

Hinc aduersus actualem, quotidianúmque collapsum, actualiter nobiscum manere Christus voluit; *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi*; vt aduersus defectionem continuam nostræ carnis, continua in Christi carne refectione potiremur; quæ

Matth. 28. 20.

K

refectio nullo casu deficere valeret, defectúmque nancisci, & illo contabescere. At cum nulla sit refectio, quæ possit non deficere, nisi tantùm illius cibi, in quo verè continetur substantia inde fectibilis & ista solùm sit creatrix ac Diuina, quæ non potest vt creaturæ, deficere, & perire; hinc cibus talis Deus; ac ideo hoc sacramentum repletum Dei præsentia, & Filij sui corpore, de quo ait Bonauen. in 4. sent. d. 9. q. 1. n. 6. *Sicut lucu est illuminare, ita carnis Christi est cibare.* Mira equidem sententia, si bene ponderetur, in qua caro Redemptoris cum luce combinatur, & in opere cibandi operationi collucendi altrinsecus æquatur. Sed lux te ficit, & non deficit, vt cum Thoma & Augustino superius dictum manet; ergo rectè caro Christi lux vera, & verus cibus ex B dictis comprobatur. Qui planè verus cibus, vt talis esse possit, deficere non debet; nam qui deficit, defectum cibandi internum habet. Talis vero tam & lux, cui nullus est defectus, quam etiam corpus Christi quod neutiquam deficere natura sua potest; *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tu autem ipse es, & anni tui non deficient.* Vnde iure dixit ille de carnis suæ cibo; *Caro mea verè est cibus; & sanguis meus verè est potus*; Hoc autem iam in numero sequenti plus patebit.

S.Bonau.

Nec lux nec Eucharistia defectus sunt capacia.

Psal. 15. 10. Psal. 101. 28. Ioan. 6. 55.

101. Cibus nanque definitus: *Est omnis res, qua cibat*, vt ait Augustinus in Ioan. 6. Quo supposito verus cibus est cibus generosus, qui solus verè cibat. Quod autem verè cibat, ob tria nunquam potest humanus esse C cibus. Primum, quia cibus iste non cibat in perpetuum; quæ quidem veri cibi proprietas est prima; quidquid etenim contigerit aliquando non cibare, aliquando certum erit non posse cibum esse. Deinde, quia quando humanus cibat cibus, id facit pro exiguo & valde paruo tempore; ac pariter cum tantis ærumnis & angoribus, quanta iugiter cum dedecore rationalis creaturæ in obsequium stercorarium, terra marique perpessa, impendere constringimur; quæ omnia continentur sub illis paucis verbis; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Tandem autem, quia vt possit tam modice reficere, prius deficit in se, consumitur, corrumpitur, omnimodéque perit, vt demum verti queat in aliti substantiam; quod requiritur necessariò, vt va- D leat enutrire; res nota, & clarè dicta per Angelicum Doct. 1. p. q. 97. ar. 4. & per Lyram elucidantem hæc verba Euangelistæ; *Operamini non cibum qui perit*; in magnam ipsius cibi miseriam & ignominiam qua deficit omninò, vt paululum nos reficiat, sustentet, & conseruet. Vnde nullus verus cibus, nisi ille qui hæc habet & inquit de se ipso; *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*

S. Augustin.

Quæ cibi definitio, & quare humanus cibus, quicunque tandem sit, nó verus esse possit.

Gen. 3. 19.

Humani cibi quátus defectus, & iniuriæ.

Ioan. 6. 27.

Ioan. 6. 55.

At debet hoc aduerbium his verbis bis appositum, nimirum *Vere*, & *Vere* attentè pensitari; duobus nanque aliis, tam *Ficte* quam & *Falsò* opponi è regione, patentet demonstratur. Omnia quippe mundi huius in triplo sunt discrimine. Vel etenim sunt veta,

A & propria, vt naturalia; vel impropria, & consimilia, vt cuncta fabrefacta, ac hominum artificio & manibus peracta; vel fallacia & commentitia, vt ficta & deceptoria; quæ videntur quod non sunt, & sunt quod non videntur. Quo præhabito, fallaces & mendaces cibi sunt, quæcunque venenata; quæ cibi, dum eduntur, habentur in specie, at corpus dum non fulciunt, sed premunt, & occidunt, mortis potius nocuméta, quam alimenta vitæ nostræ exinde comprobantur. Improprij verò cibi, ac tantùm verisimiles, qui nobis sunt communes, humani, atque terreni; qui quantumuis naturales, cum tamen nisi ad tempus breuissimum sustentent, & hoc deficiendo, vt possint nos reficere, nil dubij quin deficiant à cibi veritate. Vnde verus cibus vnicè Eucharistia sola superest; quæ & animam per gratiam enutrit in hac vita, & corpus ipsa gratia ab anima emanata, resuscitabit in æternum, vt scimus ex Ioanne; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam*; per pignus datæ gratiæ; *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die*: per gratiam deriuatam à gratia iam donata per cibum Sacrosanctum. Vlterius, quòd & corpus pro sui quantitate sustentat Eucharistia D. Tho. 3. p. q. 77. art. 5. & lib. 4. contra Gen. cap. 66.

Cibo rum tres species, & quæ illarum vera.

Eucharistia quibus causis sit tantùm verus cibus.

Ioan. 6. 54.

D. Tho.

Si autem veri cibi secundum bonos Medicos in tres secantur classes; videlicet in ea, quæ alimenta tantum sunt; & in alia, quæ sunt pariter alimenta & medicamenta, nimirum nos alentia, & simul medicantia; & in illa, quæ solummodo medicamenta sunt mordacia, ita vt partem solam minimam conseruent alimenti; medicamenti vero maximam; in hoc etiam cibus noster verissimus est cibus; quia infidelibus, & iis, qui Sacramentaliter non manducant, vt infra differetur, alimentum merum est; bonis autem & alimentum & medicamentum singulare; malisque supremo loco medicamentum tam præmordens, vt eos morte mordeat, & glutiat sempiterna, *Mors est malis, vita bonis; vide paris sumptionis, quam sit dispar exitus.*

Ciborum tres species diserctæ à præcedentibus.

Sexta, quò ad operationem luminosam conuenientia, in misericordia, quam vt Rex humanis rebus facit.

102. NVllum Regiæ misericordię speculum tam nitidum offendes, miseriquam est Sol, qui multimodis effectibus terrena cuncta fouet, de quibus vir Seraphicus lib. 2. cap. 7. Compend. Theulogici. Quare Solis superioris misericordia preclarissima per Solem elucidatur; & ideo in Euangelio cum Sole comparatur; *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos*; prius quidem super bonos, postea verò super malos; quia bona sæpe multa ob bonos malis veniunt.

Sol regiæ misericordiæ perspicuum simulacrum.

S. Bonau.

Matth. 5. 45

Sic in isto Sacramento; vt bonis nunquam desit, quæ mala non perpetitur hoc Dei amotis symbolum? Ergo maxima misericordiæ

Hebr 9.12. Christo pauca cun ćta mala pre amoris magnitudine. Hug Card. Redemptio cur inuentio à Christo nominetur. Hebr.10.29.

cordiæ Diuinæ ſpeculatio eſt panis Euchariſticus, vbi Chriſtus non tantummodo pro Chriſtianis multa patitur, ſed & ipſa detrimenta pro magno lucro habet. Audi Hugonem Card. ad verba S. Pauli *Æterna redemptione inuenta*; inuentum nanque à Chriſto cum gaudio velut lucri ingenti nominatur, quod ab eo fuit pretio immenſo comparatum: *Chriſtus ſanguinem libenter fudit, pretium noſtræ Redemptionis; vnde ſe noſtram redemptionem inueniſſe reputat, & quaſi pro nihilo habuiſſe. Videtur enim et labor modicus. præ amoris noſtri magnitudine.* Nuſquam verò ſic Redemptor profudit ſuum ſanguinem, vt in iſto Sacrificio, vbi ſanguis teſtamenti quotidie conculcatur, teſtante eodem Paulo, ad Hebr. 10. quod tamen Chriſti amor pro ſuo lucro reputat.

Pſal.102.10. 11. 12.

103. Sed quò omnia, ſicut decet, ad lucem reducamus, Auguſtino præbe aures in Pſal. 102. *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis; neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras* Quo loci per altitudinem & cæli latitudinem Dei noſtri miſeratio perbellè declaratur; eſt enim quantum poteſt, ſub ſpatio imaginario à nobis cogitari tam alta, quam & lata; at vero non propterea cum cælo comparata, quòd non vltra imaginaria ſpatia dilatetur, vel quod vltra imaginarionem creatam qualemcunque non minus quam ſpatiis infinitis & immenſis omninò difundatur; ſed quod cælum miſericordiæ Diuinæ ſit exemplar, in iis quæ tam doctè quam ſanctè dictus ſanctus ſcribit in hunc modum: *Si aliquando poteſt cælum abſcedere à protectione terræ, aliquando poterit Deus non protegere timentes ſe. Peccant homines ſub cælo, faciunt omnia mala ſub cælo; & tamen proteguntur à cælo. Inde lux ad oculos; inde aër; inde ſpiritus; inde pluuia ad terram propter fructus; inde omnis miſericordia à cælo.* Quæ facile Euchariſtiæ ſcopo collimabis. Quis enim cum incedit, non ipſam lucem calcat? in illámque non expuit; id eſt, in terram, & aërem ab illa colluſtrata? Et tamen ſemetipſam non ceſſat conculcantes propterea illuminare, fouere conſpuentes, & bonis cumulare. Perpetuò hoc reperitur in noſtro Sacramento; imò ſicut ipſa lux, cui ſubitus eſt motus, ſine mora ab oriente in Occidentem ſe extendit; ita Chriſtus ab oriente verborum conſecrandi, in occidentem patiendi, à nefariiſque multigenas iniurias perferendi, in temporis momento amoris pennis venit.

Miſericordia Dei cum cælo quamobrem comparetur.

S. Auguſt.

Inimicos cælum, & lux, & ſanctiſſima Euchariſtia, vt diligant, & protegant.

Patiendi impatientia quam magna ſit in Chriſto, ſub Euchariſtiæ Sacramento.

Septima item quò ad lucis operationem conuenientia, in iuſtitia, quam vt Rex exercet verſus homines.

Iuſtitia quid in Regibus, & Regnis boni ſit.

104. IVſtitia Regum purpura, corona, ſceptrum, decor, officium, & ſumma laus, præ cunctis palam eſt; quapropter ipſis dicitur in lib. Sapi. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis orbem.* Per ſapientémque monarcham qui inter Reges cunctos ſciendi ſulſit dotibus. *Iuſtitia firmatur ſolium.* Vnde optime Boëtius in ſuo lib. 1. de conſol. Philoſo. non à fructuum terrenorum abundantia bonum annum debere mutuari, ſed ab eorum, qui in terra iuſtitia regunt illam, fructifera æquitate decere computari, tam iuſte quam & ſcitè memoriæ commendauit. Hac etenim non ſolum proſperitas annorum, ſed regum, atque regnorum promiſcuè dilatatur, exaltatur, & munitur: dilatatio quidem ad terras quamplures obtinendas; exaltatio verò ad nomen, ac cælum conſequendum: muniménque poſtremò ad regna in terris fixa perpetuum relinquenda. Nec iuſtitia tantùm Regum firmatur clarum ſolium, ſed inſuper & Sol, ac fulgens mundi Rex, iuſtitia confirmatur, per illámque in regio fulgore recognoſcitur; vt ille qui in ſuos iuſtitiam non dumtaxat exercet multifariam, ſed etiam multiformem; quam eos tam clariſſimè, quam etiam elegantiſſime pro verbis docet radiis, & luce ſua tradit.

Sapient.1.1.

Prou.16. 12. Boëtius.

Quid faciat annum bonum.

Iuſtitia vt ſol reſulgeat, & iſtã nos edoceat.

Primò circa numen Dei colendum & honorandum; nam cap. 16. de Lumine, ſic ait Fiſcini meditatio; *Lumen non ſolum nos in moribus inſtruit, ſed etiam, quod optimum eſt, diuinum humano generi commemoratur cultum, vt neque impij negare audeant eſſe Deum, cuius ſimulachro ſenſibus nihil clarius. Neque flagitioſi vel latere oculum, vel effugere manum eius ſe poſſe confidant, cuius ſimulachrum eſt ipſa claritas; ac velocius quam dies poſſit momento per omnia dilatatur, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius,* & cap. 12. non longe ab iſto ſenſu: *Cognoſce precor Solem vno quodam nutu poſſe ſimul omnia facere, vel remotiſſima quæque; lumine, videlicet, & calore. Denique ſimiliter facillime cuncta, intelligentia ſimul & voluntate.* Quæ ad bonos edocendos, & malos deterrendos, ac ſimul inducendos vt Deum venerentur, profectò ſunt egregia.

Ficinus. Sol cultum Dei commendat & docet tam clariſſimè, quam eſt illius claritas.

Secundò, circa Angelos & homines doctrinæ fulgore irradiandos; Sol nanque, qua iuſtitia illuminet Deus Angelos & homines, erudit; Angelos quidem ſine motu, qui immobiliter adhærent; homines autem motu vario, vt ipſi ſeſe mouent, diſponunt, & accommodant, ſeu incommodis ſuæ animæ è contra ſe exponunt; vt benè ipſemet auctor lib. de Sole cap. 11. attingit per hæc verba: *Denique quemadmodum ſtellæ quidem ſuperiores immutabiliter illuminantur à Sole, Luna vero mutabiliter, inde lumen accipit, ſic & Angeli à Deo immutabiliter, anima vero mobiliter illuſtrantur.*

Vt Angeli atq; homine & tam boni quam & mali à Deo illuminentur.

Tertiò, circa multos homines ſtatuum diuerſorum, in ſtatibus illorum doctrina illuminandos, & optimè imbuendos. Sunt enim in rebus cunctis principium, medium, finis; ſeu de ſurſum, vnde lux venit, hoc ipſum incipiendo; ſupremum, medium, infimum; per quæ in Sole Deus oſtendit ſatis clarè, quo tramite iuſtitiæ inſtituat vnumquemque. Nam Sol cum eſt in aëre per-

Id ipſum confirmatur.

A transit eum rectò; in aqua verò flectitur, ſed minimè confringitur vndarum tremulentia; at vltimò in materiis terrenis & opacis, non tranſit, neque flectitur, ſed reflectitur in ſe; quia illi qui vt aër ſublimes ſunt, & puri, ſplendore ſemper recto à Deo irradiantur; qui fragiles, & labiles; ſed mites, vt eſt aqua, flexibili atque vario, vt ipſi ſunt, nitore, iuſtiſſimè illuſtrantur: qui autem duri, vt terra, à luce Dei in ſe reflexa deſeruntur; in ſe etenim reuertitur quæ impiis datur pax; *In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra; ſin autem, ad vos reuertetur.* Ficinus, qui & iſtam moralitatem mihi præbuit, ſic in cap. penult. de Lumine ſe habet; *Radius, qui tanquam iuſtus incidit rectus, æquales vtrinque redB dens angulos, potenter agit, & penetrat. Et vbi ex aëre tranſit in aquam non frangitur per obliquum. Atque vbi tangit ſolidum, quaſi fortis reflectitur in ſe ipſum.*

Non receptæ lux, & pax, vt redeant in ſe ipſas.

Luc 10. 6.

Quartò, circa eoſdem homines, in cælis poſt beandos; diſcrimen quorum in Sole clariſſimè eniteſcit. Illi nanque qui ſe tantùm potuerunt ſaluos facere, vt cælum & firmamentum, quod in vita quæſierunt, diffundent lucem ſuam habet enim firmamentum candorem ſibi proprium, etſi propter raritatem occultum ſemper nobis; omnis ignis quippe lucet, quo magis omne cælum; quod igne longe clarius, vel etiam vbi non ſunt ſtellæ colluceſcit, quantumuis noſtris oculis nullatenus appareat; velut ignis cum remotè in materia tenuiſſima luceſcit inuiC ſibilis. Qui verò ſaluos alios doctrinæ ſuæ ſydere à Sole Dei accenſo efficere ſciuere, lucebunt vt ſtellæ; nullus autem ſicut Sol, niſi luce communicata ab eius ſplendore; nam Sol eſt ſolus Deus, à quo iſtæ illuminationes, tam iuſtæ, quam & variæ ab illo diuiduntur; res, quam ipſemet Ficinus confirmat per hæc verba; *Fulgebunt docti ſicut ſplendor firmamenti, & qui multos erudiunt ad iuſtitiam, tanquam ſtella in perpetuas æternitates.* Et poſt multas per me hîc lucidius explicatas, præſentem ſic corroborat; *Cum enim ſapientes nihil aliud amauerint, & coluerint quam lucem, hanc enim ſolam in veritate quālibet quærenda quæritant, meritò lucis præmia referunt; & qui cæteros illuminant in perpetuum, non iniuria ipſi quoque in perpetuas æternitates D diuinitus illuſtrantur.*

Beati quo diſcrimine fulgebunt in cæleſtibus.

Dani. 12. 3. Doctorum mundi lucium in luce datus præmium. Ficinus.

Mira ſanè Dei iuſtitia in Sole diuulgata, quę vtique non ſolum in bonis illuſtrandis, ſed pariter in malis virtute eiuſdem Solis teterrimè obcæcandis clariſſimè ſplendeſcit; vt auctor nunc productus proſequitur, & aſſerit; *Quemadmodum vero piorum præmium eſt mira quædam lucis participatio, ita ſupplicium impiorum eſt ipſa priuatio lucis. Imò verò ipſemet Sol Diuinus, qui ſanos, vegetóſque piorum oculos mirifice fouet, impiorum contra oculos languentes offendit, & conſcientiam incendio vexat. Non aliter quam Solis lumen in aperto quidem delectat, in anguſtum verò coactum prorſus adurit.* Quæ omnia perquam facile aptabis Euchariſtiæ, præſertim ſi & Veneti in Harmon. Cant. 1. ton. 6. cap. 26. huiuſmodi ſequentem ſententiam copulaueris; *Phœbus medicus, ac medens, atque viuifica virtus eius ex mala diſpoſitione recipientis nocumenta etiam mortifera infert. Nec mirum, quia ex varia diſpoſitione recipientium lutum indurat, ceram autem liqueſacit. Sic & de vero, Diuinóque Sole dictum eſt*: Poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël. Cuius mens in illis verbis, *Ex mala diſpoſitione recipientium*, & in vltimis, *in Ruinam, reſurrectionemq; multorum*, huic cibo valde fauet, de quo dicitur ab Eccleſia: *Mors eſt malis, vita bonis*; cui accinunt tam Moyſis quam Annæ bina cantica; *Ego occidam, & ego viuere faciam; Dominus mortificat, & viuificat; deducit ad inferos, & reducit.*

Ficinus. Sol percutit & ſanat, & ita Christus Dominus.

Venetus.

Luc. 2. 34.

Deuter. 32. 39.

1. Reg. 2. 6.

105. Sed & alia perſtringamus, quæ acumine aſſueto obſeruat ipſe Venetus. Atque in primis rem mirabilem, quam tradit cum Platonicis Cant. 3. ton. 8. con. 4. à Ficino loco proximo per tranſitum libatam. Diuinam nempe lucem vniuerſa peruadentem, in inferno ſine luce obſcurum ignem agere; videlicet, ob anguſtiam illius tetri loci, vbi radij calidiſſimi in anguſtum recollecti, ac fortiter recluſi, redacti, & retroacti, à terræque permagna ibidem ſiccitate ſummopere adiutati, ignem illum ſine lumine efficiunt naturaliter; è contra verò in cælo ob locum capaciſſimũ, lumen clarum ſine igne eandem lucem facere. Quod quidem benè poteſt ſic diuidi, & ſecari, vt adnotat Baſilius ad illa verba Pſalmi; *Vox Domini intercidentis flammam ignis*; ita vt voce tanti Domini, imperio, & iuſſione, ſeu potentia per ſermonem imperatiuum demonſtrata, ignis velut quondam in illa fornace Babylonis, intercisus ſit à flamma, diuiſus, ſeparatus; quò ignis ſine flamma ſupplicio ſit damnatis, & flamma ſine igne Beatis refrigerio.

Vt gloriam; infernúmque Dei lumen ſimul faciat.

S. Baſilius. Pſal. 28. 7.

Quæ varietas nihilominus non prouenit ex Sole, ſed ex rei diuerſitate diuersè illuminatæ; & alibi ex ſignorum diuerſis qualitatibus; quæ equidem Solares effectus vniformes, efficiunt multiformes. Nam cum Sol in Arietem, ſeu agni ſignum intrat, caleſcit aër frigidus, dulceſcit tellus rigens, lætiſſimóſque flores in fructuum pręcurſores repandit primum ver vbilibet camporum; & gramine florigero depicta vernat humus. At verò cum ingreditur in ſignum Capricorni, ſeu capri triſtis domum, omnis terra foliorum veſtitu ſpoliatur, & viridi indumento; paulatímque ſenili conſtringitur rigore, & niuali poſt canitie ad mortem præparatur; ac ſub tumulo hyemali, nebuloſo & pruinoſo mæſtiſſimè reconditur, & diu tumulatur; ſicut Cant. 1. ton. 6. cap. 18. obſeruat idem auctor. Et ſic in Euchariſtia, ex ſignorum atque domorum in quas Diuinus Sol illabitur, multigena procedit differentia; qualis eſt, quæ videtur in agni, caprique duabus recenſitis. Quare in primo ſacrificio hoc noſtrum figurante; *Ad Abel, & ad munera eius* (qui agnum nempe obtulit, & ipſe agnus erat in vitæ puritate) *reſpexit noſter Sol. Ad Cain autem & ad munera eius*, (quæ nihil mitis agni, ſed omnia capri duri,

Dani. 3. 50. Sol diuerſo pro ſignis diuerſus eſt effectibus.

Propitium ſignũ Agni in feſtum verò capri.

Venetus.

Gen. 4. 4. & 5.

duri, rixosi, & fœtulenti peccatis continebant) *nullatenus respexit.* Vbi Theodoretus pro *Respexit* transcripsit *Inflammauit* tum quia iuxta multos è cælo super hostiam Abelis venit ignis, qui eam deuorauit; tum quia verus Sol quos agnos vita reperit, deuotionis suæ igne inflammat, & in mille dulcedines resoluit; quos verò fœdos hircos in moribus offendit, ad pœnas duros reddit, ad flammásque perpetuas eorum licet culpa exsiccat, & incendit; vt asserit Rupertus ad istum locum Gen. *Totum, quod fecit Abel, figura est. Hic est pastor, idemque agnus. Respexit Dominus ad Abel, & non respexit ad Cain, quia secundum Psal. 49. non accipiam de gregibus tuis hircos.* Quasi ratio diuersitatis respectu nostri Solis consisteret in signis, per agnum caprúmque hîc valde variatis.

Rupertus.

106. At enimuero quid mirandum si iste Sol iustitiam ad vnguem sic exerceat, cum ipse Sol iustitiæ in illo sit Oraculo; *Orietur vobis timentibus Sol iustitiæ; &c.* Ad quid autem exorietur splendoribus iustitiæ pro radiis circumcinctus, nisi vt dies suo ortu iustitiæ nobis tribuat, distribuat, atque faciat mirabili æquitate? bonos iustè illuminãdo, & malos nõ iniustè plus tenebris complendo, ac prorsus excæcando; quemadmodum in principio expositionis sup. Indi. Origenes obseruat. Nec malè, cũ & Sol (vt paulo supra diximus) tam cerã liquefaciat, quam terram eodem radio in lapidem seu laterem durissimum conuertat; non ipse in se diuersus, sed diuersa apud diuersas substantias operando. Eucharisticus Sol igitur secundum varios homines, effectos edit varios; vel cereos exoluendo, vel luteos indurando. Væ illis, qui in vitiis immersi lutulentis ad lucem tantam veniunt! Felices, qui vt cera hoc lumen cæli quærunt; iustè etenim priores in lapidem vertentur; posteriores verò in lachrymas amoris dissoluentur. Attollit Sol vapores, quos ex vno eodémque cũ sint exorti loco, in aquam, & duram grandinem, ac fulgura transmutat. Qua via noster Sol, & in aquas deuotionis per genas defluentes, & inflammas dilectionis, affectuúmque fulgetra transuertit bonos viros, sicut malos in grandines, lapideos, atque frigidos internæ prauitatis. Quod vt possit cum iustitia à Deo factitari, eodẽ nobis auspice dicetur tomo altero; nunc dicta iam sufficient, & illud redundabit, quòd si ignis inferni rationalis est quodammodo, in singulos pro demerito desæuiens singulariter; quomodo etiam intellectualis Sol iste non euadet, vnumquémque pro operibus ab ipsis perpetratis, vel beans, vel condemnans? Sol vtique est iustitiæ, & clarissimi intellectus; vt ipsimet damnati in vanum cognouerunt, cùm præpostera pœnitentia huiusmodi dixerunt: *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis; & Sol intelligentiæ non ortus est nobis.* Et quemadmodum Sol alius non omnes semper aspicit, sed iam nostros, iam antipodes pro temporum discrimine, sic iste Sol iustitiæ, intelligentiæque eximiè non semper cuncta climata Religione sua

Malach. 4. 2

Origenes.

Sol quasdã res indurat, & alias liquefacit, ex vaporibúsque petras; & grandinẽ atque aquã, (vt etiam Christus) facit.

Vt ignis damnatorum, splendórque cælestis non careant intellectu.

Sapien. 5. 6.

A lustrat, sed pro vitiis regionum Religionem sæpe mutat. Felix vnis rei mutatio; infelix quantum aliis.

Octaua, quò ad lucis operationem conuenientia, in eo, quod & iustos vassallos suos faciat.

107. PArum erit bono Regi iustitiam administrare, nisi pariter laboris tam magni fructus colligens, & suos iustos reddat. Ægrum opus imperantibus, quamtumuis illis creditum, qui boni exempli vi, suadent quæ imperitant. Sol equidèm non solum iustitiam, vt bonus Rex, sed iustos quoque subditos propterea suos facit; *Quia feruentem charitatem & amorem confert Sol; atque hominem sub se natum fidelem facit pro viribus; magnanimum, compositum, sublimia machinantem, & fide simul clarum, excellentísque ingenij, ac virtutis virum.* Ita Venetus in Harmo. Cant. 1. ton. 3. ca. 7. & ton. 6. ca. 26. Quod Sol agit, non profectò voluntatem compellendo, sed homines ad iustitiam dumtaxat inclinando & per media naturalia ad illam disponendo. Quauia hoc Sacramẽtum, vim minimè inferendo, sed vires & virtutes quam magnas exhibendo sic iustos vere facit, vt nemo iustus vnquam, nisi in voto, vel in re Mysterij tanti fuerit. D. Thom. 3. p. q. 79. art. 1. ad. 1.

B

Venetus. Sol hominem sub se natum vt iustum possit facere.

Iustitia ab Eucharistia, & quique iusti in mũdo fuere sunt, vel erunt.

108. Vnde gratia disputandi hîc bene quæri potest; quod pulchrius regnum sit, vtilius, & præstantius; cælorum nempe Regnum cum Deo reserato, an verò Regnũ Ecclesiæ cũ Deo sub hoc cibo summopere occultato. Vtrumque sanè Regnum, vt cunctis notum est, Cælorum nuncupatur. Vtrumque cum alterutro commercium magnum gerit, & hoc per Eucharistiæ negotium frequentatum; vt asserit expresse Iacobus de Valentia in Cantico Angelorum. *Ecclesia communicat in Missa cum triumphante, quia eodem pane Angelorum vescitur ista, & illa; illa per claram visionem; ista per Fidem in Sacramento. Ideo Ecclesia tanquam Angelorum socia cantat in Missa canticum eorum, dicens; Gloria in excelsis Deo.* Ob quæ vtrumque Regnum, vel militans in terris vel triumphans in cælestibus, Ecclesia vocitatur.

C

Cum Cælo terra certat de mutua pulchritudine ob ferculum Eucharisticum

Iacobus de Valentia.

D Et quidèm si res præsens agatur philosophicè, per huiúsque scientiæ argutias exquiratur, non inferior remanebit conditio militantis, dum ex ea locupletatur palatium triumphantis; quapropter venit regula Poster. lib. 1. *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.* Præterea, quia Angeli, si possent inuidere, Sacerdotum proculdubio conficientium Christi corpus inuidia contabescerent; sicut nostro cum Galatino lib. 5. cap. 7. de arcanis Sacri textus, cuius verba missa facio studio breuitatis, à multis obseruatur. Sed inuidia tanquam fulgur non nisi summa ferit, in fragmentis Poetarum Ouidio sic dicente;

Summa petit liuor, perflant altissima venti.

Ergo maior est Ecclesia cum Eucharistiæ

Propter quod vnũquódque tale, & illud magis tale.

Galatinus.

Inuidia sũma ferit, & quomodo in Sacerdotes hanc habeant S. Angeli.

Ouidius.

velamento, quam ouaus cæli aula cum Deo patefacto. Et tandem, quia Eccleſia ſi non habet claram gloriam, habet tamen pignus glotiæ in pane de quo dicitur; *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*, pignus autem ſemper pretium rei alij mutuatæ excedit in valore; proindéque, & gloriam, per iſtud Sacramenrum, quod glotiæ pignus eſt, Eccleſia ſupergreditur.

Verumtamen quia gloria, bonitatis velut ſummum faſtigium non exceditur; illique aſſimilari, iuxta adagium peruulgatum, *In magnis voluiſſe ſatis*; decore plenum eſt; dicamus pro concordia, in omnibus optanda, quærenda & faciẽda; non ſine magna laude iſtiuſmet myſterij, per illud, Regnũ vtrumque perbellè aſſociati; vt quaſi duo ſpecula ſe inuicem teſpiciant, & velut duo amaſij altetnè ſe redament, contentionéque nonnulla ſe zelent, & inuideant. Nam ſi Regnum cæli habet Deum protſus teſeratum, Regnum Eccleſiæ Deum habet clariſſimè obuelatum. Si primum ſeptem habet Spiritus Diuini pacifica iam dona, quibus animæ Beatæ Dei facie per eſſentiã quierè perfruootur, vt docet. D. Tho. 1. 2. q. 68. art. 5. Secundum ſeptem haber Eccleſiæ Sacramenta, quæ Beatos, provt dixi, Beatos effecerunt, cum adirus non niſi per illa cæli pateat. Et ſi tandem Regnum cæli à lapſu iam ſecuros quammultos habet Sanctos, quos numerus non capit, Apoc. 7. Eccleſia multos labiles, ſed ita iuſtos habet, vt ex ipſis repleanrur cæleſtes manſiones, quos ille ſolùm nouit cxactè ſupputare, *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

Voluiſſe quantum ſatis.

Vt cælo per Euchariſtiã Eccleſia conferatur; ac quaſi præferatur.

D. Thom.

Apoc. 7. 9.

Pſal 146. 4.

Quaptoptet cælum illud ſydeteum, & inter medium, tam pulchrum, quam & patulum conſpectui vniuerſorũ nil aliud quam ſpeculum videtut mihi eſſe, interpoſitum propterea, vt duplicis Eccleſiæ, ſeu vnius duplicatæ qualitates & proprietates in eo demonſtrentur; & in eo formam ſuam tam ſimilem inter ſe vtrinque ipſæ conſpiciant, vt vtraque in vtraque per dictum cæli vitrum, quod medium locum tenet omnino ſe inueniat. Quod cælum non tantummodo ſpeculum clariſſimum, ſed & tranſitum patentiſſimum, & multas mihi portas apertas ſimul refert; qoibus iugiter Eccleſiæ ſe inuicem communicant, amicæque inuiſunt. Nam Deus in cælo eſt, & in Eccleſia eſt Euchariſtia, quæ Deum quoque habet; at in cælo interiacente eſt cæli rector, Sol, qui & Deo, & Euchariſtiæ tam ſimilis exiſtit, vt multis dictum manet. In cælo ſunt deinde præfata ſeptem dona, & in Eccleſia ſeptem pulchra cæleſtia Sactamenta; at in cælo intermanente Planetæ ſeptem lucidi, qui cum vtroque ſeptenario non paruam affinitatem in iſtum modum continent; Luna frigida & aquoſa cum Timore atque Baptiſmo, quę lauant atque tremere rigore ſuo faciunt. Mars belligerus cum Fortitudine, & Confirmationis Sacramẽto, quæ hominem confirmant, communiunt, & cortoborãt. Mercurius cum Scientia, & Sacramento Pœni-

Eccleſia per Euchariſtiã vi glorię aſſimiletur, cum illaque concertet.

Septem Eccleſiæ Sacramenta, ſeptẽ dona, atque Planetæ vt inuicem conueniant.

tentiæ; ſcientia nanque ſumma eſt ſcire ſemetipſum, de quo Bernardus multa. Sol præterea cum Pictate, & Sanctiſſima Euchariſtia, vbi Pietas Diuina in ſuo centro reſidet. Iuppiter verò cum Sapientia, & Ordinis Sacramento, cuius Miniſtri ſapientes, & vt Iuppitet profectò iuuantes ipſi Parres tenentur cunctis eſſe. Venus autem cum Conſilio, & Sactamẽto Matrimonij; quod conſilio regi debet, & ad domeſtica conſilia, familiariáque grauamina cõmunicanda datum eſt; quare dicitur in Gen; *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*; Satutnus melancholicus cum Intellectu & Vnctione, quia intellectus fere ſemper plus attinet ad triſtes; *Cor ſapientium vbi triſtitia*; & Vnctio ſemper mæſtis confertur morientibus. Vlterius quod & Sol effectus ſeptem facit; uam penetrat; illuſtrat; accendit; atque excitat; amplificat; & eleuat; ac tandem res informat, vt cap. 12. de Lumine teſtatut egregius vir Ficinus. Hi enim ſeptẽ effectus à Sole exorientes, vel ſurſum ad ſeptẽ Dona, vel deorſum nihil minus ad ſeptem Sacramenta referri bene poſſunt, quod Lectori non expendo, vt melius rem conſideret. Sed & tandem ſunt in cælo innumerabiles Beati, à Solo Dei fulgore & gloria illuminati; & in Eccleſia multi iuſti hoc ſolum Sacramento vel in voto, vel in re accepto mundefacti; in intermedio veto cælo ſtellæ pet quammultæ, ita à Solis pulchritudine dumtaxac colluſtratæ, vt per cælum conſpicabile Eccleſiæ duo cæli alit inſecus ſe videant, inuiſant & inuideant; Beatiſque, & tuſtis adinuicem æmulentut; ſicut cælum & terra ſolent in menſibus florigetis, ſtellarum, florúmque agminibus certare, & non paucies venuſtatis concurrere ad duellum; ſicut optime per hunc diſtichum Auſonius decantauit:

Gen. 2. 18.

Ecclef. 7. 5.

Effectus Solis ſeptẽ & quales numerentur.

Ficinus.

Ambigeres, raperet ne roſis aurora ruborem,
Andaret; & flores tingeret orta dies.

Cãpo floribus ornato cum cælo quanta ſit contentio & æmulatio.

Auſonius.

Quem noſtet valde inclytus Ludouicus de Camoens tranſcripſit elegantius; cuius metra tibi offeram, non vt carmina è ſuggeſtu effundas pueriliter; eſt etenim Latinè ni rarò hoc condemnabile, & vulgariter, exectabile Poëtica referre, ac verſus recitare, ſed vt tibi tam in iſta, quam Enartat. ſequẽtibus, quæ ab officio prædicandi longiſſimè ſe habent, præcepti Horatiani vtilitatem lubens quæram, & legam quantum potero; quod hac ipſa intentione in præfatione memoraui.

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci;

Et etiam vt tanti viri, quẽ vt legeret Torquatus, Italiæ chori decot, ac etiam choriductor, & diues choriphæbus, loquelam noſtram didicit; nonnulla tibi promam; in quibus ille melius in linguam Luſi vertit, quod Auſonius adinuenerat in floſculis Latinæ; res in homine tam celebri perpetuò comprobata, vbi quemlibet ex aliis externis imitatur; qui quidèm Cantu. 9. Octaua. 61. Auſonium ſic traducit, & pariter tranſcendit.

Ludouicus de Camoẽs tranſcurſim commendatus.

Horatius in arte.

Præconio quouis Taſſus Torquatus memoratus.

Para

Para iulgar, difficil cousa fora,
No Ceo vendo, & na terra as mesmas cores,
Se daua às flores cor a bella aurora,
Ou se lha daõ a ella as bellas flores.

Nona rursus quò ad lucis perfectionem conuenientia, in eo quod hæc regna dilatet, & amplificet.

Lux dilatat, & amplificat, tã luce, quã calore.

Venetus.

109. IAm de regũ scriptione ad regna veniamus, quibus etiam cõsentaneum vt illi benefaciant. Et verò mundi regnum à luce sustentari superius dictum fuit. n. 89. sicut potest affirmari ab illa dilatari; nam vt Venetus affirmat in Harmo. Cant. 3. ton. 8. con. 6. suapte lux natura dilatat, & amplificat; nimirum tam fulgore, qui manè velut explicat hunc librum vniuersalem, nocturna post fuligine quotidie complicandum; quam simul & calore, qui in rebus fere semper humanis eas aperit, extendit atque latas constituit suis viribus, & propria qualitate. Vnde tristes, quasi nox interius constringuntur, lætantes verò tanquam lætifica lucerna, internè collustrati, lætitia distenduntur; ita vt tandem lætificari, & latificari (quò sic loquar) & in lingua Lusitana *Alegrarse, & Alargarse*, sit vna tantum res; quam noscens Rex Propheta dicebat Deo suæ lætitiæ illustratori; *Viam mandatorum tuorum cucurri; cum dilatasti cor meum.* Quod de luce nostri cibi tam homines quam hominum imperia dilatante, non minus clarè patet; nec paucis hæcce veritas exemplis confirmatur.

Lætitiæ quantum sit latitudo cordis socia; tristitiæque coarctatio.

Psalm. 118. 32.

Cur Præsbyteri Ioãnis in fide fixum regnum durarit per tot sæcula.

Actor. 8. 27.

De Regno perantiquo Præsbyteri Ioannis, quem *Preste Ioõ* dicimus, Imperio satis amplo in Æthyopia Orientali à multis perhibetur, statim à Christi tempore, quo in Fide vel per vnum Magorum triũ Regum, vel per Reginæ terræ illius Eunuchum à Sancto Apostolo Philippo baptizatũ, edoctum existimatur, in illa semper fixũ, persisténsque durasse; quod certè magnum est, & magna ex parte verum, seu verũ ex omni parte; nisi quatenus Romani Pastoris elungatio, illos debito pastu priuari sæpe cogit. Hoc autem cunctis notum; per seriem satis longam, Religionis, Regúmque, vsque ad nostram tempestatem, ipsius Regni incolas fideles peruenisse; cum tam famæ quam facinorum eximij patratores, & spherarum atque mundorum nouorum exploratores, nec nõ Romanę Ecclesiæ coadiutores præstantissimi, & etiam Christi nominis prædicatores feruentissimi, lustrantes plagas illas nostrates Lusitani, Dei cultũ magnum adhuc, Christicolásque optimos ibidem reperere; vt testatur noster Couto Indicorum præliorum historiographus per celebris, Barros suo prædecessori secundus non secundus, sed continuator valde æqualis Decad. 7. lib. 1. cap. 8. vbi Æthyopicos post Christum sexaginta Reges ille enumerat, & nominat, & locum quonam fuerint Ophir, atque Tharsis, quæstiones perdifficiles, clarissimè demonstrat; quæ vt multæ

Lusitani perfunctoriè elogiis adornati.

Couto & Barros Lusitani historiographi laudati.

Ophir & Tharsis vbi.

A non permodici momenti veritates, Lusitanis totum orbem impauidè intuentibus, referri prorsus debent.

Quis ergo in Regum tot varietate necessaria, quantumuis semper patriæ & gentis Æthyopicæ, in pietate Regnum illud tam valde conseruauit? Quid finitimis à Mauris totum orbem temerantibus Æthyopiã sospitauit? Nil, nisi hoc Sacramentum, quod quando in eo regno eleuatur in altari, cunctis ibi circumstantibus in terrã prouolutis, claram & altam Fidei nostræ confessionem protestantur. Mos Sanctus, & ab omnibus vbilibet terrarum imitatione perquam dignus, qui quidèm si à multis teneretur in Europa, non multa illius regna per hæresim perirent. De quo more noster Diez communibus in locis; per circuitúmque tertiũ Conci. Toletanum, dum prius quam communicent, Communicantibus præscribit, vt adinstar Orientalium Christianæ Fidei symbolum testentur voce clara; *Quò corda Fide purificata ad Christi corpus recipiendum exhibeant sese melius.*

Professio goãta Fidei in Oriente consueta, & in Hispania commandata.

P. Phelip. Diez.

Conci. Toletanum.

110. Quis Galliam regnum priscum Romanæque tiaræ indubitatum primogenitum, nec Regibus natiuis, nec Catholicæ decore Ecclesiæ spoliauit? Cum cõfinia nihilominus his præsidiis pro spoliis multoties commutatis, vltrici ferro & sanguine victricia sæpe exierint, & victa à semetipsis? Hoc pietas in Eucharistiam Gallorum Regum fecit; vt illi qui subditorum suorum multis lapsis, prolapsi nunquam sunt in hæresis proluuiem: tantò maior ac nobilior iubentium fortitudo, quantò multi obedientium & robore, & rubore ab eis ublegato, à Christo sunt auersi. Iam lilia pro stemmate accepta à Clodoueo faustum huius pietatis in panem Sacratissimũ prætulerant auspicium; vetus enim Candelabrum illius figuratio, ex hastilibus liliatis confectum totum erat; vnde asserit Rhemigius qui Clodoueũ fonte abluit, apud Marcellinũ Capucinum in sua Enciclopædia; *Eam fore liliorũ & Candelabri connexionem, vt stante Candelabro starent simul lilia, id est, stante Sacra Eucharistia Fide, floridũ & illustre fore regnum liliorum; secus vero Candelabro huiusmodi deiecto, & lilia ruitura.*

Laudati Reges Galli & cur in Fide firmi.

Gallorum stema Regium ex liliis quam laudabile. Exod. 25. 33.

Marcellin. Capucin.

Hæc autem nunquam Regibus Gallicanis Fides defuit; satorem suum illum piissimũ imitantibus, nostri Ordinis Tertiarium præclarum Ludouicum qui ardore sæpe Fidei solebat iactitare; *Amplius se debere Possiaco, paruo oppido, vbi fuerat baptizatus, quam Rhemis perantiquæ ac Regiæ ciuitati, qua ipse fuit vnctus; & cæteri Reges Galliæ oleo sancto perunguntur.* Additque Petrus Matthæus in vita istius Regis, à suis requisitum de regio cognomento, quod quidem ob res tam celebres, quam multas à se gestas in sæcula futura mãsurum præoptaret, & indi sibi mallet; respondisse, Ludouicum Possiacum appellari, in votis sibi esse; ibi etenim priorem & maiorem vitę suę victoriam comparauerat, triumphúmque peregerat. Quod opere compleuit, & facto confirmauit; nam Epistolas ad amicos scriptas chariores, hoc

S. Rhemigius.

P. Matthæus.

Pietatis S. Regis Ludouici mirum signũ in quodam dicto & facto.

modo ſubſcribebat; *Ludouicus de Poiſſy*; quo in loco leucis ſex ab vrbe Pariſina, in eius extat laudem pulcherrimum Sacellum. Res quidẽ demiranda, imitanda, & prædicanda encomiis ſempiternis. Pluris lilia Euchariſtica Rex iſte faciebat, quam auream ſui capitis ditiſſimam coronam, vel populis latiſſimam, vel gemmis ornatiſſimam, quam oſtenſam pro miraculo in comitatu mei Patroni Oratoris Luſitani, Pariſiis in Dionyſij Sanctiſſimi conuentu, eiuſdem S. Regis natali die vidi. Cuius tempore præſertim, ita noſtri Candelabri, Euchariſtici deuotio, effulſit apud Gallos; vt Seraphicus Franciſcus inuiſendi magno Galliam deſiderio teneretur, & eam ad prædicandum in prouinciam ſibi ipſi delegerit & ſumpſerit; nempe, quia viri Galli quam maxima reuerentia colebant Euchariſtiam, prout aſſerit Arturus in Martyrol. Franciſcano, in feſto Regis huius, vbi Marci Vlyſſiponen. t. p. lib. 1. cap. 61. in Chron. Minorum allegat teſtimonium.

Sãcti Regis Ludouici. Vbi & qualis ſit corona.

Franciſcus Sanctus Francos ob cultum in Euchariſtiã impensè diligebat.

Arcturus Recollect.

Viuebat tunc hic Sanctus, cuius penes Euchariſtiam tria, vt minimũ, miracula ſcripta ſic inuenio. Primum quando in Pariſini Palatij domo Sacra, pulcherrimus puellus in Hoſtia viſus eſt elata à Sacerdote, quod ob tanti Regis merita: in aula tunc præſentis, in eius Fidei fidẽ propterea non immeritò putatur accidiſſe; quia manibus eùm ſublatis, quoúſque Rex veniret, vt tantam rem inſpiceret, Sacerdos expectarit; etſi vt viſum iret à multis peteretur, atque pariter rogatu obnixo impeteretur, ille nihil ſeſe mouit, nec prorſus ire voluit; dicens id per neceſſarium in Fide titubantibus, non ſibi qui hoc numen firmiſſime credebat. Secundum, quando ipſe ex Ægypti ſeruitute, cum Euchariſtia in eo Regno, pro ſua libertate quoúſque pretium eſſet omnino perſolutũ, per illum fide magna in pignus prius data, ſoluta iam pecunia, quæ pro pignore tam miro redimendo quaſi alis breuiſſime peruenit, tandẽ liber atque lętus in patriam iam redibat; quòd naue prope Cyprum bis rupibus illiſa, iam omnia diræ morti præſenti tradebantur, ni Princeps Fide firmus, coram ipſo Pane antea pro ſe oppignorato, in genua deuolutus, mare redderet ſecurum, vt ille in Deo erat. Tertium autem eiuſdemmet Euchariſtię oppigneratio, quę quantumlibet à multis, pietate non tam ductis, quam perperam ſeductis, vt minimè res decens, non vera exiſtimetur, tapetes fidem faciunt, qui veniunt ex Ægypto cum Hoſtia ſuper Calicem à Mauris intertexti, quos hoſtes noſtræ legis nequaquam paterentur, niſi in facti tam inſignis perenne teſtimonium; propter quod perpetuandum in portis Memphis etiam, vulgatiter *O grão Cayro* lapideo caſus tantus labore factus viſitur, vt multis fert Arctutus hîc proxime allegatus; & de ædificio quodam alio marmoreo, ac excellenti hoc ipſum in ciuitate prædicta conteſtante, à teſtibus oculatis, de vita iſtius Regis, in Petro Matthæo legitur. Quæ quidem res etſi non fuerit miraculum;

S. Regis Ludouici miracula Euchariſtica; & eius mira Fides.

Ludouicus eũm in Hoſtia noluerit videre puellulum apparẽtem.

Ludouicus in porcel a Euchariſtiæ coram arca quid magna Fide fecerit.

Lodouicus in Ægypto an pignori tradiderit Sanctiſſimam Euchariſtiam. Arcturus.

P. Matthæ⁹.

A nullum etenim miraculum hoc Sacrum in pignus dari, miraculoſam tamen fidem Ludouici penes Sanctam demonſtrat Euchariſtiam. Nam poſt rem tam infeliciter, quam fortiter & perclarè per Sanctum talem geſtam, ab hoſte manucapto, nil barbarus Soltanus in pignus libertatis, ab eo poſtulauit, nec voluit, quam hoc Sacrum; ratus nihil ei tam charum in mundi bonis eſſe; vnde pactam ſummam auri vberius & facilius habere ſibi poſſet. Immiſit noſter Rex ingenti Fide ſua humanam ſaltem fidem in Maurum fide vacuum; de quorum fide ſic viciſſim colligata, extat lepidum Epigramma, hoc ipſum plus confirmans, in Arcturi repetito Martyrologio Franciſcano: B

Accepit pignus victor Saladinus Ieſu,
Redderet vt Regnum te Ludouice tuis.
Tu pignus redimis multo pretioſius auro,
Vtra fides maior, illa, vel iſta fuit?

Verumenimuero ex iure naturali cum Euchariſtia vinculatur Imperiũ Gallicanum; quippe *Calicem liliã figurã quandam exprimunt*; Sicut cap. 8. lib. 3. in ſuo Hexam. Ambroſius adnotauit. Nec abeſt, quod & Plinius lib. 21. cap. 5. de lilio ſic aduertit. *Nec vlli florum excelſitas maior, languido ſemper collo, & non ſufficiente capitis oneri.* Vnde conuenit quod Gallia ad lilium tam excelſum ſe iugiter inclinet, quod ſpinis coronatum, & capite inclinatum, à Cruce qua propendet, procliuis eſt in Galliam; dum Crucis maior pars, ſpineáque corona, cum lancea & multis aliis reliquiis illuſtriſſimis, Conſtantinopoli exportata eiuſdem Regis cura, & auri magna copia in opus hoc expenſa, Pariſiis in Regali Capella conſeruantur. C Theſaurus magnus certè, ac Gallicæ coronæ perpetuũ duraturæ, corona, & pignus maximum. Quæ ſpinea cum exiſtat, & à Gallis habeatur, nil mirum ſi ab ipſis aliquando noſtrum Lilium ſpinis ſiue hæreſibus nonnullis transfigatur. Quod in gratiam Gentis Gallicę in porticu huius libri inſcribere curaui, vt patriæ qua nunc dego, memoriæ ſim pergratus. Quæ iudicio meo eſt, non quidem tam lutoſa, quam lucida Lutetia, & vt fertur in prouerbio Pariſiũ ſine pari; quò vbi præſens opus proferimus in lucem, de luce quoque eius tantillum delibemus, cum Euchariſticáque luce Pariſios copulemus; de ipſis ſemper hilares maiora meditantes. D

Liliorum cũ Euchariſtia quædetor comparatio. S. Ambroſ. Plinius.

In Cruce Chriſtus lilium, in lilia pẽdens Galliæ.

Gallorum quæque laudes.

Pariſium con mendatum.

At verò eum inuiti ab amicis recedamus, regni ſui perpetuitatem in fine atque principio Elogij præcedentis à nobis memoratam, duobus rebus adbuc vulgabo ſtudioſis; nempe quadam narratione quæ apud Auguſtinum tractatu de Antichriſto in ſuo tomo 9. ex vltima excuſſiona anno 1635. Pariſiis conſummata, egregia de re iſta, & ideo viſu digna à quouis offendetur, vbi dicitur hoc regnum vſque ad tempora Antichriſti ſuprema duraturum; & ſententia Karoli Quinti Imperatoris perquam optima, quam affert Florimundus in tomo de hæreſibus; dicentis, cuncta regna prudentiam per humanam directè gubernari, Galliam vero

S. Auguſt.

Quanto tẽpore duraturum ſit regnũ Galliarum.

Florimondus de Ræmond.

nullo

nullo modo per istammet prudentiã, quam feruor Gallicanus, acumine & audacia æqualiter præpollens, relinquit immaturam, sed tantummodo gubernari per Diuinam prouidentiam; quæ per sæcula tam multa, in casibus aduersis, & valde peraecrbis prospexit semper Galliæ, & illam eonseruanit; quod equidèm est miraculum in tanta fortitudine, magnitudine, atque hominum ingenti multitudine; ae pariter Francorum innata inquietudine; & Franciæ quo ad vitam præsentem transigendam, in eunctis terræ bonis, peeuoiæque omnigenæ miranda featurigine. O magna prouidentiæ Diuinæ bonitatis in Gallos semper pronæ, Imperatorisque eximij acuta animaduersio!

Caroli quinti mirũ dictum de magna versus Gallos diuina prouidẽtia.

111. Lusiadum quis tandem exiguum satis regnum in nouum Imperij orbem per orbem amplificauit? & in mundos nondum eognitos præconio inimitabili, ad binas Solis fores, & extra Solis vias hinc inde dilatauit; Quis vei psam Lusitaniam per annos sexaginta Castellæ mancipatam, sub iugóque dominij externi satis duri, destructioni semper nostræ consultò eollimati, omninò eonsopitam, ad lucem vsque priorum, maiorúmque gestorum eripuit mirabiliter? & in pristinam (si nunquam æqualem visam lueem) totius Regni corpus illustrius suscitauit? Eucharistica lux sanè, quæ nostris semper fauit. Nam multis nunc omissis Regalibus Principibus virtutibus conspicuis, & orbi perquamnotis, multa habemus in eis tantum ex Regia vulua natis Eucharistię Saetosanctæ præclara monumenta. Primum, quando Regi primo Alfonso præclarissimo, à patre suo Henrico, Henriquez vocitato, D. N. Iesus Christus apparuit Crucifixus, vt illum de propinqua contra Mauros quinque Reges victoria confirmaret; & ipsum, ac Regnum eius quinque plagis sui corporis pro stemmate Regali Alfonso tunc concessis, honore cumularet; vt asseritur vel etiam ab ipsis Castellanis, & ab eorum suffraganeis pugnacioribus pro ipsis; quò ex nostris inimicis salutem veneremur. Quorum vnus, tanquam vnicus, in mentis & iudicij notissima acrimonia, vassallus horum Belga, Hortelius nunc sufficiat, qui in theatrico compendio, & Portugalli descriptione, de illius Gentilitio quintuplici sic ait: *In memoriam quinque vulnerum D. N. Iesu Christi, quæ primo Regi inter prœliandum diuinitus in cælo apparuere.* Nec tantummodo apparuere, sed & Regem de pietate suorum descendentium, déque Fide per eosdem in orbem deferenda; & de prole in generatione sextadecima attenuanda, sed iterum per Christum respicienda & renouanda, ac Regnum illorum perpetim in Fide conseruando, certissimum fecere; eo temporis inter alia hæc Christo ei promittente; *Et erit mihi Regnum sanctificatum, Fide purum, & pietate dilectum*; Vt cunctis Portugalli historias peruolnentibus tam huiusmodi promissio, quam eius adimpletio clarissimè innotescunt. Quod miraculum si nobis ex Eu-

Lusitania commendata & à Deo patrocinata in sea post Ca- [illegible]

Quo stemmatæ Rex primus Alfonsus Lusitaniæ à Christo decoratus.

Abraham Hortelius.

Lusitaniæ magna pietas prædicta & prædicata ab ipso Christo Domino.

A charistia non prouenit, euenit saltem modo simillimo Eucharistiæ; cum aliud nihil sit Eucharistiæ Sacramentum, quam Crucifixum Christi corpus, sub panis, viníque, speciebus occultatum. quorum primum in visione non defuit tam notabili; at verò pro secundo quod ibi nullo modo occultum sub specie profectò fuit quauis, diuersa à Christi corpore, aliud adfuit Eucharisticum miraculum supremum, quale Christi corpus est, in multis simul locis, cum vnum sit, & idem, adesse verè præsens; Nam quòd illic istiusmodi astiterit Redemptor ex duplici sententia Regalis testimonij, à Rege iureiurando, subscriptionéque tam sui, quam procerum suorum firmati & communiti, aperte confirmatur, in quarum prima dici- B tur; *Et in hoc libro Sanctissimorum Euangeliorum iuro cum tactu manuum mearum, quod ego miser peccator vidi hisce oculis indignis, verum D. N. Iesum Christum, in hac forma, &c.* In secunda vero sic; *Vidique subitò à parte dextra, orientem versus, micantem radium, & paulatim splendor crescebat in maius, & dum oculos ad illam partem efficaciter pono, ecce in ipso radio clariore Sole, signum Crucis aspicio, & Iesum Christum in eo Crucifixum; & ex vna, & ex altera parte multitudinem iuuenum candidissimorum, quos Sanctos Angelos fuisse credo.* Vnde elicitur, quod Angeli non nisi verum corpus comitarentur sui Domini; quin ideo Cæli situm localem deseruerit; vt ex alia visione Actorum nono cap. Apostolo peracta, lib. 3. de Eucharistia cap. 3. argumentatur per- C doctus Bellarminus. Ergo maximo miraculo istius Sacramenti incepit Regnum nostrum; in cuius sanè Regibus inuenies hac de causa non pauca nec infirma indicia pietatis, Eucharistiæ sacrificium testantia & roborantia.

Lusitaniæ Regnum vt cæpent Eucharistiæ Sacramẽto.

Portugalli Regi primo quæ visio Christi facta.

Actor. 9. 5.

Bellarminus.

Portugalli regnum natum, & auctũ hoc Sacrificio.

112. Nam & S. Elisabetha iam Superis relata, hac fuit aliquando à suspicione non pudica diuinitus erepta; dum Regis eius viri honorarius quidam iuuenis à diabolo instigatus, & impuberis alterius, quem Regina propter vitæ nitorem diligebat, inuidia concitatus, non veritus est illam de impudicitia cum sodali insimulare coram Rege; cui licet non assenserit maritus Dionysius; quippe qui vxorem sanctã peroptim agnoscebat, iusti tamen doloris specie terebratus, D & iniusto, velut homo furore exagitatus, calçarios iussit illico fornarios auocare; qui Conimbricæ non procul à Regia illius temporis, huiusmodi actualiter fornaces incendebant; quibus dixit, vt adolescentẽ, quem protinus ad eos conficto quodam nuntio transmittere curabat, viuum intra calcatorij incendium deturbarent. Ecce vix incendiarij ministri discedebant: cum innocenter sibi iuuenem delatum Rex iratus, vt Vriam perantiquum ad ignis mittit viros; quos cum peteret, in itinere detentus Missa est, ad quam in Patris N. Seraphici Francisci conuentu interiacente tum contigit pulsari. Qua audita cum duabus immediatè succedentibus (consueuerat nanque ille ex morientis patris sui monitionibus relictis, ac

Elisabethæ Portugalli miraculum Eucharisticum, vel ad minus Eucharistiæ peringens beneficiũ.

valde commendatis, ab Ecclesiis non recedere vbi sanctum sacrificium initiari animaduerteret) terreno suo Domino deinde obtemperauit. Sed moræ tam impatiens, quam pœnæ à se præscriptæ notitiæ ferens Rex, delatorem ad eleicentem de delati punitione an esset absoluta, interea scitum misit, quem arreptum vt executioni mandatum darent Regium, in rogum coniecere, quo acto primus iuuenis eiusdem verbi nuntius ad illos accedebat; à quibus Regi se ad vnguem paruisse re(sponsum felix audiit, ad Principemque eo festinus conuolauit, fornarios dicens iam exequutos bene esse Regalem iussionem. Redeuntem atque supplicium inflictum referentem miratur Rex attonitus, de casu contra suum in re momenti tanti imperium commutato; qui postquam relatorem de moræ occasione prudenter sciscitauit, in eius & Reginæ liuore criminatæ candorem conspirauit; ac deinceps Eucharistiæ suffragio recensito, pacatam vitam duxit cum inclyta consorte, prout Marcus Vlyssiponensis est testis satis locuples in Chronicis Minorum.

Pro Missæ Sacrificio audiendo casus mirus.

Et Ioannes Rex secundus increpuit Sacerdotem, quod ad crepidam ei delapsam leuandam se depresserit, dicens, manus Diuinum tangentes Christi corpus, non debere se ad pedes quantumuis plus Regales omnimodè inclinare, vt in huius vita Principis conscripta per Resendium habetur Lusitanè, probabiliùs que Gallicè, in illa quæ scripta per Augustinum Emmanuelem indigenam Eborensem, transcripta verbis Gallicis in Gallia circumfertur.

Ioannis huius nominis secundi in Portugallo de Eucharistia dictum celebre.

Garcia de Resende. Aug. Emmanuel.

Sebastianúsque tam re, quam nomine inter nos Rex valde singularis, qui vt Sebastianus per Martyrium disparere nobis voluit, sed tanquam placens Deo, ad instar Henoch Sancti vlterius non apparuit; vbi signum ad Eucharistiam infirmis deferendam in Palatij sui Regij paræcia pulsabatur, læto iugiter obsequio exibat ad Ecclesiam, & pedes ac detectus Dei corpus sequebatur vt in rerum Lusitanarum compendio scriptum est per Emmanuelem de Faria p. 3. cap. 17. n. 23.

Sebastianus Rex Portugalli Eucharistiæ quam impensus.

Emma. de Faria.

Nec minori cum ratione Emmanuel eius proauus ob rem aliquam trigesima Enatrat. referendam appellari potest filius Eucharistiæ Sacramenti. Qui ideo felicissimus; Sacramentalisque præconiis eximius propagator, & cultor fuit maximus; ac eiusmet honoris zelator impensissimus, amplissimus, & vnico exemplo feruentissimus. Quo in loco primi etiam Ioannis Regis nostri mirandum quid apponam.

Portugalli Emmanuel quam cultor Eucharistiæ.

Cuius nepos nunc octauus, Emmanuelis verò ab nepos, Ioannes viuens quartus, qui annos multos videat, & miraculosus seu optatus, ob miracula & desideria, quibus præter opinionem, non præter voluntatem, & vota vniuersorum, à Deo fuit datus, vocari iure debet, non minore deuotione tenetur in hoc Sacrum, seu potius miro modo io illud se serapit; à qua tamen manum tempero, ne videar verbis illis Diuinis contraire;

Ioannes quartus Portugalli, Eucharistiæ quam deuotus.

A *Ante mortem ne laudes*; adulationémque sectari, quæ laudibus viuentium illabitur frequenter, & sensim vel inuita modestia intermiscetur. Vlterius, quod vir prudens hoc cantu & modulamine palpanti vulneratur iuxta veterem & vrbanam Chrysostomi sententiam; *Vir sapiens cum laudatur in ore flagellatur in corde*.

Eccle. 11. 30.

Chrysost.

Quantumuis, ne officio, in opere tam serio, deesse meu videar, illud saltem delibabo, quòd cum Rex de Regni insulis iure sanguinis sibi debitis, haud quaquam cogitaret; & esset plusquam dormiens in hocce desiderio, quod compulsio Castellana, inferius attingenda, in eo suscitauit; de sanctissima Eucharistia in Capella domus suæ habenda volutabat; quam rem non adimpleuit, quia de alia illustriori, maiori, & diuiB tiori, pro Hospitis aduentu, à fundamentis erigenda, interea pertractabat. In his eum cogitationibus inuenit occupatū Regalis cogitatio, vt scias quantum ex vna ad aliam transfretetur. Nec Regalis in auguratio, seu publica iuratio, quæ, ingresso Vlyssiponem, in publicis comitiis statim est celebrata, eum animo à prædicto dissimili, intercepit: nam cum in celebri theatro pro se, & filio suo hærede Theodosio, vmbellæ duæ essent ex regia supellectili, quarum vnam ob summum pretium consultò conquisitam, in Ecclesiæ S. Engratiæ non ante multos dies Eucharistiæ sanctæ expositæ aduertit deseruisse, & eam contegisse; actum illum nullo modo permisit incboari, donec vmbella tanti Domini præsentia consecrata, C mox illinc tolleretur, quam Ecclesiæ memoratæ perpetuùm tradi iussit; se, dicens, sub vmbella nequaquam consessurum, Eucharistiæ sub qua summa maiestas semel sederat. E quibus primum mihi, & multis valde notum, secundum verò publicum longissimo interuallo, tam illic, quam in lib. quem Antonius Moniz de Carualho, pro nostro Rege Residens in curia Parisina, vir magis suo ore, operibus, & laudibus commendatus & ornatus, quam meis commendabilis, cui titulus est, *Gallia in interstibus cum Regno l. gata Portugalli*; in lucem diuulgauit.

Vide infra N. 14.

Illius in hoc Sacrum deuotionis quod specimen.

Antonius Moniz de Carualho per transitū laudatus.

113. Illud tamen meæ propriæ doctrinæ & instituti non possum non vulgare, quod Bracharæ in ciuitate vbique satis nota, Primatia tanquam omnium Hispaniæ EcclesiaD rum, eo temporis, quo Ioanoes ad solium euectus est, in præfatæ veritatis egregium testimonium, prodigium magnum accidit. In Luna nanque plena à multis noctu visa sanctissima Eucharistia, custodia inclusa aurea, vt solet circumferri. Quod etiamsi ab omnibus nec ibi visum fuerit, non est, cur eo titulo hoc debeat denegari; nam & olim visiones Prophetis demonstratæ, illis solis inter hominum myriades præsentibus, à Deo pandebantur; dicente Daniele; *Vidi autem ego Daniel solus visionem, &c.* Quod verò tam & vera, quam plurimis ostensa hæc nostra tunc extiterit, vlta vocem communem testatam à viris seriis, scriptámq; peroptime

Pro eodem Ioāne quarto Eucharisticum prodigium.

Dan. 10. 7.

optime per Almeidam paulo infra à nobis referendum, mihi maxime probatur, ex eo, quod permissu Inquisitorij Magistratus, vbiuis, sed præcipue in Portugallo districtissimi, insculpta chartis est, quarũ vnam in testimonium Parisios mecum detuli. Quo miraculo in Hispaniæ primaria quo ad sedem Romanam ciuitate, Deus voluit per Hispaniam prædicti sui Regis ac nouiter electi Eucharistiæ deditissimi, in Sole huios Mysterij permanentem thronum, vt Sol, clarissimè, indicare; & in Luna tunc perfecta, quia loce sua plena, fidelem valde testem iofidelibus & incredulis rei huius demonstrare, vt de Rege à Christo recens delecto & confirmato impleretur quod de Cbristo à Psalte decantatur: *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Est enim Luna signum varietatis rerum omnium; quę tamen dum hoc Sole repleta tunc apparuit, inconstantiæ suę omnis, in re quam designabat, specimen tam verè quam procul ablegauit, vt Diuina valeamus confisi pietate perpetuitatem Regno nostro cum Vate gratulari; *Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Imò potius antepositus hoc modo Lunæ Dominus, seu in parte anteriori ipsius Lunæ positus, Dauidicum illud nobis in tali occasione vsurpare persuadet; *Permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generationem & generationem.*

Quo ad res Ecclesiasticas Hispaniarum caput Bracha ra.

Psal. 88. 38.

B

Isa 60. 20.

Psal. 71. 5.

114. Et verò, quia nostrum electum & confirmatum à Christo Regem dixi, asserti nunc tam magni incumbit mihi ratio; quod aliud est prodigium in ipso primo die acclamatiouis & inaugurationis ad Regiam digoitatem, Vlyssipone coram magno concursu ciuitatis faustissime patratum, & cum primo iam relato in eadem prorsus charta insculptum, & figuratum. Illuxerant Kalendæ lætissimæ Decembris, & Sabbathum quietis Lusitanæ dies almus, qui forte Missa exierat strenuis coniuratis, de Rege commutando bimestri seu trimestri collatione, non maiori, & ea in sui initio per accidens enata solerter præparatis. Quod accidens (vt basis rei tantæ cunctis liqueat) intentus Castellani occasio fuit cunctis timoribus & lachrymis, tunc temporis oborta; & vt visum quibuscunque ad res nostras demoliendas & suas cõponendas oblata pro palato; eo quod nobilitate ornatos viros quoslibet ex solo Lusitano, vel etiã Ecclesiasticos, vt alius palliaret, indifferenter & imprudenter sub capitis periculo instantissime euocabat ad bellum Cataloniæ; quasi homines non essent in ditionibus Castellæ (cuius bellis Lusitania nequaquam tenebatur, per pactum in generalibus comitiis acceptatum, & rite iuramento solemni confirmatum) qui pugnæ tam exiguæ occurrere valerent; quò ibi nostros proceres & maxime tres maximos regalis domus surculos, ob Eboræ tumultum trienuio prius habito à gente populari, ne fortius reuiuisceret, ad libitum puniret, seruaret, & incommodis quam multis, ac omninò perma-

C

Acclamationis noui Regis in Regno Portugali verissima, atque simul breuissima narratio.

D

Castellæ quæ intentio.

A gnis retineret. In quo illorum prudens consilium (vt planè est ad sæculi negotia) in plano cespitauit & lapsu magoo corruit; vt constet contra Dominum volentem quidquid facere, ac voluit nouum Regem donare nostro Regno, consilium vel prudentiam humanam nullam esse; imò potius hæc cõsilia dirũpere & conuertere, vt dicitur in multis oraculis Diuinis, in suum beneplacitum. In quem diem modò dictum, qui fuit anno Christi 1640. vigilia aduętus eius felici casu incidit; vt cũ ipso aduentu Christi veniret Rex ab illo promissus Regi primo, in visione de qua numero antepenultimo noo nihil à nobis dictum manet: ac etiam cæli tertij Diuina tuba Paulus, qui ex epistol. ad Romanos in Ecclesia vniuersali spargit mirum sonum, sonaret nostris auribus & diceret hæc verba; *Fratres hora est iam nos de somno surgere; nunc enim proprior est nostra salus, quam cum credidimus.* Non enim credi possunt, vel possent, vt mox dicam, ab ipsis qui hanc rem summopere exoptabant (quantumuis Lusitani innixi Christi verbis firmissimè hanc salutem crediderint perpetuò ac semper expectarint) quæ nostra pro salute tum manus Christi egerit; ita vt etiam cæli vox nostrates ad hoc opus ciere videretur; quæ debent velut mystici successus approbari, vel saltem sanæ mentis à nemine improbari. Ecce quòd fœderati pro patria viri vindices, quorum nomina atque numerum opportunius tangã alibi, ad horam constitutam, matutinam nempe nonam conueniunt simulanter, & ense iam destricto inuadunt domum Regiam, quam occupant & exonerant regimine Castellæ; Ministrum quidèm eius in ciues suos proprios, confratres, & consocios, indignum quouis nomine, non parum perduellem, vlteri ferro dando, atque insuper per fenestram popularibus insultibus ac probris iaciendo; Regni verò Gubernatricem Serenissimam Princissam Margaritam de Sabandia, comitatu cum ingenti, transacto die tertio, ad aliam Regum domum minorem transmutando.

Cæli adiuuatio in Lusitanos.

Rom. 13. 11.

Lusitaniæ quæ nam actio in publico iam prima.

Palatij quæ inuasio, & noua constitutio.

Quæ dum ita peraguntur, Illustrissimus & Reuerendissimus Archiepiscopus Vlyssiponensis Rodericus da Cunha, qui tam horæ, quam & rei in ea faciendæ præcipuus compos erat, coram Ecclesiæ Cathedralis Diuino Tabernaculo, vt alter Moyses populi saluti deditissimus, in preces fundebatur. Verùm tanti iam facinoris clamore personante, ac per testes oculatos implente vastæ Vrbis plateas, vicos, orbem; ad oues Pastor bonus cum Cleri sui pompa egreditur festinus, tam vt gratias Deo referat pro rebus bene cœptis, quam vt aliquid tumultus, si forte inueniatur componat, atque sedet. Pompam Crucis vexillum de more præcedebat; Crux autem Crucifixi imaginem gerebat; quo Domino præeunte, & magna tam nobilium quam populi frequentia accurrente & affluente, Palatium versus Regium dirigitur processio; quæ cum circiter passus triginta processisset, iuxta portam illius domus qua natus est Antonius, & hodie

Archiepiscopus Vlyssiponensis Rodericus da Cunha quid fecerit in hac re, & eius commendatio.

istius sá&ti decoris nostri soli Ecclesia est celeberrima, cum dictum Crucifixum (vt dicitur commoouis) oraret idem Præsul, imago è manu dextra excusso clauo argenteo, & manum, & suum brachium ostendit cunctis liberum; à Cruceque pro nostris iuuandis enodatum tam protulit, quam & summa pietate ssa obtulit; quod omnes summo gaudio, ac iubilo repleuit; eis nanque miraculosus successus talis visus. Prælati quibus tanti cumprimis eruditi (vt eius in Decretum testantur commentaria, & alia plura opera) ac vitæ probatissimæ, iudicium valde fauet; dum hanc Crucem quæ etat, quam Archiepiscopus Vlyssiponens. egrediendo coram se eleuatam deferebat, exinde noluit amplius in publicum proferre; sed in loco peculiari altare prope summum, cum imagine prædicti Crucifixi clausam fecit, reuerenter asseruari: nec non Sanctæ Inquisitionis tribunalis inter nos omnimodè integertimi eosdem summè iuuat permissio, & iudicatio; dum hoc chartis commendari, vulgarique consensit; quod neutiquam, permitteret, ni casum iam relatum prodigiosum reputasset.

Imaginis Crucifixi prodigium quod euenerit.

115. Aduersarij nostri Regni hoc nobis valde inuident, & miraculum non nisi per iocum atque contemptum, cachinúmque pronuntiant. Et quidem bene facerent, vt melius rebus suis consulere valerent, nisi tanti manû Domini pro nobis explicatam, super se, velut incredulos, & Diuinæ voluntati ac dispositioni reluctantes tam grauiter sentirent; quæ indies, ni allucinor, atrocius ingrauesceret, donec dicant cum Sancto Dei manu flagellato; *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Nam & illas, quæ hodie tam variæ tempestates strident in Europa, propter Regnum Portugalli commotas esse reor, non vt illud deiiciant in mare velut Ionam, sed potius; vt ex ventre Castellæ immanis belluæ, quæ regna tot vorauit, digessit, & consumpsit, hoc seruent illibatum; vaticiniáque Diuina pro regno nostro lata, per media naturalia omninò adimpleantor. Sic enim fere semper impleta sunt oracula, naturali nempe modo; supernaturali quamuis sint prædicta, & prophetata. Hinc sublatus in Castellam tumultus Catalonicus, cum tamen in Catalonia fideli valde patria, hoc rarò visum fuerit, vt in Manifesto Fidelitatis Catalonicæ Parisiis recenter Viladamor Aduocatus suæ Gentis in Aula Parisina, & Doctor satis doctus ingenio ardenti præditus, peroptimè monstrauit. Hinc tot bella inter Gallos, Hispanósque exorta, quę à minimis & inopinatis profectò fundamentis, tam acriter creuere, & pro Gallica corona tam prospere cessere. Omnia enim Lusitanorum amicis hac de causa eximie prosperantur, sicut hostibus è contra aduersa cuncta restant. Hinc Anglia tot discordiis ciuilibus quassatur, quæ incolumis si esset, Castellanis opem & manum non modicam præstaret. Hinc Austriaci à Suecis sibi valde in Martiali potentia inferioribus tam sæpe superati, vastati, & debellati; vt Christum Lusitaniam leuantem & defendentem agnoscát, vel inuiti, & cuncta hæc Christi manu in gratiam Portugalli peracta fateantur. Quare minime ridiculum ignarumve existet hanc manus Crucifixi auulsionem demirandam miraculosam putare.

Iob. 19. 21.

Ionæ. 1. 11.

Miracula naturalibus vt rebus adimpleta.

Viladamor. Cur bella depræsenti tot furiant in Europa.

Ego autem, qui miraculis non facilè subscribo; nec volo com aduersis hoc miraculum appellare, nec minus cum amicis miraculum negare; & si firmiter vtrorúmque dicatur mihi ore, rumpi clauum Crucifixi, vel solui claui torcular, aut fuisse, aut potuisse rem esse naturalem. Multa enim naturalia coarrat Sacra Pagina, quæ mysteriis supernaturalibus repleta existimantur, & à Patribus Ecclesiæ vt mystica explanantur. Naturalis fuit fractio alabastri Magdalenæ. Naturalis Crucis titulus conscriptus à Pilato. Naturale quod respondit illiusmet scriptor: *Quod scripsi, scripsi.* Naturalis vox Iudaica *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Naturalis conclamatio, qua pueri Ierosolymis exceperunt Redemptorem, cui faustè decantarunt; *Hosanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis.* Si autem rem eandem sublimius ponderemus, naturale quod & Cayphas prædixit in concilio; *Expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Naturaléque supremò quod fecit Patriarcha, cum brachia super pueros nepotes decussauit; & tamen hæcce omnia quæ vides naturalia, super naturalibus repleta (vt constat eruditis) fuere Sacramentis. Quod si dicas tam Caypham, quam senem modò dictum tunc verè prophetasse, vt aiunt ipsa loca, in quibus hæc narrantur, cur non melius prophetarit imago Redemptoris? cum & illos velut Christi imagines tantummodo sciamus Prophetias præfatas & quascunque diuersas diuulgasse? Præcipue cum & Deus in euentibus tam magnis, occasionibúsque miris nouitates oon in vanum notabiles permittat, sed vt suam per easdem, vel præsentem, vel futuram declaret voluntatem. Quæ Christi versus nostros ex casu receosito non parum indigitatur, vt tibi nunc per aliqua facillimè excurrentia & fluxu naturali in mentem dilabentia indicia patefaciam; è quibus;

Miracula vt in rebus quam sæpe naturalibus.

Matt. 14. 3. Ioan. 19. 22. Matth. 27. 25

Matth. 21. 9. & 15.

Ioan. 11. 50.

Gen. 48. 14

116. Primum fuit, vt supra iosinuaui, & in cuius ego gratiam hæc omnia memoraui, quò Ioannem nouum Regem, tam publice, ibi primùm; quam solemniter & rite per Clerum & optimates, ac ciues auspicatum, non ab homine selectum, sed à Christo electum esse pateret vniuersis. Nam & ipse Crucifixus apparuit Regi primo, & seriem lineæ eius eidem repræsentans, hanc in decima sexta generatione attenuandam, sed & ita attenuatam à se respectom iri, ac visom, asseuerauit, quod verissimè & lætissimè videmus adimpletum. Nam & Rex Sebastianus, per quem attenuata contabuit Lusitania, decima sexta generatio prædicti Regis fuit, & Ioannes per progeniem ac domum Brigantinam,

Indicia quot amoris tunc Christi in Portugallum.

Primum vt ipsa Christi manus quæ Regnū tale erexerat, nunc denuò confirmaret.

A Brigantinam, einſdem Regis eſt generatio ſextadecima; ita vt demũ quòd nunc Chriſtus detracta à Cruce manu, extenta & explicata hac ipſa confirmauerit, quod vtraque ibidem fixa præliaturo contra Mauros promiſſerat Alphonſo, cum aduerſus quinque Reges, & illorum multitudinem propemodum infinitam, exiguas ſuas copias ad prælium conferendũ in craſtinum paraſſet. Quare ille qui contractis & manibus clauatis creauerat iam pridem & in Regnum ſibi charum, vt verbis paulo ſupra à nobis memoratis, tunc dixit ipſe Chriſtus, Portugallenſe ſuſcitauerat, nunc extracta & liberata à Cruce manu dextra, eidẽ ſuo operi

B ſuppetias miniſtrauit, vt ſoli noſtri vndique anguſtiis conflictati ſuſpiria adimplerentur; *Operi manuum tuarum porriges dexte-*

Iob 14. 15. *ram.* Et hoc quidèm ſi aduertatur miraculum videbitur.

Secundum verò indicium, vt Regni tam repentè in alterum mutatio, non ſane humano brachio vtcúnque arrogaretur; ſed illi, de quo dicitur per Regem Chriſti Va-

Pſal. 76 11 tem; *Hæc mutatio dexteræ excelſi*, Non enim manu alia tam breui res tam magnæ ſic poſ-

Secundum, vt manus Chriſti à manu dictum Regnum Caſtellæ liberaret.

ſent immutari, nec Regnũ poſſeſſore illius non extincto, in integrum tam facile diuerſo Regi tradi, ſuperior niſi manus ab alto cæli miſſa, nos ab aquis tribulationum, & de manu filiorum alienorum liberaſſet. Alieni nanque filij à corona Portugalli, vt patet viris doctis, ſunt viri Caſtellani; de

C quibus regno noſtro iniuria & vi potitis, conqueſti ſemper diximus, durante illorum tempore, cum Vate ploratore; *Hæreditas no-*

Hier. Orat. n. 2. *ſtra verſa eſt ad alienos; domus noſtra ad extraneos* Et cum Rege tribulationibus ſimilibus immerſo; *Emitte manum tuam de alto, eripe*

Pſal. 143. 7. & 8. *me, & libera me de aquis multis; de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum eſt vanitatem. & dextera eorum dextera iniquitatis* Nam inauiter ipſi ſibi iuſtitiã confixere, loquentes vanitates, id eſt vanas iuris regulas aſtutia fabricantes; & violenter poteſtatem eripuere cunctam nobis, iniquitatis ſuæ dextera, dexteritatéque iniqua; non tantum vi

Caſtella Portugallo quam valde captioſa.

cogendo, ſed etiam & voluntates demolcendo & corrumpendo; quod fuit vere dextra iniqua & captioſa; dextra quidèm, dum vi magna, qua illi tunc pollebãt, exhauſtum

D regnum viribus & pace inter magnates perfacilè ceperunt; iniqua vero dum promiſſis & muneribus primores expugnarunt. Cui Regno ſic deuicto deſtructioni ſemper eius Caſtellæ fuit acte iudicium collimatum; tam expreſsè de Portugalli ruina cogitando, quam de illius defenſione habendo nullam curam. Quare hoſtes Caſtellani videndo nos contemptos & proximos ruinæ, ac cladibus expoſitos, non arces Caſtellanas ſtudioſius conſeruatas inuadere tentarunt, ſed noſtras vilihabitas; è quibus in Braſilia, & India, ac oris Africę non paucas magna ſtrage rei noſtræ intercepere. A quorum tandem dextra tam miræ iniquitatis nos Chriſti pia dextra nunc voluit liberare. Quod certè poſt iam annum tranſa-

A ctum ſexageſimum, miraculum eſt æquale liberationi Iudæorum poſt totidem conceſſæ, à iugo Babylonico.

Tertium, clarúmque indicium, vt cunctis innoteſceret; vnde venerat concordia & quies tanti facti; quod quidèm cum tam magnum extiterit ac tale, vnius tantum hominis conſultò conquæſiti, & duorum qui ſtultiſſimè reſiſtere curarunt, peractum morte eſt. Quorum nullus Caſtellanus, ſed primus Luſitanus, ſtatus, prout dicunt, Regalis Secretarius; & Miniſter Caſtellanus in noſtros nimis ſæuus; ſecundúſque nilminus ex gente Luſitana, Corrector, ſicut dicimus, iuſtitiæ Ciuitatis; Germanus verò

Tertium vt facti mira quies Dei manui tribueretur.

B tertius ex Regio ſatellitio, qui Germanica conſtantia obuerſum ſeſe dedit. In quo adbuc Luſitani fuere plus fideles coronæ Caſtellanæ, quam ipſi Caſtellani; dum vel vnicus ex illis ad mortem vſque teſtitit, ex iſtis autem caſu mirando prorſus nullus. Inter quæ Caſtellanorum nec minimo in tam magna illorum redundantia, illatum quidquam mali; nec aliquod in Vrbe latrocinium vel diſſidium interea perpetratum; imo pax tunc ſecura à multis ſibi inuicem diſcordibus firmata, & omnia tam pacifica poſt duas tantum horas, vt & publicæ mercaturæ paterent officinæ, & iuſtitiæ tribunalia vt antea pacatiſſimè obirent iuris munia; cunctáque Vlyſſipone, ac geſtum nil fuiſſet, tranquilla velut antea, &

Luſitani plus fideles coronę Caſtellanæ, quam ipſi Caſtellani, vt fuerint vel etiam cum illam reliquere.

C longe magis eſſent; excepto tantum illo diſcrimine notabili, quod manè Rex Philippus in vocibus & in actis iuridicis regnabat; at ante iam meridiem cui paruit in occiduo vniuerſa Luſitania, in cordibus præcipue regnabat Rex Ioannes. Verùm tantæ quieti, ab ipſis Caſtellanis ibidem commorantium (& quia ab ipſis orta quamualde mirabilior) ſucceſſit maior alia. Ipſi nanque qui Vlyſſipone duas arces munitiſſimas & fere inexpugnabiles, intra & extra ciuitatem ad oſtium Tagi aurei, vnde poſſent tantum oppidum omninò debellare, & ſubſidium ſuæ gentis, quod illicò non defuit, tutiſſimè expectare, ſecurè poſſidebant; non ſolum Martij ignis tormenta non laxarunt, ſuorumue auxilium, contra morem ſuimet, qui ſuapte ſunt laborum patientiſſimi in aduerſis, curarunt præſtolari,

In bello cũctis ſæculis quamualde pax mirabilis in caſu Portugalli.

D imò potius tam claues vtriúſque fortalitij quam naues militares ad ſoluendum iam paratas, eos nemine cogente (nec enim cogi poterant) quaſi vltro & ſpontaneè poſt pauca & inutilia à noſtris factitata, eiſdẽ nunquam viſa (nec mirùm cum cæleſtis) admiratione tradidere. Quis ſilentium & quietudinem tam magnam in rebus tantis, quietis prorſus neſciis, imò turbine & furore ſuapte vaciliantibus, & iuſſit, & impoſuit? Certè manus Redemptoris à Cruce ſeparata; manu enim Athenienſes ſilere Paulus fecit; & Rutulos ac Latinos Rex Turnus, Actor. 13 16.
de quo ita Æneidos duodecimo.

Significátque manu, & magno ſimul incipit ore; Virgilius.
Parcite iam, Rutuli, & vos tela inhibete Latini
Quacúnque eſt fortuna, mea eſt; &c.

Vbi verbum *Significare*, imperare visum fuit expositori de la Cerda; Miraculum qua via extenta manus præfert; quod nanque Christus imperat, hoc extra circuoscriptos & limites naturæ communes planè facit.

Quartum, vt omnes inimici felicitatis Lusitanæ timore quaterentur. Luc. 1. 65.

Quartum vt omnes aduersantes felicitati Lusitanæ plus solito hac de causa terrore quaterentur. Nam quemadmodum in hunc mundum Ioanne magoo naro super eius factus est vicinos magnus timor, quia Domini Omnipotentis cum illo manus erat; sic nato ad Regni solium Ioanne Rege quarto, & per manum eiusdem Domini parenter confirmato, ac etiam propugnato, ad Mysterij quis tam magni conspectum non pauebit? pallebit? trepidabit? Quod simul & miraculum putari rectè debet, nam miraculum naturæ Ioannes magnum fuit, præsertim in vitæ suæ tenellis rudimentis.

Quintum vt omnes fidem darent illis rebus quæ in Portugallo volebat Deus efficere.

Quintum indicium summo loco, vt hostes quiqui oostri, vel etiam duriores, mollescerent hoc facto; & rebus illis crederent, quas Deus in Portugallo volebat operari; quamuis barum principia tam inuia menti fuerint, vt dixerit Vlyssipone D. Fernandus de Aluia y Castro, eo temporis Castellanorum disertus Gubernator; *os lo veu, y el entendimiento lo duda* Quod sonat sic Latinè: *Coram oculis met nostris videntibus rem tantam, mens adhuc nostra nutat de facto tam notabili.* Nec immeritò cum ista plus somnia & visiones, quam equidem res veræ vt dicitur in Ioël ex sese viderentur. Nam si increduli Iudæi de Christo sic dicebant; *Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce & credimus ei.* Quis vtique non credet ei Regi, propter quem inaugurandum Rex cælestis de Cruce velue sua descendere inchoauit? gestiuit? demonstrauit? Ita credidit Castellanus acutus aeque nobilis, qui videns illis diebus luminibus nocturnis flagrantem Vlyssipooem, ingemuit atque dixit. *Es possible que se quita vn Reyno a El Rey D. Phelippe con solas luminarias, y viuas, sin mas exercito ni poder, gran señal y effecto sin duda es del braço omnipotente de Dios.* Quod tinnit voce Latia; *Sub fide cadit ne, quod luminibus lætitia, pro ensibus coruscis, in publicum tantummodo cum gaudio euagnatis, Philippo Regi Regnum tam facile adimatur; & alij, sine alio exercitu, vel viribus sed cum faustis & salutaribus acclamationibus dumtaxat, festiue transferatur? Hoc brachij sanè Dei indicium clarum est, & simul operatis.* Et verè, cum ex prælio per fortem Gedeonem luminaribus obtento non male Dei potestas antiquitus sit visa. Quapropter idē credidit inferior Castellanus; qui quæsitus cur tormenta ab atce Vlyssiponensi nullatenus exploserint, cum tamen sæpe sæpius, vt postea fassi sunt, hoc ipsum pertentarint, & tamē nescientes qua causa impedirentur, rem istam non expletunt, respondit io hunc modum; *Si Dios hasta aora ha dado a Portugal sus llagas, y lo quiere aora dar su braço, quien le podra resistir?* Quæ omnia miraculosum prodiginm tale reddunt. Si enim Caietanus ad illa verba Exo. *Extendisti manū tuam, & deuorauit eos terra;* scripsit istiusmodi; *Tam facile miraculum fecit, ac si dumtaxat manum extendisset.* Nos possumus è cōuerso huiusmodi affirmare, sententiámque mutare; vel etiam iuxta eos qoi negaot boc miraculum; *Tam bene manum extendit, ac si miraculum fecisset.*

Ioël. 2. 28.

Matt 27. 42.

Castellanorum dicta aliqua de nouo Portugallo.

Exod. 15. 12. Caietanus.

Castellani ad amicitiam cum Portugallo cōpellati.

Vnde nullus Castellanus prosperitati Lusitanæ deinceps contraueniat; imò gratias Deo reddant de casu tam mirabili, & eidem Lusitaniæ gratulationem de ipso met exhibeant voluntariè; vt tam armis, quam & cordibus cum illa fœderari; io Fidei veros hostes poteotiā suam vertant, & eum Christi famulatu, ac celebri boatu efficiant res præclaras, ad quas iterum Castellanos sub finem istius operis vtilia propter multa, vt poteto, inuitabo. Ita illi hæc candore tam magno à me excipiant, præcordiisque adimprimant, ac illa sunt proposita, etsi longius quam optaueram, vt plenius explicater, & rem tantam in Dei gloriam quocúnque diuulgarem. Io quo tandem quantum potui studui breuitati; multis aliis mirabilibus præcedentibus, & comitantibus regalem nouitatem, de quibus libri multi vagantur Lusitanè & Gallicè, ac Italicè, Latinéque noonulli, silentio commendatis; inter quos peculiari attentione dignus est, quem Gregorius de Almeida sub nomine restaurationis miraculosæ Portugalli communis iuris fecit. Faxit Deus vt in publicum Christianitatis emolumentum considerent quæ dixi, & insuper quæ Deus in diuisione valde simili vnius Regni ab altero nunquam antea diuisorum, quod magis nobis fauet, per verba in rem præsentem egregiè personantia, Iodaico & Regi offenso in terminos hos protulit; *Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei dicens. Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad omnem domum Iuda & Beniamin, & reliquos de populo, dicens. Hæc dicit Dominus; non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertatur vir in domum suam; à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere, sicut præceperat eis Dominus.* Quæ quidèm si aduersus prædictos Mantuani, & de manu Christi omnia producta referantur, cum illisque ligentur, ac benè conferantur, non tantummodo vera, sed simul & excelsa, ac insuper è cælo nunc nouiter dillapsa & dicta videbuntur. Nec putēt eo titulo *De eo quod metus causa;* hæc esse concinnata; non enim nostri timent potētiam Castellanam, nec Regnum Lusitanū tam viribus est inops, vt nequeat magnas clades inferre suis hostibus, præcipue dum res bellica prudenter & solerter extiterit peracta, & viguerit concordia, quam ipsum Regnum habet, habebitque in posterum; in odium nempe furis, vt dicitut in iure; & quam Christus in Euangelio, exemplo Regni loquens, insuperabilem testatur.

3. Reg 12. 22. 23. & 24.

Luc. 11. 17.

117. E contra domus Austriæ Eucharistia dilatata, Castellæ nonc adiuncta (vt ad omnium præcedentium principium reuertamur) ob contemptus in Catalonia inflictos tanto Sacro in pessum ruunt simul, & pari

Austriaca & Castellana cur domus deturbatæ.

lapsu

lapsu cadunt; si dictis non paucorum grauissimorúmque virorum, quos nolo nominare, nec illorum testimonia in publicum iam data, nunc publice proferre, oportet fidem darē. Quātamen præualente & stante in suo robore pietate Castellana, quam nemo inficiabitur, ex biuo possunt capite à quouis mentis compote veridici putari: vel dum milites emptitij, qui militant cum illis, hoc possent perpetrare, vt etiam inter nostrates hac via semel contigit; vel quia Deus Omnipotens Castellanos propter alia flagitia puniturus, ex eis quosuis noxis notatos grandioribus, in hoc crimen irreuerentiæ aduersus Eucharistiam permiserit prolapsos; vt quæ esset via Regia, vel regna dilatandi, vel ipsa destruendi, ex reuerentia vel irreuerentia præfata demonstraret. Ego B verò nullo modo illorummet ruinam hinc possum suspicari; quippe qui eos noui Catholicos & pios, ac in Sanctum Sacramentum impensè obsequiosos, & non vatiè sed defixe eidem reuerentes, ac deditos quamualde. Quod verbis non dumtaxat sed pulchro illorum facto in bello Lusitanico hic volo patefacere, vt virtus semper magis vbique perquiratur. Inuaserunt illi pagum in Prouincia Transtagana, conterminum Castellæ, quod vocant *Sancto Aleixo*; & quod obsessum triduo, strage magna ac damno vtrinque dimicantiū incendio tradiderunt. Vbi cum pro solatio ac etiam pro præsidio omnes fœminæ obsessorum, infantes & lęthaliter percussi in domum Dei Ecclesiam confugissent, & etiam puluis bellicus qui C superfuerat ex pugna fuisset inter eos; hac ab illis obtenta, & à ducentis Castellanis, plus minusve repleta, Dux illorum, cuius titulus *Baro est de Molinguen* cucurrit ad Sacrarium ne à milite prædone Thesautus Christi corporis iniuriam pateretur; in cuius viri animum pietate singularem, singulare testimonium hic Dominus tunc præbuit; quæ res sane si miraculo non prorsus concedenda, nec etiā deneganda. Nam igne casu puluerem prædicto contingente, volauit Templi tectum, quod recidens ab alto ex vtraque natione oppressit quos inuenit, & fato summo tradidit, excepto tātum illo pijssimo Barone, & aliquibus ex nostris omnino laceratis, qui vt bello iam inutiles prope Sanctum Tabernaculum iacebant se D mimortui, & pro illo quod fortissime Deo auspice tunc gesserant, agebant dulces animas. Quod ego non tantummodo Lusitanus dico homo, sed excussum à Lusitanis transmissum legi in Gallia; vt scias quantum à nobis ametur semper veritas, & quantum nostris æmulis genetositas in hoc nostratium præferatur; non etenim erubescimus illorum veritates, quas ipsi sæpe sæpius (nec stimulo ruboris ingenuos agitante) vulgare nostras audent.

Quare neque per malitiam cum illis militantium posse nisi valdè rarò hanc dari irreuerentiam, omnino verum puto; ac proinde non ob id à Deo vapulasse, sed ob alia certè crimina, quæ sæpe à Dei amicis Catholicis & piis iniuste perpetrantur, iuxta dictum Zachariæ dicentis de similibus; *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me*.

Nunc causas propter quas Castellæ gens plectatur, exquiret Lector quauis curiositate vellicatus. Ego autem quamuis possem, tam verè, quam iucundè, & via velut noua, in publicum has proferre, hoc nullo modo faciam; nam de laudibus Diuinis, Eucharisticis, & Sanctis labore in meo tracto; non de humanis, siue potius in humanis contumeliis, & næuis diuulgandis, extumulandis, ac eum tetro fœtore dissipandis. Quapropter quanta potui ingenuitate & veritate, quod vel etiam in Castellanis laudabile & Eucharisticum inueni pro re mea, hîc posui confidenter, & quod vnà in Lusitanis Eucharisticū & admirabile pro meo offendi opere, præposui quā libenter; adijciens & connectens successum Portugalli; tum quia tantū habet de Eucharistico Mysterio, quantum fuit Christi corpore per manum Crucifixi, vt dixi, confirmatus; tum quia in laudem Dei per omnia regna Europæ, in cunctis eius linguis est hodie decātatus. Et quomodo tacebit, obsequium tangens Dei, scriptor Lusitanus Diuinas laudes versans? quod externi de Lusitania, in exaltationem ipsius Dei concelebrant, & vocibus spargunt perquam lætis? Stupore, vel pauore peccarem secus faciens; at verò nec timiditas nec stupiditas est decēs; quantum erit ex permultis scriptis externorum, nonnihil rei præsenti idoneum delibare; Est autem Lusitaniæ euentui demirando, Enarrationis Lucis tradito, idoneum non vulgariter, Anagramma, quod Lugduni M. à Sancto Georgio, Eques illic nobilitate & perspicuitate satis notus, composuit. in hunc modum; nimirum, pingens Solem in æris orbe duplici distento mallei opere; in cuius ille circulū inscripsit hæcce verba; *Gratia Dei sum id quod sum*; vt à Sole superiori hoc factū demonstraret. Et postea circa Solem; *Non mutuata luce*; vt luce & iure proprio luxisse velut Solem ad soliū regni sui, apertè designaret. Infra verò illius radios fulgentes, pulsis nubibus, ex vna parte nomen ac Regis nostri titulum, huiusmodi exaratum; IOANNES QVARTVS PORTVGALLIÆ REX. Etex alia anagrammaticam inuersionē & collectionem hac forma concinnatam: A STIRPE ANTIQVA, SOL, LVX VERA REGNO. Quam tetrastícha hac sententia in Reges terminauit:

Splendeat exemplu populo; sit sanguine clarus;
Regales cupiet quisquis inire thronos
A STIRPE ANTIQVA *Regum*, LVX VERA, *creatus*
SOL REGNO: *merita conditione fruor*.

Reliqua mea nil intersunt; & præsertim illa contentio, insulsa & imperita, inepta, & puerilis, inanis, & indigna hominibus prudentibus, ne dicam Christianis, qua multi de re ista certatim conscribentes, conuitiis, velut gladiis, adinuicem se vulnerant, opprobriis se lacessunt, scommatibus se prouocant, & iustitiam, quæ nec etiam

Castella in Eucharistiā depictate commendata.

Baro illustris de Molinguen de Eucharistia commendabilis.

Veritatis quanta vis, & quæ natio inter Hispanas hanc magis veneretur.

Castellani cur nam hodie à Leo humiliati.

Zachar. 13. 6

Portugalli in isto opere successus Enarratio, quam licita & conueniens.

M. à S. Georgio.

In nouum Regē Portugalli percelebre anagramma.

aduersus, recti normam, in iure collocatur, inimstis in iniuriis, pudėdisq; constituunt. Faxit Deus, vt nationes huiusmodi se temperent à rebus indecoris, & relictis inimicitiis se intimè amplexentur; ac Dei amore duce, soluantur, & ligentur, in laqueos fixè cordis; in perpetes amplexus.

Decima, eaque suprema quò ad lucis operationem cum Eucharistia conuenientia, in continua visitatione, qua lustrat vniuersa.

118. PAruum Solis elogium dilatare regna foret, nisi & regnum vniuersale perpetuo visitaret; quod à medio rectitudinis & virtutis consistentia (nam virtus est in medio) dum facit, non recedens, præconium magnum habet. Hoc optime Sol agit, qui cæli locum medium rotando nunquam deserit, nec à circulo Zodiaci vllatenus deflectit; qui circulus discurrens per medium planè tractum sphæræ scintillantis, ipse lineam æquinoctialem intersecat æquissimè, & ab illa induas partes æquales dissecatur; ac ideo nunquam Sol à continua visitatione duodecim signorum qui inambitu circumfluo Zodiaci resplendent se cohibet, & tempeiat. Hoc autem noster Sol absoluit multò melius; vnde iam in figura antiquitus ostensa, nunquam à signis duodecim, propositionis panum totidė, Sol aurei Candelabri vtcúnque elongabatur. Panes singulis Sabbathis, dū aliò tollebantur Candelabrum relinquebant, at vero Candelabrum nunquam panes deserebat; vt Solis super signa nobilitas cernatur. Sed nostro Soli hæc signa vtcunque accommodemus.

Sol signa semper visitat, sed melius nostras animas Sol Deus in Eucharistia.

Per dictos modo panes, qui duodecim existebant, cæli signa duodecim intelligit Iosephus. Nam quemadmodum Solem notabat Candelabrum, sic panes duodeni qui erant eoram ipso, signa Solis duodecim quę præsentia sui corporis quotannis ille adit, peroptimè signabant. Ita sanè Iosephus, quem sequutus est Hieronymus Epist. 128. & alij viri docti. Sed qua ego ratione illud Solis & Candelabri superius improbaui ad n. 14. eadem nunc reiicio hoc panum atque signorum inualidum argumentum. Quomodo enim corporalia per res adeo spirituales, vt ij panes erant, non sine recti ordinis inuersione figurari liceret in Dei rebus, tam optimè ordinatis? Per signa panes, ita; per panes vero signa non reputo probabile. Quid ergo panes illi tam mystici adumbrabant? Ego fructus duodecim vitalis ligni puto; tum quòd fructus duodecim lignum illud demirandum in paradiso parturiret, tum quod iterum in paradiso Ecclesiæ militantis, non aliter per Christū quam ex pane lignum vitæ erigendum tandē erat, vt fructus hos duodecim Catholicis offerret; sicut nona Enarratione dicendum latè erit. Bene ergo panes illi hos fructus exprimebant, vt fructus vitæ arboris à pane in lege noua, per Christum renouandæ; de qua quidem in Apoc. Ioannes clarè loquitur. Sed esto, quòd & signa signarint dicti panes; certè tum non Zodiaci; in illo met inuenta, sed hominis, in quo, vt in cælo, cælo ipso non parum digniore, hæc signa duodena verissimè offenduntur, signabant panes illi. Sunt nanque in quouis homine, non adeo *Microcosmo*, hoc est, minore mundo; sed potius *Macrocosmo* id est, mundo, quam terrenus, maiori & ampliori, præfata Solis signa, quæ in nobis considerantur à viris Mathematicis, & à Medicis ac Cherurgis non rarò consuluntur; non opera rationis mentaliter conficta, sed opere Creationis naturaliter inserta, ingenita, & innata; immatura sicut morte multorum comprobatur, si incisiones illi membro quod Luna tunc percurrit, ignare adhibeantur. Ita Venetus noster Cant. 1. tono. 6. cap. 17. cum proxime sequenti, quo loci sic concludit; *Quæ signa in homine à capite incipiunt, vsque ad pedes & fimbrias; vt cecinit Psalmista; sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron; quod descendit in oram vestimenti eius.* Nunc ordinem quo signa in cælo nostri corporis suapte disponantur, ad infráque descendant, cum ipsomet diserto auctore videamus.

Quid panes propositionis duodecim notarint.

Iosephus.

Fructus duodecim vitæ arboris in quanam re signati.

Apoc. 22. 2.

Venetus.

Psal. 132. 2. & 3.

Signa homini dominantia procedunt in hunc modum.

Quo ordine cæli signa dominētur super hominem.

119. 1. *Aries signum primum omnium, in quod Martio Sol ingreditur, dominatur super caput.*
2. *Taurus super collum proximum, quod iugo locus aptus.*
3. *Geminus super mox sequentes brachiorum geminatos; ac etiam fortitudinis humanæ portitores, & validos auctores.*
4. *Cancer super pectus Cancrum in costis repræsentans.*
5. *Leo fortis super latera, scapulásque fortes.*
6. *Virgo, vt mulier super ventrem, & ilia, quæ in mulieribus maioris sunt effectus.*
7. *Libra super partes corpus humanum sustinentes, librantes, atque pondere tam apto, quam & medio sedilia & semetipsis culcitram facientes.*
8. *Scorpius semper mordax, super inguina, non rarò prurstu mordicantia.*
9. *Sagittarius super femora, diligentiam præstans ibi ad opera & negotia humana peragenda.*
10. *Capricornus super genua, quæ saper benè flectit, & ad bona humilitate facilius impetranda, hæc nos flectenda docet.*
11. *Aquarius super tibias, ab aquis infestatas.*
12. *Pisces tandem super pedes, quibus gradimur, & natamus in mundi istius mari.*

Quæ signa noster Sol, non singula per menses, sed omnia semper simul percurrit istiusmodi.

Vt signa sint à Sole Eucharistico lustrata.

In capite benignius quam agnus Mathematicus; illustrando mentem hominis. Quod primum Solis munus ab agno verè

ceptum,

ceptum, dum inde cursum suum initiu Sol incepit, à nostru verò prorsus perfectum & consummatum; vt quamplurimis de luce hucusque patefecimus.

In collo longe fortius quam vtique cum Taurus super collum forte suum pergraue
Eucharistia quantom vniat, & collum sit principerea amoris Redemptoris. iugum trahit; ad tollendum Christi iugum donaodo fortitudinem; & feruidam ac robustam nil minus charitatem; vt cum capite supremo rationalis creaturæ, per illam in eibo bue quàm intimè ligemur. In collo naoq; corpus cum capite ligatur; & per feruidum calorem, qui secundus est effectus ac velut Sulis collum, ligantur res vnibiles; at nos per Eucharistiam, quæ calor atque collum amoris Christi est; vnde dicitur *Communio*; id est cummunis vnio; sicut cap. 4.
Dionysios. Bernardus. de nomin. Diuin. testatur Dionysius & Bernardinus tom. 4. ferm. 4. de Euchar. ar. 3. cap. 1.

In brachiis multò melius, quam in Gemini cum Sol amorem nostrum geminat, hunc ipsum geminando. Nam si amor ad
Amoris duo brachia corporez sunt catenæ. amplexus in brachiis geminatur, nus in brachiis geminamur amoris Dei & proximi, illu sane ab vnitate nostri colli descedente, & dulciter pendente; à collo nanque pendeot, qui brachiis seu catenis amuris se irretiunt; istu verò ab vnitate cum Deo procedente, quæ per ferculum Eucharisticum in hominè exercitur. Et tribis bis effectibus
Eucharistia Theologales virtutes secom tribuit. tres virtutes Theologales hic Sul in nobis creat; luce nempe veram Fidem, quæ cæli illuminatio; feruure, Spem virentem; quæ feruida est uptatiu & viridis expectatio bonurum futurorum; ac amure geminato geminatam Charitatem, quę duplici hoc amore, vt vita eorporalis calore, sustentatur: En Gemini vnde veniat ligamen duplicatum;
Ioan. 6, 56. *In me manet, & ego in eo.*

In pectore quu negotia prudentiæ dige-
Prudentia cur in pectore, & ipsa Cancer sit, aurigáque virtutum. runtur, & simul occluduntur, prudentiam nobis daodo; quæ vt pectus corporalia præire cuncta debet; vnde auriga vniuersarum virtotum nuncupatur. Quæ prudentia cum perfecta, vt Cancer retrugreditur, nimirum ad res præteritas memoria retrocedens. Ex rebus enim prius experientia pondetatis, prudentia comparatur; hæc autem in Eu-
1. Cor. 11. 28. charistia his verbis inculcatur; *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat.*

In scapulis quæ post pectus secundum locum ubtinent, & sedes sunt Leonis, prudentiæ necessariam fortitudinem ligando. Vana etenim prudentia tam ad bona facienda, quam ad mala sustinenda fortitudine priuata, & cassa, ac destituta; hæc autem ex pane venit cor hominis firmante; *Et panis*
Psal. 103, 15. *cor hominis confirmet.*

In ventre & ventris iliis, qui Virginis est locus, perfectam temperantiam, in eibis & lasciuiis; virginibus ac pueris præcipue necessariam, tam consulens, quam conferens. Vicina nanque sunt veutralia & genitalia, & pro ordine membrorum, vitiotum quuque ordo, iuxta Hieronymi sententiam ex-
S. Hieron. Zachar. 9. 17 oritur in nobis; quibus tamen auxiliatur; *Frumentum electorum, & vinum germinans virgines.*

A In sedilibus humanis, quæ signu libræ vis naturæ designauit, iustitiæ libram afferens, præcipuè coniugalis, in qua libræ, pundúsque oportet adhiberi, luxuriæ vt ioiustitia omnino deseratur, & proles taotum iusta ac iuste suscitetur; quam Mandragoræ comestiune Rachel desidetabat, vt in cap. 2. ad herbas Sacræ Bibliæ Liuinos bene explicat. Gen 30 15. Liuinus Lemnius.
At Mandragora apud multus figura est Eucharistiæ in 7. Cant. En quomodu Sol iste post virtutes Theologales, det etiam Cardinales; Prudentiam; Fortitudinem; Temperantiam; atque iustitiam, præsertim Matrimunij; quæ propriæ cum sit carnis, quamcunque longe superat. Nec turpe in partes tales influere Iustitiam, cum ista dari debeat in locis iniustitiæ; vt sanctus Rex putabat, Eucharistia quotum tribuat virtutes Cardinales.
B qui vtique dicebat; *Proba me Domine, & tenta me; vre renes meos & cor meum. Quia tu possedisti renes meus; suscepisti me de vtero matris meæ.* Psal. 16. 2. Psal. 138. 13.

In inguinibus Scorpio murdaci deputatis magnopere suadens cuntinentiam vidualem, quam fulcietat Scorpius remurdens ex obliquu; transactę nempe rei demulcens recordatio, quæ vt ista met bestiola, & cauda mentem ferit. Hanc autem bene Christus calcari secum fecit, dum dixit ad discipulos; *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super scorpionem, & super omnem virtutem inimici.* Sed vbi hæc nam potestas, nisi in isto Sacramento; ob quod fuit instituta potestas Sacerdotij? Luc. 10. 19.

C At cum absque diligentia virtutes omnes elaodicent, hæc nubis hîc præstatur ex illu Sagittario, qui charitatis suæ cuspide sagittat corda oostra; & qui sua dilectiune nus facit diligentes; nimirù diligentia, & amore versus Deum pollentes, & insignes; nam vtramque rem Latinè hue vetbum, diligentes significat, & merito, propterea quòd diligentes efficiat solus amor; & verè solus Dei; qui ver⁹ solus est; & qui triste oibil habet, subindéque nec frigidum, quod possit remurati. Diligentes amor facit, ac ideo viri amantes dis cuntor diligentes.

Sed fine humilitate spiritus labascit, & istam noster Sol in genibus largitur; quæ & locus Capricorni, & simul flexibilia naturą sua sunt, vt postquam flexa fuerint resurgant multo melius dicente Saluatore; *Qui se humiliat exaltabitur.* Luc. 18. 14.
D Quemadmodum ipse Sol ex signu Capricorni nil amplius se extendit, imò iterum, atque illieu, ascendit & regreditur ad alium mundi polum. Vnde tropicus vocatur, quod sunat retrogressiu, & ad loca superiora renouata repedatiu; quę datur in hac mensa; vbi in lueu nos sedere nuuissimo iubemur, quò tandem ad altiora hac via conscendamus. Quid signet hæc vox Tropicus. Luc 14. 10.

In tibiis verò Aquarij lacticibus obnuxiis, mondiciam baptismali non parum assimilatam, & tribuit, & exposeit; quæ in præuia lotione Iuannis figuratur. Ioan. 13. 1.

In pedibúsque tandem subiectis signo Piscium, virtutem binam eunfert, vt tam anima quam eurpore ad ipsum transnatemus; in cuius iam figura, vt Venetus pro- Venetus.
luquitur; *Felix omnino terminatur cursus Solis*

M

in Piſces, quos humani generis Redemptor, & verus mundi Sol comedit perfecto vitæ curriculo, transmutatus in meliorem ſortem. Quò per Solis Euchariſtici comeſtionem diſceremus, à ſalo mundi in ſolum & portum ſempiternum, pro interim nos piſciculos inſtabiles, & vagos aliquando transfretandos.

Apoſtoli duodecim eam Solis Chriſti ſigna; quam & panes propoſitionis, & fructus vitæ arboris eiuſdem prorſus numeri. Venetus.

120. Hæc melior, vt exiſtimo, duodecim ſignorum, iuxta panes propoſitionis duodecim expoſitio. Seu Veneti, qui per eos Apoſtolos intelligit Cant. 1. ton. 7. cap. 11. & 12. per quos Chriſtus Sol iuſtitiæ, vt per ſigna ſibi propria percurrit omnem mundum, cùm illos verbis iſtis, *Euntes docete omnes gentes, &c.* Matth. 28. n. 19. per totum miſit orbē. Qui affirmat præter hoc, vnumquémque Apoſtolorū ſub cæleſti ſibi ſigno correſpondente prædicaſſe; quod mirum valde eſt; & æquè viſu dignum; tam ibi, quam & infra Can. 3. ton. 8. con. 4. quo hic auctor vitæ arboris primarios ſanè fructus Apoſtolos appellat. Quæ vtique ſi Ioſepbus præfato modo diceret, cum illo quoque dicerem; quemadmodum quod ille diuerſa ſcribit via, ego dicere vel ſcribere nullatenus audebo. Et ſic Chriſto in Euchariſtia officium veri Solis tam multis A facienti, pro ſignis panes illi propoſitionis valde ſeruiunt; idque ſimul eò verius, quò hæc ſigna non diſiunctim, ſed coniunctim ſemper aſpicit; tam prædictos, quam & alios diuerſiſſimos effectus perpetuò producendo; iam fremens in Leoue, iam mordens in Scorpio, iam transfigens quoſque prauos in ſigno Sagittarij; in vnoquoquéque aliorum diuerſa multa faciens.

Quid Chriſtus Sol cū ſignis reſpectu noſtri habeat.

Antonin.

Vſſuna.

Vt Chriſtus Sol iuſtitiæ iuſtiſſimè per hæc ſigna illuminet mortales, de hoc S. Antoninus 3. p. tt. 31. cap. 2. §. 4. & Vſſuna in ſua parte meridionali nuncupata ſerm. in die Paſchæ, ad verba; *Orto iam Sole* Vt verò per hæc ipſa deſcendet ad iudicium, B Vſſuna atque Raolinus Aduen. ſerm. 1. qui concionem de iudicio adducunt ſatis pulchram. Sed quoniam terret nos iudicij nominatio, ad Virginis Deiparæ protectionem fugiamus; ipſa nanque in cælo eſt illud magnum ſignum Virginis, quæ totum Solem veſtit; & quæ tanta capacitate, pietatéque eſt plena, vt poſtquam Sol Diuinus ingreſſus illam fuit, ab illa nunquam amplios egreſſum vel diſceſſum quocunque modo fecerit, ſicut ſcitè & valde piè Viegas doctus affert Apoc. 12.

Raulinus.

Maria ſignū Virginis in lib. Apocalypſis.

Viegas.

ENARRATIONIS QVARTA PARS; & prima ſuper lucem Euchariſtica Excellentia; in eo quod vel etiam in tenebris hæc luceat.

Euchariſtia lux in tenebris.

121.  ARVM eſſet Euchariſtia cum luce concordare, ni eam ſuperaret; ſed longiſſimo interuallo hāc ſanè ſupergreditur. In quibus, videamus. Et in primis lux communis in tenebris non lucet, hæc autem vel in tenebris caliginum maiorum, ac noctium denſiorum præclaros fundit radios, vt inquit cæli Aquila; *Et lux in tenebris lucet.* Quod de tenebris ſpiritualibus intellectus & voluntatis expenditur ab Origene hom. 3. ſup. diuerſ. & à Chryſoſto. cum Auguſtino in commentar. ſuper Ioan. Has vero hoc Sacramentum claritate ſua vincit. Nam quæ tenebræ maiores quam tenebræ Iudaicæ. Omnem quidèm peccatorum excellunt cæcitatem; & tamen Rabbi Samoel in Epiſto. eruditiſſima quæ refertur tom. 5. Biblio. SS. PP. multa adducit ad comprobandum Euchariſticum myſterium; in quibus ſunt hæc verba Leuit. 26. *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis.* Vbi ille per vetuſtiſſima intelligit, & meritò Melchiſedechi Sacrificium; & per noua hæc vetuſtiſſima ablegantia & extrudentia, Sacrificium legis nouæ, qood antiqua Sacrificia longiſſimè à ſe pellit.

Ioan. 1. 5.

Origenes.

Chryſoſt.

Auguſtin.

Leuit. 26. 10.

Malach. 1. 10. & 11.

Quam rem iterum communit ex ore Malachiæ, *Non eſt voluntas mea in vobis;* vſque ad illud quod ſubſequitur; *Magnum eſt nomen meum in Gentibus;* è quibus ſic concludit: *Timeo, quod Deus eiecit nos à ſe, & Sacrificium* C *noſtrum; & acceptauit Sacrificium Gentium. Ergo apud Deum Sacrificium Gentium eſt mundius, quam noſtrum. Sacrificium panis & vini ſtatuit Deus in Gentibus, & reprobat Sacrificium carnium. Nam in pluribus Scripturæ locis Deus præcepit fieri Sacrificium de pane & farina puriſſima, & acceptauit illud, & tale eſt ſacrificium Gentium.* Hæc Samuel, quo clariſſimè probatur, vt in tenebris proſapiæ Iudæorum hæc noſtra lox effulgeat; multis aliis teſtimoniis & miraculis ſuppreſſis, quibus illi ſæpe ſæpius puniti remanſere, rariſſimè emendati.

Rabbini Sanctum agnoſcunt Euchariſticum Myſterium.

Secunda ſuper lucem Euchariſtica Excellentia, in eo quod à tenebris D *comprehenſa nunquam fuerit.*

Ioan 1. 5.

Chryſoſt.

Auguſtin.

122. ITa aſtruitur ibidem; *Et tenebræ eam non comprehenderunt,* quod declaratur à Chryſoſtomo; & ab Auguſtino in eo loco, ac etiam lib. 1. de peccat. meri. cap. 25. videlicet, quod nunquam Infideles comprehenderunt egregiam lucem noſtram, quamuis ipſi ſemper fuerint ab illa comprehenſi; quemadmodum Sol cæcos circundat, atque ambit, quin ideo modo aliquo ab illis videatur. Sed nos dicamus amplius; ita tenebras iſtorum ab Euchariſtia comprehendi, vt ipſi vel nolentes, & in eam ſæuientes, ac impetu irruentes, ab illa quam frequenter non parum comprehendantur, & in carcerem

Euchariſtia nunquam à tenebris Infidelium comprehēſa, eoſdem comprehendens.

ecrem veritatis tam clarè detrudatur, vt ipsam tandem apertè ac pulchrè fateantur. Hæretici profectò cum suo Berengario in Cap. *Berengarius*; d. 2. vbi errore suo agnito, abiuratione facta tertia, palinodiam recantauit; & cum vera confessione ac veniæ spe decessit. Et item cum Luthero, qui infestus Eucharistiæ, librum à se intitulatum de abroganda Missa priuata, scribere non timuit, sed solum de priuata, non verò sic de Missa absolutè ponderata; quam ipse non est ausus patenter incusare: non quidem quòd hoc viribus, ac mente non optauerit; sed quod Sacris Scripturis obiectis in contrarium nullatenus potuerit ad votum satisfacere; vt in episto. ad Argentinen. apertis verbis ait. Mahometani cum Alcorano, qui Eucharistiam cap. 4. reuerentia dignam vocat; vt auctor est Prateolus verbo Mahometus n. 16. Claudius de Sain. in repeti. repet. 5. cap. 3. & Suarez, qui hos refert tom. 3. in 3. p. disp. 46. sect. 6. in fine. Iudæique postremo cum dicto Samoele. Nec mirum, cum iam Lia, seu lippa Synagoga, & cæcus Isaac senex iuniorem filium suum benedicat pane & vino, quin sub pellibus alienis contectum comprehendat, sed tantummodo vestimentorum fragrantiam illius sentiat; iuniotis nanque populi odoratus vetus est mysteriorum suauitatem, omnino fragrantissimam; quem etiam pane & vino eximiè benedixit, seu multa de hoc pane ac vino pulchra dixit; sed tamen non agnouit, nec filium suum vidit; hoc enim vt artificium Rachelis pulchræ fœminæ, aspectúsque decori, & luminum micantium; nimirum Christi Ecclesiæ, per illam designatæ, & fide illuminatæ; eidemmet repositum, seruatum, & reseruatum solummodo existebat.

Berēgarius vt agnouerit Eucharistiæ veritatem.

Lutherus vt infestus, & testis Eucharistiæ.

Mahometus in Alcorano commendat Eucharistiam.

Gen. 27. 27. & 28.

Tertia super ipsam lucem Eucharistica Excellentia; in eo quod non solum has tenebras illuminet, sed pariter eliminet.

123. Sol tenebras illuminat, non quidem illuminando, sed eas dissoluendo, idque tempore breuissimo, præsentiæ donec suæ defectu reuertantur. At tenebras sol noster eliminat tam bene, vt aduersus quæque crimina perfectè illuminatis, nox amplius non recutrat, nec facie tristi redeat Thaulerus ser. 1. in Festo Christi corporis. *Sacramentum istud omnem cordis cæcitatem eliminat, homini sui ipsius confert notitiam, vnde & dictum est; Cibauit illum pane vitæ & intellectus.* Sic ille, qui non modicum in illo verbo inquit *omnem cordis cæcitatem*; Quod autem experientia multorum palam fit, proferri nunquam poterit. Nam pro Christo quanta faciat illuminata ab eo anima, sine lumine diuino nequaquā dici queunt. Paulus omnia arbitrabatur stercora vilissima, vt Christum lucrifaceret. Sancti verò quiqui alij vel flammas, atque ferrum pro Christo pertulerunt, vel ardenti desiderio perferre cupierunt; pœnitentiæque tam magna portenta perfecere, vt ipsi sine sanguine Martyrium superariot, & Martyres diuturniores euaserint ex pace, seu potius ex duello, ac gladio singulari, Altissimi quem Filius in mundum venit mittere; ad sanguinisque sui & carnis petulantiam à Deo postquam sunt completè irradiati, non amplius sint reuersi; quod in carne supra carnem est viuere profectò, & in Angelicam in hoc mundo iam vitam possidere. Augustinum Sanctum lege in Confess. & Soliloq. Considera opinionem veraciter dicentiom, in carne Deum neminem videre potuisse, quia ex tali visione impeccabilis mansisset; hoc autem nulli datum; vt asserit Dilectos; *si dixerimus quoniā peccatum non habemus, veritas in nobis non est.* Excepta illa columba, quæ concepta sine culpa, non vidit culpam vllam; ac ideo Deum vidit; vt tam certior quam communior multorum fert opinio. Quæ visio, vel de tempore Conceptionis sine macula, in qua maculam non vidit (cum nata tunc extiterit, & capax Dei conspectus) oportet subiotelligi. Stupenda sanè res, sed Deiparæ dignitati non parum consentanea, vt illa de qua dicitur in verbis Regis Vatis; *Fundamenta eius in montibus Sanctis*: id est eius rudimenta maiora quam fastigia Sanctorum vniuersorum, de qoibus valde anceps an viderint Dei faciem; quantumlibet de Moyse *Facie ad faciem* collocutum cum Deo inueniatur: inuenitur nanque simul *Posteriora Dei vidisse* faciem verò ipsius Dei nec illummet vidisse, nec ab aliquo mortali videri posse homine, quin ideo mortis faciē funestā prius videat; ne pòst vitam iam tunc visam, ad quæuis mortis opera videnda sit regressus; quod in Virgine impossibile; quocirca Deum vidit. Quare dic cum Psalmista hanc lucem postulante; *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.* Quia vbi à luce ista illuminantur nostri oculi, ibi pariter, & protinus eliminantur nostræ tenebræ; nec anima iam potest in morte dormitare, vel à principe tenebrarum caligine offuscari, vbi à vita illuminante præuenta luce fuerit, & amplè irradiata.

Eucharistia tam illuminat, quam tenebras eliminat.

Thaulerus.

Philip 3. 8.

Matth. 10. 34

Ioan. 1. 8.

Maria vt Deum viderit concepta recentissimè.

Psal. 86. 1.

Exo. 33. 11. 20. & 23.

Psal. 12. 15.

Quarta item super lucem Eucharistica Excellentia, quod illa vita careat, & nostra vitam habeat.

124. Lvx certè vitam fouet, sed vita prorsus cassa, nec valens vitam dare, cum nemo iuxta Philosophum det illud quod non habet. At nostra lux est viuens, de qua Ioannes ait; *In ipso vita erat; & vita erat lux hominum*: vt lucificans hæc vita, viuificánsque lux donaret vitam homini, cuius carnem tenebrosam vniuit sibimet, quò eam illuminaret, & vita cumularet. Ad hoc etenim ex viuentium descendit territorio, cum esset panis viuus, & ille qui sic dixit; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; vt mortuos reuocaret ad terram

Ioan. 1. 4.

Lux viuens & viuificans Eucharistiæ Sacramentum.

Ioan. 6. 51.

vitæ vberem; quemadmodum Chtysologus trigesimo serm. ex altero conuiuio, Matthæi, nempe, adhuc pecuniis & peccatis non parum Deo mortui, sic nostrum ad vitam dandam peroptimum considerat: *Venit ad prandium Christus, venit ad conuiuium vita, vt faceret secum conuiuere morituros. Iacuit resurrectio, vt de sepulchro resurgerent, qui iacebant. Decubuit indulgentia, vt peccatores leuaret ad veniam. Venit ad humanitatem Diuinitas, vt ad Diuinitatem veniret humanitas. Venit iudex ad reorum prandium, vt humanitus præueniret reatus sententiam. Venit ad languentes Medicus, vt reficeret conuescendo defessos. Inclinauit bonus pastor humeros suos, vt ouem perditam salutares reportaret ad caulas.* Hæc ille; cui nil video quod bene possit addi, nisi solum quod hanc lucem & vitam timeamus; nam & sæpe lux exurit, & vita semper necat, dum mortis vita porta; quò magis in hac vita, quę vitas perdit omnes criminibus immersas. Vnde Angelus de ista itata mũdo vita, Ioannis ore loquens, non equidem per Deum mortales occidentem, sed *Per Deum viuentem in sæcula sæculorum*; ad amplius perterrendum, & homines minandos rectissimè iurauit.

A

Chrysolog.

Christus medicus, & quantum officiosus pro infirmis.

Vt vita semper necet, interius, & exterius.

Apoc. 10. 6.

B

Quinta super dictam lucem Eucharistica Excellentia, in eo quod non solum hæc viuens sit suapte, sed etiam mentis compos.

125. NOn solum vita prædituś, sed etiam intelligentia; rationalisque proinde est fulgor Eucharisticus. Viuens quidem per Diuinitatem, quæ ipsa vita est, de qua dicitur per hominem Diuinitati copulatum; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; rationalis vero lux per suam humanitatem, de qua ibidem additur; *Et panis quem ego dabo, caro mea est.* Quia humanitas apud Ioannem sub carnis latet nomine; *Et verbum caro factum est* & homo in creaturis ratione solus præditus. De quo cibo rationali immediatè subligatur; *Pro mundi vita: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*; Nam omnium vita hominum, humanitas est Christi; non quatenus humanitas, sed qoatenus viuificanti Diuinitati coadunata, à qua caro ex se mortalis vim habet dandi vitam; vt explicat Pagninus lib. 10. cap. 13. Isago. super Bibl. & ex recentioribus Toletus Maldonatúsque Ioannis exponentes sextum caput. Ergo verus cibus hominum humanitas hæc sola Deitati vinculata; fuit etenim peccatum per sensus, atque illicò per hominis tationem, à primo contra Deum teterrimè patratum; quapropter nullus cibus viuificus ei foret, excepta Christi carne, quę Deo vt coadiuncta, largiflua vitæ est; & vt sensibus, ac simul rationis nostræ particeps, cibus hominum rationalium per sensus deceptorum; vt medicamen adamussim languori correspondeat; sicut dixit Aogust. lib. 50. homil. homil. 43. *Caro te cæcauerat, caro te sanet.*

Ioan. 6. 51.

Rationalis quanã via sit fulgor Eucharisticus.

Ioan. 1. 14.

Vnde vitam carni Christi donare sit ingenitum.

C

Pagninus. Toletus. Maldonatus.

D

Cibus hominis cur verus dumtaxat Christi caro.

S. August.

Excellentia quæ est sexta Eucharistiæ super lucem, in eo quod dumtaxat rationalibus illuminet.

126. MAgna lucis ignobilitas lucere brutis est, & lux esse non tantummodo imaginum Dei hominum, sed etiam iumentorum, ferarum, & belluarum, & insectorum perinsignium horrore, ac nocumento, à qua abest lux quæ homines illuminat dumtaxat; *Et vita erat lux hominum*; *Panem Angelorum manducauit homo*; Non Angelus, non pecus, sed homo, qui est solus rationalis creatura, non intellectu solo gaudens, vt Angelus; sed ratione, quæ intellectus est in carne; & per sensus verè carneos, à quibus manuducitur, in intelligentiam & intellectum ratiocinando sese eleuat; & intellectualis hac de causa vocatur aliquando. Vnde & panis intellectus hic cibus nuncupatur; *Cibauit illum pane vitæ & intellectus.* De quo cibo rationali rationales illustrante sic Gregor. Nazianz. Orat. 21. *Quod rebus in sensus cadentibus est Sol, hoc iis quæ animo & ratione intelliguntur, est Deus. Ille enim mundum hunc visibilem collustrat, hic inuisibilem, ille corporis afficit oculos, hic mentes diuinas reddit.* Quod autem per Euchatistiam hæc fiat collustratio in discipli. Monachorum; cap. 19. S. Laurent. Iustini; in istum modum asserit; *Fit ex ipsa sumptione virtutum roboratio, intellectus illuminatio, & omnium bonorum participatio.* Augustinúsque peroptimè in Psal. 33. conc. 2. *Accedamus ad eum, & illuminemur; non quomodo ad eum accesserunt Iudæi, vt tenebrarentur. Accesserunt illi ad illum vt crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de Crucifixo obtenebrati sunt, nos manducando Crucifixũ, & bibendo illuminamur.*

Ioan. 1. 4.
Psal. 77. 24.

Rationalis quare lux tantummodo Eucharistia.

Eccl. 15. 3.

S. Gregor. Nazianz. Deus lumẽ animarum.

S. Laur. Iustin.

S. August. Vt lux in Eucharistia bibatur, & edatur, quæ ideo lux potabilis ac simul manducabilis.

Excellentia quæ est septima Eucharistiæ super lucem, in eo quod hæc nostra sit lux originalis, & simul immutabilis.

127. ITa à S. Iacobo vocatur hæccè lux; *Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum*; (en lux originalis) *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* En lux non permutabilis. Nam & ipsa lux visibilis à nostra deriuatur, dum ob eam significandam tot ac tantis circunstantiis à Deo est procreata. Nec luces inspirationum, & internæ illuminationes, quæ superant externas ab ista non descendunt. Quæ etiam vicissitudine alterna non mutatur, vt pro orbium varietate lux eius varietur. Hincque firma lux hoc sacrum à Vate nuncupatur; *Et erit firmamentum in terra*; Triticum enim seu frumentum pro verbo firmamentum affertur hoc in loco à moltis versionibus. Et bene tale triticum non frumentum

Iacob. 1. 17. Fons luminum Eucharistia & quæ occasum nescit; ni casus vel occasus in homine præcedat.

Psal. 71. 16.

sed

sed firmamentum à Psalte nuncopatur; quia animæ imbecilli importat firmitudinem, imbellésque corroborat. Quam lucem nos amemus amore incommutabili; cum & ipsa sine motu in bonum nostrum luceat; de qua S. Augustinus tract. 2. sup. Ioan. hoc ipsum nos exorat; *Noli cadere, & non tibi occidet hic Sol; si tu feceris occasum, ille tibi faciet occasum.*

S. August.

Octaua super lucem Eucharistica Excellentia, dum voluntate & libertate illuminat mortales.

128. SOl non potest voluntate, cum ipsa prorsus careat, sed naturali necessitate compulsus lucē dare. Verùm Sol Eucharisticus voluntate & libertate, ac amore lubentissimo pro nobis semper actus, hanc fundit abundanter; vt moltis iam probatum, probandúmque est semper, quotiescúnque de Eucharistię amore sermo redeat. Nunc oblongam Enarratiooem exoptans terminare, re quadam satis hilari, venusta, atqoe symbolica, aspecta in prima facie; miranda verò intus, miraculóque summo, & summo affectu plena, hoc volo meo caodido lectori non negare. Videlicet, figura cuiusdam pulchræ Hostiæ, quam Parisiis,

Voluntate, non necessitate, nec coacta, sed amore pro nobis summo acta collucet Eucharistia

A inter multas, quæ ibi, vt in permagnis venales fiunt vrbibus, in istum modum reperi. In cuius quidem medio imago est Crucifixi, & sub pedibus illius in medio Crucis ligno, depictus quidam circulos, sphericus seu globulus coruscis radiis septus; qui ob radios simulacrum videtur esse Solis; prout mihi priusquam historiam scirem, visum; sed Hostia tamen est, quam tibi iam recenseo, cum nomine Iesu in sui meditullio, à quo procedunt radij, feliciter inscripto. Sub Hostia vas est quoddam, caldaria noncupatum, vbi tanquam io terram missa, defixáqoe disparet prædictæ Crucis radix; & B subter hanc caldariam succensa quædam ligna, vi quorum flammę aqua, qua illa plena apparet, videtur ebullire. Vtrumque vasis latus complicatis cingunt geoibus, tā agni, quam & aquilæ insignibus notissimi, Ioaones duo illi egregij Christi testes; ad dextram nempe primus, secundus verò ad læuam, adorantes prono cultu præfatum Crucifixum. Et in Hostiæ, non minori, quam globulum hîc appello, sed maiori circunferentia, spinea & spinosa quamplurimum corona; quæ velut iotra rubum non parum senticosam manere facit omnia hucusque memorata, quemadmodum repræsentat C hæc ærea figuratio.

Hostiæ Sl. & Parisinę mirabilis effigies, & casus recensitus.



Quam Hostiam multo tempore ob Christicolæ alicuius contemplationem voluntariam, disertam quáuis valde, ac lepide ænigmaticam putaui effigiatam; quapropter ego illam de igne amoris nostri vltronei & voluntarij, quo Christus in hoc cibo ardescit, & comburitur, incepi interpetrari. At alitius res se effert; non etenim conficta, sed vera protsus fuit, quam offert nostris ocu- D lis tam celebris effigies; quæ mihi plana facta, cōperta, & explorata; cum ob aliquam notitiam miraculi Parisiis peracti iam acceptam, in Patrum Carmelitarum, Monasterium Sacramenti, vel etiam Billetanum; nimirum pt opter domum Iudęi, in qoa fundatum, cōmuniter vocatum, in Octaua diei Paschæ, qua ibi talis casus quotannis festum agitur, & in meæ Parisinæ residentiæ

tertio anno, me inuisum, visúmque prodigium tale contuli. Vbi equidem in Sacelli altari principali picturā inueni Hostiæ quā hactenus descripsi; excepta tantum effigie Ioannis vtriusque, cuius pariter tum temporis & ratio mihi patuit; quia pertinet is locus ad Ecclesiam satis proximam Sancti Ioannis de la Greua; in cuius magno altari iuxta ordinem descriptū Ioannes duo sunt; miraculique facti in Monasterio Sacramēti, reuerenter Sacra Hostia incolumis seruata; quocirca eodem die est ibi simul hominum nil minor affluentia: exceptóque æqualiter circuitu spinarum, quæ ob plurimos aculeos ab illo Iudæo impio inflictos huicce Hostiæ, quasi murus tormentorum, ac carcer cruciatuum, summopere illi quadrant. Historia sic se habet.

Miraculi Parisini mirabilis historia.

Cum clauum S. Petri Octauus Bonifacius, & Philippus pulcher Sceptrum teneret Galliarum, millesimum ducentesimum nonagesimúmque circa Redemptionis nostræ annum, in Paschali solemnitate, qua Christiadę de more & iussione Ecclesiastica suscipiunt Christi corpus, quædam fœmina Parisiensis hoc voluit adimplerę; quæ tamē, quia inops, ornatiorem vestem suam, qua similibus diebus in ędem Dei prodibat, Iudæum penes quendā (vt omnes ferè sunt) iniustum numularium, habebat pigneratam. Hanc autem quūm pecuniis redimere non poterat, ab illo supplex petiit, vt pro corpore Dominico dumtaxat manducando ei vellet commodare; cui annuit libentissime infamis vsurarius, & argentum fœneratum remittere promisit, si Hostiam, in qua credebat adesse Christi corpus, latenter reseruaret, ad ipsúmque deferret. Acceptat mulier impia, & pauper, atque fragilis sacrilegum contractum, à cuius obseruantia nec vnguem latum exit. Discessit, & tam veste, quā dolo conuestita, ad mensam Dei accessit, cuius ibi corpus sumpsit studio traditoris, vt quod ille Iudæis quondam, hoc ista Iudæo traderet. Ecce osculo pacis fucatæ præbet os, cui maleuolum hac de causa hospitium dat in ore, vt illud necet corde, & tam manus, quam & pedes adhibeat eius morti; ipsius nanque corpus sub pane delitescens à lingua simulanter transmutat in linteolum purgando naso factum, ac protinus in domum Iudæi se conuertit. Ille recipit eo animo, quo Patres eius Christum, vt nihil mitiorem, sed potius acriorem renauet Passionem, quā quidem in pane sancto atrocius multum egit; nam cum in primo loco cultello pungitauit; deinde duris ictibus malleoli percutere, virgarúmque flagellis vlterius verberare pro viribus studuit, & frustra consummauit. Sed in ignem præterea proiecit Sanctam Hostiam, è cuius illa flammis festina volitauit; quā voluit cultro graui post ista dissecare, & malum post prædicta in cassum hoc pertētauit. Ad hæc, posti ligatam mucrone petit lanceæ, & tandem intra caldariæ feruentem mittit aquam; è quibus cunctis sæuis illatis cruciatibus superstes semper mansit, & sanguinem in vnoquóque illorum largè fudit, ita vt aquam ebullientem, quantumuis primo tactu reddiderit sanguineam hæc Hostia Sacrosancta. Nam illa super aquam statim se leuauit; & quod magis stuporem humanæ mentis, commouet, non in Hostiæ iam figura, sed in veri Crucifixi apparuit tunc imagine; hócque denotat pictura cum Hostia super aquam, & cum Christo Crucifixo ab Hostia seu Particula Diuina egrediente. Quo vxor & infantes Iudæi sunt molliti, ipse vero perquam iustè in pœnam tantæ culpæ interius obduratus. At verò quod secretò in domo sua fecerat, per vnum è dictis pueris, qui puras canunt laudes, erupit citò foras. Stupent quiqui audiunt, in quibus quędam mulier vicina illius domus, Dei igne penetrata, cum vasculo de more petitum venit ignem, non vt ignem simulatione quæsitum secum deferat, sed vt ignis voluntatis Diuinæ tam eximij aspiciat claritatem, consideret prodigium, & examini scintillantem subiiciat veritatem; cuius animum remunerans piissimus Redemptor, in vasculum prædictum prosiliit Sancta Hostia; quam ipsa tulit fœmina S. Ioanni de la Greua, parrœciæ propiori, & satis principali; vbi vsque ad nostra tempora decenter asseruatur, & singulis bis annis, tam in Festo diei Paschæ, quam in octaua Christi corporis deuotissime in processione solemni circunfertur.

Psal. 8. 3.

Mulier quædam Parisina Sacrilega Eucharistiæ.

Eucharistiā Iudęus quidam Parisiis vt coemerit & postea vulnerauerit.

Iudæus vi torturæ confessus est piaculum, sed tamen illi hærens, in ipsóque persistens, incendio viuus traditur; quæ Episcopo & regali præsente Magistratu maturè sunt peracta. Familia istius impij abluta est sacro fonte; quod multis & Iudæis euenit Gallicanis; reliqui verò qui Baptismū peruetsè reiecere, eiecti sunt ex Gallia. De muliere delicti quid actū sit, non legi, fortassis quia clarum, acturam pœnitentiam; & fore vt pœnas lueret interius ac exterius tam magni Sacrilegij. Iudæi vero domus æquata solo est, ac sale seminata, & mox in eius area erectum Monasterium, quod etsi à Carmelitis sit nuper habitatum, ab aliis prius fuit possessum ex eo tēpore, quo iussu dicti Regis Ioannæque Reginæ in tantæ rei memoriam hæc domus fuit illico ibidem fabricata. Quæ sanè in sui facie non male refert istam descriptammet ætatem; vltra titulos quos habet, & seruat illibatos præfati fundamenti; inscriptionésque nonnullas lapidibus insculptas; ac aliquas imagines eiusdem antiquitatis; quæ pariter non desunt in Ecclesia de la Greua; & quæ debent nullo modo (vt precor) renouari; vel minus aboleri; sed in ipsa vetustate cortinis & clausuris pro viribus seruari, vt miraculi recordatio virescat in æternū. Quod causa cum maiori cultello debet fieri; qui satis reuerētet, obductus Christi sanguine, cristallóque inclusus, Angelorum argenteorum, exterius auratorum, duorum super manus; in prędicto Sacramenti habetur Conuenticulo; vbi etiam custoditur caldaria memorata, & vasculum in quod Hostia

transiliit

transiliit ex caldaria. Vltra aliquas Processiones, quæ in octauo die Paschæ, ea antiqua traditione successiuè continuata, & annuatim communita, ab aliquibus Parœciis conueniunt hunc Conuentum; in quo certè tres ad minus sub tempus Vesperarum, venerunt me præsente. Hæc autem cum Scriptorum auctoritatibus multorum, quos refert. P. Milon in Gallico tractatu, quem doctè atque deuotè de re præsenti edidit; & eum literis Regalibus hoc ipsum contestantibus, ac eum gratiis & priuilegiis, Pontificiis diplomatibus, concessis satis large præfato Monasterio; cumque loco in quo narrata hucúsque contigerunt (quæ maior ac nobilior est ciuitas Europæ) Prælatis coram illis, qui Dionysio successere, & in illorummet conspectu, præstantia, ac multitudine, inter omnes qui tunc erant, vt hodie sunt frequenter, in Orbe doctiorum; nil minusque piorū; totius terræ ambitu Gymnasio in meliori; hæc, inquam, cum his omnibus annexis circunstātiis, quid allud verè sunt, quam firma & inconcussa veritatis Christi corporis in Eucharistia testimonia?

Parisium commendatum.

Ergo pariter probationes clarissimæ & firmissimæ, non necessitate, sed voluntate hic Christum perlucere. Non etenim contentus claritate & veritate locorum sacri textus; Sanctorúmque Doctorum confessionum solidarum; ac valde robustarum; necnon etiam traditione Ecclesię tam antiqua; vt huius pręter illud initium in Cęna Domini, sciatur nullū aliud; vlterius quòd & semper hęc fuit obseruata, in ipso Christi corpore quotidie consecrando; & reuerentia perquam summa pro ægris asseruando; non dumtaxat in Latina, sed simul & in Gręca; Armenica; Æthyopica; Chaldaïcáque Ecclesia; quę collectę Ierosolymis in Conuentu S. Sepulchri nostri Ordinis hoc faciunt; quibus omnibus sufficienter, & quantum satis est, necessitate illuminabat; his, inquam, non contentus, miraculo tam magno peracto in Vrbe tanta, voluntate sua pia, & magna versus homines, hos planè illuminauit. Quod possumus & dicere de miraculo Bruaellensi, in Flandriæ capitali; & de Miraculo Drachotensi in Valentia & Arragonia quam valde celeberrimo; de miraculóque etiā Vulsinensi; Seueldano; Bauarico; Aufidensi; Duacensi; Gregoriano; Brozēsi; Middelburgēsi; Fauernann; Complutensi; quę affert, & enarrat Biuerus summo in fine Conuiuij Sapientiæ. Quibus debent superaddi Miraculum Diuionēse metropoli in Burgundiæ; & Miraculum Sanctarenense in regno Portugalli; quæ ciuitas non est Episcopatu decorata, est nobis vt Maritum, totius regni nostri illustris longe villa, & oppidum secundum, in multis prius primo. Omissis multis aliis, quæ possent cum his bene & æquè annumerari; ac etiam quæ vt vim maiorem secū faciant, superstant illibata, cum Hostiis & quā multis adiunctis testimoniis, quæ fidem valde augent. Immortales illi gratiæ, qui tam ampla voluntate in locis tam nobilibus nos voluit collustrare.

Miracula quam plurima perpetua, & Eucharistica.

Hæc Hostia Parisinæ pictura, & enarratio; quam quidē Nouarinus, vir noua semper eruens, inter multas, quas in Agno adducit Eucharistico, potuisset cunctis illis vtilius interserere. Inanis atque vacuus in hoc illius labor; cum vnusquisque cælatorum quæ velit ipse, cælet; vt asserit Horatius;

Nouarini ethymologia, laudatio, & suggillatio.

Horatius in arte.

——— Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Peculiaris forma sua ad Hostias efformandas, est ferè cuique pago; quapropter si & plura hic Doctor percurrisset, plures formas inuenisset; nec ex orbis tam diuersis, vt ait ille, partibus, ad ipsum foret opus has Hostias transmittendi; mirum certè oppidolorū tot formas eum boatu nonnullo recolligere, Parisiorum verò illustrium, vel Hostiā non rescire, vel peius, hāc negligere. Quę sanè ob reuerentiam miraculi tam magni, meretur, quod & precor, ac moneo Parisinos, vt alterius cuiuscúnque figuræ præter istam, quantumlibet deuotas, ad Missam Sanctam Hostias, habere prorsus nolint.

Eucharistiæ super lucem penultima excellentia, in eo quod hæc nostra à cunctis manducetur.

129. QVod ista lua edatur, sæpissime iam dictum; nunc idem repetendum te quadam satis grata. De Appollonio Tyanæo tom. 3. Episto. 3. certificat Hieronymus, addiscendi multa regna studio peragrasse; & præsertim *vt tamosissimam Solis mensam videret in sabulo*; de qua mensa famosissima, quæ illa certò fuerit, famosissime nescitur, & prorsus ignoratur. Sed vt breui me expediam, tria sunt apud Lyranum in explicatione huius Epistolæ, quæ Bibliis anteponitur, apud Erasmúmque Epistolam in operibus Hieronymi eandem scholiantem, quę puto operæpretium si in publicam notitiam hoc modo reuocentur.

Lux quæ nam manducabitur.

Hieronym.

Lyranus.

Erasmus.

Primum, auream dictam illam fuisse Solis mensam, & hoc saltem quam sufficiens, vt eandem cunctis redderet famosam, & commendabilem; etsi non Appollonio, qui auto sapientiæ terreno meliore dumtaxat inhiabat. Hanc autem à piscatoribus Myleti casu esse in quodam iactu retium feliciter extractam; super quam inter captores, iacturæque emptorem litigium ventilatum; donec Delphico oraculo pro iudice appellato, Thaleti illi Milesio Sapientissimo tunc Græcię, decreto fuit publicè per ipsum adiudicata; & postea successiuè à reliquis sex Græcis præclaris sapientibus, quasi iure hæreditario possessa, & magni habita; quousque Solon vltimus, ne isti plures essent, eidemmet Appollini à Delphis venerato, hanc mensam dono dedit. Secundum, non iam auream, sed aream quandam terræ, in loco sabuloso arenosóque plantatam, seu potius complanatam, fuisse mensam istam, in qua præfatus Thales Astrologicas figuras, quibus ille deditissimus, nec minus

Mensa Solis quæ in sabulo extitent antiquitus.

peritiſsimus, delineare conſucuerat; quapropter ad tam celebrem inuiſendum ſapientem, ſapientiſsimus vir alius, tot regna perluſtrauit; ſic Sanctus Auguſtinus lib. 8. cap. 2. in ſuo tom. 5. Tertium demum eandem menſam in Æthyopia campũ quendam extitiſſe, quo indigenæ ante Solẽ exorientem, vim magnam carnis aſſæ quotidie reponebant, vt Sole procreatam ibidẽ perſuaderent; qua, illo iam emerſo, cuicúnque veſci licitum; qua de re quamuis nugæ aniles videantur, recordãtur Herodotus, Pomponius, & Solinus, adducti per Eraſmum: nec fabula haecce paucæ quamualde vaniores tum temporis à multis ad vnguem credebantur.

Auguſtin.

Herodot. Pompon. Solinus.

Iudicium ſuum cuique, mihi verò in qualicúnque ex modis recenſitis non parũ hæc Solis menſa colludit Euchariſtiæ. Nam ſi ſeptem ſapientũ hæc menſa fuit hominum, quæ magis Solis menſa, quam quæ ſeptem Sacramentis ita à Deo præparata, appoſitáque fuit, vt tunc nomẽ Sapientiæ Deus ipſe ſibi inuenerit, vel ſumpſerit, cum dicitur; *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, miſcuit vinum, & poſuit menſam.* Si autem in ea Thales effectus & defectus, perita experientia, Solares depingebat, quę melior Solis menſa, quam illa, in qua effectus, ac veri Solis etiam defectus deſcribuntur? Defectus in Eclypſi occultæ majeſtatis, impietatiſque nõ paucies aduerſę Chriſti corpori, ludibriis hîc expoſito; effectus verò in bonis quę plurima operatur; & licet clam, omnigena, clementi ab eo fluxu perpetuò deriuantur. Et ſi tandem menſa Solis, quę quotidie carne aſſa vbertim replebatur, quę aptior talis menſa, quam ea in qua perenniter manducatur caro Agni, quem *aſſum tantum igni* Deus edere iubebat? Hæc igitur, & non alia Solis menſa famoſiſsima; vbi quidem inueniuntur famoſiſsima miracula, excellentiſsimáque pariter emolumenta, & documẽta ad homines cibandos, docendos, illuſtrandos, & auro non terreno, ſed cælico ditandos; ad quam currere cum Appollonio ex plagis remotiſsimis, hoc opus, hicque labor, ſeu amor ſummus eſt; & gaudium cum amore; cum gaudio verò ſancto vtilitas & honor; pro quibus vel volare non eſſet nobis pondus. D. qua menſa illuminante, cibante & nutriente ſcribit cęli Aquila; *Et lumen eius ſimile lapidi pretioſo, tanquam lapidi Iaſpidis*; qui lapis virens eſt; vt Chriſtus hîc vireſcens exiſtat, & niteſcens. At vero quęque nitent, inuitant ex ſe ipſis; quę autem virent, cibant; vt adnotat Andreas Cęſarien. in hunc locum; quare ad menſam ex ſemetipſa inuitantem & ſaturantem toto & pleno noſtrę animę remigio conuolemus.

Prouerb. 8. 2. & 3.

Vt menſa Solis ſit Sanctiſſima Euchariſtia.

Exod. 12. 9.

Apoc. 21. 11.

Quid lapidi ſit Iaſpidi, ſubſeruiens Euchariſtię.

Andreas Cæſarien.

Decima, eaque ſuprema communem ſuper lucem Euchariſticæ excellentia, in miraculis quæ iſta, vt illa nullà, facit.

130. NAturalis eſt in cunctis lucendi circunſtantiis, non autem modo vllo miraculis ſplendens Solaris claritudo; ſupernaturalis vero noſtra, prodigiiſque tam diues, vt miraculis ad intra ſcateat demirandis, & multa ſimul faciat ad extra ſatis mira; è quibus duo tantum, in luce perpetratis, ne lucem deſeramus, pro interim expromemus. Primum ſanè quod affert Spina lib. 3. impoſsibili. 24. in Fidei Fortalitio, vbi Ioannis poſt Baptiſma, Conuerſus, nuncupati, conuerſionem ab eo ipſo ſcriptam ſic adducit, & deuotè modo ſuo enarrat in hęc verba; *Antequam ego Ioannes reciperem iſtam legem, de iſto Sacramento multum dubitaui; & loquutus ſum frequenter de iſta materia cum quodam Prouinciali Miniſtro fratrum Minorum in Valleſoleto, nomine F. Lupus de Famuſto, qui erat nimium literatus; & non acquieſcebat animus meus ex dictis ipſius; qui propterea fecit deuota ieiunia, & orationes aſsiduas ad Deum, vt me dignaretur in iſta materia plenius illuminare. Et quadam nocte, dum dormirem, vidi in ſomniis quendam hominem veſtibus albis indutum, qui domum meam adinſtar Lunæ claræ replebat; & cum interrogaſſem, quis eſſet, reſpondit; Ego ſum Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, & dixit mihi. Scias, amicum meum Miniſtrum Minorum deuotè Deum pro te oraſſe, vt dignaretur te in hac materia confirmare, & dubiis de hoc Sacramento penitus remouere; quod vtique Sacramentum ſit in memoriam Sancti Meſſiæ; & tu recipe deuotè, & crede, quia ſic ſe habet rei veritas; & in iſtis verbis cor meum aliquantulum acquieuit. Sequenti nocte vidi obtenebratum totum mundum, & Iudæi interrogabant; ſi hæc obſcuritas proueniſſet ex eclypſi, & omnes timebant, & ſe ſub meis veſtibus occultabant; & deinde remittebatur illa obſcuritas paulatim, & videbam Solem pulcherrimum in luce ſua, & videbam in ipſo quandam fæminam, & vnum puerum pulcherrimum; & de ore pueri lux clariſsima pullulabat; & petebam viſionis expoſitionem, & reſpondebatur mihi, totum mundum obſcurum fuiſſe ante aduentũ huius paruuli; & de ipſo exiens lux reſplenduit toti orbi; & ex tunc à corde meo omnia dubia ſunt ablata; & dixi cum Anna. 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Non eſt Sanctus, vt eſt Dominus; neque enim eſt alius extra te; & non eſt fortis ſicut Deus noſter.*

Fortalitium Fidei.

Miracula Euchariſtiæ in luce demonſtrata aliquibus Iudæis.

Aduentus Chriſti lucem inuexit orbi toti.

1. Reg. 2. 1.

Secundum verò iſti nullatenus inferius ab illo magno viro, & Verbi Dei pręcone Archipręſule Valentino, adſcripto iam cęlitibus, B. Thoma de Villa noua, in Feſto Chriſti Corporis ſecunda Conci. allatũ & recenſitum. Vbi ait quendam ſibi Iudæum Baptizatum morientẽ detexiſſe; quòd cum ipſe cum alio Hebreæ gentis puero, vt parentum inter ſuorum negotia factitarent, in

B. Thomas de Villa noua.

pueritia

pueritia viam carperet, inter loquendum desiderium Messiam contuendi in eis exarsisse, quando iam imminente crepusculo nocturno; *Mirum ex vna parte cæli fulgor splenduit, vt ex illa planè cælum apertum esse videretur.* Et quia à patre suo hic puer cum tenellus existeret, audierat, vt si cælum aliquando videret reseratum, id est fulgore magno plus solito splendescens, ab eo quidquid vellet, fidenter postularet, nam manu profusissima tunc omnia illi concederet; ipsi vnà propter hoc io genua prouoluti, obnixè & instantissimè à Deo sunt precati, vt Messiam tam impensè à Iudæis concupitum, & summè peroptatum vtrique demonstraret. Ecce in medio splendoris apparet calix fulgidus cum Hostia superposita, vt à nobis moris est depingi, & adorari; quo inspecto, atque sibi inopinanter patefacto, timore magno ambo mansere stupefacti; *Et exinde confirmati in Fide, credidimus (dicebat vir prædictus.) Domum reuersi pueriles timore perculsi, patribus nostris rem* A *celauimus. Ego tempore procedente Sacro fonte me ablui; de alio, quid factum sit, penitus ignore.* Sic ille moribundus B. Thomæ de Villanoua; à quo periit vt vniuersis rem istam diuulgaret.

Hæc in lucis figura de Eucharistiæ Sacramento fuerunt mihi obuia, longiora quam optaueram; vtiliora, faxit Deus, quam possint à me homine tam paruulo exoptari, & simul expectari. Non vt tædio te afficerem me tandiu dilataui, sed vt sanctum sacrificium pro viribus laudarem, & quæ habet cum creata communia luce tibi pro modulo indicarem. Nunc dicendum mihi superest cum dulcissimo Bernardo, quod ille de Maria hom. 2. in Missus est huiusmodi est profatus. *Sed iam pausandum est, ne & nos vno transitu claritatem tanti luminis intueamur. Interim autem ex deuota scintillantis syderis consideratione feruentior reparabitur in sequentibus disputatio.* S. Bernard.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO SECVNDA,

QVÆ DE MVNDI CREATIONE SECVNDA QVOQVE EST, IN FIGVRA CREATI HOMINIS.

Super Gen. verba cap. 1. n. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c.* & Ioan. 6. n. 56. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Quæ numero duodecimo conciliata inuenientur.

DE CONTINVATIONE NVMERVS I.

Vt hominis creacio Eucharistiæ primò primùm mysterium denotauerit.



ON solum in prima, & omnium illustriori creatura hoc Sacrum nobis pingere piissimus Deus voluit, sed simul & in vltima, nobiliore & perfectiore profecto vniuersarum; inter quas, etsi tempore & loco distantissimæ, propinquitas est magna, prout Philo de opificio scribit per hæc verba: *Principium & finem Deus volens inter se coaptare, vt res necessitudine coniunctas; & amicitia; principium quidem fecit cælum, finem vero hominem*: qui luci in cælo positæ hæc propter correspondet, & valde symbolizat; vt de primo vsque ad vltimum, de lucido ad lucidius; de bonóque ad melius; & de re perfectiore ad aliam perfectissimam; tam opera, quam & loca celebriora saeri textus huius esse Saeramenti figuras nosceremus. Quoeirca eùm ex limo Deus hominem excitauit, iam illum principaliter huic fini destinauit; non adeo vt creaturis inferioribus, & sibi subiectis imperaret; *vt præsit piscibus maris, &c.* & omnibus pro libito, ac ductu rationis, vt vellet, frueretur; sed vt istudmet mysterium per hominem primariò in mundo signaretur; quousque iam in fine instituto sæculorum, illo homo potiretur; & interea magno eius hiatu teneretur; debet enim vehementi studio præoptari, quod debet excellenter æstimari, & honorari; aliquandóque nil minus pacatè possideri, quod ideo

Philo.
Cælo homo quam affinis, propinquus, & persimilis.

A vt sit à nobis possessum Deus concessit. Vnde puto hanc sententiam. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, non adeo de similitudine ad imaginem Christi corporis in Eucharistia depingendã, quam ad ipsam possidendam, & tanquam finem nostrum, in fine cousequendam, intelligi oportere; ita vt illud, *Ad*, appositum, non solùm rei effigiem, sed potius magis causam finalem prorsus denotet. Res mira, & quæ nonnullum præ sui nouitate, stuporem secum afferet. Et vero nihil noui iu huiusmodi explicatu; pro cuius fundamento sciamus primo loco, an illa Dei imago signarit Christi corpus; quod si faustè aperuerimus, & cuncta nobis cedent. Cœptis adsit Dei-
B para piissima Maria, quæ vitæ est spiraculum, qua homo sempet fit in animam viuentem; vt de Virginis Contemplat. cap. 5. sic scribit peritus idiota: *Maria verè est spiraculum hominis, quia peccator per ipsam respirat in spem veniæ & gratiæ.* Vt qui pedem sine Virgine mouere loco nequeo, imploratam ipsius manum propitiam mihi sentiam.

Gen. 1. 26.

Mariæ vitæ est spiraculum mortalibus.
Idiota.

De difficili explicatione verborum primi thematis, dum imaginem & similitudinem diuinam complectuntur; & an de Christi corpore Incarnato, & Sacramentato oportcat explicari.

2. NIl clarios re pręsenti in faciè exteriori, sed neque quid obscurius in sensu interiori, quo arduum & menti inuium à similitudine est imaginem appositè distinguere, & bene separare, ac locum peraccommodum vtrique consignare; ita vt nemo benè hoc soluerit, & rectè enucleauerit; si Veneto in Harmon. Cant. 3. ton. 6. cap. 1. fidem demus: & Theodoreto super Gen. ac hæres. 70. Nimirum, néque illi, qui imaginem cum similitudine commiscent, & confundunt; cum id fieri non possit, præsertim in istis verbis, tam seriis, ac mysteriis repletis nobis traditis, erroris sine nota; ex eo quod nil sit superfluum in scriptura, à Basilióque contrarium blasphemia reputetur; quamuis hoc n. 30. in Pręfatione à me pręmissa modificatum demonstretur. Neque iterum qui imaginem à similitudine secernunt; nam cum ista sint ad inuicem quamualde persimilia, à nemine claritate necessaria irradiantur; imò potius ab vniuersis Scriptoribus tractantur, sed à nullo quem euoluerim, exactè elucidantur. Quare & ego pro exili quid sentiam delibabo, campum posteris relinquens pacificum & apertum, vt vires quisque in eo exerceat singulares; Sacratissimæque paginæ oraeula non desint, per os sancti Danielis dicentis huiuscemodi; *Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.*

Venetus. Theodoretus.

Scripturæ quid superfluum inhorre, vt blasphemũ

Dan 12 4.

Christi corporis Incarnati sub imagine & similitudine præsente latitantis; adducitur, & reiicitur opinio negatiua.

3. AD imaginem & similitudinem Creatoris nostri Dei in anima fuisse creatum primum hominem à nullo prorsus video fideli denegatum; cuius quidem priuilegio posteritas atque eius progenies vniuersa æquali iure gaudet. Sic placitum cunctorum, quod de hominis dignitate prosequitur Ambrosius; vbi vnam trinámque, & imaginem Trinitatis ostendit esse animam. Sicut homo è contrario non esse ad Dei imaginem in corpore, probatur; nullam etenim corpoream imaginem Deus haber; nisi tantum indirectè; si arguitiuè & dispositiue pensetur nostrum corpus, dum eius tam in ore, quam in reliquo elegantia, proportio, & dispositio, & recta atque directa statura versus cælũ, ad hoc hominem acquirendum, ac Deum perquirendum creatum planè arguunt; vt ait Beda in Glossa; & Ficinus 1. cap. de Relig. Christiana; quod odorans siue furans à textu sacro Naso Theologicè & tropologicè de homine cantauit Metamorph. lib. 1.

Imago Dei in anima & corpore vt sit homo.

Ambrosius in Hexam.

Beda.

Ficinus.

Pronáque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit; cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Ouidius.

Quę imitati sunt Manilius in suo lib. 4. de animi diuinitate; Boëtius metro. 5. de Consol. Philosoph. & Prudentius contra Symmachum; nec non etiam Iureconsulti in L. *Iustissime*; ff. de *Ædil. edicto.* in §. fin. de *iure naturali*; & in §. *Partus*; de *rerum diuisione.*

Manilius. Boetius Prudentius.

An autem primus homo ad imaginem illius corporis quòd carnem Deus sumpturus formaret sibimet, creatus quoque fuerit, res est maioris dubij; propterea quod Deus sit (qui loquitur hoc loco) omnimodè incorporeus. Hæc autem nihil minus mihi maxime probatur, ob binam rationem. Prima quidèm, propter ambitum istius verbi *Deus*, Deitatisque spheram, quæ existit non tantummodo in Triade Sanctissima, sed etiam in Christi corpore, quod corpus Dei & dici, & latriæ summo cultu oportet adorari. Quocirca, cum & Deus hìc verè corpus habeat, etsi inquantum homo, hinc est, quod homo ad Dei imaginem creatus, vel etiam in ipso corpore referre Deum debuit. Secunda verò ob latum; & amplum vocis *Homo*; qui ex anima cùm corpore constare non ambigitur; ergo in anima atque corpore ad imaginem Dei factus; vt grauida illa forma verborum Dei insinuat; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quapropter cum Deus nullum omnino corpus habeat, & homo simul constet ex his duabus partibus, ac verbo ipsius Dei, Dei factus sit imago, ad imaginem Christi corporis, qui pariter Deus est, fuit hominis terrigeni formatum sane corpus; quod ex terra concinnatum, per halitum Diuinum in carnem transmeauit. Nam licet multi secus opinentur cum Basilio, nimirum quò ad dictam imaginem corpoream, hom. 10. super Gen. & cum Ambros. in Hexam. lib. 6. cap. 8. hæc tamen probabilior opinio existimatur, staráque sententia, quam de Gen. ad literam lib. 3. cap. 22. tuetur Augustinus; vbi veluti impatiens quod aliud sentiatur, contrarios reprehendit; vt fecit & Origenes relatus per Pererium ad ista verba Gen. *Faciamus hominem, &c.* quorum mentem amplexatur iudicium Glossatoris à cunctis magni habitum. Nec male primus homo ad formam Christi corporis creatus est in corpore; cum esset prædestinatum à tota æternitate, vt Verbum suo tempore vniret sibi hominem, ad cuius iam effigiem ideæ Dei inscriptam erectus homo fuit, vt patet & cohæret ex dictis rationibus.

Homo etiã in suo corpore imago Dei vt vera.

Basilius. Ambrosius.

Augostin. Origenes. Glossa.

4. Pererius locis aliis commotus Augustini, quos affert lib. 4. tom. 1. sup. Gen. contrarium verum putat; ex causáque per maximè, quod Pater sempiternus non diceret eo casu *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; sed *Ad imaginem tuam*; cum Filio suo loquens. At verò meo iudicio

Pererius.

A hoc leue pondus habet; qoia Pater non loquebatur ſolummodo cum Filio, ſed ſimul vt eſt palam, cum Spiritu Diuino quamobrem nunquam poſſet veraciter proferre. *Ad imaginem tuam*; quandoquidem cum duobus ſermonem conferebat. Sed vel dicere debebat *Ad imaginem veſtram*; cum multis tanquam loqoens; vel *Ad noſtram* tantummet; vt ille qui in tribus rem iſtam proponebat. *Ad imaginem* (porro) *veſtram* conueniens nunquam eſſet, nec inſuper poſſibile; cum enim Sancti Spiritus Dei Filius noo ſit Filius, non eſt imago eius. *Ad imaginem* (verò) *noſtram* ſemper quidem Pater ſummus enuntiare verè poterat; quia Filius ſui patris, vel humanitus loquendo, perfecta imago eſt. Et hoc vel ſemetipſum hîc ſolùm comprehendo, *Ad imaginem noſtram*; cum

B Filius tantùm Patris natiua ſit imago; vel omnes tres Perſonas in hoc aſſociando, & aliis ſic dicendo; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; quemadmodum ſi diceret, *Ad imaginem & ſimilitudinem illius, qui in nobis imago ſolus eſt*; & qui pariter aliquando aſſumet corpus hominis vt in anima atque corpore ad imaginem ſic noſtram creatus homo exeat; in anima, quia anima & vna & trina eſt; ac proinde noſtri quoque imago per quam ſimilis; in corpore, quia corpus ab illo, qui in nobis imago mea noſcitur, ſuaptéque exiſtit, ſumetur ſuo tempore; ad cuius corpus decet creari corpus hominis; vt tam anima, quam corpore ad ipſam Dei imaginem ſit homo primicerius creaturarnm procreatus. Qui modus explicandi nullatenus eſt deuius;

C quantumuis non tam facile excurrat ſicut alius, qui de anima ad Trinitatem hęc verba tantùm explicat. At hæc à plano ſenſu tantilla deuiatio, non officit, ſed potius pro paginæ Diuinæ expoſitione multum facit. Nam vel iſta nimis clara, vt credatur, eſſe debet; vel nunquam eredi poterit, ni patens nimis fuerit, perſpicoa, manifeſta. Nimis clara verò illa nequaquam certè eſt, imo contra frequentiſſime obſcura pluſquam modice, conſultóque à Deo obſcuritatibus velata, ne Myſteria ſacratiſſima inuolucris denudata ignaris & ineptis homunculis pateſcant; quod & ipſiſmet Gentilibos ſolemne quondam fuit; ſicut n. 12. io Præfat. dictum manſit. Ergo nihil quod huiuſmodi opinio non credatur; nec eſt, quod nos de illa vlte-

D rius litigemus, ſed ad illam nunc firmandam nonnulla connectamus.

Chriſti corporis Incarnati, ad cuius homo primus imaginem creatus, opinio affirmatiua multis PP. teſtimoniis firmiſſimis oſtenditur, & clarè roboratur.

5. PRimus præter allegatos Rupertus Abbas ſit; nam etſi antiquitate primarius non exiſtat, grauitate, & proculdubio loquẽdi maieſtate videtur primus omnium,

A maleuolum hoc conſilium Pontificis explanans; *Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat; Hoc autem à ſemetipſo non dixit, &c.* Quo loci ad verba vltima dilecti Euangeliſtæ hæc ille elegantiſſime: *Quid eſt à ſemetipſo non dixit, niſi hoc verbum de corde ſuo non adinuenit? Nam re vera antequam Caiphas fieret, factum eſt hoc verbum, vt Ieſus moreretur pro gente; & factum eſt vtique ad ſanctos Prophetas; imò & erat antequam fierent Prophetæ; antequam fieret Abraham, ſed & antequam formaretur Adam. Erat quippe tamen beneplacito Dei dicentis;* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Iam tunc erat hoc verbum, vt Ieſus moreretur pro gente.* Hæc ille; quæ reiterat lib. 2. cap. 16. de Victoria Verbi Dei. Sed Ieſus quando mortuus, hoc fuit

Ioan. 11. 15.

Rupertus in Ioan.

A creatione Adami Christus Creatus quatû fuerit, & etiam multò antea.

B tantum corpore; & Adamus ad morituri imaginem Ieſu à Deo effigiatus, ergo ad corporis Ieſu imaginem excitatus. Vnde & ipſemet Rupertus in Commentar. ſuper Gen. hoc primum noſtrum thema perpendeos, ſic eloquitur: *Magnum planè conſilium in illo non tam ſenatu quam ſoliloquio venerando de nobis peccatoribus habitum eſt. An putas eorum quidquam quæ circa nos acta, vel agenda ſunt, illic defuiſſe? Planè ibi omnis noſtra in medio cauſa poſita eſt; mors, & perditio noſtra, quæ futura erat, illic perſpecta eſt; & inde totum conſilium habitum, vt vnaquaque perſona ſuam operis partem ſuſciperet; vt ſcilicet Pater conderet, Filius perditum redimeret; Spiritus ſanctus remiſſionem peccatorum perficeret.* Atqui Filius nos per ſanguinem redemit ſui corporis, ergo huius ad imaginem Adami factum cor-

C pus; Quod & Leo iudicauit de Pentecoſt. ſerm. 3. & Theodoretus cum Athanaſio ad iſtum locum Gen.

Leo Papa. Theodoret. Athanaſius.

Quos de carnis reſurrectione cap. 6. Tertullianus præceſſit, & exceſſit; dum non tantum Dei opus, ſed ſimul & Dei pignus, tam lepidè quam verè vocauit primum hominem: *Ille eam tum imaginem induens Chriſti futuri in carne, non ſolùm Dei opus erat, ſed pignus.* Namqui pignori rem tradit, debitorem ſe agnoſcit; nec adeò debitorem in pignore ſe nouit, quam & debito ſe ipſum irretit ante pignus, & ligat, atque vinculo voluntatis ſuæ obligat; pro quo poſtea confirmando maiorem rem oppignorat. Et ſic Chriſtus antequam crearet primum hominem, ſe ad hominem pro hominibus faciendum mancipauit; ac maius pignus ſe in illo

Tertullian.

D verè tradidit; cum Chriſtus in Præſepi nil amplius quam anguſtias, & Adamus in Paradiſo nil minus quam delitias habuerit omnimodas. Additque Tertullianus, in Adami creatione Dei Filium noſtræ carnis imaginem induiſſe, & in hominis figura iam tunc apparuiſſe, quam poſtea plures Angeli Dei libito ſumpſere, vt hominibus cum multis negotia pertractarent. Tertullianum ſunt ſequuti Eugubinus & Oleaſter, auctores ſatis clari; in quos tamen propter hoc inuehitur Pererius, nil minus qoam nouitiam, ineptam, & temerariam hanc vocitans ſententiam; an faſtu, ſiue more aliquibus innato, quo ſua, ſeque ipſos

Natale Chriſti Domini in hominis natali & Adami creatione, vt traditum ſit pignori.

Imagine in humana cur ſæpe Deus, & ſemper Dei Filius apparuerit.

Scriptores quiqui docti de officio animaduerſi.

ipsos tam amant, quam dilatant; aliorum vero placita coarctant & explodunt, hoc viderint, qui volent; ego quippe laudo eos, vt pios atque doctos, at vero in hoc non laudo. Cui tamen neque noua opinio illa videtur, Tertulliano quæ probatur; nec temeraria quæ complacuit [Augustin. Rupertus.] Ruperto & Augustino, ad illam vocem Pauli; [Ephes. 1. 4.] *Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem*; nec inepta, vel absurda, quæ variis Dei historiæ exemplis roboratur. Nam vt alias apparitiones Diuini Verbi missas oblitásque nunc faciam, quas vtique in humana figura plures asserunt; illud liquidò constat ex Sacra scriptione, Deum Sancto Abrahamo, & illiusmet nepoti in hominis effigie Iacobo [Gen 18. 2. & 32. 24.] apparuisse Gen. 18. & 32. qui erat qui pro nobis humanam carnem sumpsit; videlicet, Dei Filius; vt de prima apparitione affirmat [Augustin.] Augustinus lib. 16. cap. 29. de Ciuit. [Ambrosius.] Dei; Ambrosiúsque de Fide lib. 2. cap. 4. de secunda vero ille sapientum maior Græciæ [Dionysius.] Dionys. lib. 2. de Diuin. nom. cap. 4. cum aliis multis Patribus, quos adiuuat non parum [Conci. Syrmien.] Conci. Syrmiense; cui (etsi prouinciale extiterit dumtaxat) deferri valde debet, & loquitur hoc modo in regula. 14. *Si quis contra Iacob non Filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum, ac Patrem eius dixerit, anathema sit.*

Innititur hic sensus Prouerb. loco illi, [Prouer. 8. 31.] quo de Diuina Sapientia, Dei Filio sic scribitur; *Ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* Quasi iam in principio creationis vniuersę, humana nostra imagine laruatus hicce Dominus, pro delitiis, vt in ludis contingit, exultaret; in quibus sæpe sæpius persimiles imagines, plerunquéque cum notulis amatæ plus personæ, à multis assumuntur, vt cum gaudio ingentiori festiuos dies agant. Vnde amor Christi in nos peroptimè dignoscitur; de quo ita Carthagena hom. 2. tom. 1. *Quemadmodum qui ardenter amant, rei absentis & sibe charæ simulachro delectantur, ita Deus humani generis amantissimus, imagine sponsæ gaudere multo anteacæpit, donec felicissimus nuptiarum dies illuxit.* Pro quibus valde facit animaduersio nostri Veneti; in Harmo. Cant. 2. ton. 7. con. 1. notantis bis in Gen. de hominis creatione memoriam reperiri. Semel quidèm cap. 1. Creator quando dixit; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; cum verbis concludentibus; *Masculum & fœminam fecit eos*; quibus, simul atque facti ab ipso surrexere, benedixit, & dominium in alias creaturas amplissimum concredidit; *Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, &c.* Iterum auté cap. 2. quando quasi nondum homo existeret creatus, ad ipsum sic rediuit: *Et homo non erat, qui operar. tur terram. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* In quo Venetus Mysterum per magnũ meditatur; neque etenim Legigraphus, cum esset tantus vir, & flamine Dei plenus, posset equidem tam breui obliuione dicti sui

[Festum Dei in humanis quo die factus homo; seu potius quibuscúnque, humanitus loquendo, de illo cogitabat.]

[Carthagen.]

[Venetus.]

[Gen. 1. 26.]

[N. 27.]

[Gen. 2. 5. & 7.]

A fœdari, & implicari; nec istud sine causa tam prope relocare; quod ex iis quæ in numero secundo insinuauimus, maiores vires accipit. Quare ille per creationem primi hominis & mulieris, Christum cogitat & Mariam; quibus larga benedictio, Beatorum multiplicatio, cunctorúmque subiectio in Psal. satis clarè conceditur octauo. At verò per secundi ex terra fabricati, per vitæque spiramen, & halitum Diuinum viuentis mirè facti, Adam & Euam credit; qui Christum atque Mariam exemplaria & architypos præclaros habuerunt; dum ad imagines illorũ creati prodiere; vt ex omnibus allatis dilucide enitescit. Diffusa mens est Veneti, sed ipse lectu dignus; cui optime coniunges Seraphicũ Doctorem lib. 2. cap.

[Christus, Materque illius partium mundi partes. Psalm. 8 8.]

[S. Bonau.]

B 62. Compen. Theolog. vbi hominem vel in corpore ad imaginem Dei factum nonnullis palam facit; & lib. 4. cap. 6. dicentem, quod *Imago per ipsam Dei imaginem debebat reparari.* Atqui vera Dei imago est ipsemet Dei Filius, vt paulo post monstrabitur; ergo imaginis, & Dei Filij imago verè homo; & ad imaginem Dei corporis ipsius corpus factum. Vlterius quòd imago frequenter in auctoribus significat humanam, vt est apud Virgilium lib. 2. de Creusa.

[Imago quid significet generice loquendo.]

[Virgilius.]

Visa mihi ante oculos & nota maior imago.

De qua imagine pulcherrimè antiquissimus Origenes hom. 1. sup. Gen. expendens illa verba, *Ad imaginem Dei creauit illum; Non dixit* (inquit iste) *quia Deus ad imaginem suam*

[Gen. 1. 27. Origenes.]

C *fecit hominem, sed ad imaginem Dei fecit illum. Quæ est ergo alia imago Dei, ad cuius similitudinem factus est homo? nisi Saluator noster, qui est primogenitus omnis creaturæ, de quo scriptum est, quia sit splendor paterni luminis, & figura expressa substantiæ Dei. Ad huius ergo imaginis similitudinem factus est homo.* Nec aliquid inferius vrbanitas Chrysologi serm. 117. vbi primum per secundum Adamũ factum ait; *Factus est primus homo in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Ille primus ab isto nouissimo factus est; ille vilissimo plasmatur ex limo, ex vtero pretioso Virginis hic procedit; in illo terra mutatur in carnem, in isto caro promouetur in Deum, vt fieret homo cælestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret cælum.* Videatur Idiota lib. 3. Con-

[Hebræ. 1. 3.]

[Chrysolog.]

[Adam nascitur ex Christo, plus quàm Christus ex Adamo.]

[Idiota.]

D templ. cap. 5. quo in loco & optimè & deuotè; præclarissimè Irenæus in catena Lippo. Genes. 18. Bolducius cum nonnullis de Eccles. ante leg. lib. 1. cap. 4. & in Iob cap. 10. octauo illius numero. Quos omnes coronemus cum Hilario Pictau. in Gen. ad Leonem, dicente voce metrica.

[Irenæus. Bolducius.]

[Hilarius ad Leonem.]

His vbi perfectis Genitor iam diuite mundo,
Cuncta videt magnus curam deposcere Regis,
Qui mare, qui terras, atq; omnia nata gubernet,
Quique altum spectet calũ, laudetque Potentis
Munera magna Dei, ne sint hac condita frustra.
Tunc faciamus, ait, hominem. Dic optime cũ quo
Nunc loqueris? clarum est, iam tũ tibi Filius alto
Adsidet in solio, & terras respectat amicas.

QuodSolium non cęleste, sed terrestre puto esse, in quo melius quam in Sole tabernaculum suum posuit, Deiparam Mariam, quæ

[Maria Thronus Dei & Solium vnde respicimur ab oculis Diuinis.]

gloriæ Dei est solium; *Veni electa mea, & ponam in te thronũ meum*; ex qua verè factus homo incepit res humanas benignius intueri.

Rationibus Scholasticis hæc ipsa affirmatiua non parum confirmatur.

Adami caput Christus, non autem vice versa.

6. AT licet nullus Patrũ hanc nostram veritatem vllatenus doceret, illa tamen ex origine, Theologiæque principiis clarissimè fluxisset, dicente cæli tuba; *Vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Ergo

1.Cor.12.27.

Christus caput est, nos corpus, atque membra; ille membrum principale, nos eius accessoria; ille Redemptor, nos redempti, qui à Christo dependentiam haurimus omniformem; ille verò nil à nobis, quin potius in nos influit profluuium suę gratiæ, qua ex capite tam optimo viuificamur & perfundimur. Vide Glos. Interl. Doctorémque Angelicum ad istum locum Pauli.

Gloss. D.Thom.

Hinc sumitur quod Christus non fuit membrum Adę, sed magis è contrario Adamus Christi membrum, & quod prius prædestinatus in hominem fuit Christus, quam factus primus homo. D.Thom.3.p.q.24. art.3.&4. & sic etiam fuit prius Adam factus ad imaginem Saluatoris nostri Christi, quam Christus fuit postea ad Adamicã substantiam & imaginem incarnatus; *semper enim id quod est perfectissimum, est exemplar eius, quod est minus perfectum*; vt inquit Sanctus idẽ q.56. art.1.ad.3. At Christus perfectissimus est Psaltis testimonio. *Speciosus forma præ filiis hominum*, imperfectus vero Adam respectu ipsius Christi, ergo Christus est exemplar imaginis Adami, ad cuius iã imaginem formatus homo fuit. Quo pacto intelligenda quæcunque loca Sacra, quæ ad hominis imaginem compactum Christum faciunt. E quibus est Apostolus scribens ad Rom; *Misit Deus Filium suum, in similitudinem carnis peccati.* Et postea ad Philipp. *Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Ita vt tandem imago ista, ad quam Christus factus est; non fuerit exemplaris, sed similis tantummodo, assimilatáque imagini; quã prius quam Adamum crearet Christus ipse, concepit vel idea, vel extima in figura; gauisus tanquam esset cum hominum iam filiis, & ludos de hoc agens, ac dicens quod iã dixi; *Ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filiis hominum*

Adamo prior Christus ad cuius iã imaginem Adam formatus est.

D Thom. Psal.44.3.

Ad hominis imaginẽ vt Christus efformatus. Rom.8.3. Philipp.2.7.

Prouer.8.31.

Scotus.

7. Ex quo sanè fundamento Scoto fuit ansa dicendi, & summo iure sent. lib.3.d.7.q.3. semper Christum, vel Adamo nullatenus peccante vnitum sibi ire humanam carnem nostram. Nam si Christus post peccatum se hominem creare dumtaxat destinasset, inconueniens valde magnum exinde pararetur; videlicet, quòd prius Adam præuisus esset, quam Christus eius Dominus, Creator, & Redemptor; nec solum prior, Christo præuisus culpæ auctor, sed etiam eius peccatum; ac ideo tam notabile execrabiléque malum, ante tam incomparabile exoptabiléque bonum; propter quod eliminandum Scoto rectè visum, prius Christi Incarnationem, quam Adami creationẽ præuisam à Deo esse; ergo etiam Christi corpus, ad cuius iam imaginẽ Adam creatus est.

Verũ Christus incarnandus Adamo non peccante.

Adamo Christus prius præuisus, ac propterea non parum prius factus.

Cui doctrinę eadẽ via contrarius. D.Tho. 3.p.q.1.festiuus redit alia, quã tradit paulo infra.q.6. art.3.ad.3. & q.8. art.2.&3. & q.68. art.1. ad.1. dicens, Christum vel secundum substantiam carnis suæ, Ecclesiæ semper caput fuisse vniuersalis. Adami caput ergo qui Ecclesiæ fuit caput, & primum fundamentum, vt infra disputabitur; & ad formam Christi corporis Adami corpus factum. Iuuat regula percelebris eiusdẽ Sancti viri 1.p.q.13.art.6. quo statuit: *Quæ in Deo metaphoricè, prius de creaturis dicuntur; quæ verò propriè, prius de Deo.* Sed sic est, quod Dei Filius accepit verum corpus; prius igitur de eo prædicari corpus debet, quam vel de primo homine; cuius corpus nihil dubij ad Christi exemplar factum, sub verbis illis seriis; *Faciamus hominem, ad imaginem & similitudinem nostram* Quæ imago Dei corporea commendatur tam dilucidè, quam etiam literaliter in pagina Diuina; Gen.9.n.6. Homicidium nanque ibi asperrime Deus vetuit, vetiti autem rationem huiusmodi explicauit; *Ad imaginem quippe Dei factus est homo*; Atqui homo non occiditur nisi corpore solummodo, ergo etiam in ipso corpore perfecta Dei imago, cum ob istammet imaginem occidi interdicatur.

D.Thom.

In metaphoris quæ regula, Deum & hominem concernẽs.

Gen.9.6.

Christi corpori Sacramentato extenditur hæc eadem opinio affirmatiua.

8. QVæ diximus hucusque de corpore Incarnato, de eodem Sacramentato teneri prorsus debent, ita vt tandem nostrum Sacrum prædestinatũ prius sit, quam homo procreatus; ac ideo ad Eucharistiæ imaginem creatus; de qua iterum declaro assumpta à nobis verba. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; quæ de corpore non tantum formando Filij Dei, sed & pariter Sacramentando, in panéque locando, pronuntiata iam fuisse affirmo quantum valeo. In tantum, vt Deus non solum in hominis creatione hoc ipsum designarit; sed primum quod signauerit ipsa hominis creatio, hoc fuerit Mysterium; & mirum Sacramentum; si prima Incarnationis significatio & præsignatio à nobis separetur, dematur, præscindatur; cui tamen si secundam præponere volueris, ex duabus rationibus hoc tibi decens erit. Prima, quia panis iste, vt finis rerum Christi, intentione primus fuit, quantumcúnque in operatione non fuerit nisi vltimus; nam supremum in operatione, in intentione primum est. Secunda, quia Christi in pane constitutio nullatenus dependet, strictim si loquamur, ab ipso in carne posito; quapropter bene possunt hæc duo commutari; vt secundum fiat primum, & primum nihil minus secundum efficiatur. De altero iam dictum Enarrat. præced.

Vt hominis Creatio Eucharistiæ Sacramentum ante omnia figurauerit.

præced. n. 18. de altero quod sufficiet dicendum à nobis erit Enarrat. 10. n. 21. cum proxime sequenti. Sed iam nostram conclusionem, & primariam significationem Eucharistiæ in creatione primi hominis cernamus; atque quatuor rationibus, columnis velut quatuor, ædificium tanti ponderis vtcúnque fulciamus. E quibus

9. Prima est; quia corpus Redemptoris seu Incarnatum, seu Sacramentatum à quouis cogitetur, semper vnum, & prorsus idē realiter existit; qua de causa Philosophiæ subintrat documentum, nequaquam posse illa suapte segregari, quæ idem sunt re ipsa D. Tho. 1. p. q. 50. ar. 4. Et Suarez in Metaphi. disp. 6. sect. 3. Sed sic est quod vtrobi est idē corpus Christi; ergo quidquid realiter de B eo hîc prædicatur, realiter & illîc oportet prædicari. Cum autem primi hominis ad imaginem Christi corporis formatum corpus patear, ad huius Sacramenti effigiem conformatum exinde clare liquet. Sacramentatum nanque hîc prædicatur Christi corpus, Sacramentatúmque iam tunc in priori Incarnationis figura proculdubio debebat prædicari, & ab illo præfigurari qui in creatione nostrę carnis Christiferam signauit.

D. Thom. Suarez.

Quædam regula pro vnitate notanda rerũ omnium.

10. Secunda vero ista non parum vigorosior; quia vera Dei imago Eucharistiæ est Sacramentum; videlicet, tam imago verissima Dei Patris, quia in eo filius eius omnino continetur, qui solus Dei imago, vt dicitur à Paulo; *Qui est imago Dei inuisibilis; primogenitus omnis creaturæ.* C Quàm imago Filij Dei; quia in ipso totus Filius, cum corpore, atque anima, & Diuinitate rem vtramque haudquaquam deserente equaliter habetur. Ac etiam loco vltimo imago, qua & homo fit gratia Dei imago; non quæuis, sed quodammodo cum Deo vnumquid facta; *In me manet & ego in eo.* Cum verò hoc Sacramentum tam varia sit imago, nil mirum quod à Deo extiterit concepta, cum de homine suscitando in lucem sic profatus; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* At refert hæcce tria diffusius explicare.

Coloss. 1. 15.

Imago Dei & hominũ quantopere Eucharistia.

Ioan. 6. 56.

Est igitur Dei Patris Eucharistia primo loco imago perquam vera, ad quod tamen percipiendum & clare intelligendum supponi prius debet; duo sanè prærequiri ad D hoc vt Eucharistia Dei Patris sit imago. Primum quidèm, vt vnitatem, identitatémque cũ Deo in ipsamet natura diuina prorsus habeat. Secundum verò vt ista identitas arctissima omnino immediate, non autem quouis medio vel etiam coniunctissimo ad Deum referatur; propter cuius conditionis secundæ defectionem, nec Spiritus Diuinus est vera Dei imago; *Quia imago refertur immediatè ad id, cuius est imago; Spiritus Sanctus autem refertur ad Patrem per Filium*; vt ait D. Tho. in proximo allegandus; at verò propter primæ defectum & indigentiam, nec Angelus nec homo perfectam Dei imaginem, sed dumtaxat imperfectam & continent, & exhibent. Vnde licet aliquádo tam

Cur solus Filius Dei, non autem Spiritus Sanctus Dei Patris sit imago.

A Angelus quam homo appellentur Dei imago, *Ad imaginem* sæpesæpius, quemadmodum in hoc loco, inuenies nuncupari; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quod tamen de Dei Filio scriptum non reperies, sed esse Dei imaginem; perfectam, subintellige; vt homo est imperfecta; sicut optime deducitur ex illo verbo *Ad*; *Ad imaginem & similitudinem nostram*; quod solummodo propinquitatem significat ad aliquid, à quo tamen in veritate non parum separatur. Ita S. Augustinus lib. 83. qq. q. 51. & lib. 1. Retract. cap. 26. atq. 7. de Trinit. cap. supremo; quem postea sunt sequuti Magister lib. 2. d. 16. & omnes Scholastici, quorum vnus pro vniuersis sufficiat. B D. Tho. 1. p. q. 35. art. 2. Hinc Filius Dei (vt homo) imago Dei non est; quamuis etenim in substantia sint ambo res ipsissima, in natura & subsistentia non parum inter se differunt; quod imaginem destruere ex dictis satis constat. Hincque dicitur de Adamo ad suammet imaginem Seth filium generasse; quia vere duos istos natura disjungebat, vtriusque quos substantia in vnum copulabat; quamobrem non imago, sed ad imaginem sui patris scribitur progenitus. Sed in nostro Sacramēto est tota Dei imago, quamtumuis sit in eo per Christi humanitatem; ergo Deus à mundi initio de illo est recordatus; cum ad hominem creandũ his verbis se accinxit; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Nam Dei Patris est imago iuxta res à me præmissas Sanctissima C Eucharistia.

Imago & ad imaginẽ quid differant suapte.

S. Augustinus.

Magister.

D. Thom.

Cur Filius Dei, vt homo, non sit imago Dei.

Gen. 5. 3.

Cur Seth ad Patris Adæ imaginem progenitus.

11. Deindéque æqualiter imago Filij Dei, quia totus Filius eius in ea continetur. Nam si imago, provt dixi, est in ipsamet natura, cum relatione immediata ad imaginis principium, & primum fundamentum, imago Filij Dei est præsens Sacramentum, Filius nanque Dei in eo habetur tali modo, quo per medium qualecúnque ad Patrē non refertur. Præterea, quòd non solum caret medio versus Deum, sed etiam versus homines ipsius Filij corpus in cibo tanto latens. Nam quæ nobis accidētia sunt media interjacentia, ne Christũ videamus; Christo medium nullum sunt, ne ipse nos non videat. Ergo rectè de hoc pane dixit hominis plasmator; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudi-* D *nem nostram* Misterium nanque hoc imago Dei est Filij; & ab illo tanquam imago dilectis, in grauamen leuādum suæ absentiæ, piissime relictum; vt ait D. Tho. 3. p. q. 73. art. 5. per hæc verba; *Quando ipse Christus in propria specie à discipulis discessurus erat, in Sacramentali specie se eis reliquit, sicut in absentia Imperatoris exhibetur veneranda eius imago.*

Eucharistia Filij Dei imago perfectissima, vt imagóque relicta mæstitia conflictatis.

D. Thom.

12. Et tandem per quam homo fit talis Dei imago, vt quodāmodo sine medio sit vnumquid cum Deo; *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo.* Vt melius atque verius dicatur nunc de homine, quam olim lib. 4. de animi Diuinitate de vno in modum istum Manilius decantauit;

Ioan. 6. 56.

Manilius.

Iam facit ipse Deus, mittitque ad sydera numen Maius, & Augusto crescit sub principe cœlum. Sed Ioannis ponderemus sententiam nunc productam, & sciamus quotnam modis per ferculum Eucharisticum hæc fiat Dei imago. Primò sanè per similitudinem alternam Dei, & hominis, de qua inquit per Ioannem; *In me manet*, quò ad imaginem maiestatis cui vnitur; *Et ego in eo*; quò ad imaginem humilitatis cui adiungor, in illóque adunior. Secundò, per participationem; *In me manet*; participando misericordias cordis mei; & *ego in eo*, corporis eius miserias delibando, seu potius tolerando; quarum immemor non horreo peccatoris mille modis stomachum impurissimum; qui tamen Augustinum cum purissimæ vel Virginis ingressus fui vterum, admirationibus repleui; *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum.* Tertio item per Incarnationem in isto cibo factam; *In me manet*, carni meæ summopere adhærendo; *Et ego in eo*; carnem eius vnione post hypostaticam, Sacramentalémque maiore, piissimè attingendo. Quartò tandem per perennem iterationem Sacramenti, & per iugem Communionē, receptionémque illius, qua homo vt Sacramentum transmutatus *In me manet*; *Et ego in eo*, summo amore effectus nouum aliud hoc modo Sacramentum; nam in viscera, vt in species, ipsiusme immitto, quò inuicem & alternè hic ambo manducemur; & homo in nouam gratiam amicitiæ meæ transeat, ego autem non per transitum sed potius permanenter dum permanet materia, in illum me transmutem, vt panem, vinúmque in corpus meum verto.

Imago Dei quam multiplex fiat homo benè sumens Eucharistiæ Sacramentum.

Qua via identitatem contrahimus cũ Deo; quæ licet non realis, admirabilis est tamen, possibilis, & facilis, in viris deuotissimis. Nam de homine cum diabolo res vna tantum facto, sic Venetus scribit in Harmo. Cant.3. ton.5. cap.6. *Sunt aliqui, qui identitatem aliquando habent cum malo dæmone, sicut in quibusdam comprobaui, qui proprio ore fassi sunt, sentire in se non animam, sed malum dæmonem; semper ad blasphemias Dei, & ad quæcunque scelera deducentem; qui toti carnales atque terrei facti, toti in cibum dæmonum sunt effecti, vt intonat Diuina sententia*; Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ; *Ad præuaricatorem autem*; Terra, vel puluis es, & in puluerem reuerteris. *Vnde colligitur hominem malum datum in cibum mali dæmonis.* Hæc ille; quo in loco cum Angelis identitatem hominibus non negat; etsi modũ quo hæc fiat, ibidem non reuelet. Sed efficitur per Eucharistiæ profectò sumptionē. Nam si homo totus carneus ac terreus retrofactus, diaboli fit cibus, per hunc cibum redit homo totaliter Angelicus; non terræque, sed cęli; nec carnis, sed spiritus mirificus sodalis. Et benè, cum terrena sint cibus totus luteus, lasciuus, & obscænus, ac prorsus lutulentus; iste verò luculentus, & quamuis verum corpus, diuinus ac cælestis; & cibus Sacrosanctus; qui in Sanctis incredibiles, de quibus suis locis, effectus operatur. Hæc satis

Venetus.

Sunt homines identitatem habentes cum dæmonib*, vt alteri cũ Angelis.

Gen.3.14.

Gen.3.19.

A ad imaginem noscendam istius Sacri, & ad rationem cum qua Deus de illo verè protulit; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*

13. Tertia autem mea ratio, propter quam de suo Filio Sacramentato verba ista tã pridem Deus acceperit, ab illis ministratur, qui aiunt Deum Angelis, ac primũ sunt per eum amanter procreati (fuerunt vero ipsi cũ luce in lucem dati, vt docet Augustinus cap.4.5. & 9. de Gen. literaliter; Seraphicúsque Doctor Enarrat. Præcedent. vel melius, die altero, videlicet secundo, cum cęli firmamento, vt dicetur cum Lyrano Enarrat. subsequen.) Incarnatum Christum illis statim præmonstrasse, vt quantumlibet ab Angelis in natura minoratum, ipsum omnes velut caput & Dominum adorarent; si vellent per huiusmodi Diuinę iussionis, & humiliationis pręceptionem à Deo præcipiente in gratia confirmari; istiúsque ad Christi prolapsus pedes merito, vlterius nõ prolabi; nemo quippe sursum fertur, nisi prius humilietur, & per viam humilitatis ad cæli conscēdendum fastigium se disponat, sicut nemo sine pugna à Deo coronatur. Vnde factum, renuentes huic cultui se subiicere, à cælo deturbatos præcipites ad rogum fuisse æternum datos, Incarnati vero Christi humillimos cultores, in gratia confirmatos idcirco permansisse. Ita P.P. perantiqui, & Venetus in Harmo. Cant.3. ton.8. con.1. quæ doctrina ex D. Paulo manauit ad Hebræ. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit; & adorent eum omnes Angeli Dei.* Quod Chrysostomus de more feliciter exornat explanans huncce locum; & tenet D. Tho.1.p.q.57.art.5.ad.1. docens simulatque Angelos creatos extitisse, de Domino Incarnato notitiam præbibisse; aliquibus quantumuis Incarnationis circunstantiis, vt ait, caruissent. Nec fas est dubitari, si litera attēdatur, contextúsque notetur, hanc ipsam Filij Dei introductionem vetustissimam in orbem terræ factam, eius fanè Incarnationis antelucanam iam fuisse demonstrationem prælibatam, in mundique initio ob præstitam rationem perspicuè indigitatam. Nam prius actũ fuerat de ęterno Christi ortu à Patre exoriente; hic verò de secundo à Matre intemerata Maria procedente; quare loquitur per iterum; *Et cum iterum introduceret*; Quod autem hæc introductio initio mundi fuerit, ab ipsa introductione initiis semper solita, non male comprobatur, & à proxima Angelorum adoratione mox sequenti; quæ Angelis de Christo in vanum indiceretur, post longã Christi Domini notitiam comparatam; clarissimásque eius figuras, & oracula afflata Sacris Vatibus, ac calamo notissimo inscripta Sancto Codice.

Creati quãdo Angeli.
S. August.
S. Bonau.

Lyranus.

Vbi Angeli creantur, illis Christus statim demonstratur.

B

Venetus.

Hebræ.1.6.

C

Chrysosto.

D. Thom.

D

Vnde colligo, non tantum de Domino Incarnato, sed & de eo Sacramentato, tunc Angelos sufficientem scientiam perdidicisse. Primam quidèm, quia Sacramentatio extensa est Incarnatio, vt loquitur Chrysostomus; atque simul incarnatio cum singulis indiuiduis;

Eucharistia eodē tempore eisdē referatur.

indiuiduis; ac ideo nullo modo vel Angelis neganda vel omittenda circunstantia; sed potius tanquam rei substantia, ponderosa eiidem præmonstranda. Vlterius quod Anselmus in Glos. Interli. ad dicta verba Pauli sic mentem suam promit; *Secundum humanitatem iubentur Angeli adorare Christum, qui passus est, & mortuus.* Ergo Christum non solummodo pro nobis incarnatum, sed pariter & Passum, Sacramentatúmque subinde nouerunt omnes Angeli recenter excitati; tum quia hoc Sacramentum iteratio quotidiana Passionis Christi est; tum quia prima Passio, & præludium Passionis verissimè in se extitit; tum etiam quia Passio si ob summam humilitatem (vt Angeli hac de causa profundius probarentur) eis fuit indicata; multo fortius propter hoc decebat eis ostendi Eucharisticum Mysterium, in quo Christus indigniora vilioráque perpetuò excessu summo patitur: & tandem quia Rupertus lib. 3. cap. 10. in Commen. super Exo. illa verba Apoc. *Ecce equus pallidus; & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum*; de dæmonum primario, mors ibi nuncupato & tanquam inferni duce, ab illo constipato, in istum modum explicat: *Christus enim victus est, & vita Angeli est substantia, nam in eum desiderant Angeli prospicere; quod quia facere contempsit Angelus, cecidit, & factus est diabolus; qui & huius panis sempiternam patiens inediam, semper est pallidus, & mors illum sequitur.*

S. Anselm.

Rupertus. Apoc. 6. 8.

Prolapsus mali Angeli & dæmonũ miseriæ, quia credere noluerũt Eucharistiæ Sacramento.

14. Quæ res ex Agni sanguine Iudæorum super postes imposito in Ægypto, vt viso hoc terreretur, & procul arceretur Angelicus minister, exterminator appellatus, non parum confirmatur. Nam vt mihi satis notum, compertúmque existit, non ex sanguine Redemptoris, quem ille præsignabat, in Cruce profundendi futura visione abstinuit ille Angelus, sed ex alia iam præterita, transacta, & mundi initio ostensa ac celebrata; quam tam Christi pro nobis in posterum necandi, quam etiam Sacramentandi, ipsi illico post suam creationem prægustarunt. In textu nanque dicitur; *Erit autem sanguis vobis in signum & videbo sanguinem & transibo vos.* Vbi Glos. Interli. huiusmodi se habet; *Sanguinis Christi memoria Christianos ab exterminatore conseruat.* Sed memoria de præteritis presertim computatur, quandoquidem memoria de rebus præcedentibus, peractísque cum mora; vt sonat vox memoria; est fixa recordatio; mens autem de futuris prouisio ac dispositio; & cogitatio vere ac propriè de præsentibus negotiis actualis meditatio; ergo sanguinis Redemptoris præterita & præuisa anteactáque memoria percutientem sæuum Angelum à cæde temperauit. Siue malus ille fuerit, Christi sanguinem timendo; siue bonus, reuerendo & plurimi ducendo; qui sane qualis fuerit, non erit abs re hîc lectori insinuare. Strabo in malũ Angelum propẽdet apud Glos. ex ipsa ad hoc Ægypti in alio loco Sacro strage persuasus; & recte cum peroptimum, scripturam sit per aliam scripturam elucidare; de qua tamen Ægyptiorum sic clade Vates Regius; *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.* Quod ego verum credo, præcipue cum addatur; *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti.* Vnde claret exterminium Ægypti perpetratum per Angelum malignum; quamtumuis ad hoc aptus vterque certè esset; bonus quippe reuereretur, vt malus Christi sanguinem præuisum tunc est veritus; ambobus enim fuit hæc ipsamet præuisio eodẽ die facta. Hincque secunda feria cuiuslibet hebdomadæ in Angelorum persistentium honorem Missa dicitur; & in dedecus aliorum dies iste in scriptura benedictione spoliatur; vt Hugo testis est in Gen. principio. Quod facit pro prædicta Lyrani opinione paulo supra n. 13. à nobis memorata.

Exo. 12. 13.

Glos. Interl.

Memoria quid dicatur; quid mens; & cogitatio.

An bonus siue malus extiterit is Angelus occidens primogenitos.

Strabo.

Scripturam quinã modus sit melior explanandi.

Psal. 77. 49.

Angelorum quare Missa dicatur die Lunæ & benedictione dies iste in Gen. priuetur.

Hugo Card.

Sed & iterum ex Apoc. hoc ipsum roboratur; videlicet, dum Agnus occisus ab origine, & mundi natalitiis, Dei Filius nominatur. Nam licet ab Abelis frequentius tempestate, vel ob eius Sacrificiũ, vel ob eiusmet excidium primitiuúmque Martyrium hoc soleat explicari, non potest nihilominus ad vnguem interpetrari, de agno nisi tantum, qui venit nos redimere, dum mortuus fuit Angelis ostẽsus in principio. Debet etenim scriptura, quàm fuerit possibile in suo proprio sensu, iuxta regulam Augustini lib. 3. cap. 7. & 10. atque 11. de Doctrina Christ. sinceriter exponi. Atqui origo mundi strictim ponderata, fuit dies quo & lux & Angeli creati, vt ait D. Tho. 1. p. q. 61. ar. 4. & Augustinus n. 13. à nobis allegatus; ergo Agnus preoccisus ab ipsa mũdi origine, fuit Christus eo temporis spiritibus Angelicis occisus demonstratus; quod placuit & Viegas hunc locum commentanti. Sed ad nostram consequentiam. Si Angeli ante Adam viderunt Christum hominem pro homine enecatum, quid mirum si ad exemplar viuificantis eius corporis Adamicum formatum? de huiúsque ad illud respectu sit prolatum; *Faciamus hominem, ad imaginem & similitudinem nostram?*

Apoc. 13. 8.

Scriptura in sensu proprio quàm debeat explicari.

D Tho. Augustin.

Viegas.

15. Quarta ratio, quæ postremò ad similitudines iam iam sequentes multum facit, & viam nobis aperit, à tempore, quo Deus instituit Eucharistiam & hominem creauit, non malè concinnatur. Eucharistiam nanque condidit in fine vitæ suæ; nam ab illa immediatè in mortem se proiecit; imò & morte mortem ipsam præuenit in hoc cibo, sequutúsque est pariter, ac semper prosequutus, qui mors est incruenta; ac ideo vitæ Christi præuenta verè mors; & simul mortis eius supremum atque perenne relictum monumentum. Hominem verò in fine vltimo factorum ab eo operum; vt ex tempore quo fuit vtriusque suscitatio, amborũ combinatio germanior appareret, & clarior resultaret. Quod forsitan respiciens Antonius Monchiacenus Collega Sorbonensis de veritate corp. Dom. secundo dicit cap. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus*

Homo in fine & Eucharistia eut fuerunt formati.

Monchiacenus.

est homo in animam viuentem. Vnde facile intelligitur, quod idem Dominus Deus, qui de terra formauit hominem, & illi inspirauit animam immortalem, qua factus est viuens; ipse ineffabili verbi sui virtute, quod super panem & vinum dicit, ex pane & vino corpus suum & sanguinem format. Quare S. Epiphanius similitudinem perdifficilem inter Deum in nostro themate & hominem compactam, Eucharistia planam facit in Anchorato suo dicens: *Non facile apparet, in quo sit similitudo inter Deum & hominem; cum homo sit corporalis, finitus, & mutabilis; Deus autem incorporalis, immensus, immutabilis. Multa tamen sunt huiusmodi, quæ aliud sunt, & aliud videntur esse; sicut videmus in Eucharistia, quæ verè est corpus Christi; & tamen nihil minus esse videtur; cum id quod apparet sit valde dissimile corpori Christi.* Sed iam hominis ad Deum, quæ tam multis nimis ardua, hîc & numero secundo, similitudo visa est, Eucharistiæ similitudinibus nonnullis enodabitur, & multum irradiabitur.

S. Epiphan. Similitudo Dei & hominis clarescit Eucharistia

Prima hominis & Eucharistiæ similitudo quo ad animam.

16. HÆc sanè rei præsentis similitudo longe planior, cum homo sit in anima perfecta Dei, & Christi, imago in Sacramento. Dei quidèm in tribus eius potentiis, quibus viget; Christi verò in Sacramenti nonnullis circunstantiis; è quibus duas tantum per transitum indicabo; nè vel ponderis rem tanti inaniter præteream, vel ipsam com grauamine lectoribus proponam. Primam ex mente D. Tho. opusc. 59. cap. 7. cum sequent. vbi animam Eucharistiæ imaginem sic facit; *sicut enim anima tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, ita Christus est in tota Hostia, & totus in qualibet parte sensibili ipsius Hostiæ.* Quod repetit 1. p. q. 8. ar. 2. ad 3. & q. 76. cap. *singul.* & *vbi pars*; de *Consecr.* d. 2. Tridentinùmque Concil. sess. 13. cap. 3. vltra Magistrum lib. 1. d. 37. cum Augustino & multis Patribus, à quibus hoc desumpsit. Secundam ex ipsomet Angelico Doctore; 3. p. q. 77. art. 3. cum sequent. vbi ait neque animam in corpore videri, nec ibi vulnerari; & sic in Eucharistia nec corpus Christi cerni, nec ictibus confodi; cum tamen sit in ea, & species velut corpus violentia perforentur, scindantur, destruantur.

In quo anima rationalis Eucharistiæ sit imago.

D. Tho.

Conc. Trid. Lombard. Augustin.

Secunda hominis & Eucharistiæ similitudo, quo ad corpus materialiter assumptum.

17. DE anima iam ad corpus, de quo præsertim agimus, sermonem traducamus. Ex terra corpus factum; & Eucharistia eodem modo, iuxta sensum D. Th. opusc. 58. in eius 1. cap. interpetrantis pro hac parte sententiam Ecclesiastici; *Altissimus de terra creauit medicinam*; videlicet de Christi salutari humanitate, contenta in

Corporis hominis ad Eucharistiã similitudines nonnullæ. D. Tho. Eccle. 38. 4.

A Eucharistia, quæ animi ægritudines omnigenas medetur; vt ait cum Ambrosio breuissimè & clarissimè: *Corpus Christi medicina spiritualis est, quæ cum reuerentia gustata sibi deuotos purificat.*

Eucharistia cur nam terra.

Et vero ventilandum, in loco quem versamus, directò sese offert: Imagini cur suæ creaturam tam persimilem, & Eucharistiæ non absimilem ex cæno Deus creauerit; præcipue cum & hominis vel corpus lutulentum simillimum sit cælo, vt docet D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 5. ad 2. & q. 91. ar. 1. & Venetus in Harmo. Cant. 1. to. 6. cap. 17. qui amplius rem exornat; quare potius ex materia cælesti, quam terrestri, vt homo crearetur peraptum videbatur. Sed optimè respondet Seraphicus Antistes lib. 2. sent. dist. 17. B ar. 2. q. 1. *Nullo modo hoc fuisse hominibus conueniens, humanum corpus fieri ex cælica materia, siue homo consideretur in ordine ad Deum; siue ad Angelos; siue ad creaturas corporales; siue ad vniuersum; siue in ordine ad seipsum.* Quæ omnes differentiæ subseruiunt Eucharistiæ per eiusmet doctrinam, tam clarè quam & late huiusmodi explicatam.

Cur homo cælo similis, ex cæno factus sit, ex terráq. perfectior. D. Tho. Venetus.

S. Bonau.

In ordine quò ad Deum; ob lucrum, atq; sublimem humilitatis excellentiam, vt Deo sobderetur; & illuc per decliue ascendere valeret, vnde Angelus per accliue descenderat in orcum. Quamobrem & scriptura de limo terræ factum, non simpliciter de terra describit primum hominem; quò ad sublime de hoc limo, per humilem volatum, proficeret augmentum. Vnde in rebus ex honestis communibus, & vilibus Deus posuit C Sacramenta; *Vt homo, qui male vtendo creaturis corporalibus, ceciderat; illis se subiiciendo, ad suam sanctificationem humiliaretur, & confunderetur.* D. Tho. 3. p. q. 61. ar. 1. & Bonauent. lib. 4. q. 1. & dist. 10. q. 1.

Sacramenta in rebus vilibus, ob lucrum humilitatis.

In ordine quò ad Angelos; vt creatura creaturæ rationali responderet; vna quidem intellectualis, in summis iuxta Deum creata, & collocata; altera verò rationalis in imis constituta, quæ ex infimo elemento creari propter hoc omnino decens erat. Quæ ambæ suo modo assistunt Creatori, & Creator in Eucharistia ambabus creaturis: Angelo certè spirituali, spiritualiter se præbens, communicans, & tradens; homini verò corporali, ex humo & limo facto, in terræ speciebus, quapropter de præparat. sic asserit Ambrosius; *Manducat te Angelus pleno ore,* D *manducet te homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico.*

Quàm Angelo atque homini cõueniens Eucharistia.

S. Ambros.

In ordine quo ad omnes creaturas corporales, vt limes atque modus, & regula quam eis præscripsit Deus, seruetur; cunctæ enim vt rationali seruirent sunt creatæ; rationali verò in corpore cum inferioribus communicare, omnino congruebat; vt per mutuum & communicatum ligamen vtrorúmque esset homini inferiorum obsequium fructuosum, eis verò gloriosum; quæ ex hominis seruitio familiarique consortio ac nexu gloriantur. Quod habemus in Eucharistia, dum Deus in Christi corpore magnam habet cum creatura rationali affinitatem, hæc

Creaturis quanta gloria ex hominis consortio, & hinc ex Eucharistiæ.

autem

autem magnam gloriam ibidem oppignoratam; *Et futura gloriæ nobis pignus datur.*

In ordine ad vniuersum, vt vniuersitas arbitrij, quod liberum vocamus, seu libertas vniuersalis quoad omnia possibilia, & homini electione fruenti factibilia, ei libera & deambulatoria ad libitum maneret; creatus nanque fuit iudicio suo liber, & diues optione, vt omnis terræ Dominom suaptè condecebat; quò posset, velut mallet, & ille plùs eligeret, vel viuere in iustitia; vel mori per peccatum. Ac ideo satis congruum eidèm corpus datum; non solum ad vitam suam perpetuò cōseruandam, si neutiquam peccaret; sed etiam ad moriendum si culpæ mortis pena inhibitæ se subderet, ac tetrè manciparet. Quod planè non possibile in corpore cælesti. Vtrumuis hîc habetur tam viuere ex iustitia, quam iustè culpa mori; *Mors est malus, vita bonus, vide paris sumptionis, quam sit dispar exitus.*

Arbitrium nostrum liberum colludit Eucharistiæ.

In ordine ad se ipsum, vt multa per intellectum non solum comprehenderet, sed pariter per sensus, ad quod vtique terrenus creatus ipse fuerat; cui ideo corpus profuit habere multiforme, vt per organa diuersa diuersa compararet. Et sic in Sacramentis, cum in rebus sensibilibus hæc nobis sint donata; *Quia per sensibilia peruenit homo ad cognitionem intelligibilium*; D. Tho. 3. p. q. 60. ar. 4. & Dionys. de cæl. hierar. cap. 1. Quare optime Chrysost. hom. 60. ad popul. Antiochen. & in Matth. 83. huiusmodi profatur. *Si incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dona dedisset, sed quoniam corpori anima inserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præstat.* Viden quomodo de terra multo melius quam de cælo creatus homo sit? & quomodo terrestris multo amplius quam cælestis cohæreat Eucharistiæ?

Cur in rebus sensibilibus donata Sacramenta.

D. Tho. Dionysius. Chrysost.

Tertia hominis & Eucharistiæ similitudo, quo ad corpus formaliter acceptum.

18. NOn dumtaxat in materia, sed etiam in nostri forma, quæ hominis est anima, materiæ copulata, assimilamur Eucharistiæ. Nam quemadmodum per animam hoc corpus viuit physicum, sic corpus quoque mysticū per corpus viuit Christi velatum in hoc Mysterio. Ioannem audi vitalem in speculo morali; *Sicut anima rationalis vita est corporis physici, ita Christus est vita corporis mystici; & sicut eadem anima tota integra sine sui diuisione est in singulis partibus sui corporis simul, sic vnum & idem verum corpus Christi totum integrum sine sui diuisione simul est in multis Hostiis consecratis.* Sed & huius Sacramenti magnum illum propugnatorem Archiepisc. Guitmundum dicentem lib. 1. *Qui ergo hanc nostræ animæ potentiam præbuit, vt vna, eadémque indiuisa in singulis quibúsque partibus sui corporis eodem tempore tota consistat, quare suæ propriæ carni, id dignitatis, si vult dare Deus, non valeat? Et ipsa in diuersis suis cuiusdam corporis (quod est Ecclesia) partibus, tota* A *simul & indiuisa possit haberi; cum sicut anima nostra vita est corporis, sic Ecclesiæ vita sit caro Saluatoris.* Pro quo facit, quod & Deus vt vitam Adamo daret, inspirauit in terrenam & luteam illius faciem viuificum spiramen; *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ & factus est homo in animam viuentem.* Vbi legitur Hebraicè *spiraculum vitarum*, triformem nanque vitam inspirat nobis anima; nimirum, vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam, vt ait in hunc locum animaduersio Caietani. Si ergo tam diuersas, multimodásque vitas vna hominis in corpore operatur tantum anima, quas vitas seu præsentias non operabitur in nostro Christiano planè corpore miranda Christi caro? cum hæc corpori sit mystico, quod physico eius B anima? sed longe plusquam anima; nam nexus est diuinus, qui omnes difficultates ac nodos ingruentes diuina vi dissoluit, rescindit, & explodit.

Sic viuit corpus mysticum per corpus Eucharisticū, vt corpus viuit anima. Ioan. Vitalis.

In multis locis simul vt adsit corpus Christi.

Guitmundus

Gen. 2. 7.

Spiraculum vitarum cur anima dicatur.

Caietanus.

Quarta hominis & Eucharistiæ similitudo concinnata ex Creatoris dignitate.

19. HAc valde corpus hominis accedit Eucharistiæ, eo quod non ab Angelis, vt aliqui dixerunt, sed à Deo fuit corpus formatū protoplasti; quo humana tam in corpore quam in anima natura nobilitata remaneret. Augustinus lib. 9. de Gen. ad liter. cap. 15. & D. Tho. 1. p. q. 91. art. 2. C Probatur ex contextu; nam postquam dixit Deus; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, statim subinfertur; *Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam; ad imaginem Dei creauit illum.* Vnde clarè stabilitur, quod neutiquam cum Angelis loquebatur tunc Creator, cum dixit *Faciamus*; quandoquidem coniunxit; *Ad imaginem, & similitudinem nostram*, & illico ligatur à calamo Mosayco; *Ad imaginem Dei creauit illum*; sed quod vocem dirigebat ad totam Trinitatem, quæ sola in nostrum decus nos voluit eformare. Nec sane audiendi, qui dicunt Deum hîc, vt principes in numero plurali proloquutum; nam raro modo isto loquutus ipse fuit; idque semper vt Trinitatis Mysterium designaret; sicut notat D Theodoretus ad huncce locum Gen.

Corpus hominis an fuerit ab Angelis formatum.

Augustinus. D. Tho.

Gen 1. 26. & 27.

Vt Trinitas ex hominis creatione elucescat.

Theodoretus q. 20.

Sicque nostrum Sacramentum à Filio solo Dei fuit olim, & de præsenti tantummodo est confectum, dum iugiter cum Sacerdote concurrit consecrante, & in illius Sacrificiis præcipuus est Sacerdos, qui equidèm non suis, sed Christi verbis vtitur; de quo multa lib. 4. cap. 4. de Sacramentis inuenies in Ambrosio; *Vbi venitur, vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi.* Et esto, quod per Angelos effectum corpus Adæ, cum eo valde adhuc consentit Eucharistia; quatenus ista à Sacerdotibus dumtaxat consecratur, qui Angeli appellantur ex ore Malachiæ; *Labia enim Sacerdotis custodient scientiam & legem requirent ex ore eius, quia Angelus*

S. Ambros.

Malach. 2. 7.

Domini exercituum est. Sed tamen incidenter perpende cum Lusitano Hieton. Oleastro, quam magna versus hominem in hac hominis creatione effulserit Dei pietas, cui hominem complacuit creare, & vsque ad suam imaginem eleuare; *Arguit (inquit) locus iste hominum superbiam, qui nolunt sibi similem, aut æqualem habere, qui si viderint vicinum crescere, non solum inuident, sed & deturbant eleuatum, si possunt. Nunquid maior es Deo, qui sui similem non solum patitur, sed facit? Nec hoc solum, sed puluerem ita euihit, vt omnium creaturarum suarum Dominium ei tribuat, vt ferè sibi æqualem fecisse arbitreris.* Vnde & homines creare, & creaturas (pro vt dicimus) peculiares suas facere, ac ipsis benefacere, ac discant magni homines, qui ab aliis velut Dij exoptant reputari; nam qui homines humiliat quo iure ab ipsis poterit leuari & exaltari? Et qui homines non facit, cum possit eos facere, vt poterit ab hominibus æstimari, & magnifieri? Qui verò studiose his officit & nocet, vt poterit non hominum nocumentum vocitari, venenum, pestis, mors, & alia quæque mala?

Hieronymus Oleaster.

In hominis creatione quam magna Dei humilitas & hominum superbia.

Homines faciant, qui ab hominibus student magnifieri.

Quinta hominis & Eucharistiæ similitudo, quò ad modum creati ipsius corporis.

20. DE Creatore ad creationis nunc modum descendamus, in primisque quæramus. Vtrum hominis Deus partes, prins corpus, dein animam, huic corpori infundendo, diuisim procrearit, vt illa verba Gen. non solum indigitare, sed etiam demonstrare videntur perquam palam; *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*; An è contra coniunctim eodem simul tempore surrexerit perfectus humanæ gentis pater, sicue verbis præcedentibus videtur propalari; *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*; Homo etenim non nisi ex anima atque corpore perficitur & constat; quamobrem quando Deus de limo hunc excitauit, iam cum anima excitatum cuicunque fas est credere. Magnos vtraque opinatio assertores pro se habet. Prima Chrysost. super Gen. homil. 12. cum alia subsequent. quo loci elegantissimè; quem sequuti sunt Tostatus & Ferus ibimet; ac Castro lib. 2. aduersus omnes hær. & alij neque pauci, nec viri contemnendi; quibus licet sub obscurè suffragatur Augustinus lib. 15. cap. 24. de Ciuit Dei; clarissimèque metris Alcimus lib. 1. de mundi natalitiis.

Corpus hominis ab anima diuisim ne creatum, an pariter cum anima. Gen. 2. 7.

Chrysost.

Tostatus. Castro.

Augustinus. Alcimus.

Postquam perfecta iacuit mortalis imago,
Formaturaq; lutum speciem peruenit in omnem;
Vertitur in carnem limus; durat aque moles
Hinc dura è mediis traxerunt ossa medullas
Visceribus, luna augendas crescentis ad instar.
Infunditur venis sanguis, vindoque calore
Inficit ora ruber, toto cum corpore pallor
Pellitur, & niueos depingit purpura vultus.
Inde vbi perfectis consueſcit viuere membris
Tantus homo, & fumant calefacta, & viscera solam
Expectant animam; puro quam fonte Creator
Promit, & erectos recturam mittit in artus.
Nam lenem sinans flatum profundit ab ore,
Inspiratq; homini, quem pectinus ille receptum
Attrahit, & crebri discit spiramina auræ.

Quem Dracontius imitatur in opere sex dierum, decantans in hunc modum:

Dracontius

Ast homine non terra parit, non pôtus ab vndis;
Non Cælum, non astra creant, non purior aer;
Sed dominatorum Dominator, summus & auctor
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat, membratur in artus,
Corporeos, species hominis, cælestis imago.
Conspicitur noua forma viri, sine mēte parūper;
Spiritus infusus subitò per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia sanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus;
Iam cutis est, qui pulus erat, iā terra medullam
Ossibus concludit; &c.

Secunda verò habet Ioann. Damascenum lib. 2. cap. 12. Nyssenum lib. de homine cap. 29. cum proxime sequenti; Augustinúmque in lib. de Gen. contr. Manichæ. cap. 8. & tandem D. Tho. in sua 1. p. q. 91. quare hæc à plerisque vel saltem à multis hodie docetur in scholis. Inter quos ego qui moueo præsentem quæstionem, non approbo, sed promo vtramuis eius partem, vt vtramque pro instituto perducam ad Eucharistiam: in qua, si rem perpenderis, inuenies corpus Christi vtróque sane modo hîc verè præsens fieri; vno quidem ex vi verborum, eius corpore absque anima duntaxat pullulante; vnde in triduo Christi mortis, si fuisset consecratus, adesset solum corpus; alio verò per concomitantiam, & anima occurrente, vt docet D. Tho. q. 76. ar. 2. Quæ separatio viuo Christo rationis tantum est, mortuo autem in illo triduo realis verè esset; ac ideo valde congrua præsenti quæstioni; in qua nos in vi verborum cum primis consentimus, & in animæ concomitantia ab aliis non recedimus.

Damascen. Nyssenus. Augustinus D. Tho.

Sexta hominis & Eucharistiæ similitudo, quò ad corporis humani quantitatem.

21. VTcunque à Deo fuerit Adamus procreatus, illud constat in quantitate decenti effigiatum; videlicet in ætate, corporeitatéque qua postea Dei Filius resurrexit, vt credit August. lib. 16. de Gen. literalitet cap. 13. & Magister lib. 2. d. 17. Probatur ex eloquiis superius ponderatis; *Ad imaginem & similitudinem nostram*; quæ imago valde propria, & similitudo valde similis formari congruebat; ex aliisque progeniem eidem commendantibus; *Crescite & multiplicamini*; Quæ homini non nisi perfectæ quantitatis haudquaquam dicerentur. Et sic in Eucharistia, in propria quantitate adesse Christi corpus communis est sententia; Alberti; D. Tho. Bonauent. atque Richardi; Scoti; & aliorum; tam. t o. quam. 13. d. lib. 4. Sed & iterum D. Tho. in sua 3. p. q. 76. & opuscu. 59. ad eius. cap. 3. vbi ille rei

Augustin. Magister. Gen. 1. 26.

N. 28. Adami qua ætate & quantitate corpus factum.

Albertus. D. Thom. S. Bonau. Richardus. Scotus.

rei præsenti obsistens soluit dubium; cur in minima quantitate specierum Sacramentalium possit quantitas Redemptoris perfecta reperiri; quia, scilicet, per modum non adest quãtitatis, sed vtique substantiæ, quæ ex sui proprietate occupare locũ nescit; & cum ibi corpus Christi localiter non sit, nec etiam naturaliter, sed tantummodo Sacramentaliter ad dimẽsionem Sacramenti, non sub propriis dimensionibus innatæ quantitatis, sed potius sub alicuis specierum Sacramentaliũ est palam contineri. Res equidem quæ hinc, & ex multis per citatos allatis plusquam modicè donatur claritate.

Cur sub minima quantitate sit ve-rè corpus Christi.

Septima hominis & Eucharistiæ similitudo quò ad corporis eiusdem qualitatem.

22. HÆc fuit perfectissima; perfectio verò eius in eo plus lucebat, quod mortale & immortale, passibile & impassibile à mundi fuit Plaste Adamo fabricatum; immortale, si non vellet committere peccatum; mortale, si per culpam in mortis vim incurreret; vt humo sibi auctor rei esset, quam eligeret; seu vitæ, seu & mortis huiusmodi oblatarum. Augustinus de qq. noui & veteris test. q. 19. quem sequuntur Scholastici in 2. senten. d. 19. & D. Thom. 1. p. q. 97. art. 1. quantumlibet in modo immortalitatis explicando inter ipsum magnum sit, Scotumque dissidium; non autem sine magna istius viri laude, vt etiam Caietano ibidem visum fuit; quibus Philo de opificio ad finem debet addi; vbi hominem mortalem & simul immortalẽ, naturæque confinium, & vtriusque quantum fas participem vocare, vrbanè satis ait; nec non Hispanus Philo, seu Vallesius Castellanus in Sacra Philosophia, sic loquens sexto cap. *Certè homo nisi peccasset, nunquam fuisset moriturus; siquidem perpeccatum intrasse mortem Sacra canunt eloquia. Tamen, etsi non peccasset, fuisset mortalis; non enim idem est; neque per peccatum factus est mortalis, qui mortalis non esset; sed moriturus, qui mortalis iam erat.* Sicque in hoc Mysterio, mortale & immortale discipulis in cænâ oblatum Christi corpus; mortale in veritate, quia mortalis inter homines mortales existebat, & qualis ipse erat, se fois prorsus dedit; immortale verò in modo, quo Christus in hoc cibo sub alienis speciebus nec mori, neque pati quocunque modo potest; D. Tho. 3. p. q. 80. art. 3.

Mortale & immortale Adami corpus factum. Augustin. D. Thom. Caietanus. Philo. Vallesius. Immortalis & mortalis creatur Eucharistia. D. Thom.

Octaua hominis & Eucharistiæ similitudo in vnitate qua fuit suscitatus.

23. SIngulare proculdubio Dei fuit beneficium, & donum vere vnicum, non tum matim, vt animantia; sed potius sigillatim, in lucem vitæ edere humanam creaturam. Idque ex ratione, quam pulchram fert Magister lib. 2. fent. d. 18. *Ideo ex vno homine omnes voluit Deus, vt dum cognoscerent se ab vno esse, omnes se quasi vnũ amarent.* Sed pulchrius August. Magistri fõs doctrinę de Pent. ser. 5. *Nunquid Deus de vna aut fecit cæteras aues? Nunquid de vno pisce omnes pisces? de vno equo omnes equos? de vna bestia omnes bestias? Nunquid non multa plantas simul terra produxit, & fœtibus multa compleuit? Ventum est ad hominem faciendum, & factus est vnus, & de vno genus humanum. Nec duos voluit facere separatim, sed de vno vnam, Quare sic? & quare ab vno genus hominum inchoatur, nisi quia generi humano vnitas commendatur.* Quibus habet persimilia cap. 21. & cap. 26. de Ciuit. Dei; & in proæ. lib. 14. quod dixerat iam Paulus Actor. 17. *Qui fecit ex vno omne genus hominum.* Et metricè Dracontios, considerans ex costa, quæ cordis est contermina, & area, ea receptaculum, hoc factum, non ob aliud,

Homo vnicè creatus, vt vnice se semper diligeret in proximo. & quouis mundi homine. Magister. Augustin. Vnitatis charitatisq; ab initio commendatio. Actor. 17. 26.

Sed quò plenus amor toto de corde veniret.

Quid melius atque aptius Sanctissimæ Eucharistiæ? quæ vnitatis & charitatis Sacramentum verum est, vt docet. D. Thom. 3. p. q. 67. art. 2. & q. 83. art. 4. ad. 3. & q. 75. art. 1. Vtinam huius veritatis meminerint Fideles; nimirum se ab vno fuisse hoc Sacramento omnino deriuatos, & caosa illius factos; vt dum viderint ab vnico se omnes ortos esse, se vnice redament, & amoris iucundissima vicissitudine rependant. Hinc Ecclesiæ primitiuæ Christiadis calentibus; *Credentium erat cor vnum, & anima vna;* quia quotidie coniunctionis se pani coniungebant, in mensa Ecclesiastica; vt habetur & docetur in cap. *Peracta* de Consecr. dist. 2. & Actor. cap. 2. n. 47. *Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione.* Quo loci Lyrę calamus; *Hoc dicitur, tum quia quotidie communicabant; tum quia omnes cibos, sicut & cætera communia habebant.* Vnitatis duplex ratio, sed Eucharistiæ principalior; de qua adhuc cum Adibredo Abbate Cisterciensi disertissimo dicamus; *Pulchrè de latere primi hominis secundus assumitur, vt natura doceret, omnes æquales quasi collaterales, nec esse in rebus humanis superior, vel inferior.* Cuius dicto nos ad iugem concordiam pertrahamur, qui de latere melioris Adami saginamur, formamúrque interius; quibus iam ad societatis similitudinem transeamus.

Dracótius. D. Thom. De latere cur Adæ formata illius socia, & nata ipsius proles. Actor. 4. 32. Actor. 2. 47. Lyra. Adibredus.

Nona hominis & Eucharistiæ similitudo in societate, qua fuit eius vnitas statim duplicata, ditata, & decorata.

24. EX præfata ad societatem singularitate destinata, societatis iam vtcunque emolumenta recognosces nam *Væ soli* sonat gemitus in lib. Eccles. & ne Solus singularis maneret creatura, mox illi concreatur adiutorium singulare, vt quicunque dotur casus, sit causa semper mixta, alternaque duorum. Id autem ex vna costa, humani cordis tegula, ex qua formatur Eua; tam pulchra sicut canit Dracontius per hos modos in opere sex dierum;

Eccles. 4. 10.

Dracontius

Quæ Euæ pulchritudo.

Conſtitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpora nuda ſimul, niuei ſeu nympha profundi
Cæſaries intonſa comis, gena pulchra rubore
Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla, manúſq;
Vt qualem poſſent digiti formare tot intus.

Et Auitus per hus verſus in ſuo lib. 1.

Auitus Vien. Archiepiſc. in Gallia.

Erigitur pulchro genitalis forma decore,
Inque ſitumm ſubitò procedit fœmina cultum,
Quam Deus æterna coniungens lege marito
Coniugij penſat fructu diſpendia membri.

Vt ex membro iuxta cor & amor augeretur, & Chriſti in nos affectus exinde noſceretur. Magis etenim ſic fuit creata prima mulier in figuram myſteriorum aliquando futurorum, quã in humanæ generationis exigentiam tunc præſentem; vt conſtat, quia abiecto creandi dulci nomine, & Euæ conſentaneo (tanquam illi quæ ad prolem gignendam & propagandam à Deo formabatur) non dicitur ab illo creata, ſed fundata; *Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*; Nam quemadmodum ex Adami dormientis fuit mater cunctorum ædificata, ſic etiam ex Chriſti latere carpentis ſomnum mortis *Ædificata fuit Eccleſia per Sacramenta de latere eius exeuntia*. Ita Gloſ. Interli. ad iſtum locum Gen. & Ordinaria, Lyræque ad verba S. Pauli; *In ſimilitudinem præuaricationis Adæ*: Auguſtinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 17. D. Tho. 1. p. q. 93. art. 2. & 3. & Magiſter ſummo loco cum cunctis Scholaſticis, qui mira ex hoc myſterio eliciunt documenta. Quomodo autem Sacramenta ex Chriſti magis latere, quam alia ex parte fluxerint, in ſexta Enarrat. vberrim diſſeretur. Ideo Euæ valde fragilis nocitura procreatio ædificatio nominatur, quia vtique de fœmina præſenti minus actum, quam de Eccleſia poſt futura in illa figurata, & de eius fundamentali figura tum præiacta, quæ etiam in tam antiquo, ac leui fundamento ædificata perhibetur, quia firmum ſummè exiit Eccleſiæ fortalitium, aduerſus quam non valent inferni portæ ferteæ, ac ſimul longè æneæ.

Gen. 2. 27.

Eccleſia ex Chriſti latere.

Gloſ.

Rom. 5. 14.
Auguſtin.
D. Thom.
Magiſter.

Ædificata cur nam mulier in Gen. dicatur.

Matth. 16. 18.

25\. Hinc factum, quod mulieris notabilis formatio ex lapidibus myſteriorum ædificatur plurimorum; è quibus cor Eccleſiæ Sanctiſſima Euchariſtia non infimè adiuuatur, nec parùm elucidatur. Nam Primò fuit illa ædificata in Paradiſo, ad innuendum per Euchariſtiam ex corde Chriſti natam, & datam in pignus gloriæ, ad gloriam Paradiſi non eſſe transferendos: iſte nanque panis eſt, in cuius fortitudine ambulamus ex hac valle ad montem Dei cæleſtem, vnde homines deturbauit mulieris audacia; quare quidquid Paradiſi mulieri tribuitur huic eſcæ multo melius, vel eius piæ Matri Salutis noſtræ cauſæ attribui decens erit. Secundò fuit mulier ex oſſe viri facta, ipſius viri infirmitas, fragilitáſque maxima; dum os ablatũ Deus suppleuit carne fragili. Et hinc omnes vxorati, quantumuis efferati ſtatim manſueſcunt, ſimulatque Matrimonij dedere iugo colla. Vnde optime in Luſitania prouerbio circunfertur; *Cazaras, & amançaras; Vt nubes, manſueſces*; quod à docto Lip-

Cur mulier procreata in terræ paradiſo.

3\. Reg. 19. 8.

Homo infirmus per mulierem, per Euchariſtiam fortis redditur.

Vxorati manſueſcunt vxoribus redduntur, & molles mulieribus.

A pomano Vlyſſi ponc quondam Nuntio probatur in hunc locum. Sed hæc hominis infirmitas Euchariſtia ſolidatur; quia *Eccleſia in Chriſto fortis facta eſt, & Chriſtus pro Eccleſia factus eſt infirmus*. Ita Gloſ. Interli. cum Auguſtino ſup. Ioan. tract. 15. Nec male, cum Redemptor infirmatus vſque ad mortem infirmitate noſtra fuerit, & nos eius humanitate ab humanis fragilitatibus egregie vendicati; quia infirmitas Saluatoris ſaluatis fuit cuncta illorum fortitudo. Cum iſta verò ex corpore infirmo Chriſti veniat, quod latet in hoc cibo, quantumlibet non iam infirmitatibus obnoxium, ideo ipſi tota noſtra fortitudo referenda; & verè adiudicanda. Tertiò, mulier naturaliter amica eſt diuagandi, labendi, & diffluẽdi, impatiénſque ſtandi, vt graphice deſcribitur in Prouerbiis Salomonis: quapropter Deus hanc ipſam vbi primum vitam habuit adduxit ad Adam; cum tamẽ iuxta illum, & ex pectore atque coſta eiuſdem tunc ablata extiterit formata; vnde adduci ad virum ſuum neceſſitas non erat; nam adducimus ſolummodo quæ longe ſunt à nobis, nõ autem quæ ſunt proximè; quæ vtique elongantur; non autem quæ præ manibus ſecurè poſſidentur. Sed tale ad diuagandum muliebre eſt ingenium, vt ſi pugno & viua claue claudatur diligenter, à pugno dilabatur; ſicut tetigit acutè Anaſtaſius Synaita Hexam. lib. 9. *Illud enim, adduxit eam, ſignificat, quod poſtquam ipſa facta eſt aliquò aufugit, & procul ſeparata fuit à viro ſuo; deinde Deus eam conuerſam reduxit ad Adamum.* At iſta diuagatio, fœmineáque labilitas Euchariſtiæ proculdubio curatur alimento, vt in Euæ creatione obſeruat Auguſtinus lib. 65. qq. q. 45. *Congruentius iudicauit, vt ſic faceret, vnde aliquid ſignificaretur; ſicut enim dormienti Adæ coſta detrahitur, vt coniux efficiatur, ita & Chriſto morienti de latere ſanguis effunditur, vt Eccleſia conſtruatur; communicans nanque corpori & ſanguini Chriſti efficitur Eccleſia Chriſti coniux.* Quod ſi coniux ſic vocatur, coniuncta quaſi viro, bene Eccleſia per Euchariſtiam effecta Chriſti coniux, cum illo eſt coniugata, & à mala ac naturali propenſione dilabendi omninò liberata. Vnde mulier quæ frequenter acceſſerit deuotè ad iſtum firmum panem, ad alium præter virum accedet nunquam ſuum; dumtaxátque cum eo propter Sanctæ Communionis efficientiam & influentiam communicare inuenietur. Qua etiã vera mulier tunc erit domi manens; hoc enim illius proprium, ſummoperéque decens; nã ideo iuxta Ambroſium ędificata nuncupatur, vt velut ædificium in ædibus conſiſtat, immobiliſque maneat; quòd in lib. de paradiſo ſcribit per hæc verba; *Bene ædificauit, dixit; vbi de mulieris creatione loquebatur; ſicut enim vir publicis officiis, ita mulier domeſticis miniſteriis habilior exiſtimetur.* Et vir etiam coniugatus hac via in domo ſua habebit domum alteram, materiali firmiorem, ac valde vtiliorem; nam mulier domi fixa fœcunda domus eſt, non adeo ædificata ſupellectilibus domeſticis,

Vagationis fœmininæ mirabilis probatio.

Prouerb. 7. 10.

Gen. 2. 22.

Cur mulier facta ex viro ad virũ ſit adducta.

Anaſtaſius Synaita.

S. Auguſt.

Cur coniux ſic dicatur, & qualis Euchariſtia.

Vt mulier caſta fiet ſubiugo Matrimonij.

Mulier domi velut domus manere vt teneatur.

S. Ambroſ.

Ab vxore quantum domus ſit copia, vel inopia.

A

domesticis, quam harum ædificatrix & ferax fabricatrix, vt dicitur quammultis in forti illa muliere descripta à Salomone; & breuius in Prouerbiis; *Sapiens mulier ædificat domum; insipiens extructam quoque manibus destruet.* Nec non à S. Ambrosio in verbis quæ sequuntur. *Bene ædificauit, dixit, quia in viro & muliere domus videtur quadam plena esse perfectio.*

Prouerb 31.
Prouer 14.1
Vir quiuis sine vxore videtur sine domo.

16. Contineat se quæ vult seruire continentiæ; at viri, qui in capita sunt dati fœminarum, Ephes. cap. 5. n. 23. illarum pedes ligent imperio salutari, catenáque tam forti quam pariter suaui; ne dum eas sæpe sinunt in publicum prodire, vxores citò proprias vt publicas sustineant; quia *mulier & gallina per multum diuagari*, vt vulgo dici solet, *amittitur festine.* Sed quisnam tandem est, qui hac nostra calamitosa & mæsta tempestate præpostetè à voluntate vxoris non regatur? Feliciores sanè greges, qui ab homine ductore pro ratione conducuntur; infelix genus hominum quod à muliere sine aliquo rationis moderamine; funestè circumagitur, cum illæ plus libidine, quam ad libitum inflammatæ, per latus velut ignis per pabulum arefactum, quo libet, gressus dirigant. Præsertimque in istis Septentrionis regionibus, vbi fœminæ cum omnibus quos eligunt loquuntur, fabulantur, diuagantur, ac etiam comessantur; & palam sine pallio, quod tamen viri portant, procedunt nimis patulæ ad oculos cunctorum; cum oculi prædentur, vel etiam meliorum, frequẽter tristes animas; & mors volitans in visu ascendat per feoestras, ad corda trucidanda. Dicunt patriæ morem esse; egu mortem boni motis hoc ipsum iudicarim. Gentilium motes isti exquirant vetustorum, ad illorumque speculum componant semetipsos; Gentiles nanque tunc, ac essent Chtistiani, compositè viuebant; Christiani verò hodie Gentiles velut viuunt; imò pariter & Turcarum mulieres cum honestate ab eis retinentur; dum nostræ à viris suis in nihilo vetantur, quo cladibus frequentibus dehonestantur, & perduntur. Quæ pestis per Castellam Septentrioni colligatã, in meum quoque regnum irrepsit Lusitanum, quod quidèm magna ex parte infecit boce malo; quamnis ibi dicta monstra à nemine agnoscantur. Quare vel in rebus his frenandis Reges pij pro viribus insudent, vel de regnis deuastatis per hæresim non gemant, & tardè demirentur; non enim possunt Fidei errores intereludi, vbi mores verecundię habenis non premuntur, sed potius hac remota, funestè relaxantur. Quæ de abusibus mulierũ in mulieris creatione, pro Eucharistiæ veneratione hinc multum dependente adducere Lectori non solum nõ inutile, sed vtile atque optimum, ni fallor, iudicaui. Ita res accipiatur & bene statuatur, sicut bona intentione infructuosis à me tantum lamentis deploratur. Nunc ad pensum, viam & ordinem susceptum reuertamor.

Ephes. 5. 23.
B
Exhortatio ad libertatem mulierum frenandam.
Thre. 3.51.
C
Jerem. 9.21.
D

Decima hominis & Eucharistiæ similitudo quò ad tempus, quo illum Deus creauit.

27. IN fine fuit hic cunctarum rerum factus, vt in fine processionum, pomparúmque solemniũ incedit quiuis dignior, & in fine carinarum nauclerus solus adest; vt de homine atque cælo extremis locis editis in lib. de opificio perbellè dixit Philo; *Nam cum contrarias naturas habeant, id quod est corruptibile, & id quod est incorruptibile; vtriusque speciei quod pulcherrimum est, principio, finique attribuit; principio cælum; fini hominem.* E quibus nihilominus si quæratur quisnam maior, perspicuum quod sit homo; cum cælum propter hominem, non homo propter cælum à Chrysostom. to. 5. creatus dignoscatur; de quo Venetus in Harmo. Cant. 3. ton. 3. con. 2. & quæ supra nos de causa finali disseruimus Enarrat. præcedent. Qua via hoc Sacramentum, quod maximum est Dei opus, ab ipso Filio Dei in fine vitæ suæ decenter instituitur, vt duabus, præter istã, affirmat rationibus Angelicus scriptor 3. p. q. 73. art. 5. per hæc verba; *Primò, quia vt B. Papa Alexander dicit, nihil in Sacrificiis maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi; ideo vt maiori veneratione haberetur, Dominus in vltimo discessu suo à discipulis hoc Sacrificium instituit. Secundò, quo Saluator vehementius commendaret Mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad Passionem digressurus erat. Tertiò, quia ea quæ vltimò dicuntur ab amicis recedentibus, maximè memoria commendantur; præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos; ea verò ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur.* Cuius vltimę quę minus videntur rem præsentem munire & cõfirmare, hanc maximè corroborant; cum Adamus inter alia in fine sit productus, vt ex mundi consideratione in palatium sibi à Deo tã pulchrè præparati, & imperij creatutarum vniuersarum sibi traditi, in amorem, & admirationem, gratulationémque Opificis, cum memoria beneficiorum tantorum cordi infixa, propterea raperetur; vt asserit rectissime Procopius in hunc locum.

Cur homo in fine factus, & cælum prius omnibus.
Philo.
Chrysosto. to. 5 serm. de gratiis reddendis.
D. Thom.
Vt gratias Deo agat in fine factus homo.
Procopius.

Deinde fuit homo creatus sexta die, & ita Sacramenta ætate mundi sexta fuerunt instituta. Nam vt hac ætate homo mundanæ respondente, capatior mente est, & planè sapientior, iuxta illud Ecclesi. cap. 25. *Quam speciosa veteranis Sapientia*; ita homines fuerunt in sexta mundi ętate eruditiores & capaciores ad Sacramenta accipienda; prout ait Bonauentura in 4. sent. d. 2. q. 2. n. 14.

Sexta die factus homo & Sacramenta sexta ætate donata eidẽ homini.
Ecclesi. 25. 7.
S. Bonau.

Et tandem si in fine creatus homo fuit, quia finis creaturarum, vt appellatur inter moltos ab Ethnico Philosop. lib. 2. Physi. text. 24. existit naturaliter; Eucharistia multò verius Sacramentorum finis est, cum D. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. & q. 65. art. 3. & q. 72. art. 12. & q. 73. art. 1. Nisi forsitan dixerimus, quod homo tanquam index, &

Homo finis creaturarum; Sacramentorũ Christi corpus.
D. Thom.

In fine velut index cur homo ſit creatus. Pſal. 110. 4.

vniuerſę creaturę mirabile compendium, in fine fuit libri inſertus vniuerſi; & Euchariſtia, vt memoriale mirabilium Creatoris; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*; in fine celebrata.

De quadam prædictorum confirmatione ſingulari, qua & homo, velut Deus, eſt hominum principium, & ſimul ſuper Angelum perfectior Dei imago.

Homo hominũ principium, vt Deus cunctarum rerum.

28. EX ſimilibus hucúſque inter hominem & Euchariſtiam à nobis euulgatis & inuicem ligatis, quàm homo vel in corpore perſimilis ſit Deo, clariſſimè innoteſcit. Quod ex duplici coniectura nõ male confirmatur. Prima quidèm, quia ratio, ob quam non aliunde ſed ex viro ſumpta mulier, hæc vna inter multigenas, vt homo in ſuo corpore exiret Dei imago; dum à Deo creaturę egrediuntur vniuerſę, & ab homine vniuerſa humanitatis indiuidua egreſſa non ambigitur, vt docet. D. Tho. 1. 2. q. 92. art. 2. *In hoc quadam dignitas primi hominis ſeruatur, vt ſicut Deus principium eſt totius vniuerſi, ita & ipſe eſt principium totius ſuæ ſpeciei.* Secunda verò quia, vt iterum mox dicam, ſimilior Dei imagini quam Angelus eſt homo, Ambroſij iuxta mentem in Pſal. 118. octonario in cuius primo ſic ille ſeſe habet; *Cælum non ad ſimilitudinem, homo ad ſimilitudinem. Angeli ad miniſterium, homo ad imaginem. Eſto quod Angeli ad imaginem, ſcriptura tamen de homine loquuta eſt, quod ſit ad imaginem; habemus nempe aliquid, quod fortaſſe illi non habent; vbi enim abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. A nobis carnem ſuſcepit, quando filium hominis in ſede Dei conſtituit. Non lego Angelos in Dei ſede niſi ſtantes, niſi miniſterium deferentes. Non lego Angelos, ſed homines conſepultos Chriſto, & in Chriſto reſuſcitatos.* Quapropter cum per corpus ſimilior Dei imago, quam Angelus, ſit homo, bene inde terminatur, quod vel in ipſo corpore eſt homo Dei imago; qui præſentis Enarrationis ſcopus fuit hactenus, ſicut optimus iam finis eiuſdem theſis manet.

D. Thom.

S. Ambroſ.

Homo Angelo quam melior imago Creatoris.

De hominis dignitate, præconiiſque eximiis ex iſtis conſurgentibus; vbi multò grandiora ex Euchariſtiæ ſumptione incipiunt promicare.

Præconia mira hominis.

Philo. Ambroſius. Chryſoſt. Venetus.

29. EX hominis ad Deum ſimilitudine miranda, eius multa cum Deo elogia commiſcentur, vt ſcriptitant quampluirimi, quorum Sola numeratio faſtidio tibi foret. Quocirca ſatis Philo in lib. de opificio; Ambroſius ad Honorantium Epiſt. 38. Chryſoſtomus in Gen. & Venetus ſuprèmò; in Harmo. Cant. 1. ton. 6. cap. 1. quo loci ſic de homine; *Virtute & myſterio eſt maior mundus, cuius opificium tanto celebriori artificio deſcribit Moyſes, quanto ipſe eſt excellentiori munere fabricatus.* Et iterum cum Algazel perdocto Sarraceno, reſpondens cur nam homo in fine ſit creatus; *Ad compoſitionem hominis veniens natura ceſſauit, tanquam nihil honorantius compendium præ manibus habens. In ipſo enim incluſa eſt (Galeno teſte) omnis ſapientia, vltra quam non reperitur alia, ſed nec excogitatur à nobis* Hæc ille; qui & alibi cum Paulo vocat hominem viuentis templum Dei; conſumatiſſimum & venuſtiſſimum Creatoris mũdi opus; opificiique mundani ſimulacrum perfectiſſimũ. Et Cant. 1. ton. 6. cap. 32. Hominem, ait, cũ doctrina Mercurij Trimegiſti Cælicolis præſtantiorem exiſtere ſuapte; vel ſaltem pari ſorte cum illiſmet potiri; ac tandem modo ſuo mortalem Deum eſſe, ſicut Deus e regionẽ immortalis homo eſt. Quare homo tanquam fungens terreni Dei officio nominibus animantia decentibus ornauit, & doctè intitulauit; *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea; omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius* Quæ verba ſic exornat Baſilius Seleucenſis ſecunda orat. *Eſto Adam nominum artifex, quando rerum eſſe non potes; formentur à me; nominentur à te; partiamur huius fictricis ſolertiæ gloriam; me agnoſcant artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine.* Sic iſte; cui addamus Pictoris apophthegma, qui cum tempos in imagine inſumeret pingenda, à nonnulliſque propterea de mora carperetur, hoc illos mutos reddidit. *Æternitati pingo.* Cuiuſmodi Deus fuit, qui feſtinus cũ condiderit omnigena creata; *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt*; Solum hominem cunctanter, conſilio prius habito cum tota Trinitate, & per recreationem proculdubio ac otium delectabile, multo melius quam de Italia diſſertus dixit Plinius lib. 3. cap. 5. creare deſtinauit; quia cætera non æternitati, ſed potius corruptibilitati omnino deputauit, hominem verò immortalitati dumtaxat conſecrauit, & ſibi, qui eſt fons æternitatis, reſeruauit. Quæ omnia coronentur cum Hilario Pictauien. in Gen. ad Leonem; quo ille ſic de homine auenam ſuam inflat:

Deus homo & homo Deus qua via dici poſſint.

Gen. 2. 19.

Baſilius Seleucenſis.

Adamo quãta gloria creatis dare nomina.

Pictoris dictum celebre in hominis elogium.

Pſal. 32. 9. & 148. 5.

Plinius.

Hilarius ad Leonem.

O Felix animal, ſummi cui dextra Tonantis
Eſt Pater; ô felix nimium, quis ducis Olympo
Et genus, & formam; ſi te non noxia terra
Decipiant vitia, & non blandus ſubruat error,
Numen eris, Cæloque redux mirabere regna,
Quæ promiſſa bonis fido Pater exhibet ore.
Nam tibi multa Deus naſcenti contulit vltro;
Æthercam faciem primum, vultúmq; paternũ,
Inceſſúmque pedum rectum, ſublimia colla,
Ne qua mora in cælos oculis ſpectantibus eſſet.
Tunc alacres, promptáſque manus, vitaque miniſtras
Atque domum diuæ pectus rationis, & alti
Sedem conſilij; fundenda vocis honorem.
Hæc ſoli conceſſa homini, nam cætera mutum
Vt pecus obtinuit; &c.

Et vt homini vel etiam mulieres cantent

laudes,

Ioanna de Cambry Religiosa dudũ mortua auarè commendata.

laudes, non parùm visu dignæ, quas Ioanoa de Cambry Religiosa Augustiniana ex Belgij ditionibus, & Religionis recens flos, in Ruina amoris proprij lib. 2. cap. 1. de Adamo in paradiso terreoo contemplatur. Cuius ego commemorationem hîc volui colligare, non propter sua encomia de homine prolata, sed propter quod is libet à cunctis perlegatur. Est enim valde vtilis personis Christo deditis, & ipsismet pro tempore decentius quam à multis insumitur, terendo, non modicum incitabulum.

30. Hinc hominis encomia ascendere non valent, quæ ideo non euehere, sed solum refricare repeteréque mihi, vt licet, ita lubet, prosapiæ nostræ punctus aculeo & desiderio. Ergo homo cum ad Deum ascendere non queat, inter Angelos, par illis, & considet & manet. Nam si Angelus nos superat in Angelica natura, quæ vt tota spiritualis nobilior ex se est, & imagini Diuinæ similior & proximior; vnde dicitur de primo à cælis deturbato; *Tu signaculum similitudinis*; qoia ipse fuit Dei similitudo perfectissima, vt exponitor à Gregorio; at de homine è contrario scribitur à Psalte; *Minuisti eum paulo minus ab Angelis*; nos Angelos in gratia non parum superamus; imò omnes tractu ferè immenso supergredimur; quia licet valde crebrius meliores, nec non Deo similiores sint hominibus, multi homines nihilominus similiores Deo sunt, quam multi ex ipsis Angelis; sed & aliquis est homo, qui omnes vincit Angelos. Superior nanque illorum præcipitium passus fuit, vt docet. D. Tho. 1. p. q. 63. ar. 7. o. & ar. 9. 3. cuius locus ex hominibus supplendus planè erit, ac ideo aliquis homo vniuersos super Angelos in cælis collocandus; qui quisnam sit futurus, ille nouit, qui & nouit spiritus librare; quantum ego tantùm scio inscitiam magnam esse de istis controuertere; etsi neque quæstiones, neque etiã reuelationes in repræsenti desint. Vlterius, quòd Dei Mater, & Christus eius Filius verissimi sunt homines, quà sanè est infinitum quod Angelis præferimur. Verùm illis in natura exaltatis super nos, nobis verò sobleuatis per gratiam super illos, æqualis fit omnino alterna compensatio, ac parilis conditio. Vnde verba Creatoris *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, Societati, & æqualitati quam cum Angelis habemus, aptari verè possunt; quemadmodum si diceret, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; videlicet, ad Angelum; qui nostri iam imago à nobis factus est; hoc autem non ad Angeli imaginem & similitudinem nunc hominem formando; sed ad hominem cum Angelo, qui nostri imago lucet, amicitia sociandum; adque hominis societate lætandos cunctos Angelos; & ad hominem cum Angelis, vt cum amicis deuinctissimis, loquendum & colludendum.

Homoqoomodo par Angelis, & ipsis longe maior.

Ezech. 28. 12.

Gregor. in Euang. homil. 34.

Psal. 8. 6.

Aogelorum primus cecidit.

D. Tho.

Sanctorum circa merita stu'tum cõtrouertere.

Gen. 1. 26.

31. Quæ neutiquam, ni fallor, aspernanda cogitatio firmatur ex duobus. Primo, ex eo, quod & homo, vel non cadente Angelo, creandus semper esset; quia ad mundi perfectionem hic maxime attinebat, sine quo mundus perfectione nequaquam frueretur, vt rectè argumentatur Pererius super Gen. Secundo, ex familiaritate, quam homo ante peccatum, & multi post peccatum cum Angelis cælestibos arctissimam iniere; quo patet quod si culpa non malè præpediret, & prauè interiaceret, commercium iuge & magnum societatis iocundissimæ cum Angelis haberet; vt claret ex quam multis, qui cum Angelis suimet custodibus amicitiam tenacem contraxere; qoorum primos fuit homo cunctorum primigenius, Adamus, de quo agit hæc præsens Enarra; de quo etiam lib. 4. Dialog. cap. 1. sic calamus Gregorij; *In Paradiso quippe assueuerat homo verbo Dei perfrui, & Beatorum Angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine visionis interesse; sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur, mentis lumine recessit.* Cuius Angeli Custodis, sanctorúmque aliquorum qui nomina exoptabit, in Harmon. mundi Venetum Cant. 3. ton. 3. con. 1. audiat. *Inueni (scribit ille) in antiquissimis Hebræorum monumentis, Adam familiarem consuetudinem habuisse cum Angelo Raziele, Sem cum Iophiele, Abrahamum cum Zadchiele, Isaac & Iacobum cum Peliele, Iosephum cum Gabriele, Moysem cum Mitratone, Eliam cum Maltiele. Petrus quoque adeo sibi Angelum habebat familiarem, vt etiam ab amicis suis notus esset; adeò vt cum Petrus de carcere venisset ad domum Mariæ cum hostiis pulsans, ipsa cum cæteris amicis conscius eius cõsuetudinis, quam habebat Petrus cum Angelo, dixerint, Angelus ipsius est. Sic Ioannes Angelum habuit, qui ostendit & docuit cum Sacramenta celeberrimæ visionis. Sic Cæcilia Angelus fuit, quem marito & leuiro ostenderet. Agnes Angelum, qui in lupanari eam custodiuit; & multi alij. Angelos sibi familiares habuerunt, quos commemorare non valet hæc breuis rerum perstrictio.* Sic ille; qui vt nostras, nostratium potuisset hoc loco recordari; cum & Pater Seraphicus aliquando præ languore ægritudinis confectus, Angelico concentu recreatus conualuerit; & præclarus eius filius Iesu bajulus Antonius, cum semel tabellario, pro epistola indigeret, ei Angelus in hoc munere festinus deseruiuit, & lubens Sancti literas Ministro suo detulit.

Vtrum homo crearetur, si Angelus non caderet.

Pererius.

Familiaritas cum Angelis quæ hominũ multorum.

S. Gregor.

Venetus.

Quid mirum sancti Petri cum Angelo versantis.

Actor. 12. 15.

Ioannes & Cecilia ac Agnes quod habuerint cum Angelis consortium.

Francisco, Antonióq; deseruiunt sancti Angeli.

32. At vero cum ex his æquetur homo Angelis, illos aliter simpliciter & verissimè loquendo, longissimè antecedit; ex eo, quod Dei Mater, & Christus eius filius in genere sint hominum; vnde de homine dicendum, quod Paulus de Dei Filio; *Tanto melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.* Hinc hominis ad Angelos præclaram anteferentiam confirmat ipse Venetus. Cant. 3. ton. 3. c. 2. & Chassaneus de mundi gloria p. 2. consider. 3. sicut etiam præferentia, quæ venit ex Dei Matre tam valde cunctos Angelos collectos simul superat, quam illi ab ipsa Virgine hoc modo superantur; de quo optime Suarez in suo vita Christi; post Bustum atque Pelbartum hoc prius exponentes.

Homo Angelis quam maior simpliciter loquendo.

Hebr. 1. 4.

Venetus. Chassaneus.

Pelbartus. Bustus.

In illo verò Angelos nos omnes antecel-

limus, nimirum, quod suscipimus ac aliis ministtamus sanctissimam Euchatistiam; quæ ab Angelis non suscipitur, nec permittitut nisi tardò, & simul per miraculũ quandòque ministrati; vt docet. D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 7. Clemen. *Si Dominum*; de *Reliquis & vener. Sanctorum*; & Ioannes de Turtecre. in cap. *Quid sit*; de *Consecr.* dist. 2. Præterea, quod Eucharistia ab initio fecit Angelos, vt habes n. 13. & Angelos nunc facit; quare Panis Angelorum ab ipsis manducatus vocatur à Psalmista; *Panem Angelorum manducauit homo*; Non quòd vnquam panem homo gustauerit cum Angelis, vel quòd Angeli viceuersa manducauerint, de quo ibi deserti manna agitur; sed quod homo Israëlita comederit in illo figuratè nostrum panem, quo Angeli profectò efficiuntur viri [B] quiqui, qui ad illum suscipiendum idoneè se disponunt; ita vt panis Angelorum, Christianorum in loco illo oporteat explicari, & rectè subintelligi, sicut asserit in veteris testamenti qq. q. 19. B. Augustinus: *Panis, quem Angelorum vocamus, manna est, vt quod tunc factum est, eius rei, quæ nunc in Ecclesia offertur, fuisse figura existimetur. Vt Christiani populi, quos ibi scriptura significauit, manducarent homines; id est, Iudæi, quos homines dixit; Panem Angelorum manducauit homo.*

Eucharistiã ministrare vt sancti possint Angeli.

Psal. 77. 25.

Angelorum cur nam panis Eucharistia nũcupetur.

S. August.

33. Nec mirum quod hinc homo transcendat ipsos Angelos, cum etiam Christus fiat, vel saltem Christiformis qui sumit hocce ferculum. Ita S. Bernatdinus tom. 2. serm. 54. ar. 1. cap. 1. quo loci sic concludit; *Christus factus est nobis vniformis, & in hoc Sacramento datum nobis, vt homo fieret Deiformis. Ideo hunc cibum dignè manducantes transformamur in Christum.* Hæc fuit signi causa à Iuda Iudæis dati, de quo Matthæi historia; *Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens; quemcúnque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Sed quare signum tale? *Ne loco Christi caperent Iacobum minorem, qui erat similis Christo in facie, propter quod dicebatur specialiter frater Domini.* Lytani verba sunt, quo cum in similitudine duorum ego consentio, at verò in similitudinis origine non modicè dissentio ab eius mente; non enim naturaliter à vultuum paritate exortã possum credete, cum Christus toti populo notissimus fuisset, nec vnquam pro Iacobo salutatus extitisset; sed solùm accidentaliter, ex Eucharistiæ sumptione, quam tum temporis cum Dominus cum omnibus Apostolis recentet accepisset, eos omnes ctedi potest, nec sine fundamentis, Magistro suo similes in vultu remansisse; excepto tamen impio ac falso traditote; atque cibi Sacrosancti temeratote nocentissimo, qui vt eius temeratot operationem non recepisse illius certum est; quam quidèm in suis sociis de facile ille posset in Cæna animaduertere, & tanquam illorum inuidus hoc amplius commoueri, & sæuius effetari; quocitca dato signo commilitones præparauit.

Christi formes quantum faciat Eucharistiæ Sacramentum.

S Bernardinus.

Matt. 26. 48

Lyra.

Cur signum Iudas dederit ad Christum vinculandum.

Fundamenta verò sunt non adeò illa moralia, tam sancti Bernardini à nobis nunc producti, & Cyrilli Ierosolymitani in 4. [A] Mystagog. huiusmodi dicentis, *Sic efficimur Christiferi, hoc est, Christum in corporibus nostris ferentes, cum corpus eius & sanguinem in membra nostra recipimus. Sic secundum B. Petrum Diuinæ naturæ consortes reddimur*; quantumuis hęc non parum intentui suffragentur; sed primùm verba textus Matthæi, Marcique; qui sanè cum de Iudæ traditione bis loquantur, non solùm distantissimè quammultis interiectis, quantumlibet in vno ac ipso prorsus capite, notanter hoc scribunt; sed etiam diuersissimè; sic enim primus ait; *Tunc abiit vnus de duodecim (videlicet post fractum peccatricis alabastrum) qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes Sacerdotum, & ait illis; Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* quin aliquid de osculi tunc signo declarauerit, & [B] sedulus vel cautus vtcunque indigitauerit; quod etiam Marcus dicit cap. 14. n. 5. Post multa verò, & Cænę successum recensitum, sic iterum de Iuda stylus Matthæi redit; *Adhuc eo loquente* (cum discipulis in horto) *ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus Sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens; Quemcunque osculatus fuero, ipse est; tenete eum.* Quæ verba post quamplurima in Cæna & horto facta, adducit quoque Marcus numero 43. vnde elicitur quod ex Cæna collegit signi causam, cum prius ipse nihil de illomet prædixetit, & postea tam minutam expresserit de eo præcautam mentionem.

Similitudo Christi vultus et Eucharistiæ sũptione an nobis sit possibilis.

Matth. 26. 14 & 15.

N. 47. & 48.

Deinde nostri Lyrę mirifica doctrina, qui explicans in Glossa Apostoli sententiam, [C] dicentis de hoc pane; *Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi* Et exquirens rationem, cur Ecclesia in primitiua multi homines ob malam Eucharistiæ sumptionem multati morte fuerint, quod hodie non fit crebrò; peroptime respondet, fuisse tùm conueniens, vt miraculis externis lex noua fundaretur; quemadmodum, & lex vetus quammultis mirabilibus, & hominum multorum interitu est firmata. Quapropter cum sit constans Philosophiæ documentum, quod ratio contrariorum est eadem inter se, non solum tunc oportuit pro malis signum dari, sed pariter pro bonis; hoc autem nullum aptius ad illam promissionem Eucharisticam adimplendum; [D] *In me manet & ego in illo*; quam si manserint Fideles in vultu vultui sui Magistri assimilati; pro quo facit legis veteris dationis primo tempore signum aliud valde simile, quando ex sola locutione cum Deo sancto Moysi corusca atque cornuta, nimirum lucis radiis omnino mansit facies; quod vtique in principio publicationis legis nouæ, atque corporis Diuini manducatione tam mirabili nil minus condecebat.

1. Cor. 11 29. & 30.

Ioan 6 56.

Exo 34 29.

Et tandẽ duplex ille diuersissimus effectus, in Christi cæna visus; Ioannes quando Sanctus in tanta rerũ mole, quæ prorsus mundum cor dormire nõ permitteret, sed potius impediret, iuxta veram & repetitã Ecclesię cantilenam

Ioannes in Cænaculo cur supra pectus Domini dormierit; at Iudas illius sũpto corpore exierit velocius.

cautilenam. *Intenta supplicatio dormire cor mundum vetat*; super sui tamen Domini dulcissimum puluinar, ac pectus obdormiuit, & lentè visionibus cælestibus fœcundum ac mirum somnum cepit; vt apparens sic duorum coniunctio corporalis, spiritualem non apparentem, de qua secundum thema, *In* Ioan 6.56. *me manet, & ego in eo*; testatam cunctis faceret; Ioan.13.30. Et quando malus Iudas ob assumptam Communionem velocius è cænaculo quam aliter exiret, exiuit hac de caosa; vt effectus quos patratur in Communicantibus peruersis æqualiter constareut: sed latius de hoc iterum Enarra. de Arithmetica, n. 11. & 16.

34. Nec Christifer tantummodo, incarnatus nempe Deus, hoc cibo benè fit, qui illum benè edit, Eucharistia Deos facit. sed etiam à carne modo non paruo alienatus, in Deúmque mutatus, vt intelliges cum Ruperto hęc verba elucidante; *In me manet, & ego in eo*; Rupertus. *Quid enim ego, nisi Deus, (scribit doctus Abbas,) nisi Dei sapientia, nisi vera & summa, & sempiterna Deitas? Ergo is in quo maneo ego, diuinitatem in se transfusam habens, Deus factus est.* Quod munit D. Tho. opusc. 58. cap. 25. Ioannis cap. D. Tho. primum adducens, & explanans; Ioan.1.12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; id est, Deiformes, & Deo secundum imaginem similes. Nec potest creatura ad maius promoueri, quam quod suo assimiletur Creatori; assimilatur autem homo Deo, virtute corporis Christi.* Porrò Thomæ opinionem profitetur eo vestigio tam ortu quam & obitu & acie mentis inclytus, magis longè demirandus, quam facilè imitandus nostri ordinis Tertiarius, & Martyr ille Lullius, de Sacramen. p. 3. lib. 6. sic se habens; Raymūdus Lullius. *Per istud Sacramentum Christiani exaltantur, & dignificantur tanta exaltatione, & dignitate, qua excogitari non potest maior in hoc mundo. Quoniam efficiuntur diuini, & deificantur, & conuertuntur in Christum.* Hæc per Christum Sacramentatum habemus Christiani, maiora quibus erunt, si homo in hoc Mysterio superior Deo fiat, existátque in aliquo; quod cum debita reuerentia in fine iam videndum.

De hominis inaccessa, ac summa dignitate, profecta ex Eucharistia, & verbis primi Thematis; Et præsit piscibus maris.

35. **A**Deamus nunc cum pari fiducia atque timore ad thronum Christi gratiæ, vt misericordiam nobis factam in communicando & ministrãdo illius sacrum corpus, consequamur, & inueniamus, explicatámque reddamus in tempore opportuno. Ideo hominem Deus fecit, tot dotibus ornatum, vt maiori cum dignitate præesset rebus omnibus; Gen.1.26. *Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Quod Psaltes copiosius fatetur per hæc verba; Psal.8.8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius; oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi; volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* Sed omnia nostris pedibus substerni nunquam poterunt, nisi pariter & Deus in eis sit contentus; qui omnia in solo se excellentius quam sunt ipsa, & eminenter, prout dicunt, mirando modo continet. Mirabile prodigium, quod sonitu tantummodo tinnire facit aures; ac mentem saniorem amentem velut reddit; nec non corda robustiora socordia tristi ferit, adimplet, atque deiicit. Quæ hominis est dignitas, si talis esse possit? Quæ vero Dei infirmitas si vnquam ad hoc deuenerit? vt hominis terreni subdatur sanè pedibus cælestis aulæ caput? Materia est stupore eò magis redundantior, quo verior in se est; id autem vt apparebit in ferculo Eucharistico; explicatum cuius nos cum actione gratiarum, quam illic Dauid egit, iam nunc aggrediamur. Superior Deo homo, & Deus ad pedes hominis in ferculo Eucharistico.

36. De Deo nostris pedibus hoc sacro prouoluto, sunt testes Dei clementia & hominum superbia, proteruia, & insolentia; de quibus istud sæpe indignè excipientibus Apostolus conqueritur; Heb.10.29. *Filium Dei conculcant, & sanguinem testamenti pollutum ducunt*; En ex hominum insolentia mirifica probatio; conculcare nanque est sub pedibus rem aliquam vilissimè calcare. At vero ex Dei clementia id ipsum benè claret; non etenim ab initio solummodo permisit, sed voluit & ardẽter hoc semper exoptauit; nõ quidèm vt mali homines hoc crimen perpetrarent, sed ab illis qui eligerent tam grauiter peccare, tot probra in sui amoris testimonium sustineret; Luc.22.15. *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar*; Ad quid autem, nisi vt in ore ingrati traditoris indignè eum sumentis, inciperet hæc pati? sufferre? & tolerare? Nec mirum, quia amantes non solum amari volunt, sed simul & à suis amatis pessundari, vt amoris per deiectionem sublimitas appareat. In abiectis & aduersis videtur verus amor; vt facies in speculo. Vnde dixit in hac arte Poëta satis doctus Metamor. lib. 3. & Iuuenalis Satyra 6. Ouidius fabula. 13. Iuuenalis.

Non benè conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor:

Maiestas atque amor suapte repugnantia. De quo Bernardus multa Lectori cuiuis obuia. Vltra quæ ab ipsomet huius cibi institutore res præsens confirmatur; nam dum pedes discipulorum humiliter mundauit, sub illis cõculcandum veraciter se præbuit. Cui ignis charitatis eximiæ nunquam placuit, nisi cinere sub vili humilitatis delitesceret, Non placet Christo charitas exuta humilitate. vt ex pane subcinericeo, Eucharistiei figura, non male comprobatur; 3.Reg 19.6. in quem S. Antoninus 1. p. tt. 3. cap. 6. §. 18. huiusmodi profatur; S.Antonin. *Fuit enim hic panis sub cinere positus, in igne decoctus, quando in humiliatione Crucis fuit vilificatus, & igne sua dilectionis crucifixus, & mortuus.* Quæ omnia non tam hominem superiorem Deo faciunt, quam Deum in Eucharistia inferiorem cuiuis homini. Quam quidèm inuersionem ex hominis ad imaginem pulcherrimam Dei nostri, ex Christique ad hominis imaginem miserrimam collegit benè Hugo, qui in

HugoCard. Gen. 2. ſcribit in hunc modum; *Trinitas formauit hominem, ſcilicet, Chriſtum, Adam factus eſt ad formam Dei, vt eſſet Dominus omnium; & Chriſtus factus eſt ad formam hominis miſert, vt eſſet ſeruus omnium. Nos igitur formam Chriſti, non formam Adæ ſumamus; adeò enim Chriſtus reformauit formam Adæ, vt nos ſua forma formaret. Rom.* 13. Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Id eſt, illum, qui ſe ſeruum Adamicæ proſapiæ in iſto cibo præbuit; vt ibi nos contegeret, veſtiret, & protegeret ab eius nuditate. Nam quamuis ille addat; *Et nota, quod corpus quod induitur non aptatur veſti, ſed veſtis corpori, hic accidit è contra, vt ait Auguſtinus; Non tu me mutabis in te, ſed mutaberis in me.* Hoc tamen intelligitur de ordine & effectu directo Chriſti gratiæ, non verò de voluntate, qua ipſe ſeſe nobis ſubegit in hac eſca; & voluntatem, apud Pſalmiſtã, vt protinus expendam, timentium ſemet fecit.

Adam vt cunctis tebus præeſſet procreatus, & Chriſtus vt ſubeſſet.

37. Sed clarius idem lucet ex aliis rationibus. Prima Iacobi de Valentia ad verba delibata; *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius* quæ ille ſic exponit; *Oblitus eſt Deus ſua dignitatis & Diuinitatis, vt eſſet memor noſtræ fragilis & miſeræ humanitatis.* At ſi res per fragilitatis memoriam noſtræ vadit, vbi quæſo talem Chriſtus memoriam noſtri habuit, quam vtique in edulio qui memoria Paſſionis & mortis eius eſt? *Hoc facite in meam commemorationem*, & memoria amoris ſui, de quo dicitur in Leuit. *Et ponet memoriale ſuper altare Domini*: Oſeæque 14. *Viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea; memoriale eius quaſi vinum Libani* quo loci vide Lyram, cum Ionatha de Euchariſtia hoc ipſum interpetrante; nec non etiam mirabilium vniuerſorum Dei memoria: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Si verò res procedit per Dei obliuionem, vbi nam Diuinitatis, & dignitatis ſuæ humanæ oblitꝰ fuit vnquam incomprehenſibilis maieſtas, vt eſt in iſto pane; in quo latitat non ſolùm Diuinitas, ſed etiam humanitas & corpus? dicente. D. Thoma; *In Cruce latebat ſola Deitas, at hic latet ſimul & humanitas.* Quæ equidèm occultatio contemptus fit occaſio.

Pſal. 8. 8.

Obliuio Chriſti maxima, & noſtri memoratio Euchariſtiæ Sacramentum.

Luc. 22. 19.

Leuit. 2. 2. & 9.

Oſeas 14. 8.

Pſal 110 4.

Secunda, & eleuatior Seraphici Doctoris lib. 2. cap. 61. Compend. Theologici, quo ille ſic de homine; *Deus fecit hominem ratione ſapientem, vita innocentem, dominio potentem, adeo quòd non ſolum ei ſubditur creatura, ſed & ipſe Deus Omnipotens; Pſal.* 144. Voluntatem timentium ſe faciet. Quæ verba ſi cum illis Pſalmiſtæ colligaueris; *Eſcam dedit timentibus ſe*; inuenies in hoc cibo, Deum fieri obedientiam, ſequacem (vt ita dicam) timentium ſemetipſum; & obedientem ac quoquouerſum deambulatoriam voluntatem, quo pro libito & voluntate vtantur ſua propria. Nam quemadmodum voluntati potentię imperitanti quicunque volens homo, vt placet, ſic imperitat, ita Deo obedientibus obedit ipſe Deus; ſicut idem Sanctus Doctor Dom. infra Octa. Epipha. ſerm. 4. ſupponit per hæc verba; *Et erat (inquit) ſubditus illis Deus; nanque eſt ſubditus in promptitu-*

Pſal. 144. 19.

Pſal. 110. 4.

Voluntas Deus ſuorum, & ſubditus ac ſeruus ſeruorũ ipſius Dei.

S. Bonauen.

A *dine faciendi voluntatem ſuorum, quibus ita promptus & obediens eſt, quaſi ſubditus eorum; vnde ad præceptum Ieſue Sol ſtetit, obediente Deo voci hominis.* Vnde Deo deſeruire regnare verum eſt, regnareque non minus quam ſuper ipſum Deum. Nec inſolitum, cum Reges chariores ſibi famulos conſtituant ſui Reges. Quid ergo Rex Diuinus, qui omnes Reges terræ immenſo amore ſuperat?

Ioſue 10. 14.

Seruire Deo eſt regnare, & ſuper Deum ſit.

38. Tertia, & maxima cunctarum, non adeò iam moralis, vt duæ præcedentes, ſed potius literalis, ſtupendáque eſt ratio; qua homo verbis ſuis altari Deum affert; & illum (non localiter) qui non mouetur, mouet; ac eum, qui, nullatenus transfertur, ipſe trabit; atque omnium Creatorem non modo paruo creat; & ſuper Deum inſuper tam

Benedicat cur nam Deo Sacerdos in altari.

B realiter quam corporaliter ibidem conſiſtentem non paucies imperioſè benedictionem ſuam porrigit, quod maioribus eſt tantum ſuapte reſeruatum; vt docet. D. Paulus; *Quod minus eſt a meliore benedicitur.* Qua via ſummo cæli & terræ Imperatori hîc imperat Sacerdos. Sed ideo maior Deo? Faceſſat hæc à mente prudenti cogitatio. Cur ergo Deo homo benedicit in re Sacra? Multorum torſit olim hoc dubium benedictum ingenia contemplantium, & maximè indignantium rem manibus oblatam, præ illiſque verſatam, ſummoperè ignorare; quæ fecit ceſpitare (ſalua pace tanti ſancti, cui ego deditiſſimus, vt ſæ pius apparebit) Doctorẽ vel Angelicum 3. p. q. 83. ar. 5. ad 4. vbi pro excutienda difficultatis huius ſarcina, non

Hebr. 7. 7.

D. Tho.

C vetas ſed veriſimiles benedictiones Sacrificij dicẽdas iudicauit, quas certè propter hoc benedictionũ fine & fructu omnino ſpoliauit, & nudas tantũ Cruces, vt myſterium ſanctæ Crucis in Miſſa repetitũ lucidius exprimatur, eaſdem nuncupauit. Verùm iſtud poſt fulgorem Conc. Trident. nequaquã dici poteſt; cum benedictiones illæ myſticæ, quæcunque fiunt ibi, ſeſſ. 25. cap. 2. æqualiter per omnia dicantur vno ore; quin aliqua differentia interponatur inter eas, quæ præcedunt, vel ſequuntur Conſecrationem Sacroſanctam; vt eæ ſunt in primis, Sacerdos quando dicit; *Hoſtiam puram; Hoſtiam ſanctam; Hoſtiam immaculatam*; cum aliis perſimilibus, de quibus controuertitur. Quare vera mihi eſt deuoti, docti, ac cunctis non

Conc. Trid.

Benedictiones cur in Miſſa extendantur ſuper Deũ.

D parum Reuerendi F. Antonij de Molina Carthuſiani Cænobitæ ſententia, quam aperuit in Inſtructione ſacerd. tract. 1. cap. 9. §. 3. docens illic; Chriſtum Do. tam verè quam dupliciter in ara omnino contineri; nimirum, tanquam ſummum Eccleſiæ Sacerdotem, principaliter cum omnibus Sacerdotibus Chriſtianis perpetuò concurrentem, & ſimul offerentem; ac etiam tanquam Hoſtiam ipſius ſacrificij oblatam à Sacerdote; priori quorum modo vllatenus non poteſt ab alio benedici; poſteriori verò poteſt; quia Hoſtia dum offertur eſt minor offerente. Sicque Deus in Euchariſtia hominibus fit minor, & homo maior Deo, Prælatus, ac Superior; qui bene rebus omnibus & omnium Creatori hac præeſt

P. Antonius de Molina.

ratione,

A ratione. Vnde ſicut olim Deus de homine eſt profatus; *Faciamus hominem, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; ita homo poteſt hodie de Deo modo inuerſo proferre & affirmare; *Faciamus Deum, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*. Deum enim vilis homo, & omnia in Deo ipſo non paruo modo facit; non iam dierum ſeptem decurſu procreata, ſed tantum verbis quinque, quod longe maius eſt, perfectè elaborata.

Hinc illa colligetur celſiſſima excellentia, qua homo poteſt hîc Creator nuncupari; quin etiam inſtrumentaliter alicui creaturę creandi ſummum opus conueniens eſſe poſſit; vt docet. D. Tho. in ſua 1. p. q. 45. art. 5.

D. Thom.

B Nec tantummodo Creator, ſed Creator Creatoris tam magna ratione, quam verba Conſecrationis ſunt corporis Dominici ſuapte productiua, cauſatiua, & adductiua; vt communiter in aula docetur Theologica; quod vires rationis longiſſime tranſcendit.

Vt homo ſit Creator, & Creatoris ſui factor in Eucharistiæ Sacramēto.

Non obſtante, productionem Sacramentalis Creationis (vt in ipſa Creatione) ex nihilo non fieri, ad hoc, vt homo poſſit quodammodo vocari Creator Creatoris: maior etenim diſtātia eſt Dei ad creaturam, quam creaturæ ad nihil. Attributa, igitur Deus non minus quam Diuina, & creandi poteſtatem hîc homini largitur; & homo, quod eſt amplius, attributa confert Deo, quæ tamen idem homo (vt quæuis ſunt ab iſto pendentia Sacramēto) non habet ex ſe ipſo.

C Quæ omnia ſummus Pontifex attentè ruminauit, ponderauit & vulgauit in illa verè vnica de reliquiis & veneratione Sanctorum Clementina, pulcherrima inter multa exclamans in hunc modum; *ô diuini amoris immenſitas! ô diuina pietatis ſuperabundantia, quæ ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum! Ex miniſtrio namque ſuperiorum ſpirituum nobilitat & ſublimat hominis dignitatem. Et cum tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuperantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſum nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum; ô ſingularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore; ô larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis ſeipſum!*

Clemen. de Reliquiis.

D Eximia proculdubio & ſumma beneficia, quæ Deo nullo modo valebimus gratitudinis commercio compenſare, niſi ore, corde, & opere dicamus cum Ioſeph; *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; nec quiſquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es*; (nunc autem pro re noſtra, præter viuere & gubernari ad noſtram voluntatem, quę vxor ſola eſt Dei, quia Deo ſoli conuenit habere propriam voluntatem, vt alibi cum Anſelmo dicemus aliquando.) *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum!* Sic homo præeſt ſanè hominibus omnigenis; maiores nanque ſunt præ illis Sacerdotes. Sed & Angelis, & Virgini; cum illorum neuter

Gen. 39. 9.

Liberalitas Dei sūma, & summè demiranda Eucharistię Sacramentum.

A poſſit conficere Euchariſtiam; ac tandem Deo ipſi, vt cunctis præferatur. Ita à nobis beneficium tam ſummum rependatur, vt nobis eſt donatum. In quo iugiter pro viribus humanis inſudemus, ne homini exprobretur; *Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypto: dilata os tuum; & implebo illud.* (Nimirum in Euchariſtia, vt explicat Hieronymus; nec malè cum hîc ſimus educti à culpæ regno, & deſerti pœnitentiæ cibati manna vero.) *Et non audiuit populus meus vocem meam; & Iſrael non intendit mihi.*

Sacerdos maior Angelis & Virgine Maria.

Pſal. 80. 12.

S. Hieron.

B *De præſentis Enarrationis repetitione tropologica, ad themata prædicta*; Faciamus hominem. In me manet & ego in eo.

39. EXhauſta ſimilitudine formali & literali, quæ hominis ad Euchariſtiā collucet multiformis, de materiali, quæ reſplendet in eodē Sacramento nonnihil nunc dicamus. Eſt igitur cum illo aſſimilatio magna nobis, ſeu potius magna vnio in eiuſmet materia. Nam vini pars exigua ſic aquę commiſcetur, vt protinus à vino abſorta vinum fiat, nō autem vice verſa. Quod quare ſic agēdum Eccleſia ſancta doceat, hîc proprie quæri debet, ſed breui reſpondendum, hoc ita factitari, quia Chriſtus in Sacrificio per vinum denotatur, per aquam verò

In Eucharistica materia quæ luceat Dei imago.

C populus, vt inquit cæli Aquila in libro. Apoc. Quamobrem præſens aqua conuertitur in Chriſtum, non Chriſtus ſic in nos; & prius nos efficimur ad Chriſti met imaginem; *Faciamus hominem* quam ipſe ad noſtram fiat. Deducitur perſpicuè ex themate ſecundo; *In me manet, & ego in eo*: quo prius nos in illo, quam ille in nobis manet. Ita S. Bonauent. in Comp. Theologico lib. 6. cap. 12. & Durandus in Rationali lib. 4. cap. 30.

Apoc. 17. 15.

Bonauent.

Durandus.

Sed præſtat ad imaginem prædictam decorandam audire. D. Tho. opuſcu. 58. cap. 20. ad verba Cant. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*; quæ ille ſic exornat; *Corpus Chriſti ſuper cor, vt ſigillum ponitur, non vt ipſum, quod immutabile eſt, in nos mutetur, ſed nos in imaginē bonitatis eius transformemur.*

D. Thom.

Cant. 8. 6.

Quantum homo in Eucharistia fit Christo assimilatus.

D A quo minimè elongantur Bernard. tom. 2. ſerm. 55. at. 3. cap. 3. & Chryſoſt. ad pop. hom. 61. *Parentes quidem alijs ſæpe filios tradunt alendos; ego autem non ita, ſed carnibus meis alo, & me ipſum vobis appono.* A nutricum nanque lacte ſimilitudines proueniunt, vt Phauorinus apud Gellium lib. 12. cap. 1. huiuſmodi teſtatur: *Sicut valet ad fingendas animas, atque corporis ſimilitudines vis & natura ſeminis, non ſecus ad eandem rem lactis quoque & ingenia & proprietates valent.* Vnde Chriſtus ad imaginem ſimilitudinémque ſuam materialiter nos format in iſto Sacramento; de quo vtique in principio expoſuimus ſententiam; *Faciamus hominem, &c.*

Bernardin.

Chryſoſto.

Aulus Gellius.

Christus nutrix in Eucharistia, & quāta lactis vis ad similitudinem formandam.

De modo, quo hoc sensu & homo præsidebit; ad verba subsequentia; Et præsit piscibus maris, &c.

40. Evchatistiæ eum per gratiam imago hæc compatetur, per gratiam debet homo hîc Deo præsidere; & gratiam Christi Domini augere ex sua gratia. Quod quamuis valde aptum non sit ad prædicandum, valde tamen ad scribendum securum & gratum erit. Pro quo supponas precor, quod etiamsi à Christo dimanet omnis gratia; *De cuius plenitudine omnes accepimus*, & in illo tanquã in mari gratiarum conquiescar, & resida hæc aqua, diuinæ proculdubio participatio bonitatis, essentiæ, & maiestatis; in eoque formaliter, quo ad ipsam perfectionem, quam habet ex se gratia, essentialiter consistat; nihilominus quo ad gratiæ diuisionem numeralem, certissimum, hanc non esse formaliter in Christo, ab illo postquam fuit ad alios deriuata. Quia gratia, quam confido, vt actualiter sit in me ob ipsa Christi merita, formaliter est mea, non verò eiusdem Christi; tune enim idem met accidens contra regulas naturę nullius verè esset. Cum autẽ Christi gratia infinita non sit merè, ex entitate sua propria, vt docet. D. Thom. 3. p. q. 7. art. 1. ad. 1. bene patitur additionem externæ alius gratiæ; ac ideo qui in gratia hoc accipit edulium, Christi gratiæ hîc latitantis maiorem confert gratiam; qua via Deo ipsi in gratia præsidebit.

Ioan. 1. 16.

Deo homo in Eucharistia vt possit præsidere, & Christi augere gratiam.

D. Thom.

De eiusdem Enarrationis triplicatione adhuc morali ad ipsa assumpta verba.

41. His de hominis ad Deum per Eucharistiæ sumptionem, & operationem similitudine vtcunque ventilatis, de similitudine per dispositionem ad eam accipiendam, exquitere nunc restat. In qua sane puto ego, ad hoc cteatum hominem, vt panem sumat nostrum; & ad benè eum sumendum se optime disponat; quorum primum in isto numero, & secundum in subsequente explicatione decorabitur. Primum autem verom esse, exinde persuadeor; quia nemo sine cibo tam magni Sacramenti, vel in voto, vel in re, fideliter & congruè, vt decens est, recepto, seu fuit, siue erit quocunque modo saluus; vt supra dictum est cum Angelico Doctore. 3. p. q. 79. art. 1. ad. 1. & diffusus in Enarra. vndecima explicabitur. Vnde verba Creatoris circa hominem creandũ sic etiam, ni decipior, opinor explicanda; *Faciamus hominem ad imaginem, similitudinemque nostram*; videlicet ad eius, qui in nobis est imago, atque hominis imaginem corpoream sibi vniet; ad imaginem nimirum cum imagine in Eucharistia futura colligandam; cum equidèm re nulla ab ista nos diuersa ęterno illum decreto saluare statuamus.

Pro Eucharistia accipienda creatus primùm homo.

D. Thom.

A Quo supposito decreto, hoc valde certum est, nec indiget alienis muniri congruentiis; quantumuis hæ non desint, è quibus: Primasit; quia sicuti de igne amoris sui Christus in istum modum dixit; *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur*: de ipso amore igneo sub pane hoc consopito, cur etiam non sic diceret; *Panem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt comedatur*? Præsertim, cum nil frustra Deus faciat, & natura; Deusque ipse panem hunc frequentissimè comedere his verbis nobis iusserit; *Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis.* Nec ille auiditate tam magna cibum hunc in Luca manducaret; *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum ante*

B *quam patiar*; nisi vt maxima à Fidelibus auiditate exoptaretur, & auidissimè ac frequentissime, conueniente cuique modo, ab eis sumeretur. Secunda, quia ideo velatus hîc remansit, vt auidius quæreretur, & crebriùs ederetur. Algerus de Euchar. lib. 2. cap. 5. *Noluit Christus apparere quod est, vt sit desiderabilior.* Et Paschasius de ipsa met cap. 12. *Auidius requiritur quod latet, & pretiosius est, quod eum Fide quæritur.* Quod in agni figuratiui effigie quondam accidit, vt in die Resurrectionis Goerticus obseruauit; *Agnus Paschalis, quem esuritis, tantò dulcius comeditur, quantò latens abstrusius, & studiosius quæritur, & difficilius inuenitur.* Latebat, quia Mysteria quammulta continebat; ac etiam quia noctis latibulo edebatur; ac difficilè

C propterea inueniebatur à Iudæis, quia in anno semel tantum ab ipsis sumebatur; hoc autem non in quauis, sed tantum in illa domo, in qua vtique propter numerum familiarium, siue etiam vicinarum personatum, absumi totus poterat. Quæ omnia quantum ad Christum attineant satis constat, & sæpe elucidabitur. Tertia ratio sit Philonis in lib. *Quod deterius*; quo ille sic de homine: *Solam in terris cælestem plantam Deus fecit hominem. Ceterarum in terra defixit capita; omnes enim humi caput habent; soli homini sublime dedit, vt alimenta cælitus incorruptibilia quærat, non terrena ista corruptioni obnexia.* Si ergo homo tenetur cælestem cibum quærere, hunc cogitur exquirere, qui nunquam cælum deserens de ipso ad nos descendit; non equi-

D dèm tantummodò spiritualem & intellectualem, vt sanè cibus est, de quo hîc Philo agit, sed iuxta mentem eius directius intellectam, cælestem & corporalem; qui homini tam corpore quam spiritu constanti, hac causa agglutinatur, iussionéque diuina præcisè commendatur, vt per corporis Dei esum ad ipsius Dei imaginem amussim referatur, & congruè reformetur. Quarta ratio posset tandem miraculo formari, quo fœmina pudica in Matrimonium copulata in vanum à quodam iuuene vexato illius forma, tentata prauè fuit; donec rabie diffidentiæ Venetæ exagitatus, malefico Iudæo ad facinus quæsito, tam mulieris quam suorum effecit eruciatu, vt ipsa conspicantibus in forma exteriori non mulieris

Panem venit Christus mittere vt à Christianis comedatur.

Luc. 12. 49.

Phisy. lib. 5.

Luc. 22. 19.

1. Cor. 11. 26

Luc. 22. 15.

Auiditate quanam cibus sumendus Eucharisticus.

S. Algerus.

S. Paschas.

Goerticus serm. 1.

Philo.

Homo plãta cælestis, vt cibum cæli quærat; quapropter versus cælum à Deo procreatur.

Miraculum mulieris, quia non communicabat in forma vilæ equæ.

fed equæ ſpeciem præſeferret; quoúſque coram. S. Machario præſentata ad priſtinam figuram lætitia ſomma rediit: *Et declarauit Macharius, quod hoc permiſerat eı Deus, licet eſſet honeſta, quia non ibat ad Eccleſiam, nec ſæpe communicabat, vt faciebant tunc Fideles:* Ita S. Antoninus p. 2. tt. 9. cap. 9. ſuæ Summæ. Vnde patet, quantum homo in imagine tam Dei, quam & hominis hoc cibo ornetur & firmetur; ac ideo quam iuſtiſſimè, ad hoc creatus fuerit, vt ab illo priùs omnibus hic cibus ſumeretur.

S. Antonin.

De rebus, quibus homo hoc ſenſu præſidebit.

42. CVm manducantis, non manducati probatio hîc requiratur; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat:* debet homo per hunc cibum imaginem Dei quærens, iis omnibus præeſſe, quæ homini ſunt tradita; nimirum, *Piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in ipſa terra:* Per quæ quatuor animantia, quatuor vitia deſignantur; quibus homo communicaturus præſideat, quātum poterit. Per piſces enim lapſus carnales denotantur, & Veneris diffluxus. Per aues vanæ gloriæ cupiditas immodica. Per reptilia ſordidiſſimum coaceruandi deſiderium. Per beſtias atque feras vindicta belluina, & ira non placabilis. Et tandem ſummo loco per terram noſtri corporis affectus vniuerſi, quos ſubiicere ratiooi Apoſtolus ſuadet; *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram:* id eſt, corporis terreni, in quo viuentes eſtis. Pererius ſuper Gen. Quo doctore bene homo ſe tradet Euchariſtiæ, ſi prius hiſce monſtris præfuerit, & frenum ſufficiens adhibuerit.

1. Cor. 11. 28.

Gen. 1. 26.

Animalia cuncta mūdi in vno tantum homine, & quomodo illis præſit.

Coloſſ. 3. 5.

Pererius.

Vel melius, & elegantius dicendum cum Ambroſio, in Gen. ad Honoran. vt homo ſibi ipſi imperitet tantummodo, ſi omnibus his brutis præeſſe concupierit. Eſt homo nanque aoimal cunctorum elementorum, & in qoo illotum omniom inhabitant quadrupedes ac viuunt animalia. Quapropter *Factus eſt nouiſſimus* (Ambroſio iā loquente) *tanquam cauſa totius mundi, propter quem facta ſunt omnia. Inter feras viuit; cum piſcibus natat; ſuper aues volitat; conuerſatur cum Angelis; terram inhabitat; & cælo militat; ſulcat mare; aëre paſcitur; cultor ſoli; viator profundi; piſcator in fluctibus; in aëre auceps; in cælo hæres; Chriſti cohæres.* Pro quo facit in Hexam. lib. 6. cap. 9. vbi auem cæli hominem, ac proinde ſemetipſum in corpore excedentem, & ſibi præſidentem, perbelle ſic depingit; *Rectè non plures, ſed duo ſunt hominis pedes, ſicut etiam ſunt auibus; & ideo vnus, quaſi de volatilibus eſt homo; qui alta viſu petat, & quodam remigio volitet ſublimium cogitationum; & ideo de eo dictum eſt;* Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua; *eo quod propior ſit cæleſtibus & ſublimior aquilis, qui poſſit dicere;* Noſtra conuerſatio *in cælis eſt.*

Homo animal ſuapte cunctorum elementorum.

S. Ambroſ.

Homo vera cæli auis, & quomodo ipſum debeat volatu ſuo petere.

Pſal. 102. 5.

Philipp. 3. 20.

In quibus ſi cum Paulo peccator conuerſabitur, in ſe omnem mugientem brutorum multitudioem imperio cohercebit, & generoſa ac vtiliſſima auctoritate præſidebit. Quod vel magis pecorinus perficere curabit, ſi cæleſtium puritatem & dignitatem cogitauerit. Nam ſi porcus, ſordidiſſimum ingratiſſimúmque animans, qui porcarium non tantummodo vigilantem nō agnoſcit, ſed & fame ſtimulatus, ſi inuenerit ſopitū, irrumpit, & dilaniat; & qoi etiam neque cælum, vnde glandes ſibi veniunt, reſpexit aliquando; ſed belligero grunitu quæcúnque ſemper mandit; ac ore, quo & cibum, immunda quæque verſat; ſi tamen reſupinus ponatur verſus cælū, ex cæli nunquam viſi admiratione ſtupefactus, religioſo iam ſilentio indulgens, conticeſcit; quid faciet, vel qui fuerit porcinos vere homo, ſi cælum & cæli Dominum, qui nobis ſe pro glande in ariſtam verè pinguē, vt dicitur in Poëta, amore commutauit, parumper penſitauerit? Corporeis rebus cunctis facillime imperabit, & de ſolo cæli pane miratus pertractabit. Audi nunc Theophylactum iſtius rei auctorem, in Luc. cap. 15. quo loci ſic profatur; *Hinc porcorum paſtores cum non poſſunt compeſcere porcum clamantem, reſupinantes illum, efficiunt, vt minus clamet. Etenim, quaſi in ſpectaculum veniant, ſpectantes quæ nunquam viderunt, & aſpicientes ſurſum, ſtupeſcunt, & ſilent.*

Porcorum quid notabile pro cæli pulchritudine.

Virgilius.

Silentium in contemplātibus iucūdè commendatum

Theophylactus.

De vltima expoſitione ad Myſterium Trinitatis; ad Mariam; atque Ioſeph, qui faciunt cum Dei Filio terrenam Trinitatem.

43. NOn tantummodo Euchariſtię vtiliſſimum Myſteriū, ſed & Sanctæ Trinitatis arcanū impenetrabile nos in hominis creatione, vt vtiliora, & viciniora noſtra Fidei fundamenta, edocuit pius Pater. Vtiliora, quia quicūnque hæc firmiter crediderit, in aliis non nutabit. Viciniora, quia Euchariſtia eſt veriſſimè Trinitatis quotidiana repetitio; vbi nouam ſemper Filio natiuitatem Pater dat; Filius naſcitur ex Patre, vt naſcitur perpetuò; Spiritúſque Sanctus, qui vtrumque amore ligat, ibidem ſemper adeſt. Vnde Chriſtus ibi eſt, ſicut Trinitas in mundo; totus, ſcilicet in tota, & totus in quacúnque ipſius parte Hoſtię. Ac Miſſa in Trinitatis auſpiciis inchoatur; *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Introibo ad altare Dei.* Et in nomine Trinitatis initiatur ſacer Canon; *Sanctus; Sanctus; Sanctus; Dominus Deus Sabaoth.* Nec non etiam in ipſo nomine Sacrificium terminatur. *Benedicat vos Omnipotens Deus; Pater; & Filius; & Spiritus Sanctus.* Vlterius quòd in fine Ioannis Euangelij & Trinitas ſplendet; *Et Verbum caro factum eſt;* En Filij memoratio; *Et vidimus gloriam eius quaſi Vnigeniti à Patre;* En Patris nominatio; *Plenum gratiæ & veritatis;* En tandem, ne quid deſit, Sancti Spiritus expreſſio, vel ſaltem ſuppoſitio; cuius gratia ſeptiformi, vt dicitur in Iſaia cap. 11. n. 1. & ab Origene apud Gloſſ. Ioan.

Trinitatis & Euchariſtiæ quam magna ſit coniunctio

Iſaiæ 11. 4.

primo cap. Redemptor fuit plenus. Deus ergo tanquam Dominus de limo nos erexit; & tanquam clemens Pater ſtatim nos inſtruxit, ignaróſque filiolos Trinitatis fide imbuit, vt in Hexam. hom. 9. Baſilius Magnus docet. *Hactenus non apparuit, qui doceretur; atque adeo in abyſſo Diuinæ cognitionis præconium hoc tegebatur. Deinde, cum iam hominis expectaretur ortus, detegitur parumper ipſa Fides; Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Quibus verbis inſinuatur implicita notitia Myſterium Trinitatis; & rectè fit implicitè in creatione primi hominis, quod in eius recreatione, & regeneratione Baptiſmali explicitè mandatur; *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, nam vt teſtis eſt Hieronymus in cap. 28. Ezechi. Vaticinij; *Imago in creatione tantum facta eſt, ſimilitudo autem in baptiſmate completa*; De quo Triadis myſterio Barradas ſcitè & piè tom. 4. lib. 10. cap. 11. & 12.

S. Baſilius.

Myſterium Trinitatis in hominis creatione, recreationéque vulgatur.

Matth. 28, 19.

Hieronym.

Barradas.

Magnum ſanè bonitatis Diuinę teſtimonium, qua hominem non tantum de terra ſuſcitauit; ac ſuper terræ omnia tã altè ſublimauit, ſed & ipſi Creatoris notitiam non negauit; Deiparæque ſimul obſequiũ commendauit; de illa nanque multi, & ratione perquã ſumma exponunt Dei eloquia; *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; inter quos Tertullian. li. 2. contra Marci. ſic inquit quarto cap. *Bonitas finxit hominem, & eadem bonitas adiutorium proſpexit; non eſt enim bonum hominem eſſe ſolũ; ſciebat enim illi ſexum Mariæ profuturum.* Nec ſimilis deuotio in Virginis ſponſum ibidem conticetur; dum Mariæ velut Euæ (cum ſecunda, & longe melior hęc eſſet mundi mater) oportebat dari coniux, & ſocius coniugalis; ac per conſequens adiutorium, quod eſſet ei ſimillimum, & omnium perfectiſſimum; de quo pulchrè Bernardin. apud P. de la Haye in noſtra verba Gen. *Quomodo poteſt cogitare quacúnque mens diſcreta, quod Spiritus Sanctus tanta vnione (coniugij ſcilicet) vniret mẽti tanta Virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? Vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in Virginitate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimũ in charitate, altiſſimum in contemplatione, & ſolicitiſſimum pro omni ſalute; ad ſimilitudinem illius Virginis, vt videlicet eſſet adiutoriũ ſimile Virgini.* Magnũ, inquam, bonitatis Diuinę teſtimoniũ, non ſolum ſibi ſimilem terrenum aptare hominẽ, & terram modo iſto in Deo collocare; vbi quidẽ ſimilitudo nõ fuit cauſa amoris; *Quoniã ipſe prior dilexit nos*; & cum eſſemus prius nihil, amore nos effecit; imo amor fuit cauſa ſimilitudinis eximiæ, ſed etiã iam aptatum, de pulueréque factum, de rebus tã altiſſimis docere, & vtiliſſimas deuotiones tam Mariæ, quam eiuſmet ſponſi, & Chriſti pædagogi Adamo demonſtrare. Hinc diſcant, qui pupillos, & filios atque ſeruos educant, ac inſtituunt, eos recti diſciplina, deuotionéque inſtruere; cum & Pater vniuerſi ſimul atque velut natum leuauit primum hominem, & ſeruum ſuũ habuit, Religionis & deuotionis omnigena doctrina cõtinuò decorauit, qua poſſet, volens ipſe, in gratia perdurare.

Gen. 2. 18.

Tertullian.

Ab hominis creatione Mariæ & Ioſeph Sãcti deuotio commendata.

S. Bernard.

1. Ioan. 4. 10

Amor Dei verſus homines ſimilitudinis fuit cauſa; non ſimilitudo cauſa amoris.

Quam ſedulus Deus ſit de educatione puerorum.

De modo, quo & homo hoc ſenſu præſidebit.

44. HOc ſanè non præeſſe, ſed ſubeſſe tantum debet; atque oneri ſuccũbere beneficiorum Creatoris; cui & iugiter referre ob id tenetur gratias; ob gratiáſq; tã multas ſubeſſe multifariã. Primò equidem per veram & fixam humilitatem, quam materia noſtri corporis ſuapte perſuadet, ne de origene, prout multi, inflemur, atque gloria inani diſtẽdamur; ſed ab humo hominẽ eſſe tam factum quam vocatũ perpetuò meditemur; vt li. 3. cap. 3. de offici. fert Ambroſ. & multi ſuper Gen. ac alibi non rarò. Secũdò, per charitatẽ, quam forma eiuſdẽ corporis ſic docet in Richard. lib. 1. cap. 1. in ſuo Emmanuele; *Opifex Deus fecit creaturam rationalẽ ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, vt per hoc quod facta eſſet ad imaginem Dei, Deum cognoſceret, cognoſcendo diligeret, diligendo poſſideret, & diligẽdo beata foret.* Nec immeritò cum ſimilitudo amoris cauſa ſit, vt vulgo circunfertur; docetúrq; & traditur ab Angelico Doctore, 1. 2. q. 27. art. 3. quamobrẽ cum ad Dei ſimilitudinem ſit homo, Deum debet perquã ſimili amore redamare. Tertio demũ per gratitudiõẽ, & actionem gratiarũ, ob cuncta ſibi à Deo beneficia non negata, ſed gratis ac largifluè donata, & diſtributa. Conſeruãt nanque grates munificentias iã tranſactas, & ad alteras in poſterum accipiendas viã parant.

Ab humo factus homo, vocatúſque; ne vanè de genere exaltetur.

S. Ambroſ.

Richard. S. Vict.

Similitudo amoris cauſa.

D. Thom.

Debent verò primùm iſtę pro dono primigenio Creationis decantari, vt aſſerit Bernard. in Pſ. 90. ſer. 19. *Agamus fratres gratias factori noſtro, primò, quod nobis præſtitit, quod ipſi ſimus, ſiquidem ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos. Cogita autem qualem te fecit ſecundum corpus egregiam creaturam; ſecundum animam magis, vt pote imagine Creatoris inſignem, rationis participem, capacem beatitudinis: porro ſecundum ambo ſimul, præ cæteris maximè admirandũ.* At plures & maiores, gradatim conſcendendo, ob munera ſequẽtia, Incarnationis Paſſionis, & Cõmunion. Euchariſticę, quę vt ordine ſuccedũt, ſic valde ſe excedunt, quẽadmodum dictũ eſt ab Alberto Patauino ſer. 245. *Magna gratia fuit noſtrã carnem aſſumere; maior ipſam carnem pro nobis in mortem tradere; maxima eandem carnem nobis manducandam reddere.* Fiet aliter homo irrationalis creatura, ſi donis cumulatus ingratum ex non ſolutis ſe gratiis demonſtrauerit, ſicut ait Alcuinus interrog. 55. *Cur voluit Deus, vt homo cunctis animantibus nomina imponeret? Reſpondeo, vt homo intelligeret ſeipſũ, quanto melior eſſet cunctis animãtibus ex rationis diſcretione; & eò magis Conditorem ſuum diligeret, quò ſe meliorem aliis intelligeret.* Imò longe beſtialior, ac beſtiis ſtupidior; pro vt volo iã miraculis Euchariſticis firmare, & orationi, de qua hactenus coronidem donare. Quæ quia valde obuia, relata ſatis erunt; è quibus primum ſit Antonij Luſitani, cùm mula illius iuſſa in confuſionem hæreticorum adorauit Euchariſtiam, quam illi denegabant; vt Iunij die. 13. à Surio memoratur. Alia inuenies in Gonono in libello de Euchariſt. lib. 2. cap. 89. & 102.

S. Bernard.

Creatio gratiarum primitias præexequitur.

Cum bonis debent gratiæ augeri e regione.

Albertus Patauinus.

Alcuinus ſuper Gen.

Ingratus vera beſtia, ac beſtiis ſtolidior.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO TERTIA,

QVÆ DE MVNDI CREATIONE

æqualiter est tertia, ac pariter suprema; in Figura Sacramentorum Dominij & Vassallagij.

Super Gen. verba cap. 1. n. 31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Et Ioannis 6. n. 55. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Quæ infra combinantur in numero vigesimo.

De continuatione, & primi thematis explicatione, Numerus I.

Homo velut Dei imago in mundi ciuitate.



A REGIS nostri Conditoris humana iam imagine in mundi ciuitate egregiè cōstituta, vt Regum quasque vrbes denouo molientium, in harum editiore, ac parte meliore effigies collocatur; obsignatáque iam homine ipsius Dei imagine (ac si esset Dei sigillum) creatione vniuersali, statim quasi lætus de operis coronide in iubilum prosiliit, de quo scribit Moyses: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quæ cum hominis creatione tanto melius copulantur, quantò in eis de complemento Creationis pertractatur. Sed oritur hîc prima; & ea pro re nostra literalis dubitatio. Quî poterant quę Deus omnipotens tunc fecerat videri ei valde bona, si de eodem bonitatis hoc gradu intelligatur? vt potest coniectari ex illo verbo *Omnia*; quod omnia indifferenter complecti non obdubites; cum tamen magnæ sint inter omnia differentiæ; in cunctisque discrimina; ita vt omnes res ad inuicem dissimiles existant, per rationésque diuersas se mutuò transcendentes; nam aliquæ longissimè ab aliquibus disparent, aliæ verò non apparent præ sui exiguitate; hæ maximi sunt pretij, illæ autem proculdubio nullatenus pręstantes, sed viles & despectæ; nonnulli per quam digni, qui paucivalde sunt, si bene ponderentur, Imperij maiestate; multi verò sic abiecti, nulliúsque momenti, vt vel ipsa seruitute indignos eos reputes. Ad quam sanè quæstionem facillimè respondeo, nusquam melius quam in ipsa inæqualitate distantissima æqualitatem resplendere, & in hac deformitatę formæ ipsius pulchritudinem, ac summam venustatem clarissime videri; pulchrum nanque ex inæquali, licet fœda, diuersitate consurgit in creatis; quemadmodum in Harmo. Cant. 3. ton. 2. cap. 3. scribit noster Venetus; & Lyra in istum locum; sed & prius Augustinus de bono viduitatis, dum ait sexto cap. *Meliora quædam singula, quam alia sunt singula; sed meliora simul omnia, quam qualibet singularia.*

Homo Dei & eius operum sigillū perfectissimum.

Inæqualitas vt æqualis, & deformitas vt formæ sit sæpe pulchritudo.

Venetus. Lyranus. Augustin.

B *Vt non adeò verba ista de cunctis mundi rebus, quam de homine, ad quem omnia creata dignoscuntur, oporteat explicari.*

2. MIrum est quòd Deus opera diebus sex peracta, vniuersa benedixerit, laudauerit, & verbis *Vidit Deus quod esset bonum*; non parum confirmauerit; exceptis tantum rebus diei secundi & sexti, quibus ipse firmamentum & hominem creauit. Sed quare dies istos, seu res in eis conditas benedictione spoliauit? cum fuerint inter omnia creata digniora; firmamentum, quia cælum suapte nobilissimum; homo vero quia factus ad ipsum consequendum. Diei qui-

Cur Deus non benedixerit diei secundo, & sexto.

Q

dem secundo hæc propter hoc sic fecit, quia in eo sunt de cælo collapsi mali Angeli; vt asserit Lyranus; quem ego lubens sequor; propterea quod ac primum fuere procreati; vt dictum fuit satis Enarra. præcceden. mox illi cottuere; creati verò potius cum cæli firmamento, quam cum luce diei primi, ex eo mihi fulgent, quia in sui creatione non vacuum nuncupatur, vt terra, de qua sic, & cęlo in lib. Gen. *In principio creauit Deus cælum & terram; terra autem erat inanis & vacua.* (Gen.1.1.) Cælum nanque plenum Angelis creatum fuit illicò, non decore & pulchritudine, vt terra, exauthoratum. Sed quare diei sexto hoc næuo non infecto imò Adæ creatione perfecto & venustato, benedictionem non impertiit? Augustinus lib. 3. de Gen. (S. August.) literaliter, ad cap. 24. & Glossa Interl. propterea putant hoc huiusmodi fuisse, quia homo tum creatus, cuius casum lachrymabilem Deus ipsę pręsciebat; nec decebat pro tunc laudibus, encomiisque ornari, qui paulo post ruina tam magna quassaretur. Sed hæc ratio, ni decipior, persistit eò minus, quò Adamus erat gratiæ cum fœnore reddendus; *O felix culpa, quæ talem meruit habere Redemptorem.* Nam eum Deus vtramq; rem, tam defectum, quam profectum vberiorem (Cur homo non laudetur quo tempore creatur.) præcognouerit, non videtur hac de causa hoc bono euacuasse, quem postea multis donis maioribus ditauit. Angelus cadens irremissibiliter, benedictionibus priuetur; vt homo qui debebat in melius reformari, & ditius cumulari, communi cur à bono creaturarum denudabitur? Magis mihi probatur Ambrosij existimatio, dicentis apud (S.Ambros.) Glos. non ob crimen committendum multatum & castigatum, sed ipsum ne committeret, afflatus vento laudum, quæ nauigij sanctioris dirumpunt sępe vela; in quem sensum affert illam sententiam Ecclesiastici, *Ante mortem ne laudes*; & posset eam quoque afferre D. Pauli; *Non coronatur, nisi qui legitimè certauerit.* (Eccl.11.30. 2.Tim.2.5.)

Hæc ille; vnde patescit, quòd ante vitæ cursum laudabiliter confectum, & exitum probatum, non facile quis debet præconiis adornari; sed potius reprehendi, & ad minus de periculis humanis admoneri, vt homo memoratus discriminum ingruentium (Vt homo fit laudandus.) ad laudes promerendas stimulis se adigat, calcaribus se vrgeat, quibus tandem iam certamine deuicto confirmatus, perpetua & irreuocabili corona decoretur, immarcescibilique lauro perpetuum vestiatur; de quo multa & eleganter idem sanctus Psalmo primo; & omnes super locum præfatum Eccles. vbi Lyra Patris nostri Seraphici Francisci hoc refert apophthegma; *Nemo laudandus, cuius incertus est exitus.* Sed & multa in humanarum literarum professoribus; quibus illud non tam scitum, quam potius valde tritum Hispanicum prouerbium in (S.Ambros.) Ambrosio paulo supra per ista verba traditum; *Laudatio non exordio, sed fini deputatur*; hoc ego loco addam; *Al fin se canta la gloria.* (Vt gloria sicut dicitur, in fine decantetur.) Quod eò plus ancipites non paucos circa se rimantes viros facit, quò gloriam non in

A fine, sed in Missæ vice versa principio solemnissimè inspiciunt decantari. Id tamen fit in Missa, quæ Christi vitæ est memoria, & repetitio; vnde tanquam illius vita, id est, hominis Diuini, & à culpa segregati, à gloria & cantilena Angelica inchoatur, quam tamen multis lachrymis, vt homines doceret, immersam in mundo habuit. Ast hominis terreni & fragilis decursus, non à cantu, sed à planctu & lachrymis exoritur; nec à laudibus Angelorum, sed à dæmonum ludibriis, continuisque insultibus; à iaculis oculorum, nec non etiam ab illecebrarum sæuissimis vulneribus; & à mille sui ipsius fragilitatibus ac casibus, auspicia prima sumit; ita vt cum singultu & maximo eiulatu inter nænias infantiles deploret cum Psalmista; *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuen-* (Psal.87.16.)
B *tute mea; exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.* Aut etenim deprimitur, vt pressus vitam ducat, commutetque cum morte; aut sæpius eleuatur, vt sæuius inde ruat; cum lapsu grauiore de more cadant turres, & quæquæ celsiora.

3. Hinc homo non diuisim, nec singulari cum præconio, sed commixtim cum vniuersali creaturarum productarum à Deo celebratur; *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*; Quæ laudes non ob alias præcipuè creaturas, sed ob hominem præsertim, ac valde principaliter fuerunt prædicatæ. Quapropter hacce via locupletius atque melius laudatus ipse mansit, quam si sanè in singulari singularibus fuisset elogiis cumulatus; vt ex proximè sequentibus pa-
C tebit rationibus. Prima, quia propter hominem vniuersa sunt creata; vnde aptius (Homo in cunctis collaudatus, & cuncta propter hominem.) cum vniuersis creaturis collaudatur; ne vel eius inferiores ab honore suo homine, contingat separari; vel homo à suis, quibus ornatur suffraganeis, diuelli, & segregari. Secunda, quia homo creatarum rerũ omnium essentias in se continet, hincque malè essentialiter deuiderentur in encomiis, quæ lato saltem modo non diuiduntur in essentia, & esse principali. Tertia tandem, quia homini subiecta cuncta sunt; *Vt præsit piscibus maris, &c.* quare optimè cum suo laudantur simul domino, & dominus cum illis; nam & gloria superiorum à subditis iuuatur, & honos subiectorum à dominis ditatur, ac altius sublimatur. Quæ breuius & elegan-
D tius Rupertus sup. Gen. lib. 2. cap. 11. describit in hunc modum; (Rupertus.) *In vltima hominis creatione cuncta collaudata sunt; nam propter hominem cuncta, & omnium essentias in se continet homo; ita ineo subiecit cuncta; & quia dignitate præest omnibus, rectè cuncta complacent, & valde bona iudicantur.* (Homo rerum benedictio, quia omnes propter eum fuerunt benedictæ.) Quem sequitur Procopius, dum cuncta à Deo notat vocari tantum bona, nondum homine creato; at creato, propter eius respectum, valde bona: (Procopius.) *Quia nihil tam amplius illi deesset operi; & ideo addauxit particulam, valde; quæ perfectam & absolutam opificij rationem induxit.* Et bene propter hominem benedicuntur vniuersa, cum ipse vniuersalis creatus Princeps fuerit, & Rector, atque finis, coronáque, quo omnia egregie

plusquam

plusquam gommis ac auro venustantur. Quod Chrysost. in Gen. patenter satis dixit; dum Regem primum hominem, & satellites illius, pedissequos, ac famulos, regalis comitatus præcedentes creaturas, productas ante ipsum prudenter nuncupauit. Vnde Rege hoc priori ingresso mundi aulam, benè cuncta terrestria appellantur valde bona, quia regna sine rege patritio & naturali nullam ferè bonitatem habere per se possunt; vt nouissime videmus in nostro Portugallo, quod ex Principe prouinciarum tantarum cõstituto, sub tributo factum postea Imperij Castellani, nil nisi regnum fuit malorum quam multorum: donec tandem sub quarto Ioanne suscitatum iam recuperat antiquum nitorem, & bonitatem. Neque bonum dumtaxat, vt fuerat à suæ originis principio, sed, vt minimum cum malis præteritis collatum, iam valde bonum est. Quod in Christi ipsius Regni Creatoris & Recreatoris (bis nanque manu propria fundauit regnum nostrum) famulatum, in dies singulos auctum iri pro virili sicut firmiter speramus, ita ambigere non possumus. Quid verò nunc pro homine ad sensum meum dignius, quam illud S. Iob: *Domine quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Si per cor Diuinus panis, vt infra intelligatur; ex quo homini proueniunt quæcunque bona possidet; & ista valdè bona.

Homo rex vniuersalis, vniuersa verò aliadumtaxat eius famuli, & corporis satellites.

Regna nihil sine regib⁹, exẽplo Portugalli, sta. tus cuius tangitur.

Iob.7.17.

De hominis Dei Matre, altiori valde lima, hæc verba elucidantur; Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

4. DE homine animantium regimini præfecto, ad hominum & Angelorum Reginam vniuersorum, nec inuia nec ingrata videbitur migratio; præsertim cum & illa ad Filium, de quo agimus, regalis via sit, ac Verbi Dei progenitrix; sine qua neque verba humana à mente nostra progigni benè poterunt. Quocirca iam in omnibus literariis actionibus, & præcipue in concionibus, captandæ ipsius veniæ inoluit vetus mos, cuius radix perantiqua eruitur à nostratibus, addictissimis & probatissimis Deiparæ scriptoribus; Pelbarto, Bustóque; ad quos te vberioris doctrinæ emolumento remittere plus volo, quam rem per me exponere.

Mariæ est in cunctis literariis actionibus, & præcipue in concionibus auxilium perquiratur.

Pelbartus in pomærio. Bustus in Mariali.

De hac igitur tam Cæli, quam terræ longe Domina, prædicta possunt verba perbellè interpetrari, iuxta magni Iesuitæ Bernardini sancti mentem, de Virginis gloria serm. 6. vbi dulciter, ac simul nil minus eleganter de illa sic se habet. *Omnes naturas mundi perfectione Virgo sacra compleuit. Deus quidem, licet in mundi creatione nihil produxerit imperfectum, sed omnia perfecta, sicut eorum exigebat natura, tamen vltima perfectionis consummatio vsque ad partum Virginis dilata est, & soli Virgini reseruata; omnia nanque entia vnum ens*

S. Bernardinus.

A *nobilissimum appetebant; viuentia vnum nobilissimum viuens; sententia vnum nobilissimum sentiens; conceptiones vnum nobilissimum conceptum; natiuitas optimum nascibile; rationalia singularissimum rationale; spiritualia excellentissimum spirituale; & breuiter omnes creaturæ appetebant vnum quoddam optimum purum creatum. His autem sic existentibus prouisum est mundo de vna fœmina super omnibus benedicta, quæ vnico suo partu omnibus generibus rerum summam, & vltimam perfectionem adduxit.* Quid plura? & tam facundia quam melle redundantia? Sed & istam perfectionem cunctarum rerum vltimam tantopere commendat, vt *Vlteriorem* (sicut inquit in verbis subsequentibus) *non esset capax mundus; nec Deus ipsam posset perficere vlteriori perfectione, nec Pater meliorem Matrem assumere, si carne indueretur.* Donec tandem

Maria rerum omniũ perfectio & complementũ sub verbis illis latens, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

Maria neq; fieri à Deo posset melior.

B de Deipara concludit in hunc modum; *Nec Virgini magnum est, quod perfectionibus orbis vltimam perfectionem adduxit, cum etiam ipsi vniuersitatis auctori nonnullas perfectiones adduxerit; puta, æterno principio inceptionis exordium; æternitati Diuinæ temporalem periodum; infinitati immensæ, quantitatem corpoream; speciei æternæ pulchritudinem nouam; pro quibus omnibus scriptum est; Omnis consummationis vidi finem; qui scilicet est B. Virgo Maria.* Quo fine finem quoque huic numero imponamus: præsertim cum hæc Domina cum Dei omnipotentia, cuius tabula est pulcherrima, ac etiam cum Eucharistia quam valde symbolizet; prout Græca in catena insinuatur à Geometra; dum scitè piéque ab illo sic vocatur: *Tabula à Deo conscripta, & mensa in qua est panis vitæ.*

Maria quonam modo Dei fines terminauerit, & aliqua ipsi addiderit.

Maria finis omnium.

Geometra.

C *De Sacramentis & Sacrificiis in nostro terminatis, genericè ipsa verba explicatione superiori, Eucharisticóque fini propinquiori iam donantur.*

5. QVod de Virgine sanctissima ostendit Bernardinus, cuncta, scilicet, ab ea perfectionem suscepisse; vt planè sine ipsa non possit quid laudari; imo ipsa collaudetur in cunctis semper rebus idem nunc de Dei Filio cò verius prædicamus, quò ab illo Mater eius magnalia dono habuit; *Quia fecit mihi magna, qui potens est & sanctum nomen*
D *eius.* De quo vltimò Dei Patris, Mariæque progenie, verba à nobis præassumpta in Harmo. Can. 1. tono 8. con. 13 exponit rectè Venetus; vbi postquam de vniuersali varietate rerum omnium, vnde orta pulchritudo, hoc versat literaliter; *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Statim affatum idem ad Christum sic reducit, & vertit allegorice; *Pulcher quidem hic sensus, sed pulchrior interpetratio in pulcherrimo Iesu; quia tantò vnumquodq; pulchrius & melius est, quantò magis de summo pulchro, & summo bono Dei participat; & ideo ea quæ in Christo pulcherrimo & optimo omnium productorum conueniunt, pulchriora & meliora sunt.* Additque immediatè,

Luc.1.49.

Venetus.

In Christo cuncta bona.

quod in homine ſexta die de terra procreato, virtualiter fuit Chriſtus productus & formatus, de quo iterum ſic ait; *Omnia in eo recenſita ſunt, in quo complacuit ſummo Patri omnem plenitudinem inhabitare facere, ſicut ait Apoſtolus, & cui omnia Pater dedit, vt ſi quis in eo non manſerit, mittatur foras, & areſcat, & ardeat.* De quo inſuper concludit peroptimè in rem noſtram, Sacramentis & Sacrificiis Diuinis collimatam; *Sic etiam & Sacrificium, & ſacerdotium, & omnia quæ ad ſacra pertinent, ſuſceperunt in eo ſua bonitatis incrementa, dicente Paulo;* Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius. *Et longa procedit diſceptatione cum Hebræis & Romanis, demonſtrans, quod Lex, Sacerdotium, & ſacrificia perfectiora ſunt in Chriſto, incrementa meliora ſuſcipientia; in ipſo enim perficiuntur, magnificantur, & exaltantur omnia, vt ſine myſterio non dixerit.* Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum; *Omnia ſcilicet exaltando in Cruce* [illegible]. Hæc expreſsè de Dei Filio noo ſolum Sacerdotij, ſed etiam Sacrificiorum, Sacramentorúmq; ex eo omninò dependentium, perfectione, & ſummo fine, de cuius ſacro obſequio ſic admonet lectorem; *Qui perfici & exaltari voluerit per Chriſtum, ipſi Chriſto adhereat, & illi ſeruiat; qui ait; Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus qui in cælis eſt; quia vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.* Vnde conſtat, quod in Chriſto perfectionem receperunt antiqua ſacrificia, ac etiam Sacramenta, quæ à pleriſque ſacrificiis non erant ſeparata. Nunc verò multò magis in Euchariſtię Sacrificio, propterea quod non tantum ſit ſemper Sacramentum, ſed & omnium Sacramentorum perfectio ac conſummatio, & tandem ſummus Rex; vt recto iam decurſu dicendum nobis ſupereſt.

Coloſſ. 1. 19. Virtualiter in Adamo iam Chriſtus factus eſt, quo omnia benedicta.

Heb. 9. 11.

In Chriſto Sacramēta, Sacrificiáq; perfecta.

Ioan. 12. 32.

Ioan. 12. 26.

Sanctiſſimæ Euchariſtiæ directè appropinquando; vt hæc Sacramentorum Rex pateat, explicatur.

6. NEmo erit ex Fidelibus qoi apprimè non ſciat, Euchariſtiam Sacramentorum perfectionem conſummatam, conſummationémque perfectam exiſtere ſuapte; vt ait D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 3. q. 63. ar. 6. q. 72. ar. 12. & q. 73. ar. 1. & 3. Ergo Rex Sacramentorum, vt docet idem Sanctus q. 63. dum reliquis longiſſime præcellere tuetur. Quid aliod nanque eſt, de hominibus loquendo, vniuerſos antecellere, quam Rex illorum eſſe? Tale igitur Sacramentorum Euchariſtiæ Sacramentum, cui reliqua ordinantur ac etiam humilitate profunda proſternontur; vt tenet ipſe auctor q. 65. ar. 3. Vioaldúſque poſt eum in aureo Candelabro, hydriarum ſex illarum menſæ vni ſeruientium conſiderās figuram, de qua ibidem loquitur: *A ſimili probatur in conuiuio Architriclini, vbi hydria ſex lapidia ad ſeruitium vnius menſæ fuerunt conſtituta. Et ſic omnia Sacramenta ad Euchariſtiam diriguntur.* At non ſolum menſæ iſti Euchariſtici conuiuij

D. Thom.

Euchariſtia Sacramentorum cunctorū quantum Rex.

Viualdus.

A ſex hydriæ Sacramentorum idoneè deſtinantur, ſed & omnis Eccleſiaſtica deuotio collimatur; ſicut optime lib. 4. d. 8. q. 1. Scotus per hæc verba teſtatum nobis facit: *Omnis deuotio in Eccleſia, eſt in ordine ad iſtud Sacramentum. Propter hoc enim Clericus cum maiori diligentia perſoluit officium Diuinum, in ordine ad Miſſam. Propter hoc etiam populus deuotius audit Miſſam, quam aliquod aliud officium Eccleſiaſticum. Propter hoc etiam ſinguli cum maiori diligentia confitentur, quando intendunt ſecundum ordinationem Eccleſiæ ſaltem in anno communicare.* Quod tribus ille exemplis ad tres hominum pertinentibus ſtatus ibi roborat. Nec aliquid reſilit Antoninus 3. p. tt. 14. cap. 5. §. 3. vbi totis ſuis viribus Dauidem coram arca conB ſiderat ſaltaſſe, quia nempe propter vmbram iſtius Sacramenti, cui ſemper fuit omnis deuotio deſignata, cum maximo feruore, & ſummo cordis iubilo, iam illos ſaltus egit. Ergo Rex Sacramentorum, cui alia famulantur, atque etiam deuotionis motiua præparantur; de cuius ſuper alia maieſtate vere Regia non tarò quæuis apta Lectori pręſentabo. Nun. pro noſtræ Enarrationis fundamento iaciendo, & ædificio diſponendo hæc erunt plus quam ſatis.

Scotus. Eccleſiæ omnis deuotio Euchariſtiæ collimata.

S. Antonin. Coram arca Teſtamenti cur ſaltus Dauid egerit.

7. Illa huius loci propria & ſcitu per quam digna videtur dubitatio; cur panis Sacramentum aliorum Rex exiſtat, ſeu potius cur Rex gloriæ in iſto magis voluit, quam in alio Sacramento perſonaliter adeſſe, & neceſſitatibus Eccleſiæ tam propiC tius quam & pręſens amanter intereſſe; pręſertim, cum Baptiſmus regeneratio ſit diuina, vbi quidem cæli Pater præſentia corporali deſiderari videbatur, vt Fidei ſic ex vtero Fideles generaret. Reſpondetur à Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 46. ſect. 7. hoc inter generandi nutriendiq; potentias diſcrimen aduertente; *In generatione non eſt neceſſe generantem ſubſtantialiter coniungi ſuo genito, ſed virtute tantum. Secus autem in nutritione neceſſe omnino eſt cibum intimè realiter & corporaliter coniungi cum homine viuente; Et ideo licet Chriſtus ſit, qui per Baptiſmum principaliter nos regenerat, non oportuit ipſum realiter adeſſe præſentem Baptiſmo. At verò in hoc Sacramento, quod per modum nutrimenti datur, oportuit ipſum adeſſe, ac realiter nobis coniungi, & intra nos ſumi, tanquā perfectiſſimum animarū cibum.* Hęc ille, D paulò ſupra diſp. 39. ſect. 1. ab ipſo delibata; deſumptáque ni fallor ab Angelico Doctore 3. p. q. 73. ar. 1. quo loquitur ſimiliter.

Cur magis perſonaliter in Euchariſtia Chriſtus ſit, quā alio in Sacramento.

Suarez.

8. Allegoricè verumtamen, ideo Chriſtus Cæli Rex plus voluit in hac menſa quam alibi manere, quia menſa locus eſt, vbi Regum liberalitas plus ſolet ſui ipſius, quam in quapiam re diuerſa nitorem diuulgare. Aſſueri quod exemplo mirifice monitur; cùm non alibi quam in illo ſplendido conuiuio magnificentiam ſuam Regiam curauit demonſtrare. *Tertio igitur anno imperij ſui fecit grande conuiuiū cunctis principibus & pueris ſuis, vt oſtenderet diuitias gloria regni ſui.* Et paucis interiectis; *Vinum quoque, vt magnificentia Regia dignum erat.* Itaque quod in menſa,

Cur Chriſtus plus in mēſa quam alibi remāſerit, & ſuis ſemper adſit.

Eſther. 1. 3. & 4.

mensa, vt optimo in speculo resplendet & collucet regalis magnitudo. Et maxime inter Persas, in quorũ Regum mensa, ac fuit Assuerus, omnis generis edulia, si Atheneo lib. 14. cap. 23. fidem demus, apponi moris erat. Nec exemplũ Christi Dom. hoc male firmum facit, cum post magnę multitudinis inediam relegatam, & appetentiam manducandi splendidè, vel saltem largissimè sublatam, eum illi e voluere in Regem constituere, vt Regémque venturum, promissum in lege Moysis, quod longe maius est, ax eo intellexere; nulla etenim est hominibus regalior demonstratio, quam illa, quæ ex mensa lautissima procedit; vnde dicimus Lusitanè de eis qui oppipare manducant, & magnificè, vt Principes comedere; *Come como Principe.*

Persarum Regũ mensa quam epulis prædiues.
Atheneus.
Diues mensa Regis signum.
Ioan. 6. 14. 15.

In testes voco Gallos inter Homines Europæ splendidos in mensa; de qoibus rem iucundam & pariter mirandam Luitprandus in histor. lib. 1. cap. 6. Enarrat in hunc modum. Illos, scilicet, widonem in Regem noluisse, sed potius respuisse, Odonémque sumpsisse, eò quòd in ciuitatem Metensem primus veniens, cum ei magnus atque lautus apparatus ferculorum, Francorum iuxta morem fuisset præparatus, & Episcopus à Regis dapifero accepisset, minores & pauciores ei dapes placitoras, ab ipso mox Episcopo & cunctis dictum est; *Non decet super nos regnare regem illum, qui vile decem dragmis obsonium sibi præparat.* Sed dicat rem eandem, qui à populo quæsitus vt Rex illorum esset, prudentissimè respondit in verbis Isaiæ; *In domo mea non est panis, neque vestimentum; nolite me constituere principem populi.* Nemo etenim qui pane pro suis sustentandis infausta sorte careat, constitui potest dignè in culmine Regali. Ita Reges atque mensæ ad inuicem colludunt, vt ille, qui in mẽsis antiquis præsidebat, Rex mensæ vocaretur; ac Gellius lib. 15. cap. 11. testis est; & Macobrius lib. 1. cap. 5. Saturnalium. Quem priscum morem forsan Ecclesiasticus respexit, dum ad Regnum sublimato comitatem & humanitatem, ad mensæque discubitum facilitatem conuiualem his verbis persuasit; *Rectorem te posuerunt? Noli extolli; esto in illis, quasi vnus ex ipsis; curam illorum habe; & omni cura tua explicita recumbe.*

B
Luitprandus.
Francorum quæ in mẽsis opipara lautities; ac mirum de hoc factũ.
C
Isai. 3. 7.
Macobrius.
Aulus Gellius.
Rex mensæ qui vocatus in mensis antiquorũ.
Ecclesi. 32. 1.

9. Quanta ergo cum maiori Rex erit ratione, qui præ manibus non solum vniuersum panem habet, sed & ipsum per quam largè vniuersis creaturis aperta manu tradit; *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Et qui etiam tanquam Rex suauis, & amabilis, non tantommodo tractabilem, sed etiam manducabilem se præbet in conuiuio; & amore plusquam miro se panem nostrum facit: quò non tantùm, vt congruebat, à suis diligatur; sed tanquam Rex amoris in viseera mittatur; & in præcordiis iuxta cor corporaliter & amanter à nobis collocetur; intra vero cor humanum spiritualiter condatur, perpetuóque seruetur.

Psal. 144. 16.
In mensa quam largifluus, benignísque Rex Christus.

A
Hinc in Cænæ suæ Sacræ præludio ac lotione se Christus pleno ore & Dominnm vocauit, & suum per hæc verba dominium ratum habuit; *Vos vocatis me Magister & Domine, & benè dicitis; sum etenim.* Sed quando bone Domine, & Deus amator mei, te Dominum vocare, & à tuismet vocari idoneum reputasti? Nonne illorum quando lauasti plantas sordidas? ad pedésque te valde ipsorum profudisti? quibus manus supposuisti cælorum operatrices, ac etiam sub diabolo qui in Iudæ corde erat, fuisti modo aliquo; cuius equidem calcaneum proteruum, & durum tibi, tu palmis demulcisti; & super pectus tuum diuini amoris clibanum (vt credo) posuisti; ac ore tuo forsan eiosdẽ amoris fistula, in oscula ruisti? Quomodo ergo bone Deus, te Dominum tam palàm tum temporis dixisti? & à tuis (humilitatis magister semper verus, in illam totus mersus) sic dici præcipisti? Sed rectè tunc Dynastam & Regem tu fecisti, quando te vel vasallo præ omnibus scelesto in cibum non negasti, & eorum quæ pro eo extremè posses facere, infectum nil siuisti.

Ioan. 13. 13.
B
In mensa qua de causa Rex Christus nuncupatur.

Hac de causa iam olim Rex Christus dicebatur, cum Sponsa de liberalitate illius fatebatur; *Introduxit me Rex in cellaria sua;* Nam cellaria, seu promptuaria esibilibus referta, *Celleros*, Lusitanè commoniter vocata, nil aliud verè sunt, quam nostrum Sacramentum. Sic enim in LXX. inuenies exaratum. *Introduxit me Rex in cubiculũ suum.* Itaque, quod Rex iste in cibo nostro cubat; in pane nostro residet; in escáque præsenti ardore magno cibat; amore summo pascit; vt alibi cum verbis eiusdem lib. diximus; *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes, in meridie.* Vnde optimè. D. Tho. Christi Regnum nuncupauit Eucharistiæ Sacramentum, sic dicens. 3. p. q. 80. art. 8. *Christus, qui est Rex huius Sacramenti, & charitas eius debet primò fundari in cordibus nostris; secundũ illud Matth.* Quærite primum Regnum Dei. *Vbiquè suorum Regnum Christus est, sex maximè in Eucharistia solio.* At vero qui sint isti, suorum voce hîc amanter nominati *Vbique suorum Regnum Christus est*, expressius videamus.

Cant. 1. 4.
LXX.
C
Cant. 1. 7.
D. Thom.
Eucharistia regnum Christi.
Matth. 6. 33.

D

De duplicibus vassallis, quos habet Eucharistia, & quinam magis proprij.

10. DVo sunt, quibus Rex Eucharisticus imperitat; videlicet, Saeramenta, & homines qui sobsunt Ecclesiæ Sacramentis; vt viri sunt Catholici; hoc est, secundum normas Romanæ disciplinæ Fideles Christiani; nam qui Fidem vel relinqnunt, vel fugiunt aliquantulum, arcentur ab hac mensa, ex dicto Saluatoris; *Nolite sanctum dare canibus.* Nam ab Ecclesia separati huiusmodi sunt caoes, de quibus dictũ alibi; *Foris canes & venefic.* Qui verò ex his duobus vassalli sint priores, & aliis potiores hoc potest disceptari. Et quidèm eum hoc loco de Eucharistiæ soper alia Sa-

Ecclesiæ qui nam canes.
Matth. 7. 6.
Apoc. 22. 15.
Eucharistiæ quinã sint vassalli potiores.

cramenta dominatu à nobis sermo fiat; hæc vassallos Eucharistiæ priores esse dico; ad quod regula permoueor vulgari in Philosophia, Poster. lib. 1. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*. Cum enim per Sacramenta efficiamur Christiani; magis ista subiiciuntur Eucharistiæ vassallagio, quam homines per illa perducti ad eius mensam. Quod autem per Sacramenta fiamus Christiani, testatur Isaias; dum inter laudes multas futuri Redemptoris, de illo, neque etiam refragantibus Hebræis, huiusmodi proloquitur; *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent*. Vbi equidem per, *Filios* Fideles fortiores; per *Filias* verò è contra infirmiores designantur; qui omnes nihilominus ex latere diuinitus fœcundo Christi Domini, vt filij nati surgunt. Hoc autem per Sacramenta, quæ ex latere prædicto mirifice fluxere; vt ait cum communi ad istum locum Vatis Hieronymus in Glossa: *Perforato enim in Cruce Domini Latere, effluxit sanguis redemptionis & aqua Baptismi; de quibus facta est Ecclesia; sicut ex costa lateris Ada mater omnium Eua*. Vnde autem generantur Catholici Fideles, inde pariter lactantur; nam vbi textus habet; *Filij tui de latere surgent; Lac sugent*, inuenitur in Glos. Interli. Ex latere ergo Christi, vt ex vtero Diuino enata Sacramenta; Christianique tam nati, quam pariter lactati; quibus ideo exorientibus ex latere tam optimo, lac illico propinant Ecclesiæ duę illę clarissimę mamillę; Primus Petrus sic dicendo Fidelibus omnigenis; *Quasi modo geniti infantes, lac concupiscite*, Secundus verò Paulus specialiter Corinthiis; *Lac vobis potum dedi, non escam*: Vt ex latere tam Sancto ad vitam consurgentes, ibidē vitæ lactis sugentes quoque fiant. En verè Christiani profusi ex Sacramentis, & Sacramenta ex Eucharistia; quæ per lateris Redemptoris cruorem est designata; vt in sexta Enarta. diffusius notum faciam. Nunc Regali & principali inter alia Sacramento, vnde reliqua substantiam & vitam sibi comparant, vt reliqua sint subdita, tributáque persoluant; ex ipsismet iā singulis viritim pensitatis, minutim inspiciamus.

Propter quod vnum quodtale, & illud magis tale.

Isai. 60. 4.

Sacramenta ex Christi latere, & simul Christiani.

Hieronym.

1. Petr. 2. 2.

1. Cor. 3. 2.

DE MODO, QVO IN MENSA EVCHARISTICVS Monarcha, cunctis aliis Sacramentis, vt suis suffraganeis, ex Regali tanquam solio distribuat beneficia; Eucharistiæ vero alia, vt vassalli obedientes, tributa sua soluant.

Baptismus primo loco accedit ad hanc mensam, cui debita tributa persoluit congruenter.

11. IAM Christum Regem hîc, Sacramenta verò eius subiecta, atque vassalla, vt pro interim sic loquar hucúsque demonstrauimus. Restat quæ vassallis istis Rex tantus largiatur, & quæ simul hi vassalli retribuant ipsi Regi, amussim aperiamus. Vtrinque nanque est impositum & defixum tam dandi quam reddendi commercium naturale; vt Reges donationes Regales suis faciant; illi verò suo Regi donaria sua offerant, quæ omnia à fundamentis huiusmodi eruamus.

Tributa rectò iure non personalia sed realia, nec personis sed dumtaxat imponi rebus solita. Vnde nascitur quod rebus adauctis vel minutis, augentur vel minuuntur tributa persoluenda; vt asserit L. 3. Cod. de *Annonis*. L. 2. de *Immunitate nemini concedenda*; in eodem Cod. cum multis quæ adducit Georgius Schonbornerius Politicorum lib. 4. à cap. 19. Nec immeritò cum in rebus à Principe collatis, vel saltem in eius Regni districto collocatis tributa solū imponi debere dictet ratio. Nemo etenim in Philosophia dat illud quod nō habet. Quomodo autem dabit Regi, qui nihil vel ex Rege, vel ex regno illius habet? Sic omnia Sacramenta per soluunt Eucharistiæ, ex rebus quas ab ipsa, vt ex verò suo Rege abunde perceperūt; quod ab aquis iam incipiam Baptismi palam facere.

Quid contulit Baptismo Eucharisticum conuiuium? Mundandi sanè vim, quā aqua ex semetipsa ad crimina abluenda habere nunquam posset, nisi istam ex Christi sanguinis virtute compararet; vt apertè stabilitur in lib. Apoc. vbi aquæ res lauandi proprietas innata, Christi sanguini velut aquæ mundanti culpæ maculas his verbis applicatur; *Qui dilexit nos, & lauit nos, à peccatis nostris, in sanguine suo. Lauerunt stolas suas, & de albauerunt eas in sanguine Agni*. In cuius iam figura ex latere percusso; *Exiuit sanguis & aqua*; prius sanguis, & post aqua; quia ex sanguine Redemptoris virtutem suam hausit hæc vnda Baptismalis, quemadmodum Rupertus sic ait in Ioan. *Cur igitur hoc fieri maluit? Vt illam super nos effunderet aquam cum sanguine suo, quam cum commendauerat, dixerat; Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest videre regnum Dei. Siquidem huius aquæ Sacramentum ab hoc miraculo sumpsit exordium*. Quid clarius? vel germanius? Ex bonis ergo acceptis à Principe Eucharistico, Baptismus debet illi subsidia ministrare; sed accepit mundificandi naturam & efficaciam, hanc igitur huic mensæ rependit in hunc modum.

12. Munditia quò ad mensam, è proximo loquendo, consistit in duobus; videlicet, in mappa, qua mensa supersternitur, & in aqua quæ pro manibus affertur conuiuarum; & id cum mundo linteo adducta circunstantibus,

Inter Reges atque subditos quod dādi atque reddendi commercium naturale.

Tributa vt debeantur.

Schonbornerius.

Sacramenta vt Eucharistiæ tributa sua soluant.

Apoc. 7. 14. 22. 14.

Ioan. 19. 34.

Rupertus. Baptismo vis mundandi à fercolo Eucharistico.

Baptismus Sacræ Mēsæ infundit aquam manibus, & lintea subministrat.

cunstantibus, vt manus possint illo abstergi & desiccari. At hæc ipsa quæ lautas quascúnque mensas faciunt, Eucharistiæ pro tributo Baptismus repræsentat. Ille mensam mundam facit, ille aqua secum affert, linteoláque offert, & manibus vtromque infundit, atque adhibet; ne inuitati ad tantum cibum accedant incópositi; quod non vnico sed duplici adimplet rectè modo. Primo quidèm, quia Baptismus Ecclesiæ porta est, & Eucharistia complementum; vnde ad istam tantúmet per illam patet aditus; quare soli Baptizati huic mensæ sunt idonei; D. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. ad. 8. & q. 82. ar. 2. ad. 3. hincque in portis Ecclesiarum Baptisteria collocantur, vt in quodã mihi oblito auctore semel reperi. Secundo, quia hæc mensa munditiem talem exigit, vt innocentia Baptismali deceret esse præditũ, qui panem illius tangit; sicut fuit in institutione illius figuratum, per aquam tanti cibi initia præcedentem; dum Discipulis cænaculum pro agno paraturis à Domino prædicitur; *Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans, sequimini eum; &c.* Sed cur aqua in eo casu & occasione tam notanda præfertur Eucharistiæ, mox ibi instituendæ? Respondet. D. Tho. expendens istum locum; *Parant Pascha, ubi aquæ infertur amphora; quia tẽpus adest, quo vera pascha cultoribus typicus de limine auferatur cruor; & ad tollenda crimina viuifici fontis Baptisma consecretur.* At vbi cõsecratur? nisi certè in vero Paschate, & in agno de quo agit, non quidèm figurante, vt fuerat antiquus, sed tantum figurato? qui eliminat de liminibus & postibus Hebraïcis cruorem figuralem, & pro sanguine depicto viuificum substituit, ac Christi superponit. Quem tamen prius aqua ab ipsomet procedens (Baptismi qualis est) præcedit iure optimo; vt munditie coæquali Cænaculum paretur, qua nos vtique debemus ad illod præparari.

D. Thom.

Baptismus porta Ecclesiæ in portis ministratur.

Eucharistiæ baptismalis innocentia requisita.

Luc. 22. 10.

D. Thom.

Cur ad aquæ signum amphoræ paretur Eucharistia.

De homine recẽter mundato Sacro fonte, 3. p. q. 73. art. 2. sic ait. D. Tho. *Per Baptismum ordinatur homo ad Eucharistiã.* Ad ipsam quippe nullus admittitur immundus. Sed si nouus Baptizatus Eucharistiæ præparatur, ad illam nemo potest idoneè se parare, nisi ex altero Baptismo de nouo comparato; de quo optimè Chrysost. scribens ad Neoph. cuius verba ob breuitatẽ silentio nunc committo; Tertullianúsque peroptimè in lib. de Baptismo cap. 18. vbi duos Baptismos in Christo vulnerato agnoscit in hũc modum; *Duos Baptismos de vulnere perfossi lateris emisit; quia qui in sanguinem eius crederent, aqua lauarentur; & qui aqua loti essent, etiam sanguinem potarent.* Primum sanguinis, ad Fidem illius capessendam; id est, in eius sanguinem firmissimè credendum; & propterea suscipiendum Baptismi Sacramentum; vt illinc clarè colliges; *Quia qui in sanguinem eius crederent, aqua lauarentur.* Secũdum verò aquæ mundissimæ innocentiæ, ad sanguinem Eucharisticũ commodius ebibendum; vt claret ex his verbis; *Et qui aqua loti essent, etiam sanguinem potarent.* De quo duplici Baptismo perpendo Christi dictum; *Baptismo habeo baptizari*; id est, in meis Fidelibus; nam in me nec semel tantum Baptismus necessarius; in illis autem semel, per Fidem, vt baptizentur; atque iterum per Baptismi eximiam puritatem, vt sanguinis mei melius cibentur nutrimento. De morte duplicata intelligitur in Genes. Adamo per hæc verba supplicium minitatum; *Morte morieris* De vita verò duplici per duplex hoc Baptisma, à secundo Adamo factum intelligo hanc sententiam; *Baptismo baptizari.*

D. Thom.

Chrysosto.

Tertullian.

Baptismus vnam Duplex à Christo instituatur; & qualiter secundus præire semper debeat Eucharistiæ Sacramẽtum.

Luc. 12. 50.

Gen. 2. 17.

13. Dices esse Baptismum initerabile Mysterium; proindéque non aptum, vt vel pro cibo tanto commodius manducando à nobis iteretur. Sed falleris, nam nihil tã valde est iterabile, Baptismus quã moralis; quod equidèm ex reali patenter demonstratur. Hic nanque fuit ideo in aqua constitutus, *Vt, videlicet, Sacramentum necessitatis tam notabilis materiam sic haberet communem & nimis facilem, vbique cunctis obuiam* Huiusmodi cum communi D.D. beneplacito Viualdus doctus ait in aureo Candelabro; sed tamen longe noster Baptismus est facilior; de quo potest cum Bernard. serm. 15. super Cant. verissimè affirmari, quod ille de Iesu nomine, effusum dicto oleum euulgat in hunc modum; *Currite gentes, ad manum est salus, effusum est nomen, quod quicúnque inuocauerit saluus erit.* De nostro quippe non in manibus, sed potius in fontibus oculorum perpetuò collocato, facilius prædicabitur, non ad manum tantum hominis, sed etiam ad ictum oculi salutem in eo semper profusam reperiri; vnde forsitan in oculis teneritoribus & patentioribus humanitatis nostræ membris, Deus aquam nobis indidit, vt tenerius ac facilius, ad ictum tandem oculi, possemus sæpe flendo frequenter baptizari. Est enim fletus via, præsertim cum præcedit Eucharisticum conuiuium, Baptismi nostræ animæ, quæ, *Fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat*; vt ait Cyprianus serm. in Cæn. Dom. de quo iterum in sequentibus nonnulla sunt dicenda.

Baptismus quonámodo sit valde reiterabilis.

Viualdus.

Baptismus cur in aqua.

Cant. 1. 3.

S. Bernard.

Vt lachrymæ baptizẽt. & oculi sint fontes, ac gratiæ baptisteria.

S. Cyprian.

Huc venit quod Sponsus de sponsæ suæ oculis in Cant. extollit; *Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Vbi filiæ multitudinis, velut populi plenissima, Ierosolyma intelligitur, ad cuius quãdam portam huiusmodi vocatam, quia contra istius nominis ciuitatẽ trans Iordanèm eregione sita erat, largifluus & multifidus fons ille profluebat, cui oculi fidelis sponsæ comparantur, vt Lyra testis est. Quod moraliter rei nostræ summoperè cõducit, dum Esebon *Mæroris cingulum,* Latina voce sonat; vt ait Lauduuensis, & omnes super Cant. Quid verò tam mærotis adstringens valde cingulum, quam dolor peccatorum, cùm isto quis præcinctus ad mensam Dei accedit? Ordinaria tem coniungit intentui famulantem; *Et benè dicuntur aquæ esse in porta ciuitatis, quia nemo potest Ecclesiam ingredi, nisi prius aspersus aqua doctrina & Baptismi fuerit.* Vnde in tẽpli Salomonis introitu erat olim locatum mare æneum, vbi viri Sacerdotes

Cant. 7. 4.

Lyranus.

Laudunensis.

Glos. Ordi

A delubrum ingredientes, ad internæ munditiei ſpecimen præbẽdum, tam pedes quam & manus præſcripto Dei lauabant. Quod 2. Paralip. 4. 6. etiã de iterabili moralique Baptiſmo oportet explicari, cum bene ſine iſto Eccleſiam Sacro-ſanctam nequaquam ingrediamur. Nunc autem de linteolo menſæ aquam comitante nonnihil iam dicamus.

Demitatus olim eſt Conuiuij noſtri Rex Matth. 22. 12 ſine veſte nuptiali hûc hominem accedentem; de qoa veſte ſic Paſchaſius in prologo ſui libri de corp. & ſanguine Dom. S. Paſchaſ. *Rex totius creaturæ quotidie ingreditur, vt videat diſcumbentes, ſi veſtem, in qua renati ſunt, habeant nuptialem.* Sed qualis hæcce veſtis quotidiana & nuptialis, in qua renati ſumus? Literaliter eſt illa, qua olim induebantur renati B Sacro fonte, de qoa Sabbatho maiori, ſeu Sancto, in Rationali Durandus ſatis loquitur. Sed veracius ipſemet mundificans Baptiſmus; in quo quidem verè Chriſtum induimus Chriſtiadæ, vt ait D. Paulus à cunctis ſic expoſitus; Rom. 13. 14. *Et induimini Dominum Ieſum Chriſtum* In hoc enim regeneramur, vt loquitur Paſchaſius. Huius ergo vel realis, vel moralis innocentia, quæ eſt veſtis nuptialis cunctarum nitidiſſima, poteſt vtique in hac menſa, pro illo (de quo hic cum impoſito iam fine) ſeruire manutergio.

Confirmatio ſe inclinans eidem Sanctæ menſæ, ex bonis inde acceptis tributum iuſtum pendit.

C Confirmationem ab Euchariſtia deſumit Confirmatio.

14. Confirmatio ſicut etiam ordinatur Euchariſtiæ, ſic ei ſubordinatur; quodque ab illa accepit; hoc illi iuſtè reddit. Videamus quid acceperit, & poſtea quid nunc reddat. Accepit proculdubio perfectam & confirmatam valoris fortitudinem, id eſt animi firmati, ſeu etiam confirmati ſtabilem & roboratam omnino firmitudinem. Fortitudo quidnã ſit, & etiã qualis vera. Eſt verò hæc confirmatio, ſeu roboris humani confirmata fortitudo, internum robur animi, à corde proficiſcens; qood armat & tuetur internam partem hominis, ſicut arma tantum muniunt externam noſtri corporis; quò fit vt fortitudo ſit arma interiora; & arma ſint dumtaxat exterior fortitudo, quæ deficit & multum à D prima ſanè cadit. Quæ autem in fortitudine tam intima quam extima contingit differentia, hæc etiam in his duobos reſplendet Sacramentis; nam Euchariſtia qoò adintus, & Confirmatio quò adextra nos armant, D.Thom. & corroborant; vt docet. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 9. C.

Vtrumque ſatis conſtat. Primum ex illis Pſal. 103. 15. Pſaltis verbis; *Et panis cor hominis confirmat;* qoæ exponontur frequentiſſimè, ac pariter veriſſimè de Euchariſtiæ Sacramento. Atque etiam ex conſuetudine Eccleſiæ primitiuæ quæ Martyres ad Martyrium, teſte S. Cypriano Epiſt. 54. hoc cibo præparabat; S. Cyprian. *Vt quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione corporis Chriſti muniamus. Et cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos contra aduerſarium eſſe volumus, munimento diuinæ ſatietatis armamus.* Euchariſtia pro Martyribus firmiſſima armatura. *Idoneus eſſe non poteſt ad Martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium; & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit, & accendit.* Quæ iterum perſtringit Epiſto. 63. quapropter de Laurentio cruciatibus inſigni Auguſtinus in Ioan. tract. 27. S. Auguſt. *In illa ergo lenta morte, in illis tormentis, quia bene manducauerat, & bene biberat, tanquam illa eſca ſaginatus, & illo calice ebrius tormenta non ſenſit.* Secundum verò attinens ad minorem & exteriorem Confirmationis fortitudinem, ex modo quo hęc Confirmati cur nam alapa in facie ſint perculſi. ipſa Fidelibus confertur; confertur nãque exterius, non interius, vt Euchariſtia; idque etiam in frontiſpicio verecundiæ conſiſtorio, vt homo verecundetur in Fide retrocedere, & in tormentis pro confeſſione illius titubare; ex mente. D. Tho. hîc pro- D. Thom. ximè allegati; & cap. 1. §. fin. de Sacramen. Vnctionis. Vnde & alapa Confirmati percutimur in facie; non quia crebrò tunc ętatis ſimus tenerę, vt percepti Sacrameoti hoc ſigno recordemur; ſicut plures ex antiquis Summiſtis tradidere; ſed potius vt ad alapas, tribulationéſque omnigenas pro Chriſto præparemur, atque illa D. Petri monitione roboremur; 1. Petr. 4. 1. *Chriſto igitur paſſo in Cruce, & nos eadem cogitatione armemur;* atque tandem Confirmationis virtute roborati, firmiſſimi euadamus.

15. Quocirca fortitudinem, quam accepit Confirmatio reſtituit Euchariſtiæ, & cultellum in quaois menſa non parum neceſſarium, illius menſæ offert; ſe tradens, quamuis ferrũ mirandæ fortitudinis, fortiori pani illi, cuius robur longe ſoo robuſtius recognoſcit, dum in Pſalm. 77. Dauidis vocem audit; *Panem Angelorum manducauit homo;* Pſal. 77. 25. vbi Hebraïcè pro *Angelorum*, habetur *Abirim*; quod fortium & robuſtorum traoſcribit Genebrardus; Genebrard. id eſt, panem, cui obtemperant quicúnque viri fortes; & à quo ipſimet fortes adinſtar Angelorum fortiſſimi redduntur. Quare tradens cultellum expoſcit Confirmatio, vt validus hic panis ad omnes diuidatur; Panis fortium Euchariſtia, & qualis fortitudinis. quò omnes illo paſti audacia repleaotur. Firmamentum nanque eſt generatim panis iſte, quo contrito vnioerſalis labaſcit fortitudo, vt dicitur in Pſal. Pſal. 104. 16. *Et omne firmamentum panis contriuit.* Et Leuit. 26. Leuit. 26. 26 *Trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri.* Quod de pane Abulenſis. menſæ noſtrę intelligit Toſtatus in Matth. 26. q. 33. Hincque homines tuoc verè dæmonibus traduntur, & in millia præcipitia errorum prolabuntur, cum panis huius baculus, qui eos ſuſtentauerat confringitur ab ipſis, vel à Deo, propter crimina vindictam proclamantia; vt in iſtis Septentrionis ditiſſimis prouinciis, communis quidẽm panis non modicè feracibus, proptereáque à pano (vt dicitur de Sodoma) Diuino derelictis, cum lachrymis videmus. Ezec. 16. 49

Pænitentia

Pœnitentia se prosternens istius mensæ Regi, ex donis inde sumptis vectigal suum exhibet.

16. DVo lucida, & vtilitate quodammodo certantia, nimirum Solem & Salem (è quibus ipsa constat) ex hac mensa sibi colligit amara & gemebunda culparum pœnitentia. Non enim sine lumine Diuino vera datur, nec sine sale humano: ita vt prius homo quiuis ad pœnitentiam incipiendam Dei radio illuminetur, deinde verò sale doloris sui ipsius ad ipsam consummandam humano corrodatur. Ante nanque debet homo superius illustrari, vt ipse post interius in voluntate mordeatur; nam vt scitè dici solet in aula Philosophica; *Omne volitum, prius cognitum*. Et sicut fulgor nitidus est prima lucis qualitas, secunda verò calor, sic in rebus spiritualibus nemo potest calefieri, quin antea irradietur, neque aliqua deuotione in animo inflammari, nisi prius in mēte sua fulgore collustretur. Quare dicitur in Luca; *Et conuersus Dominus respexit Petrum*. cui illico connectitur; *Et egressus foras fleuit amare*. Nam vt ait Gregor. in Psal. 26. exponens illa verba; *Ne auertas faciem tuam à me. Petrus amarè non fleuisset, nisi eum Dominus respexisset*.

Ex Sole & Sale vt fiat perfecta pœnitentia.

[illegible] volitum, quin cognitum.

Luc. 22. 61. 62.

Psal. 26. 9.

Ecce Sol verè in oculis splendens Redemptoris; & ecce sal corrodens in corde peccatoris. Nec immeritò, cum Sal sub Sole nimis feruido ex aqua maris salsa, amara & insuaui sub eane & circa eanem mordentem summo æstu tantummodo durescat, concrescátque in lapidem. Et sicut Sol vapores attollit suis radiis, quos sublatos ipse soluit in imbres abundantes, sic verus Sol Diuinus vapores peccatorum, putorésque illorum aspectu suo trahit, quos protinus diffundit in lachrymas rorantes, & guttas, quæ sunt imbres, ac pluuiæ cordis nostri, vt attingitur à Glos. in Matth. 26. & pluuiæ copiosæ, ac ita fructuosæ, vt dicat Leo Papa; *Felices, ô Apostole, lacryma tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem habuere sacri Baptismatis*. Quod agnoscens Rex Propheta hunc Solem precabatur; *Faciem tuam illumina super seruum tuum; & doce me iustificationes tuas*. Cuius precibus, & fletus continuò successere; *Exitus aquarum aquaris deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*. Non enim potest Deus illuminare mentem nostram, quin pet oculos voluntas in gemmas dissoluatur, ac melius quam sapone in istis valde bonis piscinis Esebonieis peroptimè abluatur, & tam munda quam in primo Baptismo efficiatur; ita vt homo eodem tempore hac pluuia fœcundetur, & Angeli lætentur; quibus gaudium in cælis est super vno peccatore agente pœnitentiam; & ipse cæli Rector, inuerso rerum ordine ex hac terra peccatrice rigatus hilarescat; prout Præsul Rauennatum serm. 93. describit suo auro: *En, mutatur ordo rerum; pluuiam terra cælum dat; nunc rigat terra cælum; imò super cælos*,

Sole Petrus in Salem & lachrymas conuersus.

Sole Dei oculorum in lachrymas resolutur, quā valde fructuosas.

Leo Papa.

Psal. 118 135. 136.

Lachrymarum ex terra cælum inuersæ rigant aquæ.

Luc 15. 7. P. Chrysol.

A & vsque ad ipsum Dominum imber humanarum prosilit lachrymarum; vt aqua quæ in Ioanne in vitam æternam salit. O quanta vis in lachrymis peccatorum! Cælum rigant, terram diluunt, extingunt gehennam, delent in omne facinus diuinæ promulgatione sententiam. In peccatricis caput purgandæ criminibus refluebat vnda, vt suo fonte mulier in nouum Baptisma suorum dilueret illuuiem peccatorum. Hæc ille verba faciens de Maria Magdalena. Ioan. 4. 14.

17. Non me fugit, quod pœnitentia à Gregorio definita; *Est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere*; vt habetur in cap. *Pœnitentia*; 1. d. 3. Verùm ista definitio sufficiens, non perficiens, nec dubia vel pacificans, vel soluens est putanda. Agit nanque de Sale; de Sole verò nihil; id B est, de hominis cooperatione cum Deo in pœnitendo; non autem de operatione principali ipsius Dei, in prouocando & pertrahendo quemcunque ad pœnitentiam; cum hoc opus tantùm prius sit illo à nobis factò, quantùm causa semper prior effectu suo est; quare idemmet Gregorius præfata verba dixit; *Petrus amare non fleuisset, nisi eum Dominus respexisset*. Nec me latet, quòd ab isto diuerso valde modo, de Sole Saléque Euangelicæ doctrinæ loquutus est Saluator; prius Salem quam Solem constituēs in Matthæo; *Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi*. Quod Chrysostomus obseruans Salem Soli in loco illo præposuit huiuscemodi; *Prius Sal posuit, deinde lumen: vt discas quantum sit verborum vrentium beneficium; quantúmque commodum honesta rectæque doctrinæ. Hæc siquidem stringit* C *animos, nec quoquàm diffluere permittit; facitque attentius ad lumen virtutis aspicere, ad quam velut apprehensa manu pertrahit audientes*. Hoc etenim contingit, cum ab homine pœnitentia in hominem procedit; tunc Sal præcedit Solem; quod optima cum ratione in isto casu accidit; debet enim peccator per illud quo pœnituit, alios quosuis peccatores ad pœnitentiam stimulare; atqui Sale doloris interni ipsum pœnituit, & ex cordis salsilagine materialiter in se, incepit pœnitentiam; ergo inde peccatores adurere constringitur, stringetéque eos à culpæ diffluentia; & ad lumen virtutis, vt loquitur Chrysostomus, vel ad lucem veritatis, vnde venit pœnitentia, quasi verè manuductos adducere, & perducere. Vnde pœnitens Rex ille, seu potius pœnitentium exemplar planè Regium, D postquam Salem pœnitentiæ in Psal. 50. à primo ipsius numero vsq; ad numerum 14, egregiè & nimis anxiè ex corde postulauit; *Et spiritu principali confirma me*. Statim, velut ista virtute quā petebat, à Deo confirmatus, ad Salē cœpit alios vocare & inuitare; in quo reliquum Psal. eutriculum consumpsit; *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Domine labia mea aperies; & os meum annuntiabit laudem tuam, &c*. At vero quando Sal à cælo nobis pluit, tunc Sali Sol prælucet; præcurrit, & præfertur; de quibus hæc sint satis.

Pœnitentiæ definitio.

Matth. 5. 13.

Chrysost.

Sol sæpe quando prior, & etiā viceuersa.

Psal. 50 14.

N 15.

18. Sed superest exquirere, vt duo hæc sibi sumat ex mensa Panis Regij pœnitentiæ

Pœnitentia Sol à Sole Diuino denuata.

Sacramentum. Facillimè rei huius offenditur solutio, si ab illo consideremus diffundi cunctam lucem; vt in 1. Enarra. abundè dictum fuit; præter quod de pœnitentia adiungitur à Gregorio, vbi proximè de Petri loquutus est dolore;

S. Gregor.

Sol est enim pœnitentia, vnum de perfectis donis descendens à Patre luminum. Vbi quidèm si addamus, à Matre lucis veniens, nil minus verum erit; cum Deipara sit medium vnira Deo & nobis, quo semper cæli lux, Bernardo sancto teste, ad homines defertur.

Pœnitentia ab Eucharistia desumit Solem & Salem.

Iam Salem ex pane hoc Pœnitentiā comparare, & sibi vendicare, non paucis enitescit. Primum sanè, quia in signum pungentis pænitudinis, *Saluator noster non frumentaceis tantum panibus, sed & hordeaceis, aristis plenis, pauit aliquando suos*; vt obsetuauit

B

Theodoret

Theodor. q. 24. in Commentar. sup. Exod. & illi quinque panes Euchatisticum in figura & prædicatione præcedentes, huiusmodi fuere; Ioann. 9. n. 6.

Ioan. 9. 6.

Deinde, quia agnus Paschalia nuncupatus vnà quondam cum hirco à populo edebatur; vel in agni defectione, vt æstimat Lyranus; vel ex legis permissione quæ libetum hoc sinebat, vt colligitur ex verbis, *Iuxta quem ritum, tolletis & hædum.*

Exo. 12. 5.

Quod in signum Pœnitentiæ peccatoribus necessariæ, per hædúmque significatæ, huiusmodi fiebat, secundum mentem Glossæ. Vlterius, quòd & agnus cum lactucis agtestibus suaptè amaricantibus ad hoc ipsum designandum manducari iubebatur; de quo cap. 11. lib. 2. sup. Exo. scribit sic Rupertus;

Exo. 12. 8.

Carnes agni cum lactucis agrestibus comedimus, cum nos metipsos pro peccatis nostris affligimus; quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat à mentis stomacho peruersæ humorem vitæ.

Agrestes ad quid lactucæ cũ agno manducatę.

Et tandem quia in Pascha communicamus ex præcepto; *Quia statuti sunt ante Pascha quadraginta dies pœnitentiæ, vt his peractis in ieiuniis, & bonis operibus, tunc possint communicare pœnitentes cum aliis bonis Christianis.* D. Thomæ verba sunt opuscul. 58. cap. 16.

D Tho. Communio cur in Pascha.

19. Hæc igitur, quæ Pœnitentia ex Eucharistia sibi habet, eius æqua lance mensæ retribuit pro tributo, Solem certè in confidentia & luce Christi verbi, cum qua venit vnusquisque, qui Fidem Christi tenet. Fides etenim lucerna & lumen nostris pedibus, ad ambulandas Christi vias, & veniendum ad ipsum est.

D

Lucerna pedibus meis verbum tuum; & lumen semitis meis.

Psal. 118. 105.

Salem autem in contritione mordaci, cum qua properat; hac quippe pania iste dumtaxar bene editur; nimirum cum fetuore ardenti, & diligenti. Bonauentura in Quadrag. Dom. 4. serm. 3.

S. Bonau.

Iste est panis, qui per coruum ministratur Heliæ in torrente Carith. Torrens contritionem significat; Thren. 2.

3. Reg. 17. 5.

Deduc quasi torrentem lachrymas. *Per coruum autem nigrum & clamorosum significatur Confessio peccatorum. Hic coruus significatus est Gen. 8. aperta oris fenestra mittitur de arca conscientiæ.*

Gen. 8. 6.

Hic ministrat tibi panem refectionis pœnitentiæ, sedenti in torrente ploratus. Plora ergo peccator. En iam mensa Eucharistiæ peroptimè parata, cum mappa,

A

aqua, & linteo, cultello, sole, & sale. E quibus Sol, qui minus necessarius videbatur, necessitatis loco primo censeri & poni debet; tum ob Solem per necessarium ad Sacramentum pœnitentiæ, huic pani semper præuiæ; tum ob lucem requisitam ad dapes tam excelsas. Qua de causa penes Lucam Conuiuium nostrum Cæna, non prandium nuncupatur; quia cæna luce eget, vt asserit Barradas tom. 3. lib. 3. cap. 16.

Cur cœna Christi mẽsa, nõ prandium vocitetur.

Luc. 14. 16.

Barradas.

Nunc cibos, & conuiuas, ac Regem istius mensæ examini tradamus.

Eucharisticus Rex Christus huius mensæ Conuiuator, ei præest, atque se pro cibo cunctis præbet.

20. POst mensam sic instructam succedit inuitator, & Regius Conuiuator, qui Dominus est Christus, nostro themate secundo conuiuas sic compellans; *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*

Ioan. 6. 55.

Conuiuæ sunt duodecim, quorum turba duodena præcinctus est in Cœna; vt tam grauiter quam piè intonuit D. Tho.

In suprema nocte cænæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Sed in istis totum orbem adhibuit mensæ suæ, ex ternariis enim quatuor duodecim

In Fide Trinitatis conuersus totus mundus, & mẽsæ Christi particeps.

C

conflantur, vt sciremus totum mundum, qui quatuor constat plagis, in ternario, Fide, & luce Mysterij Trinitatis venturum tandem esse ad mensam de qua agimus; vt in laudem Apostolorum à multis dictum est; & rectè cum eisdem præceperit Saluator; *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ; Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Matt. 28. 19.

Cibi verò, siue epulæ, quas illis Rex apponit, vnus tantum cibus est, complectens omnes alios; ita vt cibus omni continẽs, omnipoténsque sit.

Eucharistia cibus omnis

Nam si Hebraicè cunctæ dapes sub voce panis latent; *Sabbatho manducare panem*;

Luc. 14. 1.

& crebrò in Scriptura; quomodo panis Christi Domini, & eius caro ac sanguis nõ erunt cuncta mundi obsonia simul data? Sunt

D

equidèm, & propterea dicuntur verus cibus; Quæ sententia quadrifariam veritatem summam obtinet; ita vt verua cibus sint, caro Christi, & eius sanguis, sub pane latitantia; *Caro mea verus est cibus, & sanguis meus verè est potus.*

Ioan. 6. 55.

Primò, quoad ipsam mensam, quæ tantum in istis ferculis est reliquis repleta; propterea quod ad cibum & potum qualiacunque cibaria redigantur; hæc autem mensa cibum ac potum copulatè in vtróque ex his duobus eduliis nobis offert; non enim in quouis datur, vel caro sine sanguine, vel sanguis sine carne; nec potus absque cibo, nec cibus absque potu; sed ambo semper simul; quantumuis in speciebus externis sint in Missa perpetuò separata.

Verus cibus Eucharistia ob quatuor rationes.

Secundò,

Secundò, quo ad ipsum istius mensæ cibum, qui certè non est mortuus, sed viuus atque viuens; *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi*. Ac ideo verus cibus. Verus inquam, quia viuus; nam quidquam mortuum est, accedit ad non esse; imò etiam plus non entis quam entis verè habet; tales vero cibi sunt, seu dissecti ex animantibus, seu ex arborum vel stirpium prouentibus collecti; seu aliunde quouis modo à nobis comparati. Omnia nanque quæ eduntur, & esui accommodantur, à vita eradicantur, & ad sui corruptionem, destructionem, atque ruinam totalem rapiuntur.

Cibi omnes plus ad nihil accedūt, quam sint aliquid.

Tertiò, quò ad inuitatos ad mensam discumbentes, quibus panis iste viuus (vt ciborum fert natura) nutrimentum tale præbet, alimenti qualis est innata sibi qualitas. Cum verò hoc alimentū alimentum viuum sit, & insuper viuificum, & vitæ ipsius fons; vitam simul proculdubio à morte segregatam, cælestem, & sempiternam conuiuis suis præstat; ad quam nobis porrigendam de cælis ipse venit; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*. Non enim ille descenderet, nisi vt nos ascenderemus per cibum de quo addit; *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*.

Ioan 6. 51.

Quartò tandem quò ad mundi vniuersas creaturas, cum elatus hoc Mysterio non solus homo fuerit, sed & omnia res creata in illomet euecta, omnia etenim quæ in homine analogicè vniuntur, vniuit sibi Deus in carne sibi vnita; quapropter in Dei corpore, vt sancta est Eucharistia, naturæ mundi omnes nobilitatæ & sublimatæ non parum remansere; vt docet D. Tho. 3. p. q. 1. & Chrysologus serm. 140. expendens Lucæ verba; *Ad Virginem desponsatam*. quo loci valde breuiter: *Christus suam sponsam recipit, non præripit alienam; nec separationem facit, quando suam sibi totam iungit in vno corpore creaturam*. Nec malè; nam cum hoc venerabile Conuiuium indiuidualis magis sit quam singularis Incarnatio, indiuidua sanè cuncta sub homine contenta non solum nobilitate sublimitatéque in illo fuerunt exaltata, sed insuper & vita Diuina in Filio Dei quodammodo donata. Qua de causa si de Deo in creatione, viso homine, sic ait sanctus Moyses *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. De Deo in Incarnatione se hominem vidente, nil minus posset dicere; *Vidit Deus cuncta quæ refecerat, & erant meliora*. Ac de ipso in Sacramenti constitutione sic profari, bonitatisque sententiam hoc modo terminare; *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & refecerat se ipso in cibo dato orbi, & erant prorsus optima*. Quia optimum est frequenter tam arctè Deo vniri, & eo refeciri; sicut omnia suo modo referciuntur in hoc pane; cui ideo bene cuncta, & præsertim Sacramenta tributa sua soluunt; quorum demum solutionem vlterius prosequamur.

In Christo cuncta mūdi vnita, & sublimata.

D. Tho.

P. Chrysol.

Ordo maxima submissione appropinquat Eucharistiæ, ex bonisque ab ea multoties acceptatis rependit suum censum.

21. Mensa rebus, conuiuis, & dapibus ornata, de Ministris, qui ministrant, & seruiunt ipsi mensæ, agendum nunc succedit. Hos autem confert Ordo, qui hinc suam dignitatem, & ordinatum benè obsequium haurire non ambigitur. *Quia ordo est Sacramentum, quo potestas spiritualis significatur, & traditur in ordine ad Sacrosanctum Christi corpus consecrandum*. Ita Vualdus cum communi, de Ordine n. 4. Ergo ordo mensæ nostræ in re ab ea accepta tributum suum soluit. Accepit dignitatem, & suorum Ministrorum excelsam potestatem; ipsis igitur Ministris, anctoritatéque illorum inseruit huic Conniuio. Nemo etenim illi potest vtcunque deseruire, nisi Ordini cuicunque initiatus prius fuerit. Initiantur verò hi Eucharistici ministri tam miro rerum ordine, tam concinnè & tam aptè, vt Ordo sit propterea vocatus hic virorum status valde fulgens in Regno Ecclesiastico; quorum numerum hocce loco oportet explicare; ne vel mensæ Ministrantes incogniti remaneant, vel Ordo sine ordine.

Ordinis definitio.

Vualdus.

Sunt autem tot Ministri, quot Ordines resplendent in Sacramento Ordinis; resplendent verò septem; quorum singuli sunt Ordines ab aliis separati; & omnes vnus Ordo; seu vnum tantū Ordinis indiuisum Sacramentum; quod ex isto septenario mirifice conflatur, vt caput septem constat foraminibus diuersis. D. Tho. 3. p. q. 37. in addi. ar. 2. Bellarmin. tom. 2. de Sacramen. Ordinis à cap. 6. cum sequentibus; & Vualdus n. 10. productus eum quammultis per ipsummet relatis. Canonistæ in re præsenti à Theologis discordes constituunt nouem Ordines, de quibus satis benè Nauarrus in Manuali cap. 22. n. 18. Mihi tamen magis grata priorum existimatio; vel ex eo quia sacratior septena est numeratio, de qua optime Illustriss. Archiepiscopus Vlyssipoœn. Rodericus da Cunha, omnibus titulis tam animi quam corporis ditatus; atque omnibus præconiis cum primis benemeritus, præcipuè ex eo capite, quo velut Dei Sacerdos insignis vir Ioiada; cuius nomen apud nos est Domini scientia (cùm Ioas occultatum in templo diu habuit, educatum donec ipsum, & apprimè institutum aduersos diræ Athaliæ Reginæ præscientiam, quæ verum semen Regium extinguere volebat, corona eundem Regia ibidem decorauit 4. Reg. cap. 11.) ita iste Archi-Sacerdos conspicuus Dei scientia, inscia nobis aduersante Athalia Castellana, quæ scintillam Regni nostri sopire satagebat, oc dicam sepelire, Regem nobis miraculosè Ioannem à Deodatum in templo meotis suæ prudenter occultauit, donec illum ad summam vsque coronam

Septē Ordines in Ordine sub vno Sacramento.

D. Tho. Bellarmin. Vualdus.

Nauarrus.

Rodericus da Cunha transcursim commendatus.

4. Reg. 11. n. 1. vsque ad 13.

Rex Ioannes Portugalli cum Ioas comparatus.

sublimauit, quam Ioannes, sicut Ioas, inuidia renuente, inter bellicos tumultus, securam tamen possidet. *Vicit amor patria*; vt est apud Virgil. in fine lib. 6. affectu cuius ductus hæc attexere de tanto Prælato mihi iustum, & rectum visum est, qui licet Canonista, ad istos septem Ordines est visa valde dignus in Commentar. super Decretum d. 21. num. 3. cum sequent. Theologum ibi faciens.

22. Ministros seruientes in mensa Salomonis, & ad illam ordinatissimè obsonia deferentes, demirata quondam fuit sapientissima Regina, ex prouincia sua, Saba; sed ex nomine suo proprio Macheda nuncupata; quæ venerat è longinquo tentare Sapientem; ita vt stupefacta ex ordine famulantium, & admirabili concentu cibaria ministrantium; etsi magnis assueta, ac magno sensu prædita, in spasmum mentis incidit; de quo Diuinus textus; *Non habebat vltra spiritum*; tanto ordine intercepta. Sed ecce per hanc fœminam Ecclesia denotatur, quæ de errorum Gentilitatis longissima distantia, ad verum Salomonem accessit Christum Dominum; cui deinceps tantò melius adhæsit, quam Iudæi, vt ipse Christus dixerit; *Regina Austri v nit, & surget in iudicio cum generatione ista, &c.* Quæ Regina figurata cum esset summè sapiens, & negotiis valde magnis tractandis assuefacta, vt fuerunt Romanorum, Grecorúmq; magnalia, & eorum cunctis sæculis miranda sapientia, politia, & tam rei bellicæ, quam domesticæ peritia, ac summa disciplina; ita tamen in præsentis admiratione Salomonis, & præcipuè in eius mensæ expauit apparatu, ornatu, & famulitij aptissima concordia, vt vltra non habuerit spiritum adorãdi idolatriæ simulacra, sed spiritum ad hanc mensam imperuiam quamuis menti, omnino complectendam; & omnes Fidei articulos quantumuis intellectum longissimè excedentes, ardenter consectandos; quod veritatis Christianæ argumentum magnum est; vt describit eleganter Chrysostom. in Gen. hom. 29. Sic nobis nunc contingat, vt si aliqui minus firmi hæc oculis lustrauerint, mox ea ex toto corde amplecti non morentur.

Regina Saba typus Ecclesiæ, & qualiter Salomonis famulantium mensam demirata; ac simul appellata.

3. Reg. 10. 5.

Matt. 12. 42.

Fidei nostræ mira vis in Græcis ac Romanis trahendis ad seipsam.

23. Septem igitur sunt Ordines, vt dona sancti Spiritus à Vate recensita; vel vt septem eodem numero virtutes celebratæ; ne quid doni vel virtutis deesset Ordinariis, vt ait D. Tho. in addit ad 3. p. q. 37. ar. 2. vbi ad mensæ, de qua agimus, ministerium, meliorem, si non certè moraliorem hanc affert rationem; quod Ordines sunt septem, vt melius hæcce mensa ab Ordinatis seruiatur. Aut enim in consecratione, aut in eius ministratione, eos illi deseruire patescit vniuersis. Et verò in Consecratione Sacerdotes tantum seruiunt; soli etenim Sacerdotes conficiunt Eucharistiam; vnde calicem atque patinam, cum pane & vino simul, quibus manus superimponunt in ipsorum ordinatione, recipiunt ab Episcopo; & hic est primus Ordo. At in mensæ ministratione complures ei Ministri impendunt famulatum; vel enim famulantur in ordine ad ipsam mensam; vel in ordine ad communicantes & ex illa corpus Christi sub pane manducantes. In ordine ad ipsam mensam, tres famuli illi seruiunt. Primus quidem in distributione Sacramenti consecrari, & isti sunt Diaconi, qui antiquitus suis manibus hunc panem dispensabant; quapropter Christi sanguinis, Laurentius velut inclytus, dispensatores dicebantur; Magister lib. 4. d. 24. etsi hodie nisi tantum de licentia vel necessitate hoc valeant operari. D. Tho. 3. p. q. 82. ar. 3. & hic secundus Ordo; in quo illi qui ordinantur accipiunt pro insigni Euangeliorum librum quendam; ex eo quia Euangelium tenentur prædicare, hunc panem elucidare, Fidelésq; ad eius Conuiuium connocare, vt habetur in percelebri Conci. Florent. sub Eugen. 4. Secundus verò seruit in Sacramenti præparatione, vasa sancta, & oblationis materiam præparando, ac qua decet reuerentia in ara collocãdo; quod faciũt Subdiaconi, Epistola insigniti; & hinc quando initiantur, eis calix datur vacuus; Magister supra proximè; & tertius iste Ordo. Cui succedit qui materiam forinsecus ascitam adducit ad altare, quod exhibent Acolyti, vnde vacuos hi vrceolos recipiunt ab Episcopo; hic autem quartus Ordo; quo quæ attinent ad mensæ seruitium finiuntur. Quæ ad homines spectant, ad illam venientes, & ibi manducantes hoc modo diuiduntur. Alij etenim infideles, Fideles vero alij, sed adhuc Catechumeni, qui doctrina pro Baptismo suscipiendo sunt indigui. Alij autem baptizati, sed vi dæmonum ligati, energumeni vocati; ad quos omnes in hanc mensam congruenter adaptandos tres Ordines deseruiunt, qui restant explicandi. Ostiarij, vt infidelibus Ecclesiæ fores claudant; vnde etiam cum ordinantur occludunt quandam portam; & iste quintus Ordo. Lectores, vt Catechumenos erudiant in doctrina, quibus librum propter hoc Episcopus conceredit; & hic est sextus Ordo. Exorcistæ, vt diabolicos spiritus expellant, ab eis qui hoc genere ligaminis arctantur; vnde quando initiantur exorcismorum librum tenent, vt in 4. Conc. Carthag. nobis traditur. De quorum exorcismorum admiranda vi legatur Cyprianus ad Demetri. & Clemens lib. 8. Constitut. Apostol. cap. 26. quibus Ordo iam suptemus, & septimus, ac omnes cum eo finiuntur.

Isai. 11. 1.

D. Tho.

Quare ordines sint septem & qualiter ab altaris seruitio deducantur.

Diaconi cur dispensatores vocati Christi sanguinis.

Ordinati quæ insignia recipiant ab Episcopo quo tempore ordinantur.

Magister.

Concil. Carthag. 4. can. 7.

24. Ex qua Ordinum tam ordinata & accurata consonantia docemur Sacerdotes, vt in Ordine & officio contineri satagamus; tam sedulò nos semper ordinãtes actus nostros, vt in nobis disciplinæ institutionisque peroptimæ perpetuus sit splendor. Si enim ordo hominum excedit rerum ordinem, vt ait L. 2. ff. de *Statu hominum*; interna quantum debet ordinatio Sacerdotũ externam superare? Multum quidèm, & supra modũ. Ad quod etiam prouocamur ex peccato perpetrato per eos qui ordinantur in

Sacerdotes ex ordinibus ad ordinem per docti.

in crimine mortali, & qui eos in hac culpa Ordinibus adornant; quique simul in mortali administrant ipsorum Ordinum obiecta, Sacramenta: & ex scientia quæ tã magna in Sacerdotibus requiritur, vt quærat D. Tho. An totam Sacrã paginam teneantur illi scire, qui Sacris imbountur: & tandem ex requisitis, quæ in eis corporaliter iuridicè expetuntur. Non enim debent esse vitæ improbæ notati; nec pueri, non dum mẽti libtamen rationis; vel serui; vel homicidæ; illigitiméque nati; vel læsi membro aliquo; nec pariter mulieres; quantumuis valde Sanctæ. Quæ inhabilitas tantùm est de necessitate Sacramenti; reliquæ verò de præcepto & meliori congruentia, in quibus data causa à iure dispensator. Quæ omnia ex Sacerdotis corona, coronantur: est nanque Regum signum, & in forma orbiculari perfectionis indicatio, ac surdium inter capillos nascentium profligatio, & ipsorum capillorũ abrasio voluntaria. Debet quippe Sacerdos Rex esse sui ipsius, & tali mores suos regimine polire, componere, & à malis omnigenis abradere, vt ne minimus capillus inter cælum & virum tantum interponi videatur. Qualitates quas desumpsi ex Angelico Doctore 3. p. q. 36. & quæst. quadragesima; fuerúntque à Petro his verbis indicatæ; *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Sed & insuper firmatæ ab ipsa ratione. Decet enim vt Sacerdotes probati viri sint; puri quidem sed non pueri in suis actionibus; non serui vitiorum, quæ fetuos suos faciunt; nec virtutum, quæ sunt solæ rationales creaturæ, immanes homicidę; vel moribus illegitimi; seu læsi voluntate; sed graues, atque serij, modesti, ac vere Regij. Ad quod vtique tenemur ex nostra dignitate; cum hæc Regiæ, vt suo loco dicetur, præferatur. Quamrem si Sacerdotes ex animo perpenderent, nec ipsi tam abjecti, nec ab aliis tam despecti frequenter haberentur; nam à nimia facilitate, & vilitate plurimorum; procedit vilipendium, quo hodie pessumdantur; & Sacramenta propter eos scandalo sunt multis, vt asserit Ambrosius; *Ex inordinata & indisciplinata multitudine Sacerdotum, hodie datur contemptus Redemptoris nostri venerabile Sacramentum.* Quorum tamen qui voluerint ad meliora respiscere, legant cordis desiderio Antonium de Molina Carthusianũ Cęnobitam in Instructione Sacerdotum; quæ Hispanicè conscripta in omnibus iam linguis Europæ circunfertur: Episcopósque precor (vt aliqui fecere) ne aliquem promoueant ad gradum Ecclesiasticum, quin emptum, lectúmque hunc librum secũ habeat; ex quo multa nõ ad dubito incõmoda vitanda; quibus procul amandatis, sequentia perquiramus. Illo verò pro hoc loco Sacerdotibus, & præsertim Mendicantibus, admonito, vt si volunt non contemni, sed haberi in suo gradu à viris sæcularibus, neque valde familiares eisdem se exhibeant, nec etiam, quamuis factum respectu humilitatis, plus iusto despicabiles, & passim contemptibiles. Sunt enim duo ista extrema duo mala Sacerdotibus aduersa, Sacerdotiique similiter ruina lachrymabilis.

Sacerdotibus quæ sciẽtia sua ptè necessaria.

Leuit. 20 21.

Sacerdotibus ordinandis quæ in corpore necessaria; & de illorummet corona.

1. Petr. 2. 9.

Sacerdotes quibus rebus oportæat præfulgere; & quare contemnantur; Sacramentaque contemptui ob eos exponantur.

S. Ambros. apud Flores. DD. verbo Sacerdotes.

F. Antonius de Molina.

Sacerdotibus quæ seruanda vt debeant honorari.

Matrimonium mensæ huic profunde decussatum; ex rebus inde haustis retribuit pensionem.

25. ET verò ne Ministri abscisi mortis falce deficiant aliquando, ab alio hi Sacramento, Matrimonium nuncupato, & vitæ, & mensæ nostræ perpetuò præsentantur. Quod in rebus, velut omnia præcedentia Sacramenta, hinc sibi comparatis, eidem feudum suum retribuit congruenter. Sed quid ab ista mensa Matrimonium comparauit? Certe maximam vnitatem, quam habet in se ipso. Quãuis enim Matrimonium sit maxima cuniunctio, & vnitas carnalis; id est, maxima inter omnes quæ in vita sociali carnaliter transacta, sub mentem nostram cadunt; hæc tamen ab Eucharistiæ dependet vnitate, exindéque enascitur; vt palàm comprobatur, quia primum Matrimonium Eucharistiã prænotauit; ad quam prius significandam, quam ad homines gignendos fuisse à Deo conditum ex sequenti iam in proximo argumento faciendo non potest denegari. Maior huius figuræ ex primi coniugati confessione satis patet, de qua dicitur in Gen. *Erunt duo in carne vna*; & postea à D. Paulo, qui ista Adami verba mirifice declarat. *Erunt duo in carne vna; Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Minor verò vnitatis non valet occultari; cum nulla vt Eucharistiæ reperiatur in Ecclesia. Ergo mea consequẽtia, in vnitate sic accepta soluendi feudum suum Eucharistiæ Matrimonium, ex dictis ratum fit; etsi vnitas non eadem, sed alia sit inferior; quod vtique diffuse, minutimque expoorere omninò gratum erit; & maximè cum ex verbis Adami præcedentibus hoc ipsum confirmauero.

Tria igitur sunt illa, in quibus Eucharistiæ Matrimonium valde subest in vinculo vnitatis; quorum primum valde rutilat in illo verbo *Duo*; Secundum in verbo, *Vna*; *Erunt duo in carne vna*. Tertium autẽ in verbo *Carne*; diuiso à verbo *Vna*. Primum est, in Matrimonio semper duos reperiri, vt claret ex sententia per verbum *Duo* habita. Nam licet vna coitu, contractúque sit caro; charitate sanè qua vxorati se redamant, semper verè duo sunt, vel etiam in charioribus; ita vt vnitas non simplex, sed potius duplex sit; nec etiam singularis, sed multiplex, vel saltem dualis, & duorum; non tantummodo corporibus sed cordibus plerúmque quamualde discretorum. Quis enim reperitur qui alteri frequenter alicui non sit oneri, cum de omnibus ac singulis sub persona sua propria expertus dicat Iob? *Factus sum mihi metipsi grauis?* In amoris nanque & thori remissioribus hominibus, hi duo proculdu-

Matrimonium ab Eucharistia vnitatem suam accipit; quam iterum illi soluit.

Gen. 2. 24.

Ephes. 5. 32.

Erunt duo in carne vna diffusè elucidatur.

Matrimonij quantum vnitas sit minor Eucharistica.

Iob. 7. 20.

Diſcordiis quātis plena concordia Matrimonij.

bio duodecim ſunt millia; tam perſonis ſeparati (quod omnibus commune) quam geniis ac ingeniis ab inuicem ſemoti; diſcordes vero animis, & actibus diſtracti, multimodiſque bellis pugnantes ſæpeſæpius. Quæ res in Euchariſtia diuerſo vadit tramite; cum iſta non ſit adeò tam vnitas vel vnio, quam vnum indiuiſibile; nec duorum ſolidatio, ſed vnumquid in ſolidū, & vnum in carne vna. Seu hæc Chriſti conſideretur, quę ſibi nos adunat; ſeu hominis, qui Chriſtū in carne ſua condit; vtrouis enim modo ſemper vnum mirum hoc fulcitur illis verbis eiuſdem Redemptoris; *In me manet, & ego in eo.* Quod vnum non diuiditur, niſi homine per culpam diuiſo à ſuo Domino; cum quo vnio in Sacramenti materia demonſtratur, & in eius ſpeciebus, de quibus Arelaten. Cæſarius ſic eloquitur; *Dum in Sacramentis vino aqua miſcetur, Chriſto fidelis populus incorporatur, & iungitur; & quadam ei copula charitatis vnitur, vt poſsis dicere cum Apoſtolo; Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an perſecutio?* De ſua, ad Patrem ſuum mirifica vnitate ſic ille nobis dixit; *Ego & Pater vnum ſumus.* & de illa quam nobiſcum in cibo tanto habet, nunc ipſe poteſt dicere; *Ego & homo ſumus vnum.* Non duo in carne vna; ſed carnes duæ in vno; vel duo in carne vnum; cum de cunctis manducantibus ſe ipſum dicat ibi; *Ego viuo propter Patrem; qui autem manducat me, & ipſe viuet propter me*, id eſt, valde coadunata viuendi ratione: quæ non vnitas, ſed duplicitas in viris eſt coniugij, de neceſſitate Matrimonij; nā de mala, vel ſimiliter de carnali voluntate frequentius hęcce vnitas eſt magna multiplicitas; ſicut toto cælo hîc cum Chriſto ſumus vnum; non duo in carne vna, ſed vna in carne vnus; vnus etenim dumtaxat reſultat ex reciproca redactâque in vnum vniformitate, de qua ait; *In me manet, & ego in eo.*

Ioan. 6.56

Euchariſtiæ Matrimonium concordia quāta plenum.

Cæſarius.

Rom. 8.35.

Ioan. 10.30.

Ioan. 6.57.

C

In Matrimonio duo vnum; in Euchariſtia vero omnes.

Vel dicamus vlterius, non vnum tantum in vna, ſed & omnes Chriſtianos in vna Chriſti carne hoc vnum conſtituere, iuxta nimis elegantem Apoſtoli ſentētiam; *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus:* de qua optime Cyrillus lib. 10. in Ioan. cap. 13. *Etſi multi ſumus, vnum tamen in ipſo ſumus; omnes enim vno participamus;* & Auguſtinus ibimet tract. 26. *Propterea Chriſtus hoc Sacramentum in iis rebus inſtituit, quæ ad vnum aliquid rediguntur; ex multis nanque granis vnus panis efficitur, & ex multis acinis vinum confluit.* Cuius mentem Franco Abbas exornat in hunc modum: *Si ergo ita vniuntur atque indiuidua fiunt, quæ de terra oriuntur, & grana diuiſa inter ſe ſunt; quātò magis ea, quæ de grano Euangelico & ſemine diuinæ benedictionis oriuntur.* Sed & iterum Auguſtinus hanc nobis penitiſſimā, ſacratiſſimāmque pariter commendans vnitatem Feria ſecunda in Feſto Paſchæ; *Quia igitur corpus Chriſti ſumus, quò corpus Chriſti accipimus, non ſolum capiti per dilectionem, ſed etiam cum membris noſtris inuicem vniri debemus.* De qua vtique vnitate cum

1. Cor. 10.17

Cyrillus.

D

Auguſtin

Franco Abbas.

Sine vnitate cur non proſit Euchariſtiæ Sacramentum.

A

omnibus Fidelibus Algerus lib. 1. cap. 3. de Euchar. hanc affert rationem: *Cum à corpore ſuo ſit indiuiſus Chriſtus, nec in Sacramento ſuo veraciter ſumi dicitur, niſi ſumatur vniuerſim.*

S. Algerus.

26. Secundum vero eſt, vnitatem Matrimonij non quidèm tam vnitatem, quam potius ab vnitate (ex eo quod ſit carnis) diuiſam per ſe eſſe; vt ex illo verbo *Vna* adiuncto carni pēdet; *Erunt duo in carne vna.* Nulla quippe caro ſecum vnitatem veram habet; imo ſicut ſine anima, & vita ſua caſſa ſcatet caro vermibus, ita viuens & animata corroditur ſtimulis, atteritur ſcrupulis, exeditur ſtudiis, colliditur affectibus, proſternitúrque curis, ac vitiis conquaſſatur. Quæ in viris diſſolutis ſummopere efferūtur, Apoſtolo dicente; *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; ſpiritus autem aduerſus carnem; hæc enim ſibi inuicem aduerſantur.* Et in viris copulatis, ex illa ratione, multo amplius efferantur, quia zelus domus ſuæ hos comedit, & morſu dilaniat rabidiſſimo; prout optime deſcribit Briſſonius lib. 1. de formulis Roman. quod quadam re mirabili ex Plauto in Aſinar. Act. 4. ſcæ. 1. lepore graui roborat. Vltra multas cogitationes familiæ ſuſtentandæ, conſeruandæ, corrigendæ, ditandæ, & ampliandæ, deſideriiſque vxoris per omnia obtemperandi; & peccata propter eam quæcúnque faciendi, ne delitias cordis ſui nociuas contriſtentur. At vero in Euchariſtia non adeo caro vna, ſed vnum datur cor, quo omnigeni ad concordiam Fideles pertrahuntur; id etenim eſt concordia; nimirum cordium concors & vnica coniunctio, quæ iſto pane fit, vnde panem concordiæ eum vocat Auguſtinus in Commentar. ſup. Ioan. tract. 26. *Litigabant vtique ad inuicem Iudæi, quoniam panē concordiæ non intelligebant, nec ſumere volebant. Nam qui manducant talem panem non litigant ad inuicem, quoniam vnus panis vnum corpus multi ſumus.* De Eccleſiæ primitiuæ puriſſimis cunabulis ſcribitur à Luca; *Credentium erat cor vnum, & anima vna.* Sed vnde in viris tot tam vnica connexio? ex more qui tum temporis quotidie communicandi vigebat in Fidelibus, Cap. *Peracta*; de *Conſecr.* diſt. 2. in quo epulo concordiæ tam valde concordabant, quia in ipſum recipiendū concordes conſpirabant. Hincque ait Cyprianus ſerm. in Cœn. Dom. *Quibus vnus eſt panis, vnum eſt corpus; & omnium vnum cor, & anima vna, adhærens vni Chriſto.* Ad quod ideo concordantiæ, amicitiæque Conuiuium inuitat nos ſponſus in lib. Cant. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi.* Cui generieè inuitanti in numero plurali, ſingulariter, & in vnius ſingularitate tantùm cordis ſic ibi reſpōdetur. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Sed cur hominum tam multorum vocationi generali, reſponſio eſt ſingularis, ex vno ſolo homine, ex vno tantum corde? *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Non ſanè quia reſponſum non debeat cum quæſito per omnia concordare; nec quod vnus hoc in loco reſpondeat pro tam multis; reſponſio nanque tunc fuiſſet ſatis barbara; ſed quia multi iſti hoc vno

B

Caro quātùm ſibi ipſi ſit mordax, & contraria.

Gala. 5.17.

Vt zelus domus ſuæ manducet vxoratos.

Briſſonius.

C

Euchariſtia non litigij ſed panis concordantiæ.

S. Auguſt.

Actor. 4.32.

Cur Chriſtianis primi temporis cor vnū ſātum fuerit.

D

S. Cyprian.

Cant. 5.1.

N. 2.

Euchariſtia quantum vnicum Fidelium cor exſtat.

pane

pane vnicum est cor in Christi Domini amore, de quo ait Gilbertus super Cant. serm. 42. *Multi charissimi, sed omnium est cor vnum, & anima vna. Amor vnit, & amor inebriat.* Hæc est inebriatio, ad quam aliter suasio nequaquam foret licita. Quid pulchrius ad rem nostram? discursum coronemus.

Gilbertus.

Dè quodam viro vxo[...] iniusto zelo acto, zelotypiæque furentis ægritudine agitato. *Refert Seneca* (apud nostrum Iesuitam Bernardinum serm. 18. art. 1. cap. 2.) *se quendam cognouisse, qui in publicum exiturus eum vxoris suæ fascia pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præsentia eius carere poterat.* Res inita; sed non parùm mirabilius, quod de Christo animarum zelatore scribitur à Paschasio Episto. ad Prugen. & ab Vssuna viro celebri serm. 45. in p. Occidentali; quærentibus cur Christus præ mortis suæ foribus hanc escam Sacratissimam Instituere voluerit, cui secundus cum Hubertino respondet in hunc modum: *Cum hoc Sacramentum nos faciat in Christo manere, & etiam Christum in nobis, per illud voluit Dominus suos tum temporis habere in pectore suo, vt secum eos deferret etiam super Crucem.* En vxorium, & inter viros mulierosum totum virum (si vir meretur dici sic transiens in mulierem) qui fasciam per dilectæ vxoris pectoralem, super pectus & cor suum, cum ab illa, vel breuissimè, contingeret se iungi, portabat in delitiis. Enque hominem Diuinum, qui in tormentis vitæ suæ, & vltimis suppliciis, pro cordis nos leuamine in corde suo detulit. Quare maximo vir iste illius viri amorem, atque cordis vnitatem in concordiæ pane Sacro, excessu supergreditur: cui ideo magis quadrat, quam ipsi Matrimonio, Matrimonij definitio, quæ ita tradi solet: *Matrimonium viri & fœminæ maritalis est coniunctio, inter legitimas personas indiuiduam consuetudinem ciuilis vitæ retinens.* Magister lib. 4. d. 17. D. Thom. in addit. q. 44. art. 2. L. 1. *de ritu nuptiarum*: & §. 1. de *patria potestate*. Nam summopere legitima, vrbana, atque ciuilis & insuper Diuina coniunctio est Dei cum homine in ferculo Eucharistico; quemadmodum quę visitur in quouis Matrimonio, proh dolor! ex his rebus frequenter nihil habet.

Seneca.

Viri zelo stimulati mirabile prodigiũ, in Eucharistia multò maius.

Vssuna.

Quam magnus Christi zelus.

Matrimonij definitio Eucharistię magis propria.

27. Tertium tandem, Matrimonialẽ vnitatem plus coniunctam nõ adeo carnis esse diuisionem in semetipsa contradictionibus carnalibus multiformiter iactatam, distractam, & separatam; hoc enim dictum manet sub illo verbo *vna*; sed pariter ab anima spiritúque magnam distractionem & separationem, nobiscum semper sociã, existere suapte, vt optime patescit ex præcedente verbo *Carne*; *Erunt duo in carne vna*. Ex quo colliges in carne, in quantum caro est, concordiam & vnitatem non posse veram dari; cum carnis quæuis vnio, vel etiã plus vnita, à spiritus sit ligamine diuisio & elongatio; & à Deo bono nostro infelix amandatio; ex eo quod spiritui repugnet semper caro; vt ex loco paulo supra ad Galatas adducto est

Qua ratione carnis vnitas, vel etiam plus vnita diuisio sit, & maxima.

A omnibus notorium; & ex illa eiusdẽ Pauli sententia celeberrima; *Qui sine vxore est, solicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.* Vbi ista verba vltima sunt plurimũ notanda *Et diuisus est*. Est nanque carnis vnio verissima diuisio, à Deo eliminatio, & illi è regione obiecta, & aduersaria, *Quomodo placeat Deo; quomodo placeat vxori.* Non quidem quod Coniugium status non sit bonus; sed quod malorum sit multorũ scaturigo, cum carnis malæ vitia imperitent in eo; in quo vxor manet Dei perspicua contrarietas, & ab ipso non quæcúnque sed sæua deuiatio, neque parua idolatriæ carnalis constiturio; per quam homo quam multoties à Deo se- B paratur, & ad idolum impudicitiæ misertimè cõuertitur. Hineque carnis vilis vnio disiunctio atque diuisio à Deo comprobatur; & vt plurimũ coniunctio cum homine brutali; id est, cum parte hominis, quæ brutis est æqualis; & cũ mentis deprauatæ consortio cunctis peior; cui quantò quis accedit, à Deo plus recedit, & ab vnitate, quæ est Deus, quã valde propulsatur. Sicut aliter qui carnem pessundat & conculcat, hic solus vnitatem perfectã ex omni parte consequitur propterea, quia vnitur cum Spiritu, cum anima, cum Deo; & talis est, qui benè manducat Eucharistiam. In cuius rei figuram super fœnum Christus iussit, in conuiuio quinque panum hunc panem præcedente, discumbere inuitatos; quia *Omnis* C *caro fœnum.* Et sedere super fœnum est carnem proculcare; vt ait Interlinea.

1. Cor. 7. 32. & 33.

Vxorati Deus est vxor, ob quam relinquit Deum.

Ioan. 6. 10.

Repatriabat ille olim, vxoribus & bonis vtrisque mundi & animę prędiues Patriarcha; cum itineris & exilij leuamen singulare, ante fores Bethlem perdidit, vxorem dilectissimam, Rachelem pulchram fœminam; qua sublata ad extorrem, seruilémque tristitia redire sortem cogitur; qui libẽter & hilariter ingenuus atque liber, tam exul quã iucundus voluntariam & diuturnam Labani séruitutem pro illa passus fuerat. Sed quare ante Bethlem tam bella coniux perit? Enixúque Benoni (qui filius est doloris) & fatis ibi cessit, & simul virum suum mæstitia saturauit? Ad quid ergo tam immatura, præpostera, & immerita acerbi- D tas tam optimo hîc venit coniugato, qui ex simili consorte progeniem posset Sanctam in copia ditiori, & Deo & mũdo dare? Non frustra, sed propterea, vt futuræ Sanctimoniæ tam ingiter quam tunc egregius typus factus, ibi animæ dimidij exequias celebraret, ibi lachrymas naturæ persolueret, & gratiæ; & ibi pulchritudinis excidio consternatus, ac naufragio sui cordis multiformiter quassatus, domum panis Bethlem (sic enim interpetratur) vt nos debemus facere, sic ille ingrederetur; attritus nempe curis, angoribus vexatus, ac valde perforatus; vxorísque charissimæ amplexu viduatus; orbatus destitutus; quia vxor in imperfectis ab vnitate Dei præscindit, & in perfectis illam minuit; quod verbis his, ni fallor,

Gen. 35. 18.

Iacob ante Bethlem Rachele eur orbetur.

Vxoris amor pereat cum Christi corpus petis.

Hieronym.

Hieronymus prædixit in Iouini. lib. 1. *Illa quondam dilecta coniux, pro qua ſeruierat, iuxta Bethlem, in qua erat virginitatis præco Dominus naſciturus, à filio doloris occiditur.* Sed altius hoc Chryſologus in Virgine Dei Matre, dum ad illam deſponſatam, non dum autem coniugatam per verba de præſenti veniſſe notat Angelum, ne vtique ex Sanctiſſimi caſtiſſimíque pariter Sponſi contubernio ad Dei Filium excipiendum vtcúnque impediretur; *Peruolat ad Sponſam feſtinus interpres, vt à Dei Sponſa humanæ deſponſationis arceat, & ſuſpendat affectum*; ô mirabilis & horribilis Chryſologi ſententia! ſi tã caſtè Matrimonij affectus obuiatur, ne Genitrix Diuina ad Filium congruenter ſuſcipiendum impediatur, quid erit peccatoribus conſortiis mille carneis peruersè colligatis? Recogitent hoc illi, vt vitiis valedicant.

Luc. 1. 27. — Chryſolog. — Ex Maria vt Euchariſtia terribilis redditur.

A — B

Extrema tandem Vnctio ex bonis hinc perceptis, vectigal ſuum offert.

28. INitium ab iſta menſa accepit Sancta Vnctio, quia Feria in Cæna Domini, quando naſcitur Euchariſtia, paratur ab Epiſcopis, & agni priſco ſanguine inunctȩ poſtes erant, vt adnotat Ludolphus 2. p. vitæ Chriſti cap. 56. *Vnctio eadem die conficitur ab Epiſcopo, qua frontes liniantur; quia eadem die poſtes agni ſanguine liniebantur.* Poſt mortem illius agni tunc oſtia inungebantur; poſt mortémque iſtius qui tollit mundi crimina, ex ſanguine quem latus ipſius nobis obtulit, hoc oleum præparatur, quia ab illo nobilitatur mundãdi qualitate. Qua etiam ratione prius agnus Euchariſticus defertur ad infirmos quam oleo perungantur; & ſic munus eo ordine, quo illud hinc excepit perſoluit Sancta Vnctio. Nouarinus in ſuo Agno. n. 628. *Plerúmque* (ait) *Vnctionem antiquitus præmitti Euchariſtiæ Sacramento.* Ego autem tanquã abſurdum hoc credo reuocatum; tum verò factitatũ ex more per neceſſitatem inducto plurimorum, qui non poſſunt niſi vltimò Euchariſtiam manducare. Vel vt Vnctio foret etiam ad illam diſpoſitio, quæ tamen vt incongruè, præpoſteréque acta, vt eſſet (quod non rarò contingit) male intruſa, ſic poſtea fuit benè hæc ipſa conſuetudo omnino derogata; ſi tamen conſuetudinis intruſio talis extitit; quod minimè coniicio, cum tempus non ſciatur, quo illa ſit abolita, nec etiam quod eſt magis, in Eccleſia frequentata.

Ludolphus Carthu. — Vnctio nata ob Euchariſtia; & ſic poſt illam data. — Nouarinus. — An Euchariſtia aliquo tẽpore poſt Vnctionem data infirmis, & Vnctio tunc præhabita de more Eccleſiaſtico.

C — D

Sed & inſuper ab hac menſa ſuſcepit Sacra Vnctio effectum remouendi reliquias peccatorum, & Fidelem conſtituendi idoneum ac per quam aptum ad gloriam ſempiternam. Hic enim illius, eſt effectus principalis, vt docet D. Tho. 3. p. q. 65. art. 1. & ſimiliter Euchariſtiæ, quæ tollit has reliquias, dum peccata venialia directa efficientia extinguit per ſe ipſam q. 79. art. 4. & q. 87. art. 3. Quæ quidèm venialia cum nobis ſint frequentia, & etiam poſt Viaticum commiſſa quam multoties, hinc vt poſſint emundari & anima parari, vt in pace cum Chriſto perenniter obdormiat, affertur tandem Vnctio.

A nobis tollit Vnctio reliquias peccatorum. — D. Thom.

Hæc autem, vt bene notat Seraphicus Magiſter lib. 6. cap. 36. Theologici Compendij, innata Chriſto eſt; & illi ſummè propria; nam vnctus Chriſtus ſonat, qui ita nuncupatur, vt per Vnctionem in nos illius miſericordia diffundatur. Quod facilè præfiguratũ inuenies in Dauide. Fuit enim Princeps iſte ter oleo conſecratus. Primo in domo patris ſui 1. Reg. 16. vt futuri ſibi regni præludium iaceretur; & ſignificat Vnctionẽ in Baptiſmate collatam, in domóque tranquilla innocentiæ adminiſtratam; ex qua corporis & ſpiritus regendo paſſiones, aduerſus mundi vitia in Reges conſtituimur. Secundò, ſuper Iudam in oppidis Hebron. 2. Reg. 2. qua recepta ille labores quammultos paſſus eſt, & deſignat Vnctionem in Confirmatione nobis datam, poſt quam mala frequentiſſima, ad quæſumus confirmati in vita ſuſtinemus. Tertiò iterum in Hebron ſuper integrum Iſraël. 2. Reg. 5. poſt quod tempus ſuper ſuos pacifice regnauit; Vnctionémque indigitat donatam in fine vitæ, per cuios tandem medium, virtutem, & efficatiam in pace Dei quieſcimus.

S. Bonau. — Ter vnctus Dauid Rex, vt etiam eſt Chriſtianus. — 1. Reg 16, 12 — 2. Reg. 2. 4. — 2. Reg 5. 3.

Euchariſtiæ menſa tollitur, reliquiæ verò & micæ illius diuiduntur, & iure per quam optimo diſtribuuntur circunſtantibus.

29. QVoniam Vnctio ſecum tollit reliquias peccatorum, tollamus, & nos quoque reliquias huius menſæ; vt eiſdem iniquitatum ſuperflua deleamus. Præſertim cũ Gaudentius ſcribens ad Neoph. ſerm. 19. ex hac menſa nullam micam excidere permittat, huiuſmodi ſe habens; *Contendite pulli generoſi ad Sacram Offam, in qua eſt vita, & ex cæleſti illo cibo mica non cadat.*

S. Gaudentius. — Micã cadere ex Euchariſtica cauendum, ſummè menſa.

De Mica ex iſta menſa pro Regibus ſeruata.

QVia verò panem tantum ſub Regiæ menſæ typo, cum tributis per Vaſſallos ſolutis pertractauimus; nunc micas primum Regibus; deindéque vaſſallis; ac tandem ſimul iunctis vtriſq; diſpenſemus. Reges igitur ad inſtar Regalis Sacramenti, quantum ſibi decens fuerit abſque regni detrimento vaſſallis benefaciant; ab illiſque è contra niſi in rebus quomodocúnque à ſe ipſis deriuatis, tributum nullum exigant; vt ſupra dictum manet. Arua nanque correſpondent ex ſeminibus præiactis; pomaria, & viridaria ex hominis plãtantis, inſerentis, & irrigantis continua diligentia; pecuaria ex indeſeſſa paſtorum vigilantia; maria ex magno piſcatorum labore & artificio; & nauigatio ſummo loco ac mercium tranſportatio

Reges doceant, & tributa ex donis ſolum exigant, quod late declaratur. — Supra. N. 21.

tio ex opera nautarum intrepida & perita: A quarum rerum directionem contractus imitantur, qui ex vltro citróque pactionibus petitiles contrahentibus exiftunt. Quamobrem pensiones perfonales, vel reales, quæ ab agris, vel hominibus suis Dominis penduntur, & reditus à Latinis, ac *Rendas* à nostratibus communiter dicuntur, ab isto verbo redeo, quod nouiter est ire ad illum primom locum, vnde venerat res ipsa, iustissimè vocantur. Nam fructus & prouentus ex hominum labore tantommodo reuersi hinc reditus sunt dicti. Vnde & reditus reuersio Latinè dici solet; & tedditus, adiectiuum cum L. duplicato non minus in hoc sensu egregium sonum habet; quia redditus à reddo, composito ex do,das, est vera restitutio, & rem iterum dare, pro rebúsqoe acceptis B in signum grati animi referre quæque dona.

Cur redditus dicantur prouentus annuales.

Quare Reges ex profectis dumtaxat à se bonis tributa sibi petant; vassallos nanque est attociter impetere, ab illis quid repetere, quod à Regis vbertate vel regni non prouenial; vt rectè sub parabola profertur Euangelij; *Domine scio, quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti.* Et similiter sob nostri sententia Saluatoris; *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei Deo.* Nam ex datis benè datur, & ex iis qoæ sunt Cæsaris benè datur ipsi Cæsari regalis contributio. Secus dabitur occasio ad regna destruenda, perdenda, & amittenda; vt ostendit in scriptura successus Roboam, obseruatióque Mexię in historia Impeliali sępissimè notantis, Imperatores omnes nimium ex tortores tributorum, quamplurimas in Imperio rebelliones suscitasse; C quod ipsamet extorsio immodica demonstrat; cum extorsio sit immanis tortura corporalis, quæ in corpore carnali disiungit eius membra, & in corpore politico ac mystico populorũ à regali semper capite quam multos longe separat. Nec deuiè, cum hi sint qui nimis emungentes eliciunt suum sanguinem; qui pecus plus deglubere quam tondere procorant; & qui simul vt Actæon à suis quos enutriunt, vt venatu plura capiant, dilacerantur sæuè canibus; id est, à suis famulis & seruis charioribus non solum non iuuantur, sed prorsus ignoscuntur, læduntur, occiduntur; idque sanè non conuersi in minorem feram aliam, quam sanè in vastum ceruum; vt in nomine quem habet, D inuersæ seruitutis (qua Rex sæpe suorum fit seruus atque præda) specimen demonstrent; & pariter in magnitudine corporeæ quantitatis à suis non euadant; imo potius sint maiores, vt magis inuadantur, atque morsibus plurimorum atrocius exponantur; vt cantu suo indicat subtilitas Nasonis Metamor. lib. 3. fab. 2.

Tributa è quibus redditibus soluenda & extorquenda.

Matt. 25. 24.

Matt. 22. 21.

3. Reg. 12. 10.

Prouer. 19. 33.

Ouidius.

Ille fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus,
Heu famulos fugit ille suos, clamare libebat
Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum;
Verba animo desunt resonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit,
Proxima Theridamas; Oresitroph⁹ hæsit in armo.
Cætera turba coit, confert que in corpore dentes.

En furia popularis. Defectio ecce nobilium & Regibus charorum.

A *Iam loca vulneribus desunt, gemit ille, sonúmque*
Etsi non hominis, quem non tamen edere posset
Ceruus, habet, mæstisque replet iuga nota querelis;
Et genibus pronis supplex, similísque roganti
Circumfert tacitos, tanquã sua brachia vultus.
At comites rapidum solitis hortatibus agmen
Ignari instigant, oculisque Actæona quærunt;
Et velut absentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abesse queruntur
Nec capere oblata signem spectacula præda.
Vellet abesse quidem, sed adest; vellétque videre,
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Vndique circunstant, mersisque in corpore rostris
Dilacerant falsi Dominum sub imagine cerui
Nec nisi finita per plurima vulnera vita
Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ.

Ecce effectus tumultuarios, & tristis Regis obitus.

Actæon peregregius dirorũ Regum typus.

B Hanc quippe nudam ipsum vidisse fabulantur poëticæ scripturæ; sicut illos plebem nudam voluisse & effecisse cum clade ipsorummet historiæ contestantur. Nec malè cum Diana dicatur trina Dea, è ttinóque statu respublica confletur.

31. Exemplis res eniteat; Sol, & Cor, qoi Reges clari sunt corporis, & cæli; vt in 1. Enarra. ostendi per quam satis, hoc etiam Regum habent, quod Sol stellis cunctis & astris lucem confert, illa verò in splendore à Sole deriuato ttibuta sua referunt; dum in absentia Solis tetra, pro ipso nocte lucent, vt etiam toti corpori ex hepate vicino, Cor sanguinem & vigorem liberaliter impertit; corpus verò cordi eidem in casibus acerbis, timoréque repletis in sanguinem et suo vectigal rectè soluit; dum naturaliter ad cor C timidum turbatúmque repedat recurrit atque refluit in tanta quantitate, quantã corporis extrema pallore confitentur. Sed ex Regibus Lusitaniæ, qui Soles atque Corda fuerunt inter Reges, exemplum mihi aliud in publicum proferre, illorum seruo liceat; quod tertio cum Ioanne viro cuidam Exgubernatori, terroriq; horrisono totius Orientis Lupo Vazio de Sampayo sequenti modo accidit. Venerat quidem vir fortissimus iam Indico regimine strenuè & benè functus, vt altet Bellisarius (naoalis ac si carcer inualidus ei esset) in vinculis adductus, quæ deinde Vlyssipone ergastulo in communi expertus est biennium, quin de iure vel iniuria illius dictum fuerit; donec Ducis Brigantini prioris Theodosi, cuius erat consanguineus, D rogatu & interuentu, coram Rege atque Senatu, in domo quam vocamus Relationis congregato, lentissimè & disertissime rem suam petorauit; & vt animum Regalem ad pietatem sibi flecterer, de hac cum qualitate nostris Regibus innata, ibidem monefecit; dicens ipsos educatos vassallorum super humeros, vassallósque ex micis illorummet nutritos; quod alternæ dilectionis permagnum signum est, indulgentiæ sicut illic motiuum dulce fuit; nam hominis Rex iostas respexit querimonias, & ille mœsti loci ætumnosa & latebrosa reliquit retinacula; cuius verba Lusitanè apud Didacum do Couto Decade 4. lib. 6. cap. 7. in summo fine, inuenies hocce modo: *Hera, Senhor, isto*

Reges Soles, atq; corda commissi sibi populi.

Reges patriæ Lusitanæ laudati perfunctoriè.

Lupus Vazius de Sampayo perstrictim commendatus.

Vassalli Regum micis, & Reges vassallorum nutriti super humeros.

Did. do Couto.

he feito; Naõ pode Vossa Alteza deixar de o remediar com clemencia de taõ excellente Principe, criado sobre nossos hombros, & nos criados com suas migalhas; com dar sentença digna de lhe beijar a maõ, &c. Quod sonat voce Latia. *Ergo Domine mi Rex, Orationum, & ærumnarum huc tandem ventum fuit. Remedium nullo modo Altitudo vestra Regia valebit denegare; vt Princeps summè clemens, ab incunabulis super nostros nutritus semper humeros; & nos mensa vestra Regia reliquiis atque micis cibati, & educati; sententiam talem proferens in rebus quibus vexor, & vinculis detineor, vt regalem manum vestram deosculandi sit promerita*

Quod sanctissima Eucharistia vt Sol, & Rex, ac Cor, hæc omnia benè complet; vt Sol & regni mūdi in cunctis verum Cor, in 1. Enarra. at verò vt Rex in ista; de Christo nanque sedulo, & vigilantissimo pro suis exponit Titelmanus hæc verba Cantic. *Comedite amici, inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum vigilat.* Debet etenim Rex solers vigilare cordis instar, vel etiam in dormientibus pulsantis iugi motu; vt vitam illorum seruet; & à Principe Vassallis non desit vigilantia, substantia, & alimonia; quamuis ista distributa ex suo corde sit; nam regni fons bonorum oportet esse cor Regale & principale; ita vt ille semper vigilet suorum super curā, quantumuis sui dormiant, stertant, & quiescant; sed & insuper comessentur inebrientúrque lætissimè sub corde boni Regis; de quo ita Titelmanus collaudans Christum Regem; *Quod etiam rectè cor appellatur Ecclesiæ, tanquam præcipuus & primus in ea; vnde cæteris membris inferioribus vita debet gratiæ & motus administrari; quemadmodum inter omnia membra cor est principalius, vnde cætera vitam hauriunt.* Nec aliquid discordat Sodalis noster alius, qui pariter Seraphinorum Sanctissimus est socius, Seraphicus Præceptor in Missæ expositione, vbi Canonem in quo corpus consecratur Redemptoris, his verbis cor existere vrbanè satis ait: *Sacratissima verba, quibus Sacerdos conficit corpus Christi sunt in medio Canonis, sicut cor hominis in medio corporis.* Ergo Regis ad istius exemplum nobilissimum, Rex mēsa, Sol, & Cor suorum Rex existat; & cum eis de sui ipsius dispēderit substantia, tunc illorummet substantias repetere valebit; sed & vltro, quin bas repetat, oblatas possidebit.

Can. 5. 1. & 2.

Eucharistia cor Ecclesiæ, & Reges regni cor vt esse teneantur.

Titelman.

C

S. Bonau. Cor Missæ facit Canon.

D

Alia mica pro vassallis hinc etiam reseruata.

31. VAssalli obedienter hinc discant contribuere, & Principum in tributis rigorem sæpe visum, amore & obedientia suaui compensare; *Cui vectigal vectigal, cui tributum, tributum,* hilariter præstando. *Qui enim resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Ideo enim & tributa præstamus, quia ministri Dei sunt.* Sic Paulus, qui à Sapiente his verbis adiuuatur; *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.*

Rom. 7. 7.

Tributa persoluēda.

Prouer. 8. 15.

A

Quod si isti sæpe sæpius iustitiam non decreuerint, committe Deo causam, qui dixit per Apostolum, *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Et alibi solando despectos mundi huius; *Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.* Vbi suos vocat illos, qui nullum pro se habent, eos solus assumendo, qui ab omnibus mittuntur, ac vltimo exterminio à cunctis exponuntur; propter quos misericorditer Deus clemens commouetur, & ad ipsos coadiuuandos, ex loco patientiæ, qui omnia tenet loca, quodammodo mouetur; *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Imò plurimi cum sint, illorum tamen gemitus non in numero plurali, sed singulari memorantur, quia valde singulariter Deus

B

ipse permouetur, vel ex hominis paupereuli lamento singulari, & vnico singultu; vt Achabi flagellatio Nabothi propter vineam testatum nobis facit. Quod tertius Rex Henricus Castellæ pertimescens, cum pro bellis sustendandis de tributis multiplicandis à suis moneretur; Catholicè plus iam quam Catholicus vocatus lib. 1. cap. 14. historiæ Marianæ respondit in hunc modum. *Populi mei ego execrationes amplius, quam hostium arma formido* Res, quæ postea si fuisset per eius successores obseruata in Portugallo, nunquam regnum tam obediens amissum nunc vidissent; sed ætumnis ex Castella sepulcbro plusquam traditum, amoto mortis suæ pergrandi & graui lapide, ob immania & perquammaxime tributa personalia,

C

quę soluere ius ipsum naturę recusabat, post annum sexagesimum è tumulo reuixit, cantando cum Virgilio Ænei. lib. 2.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Cum Nasonéque de Ponto lib. 3. elegia 7.

Proximus huic gradus est, bene desperare salutē,
Séq; semel vera sciffe perisse fide.

Qua Dei solicitudine pro paruulis iuuandis præmoniti vassalli, libenter suis Regibus tributa quæque pendant. Nam si iusta, sunt eis debita; si vero nostris oculis exterius sunt iniusta, interius sæpe sæpius iustificata comprobantur. Nec enim possunt populo vel debent regum causę, & illorummet consilia secreta reserari; quibus omnes nihilominus expensas necessarias & tributa iusta

D

ac recta, vt doctè fert Suarez de Legibus lib. 5. cap. 18. n. 25. tenentur semper reddere. Sique tandem proculdubio tributa sunt iniqua, immania & valde grauia, pro vindicta (quod discrimen omnipotēs auertat) tum Regibus hæc possent in eorummet ruinam gratanter exhiberi; ex eo, quia pauperum ita valido clamore in Deum sanguis clamat, vt nusquam in regnis ipse incolumes permiserit, quos nimios tributorum, vt paulo supra diximus cum Mexia & Roboam, conspexit exactores. Cuius casum forte ob id in principio regni eius & Iudęorum Deus ostendit, vt omnes qui illius vestigia sequerentur, exinde docerentur, & æqualem à sceptro suo ruinam pertimescerent. At debent tunc Vassalli à Regibus direpti

Rom 12. 19.

Psal. 68. 34.

Vt ad pauperum lamēta Deus cuncta replens loca de loco vocatur.

Psal. 6. 11.

Pusillorum quamuis lachrymam quantopere Deus audiat.

3. Reg 21. 1.

Henrici tertij Regis Castellę cōtra multa tributa mirū dictum. Mariana.

Resurrectionis Portugalli occasio memorata.

Virgilius.

Ouidius.

Pro bellis & tributis Regalibus causis res valdè ponderāda.

Suarez.

A regno Reges cadunt tributis inhiantes.

direpti Regis nostri Crucifixi defixè recordari, qui subiectis, quantumcunque ab eis lacessitus, malorúmque cunctorum aculeis impetitus, manducandum nec non dentibus premendum sese dedit. Et qui pluries in Bethania ac Marthæ domicilio panem in nostri figuratione lebat manducare; quia domus obedientiæ vt aduertit Emissenus feria 2. post Passionem Bethania nobis sonat, quasi nihil illi sapidum, quod non fuerit obedientia conditum, & præparatum. Quocirca mei Christiadæ, *obedite præpositis vestris, & subiacete eis* (vt ait D. Paulus) *ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*. Nam quid nobis tam securum quam obedire viris illis, qui nostrarum super se suscipiunt animarum, Angelicis vel humeris (ac asserit Gregorius) tremendum verè pondus! Hue accinit non parum nec malè primum thema; *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*; tunc enim cuncta erunt in bono consummata, cum omnia sua sorte, permissionéque Diuina, qua sine neque folium leuissimum mouetur, contenta prorsus vixerint.

Cur Christus in Bethania pro laude obedientiæ comedere frequenter. Emissenus. Hebr. 13, 17. S. Gregor.

Mica tertia pro vtrisque, tam Regibus quam Vassallis hinc item conseruata.

32. Solent crebrò in mundo vario mutationibus alternis, & Reges serui esse, & serui veri Reges; dum illi vitiorum seruitio se submittunt, isti verò ita gubernant vitiosam petulantiam, vt vitiis non deseruiant; quod regalis libertatis insigne solum est; Gregorio sancto teste Moral. 16. cap. 21. Leone serm. 3. in suo anniuers. Eusebióque Emisseno hom. 21. post festum Pentecost. è quibus sic postremus; *Omnis enim homo, qui se ipsum & virtutum exercitum qui in ipso est, honestè sapienterque disponit, & regit, vera definitione Rex dici debet*. Qui quidem si res ista attentè ponderetur, nulla via ad regnum poterunt sic alia sublimari; quam cibo quem hucusque Regali sub Conuiuio vtcúque delibauimus; de quo ratio & figuratio hoc duplex satis docet. Ratio quidem ex eibo tanto desumpta, qui pro sui natura præpollenti & fomitem deminuit, & virtutes semetipso fœcundat, atque auget; vnde hominem ptoinde rectorem sui facit, & iustitiæ atque virtutis constituit verum Regem. Figurarum verò prima ex Gen. historia, vbi dicitur de Patriarchæ Iacobi quodam filio; *Aser pinguis panis eius, & præbebit delitias Regibus*. Nam in primis Aser ille de quo loquitur ad literam, hoc magnum Vaticinium, figuram Christi agit; quia Aser beatitudo Latinè interpretatur, proptereáque per eum, vt dicitur in Glossa; *Significatur Dominus N. Iesus Christus, qui non est beatus, sed etiam beatitudo Sanctorum obiectiuè. Panis autem eius est Sacramentum Eucharistiæ, in quo datur nobis Christus in nutrimentum spiritualis vitæ*. En qualis Aser panis; pinguedo eius sapida delitias ex se præbens regalibus hominibus, est adeps animarum, internáque crassities, & pinguis alimonia, destillatióque sublimis à Deo proficiscens; quæ spiritum deuotione impinguat ac saginat, & in succos Diuinos ad extra liquefacta, irriguis cæli terram madefacit humanam, fœcunditatéque cælesti feracem verè reddit. Reges autem panis buius delitiis oblectati, sunt, ipsi qui vt diximus, se sciunt bene regere, Ruperti iuxta mentem lib. 9. cap. 34. in Commentar. sup. Gen. *Regibus, id est, eis, qui semet ipsos student regere*. & Hug. Card. Ioan. cap. 6. *Panis eius dicitur pinguis ab effectu, quia impinguat pinguedine charitatis, & dilectionis. Et ipse est delitia Regum, id est, virorum spiritualium*. Figura verò alia ex Exodi figuris, in mensa Tabernaculi; quæ duabus, superiori, inferiorique coronis in orbem cingebatur. *Facietque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem, altam quatuor, digitis, & super illam alteram coronam aureolam*. Vbi vtraque corona ex auro puro erat; id etenim per verbum, aureola, notatur, ex Glossæ testimonio; ac ideo dignæ ambæ capitibus Regalibus, ac Regia maiestate. Sed & Reges ibimet insculpti videbantur; quia habebat cælaturas, & loca plana, ac rasa (hoc valet interrasiles) in locis intermediis. Erant autem cælaturæ imagines regales cum sceptris & coronis eximiè elaboratæ, vt refert ex Hebræis Comestor super Exodum cap. 48. Quia in mensa quam relata ad vnguem figurabat, vitiorum Reges homines, subindéque & Reges plus verè quam terreni, hoc pane efficiuntur. Quæ & duplici corona propterea gyrabatur, vt tam viri ministrantes, quam ab illa communicantes in Reges exaltaret; Barradas tom. 2. lib. 5. cap. 20. Glossa ponit tres coronas, cum labio eiusdem mensæ; per quas ipsa tres aureolas, Martyribus, Doctoribus, Virginibúsque dandas signari notum facit. Nec male eum ex hinc, & Martyres patientiam, & Doctores sapientiam, & Virgines munditiam vtramque sibi habeant. Vnde omnes qui regnandi cupiditate cruciantur, ad nostram mensam veniant; ibi Reges constituentur, & coronas Regni sui, seu potius Regni Dei, immarcescibiles inuenient.

Rex Solus quis se regit. S. Gregor. Leo Papa. S. Emiss. Eucharistia Reges facit, quod latè declaratur. Gen. 49. 20.

Aser Christi figura, & qualis eius panis. Glossa. Rupertus. Hugo Card. Exo. 25. 25. Propositio: & Reges habere in se ipsa. P. Comestor. Barradas. Glossa mo. talis.

AD REGES CHRISTIANOS, CORONAS huius menſæ Apoſtrophe coronans; ad eiúſque obſequium illorum ciens corda, & pungens celſos animos: ſi volunt ſui nominis indigni non haberi, & diademata conſpicua diutius retinere.

33. QVid facitis ô Reges, ſi qui forſan huius menſæ ſtudio non vrgemini? Si qui panis tam Regalis amore non flagratis? Et eius non tam micas quam vmbras magnis ſumptibus nun ſemper magnificitis? Excutite iam vos à peſſimu lethargo, & tuta mentis acie, deuotionéque corporea coram tanta maieſtate & corpora proſternite, & animas leuate. ex oculis profuodentes ſtillas redundantes; ex curde pungitantes dolores extorquentes; & ex pecture trahentes ſuſpiria profundiſſima: tam vt veſtram ad cibum talem ſocordiam præcedentem, quam vt etiam ſubſequentem affectionem conteſtemini. Attendite, quod panem concordiæ manducatis, & quod iſtam dum in vobis nullatenus habetis, tanto pani, & Domipatori iniurij valdè eſtis; propter quod eliminandum iam vnum cor habete; nam & gladiis talis tritiei adoentu in falces iri cunuerſum certò ſcimus in verbis Iſaiæ. Et ad quid, vt videbatur, tam ruſtica mutatatiu, & Regibus incongrua, niſi vt ipſummet frumentum cuncordes demetaris; & pro eo falces poſtea in gladios recudatis, ac bellom illius huſtibus dumtaxar inferatis. Ex vobis hos ad ipſos ſtrenuè tranſmutate: pru quo Martem ſuſcitate conamine indefeſſo, induite loricas, capeſſite quęcunque tam ferro quam & igne Mauortis armamenta; culligite cohortes, parate magnas copias, explicate quoquouerſum vexilla Chriſtiana; & ea ſuper Chriſti captioum Mauſoleum, ac ſuper Sion muntem natalitium panis huius defixè collocate; quo Regnum ſic cæleſte facilius habeatis, firmiuráque in terris paterna teneatis, ac magno cum boatu ad poſterus mittatis. Quam tem, ſicut exopto, vt altius inſigatur & hæreat veſtris mentibus, mihi paruulu præconi pro interim inclinate mendaciis audiendis in aula conſuetas, nunc verò hac veritate, ſi à vobis auſcultetur, mendacia ſuluturas, regales curdis aures.

Ad reges pro Euchariſtiæ deuotione deprecatio, & acris exhortatio.

In falces cur promiſerit Deus gladios eſſe uerteados. Iſai. 4.

34. Ratiu ſanè prupter quam in menſa noſtræ vmbra coronas olim pio Deus poſoit deſiderio, nulla mihi plus germana verſatur anre oculos, quam vt Reges & coronas huic cibo colligaret ac ſemper manciparet; quod vt veſtris cogitaribus intimius imprimatur, exemplaria melioia ex cūctis mundi Regibus proferre non cunctabor. Exordium à rudimentis naturæ capiamus. Certe in legis naturalis primordiis antiquiſſimis, ac primis incunabulis optimates quiqui viri incubuere Sacrificiis, quibus cultom veri Dei quam valde promouerunt. Adamus

Menſa antiqua propoſitionis cur fuerit coronis & Regibus inſculpta.

A parens noſtet & primus mundi Rex Sacrificia naturaliter hominibus imbibita, litauit Deo prius; & poſtea natos ſuos litare ritè ducuit; vt alibi ditiore oratione declarabitur. Abel ſecundum aliquus Eccleſiæ ſanctæ caput, Chriſtianotúmque principium, prupter zelum ſacrificandi zelatus & ſublatus à fratre ſuu fuit. Verè vt nouæ legis Rex zelatur iam eximius, pru lege mortem ſubiit, & per ſanguinem dum vitam in terris dulcem perdidit, in cælis dulciorem longiſſimè adinuenit. Seth, Enos, & Henoch Eccleſiæ pòſt Dynaſtæ, totos ſe immolationis ſtudiu tradidere. Noë qui fortitudine Regalem ſuperante, natarile & ſtu-

Adam Sacerdos primus, & primus mundi Rex.

Gen. 4. Qui Reges atæ dediti naturæ primo tempore.

Gen. 7. & 8.

B pendum palatium fabricauit, in ipſum per Sacrificia, vt dicetur ſuo loco, intrauit confidenter, feliciterqoe exiit. Melchiſedech Sacerdotali & Regia dignitate ſæpe & valde nobilitatur in pagina Diuina. Iob, qui etiam fuir Rex, vel ſaltem magnus vir inter omnes Orietales, antelucana & quotidiana ſulicitudine pro filiis alternè cōuiuantibus, per hoſtias iram Dei placare ſatagebat. Diligentiſſimus Saecrdos qui ad Sacra perſoluenda diluculò ſurgebat; ſed ditiſſimus ac pariter piiſſimus Saecrificus, qui pru ſuis nun dumtaxat ſacrificabar charis filiis, ſed vt ſuſpicur & culligu ex ſedulo feruore, pro urbe toto ſimul quotidie faciebat.

Gen. 14. 18. Pſal. 109. 4. Hebr. 5. 18.

Iob. 1. 5.

C 35. Hæc ô Reges vobis ſũt druotionis incitabula cx lege naturali. Ex ſcripta, in qua curona à Sacerdotiu ſegregata, Reges aliqoos percuſſos hæc propter offendetis, quia munus Sacerdotale contta placitum Diuinum iniurij ſuſcepere. E contra vero alios, qui ub magnam propenſionem in Templi miniſterium magna à cælo beneficia habere meruerunt; in quibus, vt upinor, ſecundum cor Dei vir bis Daoid appellatur, quia magnas pro Dei templo expenſas præparauit; Paralipom. lib. 1. cap. 22. Pru templo, nempe, vbi Diuinum cor quieſcit, ac ſemper perſeuerat; *Et permanebit ibi cor meum cun-*

1. Reg. 13. 14. 4. Reg. 15. 4.

1. Reg. 13. 14. Actor. 13. 22.

D *ctis diebus*; 2. Paralip. 7. n. 16. Quamobrem quiqui ſunt templurum conſtructores, ſecundum cur Dei ſunt; quiqui verò idolatriæ, vel hæreſis fautores à corde Dei extorres. Vnde dicitur de Salomone idolis conſtruente, & templa cæcu amore correpro fabricante; *Nec erat cor eius perfectum cum Domino, ſicut cor Dauid patris ſui.* Imu à veri Templo Dei ac primum ſe diuiſit, diuiſionem tegni ſui eſt meritus in filiu, dicente ſacro textu; *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael; Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, eo quod dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthen deam Sidoniorum, &c.* Nihil etenim regna vel deſtruit,

2. Paral. 7. 16

Dauid iuxta cor Diuinum ob deuotionē circa templum, quæ omnes ſibi deditos ſecundum cor Dei facit.

3. Reg. 15. 3.

3. Reg. 11. 31. & 33.

Diuinum ob cultum Regna erecta, vel deiecta.

destruit, vel sustentat, Diuini sicut cultus erectio vel deiectio. Et vt Reges Iudæorũ à Sacris non abessent, eis transitus in Templum à Regia domo erat, per ostium cuius clauem ex auro fabrefactam Rex ipse ex manu sua habebat ac seruabat; quam & Regibos successoribus legatum tanquam vnicum Regalis pietatis, vt testis est Hietonymos in Isai. 38. sub mortem transmittebant. Nec illis quidqoid sanctius, ciliosve legari, quam Templi cura poterat, & ad ipsum freqoentandum tam facilis traiectio, quam Principis cubiculum interiectus solum paries à Phano separabat. Vnde Sanctus Ezechias sententia mortis ictus, ad parietem intermedium gemebundus se conuertit; vt quia Sacrificiis adesse non valebat, illas cordis sui gemmas in oculis offerret; rigorem quibus ipse præscriptum deliniuit, & alio trãsmutauit. Hæc de Regum Iudeæ sufficiant pietate; quorum animo fuere oppositi, & aduersi Romani Imperatores, dum hæredibus morientes relinquebant mundi globum, & simul inconstantis fortunæ simulacrum, quæ in camera secretiori studiose conseruabant; isti enim mundi tantùm, ludificantisque fortunæ legata diuidebant, illi autem vera bona cum cultu Dei tradebant.

A domo Regum in Templum qui transitus antiquitus.

Isai. 38. 2.

Ezechias cur in morte conuersus ad parietem.

Imperatores mundi globum & fortunæ simulacrum habebant in cubiculo, quæ suis morientes hæredibus linquebant.

36. Inter Principes Gentiles non minora deuotionis exempla nobis supperunt. Nam & magnus Assuerus, & Cyrus & Darius mirabile Dei cultus specimen dedere. Alexander Hierosolymæ ingressu denegato in Iaddum summum Præsulem immitius excandescens, apertis sibi demũ ciuitatis huius foribus, ad ipsos Iaddi pedes humiliter se iecit; ac multa memorãda in templo Sancto fecit; & omnia pro illius expensis postulata liberaliter concessit; Iosephus in antiquit. lib. 11. cap. 8. Ptolomæos Philadelphus Dei populum dimisit, & in commodum Christianum per viros LXX. traduxit Sacram Bibliam; Augustinus de Ciuit. lib. 18. cap. 45. Apud multas, easque politiores nationes, Sacerdotes tantùm Reges affirmant viri graues; de Ægyptiis, nempe, Plato. lib. de Regno 16. & Ambros. serm. 18. in Psal. 118. de Lacedæmonibus similiter Isidorus lib. 7. Ethymol. cap. 12. quod in Cap. *Cleros*, dist. 21. æqualiter refertur. At verò de Æthyopibus excelsius quiddam narrant Ælianus lib. 14. cap. 34. & Strabo in Geog. lib. 17. videlicet, iurisdictionem & imperium soper Reges, vt regali eos valerẽt priuare dignitate, fuisse Sacerdotibus. De Areopagi consiliariis Athenis celeberrimis, omnes traditur à Iosepho lib. 14. cap. 16. aotiquitatum Iudai. fuisse Sacerdotio. De Romanis exploratum, à secundo Rege Numa, cunctis Regibus, vel ferè, Imperatoribus, & Consulibus Sacerdotium deuenisse; quos inter Sylla & Iulius clarissimi victores magna sæpe Sacrificia idolis obtulere; de quibus in Plotarcho. Et de Regibus Deliacis (vt alios taceamus) cantatur à Virgilio Ænæi. lib. 3.

Gentilium quæ deuotio; ad templum Dei Iudaicum.

Esther. c. 9.

2. Esdr. 2.

Iosephus.

Plato.

Ambrosius.

Isidorus.

Sacerdotibus quæ dignitas in populo Gentili.

Ælianus.

Strabo.

Sacerdotes vbi Reges.

Plutarchus.

Virgilius.

A

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos
Vittis, & Sacra redimitus tempora lauro.

Sicut Crassus & Pompeius Dei templi Ierosolymitani expilatores, etsi inscij Diuinitatis domus tantæ, exinde bello victi vt notat Antoninus perfractique reflante re bellica extiterunt. Quibus factum, vt cognomentum Pontificis supremi vsque ad tempus Gratiani in Imperatoribus durauerit, quo altas iam radices agente Christi Fide, ille primus ausus est hunc titulum deponere; non tamen sine imperij periculo amittendi; nam cum multi adhuc Gentiles Romani superessent, voluerunt quendam hominem, obscurum in multis rebus, cui nomen erat Maximus, creare Imperatorem, B dicentes in hunc modum. Si Princeps non vult appellari Pontifex Maximus, breui Maximos fiet Pontifex, & simul Princeps noster. Qua de re ad Christi annum 383. n. 6. à curiosis Baronius videatur.

Gratianus sũmi Pontificis abiecit primus nomen in Imperatoribus Romanis.

37. Christianorum verò Principum deuotionem ad Sacrificium, superfluum est memorare: inter quos occurit primus Constantinus ille magnus, qui tam multa pietatis & liberalitatis in Ecclesia reliquit documenta, demiranda plus quam facilè ab aliquo imitanda. Theodosius Valentinianus & Imperator Gratianus quibus laudibus non sunt, & quidem meritissimè ab auro Mediolanensi Ambrosio celebrati, præconiisque ornati? Iustinianos tot Ecclesias suis sumptibus erexit, vt de illis librũ integrum C absoluerit Procopius. Vltra leges quas volgaoit tam vtiles Ecclesiæ, quam notas apud Codicem; de cuius fine dubio nonnihil dicam alibi.

Imperatores Regésque Christiani circa cultum Diuinũ commendati.

Carolus Magnus Rex Francorum & simul Imperator quæ obseqoia cum Galliarum clarissimis hæredibus Eucharistiæ non exhibuit? Ita illi venerabundus Rex Sanctus Ludouicus interesse sategebat, vt nulla ad eum causa, negotiumve quantumuis pergrande deserretur, dum Missæ præsens erat. Vnde forsitan & Galli in Missa plus attenti quam plures nationes; cum diuerticulis & oblectamentis non infimè sint dediti; Vel ob illam deuotionem æterno Cedro æmulam, & laminis cælestibus; qua gaudium cordis mei Godefri- D dus Bollonius, ex ipsa domo Galliæ (vel ipse natus sit ex Comitibos Bononiæ, in Picardica Prouincia, vt aliqui testantur, vel ex ducibus Lotharingiæ, vt fama fert vulgaris, quia ambæ sunt in Gallia, & domus domui Franciæ summoperè coniunctæ) Christi corpotis cunabula & sepulchrum Gloriosum à barbaris non sine durissimo certamine, strenuo & sancto zelo, inuidia Regum pleno, vt vellem, vindicaoit.

Gallicani primo loco vt omnibus priores.

Vltra multos Reges Galliæ, Imperatorésque Germaniæ, vel cælis iam adscriptos, vel terris tam insignes, præsertim ex domo Austriæ (quemadmodũ illustrissima, sic etiam cultu Dei, pietatéque præ cunctis perpetuò nitidissima) vt iodicem contexere istorum sit superfluum, & tædio summo plenum.

Germani & principaliter ex Austriaca familia.

S iij

Vngarici & Poloni.

Quibus veluti patria, ſic etiam ſunt vicini in nota & perantiqua virtute ac Sanctimonia Vngariæ atque Poloniæ piiſſimi Monarchæ, per Reges cum cælitibus relatos conteſtata.

Italici omnis generis, & præcipuè Domina Sancia Neapolis Regina.

Quæ exempla, ex Alemania in Italiam deſcendendo, in omnibus Dynaſtis tã præſentibus quam præteritis illius augmentantur. Inter quæ nefas mihi homini Religioſo Franciſcano, vel tantum Chriſtiano, ſi Sanciæ præclariſſimæ Neapolis Reginæ, Roberti S. Regis Ludouici fratris fœminæ, Aragoniæqoe coronæ ineſtimabilis valoris, & filiæ & Margaritæ, quæ emit noſtro Ordini Sanctiſſima illa loca, à Chriſto ſui corporis præſentia, ſed præcipuè natalis, mortiſque eximiè conſecrata, memoria æterna dignam notitiam reticerem; cuius laudes mihi magis in lachrymis ſunt poſitæ, & cordis deſideriis (quapropter has prætereo) quam vania in eloquiis, per aëra cuulgatis, iactatis, & deperditis.

Quis emerit Franciſcanis Sacrata Chriſti loca.

Henricus Angliæ tertius quotidie Miſſis tribus deuotiſſimè aſſiſtebat; & cum illi nuntiaretur ex parte Regis Franciæ, vt à Miſſa pro audiendis concionibus diuerteret, huiuſmodi reſpondit; *Malo videre amicum meum, quam alios de eo ipſo audire colloquentes.* Cuius Regis deuotionem multi Angli ſucceſſores illios tenuere. Sicut Deo nunc auerſi, ſibi ipſis iuſto eius iudicio ſunt aduerſi; & igne, ferróque non citò temperando, vicisſim trucidati. Vt qui Deo ſunt contrarij, ſibi etiam velut ferrum, & plumbum Martij ludi pergraues ſint, ac nocui, pro vt Iobi ſub perſona de peccatoribus ſcribitur; *Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis?* Ipſi ſuam poſitiuè contrarietatem voluere, ipſi ſoluunt, quamuis nolint, nec videant, pœnam ſuam; vt ob illudmet contrarium in iſto puniantur. Ob illud nanque cæci peccatis voluere, quod in iſto patiuntur nolentes, & nequaquam videntes malum ſuum.

Anglicani, & Regis Angli de Miſſa mirũ dictum.

Status præſens Angliæ quam regni illius dignus.

Iob 7. 20.

Quemadmodum è contrario in ſua ditione, quas victorias non reportant de hæreticis Anglicanis, deuotiſsimi in Rem Sacrã, pro illaque conſtantia præconiis ſummis digna, ſtrenuè & per aſſiduo labore dimicantes, Machabæi noſtri ſæculi, & ſimul legis noſtræ ac Pontificis Eccleſiæ, zelatores feruentiſſimi, Hibernici Fideles? Agito ergo magnanimi Dei populc ſelecte, & Dominus cui ſeruitis, propitius vobis ſit, in veſtris deſideriis.

Fideles ex Hibernia.

De Regibus Hiſpanis Caſtellæ & Aragoniæ repletæ ſunt hiſtoriæ, quas vt orbi perquamnotas euoluere non decet. Sufficiat pro Aragonia ditiſſimus prouentus & partus feliciſsimus, Elizabetha Portugalli, vt ex fructu cognoſcatur illius Regni arbor. At pro Regno Caſtellano ſit ſatis ſui Caroli exemplum per quam rarum, quo Imperium Regnúmque ampliſsimum abdicaoit, vt totum ſe Diuinis obſequiis mancipaver.

Aragonici.

Caſtellani.

Quod & amplius afferendum, nec cauſa cum minori, vel fama occultiori, de Regibus noſtratibus; quorum primi pietatē hîc tantum delibabo Alphonſi nempe Henriques à patre ſuo Henriques cõmuniter vocati; qui cum totum Regnum ſuum à Mauris vendicaſſet, & ob ſumptus militares exhauſtus victitaret, centum tamen & quinquaginta enumeratas per Maryz (quarum aliquæ fuerunt præclara Monaſteria) Eccleſias fabricaoit; & ampliſsimis reditibus perenniter ditauit; præſertim Monaſterium S. Crucis Conimbricenſe vbi S. Theotonius eiuſdem Regis tempore præfulſit Sanctimonia, Antonius Sanctus vixit, & ſuxit ſanctitatem, Martochiíque pro illo venerunt nutu Dei, & extant Sancti Martyres. Et ſimiliter Monaſteriũ S. Vincentij Vlyſſiponenſe, Antonij primam cunam, virtutibus inſigne; Ac tandem Monaſterium S. Mariæ Alcobacenſe à diſcipulis Bernardi Sanctiſsimi fundatom, ornatúmque tam Sanctis, quam bonis & honoribus terrenis cumulatum. Quæ omnia cultu Dei, reſplendent, ac diuitiis; & externos aduentantes admiratione ſui complent. Vltra quę & alia multa magnalia pietatis, auri copiam non permodicam, ſed potius incredibilem pro regni paruitate Xenodochio Hieroſolymitano quotannis dari iuſsit. Vltroneè verò hoc, nulla eum ſtimulante neceſsitate corporali, conditione ſiue aliqua, vel leui, ſuperaddita, niſi vt ibi tantum preces pro eo, & eius anima perpetuo funderentur. Quare dicitur de illo, pro Deo dimicaſſe; proindéque & Deum pro ipſo in ſuis bellis fuiſſe præliatum, qui aliter tot palmas inæquali ſemper manu à filiis Machometi nequaquam reportaſſet. Epiſcopus Arraez in dialogo à ſcedito de gente Luſitana.

Luſitani, & principaliter illorum prim' Rex.

Petrus de Maryz.

Monaſteria S. Crucis, S. Vincentij, & Alcobacenſe, quam ampla nec non Sancta in Regno Portugalli.

Arraez.

Sed hæc cuncta in Euchariſtici Myſterij famulatum, dolciori mihi modo exceſſit Wenceſlaus Boemorum Rex mirandus, de quo ita Nouarinus in Agno quem compoſuit. n. 1214. *Wenceſlaus, vt in eius vita habetur, non contentus Sacrificio quotidie intereſſe, ſed etiam meſſis tempore oblitus dignitatis ſuæ, metebat, & vindemiabat, quæ pro Sacrificio Sacerdotum manibus afferret.*

Nouarinus.

Vvenceſlai Regis Bohemiæ in Miſſæ Sacrificium deuotio demiranda.

39. Agite ergo Zelatores: Monarchę Chriſtiani; & ad Sanctiſsimam Euchariſtiam tuendam ac propagandam, & mœnibus hoſtilibus Catholicè inferẽdam, ac orbis ſummo verticè deuotè collocandam, fraterna vos concordia ad inuicem ligate, & hilares interius, exteriúſque armate; ad oſtium quippe Turca, & ipſe canis menſæ iſtius, ſuos filios hortatur atque prouocat; per Venetias iamiam imminens tam Petri Sancti inſulis ad quem currere tenemini, quã veſtris, bellis veſtris tremenotibus non parum, at vero pace iunctis inſoperabilibus coronis. De vobis enim ſecus dicentur illa verba lachrymabili dolore prolata à ſummo Vate; *Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.* Qui nãque ſicut vos chariſsimi ſunt filij nutriti à Chriſto Domino; nec quidẽm quouis alio communi nutrimento, ſed pane filiorum & ipſo vero corpore communis Nutritoris

Auctoris peroratio.

Iſai. 1 a.

Christiani Reges multus & claris rationibus suasi pro concordia.

Nutritotis ac Filij summi Domini? Qui ve filij exaltati à suo Conditore, sicut vos, qui in Europa totius mundi capite, estis capita tam magna, edocta Christi Fide, conducta Petri baculo, nec non cæli super alias quascúnque nationes notitia collustrata; & quo attinet ad corpus, ditissimis coronis Orientis & Occidentis, nouæ Franciæ, & nouæ Angliæ, tantorúmque mundorum, qui vobis prosternũtur (quin istis satiemini, contentique hac sorte, auari, & versus Deum ingrati non permodiecè, aliquando à vestro sanguine tam optimo & tam sæpe coniuncto refrenemini) egregie coronata. Sed etiã & illa verba ibidem colligata, & per numeros non paucos à decimo excurrentia; in quibus vestra Deo non placent Sacrificia,

Isai. 1. 6.

B quia capita atque corda exercitus Christiani laborant graui vulnere, aperto indesinenter; & plaga nullo tempore ligata medicamine, vel oleo dulci fota; *Omne caput languidum & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Quæ plaga quænam sit ostendit vestri iurgij alterna & sempiterna seu iogis gladiatio, quæ nunquam amotis olei dulcedine fouetur. Quare lucris perquamuilibus perpetuo inimicati cauete & pertimescite sententiam subsequentem.

Ibidem. n. 23.

Principes tui infideles, socij furum; omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Ad amorémque altrinsecum, in Eucharisticum seruitium, per commoda peculiaria rumpentes properate; quo incommoda vitabitis maiora vestris commodis, & ingentia emolumenta referanda vobis tempore, quammulta inuenietis.

C

40. Adquę quidem ne opinemini me tantùm commoueri, & solum vos commotos ad vnum cor optare, audite virum magnum Erasmũ ad Regem Galliæ generosissimum Franciscum, bellorum sui temporis participem non paruum, tam feruenter, quam eleganter de more suo solito, post multa satis concinna, his verbis perorantem;

Erasmus Christianos ad concordiã monet Principes orationis suæ neruis.

Hæc & liberius fortasse, & prolixius à me dicta sunt Rex Christianissime, quam par erat: verum amoris magnitudo fecit, vt & loquacior essem, & confidentior. Omnibus Christianis bene volo Christianus. Cæterum erga tuam maiestatem, ac florentissimum Galliarum regnum singulari quodã ducor studio. Precor autem, vt Iesus, *immortalis totius orbis Monarcha, cui diuinitus data est omnis potestas, in cælo, & in terra, spiritum suum impartiat tum populis, tũ principibus; his quidem, vt omnes interesse sub communi Principe* Iesu *concorditer, ac proinde feliciter viuant; illis vero, vt sub florentissimis ac Sanctissimis Monarchis rebus pacatis fruantur. Itaque demum fiat, vt Euangelica pietas inter nos bene constituta, quam latissime propagetur, non inuadendis aut diripiendis aliorum regionibus, sic enim pauperiores redduntur, non meliores; sed Euangelica Philosophia Synceriter per viros Euangelico spiritu præditos, vbique prædicanda; atque ita viuendo, vt nostra pietatis* fragtantia *plurimos alliciat ad eiusdem instituti professionem. Sic nata*

Ecclesia quibus nata

A *est, sic creuit, sic propagata est, sic constabilita est Euangelica ditio: diuersis autem rationibus sic nunc in angustum contractam, atque propemodum explosam videmus, si totius orbis vastitatem consideres. Iisdem itaque præsidiis oppertet restituere collapsam, dilatare contractam, constabilire vacillantem, quibus primum & nata est, & aucta, & confirmata.* Hæc ille; qui non modicè optatis meis fauet, & verba mea roborat, quæ post ista tam feruentia non habent quid ebulliant, vel amplius se diffundant.

& aucta debet nunc seruari & ampliati.

Si exempla desideratis, præhabita sufficiunt. Si rationes ex natura desumptas magnifacitis, videte quòd & Solis priora tria signa, sunt Aries, Taurus, Leo; quorum vnus Rex est pecorum, armentorum

Sol gaudet signis regiis.

B vero alius, & tertius Rex ferarum, per lustra diuagantium; vt doctus noster Venetus Cant. 1. tono. 6. cap. 18. in laudem Solis notat. Signa autem Solis nostri proximiora Reges sunt. Nam si ille, qui cum brutis aliquando commoratus, regales Solos pueros, eruditos & decoros ad mensam suam voluit, quos volet qui tam valde à brutis elongatur, vt brutorum sit & hominum celsissimus Creator? Certè alitis Regalis progenies generosa ad intrepidum conspectum Solarem examinatur, & sic propago Regia ad sceptrum genuina, ad obsequium mensæ huius probatur luminosæ. Cui nullum verè deditum perfractum rebus vidimus, sed in cunctis eos rebus egregie secundatos; nullum vero ei

Venetus.

Dani. 4. 30. & c. n. 3.

C repugnantem, quem marcidum & in glorium non ideo conspexerimus. Vnde senes coronati ad pedes huius Agni coronas demittebant, quò ab eo supplantatas viridius & diutius easdem possiderent. Et si tandem ad hoc probandum miracula exoptatis, ex Gallia duo vobis, regalia, nempe Regum duorum recensebo; quorum vnum deuitando, & alterum imitando, Imperia retinebitis, quoúsque post hanc vitam ad iugem transferamini. Primum accidit huiusmodi apud Chronogr. Sigiber. anno à mundo sospitato 870. cuius verba Benedictus Gononus sic transcribit in Eucharistico libello: *Profectus est aliquando Romam Lotharius Rex cum Princi-*

Apoc. 5. 10.

Sigibertus.

D *pibus & nobilibus suis, vt Adriano Papa excusationem faceret, super sententia Excommunicationis, quam contra ipsum protulerat Nicolaus Papa. Pontifex eum benigne accipiens, inuitauit cum suis Principibus ad sumendum corpus Christi, quatenus sic innocentiam suam comprobaret. Accidit autem, vt omnes qui illud receperant indignè, eodem anno obierint; nec non & Rex ipse in itinere, rediens ad propria.* Secundum sic se habet, in Ludouici Crassi vita scripta per Sugerum. *Ludouicus Crassus Francorum Rex prolixa quadam infirmitate in extremis agens, deuotè Sacerdoti Confessione facta, sibi afferri poposcit reuerendum corpus Christi. Cogitans autem illico Regis regum maiestatem, indecentémque rem esse in eius ad se aduentu in lecto decubare, surgens accepit vestimenta, & manibus Ministro-*

Miraculum Eucharisticum indignis vitam tollens.

Miraculum dans vitam

rum, vt potuit, sustentatus, perrexit obuiam Christi corpori; ac genua flectens illi, huiusmodi est profatus; Ego Ludouicus peccator confiteor vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Credo etiam in Eucharistia verum esse corpus Christi, quod nunc sumere desiderio, vt sit mihi viaticum & munimentum contra aëreas potestates. Qua Confessione finita accedent propius, deuotè sumpsit corpus Domini. Et mirum dictu, post hanc sumptionem, absque vllo ministrorum adiutorio, iuit ad musæum suum, & collocauit se supra lectum suum, iam morbo propulsato.

Ludouici Crassi fides quam magna in Eucharistiam.

A

Quoniam autem magnitudo negotij à me optati, & summè expostulati, ordinaria confirmationem maiorem per se exigit; & exemplum quoddam vnicum, ad quod alia præcedentia exempla per quammultos dispersa reducantur, & hoc veluti speculum ac exemplar reliquorum, ad quod ipsa componantur, & Deus optime seruiatur à Principibus Christianis, proponere est necesse, hoc Regibus ego Regiũ præstabo tam conspicuum, vt nulli ex ipsis possit fastidium parturire. Hic enim est Ludouicus Galliarum Rex insignis; ex sanguine nobilissimus, vt Galliæ, antiquioris præ cunctis, sceptri hæres; ex nomine clarissimus, vt lucis compar inclytus; ex vita vir Sanctissimus, vt ille qui in culpam ex genere mortalium putatur nunquam lapsus; ex zelóque postremò cunctorum feruentissimus; vt qui impubes suscipiens habenas Regni Gallici, pro deliciis iuuentutis plus charis reputauit delicias abdicare, calcare, & profligare; & ad loca Christi sanguine nobilitata magnis copiis & sumptibus migrare; ac ea suo sanguine à Mauri possessoris tyrannide euocare, quem semel atque iterum in acie superauit; & terram Sanctam redderet Christianæ libertati, ni pestis ipse iaculis cum suis vulneratus, ibidem captus esset. Vbi tamen patientiæ magno robore ligatæ *Lux* noua mundo extitit; & plus luxit inter nebulas aduersę tempestatis, quam alij in rebus prosperis; nec non opera meliora captiuus illic fecit, quam solent quiqui facere in plena libertate.

B

Ludouicus Sanctus Rex exemplar Regũ omnium, qui seruiũt Christo Domino.

Vita & virtus Ludouici perstricta Sancti Regis.

Qua parta non plus liber à Christi iugo mansit; imò semper magis eius obsequio mancipatus, & Gallias Deo subdidit, & ita bene rexit, *vt orta in diebus eius iustitia videretur & abundatia pacis* Quam firmauit cum Corona Spinea Christi Domini, Spongia, & eius Lancea, quæ pretio magno accepit, & intulit in Franciam. Vbi iterum Redemptoris impatiens desiderio in Africam traiecit, quò cęlo terras daret; & vbi à cælo iterum fuit peste vulneratus, ac insuper sublatus; quò cælum à terra eriperet, tam cælo dignum Regem, inter quos alterutrius ardebat desiderium, & cupiditas à cupiditate terrena longe deuia; quæ potest Reges cunctos in Deum concitare, & cõtemptis mundi bonis de cælestibus dumtaxat, iam pace, iamque bello in fidelibus illato perpetuo & nimis feruido studio pertractare.

C

Inter Cælum & Ludouicum quæ pugna & concertatio.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO QVARTA, QVÆ DE MVNDI CREATIONIS CESSATIONE PRIMA EST, IN FIGVRA CENTRI.

Super Gen. verba cap. 2. n. 2. *Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat.* Et Ioan. 6. n. 56. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Quæ suo loco catenantur, n. 4. & multis infra.

De continuatione & primi thematis explicatione, Numerus I.



NON tantum hoc Sacramentum in opere Creationis, sed etiam in cessatione ab ea mi.u modo innenies adumbratum; vt ex verbis primi thematis nonnullis satis patet. Primò à verbo primo *Deus*; *Compleuit Deus die septimo.* Quia licet Deus hoc loco sit Trinus in Personis, dum opera quæ Theologi ad extra solent dicere, sunt Triadi communia, vt docet D. Tho. 1. p. q. 45. art. 6. pressius tamen in præsenti Dei Filius intelligitur per istud verbum Deus. Nam quemadmodū per se ipsū operatur quisque artifex, per intellectúmque coniunctim, ac propriam voluntatem. Per se quidèm manibus suis fabrilia elaborando; per intellectum delineando; & per voluntatem eadem opera voluntariè & sæpesæpius voluptariè fabricando: in qua prorsus actione intellectus primas obtinet; quandoquidem non solum dimetitur opus ipsum, disponit, atque præparat, sed pariter & manibus, vt causa efficiente, hoc perficit & polit, & vsque ad perfectionē supremam nunquam deserit; ita Pater Diuinus & artifex æternus per se & suum Filium, quem intellectu semper generat, per Spiritúmque sanctum, quem voluntate & voluptate perpetuò ex se producit, cuncta opera vniuersi formauit, ac compleuit. At cum Filius sit progenitus per opus intellectus, ipse rerum

In Trinitate quid cō̄mune Personis Sacrosanctis. D. Tho.

A ercatarum efficiens fuit causa; vt asserunt Ioannes & Paulus per hæc verba; *Omnia per ipsum facta sunt... Per quem fecit & sæcula.* Quibus locis illud *Per*, Dei Filium verè facit efficientem rerū causam, ac simul exemplarem; & ideo in Trinitate Creatorem principalem, Lyrani iuxta mentem hoc *Per* interpetrantis; quam clarior, vt recentior amplectitur Barradius, tom. 1. li. 4. ca. 4. sic se habens: *Quemadmodū enim artifex intellectu prius effingit extruendæ domus exemplar, deinde per exemplar domum fabricatur. Sic Pater Verbum æternum, quod rerum omnium exemplar est, per intellectum genuit, & per ipsum tanquam per exemplar omnia condidit.* Nec sunt obscuriores antiquissimi Doctores Ecclesiæ luminaria Tertullianus in Hermog. cap. 10. & aduers. Praxed. cap. 5. Origen. in Gen. hom. 1. Hilarius Psal. 2. Cyrillus Alexandrinus in Gen. prin. Augustinus de Gen. contra Man. cap. 1. & de Gen. ad lit. lib. 1. cap. 4. cum alio subsequenti. Hieronymus in traditionibus ad ipsum lib. Gen. Ambros. in Hexam. lib. 1. cap. 4. Chrysost. hom. 2. in suo tom. 1.

Vt Filius Dei exemplar, & causa sit efficiēs Creationis vniuersæ. Ioan. 1. 3. Hebr. 1. 2. Lyranus. Barradius. Tertullian. Origenes. Hylarius. Cyrillus. Augustin. Hieronym. Ambrosius. Chrysost.

Ergo nisi in Sacramento Deus nostro requieuit. Nā si Deus hic Dei Filius, qui post sæcula quamplurima consummauit suum opus; nimirum quando dixit in aræ Sacrificio *Consummatum est*; à quo verè tunc quietem per mortem solam habuit; non vtique quieuit creata rerū serie, sed mundo morte Ioan. 19. 30.

sua perfectius recreato; & hinc hominem in fastigio cunctarum procreatum, nequaquam prout reliqua creata benedixit; quia hominis perfectio non à mundi creatione, sed ab eius recreatione in Passione dependebat; de qua Christus antequam quiesceret, dicebat; *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor:* & de cuius operarionis quiete consummata sic canit Rex Propheta; *Operatus est salutem in medio terræ.* Quare ista terminata requieuit ipse Dominus, per consequénsque etiam in Eucharistia Sacro-sancta. Nam (licet incruenta) mors Christi fuit vera; & ideo morti eius cruentæ copulata; ac velut si Eucharistia à Christo iam confecta, nil ipsi faciendum vlterius superesset, nisi mori, & vitæ suæ vtilitati finem dare; quasi istamet dumtaxat fuisset destinata, vt conderet hunc cibum, ac eo demum condito tum vere requiesceret.

Homo in sui creatione benedictus cur nō fuerit.

Plus in Christi Passione quam in Creationenns creati.

Ioan.5.17.
Psal.73.12.

Mūdi creatio per Eucharistiam tantummodo perfecta.

a. Secundò res clarescit ex verbo *Die septimo*; quo Deus complete saltem non potuit requiescere, cum post illum tot effecerit, quot vidimus recenter. Vnde requies non de septem temporalibus & prioribus, sed de aliis spiritualibus & melioribus diebus, Ecclesiæ nempe septem præclaris Sacramentis oportet subintelligi, & elatius atque verius sub litera explicari. Cui fauent quæ in 1. Enarrat. n. 7. à nobis dicta sunt; & à Veneto Cant. 1. tono 8. cap. 17. huiusmodi scribente: *Non modico Sacramento vidit Ioannes septem candelabra aurea, & in medio similem Filio hominis vestitum podere, id est, talari vestimento omnia cooperiente vsque ad talos, quia opus Redemptionis perfecit, & deductu opere ad calcem, clamauit;* Consummatum est. Nam quæ septem candelabra pretiosa & luminosa, inter quæ in vitę calce inuentus est Dei Filius, nisi septem Sacramenta Ecclesiam illuminantia, quæ ex latere huius Domini in Cruce profluxere? Quod ve ex istis medium, in quo stetit ille, & opere, si non ore, hæc verba nobis protulit *Consummatum est*; nisi cibus Eucharisticus? in quo Christus personaliter consistit, atque resider & in medio Sacramentorum est loco constitutus, vt in 1. Enarra. n. 9. dictum fuit; ac tandem in quo Redemptor etsi verbis dissimilibus, hoc prius indicauerat; seu clare enunriauerat, quia licet nullo modo verbali in eo dixerit, *Consummatum est*; virtuali dixit aliud, in idem prorsus recidens; nimirum traditori. *Quod facis, fac citius*, quasi verbis sub externis, interius hæcce diceret. Iam opus ad quod veni est factum ac consummatū: iam ad centrum desiderij à me sęper desiderati perueutum mihi est: Iámq; meum Sacramentū iteratiuū mortis meæ fundatū & terminatum. Quapropter, quod tu facis, fac citius, quam potueris, & ad mortem iam in eo per me initiatam, perdue amorem meū; in qua anni tormentorum præ amoris magnitudine, nec hora mihi erunt; nisi hora valde breuis, & ipsa quietudinis, ac centri amoris mei. Ad quod agno figuratiuo in huius rei figuram, festinanter manducato, à longe me disposui, ostendi, & præparaui. Quare citius multò

Venetus.

Septem Ecclesiæ Sacramenta priores septem dies.

Inter septē candelabra cur Christus sit in Cruce.

Ioan.13.27.

Christus mortem velut centrum post Eucharistiam tantum optat, quia ad istā instituendā dumtaxat natus fuerat.

Exo.12. 11.

A facito, quod adeo lente facis, vt ad centrum iam inceptum & in Cruce consummandum citissime perueniam, & quemadmodum in Sacramento nunc isto requieui, in Crucis mox tormentis suauius requiescam. Nec mirum, quod in isto Sacratissimo mysterio, vt in centro suo Christus ad libitum quieuerit, cum Christus Dei & hominum, Sacramentorum, & cæremoniarum sacrarum centrum fuerit, & requies consummata. Quare condecet, vt Christus & centrum suum habeat; ne contingat non quiescere, qui est cunctorū requies; dicente & arguente eximiè Rege Vate; *Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Hoc autem centrum eius est ferculū Eucharisticum; ac ideo centrum Dei, & hominum, B necnon Sacramentorum & cæremoniarum vigentium in lege veteri; quæ omnia, tanquam in centro in Christo requiescunt.

Psal. 93. 9.

Primum, quidem quòd prędicta in Christo, velut proprio in centro suo sedeant, & optime quiescant, à Veneto in Harm. Cant. 1. tono 8. cap. 12. luculenter huiusmodi exaratur; *In Christo enim tanta plenitudo Diuinitatis requiescit, vt omnia, quæ in antiqua lege diuersissima ratione partita videbantur, multigenis sacrificiis, quamplurimis præceptis, inexplicabilibus cæremoniis, hoc vno tantum absoluantur fine, Christo Iesu, qui vt docet Apostolus, est auctor & consummator Fidei; & in quo omnia consummari, & quiescere debent.* Ac paucis interiectis: *In hoc etiam & tempora complentur & clauduntur; in hoc laborantes quiescunt & (vt audacter lo-* C *quar) in hoc quieuit & ipse Deus, cum omnia in ipsum direxerit. Nec enim video, quæ alia quies in Deo esse debeat. Fatigatus ne erat, vt quiescendo refrigerium caperet? Aut quomodo quieuit, cum dicat Filius*, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor? *Est ne Moyses contra Christum? Imo est pro Christo, & cum Moyse Christus; quia tunc Deus quieuit, cum finem præstitit, qui Christus est, in quo quiescere & pausare debemus. Vnde & ipse Christus, verum Sabbathum, & vera quies ait;* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; & inuenietis requiem animabus vestris. Sic ille, qui hæc omnia mutuatus est à Paulo ad Hebr. 3. & cap. 4. n. 4. Vbi ait diem septimum quietis nostri Dei, nullum alium præter Christum fuisse illius Filium, quem alibi D hac de causa appellat finem legis; *Finis enim Christus, ad salutē omni credenti.* Ergo Christus centrum verum cunctorum prædictorum.

Dei, hominum, & Sacramentorū cunctorum centrum Christus.

Venetus.

Hebr. 12. 2.

Ioan. 5. 17.

Matt. 11. 29.

Hebr. 4. 4.

Dies septimus quietis, non alius nisi Christus.

Rom. 10. 4.

Secundum verò quòd Eucharistia centrum sit ipsarum rerum, colligitur à Ioanne, de amore Christi nobis egregie annuntiante; *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; nimirum in semetipsum, in cibo tunc donatum; & in Sanctam Eucharistiam, de qua Diuus Augustinus exponit hæcce verba. Ergo istud Sacramentum vt finis rerum omniū à Christo ordinatarum, dispositarúmque à sęculo, sic harum centrum est; nam amor qui à fine sortitur nomen suum in verbis allegatis, est centri proculdubio; cum centrum finis sit quæsitus & petitus, desideratus & amatus à

Ioan. 13. 1.

Augustin.

Eucharistia verum centrum ipsarum prorsus rerum.

cunctis

cunctis indiuiduis. Ac ideo Dei & hominum, Sacramentorum & cæremoniarum in lege obseruatarum, nil minus centrum optimum; cum ista suum centrum in Christo solum habeant; ac dicunt præcedentia tam Veneti, quam Pauli; sed etiã & subsequentia expressa satis loca, è quibus clare liquet, tam Dei, quam Christi, & hominum, Sacramentorúmque cunctorum & cęremoniarum legis veteris hunc panem centrum esse. Dei quidèm, sic dicente ad literam Propheta; *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Christi vero, ipsius corde gemente & suspirante; *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Hominũm autem quia fini hîc suo adunantur; *In me manet, & ego in eo.* Et Sacramentorum loco vltimo, ac cæremoniarum legis Moysis, quia finis & consummatio illorum plane est; D. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. Nec expers est Mysterij, quòd vbi Paulus Christum appellat diem septimum, & requiem vniuersalem, latissimè nos prouocat ad firmiter credendum, & Fidem faciendã in ipsam Christi requiem, ne sicut viri increduli audiamus vocem illam; *Non introibunt in requiem meam*; Quod per totam vitam nostram commendat hisce verbis: *Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, incredulitatis, discedendi à Deo viuo; sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Subscribens Regi Vati qui ipsum verbum *hodie* quo vtitur Apostolus, ad omnem vitam hominis accommodat, dum ait; *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Quæ autẽ Christi requies tam magna fide egens, quam ferculum Eucharisticum, dum Fidei in sacro Canone mysterium nuncupatur, & quies simul est, ac sedes Filij Dei, qui semper illic sedet, vel permanet, dum durant species Consecratæ.

Isai.25.6. Luc.22.15. Ioan.6.56. D. Tho. Hebr.3.13. Psal.94.8.

3. Tertio constat hæc sententia ex verbo *Requieuit*, Quid etenim est quiescere quam esse res quieta? Cum vero nisi in centro nil possit requiescere, vt cũctis ex naturæ principiis innotescit, hinc patet, quòd & homo nisi in Deo & Eucharistia non potest conquiescere; in Deo quia ad Deum per ipsum factus est, ex celebri apophthegmate; *Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum donec reuertamur ad te.* In Eucharistia, quia in ea Deus nobis centrum adest; iuxta S. Bernardinum tom. 2. serm. 54. ar. 3. cap. 1. sic ibi proloquentem; *Natura rerum est, quod nihil conseruatur extra proprium locum; Nam & pisces extra aquam putrescunt; aqua extra flumen corrumpitur; arbores atq; herba extra terram arescunt. Sed cũ locus animæ sit propriè ipse Deus, patet quia in eo quiescit & conseruatur, extra Deũ non poterit conseruari. Sed in Sacramento Eucharistiæ Deus vtiq; est, propterea sumentes illud ab eo conseruantur, velut Redemptor noster dixit*; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Viden quomodo hicce panis sit centrum perfectissimum?

S. August. S. Bernardinus. Nil manens extra centrum. Eucharistia cẽtrum verum, & duplex, Dei, ac hominis.

A 4. At centrum bino modo; nimirum Dei & hominis; istius quia creatus ad eum manducandum; illius, quia ad panem hunc ipsum instituendum nil minus incarnatus, & carne tectus fuit. Ad quem velut centrum Deus à principio sine principio æternitatis suæ venit; *In charitate perpetua dilexi te*, & à principio Incarnationis, vt primum carnem sumpsit, in Lucæ testimonio superius allegato; *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Cum neutiquam tot annis desideraret singulariter, vt indicat *Hoc pascha* in numero singulari; quod singulis apud domum cuiusque Israëlitæ à cunctis edebatur. Quare de isto sigillatim Dei Agno interpretatur hoc Christi desiderium, vt ait Emissenus quem affert
B D. Thom. 3. p. q. 81. ar. 1. ad 3. Roffensis lib. 1. aduersus Oecolampadium; Glossa ad istum Lucæ locũ; Hieronymus sup. Matth. cap. 22. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, qui profert in hanc rem vrgentem rationem. Videlicet quia Deus, cum omnia intra se habeat, nil potest minus se suapte concupiscere; quamobrem Deus, qui cuncta habebat in se ipso hunc cibum peroptabat, Paschali quando cibo inhiare nuntiabat; *Professus* (inquit ille) *se concupiscentia concupisse edere pascha suum; indignum enim, vt quid alienum concupisceret Deus, acceptum panem corpus suum illud effecit.* Quo loci duplicatiua *Desiderio desideraui*; & in verbis Tertulliani *Concupiscentia concupiuit* attentione digna sunt: nam quemadmodum concupi-
C scentia, ad crimina quæcunque libenter committenda, mortalibus inhæret, sic Deo ad suæ gratiæ decreta persoluenda, desiderium & concupiscentia quam magna verè inest; quanto magis ad Eucharisticum, quod quidèm cum ex parte Diuinitatis sempiternæ extiterit cum eo mirificè coniunctum, sic etiam ab ipso fuit à tota æternitate summopere exoptatum, concupitum & expetitum, atque animo coarctato, vt dicitur in Luca, quæsitum à Christo Domino.

Ierem.31.3. Luc.22.15. Exo.12.3. Emissen. D. Tho. Roffensis. Glossa Moral Hieronym. Tertullian. Desiderium quantum Christo ad bona faciẽda, & Eucharistiam instituendam. Luc.12.50.

Firmatur ex Ioanne, in modo quo scribit de aqua in vinum versa, & de vino post conuerso in verum Christi sanguinem; nam in prima conuersione cum fuerit Dei Filius à Virgine rogatus, vt eam Sacramentaliter efficeret iam tunc, ac patet ex responso; hæc illi verba dedit *Non dum venit*
D *hora mea*; Verùm ista adueniente & tandem appropinquante, in qua ille in suum sanguinem conuersurus vinum erat, contrario modo Aquila cælestis sese habet; *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Vnde elicitur quod hora in qua vinum in suum sanguinem conuersum propinauit, fuit hora cordis sui, & lætitiæ cordis eius, vt dicitur in Cant. ac finis sui amoris, quo finem dilectioni imposuit versus suos; per consequénsque etiã, & gaudij sui centrum; de quo dixerat, & prædixerat in ipso Euangelista; *In me manet & ego in eo.* Nec parum roboratur ex verbis Salomonis dicentis

Ioan.2.4. Ioan.13.1. Can.3.11. Ioan.6.56.

Prou.8.31. Ianſennius in Prouer. Delitiæ cur nam Chriſti & centrum amoris eius, Euchariſtiæ Sacramentum. D. Tho.

Chriſti nomine; *Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominus*; quod eſt intelligendum Ianſenij iuxta mentem, de iſto Sacramento; & rectè cum delitię è rebus peculiaribus, noo oboiis & communibus, ſed potius inſuetis, & raris, ac mirandis de more comparentur; quæ omuia huic ſtupendo conueniunt Sacramento, io quo cum filiis hominum eſt Chriſtus non communiter, ſed modo vel Angelicis ſpiritibus mirabili, & valde ſingulari. Cum vero citra centrum delitias veras dari natura non permittat, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 11. art. 1. ad 3. & q. 34. art. 1. C. cum q. 43. ar. 2. hinc patet in Euchariſtia & centrum Chriſto eſſe, & ſimul tam omnigenas, quã ſuauiſſimas delitias; quandoquidem eas ſuas, id eſt, omnes, & eximias, nimirum, quales decent vniuerſi mundi Dominum, appellat confidenter. Vlterios quod & phraſis eſſendi cum hominibus, manendi & commorandi requieſcendique, quemadmodum quieſcitur in centro, indicium præ ſe fert. In hoc igitur alimento no- A biſcum manſit Chriſtus, vt ſanè in ſuo centro; de quo 1. Enarra. n. 58. Matthæi verba expoſui; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſaculi.* Et pariter ex hioc maiores quàm cum Angelis delitias ſibi eſſe colligitur non male; quod licet per difficile & inuium videatur; ex quatuor ſatis claret. Primò, quia abſolutiſſimè vt 2. Enarrat. vbertim reſerauimus, maior Angelis eſt homo. Secundò quia etiam virtute maior eſt, cum virtute, non natura Dei Angelus euadat. B Tertiò, quia propter hominem, multò magis quàm ob Aogelos, & mundus factus eſt, & Chriſtus factus homo; vt in opere Imperfecto Chryſoſtomi, ſeu cuiuſcunque auctoris illud eſt, hom. 89. habeatur ſatis doctè. Quartò demum, quia vt ait Card. Hugo. elucidans Prouerbia; *Potius ſunt ei delitiæ in filiis hominis quam in Angelis, vel in aliis creaturis à ſe conditis; quia de his, quæ aucupio, ſeu venatione capiuntur fiunt delitiæ, non autem de domeſticis. Angeli autẽ ad domeſticas res pertinent, homines verò prædicationis & aucupio Crucis cepit.*

Matt.28.20. Homo Angelis io quibus ſit maior, atque Chriſto delitiis cũctis charior. Hugo Card.

EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM DEI centrum demonſtratur, cùm ex Centri definitione, tùm maximè ex nonnullis comparationibus in hac re nequaquam contemnendis, quæ de centro ad Euchariſtiam collucent, & reſplendent.

Quæ centri definitio. Ambroſius. Titelman. Valleſius. Conimbricenſes. D.Tho. Euchariſtiæ quantum centri colludat definitio. Iob.26.7. Euchariſtiæ doo centro mirabilia ſuffragãtia.

5. CENTRVM propriè definitum eſt punctum indiuiſibile, ſeu medium in qualicunque ſphera non partibile, vnde lineæ ad circunferentiam æqualiter ducuntur. Nam quod diuidi permittit, à centro iam recedit, & vel minima diſtantia in orbem dilatatur. Ita Ambroſius in Hexam. lib. 1. cap. 3. Titelmanus lib. 7. cap. 5. apud Compend. naturalis Philoſo. Valleſius cũ Apuleio in ſacra Philoſo. cap. 59. Atque tandem Conimbricenſes lib. 4. cap. 5. q. 2. ar. 1. Et ſic etiam panis iſte eſt Chriſti verum centrum, dum in puocto indiuiſibili ſpecierum Sacramentalium ſeruator & donatur illius ſacrum corpus; modò integra permaneat ſubſtantia ſpecierum. D. Tho. in opuſc. 59. cap. 7. & 3. p. q. 76. ar. 1. q. 78. art. 6. ad 1. q. 79. art. 1. ad 3. & q. 80. ar. 12. ad 3. Mirum dari in quantitate tam parua Chriſti corpus, ſed neutiquam mirandum; cum & mundus (quidquid dicat Lucretius lib. 1.) in centro, quod propemodum eſt nihil in ſubſtantia, egregiè ſuſtentur; vnde dicitur à Iob, *Appendit terram ſuper nihilum*; à mirabilique alio hoc noſtrum mirigetur, nam totus terræ globus reſpectu cæli octaoi eſt punctum indiuiſibile, vt ad oculum in ſcientia pateſcit Mathematica. Quare talibus mirandis naturaliter repertis, de mirabilibus Euchariſtiæ haud quaquam demiremur. Deus quidem ſphera eſt, quæ centro in omni loco, circunferentia verò in nullo natura ſua gaudet; vt C Empedoclem & Mercurium non latuit triſmegiſtum; nam vel etiam per præſentiam vbique ſemper adeſt, & è contra nec à ſpatio imaginarij poteſt loci deficere, & abeſſe. Homo autem & qualiſcunque vniuerſi creatura centrum ſuum & circunferentiam alicubi ligata, limitata, & circunſcripta ſuapte conſequuntur. Chriſtus autem, qui Creator & creatora ſimul eſt, habetur modo medio; non enim corpus eius, vt Deus, vbique eſt; nec vt pura creatura in vno tantum loco; ſed tanquam corpus Dei, Deitatique vnitum in multis ſimul locis, ſub iſto Sacramento. Ex doctrina Bonauenturæ lib. 6. cap. 14. Compend. Theologici.

Deus centrum vbiq; habet, circunferentiã verò nuſquam. In multis ſimul locis cur adſit corpus Chriſti. S.Bonauen.

D

Secunda comparatio.

6. AD centrum cuncta tendunt. Et ſic Chriſtus ad Euchariſtię contendit ſemper centrum; ac in eo perſonaliter tantummodo quieuit. D. Tho. 3. p. q. 75. art. 1. & q. 76. Sed in hoc ab vniuerſi diſtinguitur hoc centrum, quia illud vnum eſt, hoc verò valde multiplex, vbicúnque Chriſti corpus reperies conſecratum. Quam centri multitudinem amoris igne factam, non eſt cur dubitetur. Nam amor poſtquam metas affectus ſui tenet, & vacuum illius replet, cũ non habeat quò diffuſius extẽdat ignem ſuum; intendit illum fortius, & plicat, ſeu multiplicat; vt de amante Peccatrice ſepulchrum ſæpe vacuum iam viſum plus viden-

D. Tho. Euchariſtia Chriſti Cẽtru, namore noſtro multiplex.

te,

te, egregie sic Gregor. Hom. 25. exponens Euangelia. *Certe iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum Dominum nuntiauerat, quid est, quod se iterum inclinat? Amanti semel aspexisse non sufficit; quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis.* Non habuit sanè Deus, quò amplius se diffunderet, cum dederit seipsum; *Sic Deus dilexit mundū, vt Filium suum vnigenitum daret;* quocirca quod non potuit in doni qualitate, hoc valuit atque voluit in multiplici diuersitate, seu in magna multiplicitate quam valde replicate. Fecitque, non vt centro delitiarum duplicato, & toties iterato, plures inde delitias sibi ipsi cōpararet; nec enim quas cū homine delitias ille habet, illius verè sūt, qui Solus sibi sufficit, & cui nihil extra se vtcūnque satis est; sed hominis, qui percipit delitias huiusce-[illegible]; nec delitiæ Dei cum sint immensæ, [illegible] finitæ augmentum patiuntur; sed ta-[illegible]n sunt ei plures in extensiua quantitate; quia plures sunt & homini; cuius equidem delitias vt suas Christus reputat. Sic de isto Sacramento in quodam eius serm. Iustinianus per hæc verba; *Non quidem, vt suas à filiis hominum captet delitias; sed vt cum filiis hominum communicet proprias. Verū ob præcipuum, quem ad homines gerit dilectionis affectum, illis impertiendo proprias, eorum suas asseuerat esse delitias* Bone Deus, qui tuorum delitias tuas asseris, & has habere putas; cum ipsas illis donas.

S. Gregor.

Ioan. 3. 16.

S. Laurent. Iustinian.

Tertia Comparatio.

7. Centrum autē circunferentiæ & circuli est perfectio; quia ibi stabilitur, & ibi simul desinit. Qua via Sacramentorū perfectio est Eucharistia. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. & q. 65. art. 3. q. 72. art. 12. & q. 73. art. 3. Nec solum Sacramentorum perfectio vniuersorum, sed & omnium perfectorum, viuentiūmque iustorum, tam in vitæ suæ cursu, quam etiam in eius termino. In cursu, per eloquia Prophetæ coronati; *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ;* vbi Incognitus per coronam subaudit Eucharistiam; *Benedices coronæ; id est, Hostia in modum coronæ.* Cui coronæ immediatè fertilitas in agris humanis subligatur; *Et campi tui replebuntur vbertate:* hac etenim corona perfectè coronantur; nec non virtutū pinguifrumento dilatantur; & vsque in finem vitæ mortalis consummantur; beato donec fine, ventilata quauis palea, in horrea magni Domini ponemò sint locati. Ad quod vitæ in summo apice hac ipsa frumētaria corona muniuntur; de qua potest explicari Psalmographi sententia, vbi forti Deus scuto coronat sui cordis amicos plus selectos; *Scuto bonæ voluntatis suæ coronasti nos;* ita demū quod corona scutum sit defendens; scutūmque corona mirificè decorans. Nam Dei bonæ voluntatis vocatur hæc corona; at vbi Dei voluntas, vt est in isto cibo, iuxta Incogniti opinionem corona velut facto, & voluntate, ac Dei amore repleto & instituto? Præterea, quod Viaticum in via formidabili regionis vmbræ mortis fidelibus existit, vt dicitur in Apoc. cap. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur;* per Paschasium ad Fudegar. hoc modo interpretato; *Tunc in Domino morimur, si nos in illo, & ille in nobis per hoc Mysterium maneamus.*

D. Thom.

Psal. 64. 12. Incognitus.

Eucharistia cur in formam coronæ effigiata.

Psal. 5. 13.

Eucharistia quantum in vita & morte nos coronet.

Apoc. 14. 13

S. Paschas.

Quarta Comparatio.

8. At uerum vniuersarum est centrum sustentaculum, columna, & omnis boni fulcimen, atque columen; vnde à cunctum deriuatur hoc nostrum nomen Centrum; si Ianuæ in Catholicon auditum fidum damus. Sicque Sacra Eucharistia omnis est benedictionis, bonitatis, & vbertatis fortissimum illud fulcrum, quo Isaac filium suum fulcisse, & compleuisse ad alterum dicebat; *Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi vltra quid faciam?* Quod Paschasius de Eucharistia cap. 21. expendit in hūc modum; *In isto Mysterio benedixit Isaac Iacob filium suum, quasi nulla esset alia benedictio, quā frumenti & vini; scilicet, in pane Carnis Christi, & in potu Sanguinis, quæ de agro corporis eius quotidie nobis maturescunt, & per officium Sacerdotis illa comedimus.* Non datur quid vlterius, & ideo dixit filio; *Et tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam?* Rem firmat, ni decipior, Psalmistæ postulatio, in Psal. 26. quo ille cuncta vela expandens desiderij, à Deo efflagitauit; *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius;* Nimirum, corpus Christi, quod ipse templum dixit, Augustini iuxta mentem, & Glossæ sic tonantis; *Et visitem templum eius, ad orandum deuotè, & ad offerendum Sacramentum Eucharistiæ.* Vlterius quod voluptas à Psalte peroptata; & in numero singulari notanter postulata, voluptatum & deliciarum expostularum paulo supra de isto Christi centro, indicium planum est. Quod vtique est petitio, vltra quam nec quid optari, nec posci rectè valet; tanquam centrum & fundamentum bonorum vniuersorum.

Gen. 27. 37.

S. Paschas.

Vniuersæ benedictiō nis bonitatisque est centrū Eucharisticū frumētum.

Psal. 26. 4.

Ioan. 2. 19.

Glos.

Petitio quæ de causa sit vnica Eucharistia.

9. Sed hoc ipsum ex vtriúsque Ecclesiæ consentientia in publicum eruamus. Certè panis sub lege cūcta bona tam interna, quā externa denotabat; vel copiæ, & vbertatis, prosperitatisque terrenæ; vel doctrinæ, gratiæ, & gloriæ, durationis sempiternæ; vt claret ex Berchorio, & omnibus moralitates diuinas euoluentibus. Et tamen talis panis mirabili indigentia tunc omnes tenebantur, ac planè tabescebant; vt de se tibi Ieremias incipiendo à melioribus. Nam Principes nec panem pascualem inueniebant; *Facti sunt Principes eius velut arietes, non inuenientes pascua.* Sacerdotes fame summa confecti absumebantur; *Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt; quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam.* Populares nec ad pretium habebant victualia; *Omnis populus eius gemens, & quærens panem, dederunt pretiosa quæque ad refocillandam animam.* Paruuli autem lachrymabant, & ani-

Synagoga fame moriens defectu nostri panis.

Thren. 1. 6

1. 19.

1. 11.

mas præ esurie miserrimè exhalabant; *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea; effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei; cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Matribus suis dixerunt, vbi est triticum & vinum, cum deficerent quasi vulnerati in plateis, cum exhalarent animas suas in sinibus matrum suarum. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* [Thr. 2. 11. & 12.]

10. Ecce veteris Ecclesiæ lamentabilis inedia; quia licet, manna habuerit in magna quantitate, pro tempore limitato, mensuráque per modica sub arcto Dei præcepto dumtaxat fuit olim in itinere deserti collectum per Hebræos. Panes vero Propositionis in numero quam patuulo in templo apponebantur. At Ecclesia ergione Eucharistia sola diues, omni quauis abundantia, lautiriéque redundat. Hæc est, quæ super aquas refectionis veræ mensam Fidelibus constituit; *Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascua ibi me collocauit: super aquas refectionis educauit me*: quia nempe tantum aquis mundatis sacri fontis, hic panis ministratur; vt dicitur in Glossa. Hæc quæ propter ipsum panem in mõte Sion datum, ad laudes se Diuinas cantandas Christi corpori, vel pani pingui excitat; ex carne nanque esse banc panem satis liquet, cum carnis solum sit crassities & pinguedo: *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* Hæc quæ sanè de pinguedine eiusdem panis carnei à multis Vaticiniis antiquis salutatur, eneomiisque laudatur: Gen. 49. *Aser pinguis panis eius, & præbebit delitias Regibus.* Iob. 36. *Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.* Isai. 25. *Conuiuium pinguium medullatorum* & cap. 30. *Panis vberrimus & pinguis.* & 55. *Bonum in crassitudine.* Ierem. 31. *Panis Sacerdotum pinguis & inebrians.* ac etiam in Ezech. cap. 39. *Adeps in saturitatem, & sanguis in ebrietatem.* Quæ vltima dum panem cum adipe coniungunt, & sanguinem cum potu, ac esu inebriante; *Panis inebrians; & sanguis in ebrietatem*; bene corpus Redemptoris sub pane & vino positum hac phrasi manifestant. Hæc quę tandem postquam venit optatus mundi Dominus, in istis Prophetiis ebrietatis saluberrimæ ab illo saturatur, expletur, & perficitur; ipsius quando corpore & sanguine cibatur; *Caro mea verè est cibus; & sanguis meus vere est potus.* Verè nanque pingue faciens, reficiénsque est cibus, qui nõ mortale corpus sed animam immortalem in pinguat, atque pascit. Et tale Christi corpus, de quo pro Psaltis verbis, *Animam meam conuertit*; Chrysostomus reponit *Animam meam reficit.* Vt esca longe eibans, quæ animam conuertens, & eohibens à vitiis, eandem conuertendo exsatiat, complet, reficit. Quocirca in Habacut de illa Dei oraculum; *Incrassata est pars eius, & cibus eius electus.* Nam pars hominis est anima; & cibus huius Christus, sub nostro Saeramento; sicut testis est Incognitus in Psalm. 71. Sacramen-

Exod. 16. 16.

Ecclesia ob Eucharistiã abundans omni cibo.

Psal. 22. 1.

Psal. 147. 1. & 3.

Gen. 49. 20.

Iob. 36. 16.

Isai. 25. 6 & 30. 23. & 55.

Ierem. 31. 14.

Ezech. 39. 19.

Ioan. 6. 55.

Psal. 22. 2.

Habacut. 1. 16.

A tũ verò ideo electus cibus dictus, quia valde electus est, qui electorum cibus est; de quo Regius cytharædus saturari cupiebat, cum inhians sic dicebat: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Non adipe, sed sicut adipe; quia caro latet hic; nec caro solum datur, sed caro, & Dei substantia; qua anima, non corpus, vt patet, sustentatur. Sed & insuper profligantur aëriæ potestates, & animæ aduersarij; qui cibo sæpe sæpius communi congregantur; at isto dissipantur & fugiunt, ac tabescunt; *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus omnes qui tribulant me.*

Cibus electus Eucharistia tam eibans, quã & dissipans aërias potestates.

Psal. 22. 5.

11. Enimuero in hoc præcipuã fertilitas Ecclesiæ transcendit, & exuberat; quia nullum pro tam magno exposcit cibo pretium: B *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* id est, de meo sanguine. Nam etiamsi hæc verba de spiritu accipiendo à Discipulis loquantur, vt ibi subinsertur, Eucharistia certè etiam spiritus vocatur; *Verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Nec minore charitate Euangelicus Propheta, quam Ioannes Euangelista, ad hunc potum qui & simul est cibus, nos inuitat; *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate; emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.* Vbi potus qui comeditur; seu eibus atque potus promiscuè propinantur; sed potus primo loco; & aqua prior vino ac lacte huius mysterij, his potibus signati; quia solis baptizatis debetur Eucharistia. Quæ C vinum & lac à Vate post aquam nuncupatur; vinum quidem, quia sub vini specie ministratur; lac autem quia in summo (vt creditur de lacte) est nutriens atque pura. In cuius signum lacteæ, & nutrientis qualitatis, statim post Baptismum Ecclesiæ in pueritia cum lacte hoc Sacramentum Fidelibus, plus candidis, quam ipsum lac dabatur; vt asserit Hieronymus, & Procopius verbis istis relatus apud Glossam. *Qui aqua regenerantur, vinum bibunt, de quo dicitur; Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Et verò quibus olim dabatur Baptismus, eisdem lac etiam cum corpore & sanguine tribuebatur; quod de more in quibusdam Ecclesiis adhuc seruatur.* Hæc autem sine pretio, inbibito à Propheta; *Venite, emite absque vllo argento, & absque vlla* D *commutatione.* Vnde Ecclesiæ charam sobolem sic monet Euangelium; *Gratis accepistis, gratis date.* At Ecclesia tale monitum adimplet, & excedit. Non enim solum paruulos non sinit panem quærere, sed ipsa velut mater piissima erga natos aeejnnctã semper pane, perpetuò quærit eos, inuitátque, dum ait; *Accipite & comedite. Hoc est corpus meum.* Quod sub nomine Sapientiæ Ecclesiæ valde debito, iam fecerat in Prouerb. *Sapientia ædificauit sibi domum, posuit mensam, miscuit vinum; misit ancillas suas vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Si quis est paruulus veniat ad me; & insipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ, quod miscui vobis.* Ne hodie enuntietur: *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Eucharisticum,

Ioan. 7. 37.

Ioan. 6. 64.

Isai. 55. 1.

Non venditur sed gratis donatur Eucharistia.

Eucharistia cur & quãdo, ac quibus data in lacte.

Procopius.

Matth. 10. 8.

Matth. 26. 26.

Prouerb. 9. 4.

ſticum, nimirum, quod centrum diues eſt bonorum vniuerſorum.

Quinta comparatio.

Suarez. Coniūctionis noſtræ centrū Euchariſtiæ Sacramentum

12. PRæterea centri proprium, in eo res omnigenas vniri & copulari. Et de noſtro Sacramento tom. 3. in. 3. p. diſp. 46. ſect. 7. ſic loquitur Suarez: *Ideo voluit Chriſtus, vt omnes eodem numero cibo aleremur, vt in ipſo tanquā in centro omnes coniungerētur.* Quid pro iſta comparatione vel clarius, vel germanius? Sed enim huius vnionis intenſionem & extēſionem vtcunque ponderemus.

Vnitur homo primùm cum Deo tam ſtrictè, vt ſicut Verbum vnitur cum Patre ſempiterno, ſic nos cum Verbo ipſo quodammodo vniamur, & illi modo aliquo hæc vnio ſit æqualis. Verbum etenim cum Patre vnitur per naturam, non autem per ſuppoſitum, quo realiter ad inuicem Perſonæ diſtinguuntur. Nos vero quando dignè hunc cibum manducamus, non tantummodo per

1. Petr. 1. 4.

gratiam *Efficimur diuinæ conſortes naturæ*; vt dixit D. Petrus; ſed etiam non permodicè vnimur & ligamur ſuppoſito Diuino; dum ſuppoſitum eſt vnitum cū ipſo Chriſti corpore, & nos corpori tam valde illi ſimul coniuncti; vt *Chriſti concorporales* à Paulo

Epheſ. 3. 6.

nominemur. Vnde veluti per vnum, quod eſt natura tantum, vnitur Verbum Patri, ſic etiam nos per aliud, quod Chriſti corpus eſt, vnimur Verbo ipſi, Suppoſito Diuino. Quare manet hæcce vnio, quam habemus cum Suppoſito, illi ſimilis quam Suppoſitum cū Patre ſuo habet. Colligitur ex verbis Euchariſtici Myſterij; *In me manet, & ego in eo.* Vbi Chriſtus abſque cauſa non dixit. *In mea carne*; ſed ſimpliciter in me; quaſi

Ioan. 6. 56.

diceret in me toto, Suppoſito & Perſona. Fulcitúrque non malè ab aliis ſubſequentibus; *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipſe viuet propter me*: quæ facile expendentur à quolibet Lectore.

N. 57.

Per Euchariſtiā quanam via actiones Chriſti & noſtræ vtrinque varientur.

Hinc eſt, quod actiones cum ſint ſuppoſitorum, in aula Philoſophica, & nos cum Chriſto vnum ſuppoſitum fiamus, ſæpe nomina actionum vtrinque variantur; ita vt noſtræ Chriſti Domini vocentur actiones; & Chriſti ſimul noſtræ. De primo patet veritas in corporibus Beatorum, quorum plurima cum Chriſto Matth. 27. in cælum conſcenderunt. Et tamen Chriſtus ait; *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo Filius hominis qui eſt in cælo.* Quomodo ergo

Matt. 27. 52. Ioan. 3. 13.

præter Chriſtum in cælum nemo aſcendit, cum aſcēderint tam multi, & in fine cuncti boni cum corporibus ſint ſuis ad cælū euolaturi? Nemo ſanè niſi Chriſtus conſcendit vere cælum; quia omnes per Euchariſtiam cum Chriſto ſunt vniti, ac per conſequens cum eo iam omnes aſcenderunt. Conſcenſus ergo noſtri & actiones peculiares hîc Chriſti reputantur, ac planè vocitantur. De ſecundo nihil minus eſt patens hæc doctrina, dicente eodem Chriſto; *Amen dico vobis, quia iā non bibam de genimine vitis, vſque*

Marc. 14. 25.

A *in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.* Sed quanā ratione in Regno Dei Saluator valebit adhuc bibere, cum illic non bibatur, nec cibus niſi inuiſibilis, vt eſt apud Tob. Angelicus edatur? Aut quî iſta ſtipulatio ab ipſo Chriſto facta effectum ſortietur, & tanquam enuntiata ab ipſa veritate veriſſimè adimplebitur? Adimplebitur, quia Eccleſia notitia vulgatiſſima, vocatur Regnum Dei. Cum autem in tali Regno hunc cibum manducemus, & potum Dei bibamus, vbi Chriſtus eſt nobiſcum commixtim manducator; *In me manet, & ego in eo*; in nobis ille tunc manducat, atque bibit; & hoc modo Chriſti actio hîc noſtra nuncupatur; vt de Euchar. cap. 9. Paſchaſius obſeruauit: *Iam membra Chriſti eius carne veſcimur. Hinc igitur eſt, quod nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, quia cum illo per hæc myſteria vnum ſumus. Sic quoque vinum bibit nouum in Regno Patris ſui, id eſt, in Eccleſia, quoties eum dignè comedimus, aut bibimus.*

Tob. 12. 19.

B

S. Paſchaſ.

13. Vniuntur quoque homines cum Angelis in eſca; de qua dicitur in manna figura illius mira, & vmbra præclariſſima; *Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit; & pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.* Sed cur talis adapertio cæleſtium ianuarum? vel quare talis tropus, & formula explicandi pruinam manducabilem? cum cælum non apertum, nec etiam aperiendum in poſterum ſciatur? Audi Sanctem Pagninū in Iſago. ſuper Bibli. dicentem lib. 10. *Digna Prophetæ admiratio, quia ianuis cæli apertis panem Angelorum manducauit homo. Poſtquam enim Chriſtus factus eſt homo, per ſemetipſum clauſas prius hominibus ianuas cæli aperuit; ſolutis in carne ſua veteris inimicitia cauſis. Sicque terrena cæleſtia coniunxit, id eſt homines Angelis ſociauit, vt eodem veſcantur pane cæli. Illi in cæleſtibus in manifeſto conſpectu Diuinitatis; iſti adhuc in terra poſiti, in Sacramento pietatis, ſicut illud multis appellat Apoſt. 1. Timo. 3.* Itaque quòd reſeratio cæleſtium ianuarum in carne fuit Chriſti, vt homines cum Angelis, capeſſerent conſortia; commercia celebrarent, ſeu potius frequentarent, & altrinſecus vnione certarent amicabili.

Pſal. 77. 23. Vnio hominis cum Angelis vt fiat Euchariſtia.

C

Pagninus.

1. Tim. 3. 16.

Sed & homines cum hominibus aduniuntur in hoc centro; de quo Gentilium fax & Doctor cæli tertij; *Vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus*; qui quidem ſacer panis; *Calculus candidus* vocatur, ac etiam manna abſcōditum, quod quidem mannæ nomen de Euchariſtia ſubintelligi vtramque rem inſinuat, & clarè manifeſtat. Tranſcribunt verò aliqui pro calculo illo candido vnionem, ſiue gemmam quæ naſcitur in mari, ex rore, prout dicunt, felices inter conchas, non omnium, vel vbique; ſed aliquorum in locis paucis conchyliorū marinorum; vnde à mari Margarita communiter vocatur, & candidus eſt lapillus ſeu calculus mūdiſſimus vbiuis magni habitus; ſplendore non interno renidens & tranſlucens, ſed candore ſolum externo ingenito complacens. Cur autem cibus iſte lapillus

D

1. Cor. 10. 17

Apoc. 2. 17.

Margarita gemma & vnio Euchariſtiæ Sacramentū, & vnionis quare nomen obtineat verſus homines.

talisdicitur, qui vnio magis propriè transcriptus reperitur? Quia vnio semper vnus; non duo, vel tres simul ab aliquo repertus. Et sic panis Eucharisticus non binos neque trinos Fideles esse sinit, sed omnes vnum corpus in suo copulatum, à quo neminem resilire, ratione perurgenti, permittit Emissenus, post Pasch. hom. 5. huiusmodi se habens: *Sicut ergo separari grana: ab illius confecti panis societate non possunt; & sicut aqua ad propriam redire substantiam, vino mixta iam non potest: sic Fideles, qui baptizatos (id est velut Margaritæ in mari Sancto natos) & sanguine Christi redemptos se cognoscunt (hoc est eodem sanguine vnitos & ligatos) ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo sociari; vt ab eo non voluntate, non necessitate seiungi, non vlla terrenæ spes ambitione, non denique ipsa possint morte auelli.*

Emissenus.

Eucharistię quam eximia oporteat esse vnio.

Et ne aliquid vnionis desideretur in hoc centro, etiam homo sibi ipsi per illud plus vnitur, & intime ligatur. Nam cum prius sit in Christo, quam Christus est in eo; *In me manet & eg[o] in eo*; haudquaquam potest homo Christi corpus mãducare, quin etiam se manducet, & se in se immittat, recondat, & ligamine plus solito recolligat, ac ex vno fiat iterum plus vnos ipse vnus; & fortior, sicut est intimior & collectior. Ita Algerus lib. 2. de Euchar. cap. 3. obscuris licet verbis; propterea nunc omissis.

Vt homo sibi possit vniri in Eucharistia.

Algerus.

Sexta comparatio.

Fragore quãto centrum, vel semote sibi innato perquirãt vniuersa.

14. MAgno impetu quæcunque in centrum suum ruunt, feruntur, & in altum, si locum sursum habent, quandóque rapiuntur. Aqua rumpit sibi obiecta repagula & obstacula, ignis quælibet opposita incendit, & consumit, vt centro potiatur. Aër ipse cum inuisibilis existat naturaliter, & præ sui tenuitate videatur incorporeus, terræ corpus per grauissimum terremotibus diuellit, perturbat, & conquassat; atque rupes æuiternas vt lanam mollem carpit; quò è carcere cauernarum ad libitum solutus aëriæ suæ patriæ aspectu collætetur, & salubrillius aëre ad libitum fruatur. Vbi parois tandem causis commotus sæpe furit; ac tales furibundus strages secũ edit, vt lachrymabiles, & innumerabiles hominibus euentus parturiat leuis ventus. Hoc autem met fragore in centrum amoris nostri Redẽptor mundi venit; seu, vt loquar congruentius præcipitem se dedit; & magna affectus vi, impulsúque descendit. Non cadens, vt res carens intelligendi facultate, quæ metæ sui finis ignara necessariò se agit, siue trahit; vel instinctu præpollenti & conamine ac collapsu dumtaxat naturali; sed veniens, & descendens tam mente prænoscente, quam ardenti, & pro mortalibus flagrante volũtate. Vnde factum quod Redemptor ad terminum deueniens, cum finem amoris sui appropinquantem intueretur; illum, nempe, quo in cibum se suis large dedit; de quo fine desiderato, & à sæculis quæsito. Dilectus eius ait; *In finem dilexit eos*; tanti facti præscientiam præmisit ibi, dicens; *Sciens Iesus, quia venit hora eius. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*, Vt scientia, non ignorantia hoc plenum agnosceremus, nec necessitate, siue casu fortuito peractum, sed solum voluntate & cordis voluptate, qua venit, & descendit; vt etiam dixit Christus, cum Eucharistiæ promissionem aperuit in deserto; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.*

Amoris quanto impetu in centrum Christus venerit.

Ioan. 13. 1. & 3.

Ioan. 6. 51.

Cuius sanè descensus initium vetustissimum à principio sine principio, vt quarto dixi numero, æternitatis ortum habuit. Nec amanti sẽpiterno & amori eius coæquo quid minus congruebat. Eodem nanque Deus amore quo se diligit, dilexit semper homines, sicut tenet & quam rectè Theologicum axioma. Impulsus verò magnus, quo ipse ad nos descendit, stimulis & calcaribus amoris fuit plenus, quibos velut stimulatus, se à suomet principio in cursum concitauit; in ipsúmque principium hæc verba post prolata profectò reuocauit; *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar*; vt in vltimis relatis, *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*, non male demonstratur. Vita etenim ab initio ad finem suum tendit, ad terminum descendit; & vita Dei æterna ab initio æternitatis pro miseris hominibus descensum suom habuit; *Ego sum panis viuus*; id est, æternæ vitæ; *Qui de cælo descendi*, ab ipsa æternitate.

In centrum ab æternitate cur Christus semper venerit.

Luc. 22. 15.

Ioan. 6. 51.

15. Appellatur hæc descensio in lib. Cant. montium & collium difficilium facillima transgressio; *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*. Saltando naoque Christus & tripudiando summo gaudio ad opus suum venit; montes omnium difficultatum transiliens & comminoens, vt tangitur à Glossa. Et cum motus naturaliter caloris causa sit, ita illi motus iste calorem amoris auxit, vt ardentem sitim inde medullitus imbiberit; hanc autem tanto ardore præcordia depasceotem, vt fastidia peccatorum sibi valde renitentia, & ipsum repellentia, omninò dissipauerit, seu potius exantlauerit, ac penitus siccauerit, siccatáq; consumpserit, vt tangitur in Psal. *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere*; (videlicet, peccata) *Cucurri in siti*. id est, amoris mei ad illamet obstacula rumpenda, & dissoluenda. Nec tantam sitim aqua explere concupiuit; sed noua & magna sui ac nostri amoris siti, qua dixit per Ioannem: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*. Sitiri nanque Christus à nobis solum sitit; præsertim in Eucharistia; de qua siti Nazianzenus in lauacrum sanctum, qood siti iuxta puteum Samariæ toleratę conducit, sic proloqoitur; *O benignitatem & liberalitatem mirabilem! ô commercij singularem facilitatem! Ipsa voluntas accipienda est tibi pro magno pretio. Sitit Dominus sitiri; potum cælestem propinat his, qui tantum volunt bibere, beneficium accipit, qui tantum petit.* Et Ludolphus in vita Christi 2. p. cap. 53. de ipsa siti asserit; *Christus omnibus diebus vitæ suæ post nos cucurrit in siti feruentissimi desiderij salutis nostræ.* Vbi etiam contestatur cum P. Comestore, *Nusquam scriptum inueniri,*

Sitis Christi in Eucharistia quam ardens pro mortalibus.

Psal. 61. 5.

Ioan. 7. 37.

Sitiri Christus sitit, & sitis eius qualis.

Ioan. 4. 7.

S. Gregor. Nazianz.

Ludolphus.

Carnes Christus nisi agni Paschalis non comedit.

inueniri, Dominum carnes manducasse, nisi tantùm agni paschalis. Quod illum in rei alterius figuram sic fecisse, dissertis verbis ait, quamtumuis huiuscemodi figuram non declaret. Ego autem desiderij perueniendi ad centrum istud non dubito fuisse: hoc enim solum Christus ex carneis alimentis comedere exoptauit, & anhelanti desiderio perpetuò suspirauit; vt deducitur notanter ex illo verbo *Hoc; Desiderio desideraui hoc pascha manducare.* Præterea, quod & Agnus triticeus & Eucharisticus per alium legis veteris peroptimè signatus, in oraculis Diuinis desiderij nomen habet; sicut Hugo super Ioannem exponit sexto capite: *De hoc pane dicitur in Daniele 10 Ego lugebam trium hebdomadarum dies, & panem desiderabilem non comedi. Tres hebdomadæ ab Adam vsque ad legem; & à lege vsque ad Christum; & à Christo vsque ad eius Passionem, quando ardentissimo desiderio hoc instituit Sacramentum: atque adeo ardenti desiderio ferri in hunc panem, in hoc Sacramentum debemus.* Quare Christi tam vtilia & sancta desideria nequaquam repellamus; ne iterum querimoniam de nobis illam excitet; *Pretium meum cogitauerunt repellere; cucurri in siti.* Quod pretium est Eucharistia; tum quia totum Dei in ea pretium est, tum quia sine pretio, seu meriti, seu argenti, hominibus est data. Hincque dicitur signatè, non pretium generaliter; sed singulariter Dei pretium; de quo iterum loqueodum Enarrat. 20. n. 21.

Luc. 22. 15.

Daniel. 10. 3.

Hugo Card.

Cur panis desideratus, & desiderium Christi ac nostri Eucharistiæ Sacramentum.

Eucharistia cur Dei pretium.

16. Tempus verò quando Christus peruenit ad hoc centrum, id fuit, de quo dicitur, *In finem dilexit eos.* Nec quidèm sine magno sui ipsius peruenientis fragore suscitato; cum motus iuxta normam verioris Philosophiæ in fine sit velocior, rapidior, violentior, ac ideo resonantior; vt patet experientia in ferreis horologiis; quorum rotæ dum ad finem horarum non deueniunt, quietè reuoluuntur; at vbi finis venit; strepitu perniei, clamosóque soluuntur. Tunc grauia perpendicula in imo collocantur, & horologia tanquam in centro quiescere videtur. Quod Christo in hoc Mysterio mirifice cohæret. Pacatè nanque semper, vt Princeps verus pacis, ac etiam vt horologium suapte temperatum traduxit vitam suam; at hora, & fine sui amoris insonante, *Sciens Iesus quia venit hora eius*; magnum rerum stridorem in mundum totum edidit; non solum in Passione, quę tenebris & prodigiis repleuit orbem terræ, ac Præsidem Gentilem miratu vehemēti Pilatum obstupefecit, sed etiam in Eucharistia, quæ discipulos non semel compleuit stupore. Tum Christi amoris pondera in imo sunt locata; Augustini iuxta mentem lib. 11. Confess. cap. 28. vbi amorem qualitatem ponderantem cordis facit; *Amor meus, pondus meum; illuc feror; quocunque feror.* Et tunc in centro mansit; cum ad infimum deuenit peruersi traditoris; de quo Christus eo temporis quod modò dixi, diceret; *Pretium meum cogitauit repellere; cucurri in siti.* Et illud de hoc centro ab ipso quondam dictum; *In me manet, & ego in eo*; quod etiam in isto homine tam prauo summè verum. Ille in me per summum odium, & tædium vitæ meæ; ego in illo per amorem extremum eiusdem vitæ, cuius vltimi feruoris catena me cingente ac pectus constringente obstacula dirupi, & his omnibus perfractis ad pedes tanti nequam nunc vltimo vt in centro amoris mei in eum quietus requiesco.

Ioan. 13. 1.

Vt Christus horologiū in fine vitæ fuerit; & quāto cum fragore descenderit ad centrum.

Ioan. 13. 1.

Matt. 27. 14.

S. August.

Vt amor cordis pondus.

At vero admirationem tam magnam non demiror, cum dicat D. Tho. 1. p. q. 60. ar. 5. & quodlib. 1. ar. 8. *Bonum quanto communius tanto amplius desideratur.* : Quapropter cum hoc bonum communius cunctis fuerit in mundi vtilitatem, diffusius cunctis etiam desideratum à Christo esse, & vsque ad finem suum, ac summum amoris apicem perductum non addubito; sed miror tāto amore hunc Dominum flagrantem potuisse modo aliquo in ipso amoris centro optato requiescere; cum infinitus & immensus illius amor fuerit; quocirca sub mensura nec centri plus dilecti valeret contineri, sedari, & quietari. Præsertim cum & amor, quantumlibet communis & nobis naturalis, non habeat vllum centrum, cum sanè quando ardentior, tum plus impatientior suapte dignoscatur; vt in Bernardi supplemen. Gilbertus eius filius, dulcedinisque hæres testatur per hæc verba; *Amor se ipso satiari non potest, & tamen nisi seipso pasci non potest; ipse sibi dulce satis est pabulum.* E quibus valde liquet, quantum amor sit in fame amandi insatiabilis; nec non etiam insaturabili esurie semper languens; & rabie diligendi incessabili (vt sic dicam) perpetuò sese mandens; ac verè velut diues auarus nuncupatus, haud quaquam saturabilis. Firmatur hoc ex eo, quod amor ignis est in literis vtrisque; & ignis res de qua supremus inquit Sapiens; *Ignis nunquam dicit sufficit.* At verò hæc difficultas non minuit, imò auget amorem Redemptoris in ferculo Eucharistico. Nam si amor semetipso dumtaxat saturatur, & tamen nunquam potest completè saturari, hæc duo Christus habuit in cibo, de quo agimus; comedit nanque se, & comestibilem se fecit, vt saturaretur eius amor; ac simul semper voluit manere manducabilis; *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi*; & à nobis vsq; in finem perpetuò manducari; quod iussit per hæc verba; *Hoc facite in meam commemorationem*; quia eius in nos amor est planè insatiabis, & nunquam saturabilis. Vnde hoc verum sacrificium, quantumuis verum sit, vocatur hîc memoria; *Hoc facite in meam commemorationem*; & alibi quam sępe; *O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius*; Quia velut res memoriæ non debet intermitti, sed repeti incessanter. De quo possumus proferre, quod Paulus de se ipso; *Adimpleo quæ desunt passionum Christi:* Nihil enim Passioni perfectæ Christi defuit nisi eiusdem Passionis in isto sacrificio, amoris eius signo, & memoriali sempiterno, perpetua repetitio. Quare in ista repetitione consistit eius centrum, & quies nunquam cessans, sed potius semper ardens, &

D. Tho.

An Christi in centro amor potuerit quiescere, sedari, & quietari.

Gilbertus.

Vt amor centro gaudeat, & centro proximus careat, ac alia de vi eius.

Prou. 30. 16.

Vt saturetur Eucharistia, & insaturabilis sit Christus.

Matt. 28. 20.

Matt. 26. 26.

Eucharistiæ Sacrificium memoria cur vocetur.

Coloss. 1. 24.

Cur Christi in Eucharistia quies non sit centrum sed inde magis

Fcmum in bonis verſus homines.

volans atque bulliens; vt ignis Dei amoris indeſinens in homines.

Poſtrema comparatio.

Ioan.6 56. Cant.1. 7.

17. SVpremò mundi centrum immotum perſeuerat; & de iſto Sacramento immobiliter ſcribitur; *In me manet, & ego in eo.* De quo ſcitè interrogatur in lib. Cant. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Permanenter nanque paſcit, qui paſcit decubando. Et hoc ſemper in meridie, ſine aliquo decliuio caloris amatorij; ſine aliquo deciduo amoris permanentiæ; quod ſanè merus dies (meridies vnde venit) Diuini Solis eſt; qui ſolus nouit omnes cibare ex æquilibrio, & omnes æquipondio, vt centrum ſuſtentare.

Meridies vnde dictus, & Chriſti amoris qualis.

Centrum & amor duo carceres de iure naturali.

Sed tamen dum in centri perſiſtit meditullio, in eius quaſi vinctus ergaſtulo tenetur; ac veluti captiuus in huiuſmodi tam abdito, obſcuro, & latebroſo habetur retinaculo. Eſt nanque centrum carcer de iure naturali, ſicut reliqui ſunt carceres de iure vel ciuili, vel gentium vniuerſarũ; & amor velut centrum eſt carcer naturale; à quibus nemo poteſt, ſimul atque decubuerit in vinculis eorum, naturaliter diſſolui, ſeiungi, & ſeparari. Quid ergo faciet Chriſtus in carcere tam forti? quidve gloriæ & maieſtatis nanciſci ſibi poterit ex loco tam deformi? Hoc illi glorioſius, cum prodeat ex amore; qui cum à pœnis valeat amari liberari, non vult ab illis exui, ſed potius plus innecti, vt queat plus laboribus mereri, & exaltari. Perſimile, ſeu idem præconium eſt charitatis in verbis Diui Pauli; *Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Nimirum tanquam centrum, & carcer boni cordis, quæ omnia à ſe compræhenſa illaqueat robuſtiſſimè. Quòd ſi Charitas & centrum grauiſſima ſuffulciunt, & vinciunt, ferunt, ſuſtinent; quid Chriſtus centrum firmios totius charitatis non melius tolerabit? & adhuc ſubligabit, ne vnquam à ſuo amore grauamina hæc diffugiant? Omnes licet pergrauiſſimos nocentiſſimóſq; ſontes in centro amoris ſui Euchariſtico conuiuio hilariter ſupportat. Ita vt tandem ſi Apoſtolus *Vinctus in Domino*; vocatur; *Vinctus in homine* poſſit Chriſtus vocari in cibo iſto à nobis ingratiſſimis; amoris quippe noſtri hîc vinculis ligatur & vſque in finem mundi ligatus retinebitur.

1. Cor.13. 7. Virtutum centrũ charitas, & cordis ſimul carcer.

Epheſ.4 1.

18. Hinc patet Euchariſtiam amoris eſſe carcerem; vbi Sanſon infinitus qui funibus non prenditur, nec capitur, aut vincitur, eſt victus atqoe vinctus amoris noſtri vinculis; ac ideo peccatórum conuitiis & ludibriis cunctorum vinculatus. Sed iam noſtri vinculati, ſeu propter nos ligati catenas videamus. Prima pertinet ad collum; vnde quaſi collum vinciens, inoenit nomen vinculi; de quo vinculo animarum ligante colla varia, vel tenera per virtutes, vel dura per peccata, ad vnam ſic Propheta; *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.* Hanc autem in Sacerdotis illa duplici catena, eius pectoris rationale vtrinque vincienti inuenies adumbratam; *Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes.* Rationale nanque ipſum in quo *Doctrina & veritas*, ſcriptum cernebatur figura Chriſti erat; qui doctrinæ & veritatis eſt via cunctis plana; *Ego ſum via, veritas, & vita*, quique etiam duplicata, ſiue potius multiplicata in pectore Sacerdotis catena vinculatur; quia in pectore Communicantium vincitur ſæpe Chriſtus; & vinculis ac probris ſubiicitur quamplurimis; ſed in pectore præcipuè multorum Sacerdotum, qui pro Chriſti veritate, & puriſſima doctrina qua eos plus ditauit, plus eum in ſuo pectore deuinciunt impuriſſimo; delictum quorum eò immanius ingraueſcit, quò eorum ex dignitate ingratitudinis excreſcit flagitium abominandum.

Amoris Chriſti carcer & quantus Euchariſtia.

Iſai 52.2.

Exo.28 22.

Ioan.14.6.

Chriſtus vinctus in rationali multorum Sacerdotũ.

Secunda verò ad manus ligandas vincti noſtri (quæ maniceæ in plurali à manibus vocatur) catena in illis vinculis præluxit, quibus pater ſacrificaturus ſuum filium obedientiſſimum ligauit. Non quòd eum reluctantem habere cogitaret, aut Deo obtemperantem eximiè non agnoſceret; *ſed vt ipſum immolaret, ſicut animalia, quæ offerebantur in holocauſtum.* Ita Lyra ſup. Gen. cap. 22. Vnde conſtat holocauſta cremari vinculata, & Iſaacum ad holocauſtum huiuſmodi parari. Sed ſic eſt quod holocauſtum & ſacrificium iſtius Sancti figura fuit noſtri in multis expreſſiſſima; vnde huius rei in Miſſa fit mentio ſpecialis; ergo Chriſtus cum exceſſu in Euchariſtiæ ſacrificio manicatus verè eſt; idque amoris nexibus; nam holocauſtum tantum igne, qui amorem præ ſe fert, offerri quondam poterat.

Lyra. Iſaac vinculis à patre ad Sacrificium eſt ligatus.

Iam tertia Chriſti ad pedes catena vinciendos, quæ compedes à pedibus de more vocitatur, in compedibus Ioſephi pulcherrimi præfulſit, quibus veluti mancipium in carcere eſt detentus; *Humiliauerunt in compedibus pedes eius; ferrum pertranſiit animam eius; donec veniret verbum eius.* Semper enim compediri ſeruitutis ſignum fuit, & Ioſephus hac in re Saluatoris mundi typus, qui amoris noſtri laqueis in cibo hoc compeditur. Hincque Hugo ſuper Gen. cap. 40. *Ioſeph in carcere, Chriſtus in mundo*; Illa magna nihilominus interfuſa differentia, quod Ioſeph per verbum eſt à vinculis ſolutus, quãdo ſomnia verbo ſuo diuinitus abſoluit; *Donec veniret verbum eius.* Chriſtus verò viceuerſa per ſacrum verbum ſuum ligatur Sacramento, quando verba per Sacerdotem Diuina proferũtur; qua propter è contrario amoris noſtri incipit captiuus ex tunc fieri. *Ex quo venit verbum eius.* Sed & carceris appellatio idonea eſt Euchariſtiæ; quia carcer voce alia ab hominibus cuſtodiendis cuſtodia nuncupatur; *Iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica*; & capſa Chriſti corporis, vel ædicula qua in Eccleſiæ ſeruatur Tabernaculis, Cuſtodia vulgò dicitur; vt inde coniectetur, in hoc pane, tanquam in carcere & cuſtodia amoris noſtri Dei, Filium contineri. De quo poteſt affirmari

Pſal 104 18.

Hugo Card.

Ioſeph in carcere Chriſtus in Euchariſtia.

Vt carcer Euchariſtia.

Actor.5 18.

Cuſtodiæ nomen carceri Euchariſtiæque conueniés.

S.Zeno. affirmari ex Virginis visceribus hæc vincula traxisse, Zenonis iuxta dictum, qui de charitate inter virtutes Theologales sic exclamat; *O Charitas, tu Deum breuiatum peregrinari fecisti; Tu virginali carcere nouem mensibus religasti.* Nam vt ait Damascenus epist. ad Zachar. cap. 2. *Iacet panis in sacra mensa, tanquam in vtero Virginis.* In vtero incarnatus; in mensa religatus; & vtrobique amoris centro pro nobis collocatus.

Damascen. Christus carceri ab Incarnatione pro nobis mancipatus.

OPPONVNTVR DVO DVBIA, E QVIBVS *magis iterum firmatur nostrum centrum.*

Dubium primum ex Philosophiæ principiis ventilatum.

19. INNATVM rebus cunctis in centro requiescere; sed Christus non videtur in Eucharistia quieuisse, quandoquidem post mortem à mortuis rediuiuus, vt patet cunctis, alia instituit Sacramenta. Vel igitur quietari debuerat in isto, vel si alia fecit postea, non erit hoc profectò quietis eius centrum, vt hactenus est dictum. Huic ex altera Philosophiæ, quæ proponitur huiusmodi, respondeo quæstione. An si esset transforatus totius terræ globus, seu ex nostra superficie transfossus in contrarium, quid lapidi contingeret proiecto per foramen? Nimirum, an requiesceret in centro, & mundi medio, vel transiret in regionem oppositam ex aduerso, & ibi conquiesceret. Cuius quidem quæstionis hæc in cursu Conimbricens. lib. 5. cap. 4. q. 5. ar. 1. ex presse inueniuntur. *Si terra secundum totum diametrum esset ab vna vsque ad aliam superficiem perforata, lapis qui ex foramine descenderet, aliquantulum progrederetur, extra centrum delatus vi impulsus, qui longe via tractu magnum incrementum cepisset; tum deinque ad centrum repedaret, nulla interposita quiete.* Quibus tota quæstionis disparet difficultas.

Lapis iactus per foramē totius terræ globi, quo loco requiesceret.

Cursus Conimbric.

Dani. 2. 45. Sic autem Filius Dei qui lapis sine manibus, humana vel industria, de monte Beatitudinis in Danielis prophetia, ad Virginem descendit; vi amoris concitatus per foramen sui lateris, vsque ad centrum huius Mysterij deuenit magno impetu; nam in laticibus Diuinis exinde promanantibus hoc præcipue Sacramentum, vt in 6. Enarra. vbertim aperiemus, apparuit præfignatum. Sed cum maxima illa foret amoris concitatio adurgénsque impulsus, ad alia Christus adhuc instituenda Sacramenta, Eucharisticum vltra centrum Diuinum maturauit; quia saltem Sacramentalem instituit pœnitentiam, postquam à morte triumphator hæc suis

Ioan. 20. 22. dixit verba; *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt.* At statim incunctanter repetiit idem centrum; in quo etiam corporaliter tantummodo quieuit; quia aliis est virtute, hîc corpore & præsentia;

D. Tho. vt docet D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 3. & alibi frequenter.

Quod Solis à quo cæpimus exemplo confirmatur. Est ille quippe centrum magnalium Creatoris, ac ideo Planetarum, Creationisque dierum, in loco & die quarto, vt centro collocatus. Quo tamen non obstante haudquaquam à creatione Deus manum temperauit; imò hominis amore cui alia producebat, multas alias creaturas in lucem suscitauit, quousque tandem venit ad requiem diei septimi, à quo iterum regressus in Sole se locauit; tum quia in Sole posuit tabernaculum sui corporis dicente Rege Vate nonnunquam sic exposito; *In Sole posuit tabernaculum suum*; tum quia Dei præconia, proprietatésque eximiæ, sicut 1. Enarrat. abunde elucidauimus, in Sole plus quam in rebus resplendent vniuersis. Qua arte ipsemet Dominus cum mundum recrearet, pro suorum Sacramentorum & sui centro optimo, hoc posuit Sacramentum, quin ideo ab aliquorum creatione tunc cessauerit; imò hominis amore, cui Sacramenta necessaria, quæ deerant, vsque ad numerum septenum superaddidit; à quo tandem retrogressus, in isto personaliter, vt in centro dilectissimo, manere tantum voluit.

Psal. 18. 6.

Secundum ex Theologiæ rationibus formatum.

20. IN centro, prout dixi, vniuersa requiescunt. At verò si Dei centrū Eucharistiæ Sacramentum, ante ipsum cur tam pridem in mundi natalitiis quieuit die septimo, exindéque iam potuit quiete recreari? Respondeo, Deum quater in mundo quieuisse, sed vltimò & perfectè in nostro Sacramento; nec ideo Deo probrum vel toties requiescere, quietis tanquam egens; vel toties immutari, motatu tanquam capax. Id etenim exigebat Diuini amoris ordo, & humanarum simul rerum suauis dispositio. Hæc, quia ex imperfecto ducuntur ad perfectum quæcunque naturalia; quibus Deus se contemperans nequaquam posset aliter quietem veram dare. Ille verò quia sicut in dialogo de amore Diuinus Plato loquit; viuacissimus spiritus ingenitus præcordiis humanus amor est; ita vt homine de quouis iudicium tale faciat; *Parum diligit, qui multum quiescit*; Quod equidem & Bernardo in Cant. complacuit; & Dionysio in Hierar. cælesti sic dicenti; *Amor Dei circulus est assiduæ bonitatis, de bono in bonum aliud perpetuò reuolutus.* Quapropter hunc amorem non solum non decebat, vt homine creato die septimo quiesceret, sed & pariter vt in hominis

Plato.

Amor spiritus inquietus, à quo manauit dictum; *Parū diligit qui multum quiescit.*

Dei amor bonitatis perpetuæ mirus circulus.

creati emolumentum, cui cuncta procreauerat, rotaret aliquoties; donec circulus bonitatis ſummopere ei prodeſſet, ac poſſibili bonitate ei vtilis exiſteret; vt quem priori gyro Diuinæ pietatis erexerat in hominem, poſteriori rectè acto attolleret in Deum. Sed hæc ipſa ſeriatim moroſius explicemus.

21. Quieuit Deus in primis priore die ſeptimo; vel quia tum ceſſauit ab opere vniuerſo; vel myſtice & medullitus fortaſſe multò melius, quia homine creato in die præcedente, requieuit in ſequenti; non requiem ſibi ipſi, ſed homini aſſignando; ſibi etenim quietem non potuit comparare, qui non potuit vllo modo laſſari & fatigari: *Sed in nobis tūc requieuit, cum ipſe nobis requiem tribuit.* Ita S. Auguſtinus lib. 4. cap. 15. de Gen. literaliter. Et verè cum à laboribus quieſcant laborantes; amantes vero à ſuis, non laboris ſed amoris, (ſi duo hæc diſtinguuntur) per anxiis deſideriis, quibus vtique pro rebus amatis cruciantur, vt teſtis eſt Poeta amorum in arte ſua infelix modulator;

Gen. 2. 2.

Homo requies Creatoris, cum dedit ipſi requiem.

S. Auguſt.

Res eſt ſolicitè plena timoris amor.

Ouidius.

Sed preſſius hanc Dei requiem explanans D. Thom. 1. 2. q. 43. art. 1. & q. 73. art. 2. *Requies dupliciter accipitur; vno modo pro ceſſatione ab operibus; alio modo pro impletione deſiderij.* Deſiderij nanque proprium quoúſque non impletur, deſiderātem quemuis hominem angoribus complere; completè ſtimulare, & ſtimulis compungere illius triſtem animum. Quemadmodum cor ſuis optatis ſatiatus quieſcit, hilareſcit, lætatur, iucundatur, & ex carcere mæſtiſſimo quo antea tenebatur, in centro grato manet. Sicque hominem Deus condens ad requiem ſempiternam, in quiete poſt ei danda ſtatim velut centro iucundo & ſummè placido libenter requieuit; & futuræ ſolemnitatis in gloria poſſidendæ ſolemne feſtum egit. Ita Anſelmus cap. 4. Epiſtol. ad Rom. *Cur enim diceret, poſt illam diem in qua homo creatus eſt, ſequente die requieuit, & ab opere ceſſauit; niſi per hoc vellet innuere, quoniam illum, poſt cuius creationem requieuit, ad requiem fecit?*

D. Tho.

Amor noſter deſideriis vt cultris ſeſe vulnerat.

Primū centrum Dei amoris creatio fuit hominis.

S. Anſelm.

22. Verum homo fragilitatibus, vt terreum vas, obnoxius; diutinam talem requiē nullatenus ſinebat; nec amor Dei remedium qui remedium ſolus nouit amatis ſuis dare, ferebat eſſe tardum; quare homine in peccatum infauſtè prouoluto, non ſerò Deus in hominem, pro criminis ſupplicio, amanter ſe prouoluit; vt homo factus hominū peccata condonaret; cum eis verſaretur; atque ipſoſmet colloquiis ſuauibus alliceret, & dulcè ad ſe pertraheret. Cumque ille parum diligat, qui multū conquieſcit, & Dei amor bonitatis ſit circulus indeſinens, de vno in bonum aliud perpetuo duplicatus, priorem Deus qoietē & centrum iam faſtidiens, ſecundum ſibi dulcius, ac altius comparauit; nimirum carnem noſtram, Deitati copulatam; in qua circulus Diuinæ reſplenduit bonitatis; cùm ex cæli ſummitate ad hominem ſui imaginem dejectam ſe dejecit; qui

Incarnatio ſecundum centrum.

A ad ſuam eundem prius ex terræ vili ſchemate effigiem ſuſcitauerat. Quo in circulo & corona, lætitia cordis ſui perfuſè coronatus, quietus quaſi centro ad ſeipſum conſpectandum & dulcè inſpiciendum filias Sāctę Ciuitatis huiuſmodi inuitauit; *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem, in diademate quo coronauit illum Mater ſua (nimirū carnis ſuæ) in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Ergo Deo dies iſte lætitiæ cordis eius, ei fuit dies ſeptimus; in quo verè tanquam in centro lętiſſime quieuit, de quo agitur allegoricè cùm dicitur in Geneſ. *Requieuit Deus die ſeptimo.* Nam numerus hic ſeruit peccatis condonandis dicente eodem Chriſto; *Non dico tibi vſque ſepties; ſed vſque ſeptuagies ſepties.* Et quomodo non dies B luceſcens eius oculis, pręcordiiſque piiſſimis; in quo carnem ſibi vniuit per quā erat filiis Adæ peccata dimiſſurus, & facilè indulturus? Quapropter Incarnatio amoris Dei in nos iucundiſſimum & gratiſſimum ſecundum centrum fuit; prout aſſerit Ambroſius lib. 6. cap. vlt. Hexam. ſic dicens; *Gratias ago Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecit, in quo requieſceret. Fecit cælum, non lego quod requieuerit. Fecit terram, non lego quod requieuerit. Fecit Solem, Lunam, & ſtellas, nec ibi lego quod requieuerit. Sed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret,* ô Domine mei cordis, qui in corde tā peruerſo & pleno iniquitatibus voluiſti tibi requiem creare & deputare? te deprecor obnixè, vt tantùm mihi in te ſit requies non C mutanda, ſed inter mundi fluctus tam labiles quam falſos, & homines tam plures ac bonos ſubmergentes, perpetuò permanſura.

Cant. 3. 11.

Dimittere peccata eſt Sabbathum & Dei centrum.

Matt. 18. 22.

S. Ambroſ.

23. Hinc alia Dei amoris ſalubris reuolutio, inquietudóque peroptima ſuaptè parabatur. Nam cum omnis parum diligat, qui multum requieſcit, & Dei amor bonitatis ſit circulus non ceſſans, de bono in bonum ſemper lætanter circumactus, non poterat qui vitam aſſumpſerat pro homine, pro illo vitam ipſam iucūdiſſimè non ponere. Nam ſi multi pro amicis, cum tamen eſſent homines mortales & infirmi, ac Dei reſpectu nihil, hoc optimè fecere; quid faceret pro nobis amicus immortalis, tam firmus in amore, quam longe ſine termino in cunctis infi- D nitus? Certè mortem, mortem omnem & pretio & paſſione vincentem tolerauit; de qua velut exemplari dolores ſuſtinentium ſcribitur in Threnis; *ô vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

Paſſio Chriſti centrum tertium.

Thren. 1. 12.

Enimuero non negandum, amorem mortem eſſe; & opere plus iſta quam voce aſſimilari; vnde aſſerit Propertius lib. 2. in fine Somnij:

Vt amantes morientes, & amor mors exiſtat.

Solus amor nouit, quando periturus, & à qua
Morte, neque hic Boreæ flabra, neq; arma timet.

In ſe moritur qui amat; in alio verò, nempe, amato ſuo viuit. In ſe ſentibus configitur continuis rei optatæ, at ſenſus in re ipſa defixos dulcè habet, aſſidnéque impreſſos; vt Marſilius in Platonem his verbis diuulgauit.

Marsilius Ficinus.

gauit: *Moritur quisquis amat, eius enim cogitatio sui oblita semper in amato se versat, vbi cum dulcedine requiescit.* Et alibi sic dicens; *Animus amantis nunquam quiescit, neque in se ipso agit: imò in se mortuus est. Quare in se mortuus est? Quia viuit in alio?* Quo tamen non obstante, amore non contentus, in morte semper Christus, altiori centro alio, per omnem vitę cursũ pro nobis esse voluit. Vnde mortem à semetipso tantopere quæsitam, à tam longéque petitam, non mortem, sed amoris vocauit sui finem; vnum verbum dilectionis, cum alio suæ mortis, & finis mirè iungens, cum dixit per Ioannem. *In finem dilexit eos*; id est, in vitæ finẽ, & finem vitæ suæ acerbè consummandę. Hæc nanque (quamuis ægra) illius finis fuit, tam dulcis, quam dilectus; *In finem dilexit eos*: ac ideo tã quietus, vt centrum illius fuerit suprius præcedentibus; de quo semper à Dei Filio optato & procurato, Vssunam nostrum audi in. p. Occidentali serm. 49. *Ideo Christus in Sabbathis non quiescebat, imo in eis curabat; quòd requies eius erat exhibere salutem ægris. Exhibendo enim salutem Samaritanæ, licet esset fatigatus ita quieuit, vt nec cibum sumeret. Quemadmodum enim quies aquæ detentæ est fluxus eius, sic requies Christi erat exhibitio nostra salutis. Hæc illum tota vita sic inquietum traxit, vt in Cruce dixerit*, Consummatum est; *vexamen, scilicet, laboris, quod pro te acceptaui. Tuncque pro nobis vita finita, & multis perfunctis laboribus, inclinato capite ad dormiendum somnum mortis emisit spiritum.* Quid pulchrius? Quid germanius? Sed iam ad quartum centrum.

Ioan. 13. 1.

Vssuna. In Sabbatho quietus cur Christus laborauerit salutẽ multis dando.

Ioan. 4. 32.

Ioan. 19. 30.

Eucharistia amoris Christi supremum & quartum centrum.

24. Hoc fuit simul mori, cum suisque manere in ferculo Eucharistico. Nam semel tantum mori exiguum valde esset amori ipsius vitæ, cui, quemadmodũ vita est in suamet substantia, sic decuit, vt & mors quam sumeret pro nobis, vitalis simul foret, ac tãdem nunquam moriens; quò nempe illius mors (ac vera vita fuerit) in eadẽ sua morte haberet vitam perpetẽ, & moriendo indesinenter in ipso mortis actu perpetuò nobis viueret. Nam si homines mortales sciunt semel pro amicis selectis suis mori, decens erat, quod homo immortalitatis veræ fons, immortaliter moreretur pro suis plus dilectis, quam ab aliquo fuerunt amici deuinctissimi. Mortales morte pereant mortali & peremptoria; at Vita morte verè perenni & immortali; ita vt etiam vel in morte hæc vita semper viuat, & mortem nunquam cernat. Quam mortem sic vitalem præscripsit verbis illis ex Luca & S. Paulo in Canone relatis; *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Cuius centri vt tribus aliis sublimioris quietatio, est nunquam quietari, nec cessare à perpetuitate moriendi in Sacrificio, incruentè subintelligo, pro hominum peccatis. Quamobrem quando magis à nobis manducatur, tunc magis requiescit; sicut noster Vssuna Dom. 1. in Quadrag. in tomo modò allato attingit per hęc verba; *Ieiunium nostrum est non manducare; sed ieiunium Dei est non manducari; id est, non se communicare omni creaturæ. Multum Christus ieiunauerat, cum ait: Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Vt patiar, posset addere, tam ante mortem meam, præueniẽs mortem ipsam amore inenarrabili (qui viuens verè moritur, & moriens semper viuit in isto Sacrificio) quam etiam vt possim iugiter post mortem meam pati.

Vt Christo mors vitalis conduceret pro homine.

Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24.

Vssuna. Ieiunium Christi quale, & nostro quam contrarium.

Ecce circulus supremus Diuinæ bonitatis, in quo non solùm mori, sed semper Deus pro nobis in eo mori voluit; quare centri hîc illius est requies consummata. O verè amoris Dei perpetuum & summũ centrum, non adeo se reuoluens de vno in bonũ aliud, quam cunctis bonis animę abundans, & nil minus assiduè perseuerans! De quo grauiter profertur in Conci. Triden. sess. 13. cap. 2. *Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum instituit, in quo diuitias amoris sui velut effudit.* Et in Clement. de Reliquiis veneratione que Sanctorum, huius Sancti Sacrificij grauissima lectura; *ô Diuini amoris immensitas! ô Diuinæ pietatis superabundantia! Diuinæ affluentia largitatis.* In quibus locis Christi amoris summus apex, per verba effusionis, & affluentis largitatis, vocatur Eucharistia. Vnde poteris colligere, nec Christum magis dare, nec posse hîc denegari in centro amoris esse. Quæ enim velut fluuij donantur affluenter ad centrum amoris fluunt, vt fluuij ad centrum maris in quo manent atque placidè perpetuò requiescunt. Eucharistia verò tendit ad mare amoris Christi; seu Christus ad hoc mare, & centrum sine centro; vel finem sine fine; de quo Ioannes ait; *In Finem dilexit eos*; in quo permanet, & profert assumpta à nobis verba. *In me manet, & ego in eo.* Sed & lineas huius centri euoluere iam liceat.

Conc. Trid.

Eucharistia quam profusa sit Christi liberalitas.

Ioan. 13. 1.

Ioan. 6. 56.

DE LINEIS EX HOC CENTRO AD CIRCVLVM protentis, & primitùs de prima.

Centrum omnia super se sustẽtat, cum sit nihil.

25. DE centro multæ lineæ ad circulum sphæralem, circumferentiámque ducũtur; seu fictæ in globis fictis; seu veræ in mundi globo; qui quidèm super centrum, vt basim & fundamentum non solum sustentatur, sed semper sostentabitur; *Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi.* Quæ stabilitas est centrum, ex Lyræ testimonio. Et tamen apud Iobum vocatur centrum nihil; *Appendit terram super nihilum*, quia nihil ferè est; seu potius nihil verè; cum sit indiuisibile; vt supra dictũ manet. Ergo linea, quæ primariò ab isto centro exit, est, non sibi, sed extraneis prodesse centrum terræ; quia omnia super se non pondere ingemiscens, imò gaudens suo modo, vel nostro, sé præ-

Psal. 103. 5. Lyra.

Iob 26. 7.

V ij

sentem pendendo, & ea plicando, hilariter supportat. Qua via & Eucharistia, non sibi, sed hominibus tantúmodo ordinata. Nam cum Christus nullo modo peccatis sit obnoxius, non sibi sed peccantibus medelam excogitauit; de qua dixit hac de causa, cum illam nec instituit; *Quod pro vobis tradetur.* Matt.26.28.
Qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Pro vobis, qui mei corporis, pretiosique cruoris indigentia laboratis; non pro me, qui velut cétrum tam reliquis proficio, quam mihi satis sum, ac taliter sufficio, vt nullo bono indigens, in me puncto singulari honorum vniuersorum, pro mearum creaturarum circunferentia requiescam. Et ideo super eum, quemadmodum super centrum peccātibus donatum illorum met culparum quieuit pondus maximum; dicente Rege Vate; *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.* Et simul Isaia; *Vere languores nostros ipse tulit;* Vt centrum, portans culpas; *Et dolores nostros ipse portauit.* Vt centrum, pacé tribuens; & requiem sempiternam *Disciplina pacis nostra super eum*, Vt centrū, cunctis vtile, proficuum, & necessarium, *Et liuore eius sanati sumus.*

Christus quale centrum sit ad culpas supportandas. Psal.128.3. Isai.53.4.

Hinc Ludolphus *Sustentamentum* appellat Eucharistiam; 2.p. vitæ Christi. cap.56. & Albertus super Missam cap. 2. *Columnam Christi carnis.* E quibus satis claret, quod sicut homo carnis columna est versus cælum, sic caro & Christi sanguis columna est versus terram; & tanquam versus terram ab ortu & vi cælesti descendens in Ioanne; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi;* Vnde veluti columna cælestis fortitudinis non solum sibi proximos sustentat panis iste, sed etiam remotissimos, internas vires tantas sumentibus se præbens, vt istam simul conferat & longè distantissimis; quod roboris non terræ; sed cæli signū est; cui hæc verba Ferrariensis de Christo abscondito lib. 3. sunt valde consentanea. *Prodest præsentibus in Missa, & absentibus; viuis prodest; prodest defunctis. Hoc autem pronuntiat Dominus, cum dicit; Hic est calix sanguinis mei noui testamenti, qui pro vobis, scilicet, sumentibus, & multis, scilicet, absentibus effundetur, in remissionem peccatorum.*

Ludolphus. Albertus magnus. Columna qualis Christus pro culpis peccatorum. Barthol. Ferrarien.

Linea secunda.

26. Secunda quæ ex centro Eucharistico porrigitur, & ad totam circumferentiam dirigitur mundanam, est magna, & absolutè præclara dependentia, qua mundus & illius creatura vniuersalis huic cibo vinciuntur; ita vt tandem si deficeret hic panis Sacro-sanctus, omnia pariter creata defectum paterētur, nec solum tractu temporis ad nihilum venirent, sed clade (puto) subita perirent, & à vita qua viuunt dispaterent. De quo tamen nulla subest occasio demirandi. Nam si mundus cum suis vniuersis creaturis in Diuinam fuit Christi personam subleuatus, quando nostram Christus carnem dignatus est assumere; sicut, 3. docet. p.q.1.art.1. splendor Aquinatum, nil mirum, sed & concinnum, si Incarnationis extensione (vt Eucharistia nuncupatur) in mundo collabente, res etiam mundi omnes continuò laberentur. Hincque protulit de mundo, vel rationali, vel materiali, vel forsan vnà sumpto Timotheus Ierosolymitanus in quadam Orat. de Sancto Simeone; *Accedamus diuinæ mensæ, per quam mundus est stabilitus, & orbis terræ consistit, & regnum custoditur.*

Mundi quātum ab Eucharistia dependeat cōseruatio. D.Tho. Timoth. Ierosol.

Sed vt clarius innotescat quàm mundus per has lineas internæ cohærentiæ à cibo tanto pendeat, hoc in mundo rationali, propter quem materialis creatus nō ambigitur, probatum videamus. Atque in primis supponamus, nihil aliud rationalem esse mundum, de quo agimus, quam rationalis creatura, quæ propriè si loquamur dumtaxat homo est; impropriè vero Angelus. Nam licet hic strictè intellectualis appelletur; in hoc quidem intellectualis, rationalisque conueniunt, & idem sunt omnino. D.Tho. 1.p.q.29. art.3. ad.4. & 2.2.q. 49. art.5. ad.3. quare animal rationale, quæ durior est locutio, Hom.10. in Euang. per os Gregorij Papæ & Angelus vocatur. Quo præiacto, quinque sūt rationales creaturæ. Christus, quatenus est homo; Sanctissima eius mater; Angelus; homo; & malus Angelus; qui omnes à se inuicem dissentiunt multifotmiter; omnésque communicarunt vel. communicant de præsenti Eucharistiæ Sacramento; à cuius centro dependere, vel vt homines viuētes, summoperè nunc pēdent.

Verum Angelus rationalis, atque animal rationale (vt homo) dici possit. S. Gregor.

27. Christus differt à relatis in eo quod est Deus in vno met Supposito; & tamen in hoc cibo seipsum manducauit; D.Tho.3.p. q.81.art.1. hoc metrum pro se afferens; *Rex sedet in cæna, turba cinctus duodena, se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.* Sed melius atque prius Alensis 4.p.q.44.membro.1.cum sequenti adducens ipsum versum, & insuper figuram percelebrem ex Leuit. octauo libri capite diffusè commēdatam, qua in omnibus ad cultum Diuinum pertinentibus, prius Aaron, postea filij illius, prout ille, rem Sacram faciebant. Quod & Christum sic fecisse ambigere non licet; imò patet eius factum ex verbis à se dictis; *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Et ex Hieronymi sententia dicentis ad Hedibiam. *Ipse comedens, & qui comeditur; ipse conuiuium & conuiua.* Atque vltimò ex Guerrico de Annunti. serm. 3. quo loci sic pro nobis; *Idem est, qui cænat, & qui cænatur; qui comedit, & qui comeditur. Res mira; sed res vera; quia Christus non alio pane, quam se ipso pascitur.* Cuius verba superiora cum Gilberto & Tertulliano superius memoratis, oportet explicari.

D.Tho. Alensis. Leuit.8. Verū Christus se comedit in Cænæ Sacramento. Luc.22.15. Guerric.

Nec multæ defuerunt rei huius rationes. Quarum prima & literalis ex Chrysostomo sit illa, in Matth. 26. *Ne discipuli turbarentur in potatione Christi sanguinis, & sicut alij retroabirent.* Secunda literalis, & pariter moralis, ex Alensi & D. Tho. hic proxime allegatis, Vt sicut in Baptismo, sic etiam in Eucharistia

Chrysost.

Eucharistia suscipiendi Sactamenta exemplum Chtistus forer. Tertia Solum iã moralis cum Ghislerio super Cant. cap. 5. n. 1.

Ghislerius.

Vt cum quis Sacramentum idem comedere velit, ea id comedat dispositione, qua Christus, & ad Sanctitatem, amorémque Christi propius accedat. Quarta tandem præcedentibus moralior, & pro me ex Alensi & D. Thom. quam valde congruentior; non vt Christus inde gratiã, qua non poterat augeri, vtcúnque compararet, *Sed tamen vt dulcedinem Sacramentalem vendicaret.* Quam dulcedinem spiritualem, delectationémque internam, nil dubij summè Christum contra proximæ Passionis fastidia roborasse, vel saltem exhilarasse, quod roboris est anima. Nec enim voluit aliud nobis dicere Ludolphus. a. p. vitæ Christi. cap. 56. de Christo mortis tempore communicante semetipsũ scribens in hunc modum; *Hoc fecit in exemplum; quia quilibet Christianus periculo mortis imminente, debet si potest Sacramentaliter communicare; & si non potest, communicet saltem fide; secundum illud Augustini; Crede, & manducasti.* Nĩmitum, vt pane isto, vel saltem Fide eius communiat semetipsum.

Dulcedinẽ & lætitiam ex Eucharistia Christus habuit.

Ludolphus Carth.

29. Beata Virgo ab Angelis hominibúsque differens in eo clarè patet; quod illorum est Imperatrix, vt Mater Filij Dei, qui Angelis imperitat; istorum vero Domina, ex iure Sanctitatis, qua maculam originalem nullatenus cõtraxit. Quamobrem cunctis melius hunc panem sæpe sumpsit; non quidèm vt peccatorum medelam, vel antidotum, ei neutiquam conueniens; sed tanquam panem tantùm & alimentum gratiarum, quæ illo valde crescunt. Nec solùm modo vno suscepit cibum hunc, nimirum Christi corpus, sed potius multifariam. Primùm sanè à manu Dei, cum Incarnatio Filij eius, ad carnémque descensio sub panis cognomento scripta inueniatur; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Deinde à Simeonis; & postea in Passione à manibus piissimis Iosephi & Nicodemi. Et vltimò atque verè sub ratione Sacramenti, à manu Euangelistæ, qui qootidie Matri Dei Communionem ministrabat; quò absentiæ Filij sui rigorem temperaret; vt colligitur ex D. Tho. 3. p. q. 72. & à cunctis ex professo de Virgine scribentibus clarissimè affirmatur. Quod an Domina receperit, vt viuentium Sacramentum, au verò vt morientium Viaticum corroborans, in dubium verti potest. Et forsan probabilius, vt Viaticum solummodo hunc cibum mãdocasse. Solet etenim absentia, plerúmque, vt mots necare, & cum Virgini Filij sui in pœna extrema fuerit, nec bene denegabitur hanc illi mortem esse certissimè allatoram, vitalis ni Viatici subsidio impediretur; nec Deiparam hac de causa hunc panem suscepisse, ne Filij suæ absentiæ perpetuo cruciata flagello extingueretur. Quod exẽplo Cathariuæ Senensis confirmatur, de qua Surius sic scribit in eius diæ festo. *Hoc vno solatio diu carere non poterat. Corpus Christi edere, hoc illi viuere erat. Ab illo vero diutius abstinere hoc erat ipsi mori.*

Angelorum cur Regina & homiõ sis Domina Sanctissima Dei genitrix.

Ioan. 6. 41.

Maria modis quot, & quoties Christum sumpserit.

D. Thom.

Maria quãta Filij absentia cruciata.

Eucharistiæ quam addicta Senensis Catharina.

Surius.

A 29. Angeli differunt ab hominibus, quia homines vt corporei capaces sunt edendi; Angeli vero solo aspectu, fruitionéq; manducant hoc ipsum Christi corpus; vt modo minus proprio, & remotiore à naturali, sic etiam feliciore, ac longe dulciore; de quo Hug. Victorinus in speculo Theologiæ; *Eundem panem manducat homo, & Angelus; sed homo adhuc in medicina, Angelus in delitiis.* Et tales atque tantas delicias hinc percipiunt, vt hoc pane satiati ac optimè repasti, semper pasci & satiari flagranti desiderio eodem plus desiderent; quin satietas appetitum, vel appetitus satietatem retundant, & impediant; imò ex alio semper aliud acutius excitetur, ac altius acuatur, nec non simul è cõuerso sedetur, saturetur; & in gau- B dij indesinentis voluatur dulci rota; dum appetitus à satietate perpetuò saturatur, & satietas ab appetitu non minus refricatur, dulcedinéque iugi iucunde recreatur. Ita Petrus quondam gloriæ Thaboris satiatus exigua voluptate; *In quem desiderant Angeli prospicere.* Cuius mentẽ sic explanat lib. 18. cap. 18. Gregor. in moralibus; *Angeli Deum vident, & videre desiderant; & sitiunt intueri, & intuentur. Ne autem sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur; & ne sit in satietate fastidium, satiari desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium satietas comitatur; & satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Sic quoque & nos erimus, quando ad ipsum fontem vitæ venerimus.* Hæc de Angelis beatis. De hominibus accom- C modatius hoc loco nil dicendum; cum ipsis cibus iste paratus solum fuerit, de quibus versùs illum hoc opus tantum agit.

Vt Angeli Eucharistiæ accipiant Sacramentum.

Hugo Victorinus.

Satietas & sitis in Deũ quanta sit beatis animabus.

1. Petr. 1. 12.

S. Gregor.

30. De Angelis Apostatis nil minus certum est, plus omnibus differre à panis huius mensa, & ab illa naturaliter arceri ac separari. Sed & ipsos nihilominus hanc escam manducasse, quando nempe Christus summa descendit charitate ad carcerem inferorum; quamuis ille per essentiam Solum Patrum visitauerit; & damnatorum per supplicij inflicti adiectionẽ; vt docet D. Tho. 3. p. q. 52. ar. 2. Cuius altera quæstione octogesima, videlicet, art. 3. ad 3. quod de dæmonum Communione edissero, plus claret. Nam quærit vtrum canis, vel quoduis brutum aliud manducare verè possint Eucharistiæ Sacramentum. Et respondet affirma- D matè, quia Christus nisi species corruptas derelinquit; quare vtique cum possint species manducare, Eucharistiam quoque possunt sub illismet percipere. Non quidem Sacramentaliter, cum Sacramentum non agnoscant; nec etiam spiritualiter cũ spiritum non habeant; sed tantum accidentaliter, cum per accidens sit solum hæc ipsa manducatio. Et sic canes atque bestiæ ergastuli tartarei tum Christum manducarunt; accidentaliter, dumtaxat, & ad pœnæ ingentioris vindictam exaggerandam. Quod genus manducandi, quantumuis valde sæuum, non desinit propterea omninò verum esse; imò eo longe verius, quò plenius æquitate; dum iusti digni gratia hìc gratia cu-

Vt dæmones Christi corpus, dãnatique comederint.

D. Thom.

Vt brutum possit quodois Eucharistiã manducare.

mulantur, Beati digni gloria hîc gloria saturantur; & damnati digni pœnis hîc pœnis cruciantur.

Inferno quonam modo proficiat Eucharistia.

Verùm modo meliori infernus ipse tangitur ab Eucharistico Mysterio, & leuamen aliquantulum ab eo met consequitur. Sed quod talibus desolatis solatij tandem medium? Illud quidem quo ab Erebi tormentis non soluũtur, sed quo animæ multorum ac omnium Saluandorum Eucharistica virtute ad illum non feruntur; sine quarũ cruciante, vrgentéque consortio aliarum quouis modo tormenta minorantor. Ita S. Isodorus lib. 2. cap. 28. de offic. Ecclesiasticis; *Valet* (inquit) *per modum diminutionis; quantò enim plures saluantur, tantò pauciores damnabuntur; & ita minor erit pœna, per substractionem consortij illorum.* Vnde diuitis epulonis exorta ficta charitas, quæ fratres in inferno videre perhorrebat; non certè ex charitate, quæ cum odio Dei vigente, vt viget in inferno, non potest sociari; sed ex illa commoditate prædicta resultante; de qua Lyra sup. Luc. ad. cap. 16. *Non charitate ductus, cum illam non haberet, hoc dixit; sed ne ex ipsorum consortio eius pœna augeretur.*

S. Isidorus. — *Luc. 16. 27.* — *In damnatis cum Dei odio quæ possit esse charitas.* — *Lyra.*

Linea tertia.

31. HÆc aliis cum sequentibus non ad centri circunferentiam, sed ad eius intelligentiam dumtaxat perducũtur. Quare præsens ponderatio sit illa satis congrua; quòd hoc nostrum Sacramẽtum, cum centrum amoris sit, ita centris collætatur, & quasi exhilaratur, vt non in Solo vno, sed potius in quammultis hoc centrum centris fuerit, si quoties Christus quouis in medio vel animalium, vel Doctorũ, vel latronum, vel discipulorum inter mortales extiterit inuentus, attentè ponderetur. Quibos tamen nunc silentio à nobis commendatis, de vno tantum medio & centro, vbi Eucharisticum, Sacramentum dum est solum Sacramentorum, requieuit, tractare poscit causa illorum à me suscepta, quantumois patrocinio imbelli propugnata.

Eucharistia cẽtris gaudet, amoris quia centrum.

Requieuit nanque loco Sacramentorum quarto, & medio, vt in 1. Enarrat. abunde reseràuimus. Hoc autem tanquam centrum non Solum reliquorum, sed prius tanquam centrum amoris Dei & hominũ, quod ideo loco medio, amori semper debito, suapte recreatur. Est nanque medium, locus amori deputatus; ex eo qoia duo participat extrema, quæ medio interueniente ad inuicem vniuntur, & extremitates repugnantes, ad vnum pertrahũtur. Quis vero amori negat hoc esse illius munus, extrema mediare? discreta copulare? diuisáque ligamine dilecto colligare? Hinc dixit vir Seraph. lib. 1. cap. 1. Compen. Theolog. *Corpus mysticũ est vnum per amorem. Cum autem nihil creatum sit vnum in diuersis particularibus; oportet quod membra corporis mistici vniantur vno amore increato, qui est Spiritus Sanctus.* Qui Spiritus non Solum est hominum, sed etiam amoris Dei sublimis omnino ligans medium; dum medius ipse est in Triade Sanctissima, non productionis sed dilectionis respectu ponderato, quo Pater atque Filius alternè redamãtur. Itaque quòd amori creato & increato est medium tantùm vnicum, quo inuicem ligantur; & hoc Diuinum totum, vt ratum prorsus foret.

Amoris locus medius, & quare ei debeatur. — *S. Bonau.*

Et verò nexus purè spiritualis sicut iste, pro homine insufficiens, inualidúsque erat; nam cum pariter spiritualis, & corporalis ipse esset, spirituali & corporali retinaculo indigebat; vt vtraque pars eius ad medium amoris mutui hoc modo traheretur, ac vinculum firmissimum inter homines & Deum sic melius necteretur. Hoc autem Christi corpus de quo B. Paulus; *Mediator Dei & hominum Christus Iesus*; nimirum quia vtriúsque Dei & hominis naturam participat, & terminat; atque terminos tam dissitos verissime coniungit, vt Deum per seipsum hominibus conciliet, & homines cum Deo nõ alio iungat medio. Sed maximè per sanguinẽ, qui corporis & animæ catena ligans est; *Pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Ergo nostrum Sacramentum præcipuũ amoris medium; quia totus ibi Christus; & sanguinis illius profusio ac colligatio; quantumlibet incruentè in ara profundatur.

Amoris quale vinculum & medium est Eucharistia. — *1. Tim. 5. 2.* — *Coloss. 1. 20*

32. Cõfirmatur hæc doctrina ex lib. Cant. vbi Rex pacificator, pacificúsque Salomon, pacificatoris veri Regis figura fecit sibi notandum satis ferculum, mysteriis totũ plenum; cuius media velut locum medullæ dulcioris; repleuit charitate; *Media charitate constrauit.* Ecclesia nanqoe ferculũ qua Christus velut ferculo per totum fertur orbem, charitas autem collocata in eius loco medio, hoc planè est Sacramentum; quæ cuncta sibi media, vt medium amoris vendicat. Nam quemadmodum Tabernacolum in medio Iudæorum, tam in castris quam in vrbibus illorum figebatur; *Facient mihi Sanctuarium, & habitabo in medio eorum.* Sic in medio Christianorum hoc panis Tabernaculũ Deus fixit illis verbis prolatis in Cænaculo; *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*; vt asserit Ghislerius explanans hocce ferculum. Qui addit, non dixisse Salomonem, vel de se, vel de Christo in hacce lectica & ferculo portando, *Media seipso constrauit*, sed *Media charitate*; cum enim Christus sit vbique summa charitas, hoc nullibi est tam propriè, quã sanè in isto ferculo; quod verbum duo sonat; tam currum nos ferentem; quam fercula quæ edimus & per famulos qui seruiunt ad mensas afferuntur, quare & fercula vocantur, vt ab aliis qui sont illic conoiuæ manducentur. Est nanque in cibo nostro Dei Filius totus amor, & dignus qui edatur vt cibus suauissimus, ab omnibus probatis; ac vt amor deferatur pet orbis totum orbem; quò melius à melioribus hominibus cernatur, & altius diligatur. Hîc enim conspicabilis, amabilisque valde vnde etiam charitatis hîc nomine vocari, & in ipsam charitatẽ vel voce trãsformari omnino decens erat. *Nec mirum*

Cant. 3. 10. — *Quale medium sit amoris & pacis Eucharistia.* — *Exod. 25. 8.* — *Luc. 22. 27.* — *Qua via Christus totus vertatur in amorem, in ferculo Eucharistico.* — *Ghislerius.*

cum

eum & amor (adiungit ipse auctor) *eum Deo* A
1.Ioan 4.1. *connectatur, Ioanne conclamante; Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Quod latius & acutius descripsit, ni decipior, Galuanus Eborensis lib. 2. cap. 1. discurs. 1. n. 9. in discursibus quos edidit
F.Ignatius Galuão. in laudem D. Tho. *Quamuis Deus vbique ac semper charitas sit, in hoc Mysterio longe conuenientius charitas appellari debet. Sicut enim de suscipiente Eucharistiam, Dominus ait;* In me manet & ego in eo; *ita & de existente in charitate ait Ioannes;* Deus Charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Amor ignis nuncupatur;* Ignem veni
Luc 12 49. Virg. Eclog. 5. mittere in terram, Meus ignis Amintas; *Ignis autem omnia in se commutat; vt ait Dionys. de Cæl. hierar. cap. 15. Deus ergo in hoc Sacramento & ignis & charitas dicendus est; quia illud tunc*
Ioan. 13. 1. *instituit, cum ardentissimè suos dilexit;* In finem B dilexit eos; *id est, secundum Albertum, in summum charitatis.* Quapropter summo iure Sacramentorum loco medio locatur Sacramentum, quod alia secum mediat; & omnes semetipso in igne Dei accendit, in vnúmque conuertit; Innocen. lib. 4. de Missæ Sacrif.
Innocen. 3. cap. 44. *Vt ergo suam erga nos charitatem ostenderet, & nostram erga se charitatem accenderet, qui dedit se pro nobis in pretium, ipse tribuit se pro nobis in cibum.*

Linea quarta.

33. Centrum aliud, quod hoc nostrum amoris petiit impetu, rationalis fuit mundi stomachus, & cor; vnde linea alimentorum ibidem decoctorum, & spiraminum vitalium, ad corporis sphæram & orbem protrahuntur. Vtrumque verò Christus in isto centro quærit; stomachum in effectu; cor autem peruicinum in affectu qui requiritur ad tanti cibi esum. Nec malè, cum exierit de Christi corde saucio. Vnde in corde prorsus debuit humano terminari, quod exiit à Dei corde; quò de corde eo cor decenter negotium tam amabile agatur, & alterno commercio pertractetur. De corde Christi mortui pro nobis vulnerato effloxit hoc edulium, vt in 6. Enarra. diffusè disseretur, ergo hominis in corde, amore sauciato decenter recondatur. Hoc enim Christus voluit, dum ad hominis elegit stomachum descendere, vt ibi cor propinquum obsidione velut caperet; sepiret, oppugnaret; & tandem amoris ictibus perpetuis expugnaret. Non quidem materialiter, quod viuens cor non patitur, sed formaliter, quod tes dignitatis & charitatis existit grandioris. Quam Christum peroptasse in cibo tam prædulci, ex ipso illius victu, qui cordium solus est, in verbis Sapientis *Fili præbe mihi cor tuum;* non parum demonstratur.

Quàm cordis Dei & nostri Eucharisticum mysterium.

Dei cibus solû corda.

Prou. 23. 26.

34. Talis erat profectò sponsæ existimatio quando vriq; de sponso ab ipsa in suo pectore vtcunque recōdendo amanter resonabat;
Cant. 1. 14. *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Non sanè propter vberta exterius procurata, sed tamen propter cor interius occultatum; de quo Bernardus ait serm. in Cæn. Dom. *Non est prætereundum quod dicitur, inter vbera mea commorabitur; ibi enim est cor; & vbi cor, ibi dilectio; vbi vero dilectio, ibi dilecti mansio.* Cui de laudibus charitatis & Hogo Victorinus accedit, è quam proximo. Qui magis nihilominus de Sponsi quam de Sponsæ loquuntur desiderio. Etsi non denegandum, quod de motibus sibi notis diiudicans Sponsi, intentiooi sese eius, qua corda nostra quærit, in verbis conformauit. Nisi forsitan dixerimus, quod etiam velut mulier suis commodis inuigilans, super suum cor Sponsum imponere curabat, vt ipsa se eoraret, & à malis cordi nostro infestis præseruaret; vt ex illo verbo *mea; inter vbera mea;* cum tamen sint Sponsi, per Apostoli doctrinam, licebit coniectare. Cui quidem coniecturæ opusc. 58. cap. 24. sic fauet D. Tho. *Myrrha seruat corpora à vermibus incorrupta, & corpus Christi corda Fidelium à prauis cogitationibus illæsa; quia cum Dilectum Dominum suscipimus, si fasciculum myrrhæ, id est, amaritudinem passionum eius pia mente cogitamus, vermes malarum cogitationum à nobis repellimus.* S.Bernard. S.Cor. 7. 4. D. Tho. A vermibus peccatorû vt Myrrha Christi corporis præseruet pias animas.

35. Eoimuero ad intentum Sponsi repedando, ex nonnullis Communionibus peractis per miraculum, hoc ipsum confirmatur. Inquibus ori tantum pro pyxide osculanda, vel pectori & stomacho à parte exteriori admotus panis sacer, aliquorum ad corda vsque dignatus est transire, & iaculo dulcissimo amoris penetrare. E quibus vnus fuit Seraphicus Antistes, de quo mol-C tos pro se affetens in Martyrologio Franciscano hæc ibi verba facit, in huius sancti die, Arcturus Recollectus: *Mira prorsus benevolentia, ac singularis illa Dei erga eundem Sanctum, sub eius mortem dignatio. Viribus namque destitutus, in tantum vomitu fatigabatur, vt nihil sumptum tenere potuerit. Nihilominus ex Christiano more valde desiderabat confirmari sacro Viatico. Sed tamen abstinuit se præ reuerentia, & periculi causa. Petiit vero corpus Christi sibi afferri pro solatio, cuius præsentia saltem ille excederet iucundius, constantiúsque ex vita. Pyxidem quod ciborium vocant, in quo corpus Christi portabatur, lateri admoueri voluit, sumendi desiderium indicans. Sub pyxide lateri apposita, in formam rosæ rubentis latus aperitur quà Christi corpus è pyxide in eius cordis intimum se immisit, nullo post apertura relicto vestigio.* Quo longe mirabi-D lius (vt in milite) miraculum æquale præcedenti supremo dabo numero; è quibus Eucharistiæ cor centrum comprobatur, & stomachi domicilium hac propter quæritatum, vt corde perfruatur.

Arcturus Recollectus.

Vt cor fuerit Bonaventure per Eucharistiâ penetratû.

Linea quinta.

36. Neque solum rationalis, sed & mundi vniuersalis non abhorruit vile centrum Dei amor Eucharisticus, à morte quando Christus igoarè deglutitus, & mortem ipse momordit, & vt verè in ipso loco regionis vmbræ mortis mordere posset mortem, ad inferos se contulit, & illuc

X

charitatis descendit summo pôdere. Sic pagina diuina scripta per Oseam. *O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.* id est, in ipso inferno, qui mortis domus est, & locus tibi proprius, te pomum mortis hominum, enatum è pomo alio, inuito te, mordebo. Qui enim pomum mordet, non illud totum edit, sed partem tantum demit, & reliquum dimittit. Et sic inferni partem, qua Patres erant clausi, exinde Christus abstulit, at aliam sicut prius reliquit obseratam. Vnde elicitur pro nobis ad centrum descendisse, inferni que nec carcerem ob vinctos fastidiosse. Quem ad instar Sacramenti descensum contigisse, ita vt animæ Sacramentaliter exceperint hunc Dominum, & illiusmet virtute ad superos volarint, eleganter à Ruperto in multis locis dicitur, è quibus vnus est lib. 10. cap. 20. Isago. sup. Bibli. relatus per Pagninum, dicente in Christi morte cruenta & incruenta omnigenos Fideles cum modo sibi congruo pro tempore sumpsisse; videlicet Apostolos in corpore atque anima, vt ipsi tunc extabant; Patrum animas in limbo, in anima tantummodo; eorum verò corpora, in corpore dumtaxat, quando terræ Christi corpus mandatum & tumulatum. Hincque adeo desiderabant antiqui Patriarchæ plus in terra Promissionis humari, quam in alia, vt hanc Sacram Communionem contingerent è proximo. Rupertus in Pagnino huiusmodi se habet: *Quoniam conuiuæ Patris mei disrupti sunt, propter vetitum cibum, quem manducauit pater ipsorum; & animæ quidem apud inferos, corpora verò in sepulchru sunt; dissipabor & ego panis Angelorum, & secundum illam substantiam, qua pascuntur Angeli pergam ad inferos, vbi animæ esuriunt; & secundum corpus, terra reconditus ero, qua recondita sunt corpora ipsorum, vnde & animæ visione Dei recreatæ reuiuiscent; corpora verò nunc quidem multa, in futuro autem cuncta resurgent. Deinde residuis, id est, quos præsens sæculum adhuc in carne retinet, dabitur hic idem panis in ea specie, qua viuentibus congrua est, id est, in sacrificio panis, secundum ordinem Melchisedech*; Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sic ille, apud Pagninum; qui & cap. præcedenti, ex eodemmet Abbate sic explicat Oseam: *Ideo in Osea non actiuè dictum est, mordebo te, vel ero mordens te; sed passiuè, morsus tuus ero inferne; quia Agnum in inferno mortui comederunt, quem nos quoque manducamus, vt cum illo in æternum viuamus.* Quare forsitan antiquitus in Ecclesia primitiua, Eucharistia cum defunctis sub terra condebatur, si Amphilochio Iconiensi in Basilij sancti vita cap. 6. fides detur; vt corpus corruptibile consortio Sacramenti ad incorruptionem resurrectionis futuræ paratetur. Quod tamen vel errorem crediderim aliquorum, non morem Ecclesiasticum; vel pro tempore non longo, ob ceremoniam & solemnitatem sub testudine Sarcophagi dumtaxat latuisse; ita vt demum paulo post Eucharistia tolleretur, & in locis consuetis Ecclesiæ poneretur.

Oseæ 13. 14.

Quando & quomodo Eucharistiã infernus ipse sumpserit.

Rupertus.

Vt mortui manducarint Eucharistiæ Sacramentum.

Ioan. 6. 51.

Oseæ 13. 14.

Eucharistia vtrum cum mortuis aliquando cõsepulta.

A B C D

37. Nec inconcinnè Rupertus hæc ita meditatus, cum Hostia in Sacrificio secetur in tres partes, quarũ *Vna significat in cælo triumphantes, secunda militantes & viuentes in Ecclesia, tertia tandem tollerantes ardorem purgatorij.* Sicut loquitur Bonauent. lib. 6. cap. 13. Compend. Theologici. His nanque, licet variè, proficua Missa est, triumphantibus in vexillum; militantibus in auxilium, purgantibus in subsidium, quò felicitet soluantur à pœnis cruciantibus. Vnde bene Rex Propheta hæc duo copulauit, *Dat escam esurientibus, Dominus soluit compeditos*: Effectus quippe est huic cibo valde proximus à diris cruciatuum compedibus exoluere, & vinctos liberare; quemadmodum in hunc locum Hieronymus sic ait; *Videte ordinem; dat escam esurientibus; Dominus soluit compeditos. Primo esurimus; deinde accepimus cibum; cum autem saturati fuerimus soluuntur pedes nostri, qui compediti fuerant.* Sed claudat hæc exemplum cuiusdam penes hostes captiui & vinculati, pro quo vt vita functo offerri plures Missas illius consors fecit; donec vltimò ad conspectum vxoris reuocatus, certiorem fecit eam, quotidie Missæ tempore dissolui sibi vincula; vt historia in Anglicana scribitur à Beda, & à Gregor. lib. 4. dialog. cap. 57. Qui inde rectè inferunt, oportere magnam vim ad vincula peccatorum facilius relaxanda inesse Sacrificio, quod vel præter intentionem ligamina & catenas laxabat corporales.

S. Bonau. Cur Hostia in Sacrificio trifariam diuidatur.

Psal. 145. 7.

S. Hieron.

A pœnis Missa liberat tam animæ quã corporis.

Beda. Gregorius. Miraculum de absoluto per Missam à diris vinculis.

Linea sexta.

38. HÆc erit illa quæstio præsenti loco congrua. An ne hominem plus Christus dilexerit in eo, quòd infernum ipsius causa petierit in morte, vel in alio quòd hominis præcordia post quæsierit, & iugiter introëat. In qua quidem quæstione tam grata est propositio, quam facilis solutio. Nam licet multa Christus pro homine pertulerit, ei nihil sic horrendum, ac hominis Immundissimum stomachũ introire. Multos ille pro nobis labores exantlauit, multos equidem & ingentes dolores tolerauit; multas etiam contumelias non solùm in vita passus, sed hodie qooqoe patitur in istomet Mysterio; vbi potest à bestiolis corrodi & deuorari, & quantumlibet in speciebus dumtaxat vulnerari, fœdari, & temerari; de quibus quia tædet, & sçpe neque decet similia disputare, videndus Augustinus lib. 2. cap. 26. de peccat. merit. Ambros. lib. 5. cap. 4. de Sacrament. Chrysostomus in Enceniis. Bonauent. super 4. d. 13. ar. 2. q. 2. Innocent. lib. 4. cap. 15. de Missæ Sacrif. Glos. in cap. *Non iste panis* & in cap. *Si Iudæos*; de Consecr. d. 2. quos omnes & consimiles interpetratur. D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 3. ad 3. Nil tamen ita Christus, vel etiam si ad inferos descensus numeretur, expertus est terribile, quam in hominis stomachum se iugiter conferre. Est nanque inferno peior stomachus humanus, tam si istum materialiter & corporaliter pendamus, quam si pariter formaliter & spiritualiter à nobis

Quis Christo locus sæuior; infernus an stomachus quem hominis ingreditur.

S. August. S. Ambros. S. Chrysost. S. Bonau. Innocent. D. Tho.

nobis prudenter ponderetur. Nam quo attinet ad primum, in inferno Patrum solùm obscuritas & horror; at in stomacho præter ista innata tali loco; fœtorum, humorumque putentiũ magna semper colluuies reperitur; vt in magnam admirationem rapuerit hoc Sanctos, Ecclesiæ duo lumina, dicentes in hunc modum: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum.* Non enim ventre mundior stomachus est noster, qui aliter ventriculus (diminutiuè non ob locum vtcunque mundiorem, sed tantùm strictiorem) hæc propter nuncupatur. Quod si Christi descensio ad vterum purissimum, stupore tam eximio repleuit virostales, quid erit de descensu ad stomachum impurissimum?

39. Quò ad secundum, neque ipse infernus damnatorum stomacho cuiuscunque mortali culpa fœdi est dignus comparari. Nam stomachus vel vno peccato capitali tantummodo inquinatus infernum supergreditur; dũ pœnæ nihil mali inferre Christo possint; offensæ vero & culpæ offendũt, atque cædunt, & suo modo iugulant, ac penitus extinguunt tam pium Redemptorem. Idque tam multifariam, vt legem Dei rescindant, præcepta illius calceut; ipsius iussa oderint, & cultum, ac Dei honorem pessundent, vilipendant. Deo nanque peccatores, vilissimi ob peccata, iniurij sese præferunt; & super Numen summum suos prauos & obscænos constituunt appetitus; ac Deitate abominata seipsos tantum diligũt; nec non Deum, si fas esset, suorum vellent criminum ignarum prorsus esse; vel quando non ignarum, ad eos puniendos, infirmum & impotentem, aut saltem si non viribus huiusmodi imbecillum, illorum ad minus culpas vtcunque tolerantem, & cum eis consentientem, cooperantémque hoc módo; quod nefas est extremum, & vltimum piaculum. Ita vt tandem si à manibus non possent Dei euadere, tunc mundo Deum ipsum optarent non adesse, sed eum ab illo tollere, & longe propulsare; atque suum benefactorem Creatorémque tam mirum, & vita spoliate, & morti, quamuis foret æterna, verè tradere. A quo sicut cum libera operandi libertate sunt domini creati, valerent ei de suis operibus, peruersis rationem nullam dare, hanc nunquam tanto Domino vltroneè vellent reddere. Hæc agunt peccatores implicito consensu, mortaliter dum peccant; quæ illi si explicitè, vt decet, ponderassent, vel nunquam cecidissent, vel neutiquam murosè in vitiis perdurassent. En infernus humanus, seu homo Deo pœnas peccatis suis inferens; & infernus vndecunque existens inhumanus, quãtumuis ex humanitate & anima rationali, cum obcæcatæ rationis opprobrio, compingatur. Qui vt Deo sit infernus, & ipsum valde cruciet, Deus autem plus efficiat stomachum ingrediendo, quam ad inferos descendendo, sunt tria quæ à nobis cum tribus magnis Patribus breuissimè absoluentur.

Stomachus peccatoris inferno quã deterior.

Peccator quanta etiamnima peccando, in Deũ agat.

Peccatoribus ad non peccandum perurgens quid notandum.

40. Quòd peccator contra Deum infernus

A planè sit, testatur vir Seraphicus lib. 3. cap. 7. Compend. Theolo. quo loci de peccato: *Ex homine infernum facit; quia in peccatore est iguis auaritiæ, tenebræ ignorantiæ, situs concupiscentiæ, dæmones per effectum.* Ecce in homine delicto mortali laborante, tam breuis quam & verus cum inferni qualitatibus descriptus peior alius.

S. Bonau.

Peccator in mortali quã verè sit infernus.

Quod verò Deum cruciet, sic de malis communicaotibus tom. 2. serm. 55. ar. 1. cap. 3. scribit Bernardinus; *Hi eum persequuntur, Iuda traditore deteriores effecti. Eo quòd sicut ille tradidit illum persequentibus Iudæis, sic isti tradunt eum infernalibus diabolis; & quòd illum ponunt in loco, sub potestate diaboli.*

S. Bernardinus.

Infernus quã in Deum, quem cruciat culpis suis.

Iam tertium per se patet; quia Christus vt asseritur in symbolo Apostolico, pro hominibus liberandis, amore valde magno ad inferos descendit. Maior autem super vires similitudinis cuiusque, amor ille, quo descendit ad mensam de qua agimus. Nam alius fuit semel, hic verò frequentissime; is vt Patres ex communi inferno liberatet, iste vt

B

eruat peccatores ex inferno inferiori (sic etenim peccatum in loco mox promendo vocatur apud Psaltem) & illos iam à dæmonum receptos potestate ad gloriam secum ducat. Io mensa nanque nostra huiusmodi tem fieri ostendit Magdalena, à qua Christus quadam in mensa eiecit septem dæmones; Luc. 8. n. a. Non enim tales dæmones fuerunt quiqui alij, quam septigena, & omnigena; piacula mortalia; de quibus ad conuiuij datorem Phatisæum, expressè Christus Dominus; *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* De Christo verò in mensa prædicta à peccatorum inferno multos sæpe peccatores eruente serm. 93. sic loquitur Chrysologos; *Non ad stantem, sed ad sedentem audet venire peccatrix. Deus enim cum stat, in synagoga Deorum, Deos diiudicat. Psal. 81. & apud Habacut;* Stetit & mensus est terram. *Corripit ergo cum stat; cum sedet, indicat; prostratis conracet, cum decumbit.* Et serm. 29. de mensa Matthæi loquens; *Discumbebat Iesus plus in Matthæi mente, quam mensa; & epulabatur non cibis, sed reditu peccatoris. Oblatras our peccatorum vinum bibat qui pro peccatoribus suum sanguinem fudit? Ne perderet peccatorem, in se sententiam suam iudex retorsit, vt amasse se peccatores proderet, magis soluendo debitum, quam donando.* Donare nanque minus, cum fiat ex superfluis; at soluere quid maius, longissimo interuallo; cum ex bonis necessariis, & pluries corporalibus, soluendo atque luendo in corpore contingat; luendo quippe, debitum exoluitur non paucies, dicente iuris regula; *Qui non habet in bonis, luat in corpore.* de qua L. *Si quis iniuriam,* ff. de iniuriis, & L. *Quicunque;* in Cod. de *Seruo fugitiuo.* Verùm Christus tã in corpore, quam in bonis suæ gratiæ apud istud Sacramentum, pro nobis sæpe luit & soluit peccatoribus. Quis amor tali similis? Quid illi compatabile?

Psal. 87. 13.

Descensus Christi ad mensam ad cælum nos conscendimus.

Luc. 8. 2.

C

Luc. 7. 47.

Vt mensa locus Christi peccata dimittendi. Chrysolog.

Psal. 81. 5.

Habacut. 3. 6

Matt. 9. 10.

D

Vt duplex sit solutio, dicente iuris regula: *Qui non habet in bonis, luat in corpore.*

Linea septima.

41. HÆc præsens duplicatur, seu potius multiplicatur ex linea præcedenti. Non enim quiuis homo mortaliter infectus infernus simplex est, sed multiplex, & quotuplex, quot sunt illius crimina mortali noxa grauia; nec Christus ad hunc oreum humanum semel venit, sed semper, atque iugiter. Primum scilicet, inferni istius multiplicitas probatur ex Psalmista; quum à Nobe Sacerdotum homicidio sospitatus & pie condonatus, 1. Reg. 22. ab inferno inferiori per Deum sese erutum, sic illi confitetur: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*; id est, valde deteriori, peioriqne quam aliis; de quo Paulus de Palatio in Matth. cap. 8. octauo dicit numero. *Aptior plane locus Deo esset infernus, si ibi culpa non esset, quam domus peccatrix.* Nec solum qualitate inferior & deterior, sed etiam quantitate multiplicatior, & frequentior, quantò possunt frequentari, multiplicarique peccata; quod satis est mirabile. Sed inde multò magis mirandum & stupendum, quia quodlibet peccatum etsi valde veniale, dum culpæ malum est, & Deo contrapositum, omnia simul mala pœnæ, pœnarúmque cunctarum, quas in carcere inferorum damnati patiuntur longissimè antecedit; vt verè piè ac doctè obseruat. D. Tho. 1. p. q. 48. ar. 6. vbi duplicem rei huius adducit rationem; *Prima, quia ex malo culpa fit aliquis malus, non autem ex malo pœnæ, iuxta illud Dionys. cap. 4. de Diuin. nomin. Puniri non est malum, sed fieri pœna dignum. Secunda, quia Deus est auctor mali pœnæ, non autem mali culpæ, & ratio est, quia malum pœnæ priuat hominem creatura malum autem culpæ priuat Creatore, aut ad id disponit, quando est veniale. Ergo, &c.*

Peccator per peccatū infernus ipso inferno quam peior & deterior.

Psal. 85. 13.

Palatius.

Palatius. Peccatori-bus ad non peccandum secundum & maius frenum; ex culpæ quātitas sit venialis grauitatec.

D. Tho.

Mirabilis considera-tio de culpæ grauitate.

42. Secundum, nempe, Christi descensus ad hoc tartarum, humanis culpis factum, sic cunctis innotescit; vt ille boni nostri esuriem indefinentem, & sitim efferuescentem habere videatur; quin commodis vel nostris quandoque saturetur, vel incommodis à nobis quotidie pullulātibus, in igne amoris sui tepore mitigetur. Chrysologus non malè serm. 78. *Petitesetas saturitas tota rerum; panem ipse manducat; quia non ille cibum, sed suorum semper esurit charitatem.* De qua Christi Charitate exhibita in hoc Sacto, in Clemen. de reliquiis venet. que Sanct. inuenies hæcce verba *Omnem modum dilectionis excedit.* Ac ideo non tantummodo humanæ & naturalis, sed simul & Diuinæ, nam sub omni dilectione hæ duæ intelliguntur. Humanam verò excedit, *Attribuens se in cibum*; vt ibi sub infertur; quod homini non licet; nec etenim vel homo se potest enecare, vel flagitio repetito in Gen. prohibito, in cibum se præstare. At Diuinam nō dumtaxat in cibum se donando, sed & propter is laniatibus, si ita fari liceat, vt præbeat se edendum, discerpens semetipsum. Hoc autem Deum præterit, cum in Deum impatientiæ vesania nulla cadat: qua tamen ex arsisse, & Christum eferbuisse, vt cibus noster fieret, ex Psalmo demonstratur; *Zelus domus tua comedit me.* Quem de huiusmodi Mysterij amore in finem vsque mundanum duraturi, tom. 2. serm. 54. ar. 1. cap. 1. exponit Bernardinus; *Immensus animarum Zelus comestibilem me fecit*; & Salmeron in Euan. tract. 26. *Zelus domus Domini excogitauit artem, qua Christus se posset in alimoniam relinquere. Communicauitque Sacerdotibus potestatem, qua tantum miraculum perpetuum existeret in Ecclesia.*

Amoris quāta fame & siti Christus ardeat.

Christi amor in Eucharistia vt maior sit Diuino.

Gen. 8.

Vt Christus sese comedendum dat quò detur mandu candos.

Psal. 68. 10.

S. Bernardinus.

Salmeron.

43. Nec Christus hic solummodo feruore tanto actus ad inferos descendit, sed potius quasi dæmones (amotis contra ordinem Diuini) reueretur, beneuoléque excipit. Tales enim sunt quicunque communicant indigne; cum Iudas hac de causa diabolus vocetur; Ioann. 6. & 13. & tamen Christus illi; *Amice ad quid venisti?* Sed quæ Christi ad traditorem necessitudinis conuentio? quæ vt ratio amicitiæ, vt ab illo voce dulci amici prænotetur? Fuerat ille tum edulio Christi corporis cibatus, ac simul honoratus; & ideo, quamuis hostis, ab eo fuit modo honorifico tractatus, amicique cognomine pretiosissimi donatus, vt tanti honoris vi dolori traheretur; & vel durus in peccato, hoc titulo honorabili ob tantum cibum debito non adhuc priuaretur. Huc pertinet Oseæ suaue Vaticinium; *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Quo loci per funiculos Adami nominatos humanitatem Redemptoris ab Adamo descendentem intelligit Rupertus. Hac igitur quacunque fluente mille gratiis, ingratos Christus trahit; hac eos sæpe ligat, irretit, atque obligat; vt velut puer prodigus paternam domum linquens, memoria tanti panis, ab inferis porcorum dæmoniorúmque soluti, in summi Patris brachia & vincula fundantur; illéque sic reuersos excipiat, & amantet in cælum secum ferat.

Ioan. 6. 7. & 13. 2.

Matt. 26. 50.

Oseæ 11. 4.

Rupertus.

Luc. 15. 17.

Linea octaua.

44. TRes infernos in Eucharistia adiisse Saluatorem supremis tribus lineis iā tibi referauimus. Nunc vt altior & directior hæc præsens dirigatur, ipsū Christum in cibo isto infernū amoris esse probare non verebor; non adeo tot prædictos infernos sustinendo, sed potius ipse partes inferni faciendo; quod si poterit ostendi, in magnum certe Christi præconium redundabit. At nihil tam probabile; vt etiam non permodice ex loco Canticor; *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*; appareat demōstrabile. Nam ibi bino nomine dilectionis, & æmulationis Sponsi tanti amor patenter insinuitur; vt autē per se patet, amoris æmulatio, nil aliud est quam zeli funesta stimulatio, superfluique amantium affectus redundantia, quę prohibet frequenter amorem versus alios, & prohibens, non rarò iuxta vetiti naturam, amasio renitente, incendit flammas alitet sopitas, & compositas. Quo feruore impatienti tam amor coniugalis

Infernus vt fit Christus in ferculo Eucharistico.

Cant. 8. 6.

Amoris quid sit zelus, vocatus zelotypia, & quantum nocens homini.

iugalis quam simul & riualis infernus verus redditur. Hæc autem zelotypia homanas zelãs animas, est panis Eucharisticus; Ghisleriu in locum istum suffragium tale dante.

Vt Christo illius Passio extiterit infernus.

Quod verò sit & mors, ac pariter infernus, in verbis nunc productis zelantibus adiuncta; exinde comprobatur, quia mortis Redemptoris reiteratio vera est; quamuis ista non sub sanguinis, sed panis atque vini figuris celebretur; & quia cunctas habet inferni qualitates; durities cuius loci, Ghisletio eodem teste, in tribus continetur; videlicet, *In traditione potestati dæmonum, in partium vniuersarum, singulorúmque sensuum cruciatu; & in priuatione omnis consolationis.* Hæc enim in Christi morte ad vnguem visa sunt:

Ghislerius. In quibusnam consistat acerbitas inferni.

Traditio ipsis dęmonibus, in Luc. testimonio; *Sed hæc est hora vestra. & potestas tenebrarum.* Cruciatos vniuersalis, ac simul singularis membrorum sui corporis, in Psalmistæ & Isaię eximiis Pruphetiis; *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* A planta pedis vsque ad verticem capiris non est in eo sanitas. Omnis autem consolationis totalis destiturio, in illo Christi gemitu; *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* adiunctis Regis Vatis, Oseæque oraculis; *Consolantem me quæsiui, & non inueni. Consolatio abscondita est ab oculis meis.* Atqui Sancta Eucharistia, vt dixi, est Christi mors, in qua istæ qualitares inferni sunt inuentæ; ergo etiam Christi amoris infernus perqoamuerus. Præsertim, cum & primam, ex qoa reliquæ dependent, in Iuda & quouis alio indignè manducante, habuerit & habeat quoridie qoalitarem.

Luc. 22. 53.
Psal. 21. 17.
Isai. 1. 6.
Marc. 14. 34
Psal. 68. 21.
Oseas. 13. 14.

Qoo inferno concrematus Apostolus infernum ad pugnã lacessebat, & ad duellum atque certamen vocabat singulare, scribens ad Rom; *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est; quia propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Quæ verba plus notanda, ex causa propter quam sint Sancti tam strenui. *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura; neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Nimirum tanquam in centro, amorisque inferno; à quo omnes prædestinati, de quibus paulo supra; *Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui;* tautopere exuruntur. Quod Ecclesia summo iure in Martyrum lectionibus attribuit illis omnibus. Nam cuncti Dei amoris inferno conflagrãtes, infernum prouocarunt, & eum coram eis trementem sæpesæpius tam verbis irritarunt, quam factis subsannarunt, admirationéque compleruut. Quod si Paulus de amore in Christum sic dicebat, quid dicet Christus ipse de amore versus Paulum; & versus quemuis Saulum peccaris furescentem in tantũ Redemptorem: cum non iustos sed iniustos, & Saulos peccatores restetur se in mundum venisse saluos facere?

Rom 8. à n. 35.

Inferno amoris Dei, illius Sancti infernum irritarunt, & ad pugnam non paucies prouocarunt. N. 29.

Luc. 5. 32.
1. Timo. 1. 15.

Linea nona.

45. AT vero non tautummodo, vt deducitur in præsentem ex linea præcedenri, infernus Dei amoris est panis Sacro-sanctus, sed etiã flammis suæ dilectionis infinitæ, hyperbole quacúnque longissime semora, voracior ac tenacior; in tenacitatéque robustior, & durior quam infernus. Ita vt tandem si inferni voracia atque tenacia æternùm sunt incendia, voraciora & tenaciora sint ignis Eucharistici. Voraciora modo vno, quia ab illis viri iusti & Sancti deuorãtur, quod in rogo cruciante contingere non valet. Tenaciora verò bino; tum ob Dei dilectionis intensionẽ valde summam, & summè rei dilectæ suauiter innexæ; ac nexu manus Dei ligatæ potentissimè; tum ob eius volitionem, non ex aliqua suppositione, sed ex sui prædestinatione, & absoluta præordinatione, quod non accidit in inferno, veraciter æternam. De primo sic Ghislerius ad verba iam præhabita ex lib. Canticor. *Quinimo respectu charitatis Dei, ipsamet inferni similitudo deficit, nec totam exprimit eiusdem charitatis & æmulationis duritiem, & tenacitatem: quia infernus saltem per absolutam Dei potentiam, demittere eos potest, quos apprehenderit; cum charitas à Deo nullatenus queat dimitti, cuius natura est bonitas, ipsaque charitas.* De secundo verò patens; infernum præordinatum à Deo non fuisse, nec ad aliquem puniendum ab eo voluntariè & primaria intentione paratum ac destinatũ. Sed infernus Eucharisticus prædestinatus semper fuit, vt in temporum plenitudine à Christo cõderetur, inferno longè ergo veracior ac tenacior. Quod assertũ ab illa pendet illustri quæstione; Vtrum homine non peccante hoc esset nihilominus instituendum Sacramentum; quam nos alibi Lectori diffusius proponemus. Nunc illi satis scire, in schola subtiliori affirmatiuam prorsus esse; ab Scoticáque Aquila lib. 4. sent. d. 1. q. 3. art. 3. egregie propugnatam. Quem sequitur Durandus; d. 1. q. 2. n. 9. & omnes qui neutraliter se habent in re ista; è quibus est Suarez tom. 3. in 3. p. q. 73. art. 5. sect. 5. vbi multa in ipsam partem adducit fundamẽta, adducturus multò plura, prouincia nisi eum explanandi D. Tho. suscepta deterreret. Sed his paucis rationibus pro interim firmetur.

Inferno vt sit voracior, tenaciorque omnino Eucharistiæ Sacramentum.

Ghislerius.

Scotus.
Durandus.
Suarez.

Eucharistia an instituẽda Adamo non peccante.

46. Prima, quia D. Tho. hoc solùm denegauit, eo casu, qoo peccaro Adamus non succumberet; nec Christus nostram carnem ad eum liberandum, tum temporis indueret. Verum istud de absoluta (vt dicunt) Dei potentia, haudquaquam denegauit, sed verũ iudicauit; 3. p. q. 1. art. 3. hæc ibi verba faciens: *Quamuis potentia Dei ad hoc non limitatur.* Nec de recta congruentia hoc ausus recusare, ibidem paulo supra, articulo sic primo; *Ad rationem summi boni pertinet, quod summo modo creaturæ se communicet.* Atqui citra cibum istum nequaquam Deus Omnipotens potens erat summo modo commu-

D. Thom.

Communicatio lux bonorum, ab eis non discreta, sed

potius tam inserta, vt nequeat separari, vel vnquã denegari.

nicate se hominibus, quia Incarnatio qua se ille adeo carni communicauit, vt Verbũ caro fieret, fuit semel, & in subiecto effecta singulari; quæ ad subiecta quæuis alia, natura sua propria extendi nunquam posset; & Eucharistia singularis, indiuidualis, & perpetua est prorsus Incarnatio; quæ cũ omnibus indiuiduis, vniri potest facilè. Ergo Deum semper decens humana carne indui; non ad hominem sanandum, si ille non peccasset, sed ad se eidem homini communicandum summo modo in isto tam arctissimo quam vnico Conuiuio.

D. Thom.

Secunda, quia iuxta doctrinam eiusdem Sancti. 2. 2. q. 44. art. 1. finis hominis est Deo vniri, & deuinciri per mediũ charitatis. Quapropter cum hæc charitas & vnitas in summo, non sit alibi quam in mensa vbi homo humanitate & diuinitate sui Domini quotidie saginatur; pro delitiisque est ei Creator vniuersi; semper Deus institutus hoc esset Sacramentum, vt nobis vniretur; & nos pariter cum illo perfectè iungeremur. Quibus Hugo Victorinus apud Barradam tom. 1. lib. 4. cap. 13. non parum suffragatur, necessitatem Incarnationis suadens per hæc verba. *Vt vterque sensus in ipso beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius Diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate; & siue ingrederetur siue egrederetur, in ipso pascua inueniret, naturæ ab eo condita.* Quæ sanè non tam benè Incarnationi quam institutioni colludunt Eucharistiæ; tam in verbo *Reficeretur*; quã in illo *Pascua inueniret*. Vnde satis stabilitur opinio affirmatiua.

Vniri Deo finis humanæ creaturæ.

Hugo Victorinus.

Diuinitati & humanitati Christi adunamur.

Tertia tandem quia inferni tenacitas hoc poscit. Nam si infernus non dimittit quos semel apprehendit, malè posset vnquam Deus hunc panem non præbere; cum ille Dei amoris infernus sit eximius; tenacior multo certè ac durior bonitate, quam alius feritate. Ergo semper conderetur; à Christóque daretur; ne periret Sapientis sententia prudentissima, & pariter verissima; *Fortis est vt mors dilectio. dura sicut infernus æmulatio.* Vide Enarrat. 8. n. 47. & Enarrat. 10. n. 21.

Cant. 8. 6.

Suprema demum linea.

47. Nil inferno Dei amoris in tanto Sacramento addendum mihi superest, nisi locum non existere ad homines torquendos, sed potius ad Beatos omnigenos beandos, & gaudio perfundendos; ita vt tãdem infernus alius præscitis sit tormento; iste verò prædestinatis lætitię inenarrabili. Nec mirũ, cum illius vltrices flammæ sint;

A huius vero progeniei Adamicæ amatrices; nisi aliter ex hominum obstaculis contingat. Ansel. vocem audi ad verba pręallegata ex lib. Canticor. *Sicut enim mors non potest impediri quin veniat, ita dilectio Dei non potest impediri, quin saluationẽ faciat, vt deducit Paulus ad Rom. 8. G.* Et paucis interjectis, *Sicut enim diabolus suis damnationem confert, ita dilectio Dei Saluationem* Quid pulchrius de hoc tartaro? vbi Christi dilectionis tam magnus ignis ardet? Nec discors Bedæ, mens, quem affert. D. Tho. feria. 3. Pẽtecost. elucidans hæc verba; *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Quod verò dicit pro mundi vita* (vit ait venerabilis) *non debemus intelligere pro elementis, sed pro hominibus, qui mundi nomine designantur.* En quomodo sit vita, & hominum saluatio infernus Eucharisticus?

Infernus non condemnaos sed beans Christi amor.

S. Anselm.

Beda.

B

Propinquius meo fini Toletus in Ioannem explanans hanc sententiam; *In ipso vita erat. Verbum enim* (scribit ille) *quod solum sua diuinitate omnium Creator erat, ratione carnis in se accepta, & diuinitati coniunctæ auctor est vitæ. Non enim aliter fecit homine viuere, nisi per carnẽ; non quia non posset, sed quia id ita facere ab æterno voluntariè disposuit.* Vides ne, vt se Christus à tota æternitate inferno sui amoris pro nobis condemnarit? affectúque immenso hoc centrum ex tunc quæsierit? Sed hæc omnia ex Apoc. apparitione coronentur, quando C Christus visus est; *In medio septem candelabrorum aureorum, pedes similes auricalcho habens; sicut in camino ardenti.* Septem nanque candelabra Dei domum illuminantia, sunt septem Sacramenta; candelabrum verò aureum Eucharisticum frumentum; in quo Christus corporaliter, remansit in Ecclesia, Pedes autem aurichalci, vt in camino ardenti; id est, æris; summo igne feruentis & candentis; ac ideo tanquam æris, eximiæ fortitudinis; & itineribus agendis infracti & indefessi; tanquam verò candentes, rubentes, atque eminus fauillas emittentes, eiusdem Christi pedes; ab æterno ad cibum istum sine aliqua dilectionis lassitudine currentes; donec tandem in medi- D tullio aureorum candelabrorum, & in medio Sacramentorum, quod planè est Eucharistia, ac sui amoris centrum, pacificè quieuit. De quo aiunt vnanimiter assumpta à nobis themata; *Requiescit die septimo. In me manet & ego in illo.* Ita ferre Barradas tom. 4. lib. 2. cap. 6. dicens ibi; *Nunquam Christus fracta habuit crura, aut defessa; integra fuere semper, & metallo in fornace charitatis ardentis similia, ad difficillimam quęsque peruenit vitę metam.*

Toletus. Ioan. 1. 4.

Ac tamen Christi vita.

Apoc. 1. 15.

Barradas.

De

DE SECVNDO, PRIMO CENTRO *magnopere adhærente, ad quod pariter Dei Filius cucurrit ab æterno, & in eo iucundiſsimè in tempore quieuit.*

Suarez.

48. HÆc Sacra Virgo fuit, de qua in ſuo vita Chriſti diſp. 1. ſect. 3. Suarez eum communi affirmat per quámecitò, ante aliquam præuiſionem peccati originalis electam in Chriſti Matrem. Ergo ex tota æternitate, vt Chriſti centrum foret, post ipſum præſignata. Nõ quippe in ipſa tantùm quieuit menſes nouem, quibus extitit ab vtero materno baiulatus, ſed omni vita ſua, qua vnicam hanc columbá pro centro cordis habuit; vbi oculos à maculis deformium peccatorum, quæ extra illius domum videre neceſſarium, perpetuò fatigatos, & paſceret, & paſtu tam Sancto recrearet; vbi hominum ingratitudinem ad B tectum ipſius rediens, cum lucro compenſaret; vbi ferculum innocentiæ amiſſum in protoplaſto, pro plaſmatis remedio tranſfuſum reperiret; vbi cælicas delitias Angelicis maiores, dum vtique exulabarà dulci cæli Regno, pro centro poſſiderer. Vnde Christus Dei Patris æterna Sapientia huiuſmodi loquutus Eccleſ. 24. *In omnibus requiem quæſiui.* Quæſiui; non inueni; quia omnia plena labe peccati originalis, quæ originem nõ poterant humanam reparare; donec fuit ad Virginem peruentum, de qua loquimur; ac illa quæ à puncto Conceptionis præſeruata, mortalium toti generi ſalutem ſecum attulit; vt de Virginis excellentia in lectionibus Conceptionis Breuiarij Franciſcani vbique circunlati, Anſel- C mus auctor eſt. At quò ad noſtrum centrum & verba Eccleſiaſtici hîc proximè relata, Bernardus in ſerm. de Virgi. Maria. *Altiſsimus ſibi Mariam, quaſi mundum ſpecialiſsimum condidit, hæc eſt vnica illa ſalutaris fæmina, in qua ſola quæſitam in omnibus requiem inuenit.*

Maria Chriſti centrum, & quantæ dignitatis.

Eccle. 24. 11.

Conceptio immaculata ipſius cõprobatur.

S. Bernard.

49. Hinc de Virgine Deipara ſcribitur in Pſal. *Deus in medio eius non commouebitur.* Nam ſicut quæque res à centro niſi ſumma cum violentia remouetur, ſic Christus violenter ab vtero materno videbitur amotus, ſi Pſalmi. 21. ſententia ponderetur; *Tu es qui extraxiſti me de ventre*; ſeu vt legit Tertullianus de carne Chriſti cap. 20. *Tu es qui auulſiſti me de vtero.* Quod trahi cum vi eſt, in prima D etymologia; in ſecunda verò in velle optato vellicari, auelli, & quaſi à pelle natiua excoriari; vt Christus quando à Matre aliquando ſua abfuit, auulſus ſemper fuit. Quã amoris viciſſitudinẽ ei Virgo perſoluebat; de qua Filium dilectiſſimum per triduum conquirente, Helredus Sanctus dixit ad il-

Pſal. 44. 6.

Pſal. 21. 10.

Tertullian.

A Virgine qua pœna aliquando Chriſtus abſens.

A lud Euangelicum; *Fili, quid feciſti nobis ſic;* hæc quæ ſequuntur verba: *Non famem, non ſitim, non inediam timebas puero, quem Deum noueras; ſed tantum ſubtractas vel ad modicum delitias querebaris, præſentia illius ineffabiles Tam enim eſt dulcis Dominus Ieſus guſtantibus eum, tam ſpecioſus ad videndum, tam ſuauis ad amplectendum; vt breuis eius abſentia maxima materia doloris ſit.*

Luc. 2. 49. Quid in abſentia Filij ſui Dei Matrẽ cruciauerit. S. Helred.

50. Sed inſuper eſt Virgo totius mundi centrum. Nam quæ Dei & Creatoris tam proprium cẽtrum eſt, tam hominum, quam etiam vniuerſalis creaturæ per ius hæreditarium, de Creatore ad creaturas, oportet centrum eſſe. Centrum verò non ſimplum, B ſed potius verè triplum, vt oſtendit noſter ſocius Alfonſus de la Spina in Fidei fortalitio. lib. 1. in eo cap. *Quod Meſsias eſſe debuit de genere Dauid.* Primumquidèm virtutum, ex Hieronymi ſententia; *Nihil gratiæ, nihil virtutis, nihil candoris eſt, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa.* Secundum verò Dei, virtutibus promeriti; & Eccleſiæ paradiſi, quem in terra Mariana, ſecũdo pro parente plantauit ipſe Dominus. *Quia in ea poſuit Deus lignum vitæ, in medio paradiſi, id eſt, Chriſtum Filiũ ſuum in medio vteri Virginalis.* Tertiúmque cunctorum hominum peccatis opreſſorum, clementiæ ſuæ lineis ad cælum ducendorum; *Quia centrum locus eſt* (proſequitur Spina) *à cuius medio linea omnes ad circulum pertrahuntur. In circulo autem ſunt pecca-* C *tores, quia* in circuitu impij ambulant, *& ab ea vſque ad circulum æquales lineæ exeunt; quia omnes peccatores æqualiter ſuo modo reſpicere videtur. Vnde aſſerit Bernardus;* Omnibus omnia facta eſt; ſapientibus & inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit, vt de plenitudine eius ſuſcipiant vniuerſi. Et paucis interiectis. *Tandem eſt centrum B. Virgo; quia omnia ponderoſa tendunt ad terram, tanquam ad Centrũm, & ſuum medium, vt ibi ſaluentur. Sic & peccatores grauati pondere peccatorum recurrentes ad iſtum medium ſaluantur; dicente eodem Sancto:* Ad mariam, velut ad medium recurrunt, qui in cælo ſunt, & qui in inferno; & qui nos præceſſerunt; & nos qui ſumus; & qui nos ſequentur; & nati eorum, & qui naſcentur ex illis. Quod vl- D timum Bonauentura extendit in ſpeculo cap. 12. Quapropter nos qui iſta ſcribimus, vel legimus, vt gratiam inueniamus, ad Virginem curramus: ob cuius deuotionem pateſcit cunctis cælum; vt latet ſiue ea. Cum & illam Deus habuerit vt ſuum diem ſeptimum; quietis; centri; gloriæ.

Maria centrum triplex.

Spina in Fortalitio.

Pſal. 11. 9.

DE TERTIO TANDEM CENTRO, *quo Chriſtus requieuit.*

Ioſeph tritici Diuini Seruator, & Saluator, & eius centrum multiplex.

S. Bernard. in Miſſus eſt hom. 2.

51. NOn eſt cur hîc Ioſeph memoria intermittatur, cum Virginis ſit ipſe Sponſus perdilectus & comes iodiuiduus, atque centri noſtri tritici peroptimus ſeruator; vt appellatur à Bernardo hunc Sanctum cum Ioſeph frumenti Ægypti centro his verbis conferente; *Ille frumenta ſeruauit, non ſibi, ſed omni populo; iſte panem viuum è cælo ſeruandum accepit, tam ſibi quam toti mundo.* Neque ſolum ſeruator, ſed pariter Saluator, cùm puerum Diuinum ſaluauit ab Herode; & Chriſti verum centrum, diuerſum ac multiforme; ad quem omnes Ieſu lineæ ac curæ ducebantur; & in quo ille qui dat rebus quietem, ſæpeſæpius quieuit multifariam; vt Iſidorus Iſolanus 3. p. cap. 1. deſcribit hocce modo:

Iſidorus Iſolanus.

Benedixitque Deus diei ſeptimo, quia requieuit in eo ab omni opere quod patraret; ô quo·· ·s Ieſu maximè in gremio Ioſeph quieuiſti, eius collum amplectens tuis tenellis brachiis; illius hærens pectori, & humeris. Quieuit ergo Deus in Ioſeph corporaliter; quieuit ſpiritualiter, per donum gratiæ gratum facientis. Quieuit fiducia, deſponſans ei Matrem. Quieuit cura, vocans illum Patrem. Quieuit lætitia, laboribus eius viuens. Vere Ioſeph magnus eſt ille dies Sabbathi, in quo quieuit Deus glorioſus ab omni opere quod patrarat. Quid pulchrius? Quid germanius?

Ioſeph ſũmitas Scalę in gradibus Sanctorũ; & alia de hoc Sãcto.

Sed & centrum Dei quicúnque ſunt viri iuſti alij, cum ſedes ſapientiæ dicatur iuſti anima. Nullus verò ſicut iſte, cui velut ſúmmo gradui Scalæ à Iacob viſæ tã pluries Deus innixus inuita carnis fuit. Vnde C ſimul in ſcala generationis Redemptoris extremus gradus eſt Sponſus Pædagogus; cuius brachiis portabatur, qui portat totum orbem; cuius vlnis recreabatur, Creator vniuerſi; cuius ſinu ſæpe erat, qui eſt in ſinu Patris; & cui obediens atque ſubditus cum Matre intemerata voluntarie & libeotiſſimè Dei Filius exiſtebat; cuius parent voluntati vel res inuoluntariæ; cui obediunt vnanimiter vel etiam res inanimes; obedientiáque præſenti præteritæ ac futuræ. Vt in iſto Ioſeph vltimo omnino adimpleretur, quod in alio ſob figura conciſè tantum accidit. Ille enim à Sole, & Luna, & vndecim fuit olim ſtellis adoratus; ſed ſemel, & per ſomnium; id eſt, à D patre, & matre; ab vndecímque fratribus in Ægypto coram ipſo proſtratis veneratus; inter quos illius mater non erat præſens Luna; quę à luce vitæ ſuæ poſt ortum Benjamim defecerat iam pridem. In quo ſolùm virtualiter, qui Rachelis erat filius; adoratíque Ioſeph germanus vterinus, cum Luna matris ſuæ, plus vanè atque fictitie, quam verè ne dum dicam ſubmiſſo honore coluit. Hæc autem, prout dixi, per ſomnia, & ſemel tantum in puncto breui temporis

Gen. 37. 9.

Ioſeph à Sole & Luna nec non ſtellis vndecim quantopere adoratus.

A ocyſſimè tranſacta; ad inſtar mundi honorum & eius rerum omnium, quæ figura & vmbra tranſiens vocantur ab Apoſtolo. Iſte verò neque ſemel, ſed ſemper adoratus; nec per imagines ſomniatas bonorum vitæ huius, cum ſomno tranſeuntium, & vigilantibus ex ſe nil veri relinquentium; ſed per maximum reſpectum à Chriſto & à Maria, qui verè Sol & Luna, in mundo ſunt Eccleſiæ, aſſiduè magni habitus; Stelliſque ab vndecim, videlicet, Apoſtolis; qui omnes præter Iudam, ſtellam poſt initia à Chriſto iam errantem, Ioſephum proculdubio ſummopere adorarunt. Seu aliter à fratribus vniuerſis adoratus, hoc eſt, à cunctis Sanctis, qui fratres in Epiſt. vocantur B ad Rom. & qui vndecim ſunt lumina in numero imperfecto; nimirum tam lucentes in huius nocte ſæculi, eximia Sanctitate; quam pariter imperfectionibus nonnullis nigricantes; dicente Euangeliſta; *Si dixerimus, quoniam peccata non habemus, ipſi nos ſe duximus & veritas in nobis non eſt.* Hi enim cuncti ſunt ad minus in officio Ioſepho inferiores, vt aſſerit Suarez in ſuo Vita Chriſti diſp. 8. ſect. 2. & iuxta mentem meam vel etiam in ſanctitate; cum Deus ſẽper qualitates officio conſentaneas (quod homines non poſſunt) officio det cum ipſo. *Qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Vnde fratres ei in numero imperfecto loco in iſto quam iuſtè attribuuntur; imperfecti nanque ſunt quicúnque fratres alij; quamuis ſanguine & virtutibus Dei Filio coniunctiſſimi, reſpectu Ioſeph Sancti. Cui ideo meritiſſimè innixus fuit Chriſtus, vt Sancto Deo ipſi plus omnibus propinquo, & planè immediato; & ſcalæ Sanctitatis extremo ſane gradui; de quo hæcce ferè dixit Vſſuna in Miſſus eſt. 1. p. cap. 34. de officiiſque Diuinis lib. 3. cap. 18. egregius vir Rupertus; & de gloria primi hominis. lib. 1. quo ſic fatur; *Supremus ſcalæ gradus, cui Dominus innixus eſt, fuit Ioſeph. Sed quomodo Deus & homo huic homini innixus eſt? Vtique tanquam tutori pupillus; quippe qui in hoc mundo ſine patre natus eſt. Ita innixus eſt huic. B. Ioſeph; vt ipſe fuerit infantulo pater optimus, cuius ſolatio paterno puer cum Virgine puerpera ſuſtentaretur.* Quare eiuſdem Sancti meritis Chriſtiadæ nitamur, & in centrum illius pectoris, ac brachia potentiſſima non ſolum propendamus, ſed pariter ruamus fiducia, & reuerentia in vnum copulatis; vt inde quidquid boni habere valeamus. Primas enim penes Deum, pietatis ſedes occupant, & Virginis deuotio & Sponſi virginalis dulciſſima interceſſio.

1. Cor. 7. 31.

Rom. 8. 29.

1. Ioan. 1. 8.

Suarez.

2. Cor. 3. 9.

Inter Sanctos Ioſeph Sancti maioritatis teſtimonium.

Rupertus.

De

De regressu circunferentiæ per intellectus viam nobilem, ad nostrum primum centrum.

Exo. 26. 1.

52. DE bysso Deus retorta præcepit quondam fieri cortinę Tabernaculi; per quam byssum sic retortam, vel aliter bis tortam, Castitatis virtus bina, in anima atque corpore intelligitur à Glossa. Ego verò plus crediderim hanc esse Charitaté, quia nata à Deo solo, in ipsum debet iterum referri, & retorqueri; cum circulus sit optimus à Deo in Deum actus. De qua bysso sic retorta iustissimè sunt factæ cortinæ Tabernaculi; quia *Charitas ex se operit multitudinem peccatorum.* Quo supposito circunferentiam charitatis Eucharisticæ nunc denuò recudamus; vt quemadmodum instituta hęc fuit propter hominem; ita homo propter illam instituat vitam suam. Nam in ea nostrum Deus totale centrum adest; à quo homo si ceciderit, omninò confringetur, in frustáque secabitur, & totus dissipabitur, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 44. ar. 1.

Retorta byssus Charitas.
1 Petri 4. 8.
Eucharistiæ centrum
Homo & Eucharistia centrũ hominis.
D. Thom.

Vnde quæstio quàm vulgatis, etsi fructus non vulgaris, hûc venit exquirenda. Cur, nimirum, nullus homo nisi in Deo, vel ob Deum, cum obedit propter eum, vel ipsi benè seruit; & omnia vitæ munia dictamine eius legis distribuit, atque regit, dumtaxat requiescat; ita vt extra illius placitum, vt extra centrum proprium quietis vniuersæ, quiescere non valeat; dicente Salomone; *Extrema gaudij luctus occupat*; quæ duo rota sunt inquietudinis perpetuæ, & pacis nullum centrum. Ac iterum in Prouerbiis; *Fugit impius nemine persequente, Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Et Isaia proferente mœstissimam sententiam; *Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Ac etiam Ecclesiastico; *Pracordia fatui quasi rota carri.* Quare talibus Rex Vates, vt plagam nimis sæuam, hanc iure deprecatur; *Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Respondetur, ideo hominem non nisi in Deo posse vllatenus quiescere; quia ad Deum tanquam centrum & finem perbeatum ab eo fuit conditus, vt docet Augustinus in verbis peruulgatis; *Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum donec reuertamur ad te.* Cum enim sit ad centrum Diuinum destinatus, non valet rebus cunctis humanis conquiescere; sic arguit D. Tho. 1. 2. q. 5. ar. 5. ad 2. sed potius pro quiete eisdem exagitatur, & amplius irritatur; Bernardi iuxta dictum ad illa Petri verba; *Ecce nos reliquimus omnia. Non sunt naturales cibi isti (egregie Sanctus Abbas) magis famem hae prouocant, quam extinguant. Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis; cæteris omnibus occupari potest, repleri non potest. Capacem Dei, quidquid Deo minus est, non implebit.* Sed capax Dei in quo imago illius homo? Dei certè in quantum Deus (de quo hîc tantum agitur) in anima dumtaxat. Hæc autem cum sit trina, potentiis tribus constans, solis Sanctæ Trinitatis Personis adimpletur. Mundus omnis quia sphericus natura sua est, non implet nostram animã; nam sphera intra triangulum, triangulum non implet; imò implicat, & occupat; quia anguli trianguli manebunt semper vacui; & sic animæ potentiæ, vt triangulum verissimum, occupari mundi globo, præpediri, & implicari multifariam bene possunt, at vero satiari, compleri & saturari, non nisi à Deo poterunt. Quæ veritas iuuatur, & simul augmentatur ex nostri Titelmani meditatione quæ sic ait, lib. 12. cap. 24. Compend. Philosoph. *Voluntas hominis, cum sit infinitæ capacitatis, nullis potest bonis creatis, etiamsi vniuersa mundi influant, satiari. Quantumcunque enim boni finiti in voluntatem immiseris, nihil aliud agis, quam si in immensum aquarum, aquæ guttulam infunderis.*

Cur homo nisi in Deo non valeat requiescere.
Prou. 14. 13.
Prou. 28. 1.
Isai. 57. 20.
Eccles. 33. 5.
Psal. 82. 14.
S. August.
D. Tho.
S. Bernard.
Cur situm bona mundi non sedent, sed accendant.
Bonorum vitæ huius miserrima conditio, restrictio & limitatio.
Titelman.

B Hincque iam intelligetur illa alia quæstiuncula. Quare homines sint brutis non parum ardentiores, sed & longe insatiabiliores in suis appetitibus. Quia bruta cum res appetant appetitu sensitiuo, hic valde est limitatus, finitus, & strictus, qui paucis saturatur. Homo autem cum voluntatis potentia concupiscat, quæ ad bona non finita quærenda & exoptanda infinita quoque à Deo propterea facta est, nollo fine in perpetuo dis delitiis continetur, nullo freno coercetur, atque nullo verecundiæ vbi primum hęc pulsa est, stimulo frenatur. Vnde factum quod mortifera immortaliter exquirit, & dum magis hæcce curat hianti desiderio, ad mortem magis currit.

Homo cur insaturabilior in appetitibus sit brutis.

53. Perditio magna certè, & inuersio C deploranda humanæ voluntatis; quam ad Dominum infinitum idoneè peroptandum infinitam ipsemet Dominus præ cunctis rebus fecit; vt posthabitis caducis æterna appeteremus; & Deo Dei capacem potentiam adimpleremus; prout idem Titelmanus connectit per hæc verba: *Ad hoc nos Deus creauit capacitate infinitos, vt ipsum, qui solus in infinitum potest adimplere, requireremus, & ad eum omnem nostrum dirigeremus desiderium. Cum enim nihil frustra ipse fecerit, qui est sapientissimus omnium Conditor, nunquam vtique hominis voluntatem infinita fecisset capacitatis, nisi aliquo modo voluisset modo infinito eam adimplere. Vnde cum solus ipse tale bonorum infinitum sit, ad nos infinitæ capacitatis fecit, vt ab eo plenissime impleremur.* Quam tamen sic implendam Dei bonis infinitis, ô patiens Deus in nos! D replemus si fas esset, & malis sine numero, & vitiis sine fine; carni, mundo, atque diabolo, & cunctis prauitatibus vilissimis ex se, subdentes voluntatem, quam ad solam Diuinorum concupiscentiam tam immensam, ac desideriis infinitam Omnipotens creauit.

Infinita cur sit tantum voluntas nostra condita.
Pro bonis infinitis optandis res egregia.

Quapropter Christianæ palestræ milito-nes, qui fuistis ad infinita stipendia compellati, nolite iam finitis, abiectis, & pudendis vltroneè quietari; neque Dei capacitatem, quam intra vos habetis diabolo locare, & gratis prorsus dare. Imò ab ista captiuitate gratuita & peruersa consurgite cum Vate qui plorat vestrum lapsum, & ad vitæ superioris vos prouocat audaciam; *Consurge, con-*

Isai.52.n.1.2.&3.

surge, Induere fortitudine tua Sion; induere vestimentis gloria tua Ierusalem ciuitas sancti; quia non adiciat vltra vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quæ verba mel omnigenum, & saccarum transcendunt; ac talitet redundant mirifica dulcedine, vt vastam multis præbeant materiam contemplandi, ac simul prædicandi è quibus *sede* & *solue* cum homine qui non habet in vitiis sedem vllam, nec centrum, nisi dæmonum: aut aliquam libertatem, nisi ad miseras seruitutis catenas diligendas, quærendas, & aptandas peculiariter loquuntur.

Peccatoribus ad resurgendum notabilis hortatio.

Eia ergo à cæno isto in cæli iam exurgite mirandam pulchritudinem; & ibi centrum quærite, vbi boni vniuersalis est quies naturalis. Nam cælum terræ centrum, non autem viceuersa, quemadmodum cæcutientibus videtur, & ignaris. Vnde prius cælum Deus, ac terræ fundamentum, pòst autem terram fecit, sicut vltra consuetudinem humanam fabricandi, & cementa constituendi in operum principio, fastigiúmque in fine, ad illa verba Gen. *In principio creauit Deus cælum & terram*; Chrysostomus notauit. Et re verà magis pendet à cælo terræ globus, non solum in influentiis, sed simul in substantia; quam cælum modo aliquo à terræ semper fixo ac vili sustentaculo; iuxta Thomæ sancti mentem, 1.p.q.70.ar.3.ad3. & 1.2. q.95.ar.5.0. A Deo nos pendemus; Deus verò à nobis minimè. Quoniam autem in nostri corporis intimiori parte ille delegit suum centrum, nos in eius dilectionis secretiori quoque loco hoc ipsum procuremus; vt locati in Dei visceribus, ac ideo ab eius corpore vallati & circunsepti à corde nunquam eius collapsum patiamur.

Cælum terræ fundamentum, non autem viceuersa.

Gen.1.1.
Chrysost.
D.Tho.

De reditu voluntatis ad idem primum centrum.

54. VOluntas post intellectum nobilior est potentia, quæ etiam ad Eucharistiam rationaliter reflectitur. Nam ignita Christi in nos quo poterit hìc melius voluntas compensari, quam persimili, cum non possit æquali satisfieri, vel reddi ex æquilibrio? Ideo assum rantum igni manducari iussit agnum; vt sciremus iuxta Cyrillum Alexand. super Exod. *Eos oportere esse inflammatos spiritu, qui volunt ad communionem Christi accedere. Vnde & Paulus iubet ipsos spiritu feruere.* Nec quouis igne leuiter comburi satagamus; sed sicut sese Christum infernum amoris fecit in ferculo Eucharistico, quin cum ab hoc effectu tot mala peccatorum vtcunque deterruerint, amouerint, abduxerint, sic nos amoris eius inferni ardentes facti dicamus cum Apostolo, superius allegato: *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas?* Ad quod S. Augustinus in Psal. 121. Christi adas sic vocat, accendit, ciet, prouocat; *Sicut amor immundus inflammat animam, & ad terrena concupiscenda, & peritura sectanda vocat, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit; sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflammat; & ad ea quæ non transeunt, neque moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cælum.*

Exo.12.8.
Cyrillus Alexand.
Deuotio quanta deceat de sacro edentes pane.
Rom.8.35.
S.August.

De memoriæ reductione ad Centrum de quo agimus, seu potius iam peregimus.

55. MEmoria nihil minus Eucharistię pignoratur; cum Dei ista mirabilium in Psal. 110. suprema re & tempore omninò sit memoria. Quę eò magis nostram à vitæ nostræ initio in finem vsque acuit, adauget, & amplificat, quò à principio æternitatis vsq; in finem institutionis huiusmodi Mysterij excreuit amor Chtisti; cuius prorsus incrementa debemus imitari, cum & tendere ad perfrctionem Fideles teneamur, etsi perfecti viri esse non ita constringamur; ex mente D. Tho. 2.2. q.186. ar. 2. ad. 2. sed proh dolor! quod ignis charitatis Redemptoris, contra ignis & amoris, dictamen naturalis, in fine fuit latior, quam fuerat in suo principio & natalitio; vt patet ex sententia; *In finem dilexit eos*; quæ ex placito Ruperti intelligitur *In mortem*; seu verbis magis propriis, in ipsam vitam hominis amantis verum finem; cum finis sit amoris pro amato finem pati, & quamlibet subire atrocem mortis aleam; ita vt charitas hæc Christi plus volans & conscendens, nequaquam finem viderit in vitæ & mortis fine; sed potius vitam nouam, maioribus, quam prima, refertam amoris signis incepit in hoc cibo; in quo solum dilectionis hoc fuit adimpletum; *Charitas nunquam excidit*; quin magis semper crescit. Mortalium verò amor mortalis quoque est, & vt ignis naturalis principio longe latior, quam postea in suo fine; quo fit vt quamuis motus 1. de Cælo. cap. 18. in fine sit velocior, amoris nostri motus in fine sit remissior, ac adeo somnolentior, vt fine finiatur; & quod peius valde est, attendat finem ratò, sed ante finem vitæ longissimo interuallo, amori finem ponat; ac amato sæpe sępius in ipsis plus cõiunctis, heu hominum miseria! excidium machinetur. O triste amoris genus! de quo, & Christi amore alternè comparatis Barradas tom. 4. lib. 2. cap. 6. *Flamma ignis piramidis instar latior est in principio, tenuior in fine; at flamma ignis amoris Christi latior, maiórque in fine, quam in principio apparet*; In finem dilexit eos.

Psal.110.4.
Vt tendere ad perfectionem Fideles teneamur.
D.Tho.
Ioan.13.1.
In finem quid diligere.
Amor hominis vt ignis, plus latus in principio; sed contra Christi amor.
1.Cor.13.8.
In fine motus ocyor.
Barradas.
Ioan.13.1.

Hincque super hæcce verba ex Aquila Euangelica stylo ab Emisseno quamualde mutuato, sic asserit Toletus; *Attende quam miro artificio, Ioannes amorem Christi erga suos commendet. Amicorum huius sæculi amor est valde imperfectus. Serò enim amare incipiunt; citò desinunt, & parum amant. Serò incipiunt, quia magna pars vitæ est iam transacta, quando amici amicitiam ineunt; citò desinunt, quia raræ sunt amicitiæ, quæ vsque ad mortem perueniant; quod si aliqua*

Toletus in Ioannem.

Amores Christi & nostri in tribus quãtum distent.

si aliqua tales sunt morte complentur. Parum etiam amant; nam pauci sunt, qui vitam pro amico exponere sint parati. At Christus Dominus etiam vt homo perfectò suos delexit. Citò incepit, quia ab instanti sua Incarnationis instantissimè dilexit; nunquam desiit, neque desinet; nam nec morte amor ille finem habuit. Multum, & supra modum amauit, qui morte sæuissima, quando patres etiam filiorum obliuiscuntur, imminente, adhuc tenerrimè amans, se ipsum in cibum, & Sacrificium perpetuum dedit; & ideo benè dixit; Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Vrgeamur ergo ad Christum hancobrem redamandum; & memoria tanti amoris assidue refricata, ac dulce memorata, perpetuò recolendum.

Ioan. 13. 1.

56. Si vitæ finis est, in quem ille nos dilexit, diligamus eum nos in vitę nostrę finem. Si finis mortis fuit; nam hæc amoris finis, amemus nos & eum in mortem, quamuis truecem, qui mortem summo gaudio pro nobis sæuam tulit; *& proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta.* Si autem finis ille, in quem amauit homines, peccati finis fuerit, ex mente Danielis; *vt finem accipiat peccatum*; nos quoque finem nostris, ob ipsum amorem Christi, peccatis imponamus. Si autem finis erit, beatitudo sempiterna, quæ verus finis hominis, vt docet D. Tho. 1. p. q. 23. art. 1. & q. 26. ar. 1., amemus & nos Christum in ipsum verũ finem: tunc enim vtrũque centrũ in centro amoris sui iucunde requiescet, & quiete in iucundissima perpetuùm remanebit; nimirum Christus nos, & nos Christum sine fine videntes, ac amantes. Quæ visio Deo plena, Communio illius erit; tã iugiter perdurans, quam prima Communione Eucharistiæ longe melior, intimior, atque ditior, suauior, & pacatior. Melior quidèm, quia patens, aperta, & reserata; intimior, quia cordibus & animabus Beatorum medullitus illapsa; at ditior, quia gloria, non gratia solum ampla; ac tandem longo tractu ex superna Beatitudine suauior, & pacatior; vtroque nostro themate tunc prorsus adimpleto; *Requieuit Deus die septimo; In me manet, & ego in eo.* Quod vt melius exequamur, miraculis res præsens duobus muniatur. Primò optimè monstrante, quo impetu Dei amor ad cordis nostri centrum suapte deferatur, ac etiam rapiatur. Secundo, quo feruore nos ferri debeamus in ipsum cor Diuinum, amorem, & centrum nostrum; in Cælo sine veloquocunque patefactum; in terrâque sub panis & vini speciebus mirificè occultatum.

Hebr. 12. 2.

Dani. 9. 24.

D. Thom.

Amoris Christi finis, & finis nostri amoris, respectu ipsius Christi, aposita periphrasis.

57. Primum affert venerabilis sodalis no- A ster Busto Rosar. 2. p. serm. 14. ad fin. vbi miraculum proculdubio deuotissimum recenset, vel maxime quia factum in quodam viro milite, quorum vtique deuotio de more est dissolutio, latriáque, rapina. *Fuit* (inquit dictus Busto) *deuotissimus quidam miles, qui pluries communicabat, & maximam consolationem ex hoc Sacramento sentiebat. Hic cum grauatus esset infirmitate, rogauit Sacerdotem vt eum communicaret. Cum vero Sacra Eucharistia ei allata fuisset, & propter vomitum, quem actualiter miles ille patiebatur, corpus Christi recipere timeret, à Sacerdote petiit, vt super cor suum poneret Redemptoris corpus; quod cum Sacerdos faceret, & teneret Hostiam manu sua super cor illius infirmi, ille miles sentiebat indicibilem dulcedinem. Cum vero Sacerdos postquam ita te-* B *nuit corpus Domini per quiddam spatium, vellet recedere, miles ille rogauit eũ, vt amplius aliquantulum teneret ipsum corpus. Cum ergo Sacerdos iterum posuisset corpus Domini super cor illius militis, subito de manibus Sacerdotis exiuit corpus Christi, & videntibus cunctis intrauit in cor illius ægri, quo ille mirum in modum consolatus, obdormiuit in Domino.*

Busto.

Miraculum quo Eucharistia transiuit ad cor militis.

Secundum sic enarrat B. Thomas de Villanoua hac suprema tempestate feruentissimus Dei præco, doctrináque, ac vitã miraculis splendida, vbique satis notus; qui de Corp. Christi 2. Conc. hoc testis oculatus prodigium nobis tradit: *Vidi ego monialem quandam, quæ corpus Domini, sicut ceruus fontem aquarum desiderabat; cui, vt videbatur, difficile erat, vel vna sola die, à Sacramento abstinere; tan-* C *ta erat sumendi auiditas; tantus accedendi appetitus. Si enim in loco quo degebat, interdicti causa, vel alia contigisset, quominus communicare illa die posset, aliorsum causa communicandi migrabat, ne vel vna dies sine spirituali hac refectione transiret. Die ergo sancto Parasceue cum corpus Domini de more Ecclesiastico in monumento ponitur, quia oblitus Sacerdos, formam quam illi daret non reseruauit, eiulatibus & clamoribus domum repleuit, vt Christi sepulturam lugere videretur; neque ideo eius desiderio subueniri poterat, ratione iam dicta. Tandem cum in lacrymis diu persisteret, mirabile dictu: Duæ manus visibiliter cum Sacramento apparuere, ex quibus ipsum accepit; quo accepto omnis illa amaritudo in consolationem mutata est. Hæc omnia inter multas alias reuelationes ab eius ore ipso audiui, quas mihi non sponte sua, sed obedientia constricta narrauit, quia in Ordine nostro* D *mihi subdita erat.* Hæc iste vir Sanctissimus Antistes Valentinus, & Augustini sui Patris amore & corde diues; qui spiritu Dei plenus, scientiáque conspicuus, bene nouerat cum Ioanne *Omni spiritui non credere, sed* (magis) *probare spiritus, an ex Deo sint*; nec ne.

B. Thomas de Villanoua.

Miraculum monialis quæ sicut ceruus fontem aquarum, desiderabat Eucharistiam.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO QVINTA, QVÆ DE MVNDI CREATIONIS CESSATIONE SECVNDA EST, IN FIGVRA Chriſti Domini glorioſiſſimi Sepulchri.

Super eadem verba iam ſemel enodata; Gen. 2. num. 2. *Requieuit Deus die ſeptimo.* Et Ioan. 6. 56. *In me manet, & ego in illo.* Quæ coniunguntur num. 3. cum multis ſubſequentibus.

De continuatione, & primi thematis explicatione, Numerus I.

Proban lus morte amor vt aurum Lydio lapide.

EX modò præcedentibus præſentia patefiunt. Non enim poteſt amor ad finem deuenire, quin finem pro amato in vita noo deſideret; vnde morte verus amor probatur in Poëris; ac ſupponit de Nigrina Hiſpanus Martialis, in ſuo lib. 4. Epigram. 62.

Martialis.

Tu melius certè meruiſti pignore vitæ
vt tibi non eſſet morte probandus amor.

1. Reg. 18. 6.

Amabat Dauid filium iniuſtam ſibi mortem ingratè medirantem, quo amore ſui exercitus primoribus dicebat; *Seruate mihi puerum Abſalon.* Sed & protinus pro illo optabat mori potius, quam viuere abſque vita eiuſdem praui filij; ne amor ſine mortis examine probatus, ſeu potius improbatur in illo aſpiceretur; *Et aſcendit ſuper cænaculum portæ, & fleuit; & ſic loquebatur, vadens; Fili mi Abſalon; Abſalon fili mi; quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te, Abſalon fili mi; fili mi Abſalon.*

N. 33.

Antonius Luſitanus. Dauid in cænaculo; Chriſtus in Cruce. Ille filium Abſalonem hic hominem deplorat confoſſum tribus lanceis.

Quod Dom. 4. poſt feſt feſtum Pentecoſt. ſic exponitur de Chriſto per lumen noſtri Ordinis, & noſtri Regni columen Antonium Luſitanum; *Ita Chriſtus aſcendit cænaculum Crucis, & ibi Adam cum omni poſteritate ſua, à Ioab, id eſt, à diabolo; tribus lanceis, id eſt, gula, vana gloria, & auaritia interfectum planxit, dicens. Fili mi Adam, quis mihi det, vt ego moriar pro te? id eſt, vt proſit tibi mors mea? Quaſi dicat; Nullus voluit mihi dare, vt pro ipſo morerer. Magnum enim donum reputat, quando peccator dat* A *ipſi, vt ſua mors proſit ei, & ille pro illo moriatur.* Amantis en probari affectus & effectus; nimirum, pro amato amare diram mortem; quam Chriſtus ſemper cupiit pro nobis experiri, & nobis imperrire benignè viram ſuam; non ſolum ſuper Crucem Adami genus plorans, ſed prius ſuper ſanctum Cænaculum decumbens, & mortem Crucis ibi præueniens morte panis; quò melius cum figurato figura concordaret. Dauid alrero in Cænaculo; in alrero Dei Filius; Dauid mori ſummè optans pro naro ſceleſtiſſimo, Chriſtus mortem ſæuam patiens pro alio nocentiſſimo. Nil igitur mirandum, ſi in fine Chriſti amor quieſcat in ſepulchro; vel ſi à mundi initio, in primo die ſeptimo, quo

In ſepulchro à mũdi initio vt Chriſtus requieuerit.

B Deus ab omni opere parraro requieuit, hæc requies deſcribatur; vt de Gen. literaliter lib. 4. cap. 10. ſic profert Auguſtinus: *Cuius quietus & ipſe Dominus Chriſtus, qui non niſi quando voluit paſſus eſt, etiam ſepultura ſua myſterium confirmauit; ipſo quippe die Sabbathi requieuit in ſepulchro; eúmque totum diem habuit ſanctæ cuiuſdam vacationis, poſteaquam ſexto die, id eſt, paraſceue conſummauit opera ſua, nam hoc verbo vſus eſt, quando ait;* Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. *Quid ergo? Deus diem iſtam, qua erat Chriſtus in ſepulchro quieturus, volens etiam hoc modo prænunciare, dixit; die ſeptimo requieuit.* Quod etiam D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 10. & q. 105. ar. 2. ad 9. & 2. 2. q. 187. art. 3. amplexus eſt fideliter.

Sepulchrũ Chriſti requies, & verus dies ſeptimus.

Ioan. 19. 30.

D. Thom.

Secundum

Secundum Christi centrum Sepulchrum demonstratur, quo ab opere Recreationis pacificè quieuit.

Sepulchrũ centrũ hominum.

2. MOrtalium cẽtrum omniũ est mors, sepulchrũmque, ipsius mortis domus; & ideo nihil noui si ibi requiescant, qui orti sunt ad mortem, qui orientem in Occidentem perpetuò suum ducunt; & qui etiam à terra fragili compacti, velint, nolint, in terram semper tendunt; *Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat; & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum* Quæ veritas in Christo lucidius enitescit; nam homines quamtumuis mortales, velut sunt, sic etiam vocitentur; immortales sunt creati; & ad vitam sine morte æternam consequendam, ni fuissent in radice peccato maculati; quo dictamine naturæ vsque hodie stimulati; *Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati; eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est à vita.* Christus autem quamuis sit immortalitas & vita, de qua Diuinus textus; *In ipso vita erat* ad mortem tamen solus videtur esse natus; cũ enim post peccatum ad mortem morte sua necandam sit exortus, ad mortem plusquam omnes hinc ortus comprobatur, & ad sepulchrum singulariter replendum suo corpore præ cunctis destinatus. Iuxta mentem. D. Tho. 1. p. q. 79. art. 1. necnon S. Bonauent. Sabbatho Sancto. ser. 1. dum vitam Adami iam à morte Christi fluxam testatur per hęc verba; *Sicut in creatione mundi Deus hominem sexta die creauit, ita etiam in sexta hominem recreauit; creauit hominem inspirando;* Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuẽtem; *Recreauit autem expirando; Emissa voce magna expirauit.* Et etiam serm. 5. in die Parasceue: *Insuper eadem die animam expirauit, qua animam homini inspirauit. Illo die homo latus eius transfigit, quo de latere matrem omnium transfixit.* Vnde constat quod ab ipso natali primi hominis ad mortem Christus venit, ad tumulum cucurrit; & ad ibi requiescendum, tetendit, properauit. Nunc quomodo Eucharistia hoc Christi sit sepulchrum, minutim enucleemus.

Eccles. 12. 7.

Cur homo ad vitam natus, ad mortémque Dei Filius.

2. Cor. 5. 4.

Ioan 1. 4.

D. Thom. S. Bonau.

Gen. 2. 7.

Marc. 15 37

Expiratio vitæ Christi, respiratio vitę nostræ. Dúmque Deus è visceribus insufflauit vitam homini, ostendit propter hominẽ & viscera esflaturum.

Qua via hoc Sacramentum Sepulchrum Christi sit, & in quatuor quæque alia Sepulchra longe superet.

3. PRimus huius veritatis assertor nobis sit Splendor Aquinatum, non quidem tam Angelicus quam Angelus scriptor. 3. p. q. 83. art. 3. argum. 6. quo ille sic profatur; *Calix significat sepulchrum Domini, patena vero lapidem sepulchro superpositum.* Quapropter Eucharistia sepulchrum Christi corporis à nullo denegabitur. Nec tantum panis iste sepulchrum Christi est, in se consideratus, sed & nobis applicatus in eius sũ-

D Thom.

Quantus auctor auctoritatius operis.

Eucharistia Christi &

A ptione, de qua noster Iesuita, Senarum lux eximia, præclarus Bernardin. tom. 3. serm. 43. in fine p. 1. *Sacerdos etiam frangit Hostiam in tres partes, duas ponit super patenam, tertiam ponit in calice. Frangere Hostiam significat verbera, & flagella corporis Christi, & Passionis suæ, quæ habuit in vita sua. Orationes significant murmurationes contra ipsum factas vsque ad mortem. Et deinde stomachus Sacerdotis, qui recipit ipsum corpus Christi comestum, significat sepulchrum Christi; in quo positus fuit, post eius mortem.* Ac proinde tam Sacramentum, quam Sacramentum recipiẽtes sepulchra Christi sunt. Hincque thematis secundi iam veritas clarescit; nam & Christus communicatus, & homo illum cõmunicans in alio manet alius perfectè tumulatus; quia verò non
B ad mortem, sed ad veram vitam gratię, feliciter humatus; *In me manet & ego in eo* Quibus testibus accedat Antoninus 3. p. tt. 14. cap. 4. §. 3. in quo Fidelibus recipientibus hunc panem, duodecim Christi Domini sepulchri qualitates ab ipsis obseruandas, accommodat, pro nobis suffragium mirum dando. Hæ autem, quarum infra ponderatio triplex fiet, ab eius ore sonant. *Quia in corpor. Christiani per Communionem debet quiescere venerandum corpus Christi, conetur facere illa bona, quæ continentur in sepulchro Christi. In eo nanque fuerũt cum ipso Christi corpore — Myrrha & aloe; — Et linteamina munda; — Et sudariũ, — Excisum erat in petra. — Et saxũ magnum ad eius ostium signatum; — Clausum sigillo summi Sacerdotis; — Munitũ custodibus;*
C *— Nouum, in quo nondum quis positus fuerat; — Hortus ibi erat; — Et in monte Caluario; — Prope Ierusalem; — Et Ioseph eius dominus erat. Ex quibus circumstantiis notantur duodecim bona, quæ debet facere, qui timet Deum, vt sit dignum Christi sepulchrum in Communione.* Nunc de Patribus ad rationes præstantes transeamus.

nostri sepulchrum per quam uerum.

S. Bernard.

Christi Domini sepulchri qualitates quot duodecim; & qualiter vir cõmunicans has debeat continere.

S. Antonin.

4. Quatuor ego tantum afferam, è quibus vnaquæque, tuetur hoc non solũ, sed etiam supergreditur; cum Eucharistiã tale Christi sepulchrum verè faciant, quale nemo vidit vnquam in bustis plus magnificis. Faciunt enim hoc Sacramentum immutabile sepulchrum, à quo nunquã corpus Domini transferri sanè poterit. Sepulchrum etiam quotidianum, quod in ista immobilitate quoti-
D die renouatur. Sed & insuper Sepulchrum corruptione nimis vacuum. Atque vltimò Sepulchrum quo Christus viuus iacet; quæ non solum nunquam visa, sed simul menti nostrę, hæc prorsus ignoranti, incognita & inuisa. Primũ patet ex Matth. cap. 28. *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi;* quod de ferculo præsenti intelleximus cum multis Enarrat. 1. n. 58. Ergo Christus non potest transferri ad hoc sepolchro; imò à terra iam translatus, & in cælo collocatus, in illo miro suæ potentiæ & sapientiæ ingenio se constituit; vt ait eleganter Eusebius Emissenus hom. 4. temp. Pasch. cuius verba referuntur in cap. *Quia corpus*, de *Consecr.* d. 4. & apud D. Thom. 3. p. q. 73. art. 5. C. Secundum experientia probatur, ac-

Eucharistia Christi corporis sepulchrũ valde mirum ob quatuor rationes.

Matt. 28 20.

D. Thom.

ſcientia; quia Chriſtus immolatus & quotidie tumulatus hîc Patri præſentatur. D. Tho. 3.p. q.83. ar.1. Vlterius, quod & ſenſibus, quaſi lapide ſub magno habetur in hoc pane, ſeu iacet occultatus; q.76. ar.7. Tertium à Pſalte peruulgatum in illis verbis eſt; *Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Nimirum propter Verbum, vt ait Genebrardus, & Diuinitatem ipſius Chriſti humanitati copulatam; quæ etiam in Euchariſtia cortuptioni non obtemperat, ſed eam procul reiicit, abhorret, atque refugit; nam à tempore quo ſpecies corruptionem patiuntur, ab ipſo Chriſti corpore ſtatim relinquuntur; D. Tho. 3. p. q. 77. art. 4. Quartum verò inde clarum, quòd verum Chriſti corpus hîc prorſus contiuetur; videlicet, non mortuum, ſed viuum & animatum; vt decens eſt, quò detur perfectum corpus hominis; nam ſecus eſt cadauer ex placito communi Philoſophiæ, & Theologiæ, D. Tho. 3.p. q.76. art.1.

Pſal. 15.10.

Genebrard.

D. Thom.

At dices, rem poſtremam naturaliter contraire eſſentiæ ſepulchrorum, quæ corpora non viua, ſed mortua ſub ſe continent; quare vel hoc Sacramentum ſepulchrum non eſt proprie, vel etiam Chriſti corpus iu ipſo mortuum erit. Reſpondeo, viuum eſſe; & tamen tribus modis hîc mortuũ dici poſſe. Primo, quia in Euchariſtia non valet naturaliter mouere ſemetipſum, vel ſuis vti ſenſibus; quouiam ſimiles actiones partiũ corporis diſtinctionem requirunt, quò ad locum; qua Chriſtus in hoc cibo omnimodè priuatur; DD. lib. 4. d.10. Atqui mortis eſt effectus motu corporis & ſenſibus mortales denudare; ergo Chriſtus in hoc cibo vtroque modo iacet. Secundo, quia multis communicantium in malo ſtatu occiſionibus virtualibus exponitur hoc corpus; quę licet virtuales, virturem magnam habent, vt Chriſtum modo ſuo à vita ipſius tollant. Tertio taudem, quia Chriſtus non ſolum amore languet, ſed etiam amore moritur in pane Sacro-ſancto; qui vinorum cella dicitur, multorum iuxta mẽtem, in lib. Cant.

In Euchariſtia Chriſti corpus vt viuũ ſit, & mortuum.

A Vnde Sponſa ſimulac in illam admiſſa eſt, ſtatim ſic locuta; *Introduxit me Rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem*; id eſt, magnam charitatem, qua Rex ibidem flagrat, ordinauit verſus me; ſeu ordine, quo conſtat, deriuauit in mei commodum; quoniam autem talis ordo à morte Chriſti amoris ingentis procedebat, in mortem iam tendebat; quamobrem colligauit; *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Quibus fauet. D. Tho. opuſcu. 61. cap. 30. dum prædictam verbis iſtis vinorum cellam explicat; *Cella vinaria eſt Eccleſia, vbi propinatur calidum vinum ſanguinis Chriſti.* Ergo calidè B & recenter hîc Chriſtus iacet mortuus; ac tantopere recenter, vt mortuus ſit & viuus; quod erat meum aſſumptum, inferius roborandum, quando mortuum natum Chriſtum lectori aperiemus. Hincque natus in Bethlem quæ domus panis dicitur, ob illam rationem, quam ſuper Euang. hom. ſic. 8. Gregorius nobis tradit; *Quia futurum erat, vt ille per materiam carnis appareret ibi, qui electorum mentes æterna ſatietate reficeret.* Atqui illa met refectio Beatis largienda non niſi à Chriſti morte poſſibilis exiſteret, peccato præſuppoſito, & doctrina D. Thom. 3. p. q.14. art. 2. ergo ob iſtam congruentiam in pane natus eſt, qui poſtea moriturus, ſepe- C liendúſque in pane. Nec mirum, cum iam agni, caput, pedes, & inteſtina vorari ſimul cuncta in lege iuberentur; quia æqualia proculdubio futura ſuo tempore, initium, medium, & finis, in vita Saluatoris; ſicut optimè in Trilogio. 1. p. cap.1. Vſſuna noſter calculat. Sed finis fuit mortis crudeliter inflictæ; ergo amore pro mortalibus perpetuò conflictatus, ac ipſo amore mortuus tranſegit Agnus Dei humanam vitam ſuam. Verùm quoniam in præſentiarum Euchariſticum ſepulchrum, incuſorio eruditionis, vt tempus fert, incudimus; cir- D cunſtantias ei duodecim Sanctiſſimi Sepulchri, annotatas paulo ſupra per Præſulem Florentiæ, vtcunque attribuamus.

Cant. 2. 4.

Languet Chriſtus atque moritur amore in Euchariſtia.

Cant. 2. 5.

D. Thom.

Mortuus natus Chriſtus eſt, cũ primum natus eſt.

Infra, n. 17.

S. Gregor.

D. Thom.

Exod. 12. 9.

Chriſtus vixit ſemper mortuus pro nobis peccatoribus.

DE DVODECIM CIRCVNSTANTIIS Sepulchri Chriſti Domini, Euchariſtiæ accommodatis; hoc locóque de prima.

5. HÆc myrrham mixtam aloe, quibus viri peregregij Ioſephus & Nicodemus vnxerunt Chriſti corpus; & tam ſane fragrantiſſimis, quam amariſſimis odoribus, per ignem redolentibus, & in igne finientibus, condierunt vitam mortuam, ac mortem viuificantem, & vitæ noſtræ fontem, ſuauiter inſpirat. Quæ vero res in mũdo fragrantior, vel amarior; in ignéque tam magno locata & terminata, quam Euchariſtici conuiuij inſtitutio demiranda? Fragantia certè huius ſuauiſſima ab æterno deſiderium Chriſti eſt, quo venit ad hunc cibum; de quo quidem deſiderio Enarrat. præced. multa dedimus ad verba *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* Tanquam aquila quæ à longe volatus ſempiterni hanc eſcam eſt odorata, ac etiam contemplata, vt tangitur in Iob. Eius verò amaritudo, ſpes qua iſte Dominus per totum vitæ curſum non parum diuexatus, conquæſtus poſſet dicere cum verbis Salomonis; *Spes, quæ differtur affligit animam.* Quæ ſententia pro Euchariſtia cũ afflictione deſiderata videtur tantum dicta; hæc enim lignum vitæ, vt alibi dicemus; de adimpletáque ſpe immediatè ſuperadditur;

Myrrha & aloe cur nã conditum Euchariſticum Myſterium.

Luc. 22. 15.

Iob. 39. 32.

Prou. 13. 12.

Deſideriũ quantum Chriſti pro Euchariſtia inſtituenda.

Luc. 12. 50.

superadditur; *Lignum vitæ desiderium veniens.* Qua spe exerucíante gemebat Christi cor, dicentis apud Luc. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur.* Coarctari nanque est, coangustari in semetipso, & angustiari tam perarctè, vt animus angustiis prementibus impatiens, aliquando pectus rumpat, vt crebrò dici solet, & vitam dulcem tollat. Quod in Christum pectus suum amore dirumpentem, apud S. Bonauen. serm. 2. in Parasceue, inflectit sic Bernardus;

S. Bernard.

ò quam vehementi amplexu amplexatus es me bone Iesu in Cruce; vbi sanguis de corde, aqua de latere; anima de corpore exiuit. Ignis autem, cui hæc duo imposita fuere, Redemptoris amor est Sacramenta instituentis; nam inter septem Ecclesiæ lucentia candelabra, dilecto suo apparuit præcinctus ad mamillas; quia pectore arctabatur vt ista septem conderet; & ideo zona aurea rectissimè constrictus, quia Charitas & amor est aurum de quo dicitur in Glossa Apocalypseos;

Vt moreretur Christus moriẽs, ac etiam vt institueret Ecclesię Sacramenta.

Apoc. 1. 14.

Glossa.

Per zonam auream significatur Charitas, quæ pretiosior est virtutibus aliis, sicut aurum cæteris metallis; & bene dicitur zona; quia iungit & stringit hominem cum Deo & proximo dilectione firma. Dicitur esse circa mamillas, id est, prope cor, quia quod charitate diligitur, corde habetur. Verùm vbi tanti amoris imago & simulacrum, nisi in medio candelabrorum, Sacramentorúmque dictorum? Hoc plane est Eucharistia; ex qua odor, & sufitus, ac ignis suauissimus sentitur in his verbis; *In me manet, & ego in eo.*

Secunda circunstantia.

6. MYrrham & aloem comitata sunt lintea perquammunda, quibus fuit Christi corpus ad tumulum inuolutum. Et odoris ac ardoris institutionis Eucharistiæ immediatus comes extitit ac præuius tanti festi linteum illud, quo se Christus præcinxit ad rem hanc, de quo Ioannis calamus;

Ioan. 13. 4. & 5.

Surgit à cæna, & ponit vestimenta sua; & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes discipulorum, & abstergere linteo, quo erat præcinctus. Quæ actio vt generaliter de illa proloquamur, totius vitæ Chrysti egregius typus fuit; ac asserit Durandus in Ration. officiorũ de Missa ferię quintæ in Cæna verba faciens;

Durandus.

Hæc omnia (scribit ille) secundum mysticum sensum ex Euangelio, quod est caput officij pendent. Christus nanque cum discipulis cænam vltimam facturus, surrexit à cæna, vestimenta deposuit, linteo se præcinxit; aquam in peluim misit, & inter cænandum pedes eorum lauit, & post lotionem iterum recubuit. Nempe Christus à cæna surgere, est ab accubitu Patris venire, vestimenta deponere, se exinanire; linteum præcingere, formam serui accipere; aquam in peluim mittere, sanguinem suum fundere; pedes lauare, peccata remittere; linteo extergere Passionis fide mundare; vestimenta resumere, à mortuis resurgere, & vestem gloriosa carnis induere; recumbere est ascendere, & in dextra sedere.

Lotio pedum discipulorum totius vitæ Christi elegantissima descriptio.

Atenim verò peculiariter hoc ipsum ruminando, admiratio & emundatio discipulorum Christi pedum, tam præsentium, quam futurorum Christianorum verè fuit purificatio, & demiratio. Demiratio, quia mirum quantum Dominus maiestatis abjectè se habuerit in tali humilitate; vnde Petrus stupefactus, apud Laurentium Iustin. de agone Christi cap. 3. cucurrit per Cænaculum: *Per Cænaculum velut insensatus cucurrit; & clamauit, non lauabis mihi pedes in æternum.* Purificatio, quia per linteum peccata nostra tersit; vt Origen. in Ioan. hom. 32. Scribit in hunc modum; *Immunditiam pedum discipulorum suscepit in proprium corpus per linteum, quo solus præcinctus manebat; apte nanque solus dolores nostros portauit.*

Vt Petrus per Cænaculum cucurrerit miratus.

S. Laurent. Iustinian.

Origenes.

B

Sed nota, cur nam Christus accepto foris linteo suorum pedes tersit, & Maria pedes Christi capillis suis propriis. Quid dissidij in hocce opere tam simili vtrobique? quid discriminis in vtroq; mirando pedítergio, vt in vno rerũ propria ac proprij sunt capilli, in alio vero re à Christo tã extranea, vt fuit vestis illa, si ita dici debeat, quam Christus vt indueret (quasi essent incõpatibiles & inuicem aduersariæ) à sua se se exuit? abstersi pedes fuerint? Sed benè vtrumuis factum. Peccatrix nanque mulier sui capitis spoliis abstersit pedes vitæ, quia peccata vitæ suæ non equidẽ aliena, sed sua ipsius erãt; Christus verò re non sua, sed aliunde conquæsita, & forinsecus ascita siccauit pedes viles

Luc. 7. 38.

Cur Christus pedes linteo abstersérit suorum; & Magdalena pedes Christi capillis sui capitis.

C

duodecim amicorum, quia peccata ab ipso erant extranea & aliena. Neque aliquid in contrarium éuincit Vaticinium de Christo in lib. Gen. prædicens huiuscemodi; *Lauabit in vino stolam suam.* Suam etenim hanc stolam non ideo nuncupauit, quia esset vere sua, sed quia magis foret suorum dilectorum; velut scitè cap. 4. de benediction. Patriar. Ambrosius adnotauit; *Lauit ergo Iesus stolam suam, non vt suam quam non erat, sed vt nostram quæ erat sordem ablueret.* At verò quare lauit istorummet sorditiem & plantas tam abiectas, quàm puluere, atque luto conspersas, & immersas? nisi vt eos ad Eucharistiam sequentem prępararet? Et melius iuxta ipsius Eucharistię qualitates (quas tantum nunc expendimus) vt fructum & efficariam iam iam instituẽdi Mysterij prænotaret; cuius proprium quasi in linteo abstergere peccata; vt in eius institutione Saluator declarauit; *Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Gen. 49. 11.

S. Ambros.

D

Matt. 18. 28.

Tertia circunstantia.

7. HÆc sudarium fuit illud, quo pulchra Christi facies, veneranda, & à cælitibus magnificè adorata, pro nobis deturpata, abscondita & ignota, ab ipsis viris claris, perpetua fama dignis, piissimè est operta. Cuius quidem significatio hoc loco sunt species, quibus facies Christi tegitur, in tumulo Eucharistico. Quibúsque cum misericordia, iustitia, & sapientia, nec non etiam cum omnipotentia se Christus nobis abdit. Cum misericordia propter

Sudarium in Eucharistia species Sacramenti.

A

fidem, & bonorum probitatem, quorum meritum ex inuiſibili myſterio vires capit; iuxta regulam Gregorij vulgatam, & nimis veram; *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.* Cum ioſtitia propter impiam malorum indignitatem, qui viſionis tā eximiæ indigni longe extant. Cum ſapieutia propter tenuem humani viſus aciem, & glorioſi Chriſti corporis fulgoribus immenſis conſpicuam maieſtatē; quam intuitus humanus nequiret ſuſtinere; imò potius naturaliter exinde cæcutiret, necnon tetram cæcitatē omninò compararet. Tandémque cum ineffabili omnipotentiæ magnitudine, qua corpus ſuum integrum, ſub panis tam exigua incluſit quantitate; & in locis tam diuerſis hoc facit, atque factum perenniter conſeruat; quin ab igne Diuinitatis actiuæ in infinitum vtcúnque deuoretur; ſed ſemper rubus ardeat, & nunquam comburatur. Qua de re multa ſæpe: nunc ſatis Bernardinus, qui paucis rem abſoluit tom. 2. ſerm. 54. art. 2. *Amoroſus & radioſus Ieſus faciem ſuam omnibus miſericorditer velat.* Bonis ſcilicet, vt meliores; malis verò ne peiores, à vitiis non ceſſantes, ex hoc conſpectu fierent; ſed vltimò ne omnes propterea extinguerentur, & vita priuarentur; ſecundum ipſius Dei irrefragabilem ſententiam; *Non videbit me homo, & viuet.*

Gregorius. Fides ratio ſi ſit præſēs ſtatim perdet meritum.

Velatus cur hic Chriſtus.

S. Bernard.

Exod. 33. 20.

B

Quarta circunſtantia.

C

8. HÆc fuit monumentum inciſum in petra ſolida, ſeu vt dicunt Loſitani in viua incuſum petra; quæ etiam planè eſt Euchariſticum myſterium; ſi ſequentia duo loca in vnum copulaueris; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Petra autem erat Chriſtus*; qui ſanè quantum petra ſit viua patet inde; *Chriſtus enim iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Et claret hæcce vita mirando modo petrea, ex verbis modo datis; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Cælum nanque plus eſt ſolidum quam quęuis petra durior, & plus quam fuſum æs, cui Iobus cælos comparat, cap. 37. cum incorruptibile ſit actu, ſecundum D. Thom. & actu atque potentia ſecundum noſtrā Aquilam; ex Philoſophi doctrina 1. de cælo cap. 6. huiuſmodi opinantes. Quorum vtraque opinatio, Scotique præſertim, eſt mihi probatiſſima; licet aliqui nouatores, & audaces vel in cæli ſtabilitam, & ex ſe ipſa perpetuam veritatē, perturbatores minus docti (quam docti reputantur, & ipſi haberi volunt) ex Cinnarum monumentis, & aliis rebus friuolis tam malè conſentaneis, quam clarè improbabilibus, contrariū nunc edoceant. Et ſic noſter viuus panis, æternitate cæli gaudens, æternam vitam protinus promittit ibimet; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi; ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.*

Ioan. 6. 51.

1. Cor. 10. 5.

Rom. 6. 9.

Iob 37. 18.

D. Thom.

D

Scotus.

Quam ſolidum ſit cælum, incorruptibile & perpetuum.

Ioan. 6. 51.

Quinta circunſtantia.

9. IAm ſaxum nobis imminet, de quo deuotæ fœminæ ad inuicem dicebāt; *Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti, erat enim magnus valde.* Sed quis lapis tā magnus, vt ille, de quo homines lapidei ſic dicebant; *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Qui quidèm magnus lapis ad oſtium monumenti, id eſt, noſtri Sacramenti initium fuit poſitum, quando Dominus de illo incepit prędicare. Magnus lapis, ſed pro magnis ingratis, & maleuolis, qui malitiam exacuentes, & mentem retundentes, ac miraculum tum factum, omninò obliuiſcentes, noluerunt hoc cum altero faciendo comparare, quod facile, ſi dicerent; *Quomodo potuit hic ex quinque panibus & duobus piſcibus tot millia ſaturare, ita poterit & panem, quem nunc promittit, dare.* Sed omnia iuſti & æqui motiua peſſundantes, ad Filij Dei parentes terrenos irridendos, & euoluendos per contemptum ſtultum, ac ſibi ipſis probroſum trāſiere; *Non ne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* Quaſi genus attenuātes, attenuarent & miraculum; velut optimè hoc in loco Euthymius obſeruauit; vt qui Chriſti non valebant facinora deprimere, hæc eius ex progenie, pauperie non lucente, inficere attentarent; quemadmodum à non paucis aſtutis factitatur; qui ſuorum inimicorum maiores diſſepeliunt, vt illorum ſucceſſores viuentes & inſontes commendent ſepulturæ.

Marc. 16. 3.

Ioan. 6. 52.

Ad Euchariſtiæ quis nam lapis appoſitus ſit oſtium.

Ioan. 6. 42.

Euthymius.

Murmorātiū prauus mos maiores exhumare, vt illorum ſucceſſores humare poſſint ideo, tam crebrios quam facilius.

Lapis tamen qui ab oſtio præfati monumenti reuolueretur ipſis facilè, ſicut fœminis fragilibus reuolutus fuit alius, ſi cum illis, interrogare, & auxilium poſtulare his verbis voluiſſent; *Quis reuoluet nobis lapidem?* & humiliter à Chriſto curarent edoceri; à quo optimè iuuatur infirmitas muliebris humilitati copulata; præſumptio verò è contra virilis & inflata, deſeritur, & ſimul ab ipſo deturbatur, dum à Chriſto humilitate recuſant ſciſcitari, ac liuore Filium Dei ex operibus notiſſimum pertentant incuſare; non dicentes; *Quis reuoluet? Quis eſt hic qui tam eximia præſtare nobis poterit?* nam lucem tum quætentes, ab illa colluſtrati, multa quidem ſibi ipſis de Chriſti poteſtate cum lucro reportarent; ſed ſtatim inficiantes virtutem & Chriſti vires, huiuſmodi illudentes; *Quomodo poteſt hic?* Hic inualidus & inutilis ad talia efficienda; vt colligitur ex rebus ibidem præcedentibus, & hîc iam ponderatis; & ſcribitur à Cyrillo lib. 4. cap. 13. in Ioan. per hæc verba; *Animus malignus quæcunque non intelligit, ſtatim tanquam friuola ac falſa ea per arrogantiam eiicit, nulli cedens; quales Iudæos fuiſſe comperimus. Nam cum oporteret eos, qui diuinam virtutem Saluatoris ac poteſtatem ſignorum miraculo perceperunt, ſermonem eius libenter percipere; etſi qua difficilia videbantur, eorum ſolutionem quærere; contra omnino faciunt, & quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare? dicunt. De Deo non ſine maxima impietate conclamant; nec in mentem venit, nihil eſſe impoſſibile*

Illuminantur viri humiles, ſuperbi vero à luce Diuina deſeruntur.

Ioan. 6. 52.

S. Cyrillus.

Vt lapis Eucharistia, & quare Iudæis lapis, cum panis sit suapte. Ioan 6.60.

sibile apud Deum. Vnde & lapis nimis durus, sed illis tantum mansit, qui ob duritiem cordis sui, & in perniciē Christi Domini durissimi ipsi erant, ac duriter dicebant; *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* At durus duris solum; & incredibilis incredulis; vt serm. 2. de verbis Apostolicis B. Augustinus prudentia summa fatur.

S. August.

Et verò nunquid ille qui pius Pater est, filiis panem postulantibus pro pane dedit lapidem? contra suammet sententiam in Luca commendatam? *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Aut cur in primo ostio prædicti monumenti panis cæli summè tener in lapidē durissimum Iudæis versus est? Quia in ostium Sacramenti impingere, & coniicere volebant os veneficum; & cum Christus simul esset tam panis qoam & lapis; magis illi petram duram, quam panem tam prædulcem mordere gestiebant; vt graphice Chrysologus serm. 55. deaurat suo calamo; *Nunquid lapidem dabit? Iudæis applicat; quibus panis de cælo factus est petra scandali. Sed quare petra factus est? quia mordere petram, non panem à Patre quærere gestiebant; Psal. 21 Circundederunt me canes multi. Postquam illi in canes ex hominibus probantur esse conuersi, cælestis illis in petram conuersus est panis, non dantis vitio sed accipientis nequitia, qui illos non reficeret sed necaret; nec in fundamento positos promoueret ad culmen, sed eos, qui sui Patris tendebant ad necem, in profundum duceret, & volueret in ruinam.* Quid verius? Quid festiuius?

Luc. 11. 11.

P. Chrysol.

Sexta circunstantia.

10. POst saxum reuolutum ad ostium monumenti eiusdem nunc subintrat solemnis sigillatio, à Iudæis hac de causa adhibita sepulchro, ne thesaurus tanti corporis ab illo raperetur. Sed melius est sepulchri Eucharistici sigillum, de quo Dilectus iuuenis: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus.* Non homines, sed Deus, non Iudæi crudelitate in Christum debacchantes, sed Creator ab æternitate in hominum salutem conflagrans charitate. At vero quonam signo munitum, & sigillatum? *Signo tuo, quod est Crux*; respondet hîc Rupertus. Et rectè monomentum Eucharisticū hac signatum, quoniam Christi Crucifixi sepulchrum iuge est (quò Cruce Crucifixi sarcophagus signetur) nec tantum in dies tres, sed vsque in finem sæculi, impressione tanti signi sepulchrum tale semper illæsum conseruandum; *Hoc facite in meam commemorationem. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Nec terreni Sacerdotis sigillo tantum vili ac fragili signatum; sed Pontificis æterni stemmate insignitū, & simul roboratum; ac mortalium Sacerdotum continuata successione Ecclesiæ per altaria quotidie renouatum; & clauibus pro Fidelium necessitate morientium in Sacris Tabernaculis seruatum & obseratum, ne mortis sub crepusculo viuificum sepulchrum infirmi requirentes, hoc bono spolientur; de quo extat lex expressa, tam vetus quam & recens præscripta & memorata in Concil. Trid. sess. 13. cap. 6.

Matt 27.66.

Ioan. 6. 27.

Eucharistia quo sigillo à Deo sigillata. Rupertus.

Luc. 22. 19. Matt. 28. 20

Conc. Trid.

Septima circunstantia.

11. NOuum fuit præter hæc sepulchrum Redemptoris; *In quo nondum quisquam positus fuerat.* Quid verò magis nouum, quam in panis speciebus condiri, sepeliri? Nemo adhuc fuit positus in tumulo persimili, nisi tantùm Christi corpus; quocirca bene dicitur; *Recedant vetera, noua sint omnia, corda, voces, & opera.* Vt nouitas gratiarum æquetur nouitati mysterij tam insoliti. Atque insuper in stomacho à cibi prorsus nouo, in quo positum sit nihil post medium noctis verticem, de Ecclesiæ vniuersalis consuetudine reconditur; de quo more Cyprian. lib. 2. epist. 3. August. tom. 2. epist. 118. cap. 6. D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 8. Antoninus 3. p. tt. 13. cap. 6. §. 5. sic dicens pro sepulchro: *Ieiuny communicamus, vt propter reuerentiam Sacramenti stomachus pro illa die sit nouus.*

Ioan. 19. 41.

Eucharistiæ quid commune cum nouo sit sepulchro. Vbi de sola cōmunione in stomacho ieiuno, & nouo à cibis agitur. Cyprianus. Augustin. D. Thom. Antoninus.

Octaua circunstantia.

12. ERat itidem in sepulchro custodia militaris. Quæ sistitur de more in nostra Lusitania ante faciem & apparatum Sanctorum sepulchrorum; sic etenim appellamus ardentes pompas ligneas, id est, luminum multitudine deuotè splendescentes; quas ad corpus Redemptoris feria quinta in Cæna eius, pro rostris collocandum, & per totam noctem illam honorifice seruandum, stipandúmque à iugi Fidelium concurrentia, ex aliquibus non paucis præcedentibus diebus, cum affectu, sumptu, & cultu non modico eleuamus. Ante quorum sepulchrorum præsentiam non longinquam, armati velut milites, & vultibus velatis (quia vltro ex deuotione, quam nolunt patefacere) intersunt Christi corpori nonnulli viri pij, quousque in feriæ sextæ officio consummatur. Et in maioribus Ecclesiis, vbi duo solet pietas, ac vetus ceremonia, sepulchra fabricare; alterum quidem ad imitationem Caluarij celebrandam, pro feria tantùm quinta; alterum verò pro duobos sequentibus diebus in similitudinem Sepulchri, sub quo corpus Saluatoris occultè continetur, ex his aliquos vidi ego, videntúrque frequenter in Regno Lusitano, qui ipso armorum pondere per triduum cum grauamine nō modico astiterunt. Non quidē quod tum temporis thesauri tam supremi in patria Lusitana rapina timeatur; sed vt nostro Dominatori clientela Passioni similior præbeatur.

Eucharistiæ quæ sepulchra in regno Portugalli.

Eucharistiæ quæ nam sit custodia militans.

Alia militum custodia vallatur Eucharistia; cohortibus nimirum Angelorum plurimorum, qui corpus sui Domini perpetuò comitantur; & dæmonum concursus ab illo loco arcent; vt ex agni figuratione Chryso-

ſtomus ſcribit hom. 61. ad pop. Antiochiæ. *Hic ſanguis dæmones expellit, & procul eſſe facit; ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi nanque Dominicum viderint ſanguinem, dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli. Si vero figura ipſius habuit virtutem in Ægypti medio ſuperliminaribus tinctu, multo magis veritas.* Nec ab iſtiſmet cuſtodiis ſeparari debet tertia, qua iugiter conuiuium Euchariſticum ſtipatur; videlicet non adeo armatorum militonum, auxilium miniſtrantium, quam potius auxiliorum exinde profluentium; quæ in prælio tentationum nos fragiles confortant. Quare Pyxidem Euchariſtiæ Cuſtodiam puto ego frequenter vocitari, non ideo, quia in ea cuſtodiatur corpus Domini, ſed maximè quia ex illa nos optime cuſtodit; & moueor, quia mænia fortiſſimáque arx in verbis Sapientis hæc menſa nuncupatur. *Miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mænia ciuitatis.* Id eſt, *Ad Sacramentum corporis Christi, quod eſt contra inimicos munimen; & ideo inſtitutum in monte Sion; vbi erat arx, quia Euchariſtia Fidelium munitiſſima arx futura erat.* Sic Hugo Card. exponens huncce locum.

Chryſoſt. Exod. 12. 7. & 13.
Euchariſtia quantum copiis Angelicis valletur.
Cur arx ſit Euchariſtia, & eius vas Cuſtodia.
Prouer. 9. 3.

Nona circunſtantia.

13. IN horto fuit etiam ſepulchrum Saluatoris. Quid autem tam in horto, quam Euchariſticum ſepulchrum? Hortus etenim ſi ethymon vocabuli inquiratur, florum, fructuum, atque ſalubrium herbarum locus eſt, in quo ſemper ex prædictis nonnihil rebus oritur. Et talis Euchariſtia, quæ oritur quotidie, dum quotidie per vniuerſi altaria conſecratur. Ergo optimus hic hortus, cui nec flores, neque fructus, nec herbæ bonæ deſunt. Flores quidem quia campi pulcherrimus eſt flos; *Ego flos campi, & lilium conuallium*; fructus verò quia fructus virginei ventris eſt; *Benedictus fructus ventris tui*: ac ideo ſemper fructus cum flore colligatus; contra florum collucentium natiuam qualitatem, qui fructibus marceſcunt, & illis ſuperuenientibus langueſcunt atque decidunt. Herbæ autem ſalutiferæ, quia omnes tam virtutis quam ſalutis medicamina hinc habent ortum ſuum; quapropter de hoc horto non poteſt affirmari prouerbium peruulgatum. *Contra vim mortis non eſt medicamentum in hortis*; tam enim moribundis ſalutariter medetur, vt dicat ipſa veritas; *Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt; qui manducat hunc panem viuet in æternum.*

Euchariſtia qualis hortus, & vnde vocis ethymon.
Cant. 2. 1.
Luc. 1. 42.
Flores, fructus, atque herbæ ſalutares Euchariſtia.
Ioan. 6. 58.

Nec à Chriſti comprehenſione in horto quodam facta incepit iſte flos, vt reputat Ambroſius in Pſal. 118. ſic dicens nimis arctè; *Cæpit in hortis eſſe Eccleſia, poſtquam in hortis captus eſt Chriſtus.* Sed ab ipſo Matris vtero flos idem nobis floruit, & valde ſemper profuit. Vnde fuit in Nazareth nuntiatus, & conceptus; educatus, atque inde Nazarenus vocitatus, quia Nazareth eſt terra florida in vocibus Hebraicis. Et hinc S. Bonauen. relatus ab Vſſuna 1. p. in Miſſus eſt cap. 21. huiuſmodi profatur; *Congruebat enim florem in flore concipi, in flore nutriri, & in florum tempore, id eſt, in Martio nuntiari.* Et Bernardus ibimet his verbis memoratus; *Florigeram amat patriam flos de radice Ieſſe, & ideo voluit in flore concipi. Primò ad deſignandam Conceptionis puritatem*; Et flos de radice eius aſcendet. *Secundò propter concepti ſpecioſitatem, quia* Specioſus forma præ filiis hominum. *Tertiò propter carnis aſſumptæ fragilitatem*; Qui quaſi flos egreditur, & conteritur. *Quartò propter futuri fructus vtilitatem*; Benedictus fructus ventris tui.

S Ambroſ. Euchariſtia flos ab vtero, & flos in terra florum nuntiatus & conceptus, educatus, atque tandem uocatus floris nomine.
S. Bonau.
S. Bernard.
Iſai. 11. 1.
Pſal. 44. 3.
Iob. 14. 2.
Luc. 1. 42.

14. Vis ſimul hæcce omnia, flores, fructus, atque herbas omni ſucco medicinali perpetuo viridantia in noſtro Sacramento videre copulata. Certè tribus rebus iſtis pulchreſcit, & pingueſcit, ac inſuper diteſcit quicunque pulcher ager; qui aliter nec pulcher, nec pinguis eſſe poteſt. Quæ cuncta ex ſe habere ſanctiſſimam Euchariſtiam conſpicua duo loca egregiè conteſtantur. Primum ex Pſal. 49. vbi ita reprobantur Iudaica ſacrificia; *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* de noſtróque prædicitur; *Et pulchritudo agri mecum eſt.* Secundum vero ex Gen. quo filium ſuum, Chriſti & typum, & aſcendentem hoc modo benedixit cæcutiens Patriarcha; *Det tibi Deus de rore cæli abundantiam frumenti & vini.* Quod de vino atque frumento Sacramentali interpetratur à Patribus quamplurimis; quibus fauet tam perrari, & pleni circunſtantiis (vt illud ſane fuit) myſterij magnitudo. Diuino quare tantùm frumento hoc conuenire opinor longe verum; hîc verò nos doceri, ſi volumus florigeros, fructiferóſque eſſe, vt cibum perquiramos, qui flos bonorum eſt cunctorum nullo vnquam marcore finiendus; de quo Rupertus Abbas hoc ipſum indigitauit lib. 2. ſup. Exod. ſic dicens 5. cap. *In menſe Niſan comedebatur agnus, id eſt, in Aprili; quia tunc verna temperies, cum tellus refloreſcit, totúſque poſt hyemem iuueneſcit orbis. Non ne ſenſatum hominem docet, quatenus ſpiritu mentis ſuæ renouatus, & fide viridis, ſpe lætus, & charitate floridus, ſpiritualibus agni Paſchalis interſit epulis!* Sed de flore Sacramenti eodem verno tempore producto & inſtituto dicamus quod de floribus Leuinus dixit Lemnius in fine ſui libelli de herbis ſacræ Bibliæ; *Flos ex quo fructus ſperatur, gaudium eſt & amenitas, ſeu blandimentum arborum, quod vernis menſibus oculos hominum & oblectat, ac ſuaui odore nares reficit.* Hoc etenim flos noſter per totum facit annum, illis ſane qui pulchritudinem, & myſteriorum tanti Sacri ſuauitatem ſecum voluunt. Ex ſanguine Deorum enatos eſſe flores ſcribitur in fabulis; at verò ex Chriſti ſanguine non fabula, ſed veritas, exortos cunctos flores, vel rubentes charitate, vel candentes & ſplendentes eximia caſtitate, vel quacunque venuſtate & bonitate collucentes, lætantes & beantes Adamicam progeniem vt in Pſ. 118. ſerm. 14. ſic tetigit Ambroſius. *Carpis illic nonum florem, qui bonum oderem dedit reſurrectionis;*

Pulchritudo & plenitudo Eccleſiæ eſt Euchariſtia.
Pſal. 49. 13. & 11.
Gen. 27. 27.
Rupertus.
Cur verno florum tempore præſcriptus agni eſus.
Communis florum laus, Leuinus Lemnius.

rectionis; carpis lilium, in quo sit splendor æternitatis; carpis rosam, hoc est, Dominici corporis sanguinem O vere flores nati in horto paradisi, cælestis, & Virginei! quibus nullo modo possunt in pretio comparari, qui Tulypæ nuncupati Parisiis venundantur pro multis nummis aureis; quorum numerus (præsertim quando ipsi rariores) indigenis Hispaniæ, qui auri prius domini, non tamen tanto auro, huc mox ob mercimonias quamplurimas fluente, abondant, vel argento, res esset extra fidem, sed eis hanc concilier (vt suus conterraneus) in Conuiuio Sapientiæ Biuerus Matritensis; vbi florem singularem, id est vnicum, & decerptum à planta sua propria, sexaginta scutis aoreis venundatum paulo antea, quàm ista scribo ego, in Belgio, restis est. Hi enim sunt terreni, plus valentes apud homines ex motiuis vanitatis multigenæ, cui seruiũt, quàm ex aliquo speciositatis, vtilitatisve proſieuę innatę, & naturalis; nisi quantum eorũ raritas (non enim cuncti veniunt ex cepæ suæ origine æqualis pulchritudinis, adauget illis pretium; quod in mundo sanę mentis, si talis mundus foret, omnino vile esset; noster vero cælestis, & extra pretij aleam à Petro nuncupatur; *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine immaculati agni, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestato autem nouissimis temporibus, propter vos, qui per ipsum Fideles estis Deo.*

Flos Parisiis atque in Belgio mirando nactus pretio.

Biuerus.

1. Petr. 1, 18.

Decima circunstantia.

16. CAluario dein proximum Sepulchrum valde erat; & ita præsens nostrum Eucharistieum sepulchrum; pridianum antequam Dominus in Cruce pateretur. Vlterius quod & Crucem perpetuò secum affert, & verè repræsentat, videlicet, realiter rem Crucis semper ferens; de quo inter multos alios, lib. 1. de Euchar. cap. 22. Algerus videatur. Hæc propter assus tantùm cum lactucis agrestibus, quæ sunt amaricantes, in memoriã Christi mortis, edendus quondam agnos. Vnde eodem prorsus tempore, quo typus litabatur, hoc Christos verus Agnus instituit Sacramentum; cuius item proximiores, potioresque figuræ, fuerunt illæ duæ; nimirum quinque panum, ac vini nuptiarum miraeula famosa; illud anno tantum integro ante Domini Passionem & Eucharistiæ institutionem, in ipso institutionis, quo ad mensem, die proprio, à Christo celebratum; vt eruitur à Beda in supputatione ab illo facta de rebus Euangelicis; triennio verò istud, eandem Christi mortem & diem præcedente, omnino perpetratum; vt deducitur ex Augustino de Epiph. serm. 1. E quibus satis patet Caluario quantum fuerit hic cibus propinquissimus.

Ioan. 19. 41.

S. Algerus.

Exod. 12. 8.

Miraculum quinque panum, & vini quando facta.

Beda.

Augustin.

Vndecima circunstantia.

17. RVrsum prope Ierosolymam sepulchrum Christi erat. Cui etiam in A hoc persimile Eucharisticum sepulchrum nam Ierosolyma pacis visio latina lingua sonat; & in isto Sacramẽto tam magna semper pax, vt ob eius reuerentiam hanc Iudæ Christus dederit, ac ipsum amici nomine, vt diximus in centro, amanter compellarit. Præterea, quod connescens cum ipso traditore, per Synedochem, vel syllepsim in scriptura consuetam, posset dicere qood dixit Propheta cytharœdus; *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus* Nam vnus ibi aderat, de quo idemmet Vates; *Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Quia postquam manducauit vtrumque Christi panem, legalem, & Sacramentalem Magistrum pede ingrato ad mortem supplantauit. Sed cur B homo pacis eius, qui eum morti obtulit? Quia Christus erga illum habebat omnem pacem, quam ille nullo modo habebat erga Christum. Cuius vmbra quondam visa in filio viperino, qui Regem patrem suum necare satagebat; & tamẽ patris pax, hoc enim sonat Absalon iniuste vocabatur. At quare? nisi quia, quam pacem non habebat, habebat eius pater, qui eum deplorabat, & plorans sic dicebat, *Seruate mihi puerum Absalon*; Ita S. Augustinus exponens Psal. tertium: *Ideo Absalon patris pax dicitur, quia pater habebat pacem, quam ille non habuit, filium suum extinctum cum dolore plangendo; Absalon filius meus, quis dabit mihi mori pro te? & Christus Dominus noster Iudam adhibuit ad Conuiuium; in quo corporis & sanguinis sui figuram* C *discipulis tradidit; & in sui traditione eius osculum accepit; ac ideo pacem illi dedit, quamuis ille tã sceleratæ cogitationis interno bello, vastaretur.* Hæc iste; in cuius verba, figuram Christi corporis dumtaxat memorantia, nil velis cæspitare; nam iuxta ea, quæ in præfat. n. 47. 48. & 57. à nobis dicta sunt, oportet explicari. Chassaneus de mundi gloria. p. 12. consil. 75. de Christi Domini sepulchro ad visionem pacis huius peroptime illustrandam, mirabile quid affert; nimirum, quòd in templo sancti Sepulchri in Ierusalem, testudo & eius tectum, nón clausum, sed apertum & peruium cęlo est, foramine ibi lato, qua mente facto, nescio; nec ille factum explicat; quod pluries tamen postea cum ob temporis iniurias occludi tentare- D tur, in vanum à multis fuit hoc opus pertentatum; hauddubiè vt sic patescat, per patolum illum transitum, ex Filij Dei sepulchro patere cæli aulam, & illam cæli pacis videri pulchritudinem.

Eucharistia pacis cibus.

Psal 119. 7.

Psal 40 10.

Cur homo pacis Iudas dicatur à Psalmista.

Cur Absalõ pax patris in laudem pacis Christi, Hebraicè nuncupetur.

S. August.

2 Reg 18. 5. & 33.

Chassaneus

Scala cæli & porta vt Christi sit sepulchrũ.

Duodecima circunstantia.

18. SEd & nomen Ioseph, à qoo Domini sepulchrum paratum sibi fuerat, non caret sensu mystico; augmentum nanque valet huiusmodi appellatio. Et bene augmenti tale dignoscitur sepulchrum, quia proprium est Eucharistiæ augere nobis gratiam. D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 1. & 4. Hanc obrem Ioseph ille cum esset paulò antea discipulus occultus ob metum Iudæorum;

Ioseph nomen quantum quadret Eucharistico Mysterio.

D. Tho.

Matt.27.62. Marc.15.43. *Audacter* (paulo poſt) *introiuit ad Pilatum & petiit corpus Ieſu.* Sed vnde nam in homine Iudæum modò agente, pauoréque ſe tenebris nocturnis occultante; vt etiam Nicodemus, de quo Ioannes ait *Venit ad Ieſum nocte*; (Ioan.3.2.) tam ſubita mutatio? & virium confirmatio? Ex proxime ſequenti ſumptione Chriſti corporis; quam ipſe poſtolabat; hæc etenim fortitudinis, ei gratiam comparauit, adauxit, dilatauit. Quod non mea cogitatio, ſed potius Interlineæ; dum pro verbo *Petiit corpus; Viaticum* ſubſtituit; quo in via confirmatus, egregie rem nauauit.

Augmentũ gratiæ & gloriæ ex ferculo Euchariſtico. D.Tho. Ioan.3.13.

Nec gratiam tantum auget, ſed gloriam ſimul donat D. Tho. 3. p. q. 79. art. 2. & q. 80. ar. 2. ad 1. quocirca ſic Ioannes; *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo.* Quæ verba elucidaui Enarrat. præcedent. nunc autem in A meam mentem Rupertus lib. 6. in ipſum Euangeliſtam; (Rupertus.) *Nemo te ſubleuat in cœlum niſi hic panis, qui deſcendit de cœlo, nempe corpus Chriſti; hoc corpus Domini quod pependit in ligno, & hic ſanguis eius, qui effuſus eſt pro omni mundo.* En qoomodo Euchariſtia ſepulchrum Chriſti ſit. Sed planum, cum & ipſa conſecretur in frumento; quod ſepulchrum ſemper eſt, id eſt, ſemper mortem patitur ab agro in fauces vſque, vt vitam habere poſſit: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* (Ioan.12.24.) Quòd ſi abraſus puluis ex mirabili ſepulchro Imperatricis Hunegundis, in frumentum ſæpe verum, de quo multi comederunt mutatus perhibetur, apud agnum Nouarini n. 725. quidni frumentum hic in ſepulchrum verum Chriſti facilius immutabitur?

Frumentũ puluis factus ex tumulo Hunegundis.

VT ALTERVM SEPVLCHRVM DEI FILII Virgo fuerit; in qua viuus atque mortuus pro nobis primùm iacuit.

19. VALDE quidem ſepulchro hucúſque examinato adhæret Virgo Mater; ad minus, propter magnam ſimilitudinem quam habet cum ipſomet ſepulchro; nimirum in vnitate cum nati ſui corpore, poſt hypoſtaticam maiori, & omnium longe maxima. In hac ergo priùs Chriſtus, tam viuus quã & mortuus amore noſtro iacuit; prout Sanctus Iuſtinian. de incendio amoris Diuini ſcribit quarto cap; *ô mira res! totus Chriſtus crucifixus eſt in intimis viſceribus cordis eius.* Et Vſſuna in Miſſus eſt 1. p. cap. 100. quo ille ſic eloquitur; *Maxima fuit dilectio, qua Chriſtus recenter conceptus humanum genus adamauit. Nam in Cruce redemit nos in effectu, ſed in vtero Virginis in affectu, affectus autem etiam effectus eſt. Nam ſi cuiuſlibet peccatoris voluntas pro facto reputatur, quanto magis illa efficaciſſima Chriſti voluntas acceptanda erit?* Atqui hominum Redẽptio peracta in Cruce tantùm, & ibi conſummata; ergo Chriſto fuit Crux dilectę Matris vterus, in quo ille crucifixus non parum natus eſt; ac etiam conſepultus; ſepultura nanque illi maternus venter extitit, de quo calamus Hieronymi in Matth. 27. *Poteſt autem & nouum ſepulchrum Mariæ virginalem vterum demonſtrare;* Et Ambroſius ſuper Lucam; *Nouus illum venter concepit, nouus tumulus clauſit. Cuſtodiuit illum Ioſeph tumulo incorrupto, ſicut ſeruauit illum Mariæ vterus illibatus.* Cuius vterus non adeo hancobrem nouus tumulus ab iſto Sancto dicitur, quia in eo præter Chriſtum nil fuit vnquam poſitum, quemadmodum in ſepulchro locatus nemo fuerat; ſed quia nouæ formæ, inuentioniſque Sarcophagus, dum viuus atque mortuus in eo ſimul iacuit; mortuus quidèm deſiderio moriendi pro mortalibus; viuus vero vita ſua, quam ibi pari paſſu & vitæ & morti tradidit; vt Iobi B Sancti dictum ei neutiquam cõueniat; *Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum*, (Iob.10.19.) Sed potius immutatum; *Fui ego, vt non fuiſſem de tumulo tranſlatus ad tumulum.* Vel illud Zachariæ huiuſmodi conuerſum; *Ecce vir eius tam oriens, quam moriens nomẽ eius.* (Zachar.6.12.) Quia ab ortus ſui initio ſtatim mori cæpit. Vnde dicitur in Pſal. *In laboribus à iuuentute mea:* ſeu *expirans à iuuentute*, vt aliqui tranſcribunt. Ergo moriens & expirans à primo vitæ halitu. Quibus omnibus accedat verbaoitas Prophetæ dicentis modo aulico, vt aulicus primarios; *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* (Iſai.11.1.) Nam velut flos ingrediens amæna vitæ prata, venuſtatem per circuitum vniuerſorũ populorum repandit paulo infra; *In illa die radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.* (N. 10.) Sed flore mox emarcido in ipſo vitæ C aditu, ſtatim illius tumulus, re nulla interjacente, ibidem colligatur; *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.* Quæ connexio nunqoam fieret, niſi à flore humanitatis ſepulta proles Virginis Mariæ naſceretur.

Maria primum Chriſti mirabile ſepulchrũ, in qua viuus atque mortuus amore noſtro iacuit. S. Lauren. Iuſt. Vſſuna. Vt Chriſtus crucifixus, & ſimul tumulatus in vtero materno. S.Hieron. S.Ambroſ.

20. Hinc verè ſed auarè Theologi aſſeuerant, non poſt Chriſti reſurrectionem, diſcĩpulis cum dixit; *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti;* (Matt.28.19.) tunc primitùs inſtitutum Baptiſmi Sacramentum, ſed verbis ſub eiſdem, multò ante Paſſionem, veram gratiam iam exinde in virtute Paſſionis ablutis largiendis; non adeo in quantum Paſſio futura tantum erat, & poſtea incipienda, conſummanda, & terminanda in Crucis Sacrificio; ſed quatenus à Circuncisione iam fuerat incepta, & habilis, vt illinc conferret donum gratiæ; qua de re multos noſter eruditiſſimus modernus adducit Villalobos. 1. p. tract. 5. difficult. 2. n. 1. in Summa conſcientiæ. (Villalobos.)

Ante Chriſti Paſſionẽ Baptiſmo vnde nam gratia.

Auarè

Maria filij sui sepulchrum gloriosum.

Auarè tamen isti, vt dixi, sic loquuntur; cum non solum à Circuncisione, sed etiam à Matris vtero, & mortuus & sepultus redemptor noster fuerit. Hæc enim illius verè sepulchrum gloriosum, vt summè capax gloriæ, & gloriæ ipsius porta. Sepulchrumque non parùm Sepulchro gloriosius, dum quidem non lapideum, sed viuum & animatum, nec filij sui mortui, sed viui bustum fuit; ac insuper non tridui sed nouem prorsus mensium spatio deputatum; & vltimò sepulchrum non solum gloriosius, sed etiam (quod attingit naturam sepulchrorum) lapideo Christi alio Sepulchro truculentius; videlicet, quod aliud occlusit Christū vita humana tantùm cassum, hoc verò velut vita Diuina spoliatum; vt in p. Occidentali serm. 22. Vsuna ponderauit. Quod prius & Guerricus Annunti. serm. 3. præsenserat his verbis; *Nihil tanto tempore illa Sapientia loquitur; nihil illa virtus manifestum operatur, nullo signo visibili maiestas quæ clausa erat, loquitur.* Et infra sic concludens; *Omnium igitur humanarum infirmitatum, vel iniuriarum, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate maximam existimo, quod in vtero concipi voluit; in vtroque nouem mensium tempore maiestas illa incircunscripta passa est contineri.*

Sepulchrũque sepulchro non parum truculentius. Vsuna. Guerricus.

Humilitas quæ maior in vita Redemptoris.

Verùm isti iam sepulchro alterius qualitates, vt decet, adaptemus; cui aptabile est in primis, quod diximus de Christo, viuum simul atque mortuum amore nostro actum, traxisse vitam suam; nam de Virgine iuxta Crucem sic ait noster Busto. 10. p. Marialis serm. 1. p. 1. *Viuens viuebat moriens; nec ideo poterat mori, quia viuens mortua erat. In anima illius dolor sæuiebat; volebat mori potius, quam post mortem viuere Christi, qua male viuens mortua tamen erat. Stabat dolens, confessa suo dolore.*

Busto. Vt viuens atque mortua Maria iuxta Crucem.

DE DVODECIM QVALITATIBVS, QVAS habet Virgo Mater sepulchro Christi similes; & primiter de prima.

Mariæ quale ethymon.

Epiphani. Philo.

Thren. 2. 13.

21. MYRRHA & aloe non deficiunt in Virgine Maria, quæ ex propria ethymologia amarū mare sonat; seu etiam maris myrrha; vt ex laudibus Virgineis probatur Epiphanio; à quo Philo non recedit in libro à se composito de vocibus Hebraïcis: cui ideo bene quadrat quod dicitur in Thren. *Magna est velut mare contritio tua.* Hinc factum, quod Maria tota mare, tota myrrha, & tota mare myrrhæ, ex myrrha solum constat; & ad mundum vniuersalem præstantis huius myrrhæ odore & amarore à vitiis præseruandum suapte multum valet. Nam mare mundum ambit; & quemadmodum eius Filius ab vnguento Diuinitatis, totus vnctus, quod est Christus, promeruit appellari; ita Mater ab eodē vnguento Filij sui, tota myrrha, & mare myrrhę, Mariaque est facta; vt myrrhinum velut mare suauitatis fragrantissimæ Christianum totum orbem proficue circumiret. Cuius mare (si to eius agnoscere vis aquas) ex Baptismi, præter alios, laticibus conficitur; quibus myrrha Mariana effectos myrrhæ dedit; baptizatos per pœnitētiam à malis consttingendo, & ad bona per odorem suauem afficiendo; hæc enim doo myrrha natura sua facit. De primo do authorem Chrysologi nitorem serm. 57. de Christo quo in loco Fideles perungente huiusmodi se habet: *A Chrismate Christus vocatus est, qui Diuinitatis augmentum aridis iam mortalium membris pius medicator infudit.* De secundo vero Ambrosium de Virgin. lib. 3. sic Matris & Filij Christi componēs opobalsama: *Hoc vnguento vncta est Maria, & Virgo concepit; & virgo peperit bonum odorem Dei Filium. Hoc vnguentum effusum est super aquas, & sanctificauit illas.* Nec immeritò Maria pietatis suæ myrrham inspirat vniuersis, cum & ipsa devotionis mortificationisque totius stillicidiom verè sit, & semper ex se fuerit. Sicut enim stillicidium *Lambique* vulgo dictum, vi ignis transfadactum, non sibi sed hominibus liquores miros fundit; id autem non per transitum, sed sensim & pedetētim guttas valde geniales, & succos præstantissimos, ac sæpius suauissimos mirificè transfundens; sic Virgo amoris igne diuinitus adacta, redolentes nobis rores per totum vitæ cursum spiritus largitur, effundit, & infundit. Quapropter sic de illa; *Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Electa non tantummodo ad odorem intra seipsam pergratum conseruandum, sed etiam ex suis manibus guttatim desudandum, & tāquam myrrhæ lachrymas lentissimè, nimirum, per omnæ vitæ suæ & nostræ quoduis tempus, mortalibus donandum: vnde dicitur de isto moroso stillicidio; *Manus tua stillauerunt myrrham;* ô bellum stillicidium! ô optimum *Lambique!*

Maria quã-tum mundo, vt myrrha & mare profit.

P. Chrysologus.

Ambrosius.

Maria toti mundo stillicidium quam mirificum.

Eccle. 24. 20

Cant. 5. 5.

Cæpit myrrha hæc probata, cum primum vitam cæpit; statim nanque fuit probata & præseruata à culpa originali. Procedente vero vita, maiores eò ex se odores spirauit, quo maiores à maleuolis, peruersis, & scelestis dolores tolerauit. Nec malè, cū Theophrastus de plantis lib. 6. Odorata fermè omnia amata dicat esse; Pieriúsque in cæpe scribat in hunc modum; *Rosa iuxta cæpe, vel allium sata, fragrantiores fiunt, vnius fœtore alterius beneuolentiam adiuuante.* Qua de caosa si flores fœtentes, inter plantas suauiores enascuntur, & omnia amarulenta odora sunt frequenter, quò maiores pœnalitates perpessa Virgo fuit, maiores eò quidem suauitates charitatis ingratis Filij sui persecutoribus afflauit. De quo mirum quid recenser, iuxta ea quæ Maria peregit iuxta Crucem, à pictura longe illa, qua à pluribus

In gratis vt sit gratior, suauior que Maria.

Theophrastus. Pierius.

Flores inter fœtores suauius redolentes.

ignaris cũ spasmo pingebatur, anno Christi. 34. n. 34. doctissimus Baronius. Rem mitto, quia lata; ne ab opere Sacramentali in Mariale totus abeam; licet maximo cum gaudio oblata occasione, ego Virginis præconiorum lubenter præco fiam. Nunc verò quadam reolente, & Eucharistiam nil minus redolente, ne ab habiti instituti limitibus cadamus, huic odoris qualitati iam finem componamus; cũ docto atque deuoto Vssuna Fratre nostro, qui sup. Missus est.

Eccle 24 23.

p. 2. serm. 10. ad verba Eccles. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris*; egregie sic eloquitur.

Vssuna.

Non dicit suauem odorem, seu suauitatem odoris; sicut enim panis ille, qui de cælo descendit, habuit omnis saporis suauitatem, ita vapor ille, qui de corde Virginis ad cælum ascendit, uniuersi pulueris pigmentary, & omnis odoris habuit suauitatem, quam solus diuinus olfactus potuit discernere; vnde antiphona; Dum esset Rex in accubitu Patris, nardus mea dedit odorẽ suum.

Maria vt manna sit odoris vniuersi.

Cant. 1. 12.

Ergo sicut Eucharistia per manna figurata saporem in sese omnem quam larga penu habet, sic Virgo odorem omnem; in quo illa bene potest Eucharistia nuncupari, suauitatis redolẽtiam vbertim circumfundens. Quare nihil demirandum, si ipsa Regem tantum odoris vi attraxerit, vt cum communieandi pro dignitate solum digna inuenta in mundo fuerit, quæ prior intra viscera reconderet Sanctissima.

Qualitas Secunda.

Matt. 27. 60

C

22. HÆc vtique in sepulchro fuerunt linteamina, tam noua, quam & munda, vt asserit Matthæus; quibus pie fuit corpus Dominicum inuolutũ. Sed quæ lintea splendescentia mundiria ac nouitate, vt Virginis præcordia, quam Hieronymus non candidam, sed ipsummet candorem in Canticis sic facit: *Non immerito* (inquit ille) *venire de Libano iubetur; quæ Libanus candidatio interpetratur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata niue candidior.*

Cant. 4. 8.

S. Hieron.

Hæc linteis virginalibus, cælo ipso purioribus, excepit cæli Dominum. Hæc linteola non solum virgineæ carnis suæ exhibuit pani carneo; sed insuper & mappam Cænaculi quæ fuit superstrata Sacræ mensæ elaborauit suis manibus, & in formam liliorum variegatam fecit acu; vt anonymia his versibus de more suo solito, in agno Nouarini. n. 459. inuenies memoratum:

Eucharistię mẽsæ mappa, & cur distincta liliis effecta per Mariã.

Nouarinus

D

Hac etiam in mappa posuit sua fercula, & artis
Pro pretio, Maria sufficit esse manum.
Admirans aliquis textam, admirabile, dixit
De Maria eximia texuit arte manus.
Quam bille depingit acu, qua lilia nectit
In Christi vestes ingeniosa manus.

Cant. 2. 16.

Et rectè fuit mappa ex liliis variata, in qua Agnus erat primùm edendus Eucharisticus; hic etenim qui pascitur purissima inter lilia; & intra ventrem Solum vallatum mundis liliis enasci in mundo voluit, dignatúsque cùm tritici dignatus nomen sumere; *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.* Oporteret nanq; talis, vt venter tãtus esset,

Cant. 7. 2.

A

hoc tritico vescentium (si foret res factibilis) ventriculus & pectus. In cuius iam figuram videtur contigisse, vt in Mariæ domo, non Deiparæ, sed alterius, de qua agitur in Actis cap. 12. n. 12. institutã innotuisse, vt scribitur à Baronio anno Christi. 34. n. 22. Sanctissimam Eucharistiam; quò sciremus Beatissimam tantummodo Mariã dignam esse quæ linteola pararet Christi corpori; & in domo sui pectoris hospitiũ præpararet.

In domo cur Mariæ, & qualisnã Mariæ sit condita Eucharistia.

Baronius.

Quæ mappa cursu temporis delata in Portugallum in Conuentu S. Rochi familiæ Ignatianæ, vt Theatrũ vitæ humanę adducit tom. 3. Vlyssipone conseruatur. Quod ego postquam exij à Regno meo legi; & an ita se res habeat, vt fatear verum, nescio; illud tamen certò sciens, & valens diuulgare, per optimè (hoc supposito) ad caput Portugalli; in montem velut Sion Eucharistiæ excelsiorem, & Bethlem istius panis (præ cunctis mundi vrbibus) quò ad cultum tanti cibi apertè sanctiorem, prædictam mappam iure quam summo conuolasse. Hæc enim est Vlyssipo iudicio vniuersorum, qui diuitias, ornamenta, suffitus & concentus, postremóque lautitiem & concinnam decentiam templorum illius vident; videlicet, vel Sion, quo panis hîc erectus, vel ciuitas Bethlem qua orbi cuncto natus.

Theatrum vitæ hum.

B

Vlyssipo Siõ mons, vel etiam Bethlem altera.

Qualitas tertia.

23. SVdarium humilitatis non defuit vllo modo in Virginis sepulchro; imò longe hæc colluxit, tum alibi sæpissimè, tum etiam pro re nostra non parum consentanea, ad Angelicum cùm illa introitum perterrita, ita fuit ex eloquiis illius perturbata, cogitatibúsque tantis repleta Virgo humilis, vt dicat S. Lucas; *Et turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.* Sed quare perturbata? quia Angelum conspexit? nequaquam; nam & alios frequenter aspectabat; vnde neutiquam ex aspectu, sed potius ex sermone, vt dicitur in textu, Legati formidauit. At verò cur ex eius loquela terrefacta, si certè vox illius per apta circumloquia hanc Dominam suauiter, & comptè disponebat ad apicem Dei Matris, vt eam ad tale munus post pauca subleuauit? Quia dignitas tam magna indignum quemquam reddit. Quia honor tam pergrandis nõ datur sine onere; onus autem videbatur humillimæ puellæ recipere Dei Filium; nam quisquis Deum recipit, districtum suum Iudicem sub illo quoque recipit; & cum iudex apud domum cuiúsque diuersatur, si ibi delinquentes quicúnque sint inuenti; quamtumuis occultati, pauescit domus tota. Non quidèm quod Maria delicti compos esset, sed quia proles erat parentum delinquentium; vnde posset pertimescere, ne propter ascendentes, super eius domicilium descẽderet Dei ira & iusta illius plaga; ac virga longe recta. Quod Chrysologus hoc modo, ni fallor, intellexit, dum serm. 142, scribit de hoc metu;

Mariæ quanta humilitas ad Christum excipiendum.

Luc. 1. 29.

Chrysolog.

Sensit

Vt iudicem Dei Filius in cibo Sãcto faciat; & quantum sit tremẽdus.

sensit in se supremum suscipi iudicem; id est, in suam domum, familiam & ascendentiam venire de supernis, descendereque etiam in se illorum filiam, hæredem, ac debitricem, cælestem mundi vigilem, & vindicem seuerum. Ceterùm ipsa Dei iustitia vel iustos viros terret, dicente electo Vase; *Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me Dominus est.* Vnde & Virgo licet iusta, nil mirum si perterrita. Qua iudicis cogitatione terrorem incutiente, (quò acriter nosmet interius, iudicemus, & diuinum propter hoc iudicium declinemus) vult sanè tantus iudex, vt eum in Sacramento tremendo excipiamus: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.*

1. Cor. 4. 3.

1. Cor. 11. 28, 29, & 31.

Hoc ad omnes communicantes exemplum dedit Virgo, sed ad Christum ministrantes & manibus tractantes, excelsius longe aliud; cum natum videns Filium attingere non ausa, sed timuit, & expauit; donec manibus Angelorum, etsi suis inferioribus, ei fuit infans traditus, & brachiis, sinuque dulcissimè locatus; in catena sicut Græca explanans Lucæ verba, Geometra testatur; *Filium in fœno iacentem adorauit, & suis manibus contrectare adeo timuit, vt & accedere vereretur; quin non extendit ipsa manus, vt suo exciperet sinu; sed Angeli id præstiterunt* Quò respicere videtur illa Christi querimonia ad Patrem suum facta, in Psal. 21. *In te proiectus sum ex vtero*; expositus ac filius, à matréque post punctum natalis derelictus; & solo patrocinio Diuino ex tunc commissus, ac duriter concreditus. Cui dicit hac de causa; *De ventre matris meæ tu es protector meus.* O exempla formidanda, & cerebro infigenda! Quæ talia nobis dedit, det quoque & intellectum, vt documentis tam proficuis abuti nesciamus.

Geometra in catena.

Psal. 21. 11.

Maria Christum natũ quãobrem non attigerit, & illum quis in sinum tradiderit Dei Matris.

Qualitas quarta.

24. HÆc erat petra viua, quæ Virgo mater est. Viua quidèm, quia viuens, & vitæ ipsius genitrix petra autem quia firma aduersus tria vitia confestim referenda, quæ reliqua comprehendunt; occludunt, atque continent; & quia mater Domini, qui petra nuncupatur; *Petra autem erat Christus*; ac etiam sine manibus excisus ab hac petra in magnum montem creuit; & tandem quia petra, super quam erectum est Ecclesiæ fundamentum. Sic Hugo Cardinalis ad verba summi Vatis; *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion*, huiusmodi se habens. *Petra deserti dicitur. V. Maria, de qua excisus est lapis paruus sine manibus, qui creuit in montem magnum; Dani. 2. de qua dicitur in Prou. cap. 30.* Tria mihi sunt difficilia, & quartum penitus ignoto, viam colubri super terram. *Coluber diabolus est, cuius triplex est vestigium; luxuria, superbia, auaritia. Vestigium luxuriæ non fuit in hac petra; quia Virgo fuit & mente & corpore; vnde dixit*; Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? *id est, mente non cognituram propono. Vestigium superbiæ non fuit in eadem petra; vnde dixit*; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. *Vestigium auaritiæ non fuit in ea, quia pauper voluntaria. Hæc merito dicitur petra, quia super ipsam posita sunt fundamenta Ecclesiæ; vnde Eccle. 26. Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.* Hæc ille; quæ non parum reddentur clariora, si verba eiusdẽ Vatis de Christo prophetantis, à nobis ponderentur. Nam suspirium quod emisit vt Agnus mitteretur; *Emitte Agnum Domine*; Messiæ pro aduentu emissum plane extitit; deserti verò petra, vnde venit nobis Agnus tam mitis & tã clemens, B. V. Mater; quæ deserti velut petra, nimirum rupes magna, ingenita, & immobilis; in proposito Virginitatis immota semper perstitit; proptereáque deserta, & inuia, & inaccessa, vel ipsi *Filio* Dei, cui patuit semper clausa. Ex qua ipse nihilominus mittendus erat orbi; & vitã ad montem vsque Sion filiæ protracturus; ac si diceret, vsque ad cibum Eucharisticum condendum; qui quidem in Sion monte apparuit institutus. Vocatur autem mons hancobrem Sion filiæ; vel quia mons excelsior totius Ierosolymæ, vnde ciuitas eius filia in situ videbatur; vel quia Sion filia est ipsa Virgo Sancta; quæ filia Sion dicitur, vt nata non ob aliud, sed tantum propter hoc, quò vtique ex hac Filia Dei Filius nasceretur; qui sanè in Sion monte Sacrarum rerum omnium, in pane de quo agimus absolueret coronidem, & daret complementum.

Maria qualis petra, pretiosior pretiosis.

1. Cor. 10. 4.

Isai. 16. 1.

Hugo Car.

Dani. 2. 34.

Prouer. 30. 19.

Luc. 1. 34.

Luc. 1. 38.

Eccle. 26. 24

Cur filia Sion sæpe dicatur Ierosolyma.

Qualitas quinta.

25. HIc magnum saxum verè ad ostium monumenti; nullũ etenim sic magnũ vt votum virginale, quod in ostio vitæ suæ, & matris suæ vtero; aliquorum iuxta mentem, è quibus vnus Lopes Episcopus Christopolis, commentans illa verba; *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius*; Maria Deo vouit. Nec mirum si inspicias hanc ipsam Lucæ phrasim; nam secus Matri suæ Deus Magna non fecisset, nisi istud, atque alia hominibus insolita eidem non dedisset. Præterea quod si Christi mirabilis Præcursor materno in ventre saltans, ex vsu rationis tam citò sibi indiiæ hos saltus iam tom dedit, vt multi neque deuiè exinde verum putant; Bernardique est regula tenenda & obseruanda, dicentis quæque dona per Sanctos distributa cum excessu Matri Dei attribui decens esse; non certè res tam magna manebit stupenda, sed vera & nimis facilis. Nec quidèm mihi claret, si nomen hoc plurale, *Quia fecit mihi magna*; per totam vitam Virginis (vt videtur verisimile ac etiam necessarium) de bene-

Lopes Episcopus Christopolis.

An Virgo in Matris vtero Virginitatis Deo votũ emiserit, nec ne.

Bernardus.

Mariæ ab originali probatur præseruatio.

ficiis semper ipsi concessis duplicatis, seu dupliciter maioribus, quam Sanctis vniuersis oportet explicari; vt possit de hac Domina in ventre matris suæ duplicatò super omnes exponi filiis Adæ, vtpote dicendo, quod ibidem exépta prorsus fuit à labe originali, cum tamen nemo sit ab ista sorde mundus, *Nec infans cuius est vnius diei vita super terram*; vt rugit Leo Papa in Nariu. Do. serm. 1. & pariter quod inibi ac simul est concepta rationis vsū habuit, quod nemini vel ipsi Baptistæ datum fuit; hic enim post sex menses ad aduentum Matris Virginis in vtero saltauit; ex eo quod per eam, seu per Filium quem gestabat, tunc liber factus est à culpa Originali, vt dicitur communiter, ac vsurationis tunc etiam decoratus. In quo iterum Mariæ excessus comprobatur, nam si Sanctus ille puer ad eiusmet præsentiam hæc duo habere creditur, cur ipsa Mater Dei, hæc ipsa non habuerit, simul atque vitæ habuit vel radium plus exiguum? De Baptista lib. 1. in Luc. sic Ambrosius; *Intelligendi habebat sensum, qui exultandi habebat affectum*; quo, & aliis fundamentis de Maria cum excessu hoc asserit Suarez in suo vita Christi disp. 4. sect. 7.

Leo Papa.

Mariæ in ventre Matris an vsus rationis.

Vt Virgo mater Deo tantummodo cōueniret.

Vere autem magnum votum emissum tali tempore. Vere saxum quod nec volait Deus ipse remouere; sed imò à tota semper firmare æternitate, & adeo roborare, vt nec Deū Mater alia deceret nisi Virgo, nec Virginem nisi Filium habere tantūm D-um, vt de Virginis Natiui. Guerricus bene asserit. Quare saxum remoueri omni tempore impossibile; de quo perpetim frustraneum inquirere atque dicere; *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Sic factum quòd Deipara de re veluti impossibili mirata summè quæsiit; *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Cuius quidem interrogationem hæretiei cauillis nituntur inquinare; vel Virginem de Mysterio incredulam fuisse; quam tum in fide taxant; vel nesciam de Prophetia prolata, verbis illis *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*; quā tum ignaram vocant; & illiusmet Sponsum Spiritum Diuinum, auarum versus eam, proindéque non adeo Spiritum Diuinum, quam inuidum & malignū hoc ipso modo faciunt; vel solicitam de Matrimonio, vt minimum constituunt; quod illi, quamuis iustam, libidinem est tribuere, ac per consequens eam igne peccantium denigrare. At ista tota liuida, futilia, & per seipsa labentia ac corruentia; & oppositas virtutes, quod maxime est notandum, egregie statuentia. Primò Fidem, per eloquia ibidem subsequentia *Beata quæ credidisti*; nam Fides quando quæritur ingenua intentione, tunc firmius ipsa creditur; vt indicat Ambrosius in Glos. interli. & latius super Luc. in quorum primo loco; *Liquet, quod faciendum credit, qua quomodo fiet quærit*. Secundo Prophetiam, qua Virgo non carebat; imò quò ad Matris Dei intimeratum puerperium hanc maximè calebat, & actualiter in lectione Isaiæ Vaticinij, ac in eius cōtemplatione altissima tunc

Guerricus.

Matt. 16. 3.

Luc. 1, 34.

Isai. 7, 14.

Mariæ quæ virtutes, cū dixit *Quomodo fiet*.

Luc. 1. 45.

S. Ambros.

Maria quid nā faceret, cum Angelus aduenit.

Isai. 16. 1.

A erat, cùm Angelus aduenit, eo ixè valde flagitans quod Vates precabatur; *Emitte Agnū Domine dominatorem terræ*: vt à multis viris doctis nec deuiè asseueratur, & ab ipsomet Ambrosio relato insinuatur, vt ad vltimum & potentius humanum desiderium, quo Virgo conflagrabat, ad flatum sicut ignis accenditur supremum, sic istud Dei amoris incendium, tam ab eo, quam etiam à cunctis bonis summopere exoptatum, postremò incendetetur. Tertiò autem Virginitatis firmissimum propositum: nam verbum de præsenti, *Quoniam virum non cognosco*; necessariò de futuro oportet explicari. Secus enim non concluderet, & ineptissime Dei Nontio hæc Virgo responderet, si impossibilitatem de futuro in castitate de præterito, vel de præsenti prænotaret; quaobrem *Non cognosco* est idem, quā si diceret, *Agnoscere non statuo*; seu melius *Voti causa agnoscere non valeo*; sicuti quisque Religiosus Carthusianus solet dicere; *Ego carnes non manduco*; subintelligens hac formula, *Nec vnquā manducabo*. Quare omnia de hoc mysterio credebat Virgo optimè; néc Angelum de veritate, sed vnicè de modo miraculi tam magni ac forma requirebat; nam quod erat ei credibile, intelligibile non erat; & de modo humanæ menti omnino impenetrabili rem solùm sciscitabat; vt ex ipso verbo *Quomodo*, id est *Quo fiet modo* perspicuè demonstratur. Sic istud magnum saxum perpetuæ castimoniæ in sermonibus de Aduentu, ante Dom. 2. reuoluit atque explicat Eusebius Emissenus; *Non dubitat fieri, quod Angelus fieri promittit; interrogat tantum*. Quomodo fiat; *quoniam quamuis virginem parituram bene nouerat; dicit enim Isaias*; Ecce Virgo concipiet & pariet filium; *quomodo tamen pariet non dicit. Quia ergo Virgo est, & virum non cognoscit, quomodo pariat & virgo maneat, interrogat; quia nulli adhuc reuelatum erat.*

Luc. 1. 34.

B

Propositū Virginitatis in Virgine quā fixum, vel etiam quando dixit; *Quomodo fiet istud.*

C

Eusebius Emissenus.

Isai. 7. 14.

Qualitas sexta.

26. Saxum illud muniebat impositum sigillum, & totius Trinitatis sigillo communita appellatur ab Hieronymo B. V. Mater, quia suam potestatem in ea Pater posuit; Filius suam sapientiam & Spiritus Paraclitus suæ copiam bonitatis; quò maneret obsignata, & prole non orbata, ac D dicitur in Cant. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis*; maternitate non exuta, sed virginitatis mundis liliis nil minus circunsepta. Nec mireris si hoc triticum immaculatum fuit Matri, cum & nos illius esu à malis mundemur, & iterū integremur in animæ fracturis. In quo quidem Dei potestas se supra se exaltat; nam iuxta eundem Sanctum epistol. 22. *Cum omnia possit Deus, suscitare non potest Virginem post ruinam.* Nos verò à mille rimis, quotidianisque ruinis, in meliori nostri parte, hoc cibo solidamur; quéadmodum non obscure supponit Zacharias; *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* De quo tritico ad virginitaté nos denuo reducente

Hieronym.

Cant. 7. 2. Maria plena tritico, sed liliis circūscripta, nimirū Mater Virgo.

Zachar. 9. 17.

Vt mater Dei sit Virgo, & nos Virgines effecti per triticū Eucharisticū. 2.Cor.11.2. Ephes.5.27.

reducente Apostolus sic ait; *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo*; id est, frumento isti, quo animæ ad virginitatem Dei dignam reformantur. Quam sponsam immaculatam, & sine ruga pulchram fatetur ad Ephes. Vnde colliges hanc esse Ecclesiam vniuersalem, quę tota simul sumpta est plane sine macula; hoc autem panis huius & vini beneficio; sicut cap. 21. de corpore & sanguine Dom. Paschasius testis est, explanans Zachariæ adducta modò verba;

S. Paschas.

Felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur; nam in illo nostri germinis vino castitas corrumpitur; ab isto vero virgines procreantur. Et ideo omnis Ecclesia merito virgo nominatur, quia isto repleta vino, nullum præter Christum amare nouit, nullum esurire alium, nullum alium sitire.

Qualitas septima.

Maria in toto mundo quam noua creatura. Ierem.31.22.

27. HÆc in Christi sepulchro illius fuit nouitas, qua nemo præter illum in eo requieuit. Sed quæ nouitas vt illa Virginei Mausolei, quæ Ieremiam admiratione huiusmodi compleuit; *Creauit Dominus nouum super terram; fæmina circundabit virum.*

Lyra.

Ad quæ verba sonat Lyræ nostratis modulamen; *Hoc fuit impletum in Maria, qua Christum virum perfectum in scientiis & virtutibus ab instanti incarnationis in vtero suo circundedit.* Ponderoséque Hieronymus in officio Conceptionis Minoribus indulto;

Hieronym.

Vere nouum, & omnium nouitatū supereminens nouitas virtutum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, nec videre aliquis, vt viuere possit) sic ingressus est hospitium ventris, vt corporis claustrum nesciret; sicque gestatus, vt totus Deus in eo esset; & sic exiuit inde, vt esset (sicut Ezechiel fatetur) porta omnino clausa; vnde canitur de ea; Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus.

Eucharistia quantū noua & nouitatis debita.

Nec malè talis nouitas in tumulo materno à Christo facta est, nam locus naturaliter locato correspondet; & corpus collocatum in istomet sepulchro, fuit illud longe nouum inusitatúmque miraculum quod vt causa & fundamentum, hanc fecit nouitatem; qua de causa est aliquando ab ipso Christo Dom. vocatum nouum corpus;

Matt.26.29.

Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei. Ita vt communicantes hoc ipsum nouum corpus oporteat esse nouos; dicente sic Paschasio ad istum Matthæi locum;

Paschasius.

Hoc ita repromittit, quia nouum vtique vinum, non nisi innouati possunt bibere; veteres autem noua non capiunt. Quò respicit sententia prolata à Saluatore.

Matt.9.17.

Nemo autem mittit vinū nouum in vtres veteres; alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt; sed vinum nouum in vtres nouos mittunt. & ambo conseruantur. Et quidèm tanto hospiti semper nouitas & puritas debetur pro hospitio, vt serm. 183. attingit Augustinus;

S. August.

Vbique beato corpori debetur sanctitas, vbique virginitas; nouum illud venter concepit, nouus tumulus conclusit.

A

Qualitas octaua.

28. NOn defuit in sepulchro custodia militaris, nec in Virginis sepulchro custodia singularis; Angelorum tam ex parte, qui ab initio Conceptionis custodierunt matrem Virginem, quam ex parte ipsius Virginis, quæ vt Pyxis Eucharistiæ, Custodia nominata, recepit Christi corpus, & optimè protexit; atque etiam Christianorum, tam in anima quam in corpore custodit indiuidua. Duo vltima sunt patula; primum autem de Angelorum in Virginali Conceptione custodia vigilanti, peculiare nostri habeo Vssunę testimonium; cuius viri per quam docti, ingeniosi, nec non etiam

Vssuna cōmendatus.

B deuoti non vulgariter pręclara & plura opera, ob pauperiem, sed præcipue nostrorum Prælatorum nescio qualem negligentiam excussa semel tantum maiori ex parte vidi. Quibus equidem non poterit annumerari ni decipior. P. Ioannes Neapolitanus Reuerendissimus nostri Ordinis in pręsentiarum Generalis, qui cum homini Lusitano ex rationibus sæcularibus, quæ maximè nunc pollent, nec propensus, nec propitius deberet demonstrari; nihilominus regularibus præpollentibus apud eum, mihi suam facultatem ad hoc opus diuulgandum per literas petenti, non istam voluit simplicem, sed duplicem concedere; & per suammet Patentem affixam libri initio, & per epistolam, quam ad exempla similia consectanda annectere

Prælati Frāciscani de incuria suggillati & Reuerendissimus Generalis P. Ioānes Neapolitanus laudatus incidenter.

C non deuium, sub istomet tenore; P. Antonio de Serpa ex nostra P. Pietatis Salutem. *Non possum quin gratos habeam eos Fratrum nostrorum labores, quos ad Ecclesiæ Catholicæ, & Seraphicæ nostræ Religionis splendorem inspicio aliquid conferre. Vnde cum liber, quem prælo mandare cupis id habeat, eo etiam facilius eum imprimendi facultatem nostram impartimur. Nec putes me vel faciliorem in gratiis conferendis, vel difficiliorem, pro ratione nationum, ex quibus fratres postulantes originem ducunt. Ex quo enim ad culmen Seraphici nostri Ordinis Deo sic disponente, sumus assumpti, noui me omnibus debitorem, & vt Pater omnium, quoscumque fratres vt filios charissimos, sine personarum acceptione teneri me prosequi, affectu æquali. Si quis autem peculiarem possit exigere, ille erit proculdubio, qui suis curis*

D *& vigiliis religionis nostræ Seraphicæ decorem augere laborat. Vnde cum id intendas, scias velim te mihi charissimum. Præter illos, quos ad videndum librum imprimendum assignaui Doctores, cupio etiam vt opus tuum P. Ioanni de la Haye communicetur. Interim me habe commendatum apud Deum opt. Max. qui tibi bona quæque tribuat. E conuentu Aracælitano hac die 26. Februarij 1646. Fr. Ioannes Neapolitanus Minister Generalis.*

Vssuna in Missus est, secunda cuius pars procedit per sermones.

Vssunæ vero calamus serm. 10. in Missus est scribit in hunc modū. *Sicut nunc conueniunt Angeli coniuncti psallentibus, sic in statu innocentiæ adessent generantibus; quod nunc in Virginis conceptione instaurari videtur, dum B. Anna Matrem Dei concipienti Angelus astat melius, quam astitit Manue, & vxori eius; & melius quam Raphaël astitit Saræ atque Tobiæ in coniugio decam-*

Quantum hominum conceptio foret munda, & velut

cælica ſi Innocentia perduraſſet. Maria in Conceptione vt fuerit ab Angelis protecta & cuſtodita. Pſal. 21. Angelorum à quo nam tẽpore cuſtodia incipiatur, de eaque res optima.

bentibus; neque enim Angelus dedignatur ad hominis mitti conceptionem; cum ex tunc animabus noſtris adhibeantur cuſtodes, iuxta illud Regis Vatis; In te proiectus ſum ex vtero. *Verum eſt, quod ardor carnis, quo concipimur, eſt fornax, quam ſuccendit Adam, & vxor eius Eua. Et B. Maria per coitum naturaliter concepta eſt in ardenti flamma; ſed Angelus Domini aderat, ne Matrem Dei per originale peccatum incendium contriſtaret. Nec illi, qui contrarium dicendum iudicarunt, miraculum in hanc figuram in fornace Babylonis tam factum intellexere. Nam illic pueri nec in corpore, nec in veſtibus combuſti ſunt; & Maria nec in anima, nec in corpore cremata; imò ſicut ignis flammam excuſſit Angelus de fornace, ita de Virginis parentibus flammam libidinis tunc remouit, qua illi procul dubio carere potuerunt; ſicut in ſtatu innocentiæ carerent omnes gentes; quia tum temporis calore & non libidine generarent; ſicut nunc calore & non libidine cibum digerimus in ſtomacho; & maximè cum illi, qui cauſa prolis coeunt, non libidine ſed igne charitatis coniunguntur.*

En forma quaſi milites exercitus cæleſtis ſepulchro Virginali cuſtodiam præſtitere; in quo poſtea fuit corpus ſepultum Redemptoris, cum moriens natus eſt; vt ſupra dictum manet. Ob quam vltimam cuſtodiam præceſſit illa prima, ab Angelis in conceptione Virginea celebrata; vt proſequitur & ait productus à me auctor;

Maria vt Filij ſui cuſtodia, cuſtodita.

Maria concepto paſſiua, ad eius conceptionẽ actiuam præordinatur. Immaculata concipitur, vt immaculata concipiat. Mirum quidem, & myſterio præſenti accommodatum; nam propter filij ſanctitatem mater Sanſonis præmonetur, ne quid immundum comedat; & propterea, quod filius eius futurus erat Nazaræus, ipſa prius fit. Vnde rectè Auguſtinus de natura & gratia. Inde ſcimus, quod ei plus collatum fuit gratiæ, ad vincendum omni ex parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eum quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. At non ſolum vt venerandum cuſtodiat Chriſti corpus, tam ſanctè cuſtodita Dei genitrix Maria; ſed etiam vt peccatores exactius cuſtodiret; ac finit & ſcribit vir idem per hæc verba;

S. Auguſt.

Maria cuſtoditur, vt homines cuſtodiat.

Remedium quidem peccatorum noſtrorum Sacramentis & Sacerdotibus commiſit Deus: remedium autem, & Matris ſuæ cõceptionem ſibi ſoli reſeruauit, ideo illam eatenus ſanctificauit, vt omnes motus carnales, qui ſicut ſerpentes in noſtra carne ſerpunt, ab ea propulſauerit; per illámque à nobis, quoniam eius ſanctitas extenditur ad alios; & concupiſcentiam carnalem extinguit verſus homines. Propter quod dicitur cedrus in libano exaltata; hoc eſt, in vniuerſa munditie & puritate; quia Libanus candidatio habraica lingua ſinat. Et ſicut cedrus odore ſuo mortificat ſerpentes, ita ſanctificatio Mariæ in alios redundabat, vt in eis omnes motus libinis extingueret. Hæc ille; cuius finis in eo terminatur, quod dicitur de Virgine, à quouis aſpectata; nimirum, eam (licet venuſta valde eſſet) conſpectu ſuo omnem luxuriam compreſſiſſe, vel potius iugulaſſe. Ita noſter Alenſis 3. p. q. 49. membro 3. art. 1. Bonauent. ſuper 3. d. 3. 1. p. art. q. 3. & huius condiſcipulus, ac diſcipulus illius ſplendor Aquinatum lib. 3. ſent. d. 3. q. 1. art. 2. ad 4. Quod æqualiter tenendum, tam de illis quos Maria non viſa ipſa videbat; vt in cap. 7. de Virg. inſtitut. Ambroſius profitetur; *Si quos inuiſeret, integritatis inſigne ipſis conferebat;* quam de aliis qui Mariam non viſi ipſam videbant; ſecunda velut feria hebd. maioris docetur à Bernardo. Cuſtodia pulchra & bona; quæ intuitu apud fœminas necantis pulchritudinis, & carnem cohibebat, & animas cuſtodia firmiſſima ſeruabat; vt ſicut terræ regulus aſpectu mortem infert, ſic cælica Regina aſpectu vitam ferret; de ratione cuius miri loquendum erit alibi.

Maria ſuo aſpectu vt carnem refrenauerit, mũditiémque donauerit.

Alenſis Bonauent. D. Thom.

S. Ambroſ. S. Bernard.

Qualitas nona.

29. IN horto erat ſepulchrum, Mariáque eſt hortus; tam bene in præcedentibus à Deo cuſtoditus, quam ſimul in ſequentibus & floriger, & fructifer, ac ſaluber præterea mortalium infirmitatibus. Vnde Hieronymus de ea ſupremo loco datus: *Vere hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum:* quæ virtutem ſecum afferunt, ac ideo magnum fructum. Et Vſſuna in Miſſus eſt 1. p. cap. 18. quo Virginem terreſtrem, & cæleſtem paradiſum rectiſſimè deſcribit; terreſtrem per hæc verba; *Nazareth interpretatur cuſtodita, & florida; & ſignificat ſtatum renouati paradiſi, vbi omnis flos gratiæ per innocentiam cuſtoditus, in quo etiam poſitus eſt homo, qui cuſtodiret illum.* Chriſtus nanque cuſtoditus, cuſtodiam cuſtodiuit. Cæleſtem perſequentia; *In hac igitur ciuitate, videlicet, in Nazareth commeratur cælum & terra, Deus & homo; imò ſicut princeps prouinciarum & Domina gentium ſuper cælum ipſum fundata eſt; quatenus omnes prædeſtinatos, tanquam ciues ſuos receptura erat; vnde & Nazaræi vocabuntur.* Quare mea opinione non ſolum locus florum, ſed etiam flos Sanctorum, vt liber in quo vitæ Sanctorum ſunt deſcriptæ, vocanda Virgo Mater; cum vitæ illorum omnium hoc flore recreentur, & eius dulci fructu in gloria ſatientur; de quo late Bonauent. in Virginis ſpeculo cap. 14. cum proximis duobus. Qui gloriæ Beatorum mirificus prouentus procedens ab hoc horto, ex nomine Nazareth, & prouinciæ Galileæ, qua Chriſtus carnem induit, ſic colligit Vſſuna extremo loco datus; *Myſtice nuntiatur Chriſtus in ciuitate Nazareth, quia in flore ſperatur fructus. Et Galilæa, quæ tranſmigratio Hebraica in lingua eſt, nobis indicat quod Chriſtus nos facit tranſmigrare de terrenis ad cæleſtia, de flore que ad fructum.* Hoc autem per virtutem eiuſdem Chriſti corporis, quod in flore conceptum, in fructu, & domo panis, videlicet in Bethlem, pro nobis natum eſt; vt notum panc hoc, & corpore iſta fieri.

Maria qualis hortus, & qualiter proficuus. S. Hieron.

Vſſuna.

Maria paradiſus cæleſtis, & terreſtris.

Maria flos Sãctorum.

S. Bona[illegible]

Vſſuna.

Qualitas decima.

30. HAnc, Caluarij quæ exiſtebat vi[illegible]as propinqua, iuxta Crucem Filij ſ[illegible], [illegible] illius net ſepulchrum, cui ipſa ſimul

Mariæ [illegible] tapietas, & robur, [illegible] C[illegible]

simul adsunt, impleuit Virgo Mater; pari cum strenuitate, & animi pietate vtrique loco præsens. Facessat iam stolida, imprudénsque pictura, qua Deipara eum spasmo, Euangelij contra verba, à multis pingebatur. Deea nanque dicitur *Stabat iuxta Crucem.* Qui verò stat, non sedet, nec cuicunque infirmitatis discrimini succumbit. De qua Virginis constantia peroptimè Baronius à nobis iam relatus, anno Christi 34. n.34.& Anton. 4.p.tt.15.cap.41.§ 1. multigenam patientiam Dei Matris sic enarrat; *Stabat verecunda, modesta, lachrymis plena, doloribus immersa; ita tamen Diuinæ charitati conformis, quod (vt Anselmus ait) si oportuisset ad implendam secundum rationem voluntatem Dei, ipsa Filium in Cruce posuisset; neque enim minoris obedientiæ fuit, quam Abraham.* Felix sanè pietatis & roboris consortium, quo Virgo Filij corpus accepit, & vt potuit, ac decuit, contrectauit. Quod quidem nunquam valet in mensa nostri panis à quouis dignè excipi, nisi animo pietate, fortitudinéque plenø; vt per vnum in suauitates amoris diffluatur; & per aliud tentationes in festas abigantur; quò tandem Christi corporis perfectè locus dabitur. De illo quippe dicitur; *Dulcis & rectus Dominus;* seu dulcis, atq; rigidus; & de nobis versus ipsum qood ibi colligatur; *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via,* id est, legem modo isto, dulcedine & rigore peccantibus dictatam.

Ioan.19 25.
S.Antonin.
Amor robo is coniunctus Cōmunioni necessarius.
Psal.24. 8.

Qualitas vndecima.

31. Circa vrbem, Pacis visio, Hebraice vocitatam, sepulchri Christi locus. At Virgineum, quod mortaliter, principaliter, & primitus abscondit Christi corpus, est illud. de quo ait Seraphicus præceptor in Virginis speculo cap. 12. *Per hanc nobis Deus placabilis, homo Deo acceptabilis, diabolus homini superabilis.* Cuius pacis plènam laudem exemplo Abigailis egregie sic corroborat; *Nabal stultus significat peccatorem, quorum infinitus est numerus; & Abigail Mariam; interpretatur enim patris exultatio; & Maria dixit;* Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. *Sicut autem Abigail Dominam nostram, sic Dauid Dominum nostrum significat. Dauid Nabal stulto per Abigail placatur, quando Dominus impio per Mariam reconciliatur. Abigail placauit Dauid verbis & muneribus, Maria placat Dominum precibus & meritis. Abigail vltionem temporalem Maria vero æternalem conuertit, dum illa suum, ista diuinum gladium auertit. Propter quod ait Bernardus; Nemo tam idoneus Domina, qui gladio Domini pro nobis manus obiciat, vt tu Dei amantissime; per quam primum suscepimus misericordiam de manu Domini Dei nostri.* Quæ pax Ierusalem colludit Eucharistiæ, de quibus simul dicitur per Vatem Cōcentorem; *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te;* id est, frumento nostro, quod adipem atque carnem occludit sub se ipso, Fideles pane & pace ex satiat, replet, ditat; nam de Sancta Eucharistia intepe-

S.Bonau.
Maria pacis nostræ trifariam causa, & fons, ac quātum in Deum potens.
Eucharistia pare cibat & cingit atque vallat Fideles Christianos.
Psal.147.

trantur hoc frumentum Augustinus & Lyranus. Quam obrem non asseritur, *In finibus esse pacem,* sed *Fines pacem esse;* videlicet, in pacem, vt notat Genebrardus, omninò commutatos. In pace nanque sola à bello segregata quiescit panis ille de quo cantatur alibi: *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion;* Ibi enim fuit conditum Eucharistiæ Sacramentum.

Genebrard.
Psal.75.3.

Qualitas duodecima.

32. Ioseph tandem viri nobilis sepulchrum Redemptoris, & Virgo Ioseph erat alterius, tam subiecta, quam coniugio Virginali purissimè ligata; ad quas attinet, iuxta Apostoli doctrinam peruulgatam, obtemperare viris suis. Sicut autem Christi Domini sepulchrum gloriosum nil perdidit in eo quod prius Ioseph fuerit; imò à viro tam prænobili nobilitatem sibi hausit, & famam comparauit: Ita Virgo nil amisit quod fuerit sponsa Iosephi Dei nutritij, pædagogi, throni, & baiuli, ab ipsomet electi; imò plurimum excellentiæ honoris, & virtutis exinde sibi auxit; quare vterq; benè Ioseph, quod significat augmentum, iustissimè vocatur. Modus autem, quo hic Ioseph virtutes Matris Dei, & virginitatem speciatim, contubernio suo auxerit, non parum scitu dignum; & quod nullibi vel melius, vel breuius ipse reperi, quam in verbis subsequentibus Vssunæ nostri socij 1. p. in Missus est cap.26. profantis huiuscemodi: *Rebecca placuit Isaaco cooperta pallio; Virgo Maria matrimonio palliata, ne super illam caderet opinio vulgi. Multum etiam accreuit sibi virginitas coniugata; quia vt notat noster illuminatus Doctor, ex hoc mansit consecrata per Matrimonij Sacramentum. Nec in consortio Ioseph detraxit sibi Mariæ puritas, sed addidit; vnde vir Mariæ merito interpetratur profectus. Et insuper ipsi Ioseph adaucta est puritas; quia vt tenet Scotus, hac intentione de incolumitatate Virginitatis permansura statim contraxere, vt alter ex altero fulciretur, & se ad inuicem hortarentur ad altissima virginitatis custodiam; vnde Mariæ & Ioseph desponsatio, virginitatis roboratio & confirmatio fuit.* In quibus modi tres virginitatis augmentādæ ex sponsi societate inueniuntur in Maria. Congrua sanè tantæ Dominæ ad Eucharistiam assimilatio; dum ista confert gratiam, ad auget, atque excitat; & simul excitando in actus Deo gratos producit multifariam. D. Tho. 3. p. q. 79. ar.1.0. & 4. C. De qua dicere valemus cum Rege concentore; *Altaria tua Domine virtutum:* quia virtutes ex altari. Et paucis interiectis; *Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus deorum in Sion* Ad quem vtique Eucharisticum, Virgineùmque sepulchrum hucusque elucidata, sepulchra tanquam vitæ, misericorditer nos ducant; perducant; & ibidem perenni vita beent; quæ lapide obscuritatis quocunque reuoluto, clariora multum fient ex rebus quæ supersunt.

Matt 27 60.
1 Cor.11 3.
Ephes.5.22.
Iosephi quod nam æthymon.
Maria quonam modo tam purior quam & sanctior ex viro suo reddita.
Vssuna.
Virtutum quale augmentum ex ferculo Eucharistico.
D.Thom.
Psal 83. 4.
N. 8.

VT HOMO TERTIVM SIT SEPVLCHRVM Chriſti corporis, quo viuus atque mortuus pro illo ſemper iacuit.

33. X prçhabitis clareſcit propoſita concluſio, quæ ex tumulo reciproco in verbis Saluatoris. *In me manet, & ego in eo*, egregiè confirmatur; ex Ionæque nil minus ad Chriſti Do. ſepulchrum collatione, de qua ille; *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus*. Quæ verba nullum nobis negotium non faceſſunt; nam licet tribus Chriſtus diebus in ſepulchro, nimirum vno integro, truncatiſque duobus omninò & verè fuerit, non fuit tribus noctibus; ſed vtique duabus; vna, quæ à feria ſexta in ſabbathum cucurrit, alia verò quæ ex Sabbatho excurrit in Dominicum. Cur ergo dixit hîc tribus diebus & tribus noctibus in buſto quieturum? Multa optima reſpondet Viſſuna in Quadrageſima; nimirum feria 4. poſt Dom. 2. in p. Occidentali; e quibus duo ſunt, vt huius loci propria, à nobis attingenda. Primum ſanè, quia tandiu in lymbo fuit Chriſtus; & hoc literæ conſequitur, dum ait non in terra, ſed *erit in corde terræ*, quod eſſe limbum conſtat, cum ſit in terræ medio. Secundum, quia Chriſtus in illa nocte vltima, Paſſionis ſuæ præuia (cum in eiuſmet principio inſtituiſſet Euchariſtiam) iam erat tumulatus in ipſo corde terræ, ſeu in hominis terreni præcordiis atque medio; quæ cordis ſunt confinia, & prima illius aula; in corde quippe noſtro naturaliter non poterat iactura ſine vitæ, receptio talis dari; Viſſuna ſic eloquitur; *Prima nox illa acerba Paſſionis ſuæ fuit, quæ poſt oblationem ſacrificij incruenti, aliquo modo iacuit in Sacramento isto.*

Sepulchrū Chriſti homo.

Matt.12.40.

Viſſuna.

Chriſtus quomodo tribus noctibus in terræ corde fuerit.

Viſſuna.

Ergo Chriſti ſepulchrū veriſſimè cor hominis, & etiam illius corpus; Sepulchro ipſius Chriſti ſuperius in aliquibus; quia illic ſola humanitas, hîc iacet & Diuinitas; illic tempore breuiſſimo; hîc multo & valde longo; ſi cuiuſuis communiones, & præcipue Sacerdotum, in vnum computentur. Præterea, quod & illud euenit propter iſtud, non iſtud propter illud; vt tenet ipſe auctor, qui ita ſe ſe explicat. *Hoc ſepulchrum magis cupit, quam illud Ieruſalem; quia illic non fuiſſet, niſi fuiſſet in tuo; & vult ibi tres dies, & tres noctes eſſe. Virtutes Theologicæ infuſæ dicuntur dies, & acquiſitæ dicuntur noctes; vnde ait in Prouerb.* Præbe fili mi cor tuum mihi.

Sepulchrū Chriſti homo, Sepulchrum illius ſuperans.

Prou.23.26.

Prou.23.26.

34. Iam quod viuus atque mortuus hic ſemper Chriſtus iaceat, non ſolum verum eſt vt ſupra reſerauimus, ex forma qua ſub pane occultus deliteſcit, ſed pariter ex effectu quem duplicem operatur; & vitam bonis dando, & malis trucem mortem; quemadmodum ex Apoſt. 1. ad Corinth. cap. 11.

Vt viuus atque mortuus in nobis Chriſtus iaceat.
Supra n. 4.

A à num. 27. ſolemni cantu perſonat in Miſſa vox Eccleſiæ:

Mors eſt malis, vita bonis,
Vide paris ſumptionis
Quam ſit diſpar exitus.

At vitam nobis hic à Domino donatam vtcunque intueamur. Cibum olim Iſraëlitæ concupierunt in deſerto, & ardenti concupiſcentia à Moyſe efflagitarunt; quorum votis non refragans benigna Dei clementia, eis quaſi contentioſe, & certamine dilectionis, velut vna concupiſcentia cum alia dimicaret, cibaria pollicetur; illi quidem impatienter Dei pectus conquaſſando, ille verò miſericorditer ſapore certè omni & dulcore redundantem cæleſtem cibum dando; quæ contentio & decertatio per verba ſatis grauida deſcribitur in Exo. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate, eo quod audierit murmurationes veſtras,* B *quibus murmurati eſtis contra eum*. Ecce vitæ ipſius Dei in Euchariſtia nobis datæ, apud eius principaliſſimam & clariſſimam figuram, mirabilis collatio; nam quo tempore Redemptor ad mortem quærebatur, ipſe prius mortem quæſiit, præuenit, & inuenit in noſtro Sacramento; & quo illius hoſtes volebant eius carnem ardenter deuorare, carnem ſuam ad manducandum, & ſanguinem ad bibendum; amicis atque etiam infeſtis inimicis, in vno illorum dedit; ac quo tandem ipſius traditor volebat cum morti committere ingratiſſimè, traditori ſeſe ipſe amore ſummo tradidit; quaſi vna concupiſcentia cum alia concertaret, & deſiderium cum deſiderio ad inuicem pugnarent. Quocirca forſan Chriſtus permagna dixit emphaſi; *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar;* C quia ipſo cum deſiderio ſuorum inimicorum deſiderauit tantum bonum, & quaſi ſuum proprium deſiderium cum hoſtili refricuit, & exacuit, vt paſcha ſui corporis vel hoſtibus donaret. Quod antitheſi eleganti libauit D. Paulus; *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit; accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur:* ſeu *Quod pro vobis datur*; vt ait Lucæ calamus; quia ibi de præſenti; & in Cruce de futuro pro nobis datus eſt. O amoris Filij Dei, & eius vitæ in nos certamen ſingulare! Nunc mortem videamus.

Amore & tetro odio vt certent Deus & homo, in populo Hebræorum.

Exo.16.8.

Rancore; amoréque vt certent Deus & homo in ferculo Euchariſtico.

Luc.22.15.

1.Cor.11.23

Luc.22.19.

Petierunt poſt Iudæi & carnes in deſerto; quas tamen in vindictam eis Dominus conceſſit; nam cum carnes adhuc eſſent in dentibus eorum, deſcendit ſuper eos irati Dei flagellum; tot inibi propterea à vita exterminando, vt ob carnes concupitas, & vitam plurimorum cum morte in eo ſitu infauſtè commutatam, *ſepulchra concupiſcentiæ* deinceps

Pſal. 77.31.

Num.11.34.

deinceps locus ille vocatus semper fuerit. Sed quare clades tanta ob carnium desiderium, cum carnes paulo ante, amoris cum certamine donatæ à Deo fuerint? Tam cito puniuntur quæ modo ab ipso Domino tam large profunduntur? aut quænam talis est de carnibus ad carnes mutatio tam diuersa? Magna quidèm, neque parum strage cæli digna. Primæ etenim opportunè fuere flagitatę, ante mannę cibi Dei piissimam pruuiam; secundæ verò post cælestem eandem pluuiã; quo tempore iustissimè ingrati flagellantur, qui edulio tam diuino iniuste fastidito, Ægyptiorum carnes viles, id est sæculi delitias ex carne cõparatas, stultè suspirarunt. Ita Sanctus Pagninus lib. 10. cap. 7. Isago. sup. Bibli. Cyrillus Alexandrin. lib. 4. sup. Ioan. cap. 34. & Isidorus apud Glossam, qui ita se habet. *His docemur, vt qui conuersationem sæculi relinquimus, & Ægyptias ollas, id est, carnalium desideriorum feruores, non murmuremus contra cælestem panem, sed simplicem mannæ cibum, id est, puram, cælestémque vitam agamus. Si enim post perceptam Angelicam mannam rursus carnes Ægyptias, id est, carnales sæculi voluptates appetimus, statim igne Domini torquebimur; desideriumque nostrum vertetur in tumulos, vt simus sepulchra dealbata, quæ foris apparent speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum.* Quod accidit & Iudæ, accepta qui buccella exiuit a Cænaculo; non quod fuerit Eucharistia buccella tunc ei tradita, sed tamen Eucharistiæ perceptæ male signum, vt alibi in hoc opere reperies explicatum.

Mortes quantæ in Eucharistia ex carnis desiderio.

Pagninus. Cyrillus. Isidorus.

Retro aspicere quam malum.

Ioan. 13. 30.

35. Aliusmodi vtiliori in hominum sepulchro tam viuum quam & mortuum humatur Christi corpus; nimirum faciens hominem mortificari in desideriis; qua via viuus est, & mortuus vitæ rebus. Sed & homo tenetur Sepulchri Christi omnes relatas qualitates habere in semetipso; à quo illæ non recedunt, sed potius ei accedunt, & dũ Deo

Qua via quiuis iustus sepulchrũ Christi fiat.

A gratus est, inhærent in hunc modum: Myrrha & aloe, quia *Christus bonus odor sumus*; Munda & noua linteamina; quia nouũ cor creatur in viro pænitente; *Cor mundum crea in me Deus*; vt creatum, valde nouum; vt nouúque tam mundum, quã potest peroptari. Sudarium humilitatis, dum à corde Saluatoris hæc ipsa nobis venit; *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Petra viua, dum hæc homo vocatur apud Petrum; *Et ipsi tanquam lapides viui super ædificamini domos spirituales*; Saxum optimè aduolutum, in custodia cordis iusti, de quo dicitur in Prouerb. *Omni custodia serua cor tuum* Sigillatio vero illa quę imponitur huic cordi, de qua Sponsus ait; *Pone me vt signaculum super cor tuum.* B Item nouitas sepulchri in ea Ezechielis; *Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri.* Custodia militaris, nil minus quam cælestis in illa Regis Vatis; *Angelis suis mandauit de te vt custodiant te omnibus viis tuis.* Hortus autem conclusus in corde viri boni, *Protectione Dei munito*: vt ait interlinea in 4. Cant. ad. n. 14. Caluarij iuxta mõtem in homine, qui ex se est viuens Christi Crux, de qua queritur in Psal. *Infixus sum in limo profundi*: id est, in illo, qui ex limo factus est, vt explicat Bernardus; à quo Glossa Interl. & Augustinus non discedunt. Vlterius, quòd & Christus primùm hominem C tumulatum, in suomet Caluario, ibidẽ requisiuit; in eoque quodãmodo est vere crucifixus, cuius hominis caluaria per illã designatur, quæ ad Crucis sanctæ basim de more pingi solet. Ierosolyma pacifica in magna pace animi, qua iustus velut cygnus in fine modulatur; *In pace in idipsum, dormiam & requiescam*, Et vltimò Ioseph, de quo dicitur in Genes. *Filius accrescens Ioseph; filius accrescens*; augmento quia duplici corporaliter & spiritualiter sepulchrum Christi est. Sed has ipsas similitudines diffusius exponamus.

1. Cor. 2. 15. Psal. 50. 12. Matt. 11. 29. 1. Petr. 2. 5. Prou. 4. 23. Cant. 8. 6. Ezec. 36. 26. Psal. 90. 11. Cant. 4. 14. Psal. 68. 4.

Homo qui viuis Christi Crux, sed primus principaliter, quæsitus in Caluario.

Psal. 4. 9. Gen. 49. 22.

DE DVODECIM SIMILITVDINIBVS quas homo habere debet sepulchro Christi similes; de primáque hîc primum.

36. HÆc myrrha sunt & aloe, quibus corpus Saluatoris mandatum terræ fuit. Cum ipsis nanque debet in pectore deponi, quo prosit manducantibus. De myrrha primu loco sic dicitur in Cant. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi fauum meum cum melle meo; bibi vinum meum cum lacte meo.* Sed quid melli, lactiue suauissimis liquoribus amarissima cũ myrrha, quæ vtique si odore ex vna parte recreat, ex alia sanè mordet mæstissimo amarore. At vero non abs re huiusmodi vniuntur tam dissitæ materiæ; mel enim quo dulcescunt, & lac quo meliora lactescunt esibilia, Mysterium nostrũ est; myrrha amaræ contritionis, Confessionisque pungentis præueniendum necessariò, vt suauitas

Cant. 5. 1.

Myrrha debet præuenire Eucharistię Sacramentum.

D sequentium dulcorum sentiatur. Ita S. Paschasius de corpo. Christi cap. 10. *Non prius panis iste comeditur, quam myrrha in nobis mortificationis turgescat.* Secus esset inidonea, ac insuper stolida hæc ipsa eduliorum dictorum præparatio, si mellis atque lactis cibaria pergratissima, ingratissimo & acerbissimo deberent præparari myrrhino condimento; vt sola hac ratione præuenta mandi possent. Ergo Myrrha amaritodinis totius simulachrum, melli & lacti huius Mysterij præmittere necessum; nam prius vitiorum necandi sunt leones; vt in ore post illorum Confessione rectè facta, mel istud offendatur. Notissimum pro hoc quod accidit Sansoni; & acutũ quod Iacob in hora mortis dixit; *Asser pingue panis eius, & præbebit delitias regibus*; id est, iis qui se regunt, &

S. Paschas.

Iudic. 14. 7.

caſtigando corpora ſua in ſeruitutem mentis redigunt. Eucherius ad hunc locum. — Eucherius.

A

Aloe arbor quàm ſua. uis, licet etiam ſuccus herbæ cuiuſdã ſic vocetur. — 36. Poſt myrrham olet aloe; & poſt myrrham Confeſsionis peccata præmordentis, virtutum fragrat odor, qui in arbore huius nominis ab Indicis noſtratibus appellata voce ſimili vel *Aquila*, vel *Agulla*, vel etiã *Calambuco* in ſuauiori ſui ſpecie, quæ differunt non parùm, de quibus in paradiſo attingam forſan aliquid, eſt longe probatiſsimus, atque omnibus ſuauitatibus (etiam Balſamo, ſi Plinius annuerit, intrante) ſuauior quidam halitus. Nam poſt myrrham Confeſsionis aromata ſuccedunt, & aloe fragrantiſsima edulij Sacro-Sancti; à quo vita debet hominis exinde redolere; ſemper etenim poſt cibum illiuſmet ſuauitas ab intus inhalatur, & poſt cibum tã diuinum diuinus quoque halitus, virtutum qualis tantùm, afflari ſemper debet. Vnde bene poſt ſententiam; *Lac & mel ſub lingua eius*; immediate copulatur; *Et odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Virtutibus profectò eſt nudus & egenus, qui ſumpto tanto cibo, in veſtibus deinde & fama exteriori odorem nullum reddit. Pro quo facit nomen *Thus* à *Theos* ſic vocatum; Theos autẽ Græce Deus; quia Theos ſine thure non poteſt bene dari, nec Deus ſine virtutum odorifero ſuffitu, quo ipſe delectatur. Hinc vnguẽto iucundiſsimo Tabernaculũ perunctum. Hinc Peccatrix iam in Chriſti Tabernaculum conuerſa, ad eum cum vnguẽto prætioſiſsimo ſe contulit. Nam malè Chriſtum habet, qui Chriſtum non exhalat. Vnde Apoſtolicum vas Paulus odore Chriſti plenus per orbem Chriſti iugem fragrantiam reſpergebat; *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco* Et de Ioſia Sanctiori præ Regibus Iudaicis ſic ait ſacra pagina, *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris, facta opus pigmentarij.* Sed Ioſiæ quæ memoria vt Domini Ieſu Regis Regum Sacramentum, quod in memoriam ſuæ mortis, & continuam iterationem offerri ſemper iuſsit; *Hoc facite in meam commemorationem* Vnde iterum eleganter, quantumuis incidenter, firmatur illa veritas, qua diximus ſuperius, Euchariſtiã Chriſti corporis ſepulchrum verum eſſe; nihil etenim eſt ſepulchrum niſi corporis defuncti receptaculum & memoria; dum & corpus & memoria, in Epitaphij inſcriptione, ibidem perſeuerat. Sicque noſtrum Sacramentum dum tantùm Chriſti corpus exui veſtitum habet, illius eſt Sarcophagus; ſed ſimul & memoria per continuam celebrationem perpetuò refricata; *ô ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria Paſsionis eius*: exclamat vox Eccleſiæ. De qua forſan propter hoc Paulinus ad Seuerum adinſtar elogiorum & verſuum funeralium huiuſmodi cantauit.

Cant 4. 11.
Quã odor Deo debitus, & illi ſit connexus.
Thus vnde ſic dicatur.
Exod 30. 16.
Luc. 7. 37.
Magdalena & D. Paulus Dei vaſa fragrantiſsima.
2. Cor. 2. 15.
Eccleſ. 49. 1.
Luc. 22. 19
Euchariſtia vt ſepultura, cũ corpore, & Epitaphio

B

C

D

Hic locus eſt venerandа penus qua conditur, & qua
Pinitur alma Sacri pompa Miniſterij. — S. Paulin.

Similitudo ſecunda.

37. Poſt aloem munda illico ſubintrant linteamina; de quibus multa. P. P. inuenies teſtimonia. Emiſſenus ſic ſcribit Dom. Palmarum; *Docet nos Ioſeph mundo corde & pura conſcientia Chriſti corpus ſuſcipere, quod ipſe in ſindone munda inuolutum, & in nouo monumento poſuit*, Bernardin. tom. 4, ſer. 1. de Euchar. art. 2. cap. 2. hoc ex more Eccleſiaſtico confirmat nõ incongruè; *Hinc eſt mos Eccleſiæ, vt Sacrificium altaris non ſerico, non panno tincto, ſed puro linteo celebretur. Linteum enim lauatur, torquetur, deſiccatur; & qui accedit ad hoc Sacramentum debet primò lauari per aquam lachrymarum, ideo lauabantur manus & pedes*; *Exod. 30. opera & affectus. Secundò debet per pœnitentiam torqueri*; *Exod. 26. Facies tentoria Tabernaculi, id eſt, anima ornamentum de byſſo torta; id eſt, de operibus pœnitentiæ. Tertiò debet deſiccari à carnali deſiderio. In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Et Buſtus in Roſar. ex Domini munditie hoc ipſum valde monet; *Debet enim locata proportionata eſſe locus. 2. de anima & 4 de Cælo. ac quemadmodum prædicata ſic vtique & ſubiecta*; *Gloſſa in cap.* Dudum *de Decimis. Cum autem Deus ſit puriſsimus, vt etiam teſtatur Phyloſoph. Metaphyſ. 12. qui eum recipere vult, debet eſſe purificatus ab omni immunditia.* At Hieronymus 11. prioris ad Corinth. plus iſtis rem extollit, dum nouam ſuper mundam requirit conſcientiam; vt erat ſindon illa, quæ texit Chriſti corpus, & puritas quã olim petebat Rex Propheta; *Præſignans* (ait ille) *corpus Domini accepturos tam mundam mentẽ debere haberi; quam nouam.* Quo fiet, vt munditiesſummopere angatur; cum hæc ex Chriſti corpore ad lintea plus deſcendat, quam ex linteo conſcientiæ ad ipſum Chriſti corpus aſcendat, & perueniat. Paſchaſius in Matth. ad cap. 27. *Dignum erat, vt mundiſſimum Chriſti corpus mundo inuolueretur in linteo. Sed corpus Ieſu maiorem portabat munditiem, quam illud ex quo inuolutum erat; quia quacunque tangebat auſter vitæ, omnia noua fiebant & munda.*

Munditiei atque nouitas quanta deceat Euchariſtiam. Emiſſenus.
S. Bernard. Linũ quantũ ſit conueniens Euchariſtico conuiuio.
Exod. 30. 19.
Exod. 26. 1. & 36.
Buſtus.
Matt. 15. 46
Pſal. 50. 12.
Hieronym.
Paſchaſius.

Similitudo tertia.

38. Sudarium humilitatis, ne in Sancta Communione videamur ab hominibus, id eſt, ne communicemus, vt ab illis videamur, requirit Antoninus. Ego autẽ vice verſa, vt Deum quem accipimus, attente videamus, ſeu potius attẽdamus; & vt vaſa Tabernaculi quę ad vitandam curioſitatem inuolui iubebantur, ſpiritu curioſitatis (quod recidit in aliam maiorem humilitatem) nequaquam aſpiciamus. De ſepulchro ſatis pulchre Chryſoſtom. aduertit, ſecundum exponens Pſalmum; *Cum tremore peringenti recepiſſe Chriſti corpus*; quia *Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt*; & iterum ipſum corpus reſtituiſſe cum tremore; quia Chriſto reſurgente. *Terræmotus factus eſt magnus*, in eiuſmet ſepulchro. Chryſoſtomus ſic fatur; *Sepulchrum accepto corpore, depoſito territum*

Humilitas; & quæ pro Euchariſtia neceſſarior.
Num. 4. 11.
Chryſoſto.
Matt. 27. 51.
Matth. 28. 2.

territum est, quod Patris thesaurum accepisset, depositum intemerate [illegible] Quæ verba plena emphasi, ex depositi contractu, in iure valde noto, qui vel sedulis depositariis timorem secum incutit. Quid verò de deposito dicendum tam maiori? Vel quis de tanto munere reposito apud se, non nimis conturbabitur; & de pignoris tam magni pro reddenda ratione non summè perurgebitur, & angoribus quam plurimis non anxiè cruciabitur; aut timens sui ipsius depositarij incuriosi negligentia temerandum, aut furum noctis Erebi astutia sibi esse infaustè rapiendum? Is tantùm, qui nec fidem, nec mentem prorsus habeat; Hilarius idem asserit lib. 5. de Trinitate; *Ad onus Domini in ligno pendentis intremuit terra; eum qui moriturus erat, intra se contestata non capere.* Expende *Ad onus Domini*; & *Eum, qui moriturus erat*; vt tibi visum fuerit; materiam nanque habes ibidem satis vberem.

S. Hilarius.

Similitudo quarta.

Exod. 20. 5.

39. EX viua rursus petra sepulchrum Christi fuit, ex eaque oportet vt simus fortitudine, nam fortem atque zelotem manducamus eum Dominum, quem à fortibus manducari suadet ipsa ratio. Secus erit hæc Communio vt illa de qua dicitur; *Quid communicabit cacabus ad ollam?* quando enim se colliserint infirmior confringetur. Quod Apostolus forsan studuit indicare, dum cibum cæli dulcem, & petram, ac durum saxum in vnum copulauit; ex qua omnes in deserto æqualiter biberunt; sed Deo non æqualiter ex eo placuerunt, imò plurimi prostrati ibidem occubuere; quod in nostri documentum, ne simus infideles, vel Fideles concupiscentes, & concupiscentia diffluentes, quod obest Eucharistiæ, his verbis protestatur; *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, (bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum; sicut & illi concupierunt; neque idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis.* Quid pulchrius? vel germanius? ad hunc cibum cum hac petra fortitudinis contusum, parandum, & manducandum?

Ecclesi. 13. 3

Fortitudo communicantibus quamualde necessaria.

1. Cor. 10. 3.

Petram talem possidebat Ignatius qui dicebat Epistol. ad Ephes. *Date operam, vt crebrius conuenietis ad Eucharistiam. Quando enim assidue conuenitis, destruuntur vires Sathanæ; & irrita eius vertuntur ignita sagitta ad peccandum. Nam vestra Fides eius est exitium; ac satellitibus eius tormentum.* Nec minus petram ipsam noscebat Damianus, cùm lib. 6. Episto. 26. huiusmodi scribebat, *Videat occultus hostis labia tua, Christi cruore rubentia, quæ territus perhorrescat, & mox in tenebrarum suarum latibula pauescendo, diffugiat.* Quod optime firmatur ex Psal. 22. dum aduersarij ab huius mensæ conspectu tribulantur:

Ignatius.

Diabolus Eucharistia quàtopere formidet S. P. Damianus.

A *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.* Quo loci sic Vatablus; *Videntibus & rugientibus inimicis meis*; Rugire nanque proprium leonum famescentium; & benè cum leones infernæ truculentiæ famescant cibo isto, pauescant, & intereant. Sin vide Danielem: Ille cibum per Prophetam allatum comedebat, & leones tam edulium, quam ipsum comedentem, qoin aliquid auderent, attoniti videbant; imò ipsis tabescentibus & prandium tale sumpsit, & etiam vitam incolumen virtute eiusdem prandij, vt dicam loco proprio, per multos annos duxit.

Psal. 22. 5.
Vatablus.
Dan. 14. 35.

Similitudo quinta.

B

40. COntecta saxo petra in Christi fuit tumulo; & sic in petra mystica inferioris fortitudinis, à saxo vere magno superioris hæc tegéda, seu potius confirmanda. Quæ vero tam inferior, & anterior fortitudo, vt illa quæ pessundat peccata antecedentia; quæ autem tam superior, & posterior sicut illa, quæ posterioris & subsequentis retundit vitæ crimina, ad animam per oris oscitantis negligentiam remissam redeuntia; & per oris spiritualis custodiam diligentem perpetuò effugientia. Seu heu! per rimas quoties torpentis somnolentiæ, vecordisque desidiæ euacuantur multæ animæ, quæ Christum in se humantes, eum labili custodiæ defectu citò perdunt. Ibat Sancta Peccatrix sepulchrum Christi quærens, quod tenens, non inspexit, nec sicut fecit postea maturius rem examinans, Solerter introspexit, sed ad Petrum mox recurrens, hæc illi verba dedit; *Tulerunt Dominum meum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum.* Verùm quare existimauit furatum suum Dominum; quare nescia latrocinij sublatum verè credidit? & dixit? & defixè firmare non est verita? Quia lapidem à monumento vt ibi textus ait, sublatum Christi vidit; & ex patulo sepulchro rapinam est odorata; ac tanquam rem certissimam testata verbis seriis; nam vbi non est saxum ad ostium monuméti, seu potius vagæ mentis, in ea quid nō potest rapinæ non patere? direptúmque non esse? Ita S. Vincentius serm. 5. Paschæ, *Quandiu Maria Magdalena vidit sepulchrum clausum, non credidit corpus Christi furatum. Secus quando vidit ipsum apertum. Sic post communionem, si vultis vt non tollatur à vobis, faciatis quod monumentum sit clausum.*

C

D

Custodia in Eucharistia quam sit per necessaria.

Ioan. 20. 2.

S. Vincent. Fer.

Similitudo sexta.

41. ERat autem saxum illud signatum à Sacerdotibus. At sigillo Sacerdotis æterni & summi Christi sepulchrum debet eius in nobis obsignari. Quale verò Christi erit sigillum, de quo loquimur? nisi Christi ipsius Fides, qua ab aliis separamur, signamur, & distinguimur. Hinc Fideles vocitamur qui sumus Christiani. Hinc istorum segregatio in Ezechi. & Apocal.

Ezechi. 9. 4.
Apocal. 7. à 2. 3.

ſignata nuncupatur; hincque etiam ſigno Fidei ſignati nominantur Chriſtocolæ defuncti in Sacro Miſſæ Canone; *Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno Fidei, & dormiunt in ſomno pacis.* A domo & Patris fide receſſit ille filius, ſeu perditus, ſeu prodigus communiter vocatus, qui & paterni panis, & pectoris teoerrimi poſt famem recordatus, iogemuit, planxit, dixit; *Quanti mercenarÿ in domo patris mei abundent panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad Patrem meum* Surrexit, iuit, petiit; ad Patrem ſuum rediit; Parenris lar repetiit. Patet verò Dei vmbra, qui cum panis ſui vocarat deſiderio, dulcoréque pertraxerat, vbi eum longe adhuc venientem prius vidit, quam filius patrem pium, commotus, atque motus miſericordia ſua magna, ad genitū cucurrit, illius collum tenuit, à quo clauis oſculorum ſuauiter ligatus, non paulùm manſit pendulus; nec non illi per clientes veſtimentum & calceamentum, ac annuli ōrnamentum afferri mox præcepit, alimentúmque in domo lautiſſimè parari; quorum vltima pro nune dumtaxat nobis ſeruiunt. Saginatus nanque vitulus, quod fuit alimentum, *Euchariſtia eſt Sacramentum, in quo Chriſtus immolatur, qui eſt vitulus ſaginatus, propter gratiæ pinguedinem.* vt aſſerit Lyranus. Annulus verò, qui ei ceſſit in fulgidum ornamentum. *Sigillum Fidei Chriſti per charitatem operantis*; vt ait ipſe auctor. Quare neutiquam infidelibus, ſed Fidei tantum annulo munitis ſignatorio & apprimè ſignatis hæc datur alimonia; D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 5. ad. 2. En Fidei Chriſtianæ mirabilis effigies; nam Fides ex operibus, ac verbis articulorum formatur credendorum; & annulus ex auro ac lapide conficitur; quę etiam ſuo modo operantur & loquuntur; lapis quidem ſigillando, quæ tacita eſt locutio; aurum autē quaſi digitos ſe ipſo vinciendo, & eos compellēdo, ligando, & conſtingendo ad opera quæcunque; dicente Mantuano; *Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames?* Pretioſus ſemper annulus, & talis Fides eſt; hæc conſtans ex articulis, ille poſitus in articulis noſtrorum digitorum, queis fiunt quæque opera; nam iſta Fidei anima; quibus debet obſignari ſepulchrum Chriſti corporis.

Luc. 15. 17.

Sigillū cur ſit Fides, ſignatique Fideles.

Chriſtus vitulus Saginatus.

Lyra.

D. Thom.

Figura Fidei annulus.

Durus es auri quanta ad homines vincendos.

Similitudo ſeptima.

42. SEpulchrum Chriſti nouum, & de homine in ſe Chriſti condente Sacrum corpus ſic ibi Gloſſæ auctor, *In monumento nouo ſepelitur: debet enim quis Chriſtum ſuſcipit, in nouitate vitæ ambulare.* Nec dumtaxat ambulare in vitæ nouitate; ſed oouiter quotidie hunc panem cæli quærere; vt qui morimur quotidie, & in vita minoramur; in vita ſpirituali quotidie augmenta gratiæ, per illum capiamus; & quemadmodum anguſtiantur perpetuò vaſa carnis, ſic perpetim per eum eregionē dilatentur ſpatia charitatis; quique ſingulis diebus per

Gloſſa.

A vitia debellamur, in ſingulis per hunc panem ad gratiam reparemur. Quod quotidie moriamur, non indiget probari; & quod pariter quotidie communicare debeamus, vt mortis noſtræ damna aſſidua propulſemus, ex noſtro pane conſtat, qui vitæ cibus eſt, & tumulus vitalis; ac ideo à Chriſto Domino quotidianus nūcupatus, vt qui vitæ indeſinenter defectum toleramus, indeſinētia vitæ in ipſo ſubſidia inueniamus. Huc nanque reſpexiſſe videtur Cyprianus, hæc verba in Orat. Dominica componens; *Idest panem noſtrum, id eſt, Chriſtum, dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus, & viuimus, à ſanctificatione eius non recedamus.*

B Per quod tamen Commuoionem quotidianam ſæcularibus, niſi raris, & eis tantum qui valde ſunt diſpoſiti, nec conſulo, nec ſi poſſem (meliori mente ſalua) vllatenus conceetem.

Quotidie comm... candum, quotidie moriendū

Matth 6. 11.

S. Cyprian

Quotidianus cur panis dicitur Euchariſtia.

De agro Chriſti ſanguine, ſeu pretio eiuſdem ſanguinis in ſepulturā peregrinorum myſterio magno empto, in theſauro terræ Sanctæ & Ieroſolymæ diſcriptione. n. 216. Adrichomius grauis auctor prodigium mirum refert; *Eſt huius terræ virtus mirabilis, & fidem pene ſuperans, quod defunctorum corpora viginti quatuor horarum ſpatio in puluerem redigat; quam virtutem etiam ad alias regiones deuecta minime perdit.* Miraculo in quo certè oos edit Chriſti ſanguis, in illo Sācto agro locatus virtualiter, ſicut edi & manducari à nobis ipſe optat; nouū ſcilicet & iugi auiditate manducandi, voracitatéque perenni;

C quæ ferè quædam rabies, & ardens ſit eſurics amoris noſtri in ipſum; qui ita nos amauit, ac diximus in Centro. Vt à nobis feſtinanter comederur ille Agnus, qui alium in ſui typū ſic iuſſit manducari; & ei vicem gratitud inis hoc modo rependamus, ac pro viribus infirmis par pari referamus; ad quod Chryſoſtomi ſup. Matth. Hom. 83. eloquis incitamur: *Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati. Nonne videtis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc menſam, & ad vbera poculi ſpiritualis. Imo multo cum longe maiori trahamus, tanquam infantes lactentes ſpiritus gratiam, & vnus ſit nobis dolor hac eſca priuari.*

D

Agri ſanguine Redemptoris mercati quod miraculum.

Adrichom.

Alacritas & auiditas quæ deceat Euchariſtiam.

Exod. 12. 11.

Similitudo octaua.

43. ADhibeatur huic ſepulchro cuſtodia rationis; ne dum homo dormitauerit, ſub vmbra negligentiæ, furtim corpus Saluatoris ſeu donum illius gratiæ à oobis rapiatur. Belli, & noctu per quam maximè excubiæ militares ſolerter obſeruantur. Hæ autem in nocte ſæculi ad gratiam per hoc corpus donatam conſeruandam ſunt valde neceſſariæ. Nam & tēpore nocturno edebatur vetus agnus, qui propterea commenſales reddebat vigilantes; & plus milites quietis ac ſomni contemptores, quam lætos & quietos, vt decet, compranſores: velut optime Rupertus

lib.

Nocte, tẽpore custodum minimo ministerium cur Agnus ederetur. Rupertus. lib. 2. cap. 17. sic tetigit in Genes. *Poterat quidem prima nocte, cunctis vigilantibus, nihilominus fieri cades primogenitorum. Cur ergo potius media nocte dormientes placuit interfici? Videlicet, ut historicum etiam exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret; scientes quia quisquis exemplo Ægyptiorum dormitauerit, nihilominus exemplo eorum improuisam accipiet vindictam.* Et ideo nocte summa à Christo fuit postea, ipsius sub sponsi cognomine ad iudicium aduentus prædicatus; *Media autem nocte clamor factus est; ecce sponsus venit.* Matth.25.6. Quia sanè dormientibus & custodiam negligentibus sponsus iste Agnus, id est, mitis & benignos, in iudicem vertetur. Ergo somnum propulsate, qui manducatis Agnum; excutite torporem, qui lucem Dei recipitis; abiicite socordiam, qui deuuratis vitam; assumite solertiam, qui Deum verum editis. Quorũ primòs vos admoneo, ô viri Sacerdotes! conuiuas tanquam iuges, iugem quoque vigilantiam præ cunctis vos decere; prout nobis persuadet in secũdo suo lib. de dignita. Sacerd. Chrysostomus hoc modo; *Sapientissimum esse oportere & perspicacem in omnibus Sacerdotem, & mille, ut dicitur, ex omni parte oculos habentem; quippe qui non solum sibi, sed etiam populo viuit.* Hæc propter in Pontificum Euangelio decantator; *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit;* & ipsi vigilantes seu aliter Episcopi, quod idem Græce est, à oobis nuncupantur. Quodque magis demirandum, iam in symbolis Ægypti, quidã oculus super sceptrum, & baculum, seu virgam, quæ hominũ quorumcunque rectorum sunt insignia, defixus quasi veru, ut hæc ipsa Gubetnatorum, seu spiritualium, seu temporalium sedulitas multocula, vel etiam iuxta phrasim Chrysostomi millocula, exinde significatet, depingi consueuerat. Quæ quidèm multitudo oculorum vigilantium, cum numerus definitus pro indefinito sæpesæpius, & vniuersalis per septenarium in scriptura accipiatur, in petra & vigilantia Eucharistici sepulchri locanda principaliter, iuxta petram Zachariæ ostensam septem oculis; de qua S. Bernardinus tom. 4. serm. 3. de Euchar. att. 3. *Ad hoc, quod homo disponat se digne adsumptionem huius sacramenti, necesse habet præparare cor suum, quasi alterum sepulchrum Christi, per vigilem circumspectionem; ut verificetur quod de hoc Zacharias ait cap. 3.* Oculi septem super lapidem vnum. *Nam & cor lapideum esse necesse est, non ex obstinata peruersitate, sed ex sancti propositi firmitate. Et super hunc lapidem septem oculi esse debent; quia septemplici præparatione muniendum est; de qua præparatione ait Propheta Rex:* Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Sacerdotibus quam magna vigilantia necessaria. Chrysost. Matth.24.42 Episcopi quod ethymon. S. Bernardinus. Zachar.3.9. Psal.10.17. Sponsus seu Christus dicatur in iudicio.

Similitudo nona.

44. Hortus minimè deficiat in Christi sepultura, cum & alia materialis in horto quodam fuerit, & de quouis communicante scribat Antoninus superius allegatus; *Debet esse in mente hortus, conclusus cum floribus virtutum, & fructibus bonorum operum, non arboribus agrestibus, pabulum bestiarum.* S. Antonin.

His floribus sternere oportet hoc sepulchrum, multo melius quam antiquitus super tumulos illustrium spatgi moris erat; de quo quidem meminerunt Pierius & Brissonius primus cap. de Rosis; secundus lib. 7. de formulis Rom. ambo matris Gracchorum matronæ probatissimæ, Corneliæ recordati, cuius saxum fuit floribus stratum, & decoratum; vt etiam fuit illud, illius tam de patria Romana benemeriti quam merito à Poëta Romano & Mantuano acerbè lamentati; Marcelli, quamuis ethnici Christianum, eúmque optimum in moribus gerentis, & pectora vel Turcica ad luctum compellentis; in cuiusmet lamentis hoc animos emolliens, ac veluti dilanians, auditur Epicedium: Pierius. Brissonius. Flores olim super tumulos illustres cur proiecti.

Heu pietas, heu prisca fides inuictáque bello
Dextera. Non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, seu quum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si quà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris; manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores; animámque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere; &c.

Virgilius lib. 6.

Quod à priscis viris illis solebat factitari, vel ad iustum desiderium, memoriámque relictam Heroum egregiorum colendam & contestandam; quæ etiam post sepulchrum in probis adhuc floret, & vetnat atque redolet, & vt flos immarcescibilis perpetuò iuuenescet; vel in vitæ breuitatis, & fragilitatis documentum, quod astruitur ab ore dicentium in Sapientia; *Coronemus nosrosis, antequam marcescant;* nec non versus peruulgatus de floribus & vita; Sap.2.8.

Vna dies aperit, conficit vna dies.

Omissis, quæ in literis diuinis & humanis, à Plinio & multis aliis disertis scriptoribus dicuntur de re ista. Flores vitæ breuitatis aptissima figura.

Quibus floribus caducis, id est, rerum caducarum splendore, quasi flos, egrediente & flauescente, à nobis ruminato, bene illum comedemus, qui in mortis se memoriam non vitæ dare voluit. Sed melius vita & morte Nazareni nostri Christi, vt flores suauissimi, attente meditatis; quod tumulum est non floribus, sed cordibus vestire, vt in Bustis per illustrium, & virorum clarissimorum solemne quondam erat, ac titus valde celebris; nempe corda in marmoribus illorum effigiare, quò in cordibus viuorum, posterorúmque cunctorum defunctos permansisse pateret eo signo; de quo aliqui interpretantur versiculum Psalmistæ; *Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde;* nimirum, tanquam homo in cuius sepultura cælata nulla corda. Huiusmodi est Forcherius in lib. de imaginibus; cuius quidem traditionem imitari in re præsenti non erit Christi corpus vtcunque tumulare, sed potius ipsum denuo ad vitam reuocare, concipere, & intra cor dulcissime incarnare, seu illi carnem dare. Quod ad nostrum Sacramentum summopere conducit, & omnibus est

In sepulchris olim Corda cur fuerint grauata. Psal.30.13. Forcherius.

Vsuna.

facile, cuicunque nostro Vsunæ r. p. cap. 18. ad verba *Missus est* prebuerint auditum: *In flore concipitur Christus & quisque flos extiterit, concipere eum poterit. Non ergo tibi desit flos honestæ conuersationis, nec fragrantia bonæ opinionis, quæ est virtutis odor; nec intentio æternæ retributionis, quæ est spes fructus; & si habueris illa tria, cum Maria concipies Deum.*

Similitudo decima.

45. HÆc est iuxta Caluarium & Passionem consistentia; de qua certè si mediocriter vellemus verba facere, & Patrum mella premere, deficeret nos tempus ad ista degustanda; quare pauca de Eucharistia cum Passione delibabimus; quorum, Primum sese eleuat ex figurali fundamento, quo olim iubebatur, vt foribus ex Agni cruore rubricatis à populo ederetur; non enim licet nobis Dei agnum manducare, memoriæ nisi postes, prius sanguinis illius vngantur opobalsamo. Secundum verò surgit ex Domini præcepto, ac Pauli documento; *Hoc facite in meam commemorationem; Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem.* Tertium autem ex Prophetali & nuptiali libamento, quo inter nuptiarum festiua epithalamia sponsa concionebat; *Messui myrrham cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo:* quod supra de hoc cibo & morte enucleatum. Quartum tandem ex frequentissimo Sanctorum additaméto, qui omnes hoc constanter, & dulciter intonant, quos inter sic Paschasius de corp. & sang. Dom. cap. 21. *Propter quod & mos bene inoleuit, vt sanguis Christi nunquam in catino, nunquam in cratere, neque in alio vase, quam in calice consecraretur. Sed neque alio nomine, vt fieri solet in aliis quibuscunque vasis; nisi semper iuxta proprietates linguarum calix vocatur, vt exinde calix Passionis Christi ad memoriam reuocetur.* Peroptiméque suceo spiritus dulcissimus R. mihi P. Ludouicus de la Puente ad verba Canticor. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi;* vbi botrum panis huius à fasciculo myrrhino præuentum meditatur, quò sciamus cogitationem de Christi Passione præparationem veram esse, ad dulcedinem Sacramenti istius sentiendâm. Qua de causa in meliori nos sensu proferamus; *Mittamus lignum in panem eius;* vt sic bene cibum Christi cum memoria ligni Crucis ipsius manducemus.

Exo.12.22. — Eucharistia Passioni affinis & vicina. — Luc.22.19. — 1.Cor.11.24. — Cant 5.1. — Paschasius. — Cur calix semper sit, & calix nũcupetur vas continens Dei sanguinem. — Ludouicus de la Puente. — Cant 1.13. — Ierem.11.19

Similitudo vndecima.

46. PRope etiam Ierosolymam, quæ visio pacis est, sepulchrum consistebat, & iuxta pacem mutuam oportet reperiri, qui Christum in semetipso vult recte sepelire. Exquirit Abulensis in qq. sup. Gen. *Animalia cur initio carniuora non fuerint;* Respondétque hoc modo; *Ratio principalis videtur esse, propter habitationem in area; vt posset dari pax, quod vnum animal non esset cibus alterius.* Arca corporis Redemptoris figura celeberrima Enarrat. 29. legentibus patebit; at

Abulensis q.277. — Per omnes pax ætates Eucharistiæ vinculata.

A hæc homines carniuoros nullatenus recondit; imò carnem suam tradit ad pacem componendam. Hoc prima mundi ætate, qua arca fabrefacta.

In secunda Melchisedech Rex pacis appellatus, & panem ac vinum offerens, nil minus hoc statuit; Hieronymi iuxta vocem in Psal. 10[illegible]. *Quomodo Melchisedech Rex Salem obtulit panem & vinum, sic & tu offeres carnem & sanguinem.* Quod non solum de hoc Domino carnem & sanguinem oblaturo ad pacem celebrandam, sed etiam de quocunque credendũ seruo eius; omnes etenim sunt sanguinis, vt sanguis Christi prosit, affectus iugulandi, omnes pace coadunandi, vt vnice proficiat hoc pacis Sacramentum.

Hieronym.

In tertia magis pax resplendet Eucharistica, B ex Iosepho, cuius pax inter epulas ostensa, per Cellensem cap. 1. de panibus sic penditur; *Vbique gratiosus Ioseph, sed in conuiuiis magis, multóque amplius iucundus. In conuiuio etiam venditoribus non negat negatam sibi germanitatem. In conuiuio non retinet iniuriam; extendit munificentiam. In conuiuio iuxta scripturam cibando inimicum extinguit inuidiam, & sanat maleuolentiam.*

Gen.43.32. — Petrus Cellen. — Cõuiuium Ioseph dapibus amoris quàm refertum.

In quarta in vna domo iubetur agnus edi, vt domesticam amicitiam in isto frequentandam Deus nobis indicaret. Theodoretus sup. Exod. q. 24.

Exo.12.4. — Theodoret.

In quinta noluit Deus à Rege bellatore, quantumuis sibi charo fundari suum templum; quòd sanguinis dumtaxat, etsi aduersus impios profusor magnus fuerat; vt pacem & humanitatem clementiámque C altrinsecam doceret templi viros. Procopius lib. 2. cap. 7. sup. Reg.

1.Paral.28.3. — Procopius.

In sexta pace noua fit templi renouatio, quod à pace latum vnguem non potest separari, dicente Rege Vate; *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.*

Psal 50.20.

In septima postremò instituitur à Christo hoc pacis Sacramentũ; quo nomine ab Ignatio antiquissimo donatur, epist. 14. Quare lapsis in cunabulis Ecclesiæ primitiuę, idem erat pacem dare, quàm eos ad Cõmunionem Eucharistiæ reuocare, vt scribit Cyprianus epist. 10. 29. & 30. Hinc in aurea, vel argentea colomba panis olim Diuinus D seruabatur; quia ales pacis nuntia seruabat illic pacem, cuius ramum, spem, & signum Noëmo reportauerat. Ex Stephan. Duran. lib. 1. cap. 1. de ritibus Eccles. Hæc pax de qua cantatur hoc pane in Bethlem nato; *Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus.* Hæc quæ neutiquam donatur in Ecclesia sine osculo, quò sic in pacis osculo ad inuicem ligemur, vt digni tanto cibo edendo inueniamur.

Ignatius. — Quid lapsis pacẽ dare. — Cyprianus. — Columba cur antiquitus Eucharisticum Sacrarium. — Durantus. — Luc.2.14.

Similitudo duodecima.

47. IOseph Dominus Sepulchri augmentum interpretatur; & Ioseph debet esse virtutibus adauctus, qui Christum vult in se proficue tumulare, ac cum eo in Ierusalem

Ioseph sit vir communicans, vt benè Christum edat.

ſalem æterna requieſcere. Hinc iuſtus, atque diues in Luc. & in Matth. vt adnotat Ambroſ. hic Heros nuncupatur; Iuſtitię quippe decet diuitiis augmentari, eum qui tandem Chriſti corpore in Ieroſolyma cæleſti exoptat ſaturari; vt tangitur in Pſal. *Ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus deorum in Sion.*

Ambroſius.

Pſal 83 8.

Quæ omnia claudit Buſto in ſuo Mariali p.10. principali ſerm.1.p.3. ſic fatus de hoc Sancto, eximio, & pietatis (cor meum rapiente ac ipſi à pueritia ſummopere inhærente) patrono ſingulari; *Per Ioſeph, qui interpetratur accreſcens, ſignificatur perſona creſcens in virtutibus, quæ corpus Domini poſtulat; quando pro digna receptione Euchariſtiæ Deum ſuppliciter orat.* Vnde duo documenta venerabilis ſcriptor, vt ipſe in editione Coloniæ nominatur, in iſtum modum eruit; *Primum*

Quis ſãctos ſit auctori præſentis Chronologiæ Ioſeph ab Atimathia.

Buſto qualis ſit ſcriptor.

A *quidem quod Fideles communicantes corpus Domini, æquiparantur illis, qui ipſum depoſuerunt de Cruce. Par enim eſt, imò plus Chriſti corpus ſumere de altari, quam de ara Crucis, illi enim acceperunt eum in brachiis & manibus, ſed iſti ſumunt in ore, & cordibus. Secundum, quod & nos debemus Chriſtum cum Ioſeph deponere de Cruce.* Sed modum depoſitionis ſupremo loco audi. *Quandiu enim peccator in peccatis eſt, Chriſtum in Cruce diſtentum, quantum in ſe eſt, vinculat, ac crucifigit; quia propter peccata noſtra crucifixus ille fuit. Sed mox cum per pænitentiam ad Deum conuertitur, ipſum de Cruce deponit, & inter brachia ſua recipit. Vnde ſicut quis complectens aliquem inter ſua brachia poteſt facere de eo quidquid vult, ſic peccator conuerſus per pænitentiam, conſtringens iam Chriſtum brachiis amoris, potens eſt de eo omnia quæcunque voluerit obtinere.*

Vt iſte Ioſeph pius, ac altior ſit communicans.

Voluntatis vi diuinæ ſit Dominus vir iuſtus.

OSTENDITVR NVNC VLTIMO *Euchariſticum ſepulchrum non mortis, ſed ex ſeſe ſepulchrum vitæ eſſe.*

48. SED ſupereſt, vt hactenus ſepulchri elucidati, & virtus agnoſcatur, & finis hacce via ei melius imponatur. Sepulchrum Chriſti ergo in iſto Sacramento Sepulchrum vitæ nobis ſuapte dulce eſt; ex Chryſologi ſententia ſerm.74. vbi vterum, non tumulum, hunc tumulum ſic ait; *En ſepulchrum; en vteri noua forma, mortuum concipiens, quem mox viuum enitatur.* Cui ſubſcribit Auguſtinus ſerm.133. & Ambroſius ſuper Lucam, aſſignans rationem, cur Chriſtus in alieno ſepulchro condi voluit; videlicet, quia proprium habere non decebat, qui tam morti, quam ſepulchro nil penitus debebat; imo mortis triumphator, & vitæ fons & auctor natura ſua erat. Et verò bene vitæ deſcribitur ſepulchrum ab ipſomet Chryſologo ſerm. ſupradicto, quo ille ſuo auro: *Angelus Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem; Non dixit voluit, ſed reuoluit; quia lapis aduolutus probauit mortem, & reuolutus extitit reſurrectionis aſſertor. Beatus lapis, qui Chriſtum velare & reuelare potuit. Beatus, qui non minus corda aperit, quam ſepulchrum. Beatus, qui dat Reſurrectionis fidem; fideique reſurrectionem. Mutatur hic ordo rerum; mortem, non mortuum deuorat hoc ſepulchrum.* Quid melius? quid lucidius? Sed nihil à Chryſologo diſſentit Auguſtinus ſerm.326. vbi illud S. Pauli exponens ad Rom. *Conſepulti ſumus cum illo per Baptiſmum in morte;* ſic fatur pro re noſtra; *Magna igitur ſepulturæ huius eſt gratia; in qua nobis & vtilis mors infertur, & vtilior gratia condonatur. Magna inquam ſepulturæ huius gratia, quæ purificat peccatorem, & viuificat morientem.*

Non tumulus ſed vterus ſepulchrum Redemptoris.
Chryſolog.
Auguſtin.
Ambroſius.

In ſepulchro cur non ſuo ſepultus Chriſtus fuerit.
Chryſolog.

Sepulchro Chriſti laudes vitales decantatæ.

Rom 6.4.

S.Auguſt.

Fuit olim Chriſti ſanguine, vel ſaltem illius pretio ſoluto traditori, comparatus quidam ager, qui figuli eouſque à cunctis vocitatus (eo quod inde figuli argillam deferebant,

Matt.27.8.

B bant, vel illuc vaſa fracta fictilia ferebantur) ager ſanguinis deinceps, & tam felicis ſanguinis, promeruit appellari. Quem Iudæi falſo titulo exteriùs ſunt mercati, vt homines peregrinos ibidem ſepelirent; ſed interius, vt per terram Chriſti ſanguinem diſpergerent, & ſagaci modo iſto diffunderent per fundum; non enim poteſt ſanguis cum ſolo commiſceri, quin per ſolum ea de cauſa omnino diffundatur; ab omnibúſque illac tranſeuntibus teratur, calcetur, peſſundetur. Quod vt perpetim Iudæi in Chriſto perpetrarent, perpetuum quoque fundum hoc pretio compararunt. In bonis quæ Iuriſtę appellãt immobilia, & nos *Beñs de raiz*, id eſt, bona radicalia, iniuriam Redemptoris doloſe collocantes, vt immobilis & in ſæcula maneret radicata ipſius contumelia. Quæ fictio non abhorret à more Iudæorum; cum inter eos ſint peiores (vt fertur in

Ager figuli cur dictus & qualis, curve emptus in peregrinorum ſepulturam.

C prouerbio) ipſorum meliores; id eſt, illi qui ad extra videntur ſanctiores. Nec mirum, cum & gens, quæ fucis vitam agit eùm ſanctior, eo ipſo fucatior ex ſe maneat nocentior, venenatior. Ita fere Ludolphus in ſuo vita Chriſti 2.p. cap.61. quo eos ita percutit; *Quod fecerunt, non in miſericordiam peregrinorum, ſed in Saluatoris infamiam; ſimulando pietatem, & intendendo iniquitatem, vt longè latéque diffamaretur emptio. Et propter hoc addita eſt impoſitio nominis, & vocatus eſt ager ſanguinis, id eſt, emptus pretio ſanguinis, vt eſſet frequens memoria facti, in deteſtationem nominis Chriſti;* ô mira Sacerdotum mercantium cauillatio! ſed maior Chriſti Domini ibidem miſeratio, & amor verſus homines, vt pecunia cõparata ex pretio ſui ſanguinis in ſepulturam peregrinorum emeretur ager figuli; nam figulus eſt Deus, qui ex terra finxit hominem, ager vero iſtius figuli, omnes alij qui à primo terrigeno deſcendũt; & hic ager Chriſti

Iudæorum qui peiores.

Ludolphus.

Iudæorum in Chriſtum mortuum non mortua fraudulentia.

A sanguine pro mortuis peregrinis humandis comparatus; nam pro viris Christianis à lege peregrinis, & deuiis à Prophetis præcipuè fuir sanguis in requiem & sepulturam Dominicus respersus. Hietonymus & Augustinus relari per Ludolphum, & Glossa sic se habens; *Magnum Sacramentum latet in factis iniquitatis. Figulus est, in cuius manu est, ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ager eius est sæculum, quod vniuersum pretio sanguinis eius emitur, vt ex eo commertui sepeliantur peregrini, non vtique Israel, sed alieni, qui in pretio sanguinis eius sepulti æternam requiem sortientur.* Sed melius in hoc vitæ Eucharisticom Sepulchrum, Augustinus serm. de temp. 127. quo ille nobis fatet: *Prouidentia Dei factum est, vt pretium Saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret; vt iam exinde Christus, & viuos sanguine Passionis redimat & mortuos pretiosa possessione suscipiat.* Vt nullus tandem sit, qui in sanguine Eocharistico, sub pane & vino habito, non sibi viram metat, salurem non vindemiet. Quare liceat de hoc agro, hoc sanguine mercato, nunc mihi cum Ouidio in Penelop. cantare:

Glossa.

Peregrini qui sepulti in agro Christi sanguinis.

S. August

B

Ouidius.

Iam seges est, vbi Troia fuit, resecandáque falce
Luxuriat Phrygeo sanguine pinguis humus.

Nam cæli & terræ seges Eucharistiæ Sacramentum ita sanguinis Redemptoris pinguescit vbertate, vt hinc quisqoc propalato præfatam vitam colligat.

49. Hæc genericè de Christi sub sanguinis specie Sepulchro vitæ germine. At de ipso quid sub panis specie nunc dicendum? Quod de morte viri iusti vir Patëis est profatus. *Ingredieris in abundantia sepulchrū, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Nam quis vnquam in abundantia post mortis indigentiam, ingressus est sepulchrum? Quisue in bustum horridum, aceruus sicut tritici in horreum suum fertur? Quis autem suo tempore, id est, grato sibi tempore; cum omnes ægro animo à vita eripiantur delatus in Sarcophagum? Nemo sanè, nisi ille, qui obiit quando voluit, & sic obiit suo tempore, in hora quam elegerat; *Sciens Iesus, quia venit hora eius:* Quique horridum sepulchrum ingressus est, vt triticum; nam horreum locus tritici & triticum ac sepulchrū est oostrum Sacramentum; & qui tandem in abondantia ingressum talem fecit, de qua dicitur in Gen. pro nobis iam expensa; *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine abundantiam frumenti & vini.* Miranda velut tritici ingressio Saluatoris; quod vtique asseruatur in horreo deputaro; pro pane faciendo; pro vita producenda; pro ipsomet frumento vlterius seminando; & in vita modo isto perpetua conseruando. Hæc autem viuificanti Eucharistico sepulchro (vt melius tu rimaberis) summoperè conueniunt.

C

Iob 5.26.

Iustus quare velut triticum inferatur in sepulchrum.

Ioan.13.1.

Gen.27 28.

D

Vnde illum cunctis sæculis successum memorandum iam desinor mirari. Videlicet, cum Regnum non amplum Lositaniæ, salutis nostræ anno 1640. Castellæ iugo strenue excusso & propulsato, nouum sibi & ligitimum, contra rerum desperationem à iudiciis Castellanis perpetuò machinaram, Ioannem quartum nomine in Regem sublimauit. Noo etenim res magna; si debeat ponderari, quod Rex vnde Regales sunt orti candidati, toto celebris orbe Emmanuel nuocupatus, in illo valde augusto & templo & Monasterio S. Mariæ de Bethlem (pro alumnis S. Hieronymi ab ipsomet fundato; vocatóque huiusmodi, ob illam primam classem, quæ ad plagas Orientales explorandas, & conuertendas ab illo loco soluit) feliciter sit conditus, & iaceat tumulatus; quò in illo Emmanuelis Cælestis natalitio, retrenus Rex Emmanuel cum sibi succedentibus natalem promererent in cælis inuenire, natiuitatis quando illie tributum tertæ penderent. Non enim posset Regnum humatum in Bethlem templo, & in talis domo panis sepulchro decoratum, in suis mortem Regibus videre longo tempore; sed ad frumenti similitudinem in terram solum cadere, vt fructum multum ferret, & maiori cum vbertate exinde pullularet. Quæ tibi si forrassis complacet cogitatio, non quidem à me inuentam, sed à meo conterraneo Resendio viro celebri inuenies indicatam; in versibus, quos ille ad templi dicti fores, & Regis Emmanuelis sepulchrum in grandiori Capella collocatum inscripsit in hunc modum.

Portugalli resurrectio ex mortis diretumulo qua via non mirabilis.

Portugalli Rex Emmanuel in qua Bethlem sepultus, & mysticè hoc rimatum.

Virgilius.

In templi magna porta.

Vasta moles, Sacrum Diuinæ in littore Matri
Rex posuit Regum maximus Emmanuel.
Auxit opus hæres Regni, & pietatis, vterque
Structura certant, Religione pares.

In Emmanuelis Regis tumulo, nigri marmoris elephantibus (vt Domini orientis) apposite suffulto, eiusdemmet tetrastichon.

Littore ab occiduo qui primi ad lumina Solis
Extendit cultum, notitiámque Dei;
Tot Reges domiti, cui submisere tiaras
Conditur hoc tumulo maximus Emmanuel.

Vt nempe in isto tumulo nequaquam finiretur, qui ex finibus Occideotis, vt Christum nasci faceret ad omnes mundi gentes, detexit Solis ortum; & in Oriente Monasterij Bethlemiei est sepultus.

50. Sed vt nostrum tam mirabile Sepulchrum re mirifica, vt decet, concludamus; illud Carieç Reginæ cum isto conferamus. Artemisiæ dico inclytæ; quæ Mausoli dilectissimi mariti vita functi desiderio terebrata, amoris duo in ipsum miranda signa ededit, quæ fuerunt summo iure æternitati consecrata. Primum quidèm quia corpus mariti concrematum, & in cineres redactum, dilotum vino bibit; in stomachíque sui sepulchro tumulaoit. Magnum certè pudicitiæ, & amicitiæ maritalis exemplar & speculum, quod vltra amoris aleam Regina amatrix fecit. Secundū vero par, quia ipsimet marito tantopere superbum, & pretio

Artemisiæ insitum virum prodigiū & summum exēplum amoris coniugalis.

tio & mole rei Sarcophagum parauit, vt orbis in miraculis meruerit reponi; & exinde Mausoleum autonomasticè vocari; vnde quodlibet sepulchrũ cum sumpto post erectum, sibi nomen Mausolei percelebre arrogauit. Fuit autem hocce miraculum amoris coniugalis non amplius quam inane & vacuum Cenotaphium, vel sepulchrũ apud Latinos Honorarium vocitatum, in mariti sui honorem sublati fabricatũ; oe memoria viri chari obliuione deleretor: sed tamen destitutum defuncti Regis corpore, cuius cineres in exemplum perrarum viduarum, io sepulchro sui pectoris iam tumulo adornauerat. Factum sanè stupendum, sed vacuum proculdubio, & quod Christi cum sepulchro vllatenus collatum, à nullo mentis compote hooorariũ dici poterit. Nam non lapidis, sed panis, qui petras longe superat, materia nostri est; forma verò ita modo subtili elaborata, vt à Solo Deo ipso perspicue cerni queat. Omisso, quod in sui eximia magnitudine, & cæli tangit verticem, & cum mundi dutatione æqualiter concertat; sponsúmque in eo animarũ Christum Dominum, in vnum viuum & mortuũ, vt dixi, sepelimus; & ipse nobis pręber sepulchrum in suo pectore; *In me manet, & ego in eo.* Quod ille non tantummodo vt mulier nunc producta sponsis suis facit; vel potius sponsabus; sed etiam diris hostibus; qui Sacrum quod recipiunt multare morte vellent, & sepulchro si valerent æterno consignare, vt probatur hoc exemplo lib. 9. cap. 6. relato per Cæsareum.

Mausolea vnde vocata Sepulchra celeberrima.

Sepulchra quæ honoraria, cenotaphiaque dicantur.

Cæsarius.

Amore turpi fœminæ amasios quidã eius miserrime flagrabat; qui fugacibus vt posset potiri oblectamentis de consilio maleficarum particulam consecratam in Ecclesia sibi datam, quam ideo secum detulit, ad veneficia reseruauit; at volens die altero Fidelium iuxta morem, ad Ecclesiam remeare, porta patens vniuersis huic misero non patuit, sed obstitit, & restitit; ita vt tandem neque pedem vltra limina propatula potuerit inferre. Quod cum iterum atque pluries in vanum pertentasset, terra effossa sub illa sepelit Sanctum Panẽ, vt ab eo velut causa retinaculi solutus, libet quoque ad ingrediendam Ecclesiam remaneret, cuius adhuc cum liminaria transire non valuerit, facinoris cõmissi dolore stimulatus, cum alio Sacerdote diuerso à quo acceperat Synaxim Sacro-sanctam, ad eum locum venit; vbi dictã nunc particulam in carnem transmutatam, & in Christi Crucifixi similitudinẽ conuersam mirati repetere. In quo Christus sui amoris vltra illud Regis Cariæ euexit Mausoleum; dum pro eo, qui sub terra eundem sepelicrat, ibidem voluit iterum amore crucifigi, & tertiùm sepeliri.

Miraculum de Eucharistia sub terra tumulata.

His peiores in Eucharistiam inuenies contumelias, quas consultò missas facio, vt finem iam componam; quod faciam cum miraculo in quo defunctum corpus Sanctissimo huic mysterio exhibuit clientelam; à Bzouio tom. 13. annalium sic narrato: *Beata Catharina Bononiæ nata ordinem S. Claræ sanctitate & miraculis illustrauit. Corpus eius post mortem refossum inuentum est omnino integrum & incorruptum. Quod cum suæ Moniales in Ecclesiã detulissent, & ante maius altare, vbi Sanctissimum Iesu corpus seruabatur, statuissent, humillimam & profundam Eucharistiæ Sacramento exhibuit reuerentiam, quemadmodum dum viueret, ipsa facere consueuerat.*

Miraculum de defuncta Eucharistiam venerante. Bzouius.

51. Clarè ergo per hæc omnia hucusque elucidata sepulchrum nostrum est Eucharistiæ Sacramentum; quam ego claritatem augere nunc curabo, re quadam, quam Sedulius lib. 5. vitæ Christi ab ipso metris editæ, tam falsè quam & verè retorsit in Iudæos. Notans eos, ex sepulchro furatum Christi corpus, ob illam rationem, quia Sacra linteamina, quibus fuerat inuolutum per Iosephum & Nicodemũ, stultè diuulgasse; stultum nanque esset, & latronibus plus arduum ligatum corpus soluere, quam cum ipsomet portare huiusmodi inuolucra. Quare nihil ambigẽdum Iudæis solum lintea, velaminàq; Christi in antro superesse, vt velamen & caligo illorum plus increscat; nobis vero Credentibus tam nudum quam & purum mansisse corpus idem; nec non etiam sine velo Sepulchrum Christi corporis de quo egimus hocusque existere Fidelibus, vt commodius & liberius intra pectoris sepulchrum eundem recondamus, cum gaudióque dicamus; *In me manet, & ego in eo.* Sedulius sic intonat.

Custodum Christi corporis mendaciũ ponderatum.

Sedulius.

Fare improbe Custos.
Responde scelerata cohors, si Christus, vt audes
Dicere, conclusa furtim productus ab antro
Sepitos latuit, cuius iacet intus amictus?
Cuius ad exuuias sedet Angelus? An ne beati
Corporis ablator velocius esse putauit
Soluere contectum, quam deuectare ligatum?
Cum mora sit furtis contraria? Cautius ergo
Cum Domino patuere magis sua lintea tolli.
Mentita est vox vana sibi, tamen ista figuram
Res habet egregiam. Iudæis constat ademptum
Quem nos deuoto portamus pectore Christum.

Vt Christus ex sepulchro Iudæis plus contectus; & Christianis plus apertus; illis equidem surreptus, istis verò sine aliquo velamine concreditus.

Eucharistiæ sepulturæ Epitaphium, & responsorium.

52. Sepulchrorum duæ nonc extremæ circonstantiæ de hoc nostro Saluatoris supersunt explicandæ; videlicet Epitaphium, marmoreúmque elogium, quod nulli viro probo vidẽmus denegari; ac simol responsorium, quod lapide aduoluto defunctis decantatur. Qua de causa inhumanum & sæuum iudicabitur si Domini tam pij, colendique sepulchrum, insalutatum sine istis amoris testimoniis à nobis relinquatur.

EPITAPHIVM REDEMPTORI, PRO ſuis & cum ſuis in Euchariſtia conſepulto.

Epitaphiū Chriſto Domino, ſepulto in Euchariſtia.

HIC IACET VITÆ FONS PRO NOBIS TVMVLATVS: CVI CVM NVLO MODO MORS INFERRE MORTEM POSSET, AMOR MORTE POTENTIOR, ET FORTIOR, HANC EI DEDIT. AMORE NOSTRO MORTVVS, SEPVLTVS QVE EST NATVS: SIC QVE IVGITER INCESSIT PER TOTVM VITÆ CVRSVM; DONEC TANDEM SEPVLTVS IN HOMINIS STOMACHO; VBI VELVTI IN CENTRO PRÆ OMNIBVS DILECTO SE VOLVIT SEPELIRE. NON PETIT A TRANSEVNTIBVS, ADVENTANTIBVS QVE VIRIS OFFICIA DEFVNCTORVM; NEQVE ALIQVA PRO SE MISSARVM SACRIFICIA; ILLE ETENIM PRO CVNCTIS IN ARÆ SACRIFICIO HÆC IVGITER EXEQVITVR. SED PERENNITER ET DEVOTE VNVM TANTVM *PATER NOSTER* NAM DVM HOMINES VT PATREM REPVTAVERINT HVNC DOMINVM, IPSE ILLOS TANQVAM FILIOS PERCHAROS PROSEQVETVR. VNDE VINCVLVM INNODABITVR AMORE INDISSOLVBILI: *IN ME MANET; ET EGO IN EO.*

RESPONSORIVM AD CHRISTI CORPVS hoc modo tumulatum.

Reſponſorium ad Chriſti corpus in Euchariſtiæ Sacramento.

53. PECCANTEM IN TE QVOTIDIE, ET NON ME PÆNITENTEM TIMOR MORTIS CONTVRBAT ME; QVIA IN INFERNO VITÆ HVMANÆ REDEMPTIO NVLLA EST. VERVM QVIA TV MI DOMINE, REDEMPTOR VITÆ MEÆ, VOLVISTI PRO ME NEQVAM IN ISTO SACRAMENTO, VT IN INFERNO AMORIS TVI IMMENSO SEPELIRI, IDEO AVDEO TIBI DICERE, QVA POSSVM CONFIDENTIA; MISERERE MEI DEVS, ET SALVA ME. NAM QVEMADMODVM IN INFERNO REDEMPTIO NVLLA DATVR, ITA E CONTRA OMNIS REDEMPTIO IN INFERNO AMORIS TVI FLAMMIS ACRIBVS CHARITATIS PRO NOBIS SEMPER ARDET.

℣. DEVS IN NOMINE TVO SALVVM ME FAC; ET IN VIRTVTE TVA LIBERA ME. QVIA TVVM IESVS NOMEN SALVTIS NOSTRÆ EST; ET TVA QVOQVE VIRTVS OMNIMODE INFINITA, FINITA, IMO FACILIA QVÆCVNQVE REDDIT CRIMINA.

KIRIE; MIHI MISERERE.
CHRISTE; ITERVM MISERERE.
KIRIE; AMPLIVS, SEMPER QVE MISERERE MEI.

PATER NOSTER

QVI IN CÆLO EVCHARISTICI MYSTERII, AC PANIS REGNO ES; IN QVO QVANTVM NOMEN TVVM SANTIFICATVR INTER HOMINES, TANTVM IN PANE QVOTIDIANO VOLVNTAS TVA FIAT, VT PROPTER EIVS MERITA DIMITAS NOSTRA DEBITA, ET IN LVBRICVM TENTATIONIS NON SINAS NOS INDVCI, SED LIBERES A MALO.

A PORTA IPSIVS INFERI, PVLSATA NOSTRIS VITIIS;
ERVE ANIMAS TVORVM.
DOMINE QVAMVIS INDIGNISSIMAM ORATIONEM MEAM AVDI;
DOMINVS QVE, QVI DOMINATV MISERICORDIÆ VBIQVE ES, NOBISCVM SEMPER ESTO, ET CVM SPIRITV NOSTRORVM; DVM TIBI FRIGIDAM ATQVE BREVEM ORATIONEM RECITAMVS.

OREMVS.

ABSOLVE QVÆSVMVS DOMINE ANIMAM FAMVLI TVI CVIVSQVE CHRISTIANI, AB OMNI VINCVLO DELICTORVM, VT INTER SANCTOS ET ELECTOS TVOS RESVSCITATVS RESPIRET, PER CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM. QVO ILLE SIC IN NOBIS A VITIIS SVSCITATIS, ET NOS PARITER IN ILLO, VT PLACIDO IN SEPVLCHRO PERPETVVM QVIESCAMVS; VEL DICENTES CVM SPONSA IN PRIMO CANTICORVM. *DILECTVS MEVS MIHI; ET EGO ILLI*; VEL POTIVS CVM IOANNE SECVNDO NOSTRO THEMATE; *IN ME MANET, ET EGO IN ILLO.* (Cant. 1. 16.)

EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO SEXTA,

QVÆ DE MVNDI CREATIONIS CESSATIONE TERTIA EST, ET pariter ſuprema; in Figura Domus.

Super Gen. verba iam bis enucleata cap. 2. n. 2. *Requieuit Deus die ſeptimo*; & Ioan. 6. n. 56. *In me manet, & ego in illo.* Quæ numero mox primo concordia aſſociantur; & vnà ad domum iſtam perfectius erigendam, tertium thema congruentius duobus ſubſtituitur; ex lib. Prouer. cap. 9. n. 1. *Sapientia ædificauit ſibi domum*; quod inde continuatur, & late elucidatur.

De continuatione, & trini thematis explicatione. Numerus I.



ENTRVM quies vera eſt, vniuerſalis creaturæ; Sepulchrum defunctorum; domus verò viuorum, qui in domo tantum propria cum gaudio requieſcunt. Quoniam autem Chriſtus Dominus duobus primis modis in proximè præcedentibus Enarrationibus duabus, quieuit in hoc Sacro, iuſtum eſt, vt in præſenti, præ manibus nunc habita, in domo conquieſcat. A quo ſenſu primum thema. *Requieuit die ſeptimo*, nullatenus diſcordat; nemo etenim quietus, niſi in domo ſua propria; vt optimè Rex ille ſupponebat, qui dicebat; *Quantò magis nunc, cum viri impij interfecerunt virum innoxium in domo ſua, ſuper lectum ſuum, non quæram ſanguinem eius de manu veſtra, & auferam vos de terra?* Vnde pariter nec Deus in mundo requieuit niſi in domo ſibi erecta poſt ſæcula quammulta; *Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Iſrael de terra Ægypti, ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.* Quæ domus fuit illud Iudæorum diues templum; templum autem figuratio Eccleſiæ, & Euchariſtiæ; iſta vero domus huius, videlicet Eccleſiæ, mirabile compendium, ad quam domus Eccleſiaſtica tantummodo ordinatur. Et hinc tantum Sacramentum in paruula domuncula, intra

Viuorum Centrum Domus.

2. Reg. 4. 11.

2. Reg. 7. 5.

A domum Tabernaculi, Sacrarium vocitati, incluſa continetur; vt ad ipſam cognoſcamus ædiculā Dei Sacram ædificium totum ædis Eccleſiæ præparari. Nec à domus proprietate ſecundum fugit thema; *In me manet, & ego in illo*; quia præter quietudinem obtentam in domo ſola, ea ſolùm domus eſt, quæ ad minus duos recipit; Domus etenim familiæ vnius habitatio ab Iſidoro lib. 15. cap. 5. ethymol. prudenter definitur; familiam verò ſaltē duabus ex perſonis, viro maximè & vxore; vel ex homine imperante & alio ſeruiente conſtare, per ſe notum. Vnde & Eua viro ſuo ædificata nuncupatur; *Quia in viro atque muliere videtur domus* B *plena*: quemadmodum in Hexam. profatur os Ambroſij. Sed in iſto Sacramento eſt requies, & dualis familiæ inhabitatio; *In me manet, & ego in eo*; Ergo domus longè vera; quæ graphice, quantumuis ſub vmbra figurali, in Prouer. cap. 9. deſcribitur peroptimè, ita vt nemini ſit dubium, de illa pertractari; de qua quidem tertium thema per numeros quammultos mox erit explicandum.

Iſidorus.

Domus manſio & habitatio ex propria definitione, vnius eſt familiæ.

Gen. 2. 22.

Ambroſius.

Euchariſtia Domus vera.

Solùm poteſt hoc in loco in dubium reuocari, cur in Gen. principio, Vaticinium poſt tot ſæcula deſcriptum à Sapiente, cū mundi natalitiis locetur in hoc opere. Sed facilis reſponſio ex Soto lib. 4. d. 1. q. 1. ar. 4. quo

Soto.

ille ſatis doctè ter à Deo ædificatam Eccleſiæ ſuæ domum conſtanter aſſeuerat. Primùm ſanè prædeſtinatiuè ante tempora ſæculâtia, dum Eccleſiam ab æternitate decreuerat fundare. Deinde figuratiue, cùm mundum procreauit, & in eius creatione, vt in prima Enarrat. abundè palam fecimus, Eccleſiã figurauit. Tandémque executiuè, cum Verbum caro factum, ipſa carne ſua vltimò relicta in Euchariſtia, Eccleſiam fabricauit. Quod ex cap. præcedente Prouer. demonſtratur. Eſt enim caput illud ſequentis velut prologus; quandoquidem in vtróque de Diuina Sapientia latiſſimè tractatur; hoc verò tali ordine, vt in poſteriori ſermo fiat de illa domum ſibi egregiam ędificante, & menſam in domo iam ædificata

Quare ter ædificata Eccleſiæ Domus fuerit.

A proponente; in prioríque de eadem, edificationis pòſt futuræ memoriam faciente, quam triplicem cum Soto clariſſimè ſic facit. Primo loco prædeſtinatiuè ab ipſa æternitate, *Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret; non dum erant abyſsi, & ego iam concepta eram.* Secundo figuratiuè in mundi creatione; *Cum eo eram cuncta componens;* Tertio tandem executiuè in rei productione ac vero complemento; *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum;* videlicet in Euchariſtia, cui ſæpius hanc ſententiam ſuperius adaptauimus. Quare rectè domus talis in Geneſ. principio à nòbis collocatur. Nunc verba Prouerbiorum hanc domum deſcribentia ad incudem afferamus.

Prouerb. 8. 23.

N. 30.

N. 31.

DE ÆDIFICATORE ECCLESIASTICÆ, Euchariſticæque domus, ad verba Salomonis, Sapientia ædificauit. *Et quænam ſit hæc tanta ædificatrix Sapientia.*

2. EVCHARISTIÆ magnam & Sacram narraturus ego domum, aptiori quo exordio ignoro vela faciam, quam verbis quibus Hoſius tot titulis inſignis, in principio de hoc Myſterio, illius viam arripit; *Materiam huius Sacramenti eruditione adaperire, ampliſsimam domum eſt paruo foramine demonſtrare.* At neceſſe pro nũc mihi hanc domum reſerare, in quo attentũ & patientem Lectorem meum vellem; vt & domus plus latentia commodius oſtendantur, & mei illam præoſtendentis faſtidia tolerentur. Cui in eius frontiſpicio hoc primum notum facio, multos locum hunc Sapientis de Euchariſtia elucidare; inter quos inſigniores Cyprianus ad Cecilium; Auguſtinus lib. 17. de Ciuita. Dei. cap. 20. Ambroſ. lib. 4. de Fide cap. 7. Chryſoſtomus in Pſal. 22. Gregor. lib. 17. Moral. cap. 17. quibus adde. D. Thom. opuſcul. de Sacrament. Bedam, Lyram, Hugonémque hæc verba commentantes. Et à multis nihilminus de Virgine explicari, cum Auguſtino lib. 5. cap. 20. in tomo nunc producto; Ambroſ. de Spiritu Sancto lib. 2. cap. 8. Hieronymo in Iſaiam; & aliis quam frequentibus. Quorum ductu illius opem, humiliter exoro; donec eius laudes vltrò oblatas in hac domo nonnullas infra tangam.

Hoſius.

Euchariſtiæ difficultas exemplo demonſtratur.

Cyprianus. Auguſtinus. Ambroſius. Chryſoſto. Gregorius. D. Thom. Beda. Lyra. Hugo Car. Hieronym.

Quatuor igitur Sapientiæ à Salomone memoratæ, & nobiliſſima per eum præconia hîc decantantur. Primum quidèm ſingularem & vnicam ex ſe eſſe; cum Sapientia per antonomaſiam, Rhetorices figuram, de qua agit Quintilianus lib. 8. cap. 6. ab illo nominetur. Secundum, ſummam & maximam hanc ipſammet exiſtere; quia quod antonomaſticum, hoc maximum probatur. Tertium autem, non creatam ſed increatam Sapientiam eandem demonſtrari; nam maxima & per omnia ſuprema Sapientia creaturis non conceditur, quarum mentem per Philoſophum ad Diuina contuenda cum

Quatuor magnæ proprietates Diuinæ Sapientiæ.

B infirmis noctuæ oculis inuenies comparatam. Quartum tandem hanc Sapientiam abſolutè Deum eſſe; nimirum Trinum, & vnum; vt in prima S. Gregor. Naziazen. Oratione perſpicue per Eliam Cretenſem diuulgatur.

Ariſtoteles. Sapientia tantũ Deus eſsẽtialiter acceptus. Elias Cretenſis.

Quod tamen ſubintellige de attributo eſſentiali, in quantum Dei eſſentiæ attributum Sapientiæ in integrum tribuitur. Nam de attributo perſonali, quà alicui percommodius ex Perſonis Trinitatis Sanctiſſimæ applicatur, hàc Filio tantũ dari, ex D. Th. patet. 1. p. q. 34. art. 1. ad. 2. & q. 37. art. 2. ad. 1. & q. 39. art. 7. ad. 2. & ex Auguſtino C lib. 15. cap. 17. de Trinitate. Vnde fit, quòd Filius Dei, & Verbũ, & Sapientia frequenter appelletur; cum tam Pater, quam & ſimul Spiritus Diuinus Sapientia ſint omnino; & ſic inſimul per Filium ac à Filio diffundatur quæcũnque in creaturis reſplendet Sapientia, & per illas ex Dei vnica diſpergitur clementia, ac cælica influentia. Ratio autem cur Dei Filius & Verbum & Sapientia, pluſquam aliæ duæ ſibi Perſonæ coæquales vocetur, duplex eſt, & doctis ſatis nota. Prima nempe, quia procedit à Patre ſempiterno per intellectus actum; vnde ipſe Verbum Diuinum, conceptúſque Diuinus, ac inſuper notitia Diuina nun-D cupatur. Secunda, quia ſi homo vno tantum verbo ſuo, notitia vel conceptu quæcũnque ſcit, valeret peroptimè explicare, illud verbum tota illius Sapientia agnoſceretur. Sed Pater Verbo vnico quæcunque nouit, explicat, & nouit vniuerſa, ergo Verbum ipſius Patris, conceptus, & notitia, qui Filius eius eſt, illius quoque tota, vt conſtat ex præmiſſis, eſt planè Sapientia. Ita Euſebius Cæſar. lib. 5. cap. 5. demonſtrationis Euangelicæ, & D. Tho. contra Gen. lib. 4. cap. 11. apud quos ſolutiones occurrentium dubiorum vbertim inuenientur. Sed hæc quatuor vſque nunc dumtaxat agitata, longiori decet calamo omnimode exarari.

Sapientia tantùm Filius perſonaliter intellectos. D. Thom.

Sapientia cur Dei Filius, & Verbum, atque conceptus, notitiaque dicatur.

Euſebius.

D Thom.

3. Primum

3. Primum autem primo loco de vnica & singulari Diuina Sapientia à Ioanne primo cap. egregie confirmatur, dum de Filio Dei immenso huiusmodi profatur; *Vnigenitus, qui est in sinu Dei ipse enarrauit nobis*: vbi tria ventilanda & explicanda sese offerunt. Vnum, quare Filius Dei tam vnicus existat, quod filius & non pater; ac filius vnigenitus omninò semper fuerit; ita vt neque pater ipse alicuius filij sit, quem generet ex se, nec etiam fratrem habeat à Patre suo genitum; cum in humana generatione ea felix reputetur, quæ habet plures filios, & fratres sui generis. Alium quare in sinu Dei, vt deducitur ex verbo *Vnigenitus qui est in sinu Dei*, perpetuò commoretur; cum tamen ille à Patre distincta sit Persona. Tertium tandem, cur & Filius non Pater, siue etiam Spiritus Diuinus Dei æternam processionem narrauerit Ioanni; *Vnigenitus, qui est in sinu Dei, ipse enarrauit nobis*.

Ioan.1.19.

Ad primum verò clara doctrina respondetur; Vnigenitum ideo esse æterni Patris Filium; quia æterna & infinita cum sit hæc generatio, vno actu singulari tantummodo perficitur, & penitus absoluitur, atque tota filiatio Diuina terminatur, hauritur, coosummatur. Nam cum infinita sit omnino, non potest iterari; & cum non possit iterari, Diuina ex eo est, ac ideo perfectissima; quia solus Deus est vnicè, & taliter perfectus, vt non possit multiplicari, nec perfici per actus diuisos & distinctos illius genitura. Quod humanæ generationi diuerso modo accidit; quippe quæ natura sua est miseria & finita, ac indigens propterea, vt per multa & successiua multiplicetur iodiuidua; quibus tamen non obstantibus, miseriis intercipitur, & sine suo tristi, nec tardè tandem carpitur. Diuinæ verò è contra, quæ vno solo actu perfecta & absoluta, & vnica ac æterna dignoscitur suapte. Sic Theologi communiter in materia de Trinit. & Lyranus super Ioannem in ipso primo cap. Munitur res exemplo & dicto Regis Vatis; *Ex vtero ante luciferum genui te*; dum vnus tantum genitus io verbo *Te* exprimitur; in *Vtero* quæ modus generationis declaratur. Nam cum Verbum producatur per intellectus actum, vt tetigi superius; inde prouenit, quòd quemadmodum humanos intellectus in vtero intellectuali capacitatis naturalis, intelligibiles species obiectas intus recipit, & ex illis hocce modo ad intra se receptis, velut semine concepto, conceptum suum gignit; ita in vtero substantiæ Diuinæ suæ Pater, quæ (vt Dei) substantialis, & in omnibus perfectiooibus est valde singularis (nihil enim in Deo est, quod substantia & actus purus in cunctis non sit vnicè) aliunde nullo sumpto obiecto intelligibili, sed ipsa sua essentia obiecta sibi ipsi, &, velut rei alterius imago, concurrente; ac in vtero intellectus summopere infiniti receptа & conseruata, infinitum & substantiale propignit suum Verbum; quod vnicum est profectò, dom actu quoque vnico, non autem duplicatis se ipsũ & cuncta alia per ipsummet cóceptum

Dei Filius quare vnicus, vt nullus præter ipsum Dei Filius esse possit.

Lyranus.

Psal.109.3.

Qualis vterus Diuinus ad Filium progignendum.

A intelligit perfectè, seu potius perfectissimè.

Ad secundum respondendum, cum Patre semper Filium durare & commorari, etsi à Patre Filius diuersa sit persona, vt deducitur ex verbis eiusdem Euangelistæ; *Vnigenitus, qui est in sinu Dei, ipse enarrauit nobis.* In quibus in Dei sinu, nimirum in Dei essentia quam intimè coniunctus & neutiquam diuersus, reconditus est Filius; qui tamen Vnigenitus, ab eo genitus; proindéque persona ab illo separata, vt docet nostra Fides & veritas Catholica ibidem nuncupatur. Ratio verò eur hoc simul in vnum dari possit, hæc est ex D. Thom. lib. 4. contra Gent. cap. 11. videlicet, qoia homo, vt pauper creatura, alieno eget vtero, vt valeat generare, & genitus nil minus egressione eiusdem vteri, vt coalescere & grandescere hoc

B tandem possit modo. Deus autem qui naturaliter non indiget re aliqua Actor. 17. nec vteri alieni pulsatur egestate, vt gignat suum Filium; nec Filius egressione ab vtero torquetur, vt queat grandis fieri; sed tam magnus sicut Pater in Patre semper mansit; & ab vtero nunq; illius non egreditur. Quo sensu intelligenda hæc verba Euangelistæ *Vnigenitus qui est in sinu Dei*. Et illud Regis Vatis; *Eructauit cor meum verbum bonum*: nam sinus & cor idem, intimióq; Dei pars; eructatio verò est dimanatio quæ ab intra ex fundo nostri pectoris per halitum procedit; & tamen sẽper intus excuntis manet halitus origo in ipso pectore persistens à quo exit; atque tandem sancti Leonis sententia serm. 2. de Natiu. sic se habens; *Ingreditur hæc infima Iesus Christus Dominus noster, de cælesti sede descendens, & à Paterna gloria non recedens*

Ioan.1.19.

Dei vterus & sinus quã magnus erga Filium.

D.Tho.

Actor.17.25.

Cur Filius sit in Patre, & tamen sit vt Filius, à Patre separatus.

Psal 44.1.

S.Leo Pa.

C Ad tertium absque labore offenditur responsio. Nam cum Verbum & Filius Dei sit eius Sapientia, ad hanc pertinet enarrare, & res elucidare; sicut optime ex Enarrationis definitione, de qua egimus in Præfatione confirmatur; & ex rebus de Diuina Sapientia mox dicendis non parum roborabitur.

4. Secundum supra adductum de ista Sapientia, quod summa sit & maxima, à multis sacris locis quamualde communitur; & maximè ab insigniex lib. Ecclesiastici; *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis*; Ergo maxima & suprema; quia rebus cunctis fons, illarum caput est; vnde sanè tanquam à fonte & capite increato, vniuersa creatura, ac ideo sapientia per omnes distributa initium suum

D habuit. Quare talis Sapientia excelsa, vel de excelsis hoc loco nominatur; quia Angelis & postea inferioribus creaturis, vt Lyra noster docet, diuisa & suo ordine diffusa satis patet; hincque merito super omnes effusa res creatas post pauca memoratur; *Et effudit illam super omnia opera sua*.

Quæ diffusio Sapientię Diuinę super cuncta à Deo procreata non solum in loco isto, sed etiam in vtriusque principio testamenti mirifice enitescit; *In principio creauit Deus calum & terram*; *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum*. Verbum etenim *In principio*; *In sapientia*, per Origenem translatum reperimus; & *In*

Eccle.1.5.

Eccl.1.19.

Gen.1.1.

Ioan.1.1.

Filio per Tertullianum, Hieronymum, & Hilarium. Nimirum, quia Dei sapientia, atq; principium diffusum super omnia, est Dei ipsius Filius; per quem inibi creata dicuntur vniuersa. Videlicet in Gen. *In principio creauit Deus cælum & terram.* id est, omnia, quæque sunt in cælis, & in terra, in principio Filij sui firmissimè & sapientissimè eduxit, ac constituit. Et in sancti Euangelistæ vestibulo plus elarè; nam post illius verba à nobis nunc producta, hæc ibi connectuntur; *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Nec veritas hęc certè in Psalmis non clarescit, dicente Rege Vate; *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quia quælibet Dei verbo sapienter procreata, misericorditer sancti Spiritus roborata sunt virtute; & vsque nunc nutrita, seruata, & sustentata; vt in Genesis initio scribitur à Glossa cum multis quos rei claritas adducere non finit. Atque insuper in verbis Apostoli ad Hebræos; *Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; nouissimè diebus istis loquutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.* Ac tandem, quod est mirum, in ipsamet doctrina & libris Iudæorum; cum tamen Verbum Dei & Filium Iesum Christum non valeant deglutire. Nam præter locum istum ex lib. Eccles. *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis*; & illum Regis Vatis in Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo; sede à dextris meis*; qui adiuncto Christi dicto, relato per Matth. ingenti vi perpollet; vterque que Iudæis in veteri testamento notissimus est sanè; multa alia de Dei Verbo Philonis sui oraculi, notatu satis digna, collucent testimonia; de Profugis; de Confusione; de mundique opificio; in locis repetitis; quorum vltimum sub finem eiusdem lib. de opificio, & vt hominis aduersarij plus habens fortitudinis, pro acie veritatis in istum modum loquitur; *Quod si cui libeat apertioribus vti vocabulis, nihil aliud dixerim esse mundum intelligibilem, quam Verbum Dei iam mundum condentis. Nec enim intelligibilis vrbs est aliud quid, quam illa architecti ratiocinatio, cogitantis iam vrbem mente conceptam condere. Mosis hæc est opinio, non mea. Ergo hominis generationem aggressus scribere, procedente sermone, diserte fatetur, formatum eum esse ad Dei imaginem. Quod si pars, imago est imaginis, patet, quod etiam tota hæc species, videlicet vniuersus hic mundus, qui magis quam homo refert Dei imaginem. Vnde liquet, quod archetypum sigillum, quem dicimus esse mundum intelligibilem, ipse sit archetypum illud exemplar, idea idearum, Verbum Dei.* Hæc ille, qui videndus Enarr. 1. n. 85.

Principium in scriptura vt Filius Dei vocetur.

Psal. 32. 6.

Gloss.

Hebr. 1, 2.

Psal. 109. 1.

Matt. 22. 43.

Quam notum Verbū Dei vel ipsis met Iudæis.

Philo.

Philonis de Dei verbo egregium testimoniū.

5. Duo tamen petam hîc pro luce vberiori. Primum, quare Summus Pater per suam Sapientiam, per Verbum & suum Filium condiderit omnigena, ita vt illum constituerit principium vniuersorum, vt proxime explicaui. Secundum, an hoc principium dumtaxat sit principium in mundo isto creato, an etiam in increato. Est enim mundus alius increatus, de quo pulchre Seraphicus Magister lib. 2. cap. 2. Compend. Theolog. *Distinguntur autem triplex mundus; scilicet mundus maximus seu archetypus, vt est, Deus; qui dicitur archetypus, ab archos, quod est, princeps; & typus quod est, figura; id est principalis figura; quia ipse est exemplar mundi sensibilis. Item est mundus, qui dicitur Macrocosmus, id est, maior mundus, vt est iste mundus sensibilis. Item est mundus, qui dicitur Microcosmus, id est, minor mundus, vt est homo. De quibus sic Ioannes:* In mūdo erat; *Ecce primum*, Et mūdus per ipsum factus est; *Ecce secundum*; Et mundus eum non cognouit; *Ecce tertium*. Filios autem mundi etiam increati, necnon primi principium inde probatur, quia neutiquam restrictim, sed potius absolutè principium vocitatur. De illo nanque dicitur; *In principio creauit Deus cælum & terram*, Quod de cælestibus & terrenis; de maximis & minimis; ac per consequens de Deo, qui maximus est rerum, videtur explicandum. Sed aliter in Diuinis Principium Pater est; Quid ergo statuendum?

S. Bonau.

Quis mundus increatus, & cuis triplex mūdus; maior, minor, atq; minimus, seu magnus maior, ciatimus.

An Filius Dei principium increati mūdi sit, vt prorsus est creati.

Ad primum nullo planè negotio satisfaciam. Per Filium Patrem id vniuersa procreasse, quia Filij per intellectum procedit emanatio; vnde Verbum & Sapientia ipsius Patris dicitur. Sicut autem quiuis homo per intellectum cuncta facit; non per se fine intellectu, tunc enim nihil faceret; nec per voluntatem, nisi prius præuentam ab intellectu, quæ quidèm dimetitur, excogitat, atque manus in opere anteeedit; sic Pater non per se, sine intellectu suo proprio, qui eius Filius est, id enim nō factibile; nec per suam voluntatem, qui Sanctus est Spiritus, nisi ista subsequēte huiusmodi intellectū absoluit mundi machinam. Et hinc in mundi initiō de Filio prius dicitur; *In principio creauit Deus cælum & terram*, vt disponeret hæc omnia acumine intellectus; at post de Sancto Spiritu; *Et spiritus Domini ferebatur super aquas*, vt eas fœcundaret, ac terram latitantem calore voluntatis, ad alia producenda ex istis elementis cunctarum rerum fontibus, in publicum produceret, ostenderet & traderet.

Per Filium cur Deus fecerit quęcunque sūt creata.

Geo 1. 1; N. 2.

Ad secundum, quod nonnullum inuoluit secum nodum, æquali facilitate satisfieri sic poterit. Quia Filius & Sapientia non solum in hoc creato, sed etiam in increato principium mundo est. Verùm non independenter, sed principium de principio, vt lumen est de lumine, & Deus de vero Deo. Seu principium independenter principiati Spiritussancti; qui à Patre & à Principio, id est, à Filio Patris immediatè deriuatur. Quapropter emanatio Dei Filij prima dicitur; & Spiritus secunda, vt asserit Lyranus ad verba Eccles. *Prior omnium creata est Sapientia.* Nam de æterna creatione hoc ibi intelligendum; de qua in ipso lib. ad cap. 24. *Ab initio & ante sæcula creata sum.* Vbi etiam Sapientia creationis increatæ principium nuncupatur, de Sapientia quippe æterna ibidem pertractatur, de illaque vulgatur. *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*; vel etiam non creatam; vt

Principium vt Verbum sit in Triade Sāct ssima.

Lyranus.

Eccles. 1. 4.

Eccl. 24. 14.

Ibidem n. 5.

ex

ex omnis creaturæ geoeralitate per se claret. Quæ cum proximo Lyrano sufficiant de hac re.

6. Tertium supra memoratum de Diuina Sapientia; videlicet, quod sit æterna & increata ex dictis innotescit; & ex verbis Ecclesiastici incipieotis in hunc modum; *Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum:* quæ æternam constituere DiuinamSapientiam nou indiget probari, vt in cap. a. suæ sacræ Philosophiæ, & Medico clarissimo Vallesio visum fuit. Nec minus hoc patescit ex loco iam expenso; *Ex vtero ante luciferum genui te.* Cursu etenim luciferi completur omnis temporis sæcularis computatio, ante quod siue litigio non fuit vllum tempus sed tantum Dei æternitas nequaquam mensurabilis. Talis ergo Sapientia & Filius Dei æternus, de quo Propheta Regius, *Ex vtero ante luciferum genui te.* Lyranus ad hunc locum ex Rabbioo Barachia, super illud Ieremiæ *Pupilli facti sumus absque patre*; notandum quiddam affert; dicens, istam sioe patre futuram Sapientiam, quando ipsa carnem à Matre assumeret humanam; sicut enim rorem suum aurora mittit orbi, sic etiam Virgo Mater, vt Mater roris inclyti in mundum Chıistum ederet; Rabbinus sic effatur. *Deus sanctus & benedictus ait Israël; vos dixistis coram me; pupilli facti sumus absque patre. Redemptor, quem ego vobis suscitabo, sine patre erit, sicut scriptum est Psalm. 109. De matrice auroræ tibi ros infantiæ tuæ.*

Ecclesi. 1.

Vallesius.

Psal 109. 3.

Sapientia Dei quam sit naturaliter æterna.

Orat. Ier. n. 3.

Rabbi Barachias.

Virginitas Mariæ Rabbinis non ignota.

7. Quartum tandem insinuatum de Diuina Sapientia, hanc nimirum pertinere ad totam Trinitatem, sed maximè ad Dei Filium, vnde omnis ad creaturas sapientia fluxum capit, nil minus clarum est. Probatúrque peroptime ex libri Ecclesiastici scopo generali, ac valde principali. Nam in huius Sapientiæ, quamuis omnem sapientiam &

A virtutem complectentis, præconium fuit editus; vt constat ex principio, librorum nomen vude eruitur Sacrorum, & illorummet substantia inclusa comprehenditur. In hoc autem clara mentio de tota Trinitate. De Patre in illis verbis; *Inuocaui Dominum, Patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ:* quæ de æterno solùm Patre, vt Glossa testis est, permittunt explanari. De Filio in præcedentibus à nobis explicatis; *Fons Sapientiæ Verbum Dei in excelsis.* Et de Spiritu Diuino in aliis subsequentibus; *Ipse creauit illam in spiritu sancto.* In qua vltima sententia, abunde tota Trinitas, & clarè continetur, si illa modo isto trifariam diui-

B datur; *Ipse — creauit illam — in spiritu sancto.* Nam ipse Pater est Creationis fons primigenus; creata vero Sapientia, ipsius Patris Filius; & Spiritus clarissimè vtriusque charus nexus, ac amor sempiternus; æterna quippe est, vt iugis & perpetua huiusmodi creatio.

Eccl. 51. 14.

Eccl. 1. 5. & 9.

Trinitatis ex lege veteri illustre testimoniũ.

Quod autem hæc sapientia per omnia diffundatur, ibidem subinfertur; *Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem, secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.* Et cap. 24. *Ego sapientia effudi flumina.* Vnde patet, omnem riuulum & radium Sapientiæ, hinc ad homines, vt à fon-

C te & Sole suo proprio perpetuo dimaoasse; De quo S. Augustinus lib. 12. Confess. cap. 25. ad med. & 20. atque 28. & lib. 11. cap. 10. de Ciuit. Dei. ac etiam cap. 3. de Gen. ad literaliter; & D. Tho. 2. 2. q. 23. ar. 2. ad 1. Hæc igitur Sapientia tam vnica, quam summa; tam æterna, quam dispersa per omnia procreata; quæ equidem in natura humana sibi vniens, ad omnes creaturas iuxta modum cuiuscunque vberrimè descendit, & omnibus banc nostram præsentem domum condit, quam nunc à fundamentis erigere conueniens.

Sapientia à Deo fluens in omnes creaturas. N 10.

Eccl. 24. 40.

S. August.

D. Tho.

DE DOMO A SAPIENTIA DIVINA ædificata, ad verba Salomonis, Ædificauit sibi domum, *in primísque de domus istius vnitate.*

8. EXPLICATO vt Sapientia ædificatrix domus huius sit proprie Filius Dei, nunc setiò domus ipsa per illum ædificata oportet explicari; magnis enim sapientiæ Diuinæ fulcimentis extructa domus illa, quæ non nisi à Sapientia ædificata perhibetur (cum multis hæc nominibus diuersis potiatur) & quinque sub se habet egregias qualitates. Nimirum, vt vna sit. Deinde à semetipsa diuersitate magni ponderis diuisa modo aliquo. Post hæc à mundi initio enata, & nullo vnquam obstaculo interrupta; sed potius vsque nunc continuata & prosequuta. Vlterius, continuanda in ipsum mundi finem. Et tandem Christi eximia fundata charitate. Quæ omnia sigillatim rimari mei est muneris, prouinciæque susceptæ.

D Est igitur, vt constat ex textu, domus ista, tam vnica quam etiam Ecclesia Christiana; quæ vna est de præsenti; vt fuit, atque erit, quousque mundi series sub cælo perdurabit. Augustinus lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 24. lib. 18. cap. 45. & de Baptismo contra Donatistas cap. 49. D. Tho. 3. p. q. 8. ar. 3. ad 3. & Castro lib. 1. cap. 5. aduers. omnes hær. quo loci pro se affert hæc verba Cant. *Vnica est columba mea;* & illud D. Pauli; *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo;* innixus quibus, ait; *Ecclesia ex omnibus Fidelibus constat, non solum præsentibus, sed etiam præteritis, & in posterum futuris. Alias tot oporteret Ecclesias fingere, quot sæcula fluxissent.* Quæ omnia tam Ecclesiæ, quam domus verè vnicæ Ecclesiam figurantis, Iaosenius sic attingit explanans domum istam;

Domus vnica Sapientiæ Ecclesia Christiana.

S. August.

D. Thom.

Castro.

Cantic. 6. 8.

2. Cor. 11. 2.

Ianſenius in Prouerbia.

Sicut enim certum eſt Synagogam typum fuiſſe Eccleſiæ, ita dubium non eſt, quin per domum à Sapientia ædificatam intelligi debeat Eccleſia, quæ iuxta D. Paulum 1. Timot. 5. Eſt columna veritatis.

1. Tim 3. 15.

Sed breuius idem Paulus in iſtis verbis vltimis Ianſenij memoratus, qui ita in loco proprio; *Vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.*

Eccleſia quę Catholica in Symbolo Apoſtolico.

Vnde quando Catholicam proferimus Eccleſiam in ſymbolo Apoſtolico, non aliquam materialem, quantumuis pretioſam, ſpecioſamve in mundo, etiam ſi Lateranenſis, Vaticanenſiſque exiſtat, ſed ex viuis lapidibus Eccleſiam fabricatam, & ex omnibus Chriſtianis per orbem diſſipatis compactam cõfitemur. Quæ ex eo quod per orbem ſit totum circumfuſa, Catholica appellatur; nam Catholica vniuerſalis ſignificat in Græco. Licet iſti met Fideles peruerſi ſæpe ſint, dum tamen ſint Fideles; & neutiquam abutentes Eccleſiæ Sacramentis; è quibus ſic collectis Eccleſia coaleſcit, vt optimè & diſtinctè Viguerius in inſtitut. cap. 10. §. 3. verſ. 3. cum 8. Ioannes de Turrecremata de Eccle. lib. 1. à cap. 22. Driedo in 4. de Dogmatibus cap. 2. p. 1. Baronius in principio apparatus ad annal. Bellarminus lib. 4. de notis Eccl. cap. 7. & lib. 3. de Eccleſia milit. cap. 7. poſtremóque Suarez aduerſus Regem Angliæ in ſuo lib. 1. per capita non pauca. Quæ de domus Eccleſiaſticæ ſufficiant vnitate.

Viguerius. Turrecremata. Driedo. Baronius. Bellarmin. Suarez.

9. De illius diuerſitate & differentia à Synagoga, illud firmiter tenendum, non ſubſtantialiter, ſed accidentaliter tantummodo diſcerni. Non enim concubina, ſed vera Chriſti ſponſa, vt Eccleſia eſt de præſenti, ſynagoga fuit olim; ſicut proxime relatus oſtendit D. Tho. cui omnes ferè Patres tam præcedentes quam ſequentes ſubſcribunt in re iſta. Nec aliquod inter eas diſcrimen interponitur, niſi tantum ſynagogam mandatam terræ eſſe, quando Chriſto in Matrimonium Eccleſia eſt collocata. Sorore nanque prima in viuis exiſtente, noluit ille iuniorem accipere in vxorem, ne iurgia inter Rachelem & Liam quondã orta, apud iſtas ſuper thoro ſponſi poſſidendo, vt ait noſter Caſtro lib. 9. hær. 1. de nouo excitarentur. Germanæ quare ambæ, & Chriſto coniugatæ, pro diuerſis tempeſtatibus fuerunt proculdubio; Synagoga cum promiſſo Dei Filio copulata; Eccleſia cum exhibito. Vnde & prima ex his ceſſauit, & alia ſubintrauit, Redemptor quando Chriſtus ſalutem noſtram clauſit; per verbúmq; myſteriis quammultis tunc prolatum, *Conſummatum eſt*; matrimonium cum ſecunda in ſuæ Crucis thalamo, amore puto nudus perfectè conſummauit. Quæ ſorores in vnitate coniugij tantùm vna, vnum quoque, hac differentia, exiſtunt in nominibus; quia Græcè ſynagoga congregatio ſpecialis, vnius tantum populi, & gentis ſingularis; at Eccleſia eadem lingua cõuocatio eſt generalis vniuerſorum populorum. Vnus enim tantum populus, iſque in mundo paruus, & paruo incluſus

Synagoga Chriſti ſpõſa, non autem concubina; & qualis ſit eiſdẽ vtrinque differentia.

Caſtro.

Ioan. 19. 30.

Eccleſiæ & Synagogæ definitio ethymologica.

A regno Synagogæ Iſraëliticæ ſeruitium miniſtrabat, vt dixit Rex Propheta; *Notus in Iudæa Deus; in Iſrael magnum nomen eius:* id eſt, illic circunſcriptè, non alibi extra terminos Iudaicæ ditionis, at Eccleſiæ gentes omnes, quæ legi Chriſti ſeruiunt; ſeu potius ipſam ſeruant, & amantiſſimè cuſtódiunt; de quo multa nobis ſuppetunt antiqua teſtimonia; ex quibus iſta ſatis; *Et fluent ad eum omnes gentes. Et fluent ad eum populi. Veniet deſideratus cunctis gentibus*; Quæ præuidens iam moriens vaticinánſque ſenex, Iudæ filio Meſſiæ ſatori feliciſſimo, ſic de gloria vniuerſali & affluẽtia generali nepotis ſui dixit; *Et ipſe erit expectatio Gentium.* Qua de cauſa à non paucis nec parùm claris viris iſtæ duæ deffinitiones communiter traduntur; inter quos ex modernis præcipuus Caſtro eſt li. 6. verbo Eccleſia; & Hoſius Card. 1. p. cap. 14. ac lib. 5. contra Brentium, non procul à principio; Sanderus in ſuo 1. de Monarchia Eccleſ. pag. 50. Super quæ noſter pius Alfonſus de la Spina in Fidei Fortalitio Iſidorum pro ſe afferens Ethym. lib. 9. interſtitium magnum eſſe quod de Eccleſiæ & Synagogæ definitionibus retulimus, prudenter aſſeuerat; nam cum iſta congregatio, illa verò conuocatio in Græco ſit eloquio; congregatio gregum eſt, brutorúmque tantummodo, quæ pro domibus in caulas per aliquem minantur, ducuntur, congregantur; conuocatio vero è contra ad homines ſpectat, qui vocantur, atque vocem vocantis capientes, ad ipſam per ſe veniunt. Tam magnum eſt Iudæorum, & Infidelium vniuerſorum diſſidium ad Chriſtianos; illi nanque irrationabiliter ad ſua congregantur; nos verò ad noſtra Sacra afflatu ſancti Spiritus, & voce Chriſti Domini vocati conuocamur; qui dixit per Ioannem de ouibus Fidelibus, audire vocem eius; paſtorum verò furum non audire vocem oues; non equidèm quod mali non audiant vocem malam, & hæretici hæreſiarchas non audiant & ſequantur; ſed quia cum ſectentur doctrinas pecorinas, vt pecudes congregantur, iam per ſibilos malitiæ, per carnis iam mugitus, vel etiam per rugitus ſuperbiæ valdè brutæ ad tales diſciplinas.

Pſal 75. 1.

Iſai. 2. 2. Mich 4. 2. Agge. 2. 8.

Gen 49 10.

Caſtro.

Eccleſiæ & Synagogæ, diſcrimen in hoc tempore, ſi aliqua ſuperſit; vt ſuperſunt inter hæreticos ſathanæ Synagogæ.

Ioan 10 3. & 2.

10. De antiquitate domus huius an cæperit ex Adamo, vel potius ex Abele, ſub lite ſemper fuit in foro doctiorum. Pleríque domus talis Abelem caput faciunt, Adamúmque explodunt; propterea quod hic fuerit malorum ſcatutigo, & criminum principium, quem vt virum à mundi initio peccato maculatum, imò cunctos à ſe ipſo exortos maculantẽ, Eccleſiæ non decebat ſponſæ immaculatæ in coniugem ligari. Ita S. Auguſtinus in ſuo lib. 15. de Ciuit. Dei; quem ſequitur è veſtigio de more D. Tho. 3. p. q. 8. & mordicus, ſed doctè Viguerius in Inſtitut. cap. 10. §. 3. ver. 11.

Eccleſiæ quiſnam caput, Adamus, an Abel?

Auguſtin. D. Thom. Viguerius.

Ego verò in tali puluere inualidus athleta, contrarium mihi habeo ob multa perſuaſum. Primum, quia non poſſibile, vt tempore quocúnque, quantumuis valde breui, deeſſe

deesse posset mundo visibilis Ecclesia, cuius caput in principio necessariò foret ille, qui homo solus erat. Deinde, quia Adamus etsi fuerit actuali peccato detur patus, originale nullum habuit, quod ex parte non mediocri & grauius ex se est, & remedio propter hoc indiguit grauiori; nam ad illud remouendum directa fuit proprie immensa Christi Passio, vt placitum est commune, non semel referendum, Theologorum vniuersorum. Et tandè, quia Adamus fuit primus absque dubio Ecclesiæ summus Pontifex, nec non sæpe Sacrificia, etsi ista non legantur in pagina Diuina, litauit ritè Deo, & etiam natos suos litare rectè docuit; vt nil minus triuiale, cum ipso D. Tho. quem suo loco referam. Quam materiam locupletauit Bolducius lib. 1. cap. 5. de ante legem. At Abel non Pontificio sed Sacerdotio tantum functus, vt constabit in hoc opere ex numero Pontificum, quem proferã lectoribus; nam Adamo non Abel, sed filius Seth successit in munus istiusmodi; ergo valdè mundi Patri confirmant hæcce omnia Ecclesiæ principatum. Quibus addit, peccatū non esse incompatibile Ecclesiæ summo capiti; imò Petrum deliquisse, & simul contra Fidem delictum commisisse; nam peccare potest libere Ecclesiæ primum caput, quin caput esse desinat. Quare ista fundamenta ab insulis Ecclesiæ Abelè longe faciunt, & Adamum vice versa in caput eius euehunt. In quam ego opinionem, seu potius veritatem non vado motu proprio, sed sensu quammultorum; è quibus vnus Driedo lib. 4. de Dogmatibus. Alius Hosius in Confessione Polonica vocata cap. 22. & tertius Bellarminus lib. 3. cap. 16. de Eccles. militan. quo Adam tam materialem quam formalem esse concludit Ecclesiæ primiceriom.

Christi Passio contra quod peccatum plus directa.

Adamus primus Pontifex.

Bolducius.

An peccatum contra Fidem Ecclesiæ possit caput.

Driedo.
Hosius.
Bellarmin.

11. De veritate & perpetuitate pulchritudinis Ecclesiæ, cũ sine ruga & macula hanc vocet D. Paulus Episto. ad Ephe. non parua est disceptatio, ac etiam affirmatiuæ sententiæ dubitatio. Si etenim eo temporis, in Ecclesia nemo erat præter duos tantum patres natorum peremptores, ipsi verò per spatium hominibus ignotum aliquandiu prouoluti in culpa perstitere; quis Ecclesiæ venustatem, decorémque seruauit? Nonc quando cadit vnus, in gratia manet alius, & multi semper fulgent diuersis qualitatibus; quare iugiter Ecclesia iuxta Apostoli sententiam, diuersis atque omnibus pulchritudinis coloribus splendet in Fidelibus; sed tum temporis quis retinuit huiusmodi nitorê? Duo sanè pulchritudinem illibatam Ecclesiasticam durante lapsu Adæ & Euæ conseruarunt; qui omne longe dubium expellunt in hac re. Primus ordine dicendi. B. Virgo Mater, quæ speciem bene potuit Ecclesiæ conflictatæ tam pridem sustentare; cum & ipsa immaculata ab omni culpa sit, & in lumbis Patris nostri veraciter iam fuerit, vt arbor post futura in semine est contenta. Ita fuit Compluti, in celebri academia Ximenij nostri filia, literarie stabilitum, sicut retulit mihi probatus valde testis; nempe

Ephes. 5. 27.

Maria Adamo lapso Ecclesiam sustentauit.

Academia Complutensis fundata à quodam viro.

A P. R. F. Franciscus de Souza; alumnus primum meæ Prouinciæ Pietatis; qui ad aliam per id tempus mutatus Portugalliæ, & præsens illic fuit Theologicam rem nauans, & paulo post à munere Comissarij Generalis suffragiis paucis absuit. Et certè cum Ecclesia sit expers omnis maculæ; nunquam sanè talis fuit, nec esse verè potuit, absque illa quæ in cunctis Adami descendentibus est sola immaculata. Quapropter non demiror si Ecclesiam immaculatã tam cito in semetipsa sustinuit sine ruga Dei genitrix Maria. Vnde illiusmet Conceptio mundissima probatur; nam fieri sine macula omninò decens erat, quæ pattes immaculatæ Ecclesiæ sola gereret. Quæ opinio tam

& celebris in Theologia. P. Franciscus de Souza.

Mariæ à mundi initio conceptio confirmata.

B munita, quam verè Minorita iudicio meo est; tum quia in Vniuersitate Minorũ ventilata, & per Fratres Minoritas cum Scoto viro sũmo, Parisiis multo antea, Coloniæque deinde egregie propugnata; tum etiam quia ab alio Minori valde insigni Cælitibus adscripto; nimirum Bernardino in suo tom. 4. serm. de Natiuitate B. V. Mariæ art. 1. cap. 2. his verbis confirmatur; *Quia hac benedicta puella in lumbis Adæ erat, indulsit misericors Deus primis parentibus, nec annihilauit eos; quia hac benedicta puella in lumbis Adæ erat, secundum seminalem rationem; potentiàque producenda puella in primis parentibus impressa erat, donec educeretur in actum.* Secundus, qui tam melius quam prius pulchritudinê Ecclesiæ sustentauit, eiusdem Matris Virginis progenies fuit Christus; qui etiã si post

S. Bernard.

C sæcula quammulta natus sit, nil dubij quin extiterit ab Ecclesiæ rudimentis Ecclesiæ summum caput; cui nemo mentis compos, secundum Patrum claram & validam doctrinam relatam à D. Tho. 3. p. q. 8. art. 1. cum seqq. hoc potest denegare. Ergo in Christo perseuerauit Ecclesię mirus decor. Pro quo facit, quod durante Romana vacatura, in Christo manet tantùm Ecclesiæ principatus; ita vt tandem quod si Christus cum capite visibili Ecclesię vniuersalis, non esset eius quoque & caput inuisibile, sæpe Ecclesia decapitata, maneret, atque mortua; quod certè dictu ac creditu absurdum valde est. Vnde oritur, quod sicut in Hostia consecranda Sacerdos simul duplex, homo & Christus inuenitur; qui merito infallibili, demerita Sacerdotis peccato sæpe

Ecclesię caput Christus & eius semper decor.

D.Thom.

Pontifice moriente, Ecclesiæ quis tum caput.

D infecti, vt semper Sacrificium persistat nobis efficax, tunc eius loco supplet; sic Christus cum Pontifice Ecclesiæ summo capite, præcipuum, primùmque Ecclesiæ caput agit, quod in caput Pontificium virtutem suam influit. Necessaria proculdubio Ecclesiæ duo capita; primum equidem vt vigorem & gratiæ subsistentiam infundat in secundum; Secundum verò vt primi directas influentias accipiat intra se, & in alios inferiores diffundat recto tramite: quidquid contra concentum duorum istorum capitum obganniant semper hostes.

In Ecclesia quanã via, sit semper duplex caput.

12. De charitate qua Redemptor hanc domum ædificauit, aliquantula in præsenti materia sese offert, ad illa textus verba,

Ædificauit ſibi domum. Nam non ſibi ſed ſuis hanc domum fabricauit. Quare ergo eandem ſibi conſtructam gratulatur? Quia noſtra, ſua commoda; ſibique emolumenta, quæ nobis facta, reputat. Quapropter noſtrum nomen & ipſe ſibi ſumit, & ſuũ nobis donat; vt in illa communicatione idiomatum vocata, inter Chriſti Diuinitatem & humanitatem ſæpe accidit. Hinc ait Rex Propheta; *Saluauit ſibi dextera tua;* cum non ſibi comparauerit, ſed nobis hanc ſalutem. Quo loco vox Hieronymi hoc ipſum conteſtatur; *Quod dicit ſaluauit ſibi, hoc eſt, ſaluauit homines, non alienum, ſed opus ſuum.* Et alibi idem Vates; *Nolite tangere Chriſtos meos;* quaſi vitam eum hominibus lucri & damni diſcriminibus pereñiter expoſitam, ad inſtar mercatorum Saluator ſemper ducat; vt de amicis deuinctiſſimis profertur Luſitanè; *Trazema vida à perda, & ao ganho;* tam noſtra quæuis damna, vt ſua valde ſentiens; quam noſtri quæque lucra, vt ſua verè reputans; *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.*

Vt Chriſtus ſua & noſtra amoris viciſſitudine communicet ad inuicem.

Pſalm. 97. 1.

S. Hierony. Pſal. 104. 16.

Matt. 25. 40

Hæc propter in datiuo ſe voluit collocare, *Ædificauit ſibi domum;* quo caſu tam incommoda quam commoda reponimus; vtrumque nanque Chriſtus communicat nobiſcum. Sed propter quod iſtorũ in dicto caſu magis? An ne propter incõmoda ſibi pluries noſtri cauſa illata & irrogata? vel ſecus propter commoda ab eo nobis fonte cũctorum deriuata? Profectò propter dona; à quibus caſus dandi inuenit hocce nomẽ, in datiuo locum ſibi dumtaxat conquæſiuit. Datiuus quippe à datis, non verò à damnis alteri inflictis & impactis; vel etiam (vt Chriſtus fecit, & faciunt quique amant) pro ipſa plus dilecta perſona toleratis, huiuſmodi vocatus. Cum ſane mala dare, non dare, ſed auferre, clariſſimè agnoſcatur, & ſufferre pro amato (vt Chriſtus de quo loquimur) non ſit vere & poſitiuè donare bonum aliquod, ſed tantummodo directè à malis remouere, & dilecto priuatiue vtilitates præparare. Niſi forſitan dicamus, quod malorum pro hominibus in Chriſto toleratio largiſſima eſt donatio; tum quod bona nobis inde omnigena promanant, tum quod mala pro eiſdẽ ſuſtinuit tam libenter, vt pecunias quaſi dederit pro ſui Paſſione. Probatur hæc peroptima amoris cogitatio, ex loco Cantic. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon, de lignis libani; columnas eius fecit argenteas reclinatorium aureum: &c.* Vbi ferculum eſt Eccleſia, qua Chriſtus, velut curru, ac diximus in centro, per orbem circonfertur; perbellèque ex auro, argento, & lignis libani imputribilibus hæc facta; quia Eccleſia iuxta doctrinam Angelici Doctoris 3. p. q. 49. art. 4. & q. 61. art. 1. cum q. 62. art. 5. non niſi ex Chriſti ſanguinis materia fabricata. Quid verò Chriſti ſanguini commune cum his rebus, videlicet, cum auro, argento, & lignis talibus? Multum quidem & ſupramodum; quia Chriſtus quaſi aurum, argentum, atque pecunias, vt pro nobis pateretur, in morte ſũmas dedit; atque ligna magni pretij æſtimauit vile lignum, quo mortem dictam tulit. De quibus ſanè lignis pretioſis & incorruptis, cum auro & Chriſti ſanguinis argento quammundiſſimo in vnum copulatis, ſic ait D. Petrus; *Nõ corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis; ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati.* Nec male Chriſti mors pecuniæ comparatur; cum per illam nos redẽpti, vel empti à morte ſimus; & iſta Crucis fuerit; cuius rabidi dolores dicuntur cruciatus; & pecunia voce noſtra vulgari Luſitana à Crucibus pecuniæ *Cruzados* vocitetur. Quos Chriſtus tam benigne & largo fudit homini, vt dicat ſic Guerricus de Patre verè pio ſuper filium ſuum prodigum clementer inclinato; *Sic feſtinabat abſoluere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus cruciaret miſericordem compaſſio miſeri, quam ipſum miſerum paſſio ſui.* En quomodo pecuniam, *Cruciatos* que profuderit, cruciatus quando Crucis pro nobis ipſe pertulit; & quomodo tam Chriſtus ob bona liberaliter mortalibus donata, quam ob mala patienter pro eis tolerata, in datiuo ſemper rectè poſuerit ſeipſum; *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon; Sapientia ædificauit ſibi domum;* de quo iterum in ſequentibus ad n. 49. nonnihil attingendum.

Vt pecunias ad moriendũ pro nobis Chriſtus dederit.

Cant. 3. 9.

D. Thom.

1. Petri. 1. 18.

Mors Chriſti cur pecunia.

Guerricus.

Vt Eccleſia domus ſit columnis ſolum conſtans; & mirus harum numerus, quia vnicus & ſeptuplex, ad verba ſubſequentia; Excidit columnas ſeptem.

13. IN hoc domus eſt Eccleſiæ mirabile ædificiom, quod ſolo, tecto, ac etiam parietibus relictis, tantummodò ex columnis perfectè ſtabilitur, completur, & perficitur. Verùm quomodo poſſunt & vna & ſeptem eſſe? nam ſi ſeptem, non vna; ſi vna, nunquam ſeptẽ. Sed nihil hîc diſſidij, imò multum concordantiæ rẽ iſtam illuminantis; quia Eccleſia tantum vna columna veritatis; iſta verò ex Sacramentorum componitur columnis, quę quidem ſeptem ſunt. Quo Eccleſia verè manet & ſeptuplex & vna firmiſſima columna; hæc autem ſuper baſim Euchariſticij Conuiuij firmiſſime locata; à quo omnis fortitudo Eccleſiæ proficiſcitur; nam ſicut panis alius ſuſtentat vniuerſum, ſic panis hîc ſuſtentat hanc domum vniuerſalem. Primum patet ex Apoſtolo in verbis iam productis; *Vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.* Secundum ex noſtro Lyra, qui ita ad iſtum locum; *Excidit columnas ſeptem, id eſt, ſeptem Sacramenta; quibus fulcitur tota Eccleſia.* Tertium autem fortitudinis ex celebri columna, quam in oppido Bethlẽ, quæ domus panis eſt, Racheli eius maritus, amore illios extulit; & equidèm eleuata in domo talis panis, panem ipſum domus eſſe Eccleſiæ fulcimentum, columnámque demonſtrat; hane enim per hæc verba de

Vt ſeptuplex & ſimplex columna ſit Eccleſia.

1. Tim. 3. 15.

Eccleſia valde firma columna veritatis, columnis conſtans ſeptem.

Lyra.

Iacob

Iacob & vita Beata cap. 17. Ambros. in Ecclesiæ figuram suscitatam patēter asseuerat;

S Ambros.

Quanta mysteria, quia ibi Ecclesia Dei, in qua apparet Deus, & loquitur cum seruis suis. Ibi absconduntur simulacra gentium; fides enim Ecclesiæ omnem obseruantiam Gentilitatis aboleuit. Sed cur sub lentisco quæro? certe genus istud infructuosum est; ibi enim sunt dij Gentium, vbi nullus est fructus.

Hæc loci ni decipior præsentis planè est (velit nolit Salazar) literalis expositio; quamuis ideo nihil minus sit simul allegorica; nam in locis Scripturæ, quæ allegorica sunt merè, etiam sensus allegoricus est verè literalis; iuxta regulam Augustini notissimam in re hac, à qua nec pedem mouet Iansenius in Prouerbia; dum de litera & allegoria sic fatur columnarum; *Allegoricè autem hac dici, significari videtur versu sequenti*; Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. *Vbi per infantiam intelligenda vita carnalis & erroneum iudicium, quo bona ac voluptates huiusmundi homines præeligunt bonis æternis, quomodo pueri res ludicras, & vanas seriis præferunt.* Ergo domus est tam simplex, quam septuplex columnis, Ecclesia Christiana; vbi veritas inconcussa istarum columnarum, Sacramentorumque hoc numero oppugnato per hæreticos verissimè docetur. Et ideo summo iure anathematis districtio in eos promulgatur, qui negauerint in Ecclesia veram esse Sacramentorum scientiam atque doctrinam; vt in cap. *Ad abolendam* de *Hæreticis* tractatur. Nec male (C) in domo ista Sacramentorum disciplina, & quæstiones columnarum ædificij tam percelebris traduntur, ac soluuntur; quia vbi hæcce columna, ibi verè *Apparet Deus, & loquitur cum seruis suis*; vt asserit Ambrosius.

Allegoria quando simul sit sensus literalis.

Iansenius.

Scientia Sacramentorum tantummodo in Ecclesia.

Vt septem Sacramenta Ecclesiæ sint columnæ.

14. PErspicua istius tituli materia doctis est; nam vt ait Augustin. lib. 4. cap. 22. de Baptismo contra Donatistas; *Religio sine Sacramentis stare non potest. In nullum Religionis nomen, seu verum, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel Sacramentorum visibilium consortio colligentur*; quod li. 19. cap. 11. renauat contra Faustum. Quamobrem Sacramenta Religionis sunt columnæ, in mundi finem vsque haudquaquam ruituræ. Antiqua data Moysi, perpetuò duratura non raro nuncupantur; Gen. 17. Exod. 12. quia vsque in finem legis eidemmet donatæ, & Messiæ sui aduentum per ipsa figurati, promissi, & indicati, finiri nunquam poterant. Firmiora verò nostra, & maxime Eucharisticum, columna cæterorum; de quo B. Paulus; *Quotiescúnque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Nam donec Christus veniat hunc mundum iudicare, in illo semper hæc, & aliæ Sacramentorum columnæ perdurabunt.. Ergo omnia Sacramenta perpetuæ sunt colūnæ,

S. August.

Sacramenta cur columnæ.

Gen. 17. 7. & 13. Exod. 12. 14.

1. Cor. 11. 26

(A) eò amplius duratione perēni fortiores, quò homines sine Sacramētis Saluari nunquam notum; vt docet D. Tho. in sua 3. p. q. 60. & 61. Quibus Venetus subscribit in Harmo. Cant. 1. tono. 3. cap. 9. obseruans iuramentum, septenariūmque Hebraicè eadem prorsus voce ac nomine vocari, ita vt nihil sit diuersum, sed idem in se conuersum, firmatum ac duplicatum, iurare, & septenare. Vnde liberū affirmare Ecclesiæ Sacramenta adiumenta septem esse ingentis firmitatis; non minus quam à Deo iurata, penes Psaltem, atque Christi Sacerdotio æternum vinculata; *Iurauit Dominus, & non pænitebit eum; tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*

D. Thom.

Venetus.

Iurare & septenare vox eadem in Hebraico;

Psal. 109. 4.

Et verò quę in septem præfatis manet me- (B) dia, robustior simul est Eucharistica columna; de qua dicitur pro homine victore vitiorum; *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei*; videlicēt, Eucharistiæ, quæ recipitur in templo, quò istiusmet columnę promissio coarctatur, deuota somptione. Quod ex cap. præcedente notissimè probatur, dum huiusmodi promissum pro ipsomet victore per verba clariora profertur in hunc modum. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Nam lignum sanè vitæ Eucharistiæ Sacrū est, vt exponitur à multis Apoc. interpetribus; & à nobis in peculiari narra. declarabitur. Iuuat etiā, quod hoc lignum in paradiso Dei est positū, nimirū in ipso templo, de quo stylo alio & phrasi dictum manet; *In temple Dei mei*; hîc (C) vero in paradisum hoc templo commutato; *In paradiso Dei mei.* Ita vt tandem paradisus & templum locus sit locati in eo ligni, quod vitam fulcit gratiæ. Vnde & Deus in paradiso constituit lignum vitæ, & nos prius Enarrationem Ecclesiæ paradisi octauam componemus, quam aliam immediatam Eucharistiæ ligno nostro vitali compingamus.

Apoc. 3. 12.

Columnas vt efficiat Eucharistiæ Sacramentum.

Apoc. 2. 7.

Ecclesia vt paradisus, & Eucharistia lignum vitæ,

Sed altius cibi huius extollitur columna, apud nostrum Bonauent. de Præparatione cap. 2. vbi auro cedróque hoc ille dignum promit: *Tolle hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error & infidelitas? & populus Christianus erit quasi grex porcorum dispersus, & idolatriæ deditus; sicut expresse patet in omnibus infidelibus. Sed per hoc Sacramentum stat Ecclesia, roboratur Fides, viret & viget* (D) *Christiana religio, & Diuinus cultus; vnde inquit Christus; Ecce ego vobiscum sum vsque ad consūmationem sæculi.* Quid verius pro re ista, vel melius dici poterat? Contemplatio magis hîc, quam explanatio necessaria; cum verborum præmissorum clarissima sit veritas. Nam & Sancta Dei Ecclesia Eucharistia roboratur, rigatur, ac virescit, & hæretica malitia marcescit absque illa, elanguet, contabescit, ruinæ & solo datur; & vitiorum vniuersorum colluuie sordidatur; vt ex factis & scriptis hæreticorū latè patet. Quod optimè confirmat Ambrosij meditatio, Rachelis super illam in numero præcedent. columnam prælibatā; quam eodē prorsus cap. huiusmodi plus erigit. *Verè nobis Bethlem*

S. Bonau.

Eucharistiæ in quantum est colūna & fortitudo Ecclesię mira verba.

Matt. 28. 20

Hæretici ob defectū Eucharistiæ dissoluti & simul desolati.

S. Ambros.

domus panis est, quæ domus Christi est, qui nobis panis salutaris aduenit è cælo; vt nullus esuriat cibum immortalitatis acquirens. Ibi subetur habitare Patriarcha, ibi aram facere Deo, qui apparuit ei; ibi deos accepit alienos, & abscondit eos sub lentisco; ibi quoque sepulta est Rachel in via Ephrata, id est, Bethlem; ibi etiam columnam statuit Iacob supra monumentum eius. Et post illud de lentisco præfato loco editum; *ibi inaures Gentium infodiuntur, quas dederunt Iacob, vt iam nonam linguam audire assuescant; veterem perfidiæ somnum nesciant, obsurdescente aures eorum sacrilegio, & mundentur ad gratiam.* Hæc calamus Ambrosij; de quibus cum eodem vtrobi ponderato exclamare mihi liceat, & dicere breuissimè; *Quanta mysteria!* In hac etenim colūna iu domo panis nostri Bethlemici eleuata, Patriarchæ, hoc est, electi iubentur habitare. Hîc ara Deo surgit, quia ad istud Sacramentum eriguntur omnes aræ. Hîc idola, & idolatriæ errores tumulantur; quia ortu panis huius tam fabulæ quam næniæ Gentilium, vt Solis luce solutæ, euanuere. Hîc sepulta Rachel; id est, persona quæuis decēter præparata; quæ non nisi in Bethlem cum Viatico ex hac vita ad alteram recedit. Hîc Gentilicos abusus Ecclesia sepeliuit. Et hic vltimò vel mores componit petulantium, vel ab illis qui petulci incompositique sunt, relinquitur Dei coniux; videlicet Ecclesia pudica & bene docta; vt in suas concupiscentias, & errores plusquam insanos effrenes rapiantur.

Eucharistica columna quam vtilis Ecclesiæ.

At hoc ipsum coronetur ex lib. Danielis; vbi nostrum Sacrificium Antichristi tempestate, defecturum quò ad publicum (vt solet explicari) abominationēmque in templo substituendam, & collocandam, connexione satis apta, vulgatur per hæc verba; *Et in medio hebdomadis deficiet Hostia & Sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis,* Hoc est, abominanda, vt ait Interlinea, ac turpia sacrificia; & cum ipsa abominatione Sacrificiorum detestāda, abominationes vitiorum ab abominandis sacrificiis haudquaquam separabiles, dicente Rege Vate; *Immolauerunt filios suos, & filias suas demoniis.* Nam humanas & abominādas immolationes quas commemorat, abominandæ voluptates sequuntur e vestigio; *Et contaminata est terra in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus suis*; id est, multis in peccatis amoris fornicarij, extra limites naturæ & rationis conquisitis, ac nouiter inuentis, vt literæ inhærendo, explanat doctè Lyra. Sed vnde tum futura sorditiestanta carnis, & talis immunditiæ, vt à Daniele verbis feriis abominanda prophetetur? Ex defectu Sacrificij præmisso immediatè; *Deficiet Hostia, & Sacrificium; & in templo erit abominatio desolationis.* Hæc grassatur vbi deficit Eucharistica columna; quæ à malis derelicta & ipsos derelinquit; desideria illorum praua non alia re diuersa, quam desideriis eorumdem, coarguens; & conuerberans; ac diceret cum Psalte; *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorū, ibunt in adinuentionibus suis.*

Abominationes luxuriosæ ex Eucharistico defectu.

Daniel. 9. 27

Psal. 105. 37.

Lyra.

Psal. 80. 13.

Vt columnæ septem istæ perfectam domum faciant; & sapienter à Sapientia ipsissima constructam. Cum tamen ijs septem columnis abdicatis, nil habeat domus tanta; & ex rebus multis aliis vel casa vilis constet.

16. Dubitandi clarè ratio colligitur ex titulo, quam decima Domin. post festum Pentecost. Antonius Lusitanus adauget huiuscemodi. *Domus ex tribus constat; scilicet, fundamento, parietibus, & tecto.* Cui adde D. Tho. 1. 2. q. 15. ar. 4. C. & 2. 2. q. 58. ar. 7. quo ille quamuis domum è tribus sic componit; *Domus sine triplici coniunctione, scilicet, viri & vxoris, patris & filij, Domini & serui non est perfecta.* Atqui in domo nostra huiusmodi nil cernitur, ergo domus absoluta nequaquam reputabitur. Verumtamen negamus prædictam consequētiam; & tam valde domum hanc adamussim ædificatam omnino asseuetamus, vt & ipsam ædificatricem illius Sapientiam summopere laudemus, propterea quod ex dictis tantummodo columnis erexit talem domum, constituit talem ædem. De qua melius quam de domo cōficta Solis potest, quod de illa Metamor. lib. 2. fab. 1. Ouidius modulatus, verissimè cantari;

S. Antonius

D. Thom.

E quibus domus cōstet, vt verè sit perfecta.

Regia Solis erat, sublimibus alta columnis: Ouidius.
Vel præsens nomen Solis accipiatur substantiuè, pro Sole totum orbem fulgoribus ornante; vel adiectiuè pro adiectiuo Solus, Sola, Solum; quo casu nomen Solis concordat cum columnis; & ambo in ablatiuo iuxta regulas Grammaticæ connexa inueniuntur. Nam & Christus Sol est verus in isto Sacramento, ptout 1. Enarrat. abunde satis vidimus; & domus Sacramentorum à nostro sustentata columnis tantùm solis completè ædificatur, ac postea conseruatur; ita vt tandem neque aurum neque pyropus neque ebur illius huic conueniant; de quibus sic Poëta.

Quæ ficta domus Solis, quæ verò plusquā vera.

Clara micante auro, flammásque imitante pyrope;
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat.

Sed tantummodo columnæ, de quibus Solis dicitur; *Sapientia ædificauit sibi domum; excidit columnas septem.* Nunc ad dubia suscitata responsum præbeamus.

Ad primum S. Antonij, respondeo de virtutum ibidem domo agi; sicut promit explicatio eiusdemmet sententiæ, huiusmodi subnexa; *In fundamento humilitas; in parietibus virtutum congeries, in tecto charitas vocatur. Vbi ista conueniunt, ibi Dominus requiescit.* Sed si domum est virtutū, bene nostra ex septem istis columnis consummatur. Nam virtutes sunt columnæ, quæ animam sufficiunt & sustinent suapte; has autem septem esse à memine ignoratur ex quibus hac de causa formatur domus animæ; qua nulla vel perfectior, S. Antonius

perfectior, vel nostræ accõmodatior, quam optimè idem Sanctus conclusit, dicens illud; *Vbi ista conueniunt, ibi Dominus requiescit*; quod pro requie nostri panis in præcedentibus Enarrat. tam multis explicata non parum suffragatur. Ad secundum D. Thom. facillima est responsio; omnia ab eo requisita offendi in domo ista columnis fabricata; hîc enim vir & vxor, in Christo cum Ecclesia; hîc Pater atque filij, in Christo & Christianis; hîcque Dominus & serui, in ipso & eius seruulis, qui fideliter, vt Fideles deseruiunt tanto Hero.

Sapientia quot nam modis in ædificio Sacramentorum tenorum te. splendeat miris radiis.

Quamualde lucet ergo Diuina Sapientia in domus huius fabrica, dum illam fecit optimam, completam & absolutam columnis tantum septem. Nihil etenim est Ecclesia, quam domus ex columnis Sacramentorum solum constans; & Sacramenta nihil aliud quam istæmet columnæ Ecclesiã construentes. Vbi septem hæ sunt columnæ, ibi vera Dei Ecclesia; vbi autem Dei Ecclesia, ibi septem Sacramentorum columnæ inueniuntur. Quarum loco pauimenti Baptismus prima est; Fideles nanque omnes hanc portam ingrediuntur, & tanquam fundamentum Ecclesiastici ædificij illius calcant limina; vltima verò vice tecti Eucharistiæ Sacramentum; quod finis & perfectio existit reliqoorum; D. Tho. 3. p. q. 63. ar. 6. & q. 65. ar. 3. cætera autem intermediorum parietum sunt loco. Quibus fulget in hac domo Diuina Sapientia, præsertim si & ordinem illius attendamus; & mirificas inspiciamus columnarum functiones; omnia quippe quibus eget quæcunque domus apta vbertim nobis donant: Baptismus aquam & salem; Confirmatio fortitudinem, ne tota domus corruat, & vsum ferri in ea, ne quisqoam sit inermis; Pœnitentia verò scopam, vt domus emundetur; nam domus plena sordibus, non domus sed stabulum, brutorúmque est caula: Eucharistia panem & vinum, ac carnem quæque altilia aëria supetantem; Oleum sanctum lucem & ignem, quæ oleo sustentantur; Matrimonium gentem laicam; & Ordo tandè sacram; ne quid domui necessarium in ista non reperias. Viden qoomodo Sapientia sapienter & prudenter hanc domum ædificarit?

D. Tho.

Sacramenta quantum domus conueniant bene aptæ.

16. Nec parum lucet ipsa in illo quod Theologi communiter interrogant. Currebus in communibus, fragilibus, & vilibus, Deus, quibus nobis salus confertur animarum, posuerit & condiderit Ecclesiæ Sacramenta. Si igitur in fragilibus, qua via erunt columnæ, quæ fortes esse debent? Si autem in rebus vilibus, qua erit sapientia, abiectis quæ in mediis remedia sic euecta selegit collocare? præcipue, cum medela cum malo infirmitatis, & vnguenta cum vlceribus, ex Hypocr. doctrina Aphorisf. lib. 1. conueniat concordare. Sed quæ tandem congruentia, sapientiáque rei medicę inhęrebit naturaliter (qui præsens est scopus) prædictis Sacramentis, vt ratione quauis possint mundare nostras animas? Multa equidem, de quibus Magister lib. 4. d. 1. lit. D. D. Tho. 3. p. q. 61. at. 1. Bonauentura sup. 4. q. 1. vbi multa & vtilissima Sacramentorum emolumenta, quæ locis sunt in aliis à nobis referenda, doctissimè commemorant; è quibus illa sumam, quæ fauent sapientiæ; dicendo, quatuor Dei attributa potiora; misericordiam, atque iustitiam, potentiam, & sapientiam (operatio quibus Dei vniuersa continetur) in huiusmodi Sacramentorum institutione prælucere. Ita S. Bonauentura hîc proximè allegatus, qui ita plus in sensu quam verbis se se habet.

Remedia vt tencantur cum morbis concurdare.

Magister. D. Tho.

Attributa vnam Diuina in Sacramentis videntur.

Nam in primis misericordia in Sacramentis valde rutilat, dum in rebus frequentissimis, quæ cuiquam sunt in promptu, remedia nobis data. Iustitia, dum superbia, quæ valde se extulerat, hîc apte castigatur; quia in rebus semetipso non parum inferioribus salutem quęrit homo, qui elatus contra Deum Superiorem primum suum reliquit impudenter, ab eius lapsus gratia; & qui simul Creatorem, ob viles creaturas, offendit sæpesæpius, per creaturas Deum sibi iratum modò placat ac mortis suæ media, in vitæ iam remedia feliciter cõmutat. Omnipotentia, quatenus Deus in rebus tam fragilibus contriuit regnum dęmonis. Sapientia verò magis, vt huius loci propria, idque diuersis modis. Primo equidem, dum homo corporalis & spiritualis, corporalibus & spiritualibus subsidiis adiuuatur, prout dixerat Chrysostomus iam alibi relatus hom. 60. ad popul. Antiochiæ. Secundo nihil minus dum ostẽditur hoc modo à Solo Deo gratiam Sacramentorum nobis ortam; quod non esset tam perspicuum, si per aliquam quamcunque spiritualem tantum rem (quę classis sunt maioris) hęc gratia infunderetur; cum autem per creaturas corporales & abiectas tam magnum nostris donum spiritibus proueniat, ne quidem hoc cogitari à sana mente potest. Qua de causa mundi Dominus & Doctor animarum, sputo, & vili luto non vnguento & medicamine vel etiam vilis pretij, visum voluit misericorditer donare Cęlidonio; & per homines obscuros, indoctos, ac infirmos, claros, doctos, & potentes per orbem subiugare. Tertio tandem, dum effectus omnino diuersissimos mira sane sapientia in Sacramentis Deus collegit; magnum, scilicet, pudorem peccata detegendi, eum ingenti consolatione in Pœnitentia copulando; & in reliquis Sacramentis Incarnationi suæ similem virtutem collocando; in eo quod per res virtutis corporalis incorpoream sanitatem, vt obseruat D. Thom. lib. 4. contra Gent. cap. 56. impertit animabus. Ioan. 9. 6. D. Tho.

17. Sed & istis sapientię operibus mirandis addatur eruditio, quę per sancta Sacramenta quam magna nobis lucet. Nam in illis erudimur, illuminamor, humiliamur; & vt docet idem Sanctus 3. p. q. 61. art. 1. à malis pręseruamur, ac proinde consummamur, vt adnotat Magister lib. 4. d. 1. in animæ potentiis. Intellectus quippe hîc non parum illuminatur, pręfata, & quęque alia egregia ruminando; memoria humiliatur, D Tho. Magister. Potentiæ quantum animæ perficiantur sacramẽtis.

miserias sibi proprias post culpam primi hominis in memoriam reuocando; voluntas verò apte per exercitium Sacramentorum à vitiis præseruatur. Quæ autem Sapientia hac maior dari potest? quam illa in qua morales & virtutes Theologales ad perfectionis verum culmen per Sacramenta sublimantur? Fides quidem extensiuè, quia plurima mysteria de Christo Redemptore hominibus in Sacramentis credenda plus quam alibi, vt patet, proponuntur; & intensiuè eodem modo, auxilium quippe maius ad firmiter credendum, & in Fide perseuerandum per illa nobis datur. Spes autem, quia Patri eandem rem offerimus, quæ illi fuit olim oblata in Crucis ara. Charitas tandem, quia Sacramentis mirifice inflammatur; nam vt frigus coram ignis præsentia cito pellitur, sic tepor carnis Christi præsentia propulsatur; Ita S. Bonauentura lib. 4. sent. d. 10. q. 1.

Virtutes Theologales vtilius consummantur.

S. Bonau.

Neque virtus Religionis Theologalibus affinis à Sacramentis non fouetur; imò per illa multò magis mouetur & effertur, ad cultum summi Domini, qui cultus his augetur, ac etiam conseruatur; at è contra idolatria omnino iugulatur. Quo fine Deus Iudæis tot dedit Sacrificia, vt legimus in t. 2. D. Tho. Vlterius, quòd Christicolç sic melius ad officia Diuina cōgregamur; sicut ait cum Augustino de Sacramen. in genere sect. 14. Romanus Catechismus. Præter multas rationes allatas per Magistrum in loco memorato; per Hugonem lib. 1. cap. 9. de Sacramen. & per Alanum Cardin. de ipsismet in genere cap. 24. quarum aliquæ suis locis à nobis apponentur. Sapientiam vides iam contentam in Sacramentis? Benè igitur hęc domus à sapientia ędificatur, vt scitè ad istum locum Iansenius ponderauit. Cui addamus & scientiam, qua Ioannes obseruauit institutum à Redemptore huiusmodi mysterium, *Sciens Iesus quia venit hora eius, Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Scientia quippe magna fuit cibum tam Diuinum hominibus parare; quin corpus ibi præsens ex aula cęli veniat, sicut quando carnem sumpsit à cęlo non recessit.

Religio Sacramentis ad culmen promouetur.

Catechism.

Hugo.

Alanus.

Iansenius.

Ioan. 13. 1. & 3.

De Septem rationibus, cur septem Sacramenta, & de morsu hæreticorum in numerum septenum.

18. NOn solum Sacramentis nocentes sunt hæretici, sed insuper & numero illorum obgannientes, cum Kemnitio a. p. Examin. Conc. à pag. 16. in eum sic feruntur. Si ideo septem sunt Ecclesiæ Sacramenta, quia numerus septenarius in veteri testamento mysteriis fuit plenus, illius quoque temporis mysteriis adaptari, vt nostris, condecebat. Sed sic est, quod diuersimode tum temporis hoc erat; ergo numerus diuersus ex mysticis quærendus, vel iste tam laudatus omnino dimittendus; & nullarenus tam firma tenendus ratione, vt Catholica doctrina constanter asseuerat. Sic illi, vt certitudine numerali dissipata, nihil nisi mera maneat confusio, in re tam graui; qua pro libito & palato, vel addendo, vel demendo, de Sacramentis disputare cuicunque prorsus liceat. Verùm in aëra profertur huiusmodi latratus: non enim propter numerum sunt septem Sacramenta, ac istud sit illorum ahenum fundamentum; sed supposito quod septem ex Dei sunt voluntate, magna illis ex hoc numero tam mystico & sa.rato, vt infra palam fiet, accedit congruentia. Quod autem septem sunt Ecclesiæ Sacramenta, illius est doctrina, & praxis plusquam firma, ab eiusmet initio illæsè conseruata. Non enim posset tale negotium vel leuissimè mutari & innouari, quin tempus nesciretur, & Ecclesia vbique gentium perturbaretur ea de causa, at etiam quassaretur. Quam quidèm veritatem & vocem robustissimam, stabilitam ab ipso Christo in cordibus suorum, ex eo quod inuenit & fuit semper fixum in Ecclesia vniuersali, Magister nihil addens (vt dicunt aduersarii) egregiè disputauit, disputatióque stylo eousque inusitato, posteritati commendauit.

Kemnitius.

In numerū septenum hæretica oblatratio.

Sacramenta cur nam septem.

Et melius nostris quadrat Sacramentis iste numerus, quam illis Iudæorum. Illa etenim ad iustificandum non erant verè & proprie creata, ac destinata, sed tantum ad iustificationem futuram Christi tempore speciatim designandum; & in eius efficacia quantumlibet remota, & mundo nondum orta, dumtaxat emundandum. Ergo nostris accommodatior Sacramentis ille numerus, qui remissionis & iustificationis vocatur in Matthæo. Nec frustra existimandum expiationes tam multigenas, fuisse in lege Moysi sub numero septeno, nisi vt pagina Diuina prædiceret hoc modo, fore vt aliquando veniret felix tempus, quo septem efficacissima, ingentiáq; remedia in veniam peccatorum à Deo donarentur. Vide Exod. 29. & Leuit. cap. 4. 8. 13. 14. 15. 16. cum cap. 23. Numer. 19. Deuter. 15. Paralipo. lib. 2. cap. 29. Iob cap. fin. & 4. Reg. 5. vbi septem vel pecudibus, vel totidem diebus; aut septem aspersionibus emundati quæq; crimina antiquitus offendes. Septem igitur quammerito sunt nostra Sacramenta; cum tamen res proficuæ, eò à cunctis meliores (appetitus saltem ductu) frequentius iudicentur, quò adsunt multo plures. Ad rationes veniamus.

Sacramētis nouæ legis quam congruus sit numerus illorummet septenus.

Matt. 18 22.

In numero septenario purgationes quantæ olim.

Ratio prima ex similitudine cum vita corporali.

19. IVstum & æquum vt spiritualis mortalium vita melior, quæ constat ex virtutibus, corporali correspondeat, quæ casibus diuersis & mutationibus multigenis inconstans semper nutat, & voluitur perpetuò. Hinc que sicut corporalis septem gradibus perficitur ita vita spiritualis completur septem aliis; vt docet D. Tho. & Scotus sup. 4. d. 2. q. 1. & omnes qui Magistrum ibidem

Septenarij talium virtutum rationes quoque septem validissimæ donantur.

D. Tho. Scotus.

ibidem commentantur. Primus igitur corporalis is gradus vitæ est, à matetno quando vtero in lucẽ venit homo. Secundus, quando crescit, & viribus augetur. Tertius verò cùm corripitur molestiis ægritudinum; non enim potest vita prænuntiis sine morris à quouis pro rogari. Quartus quando conualescens pro tuenda sanitate, præseruatiua sumit aliqua. Quintus tandem cum emoritur; nulla quippe medicamenta impediunt mortis falcem. Sextus rectò, dum in vita familiam suam instruit; stultus nanque omnis post Adæ culpam oritur; & nisi gens doctrinæ nitore poliatur, porcorum grex deueniet. Septimus autem dum progeniem pertentat excitare, ne propaginis defectu familia finiatur. E quibus septem gradibus indiuiduum corporale respiciunt quinque primi, posteriores verò duo concernunt rem domesticam.

Corporali quantum vitæ spiritualis correspondeat.

A

B

Et sic vitæ spiritualis status, siue potius mutationes non stabiles, & propter nostri iuges defectus semper variæ, in istum modum sunt. Primus, quando Fidelis ex vtero fœcundo Ecclesiæ matris nostræ renascitur per aquam. Secundus, quando anima virorescit gratiæ, & per sanctam Communionem maiores vires accipit. Tertius, quando infirmitate contingit laborare, & efficienria pœnitentiæ à morbo recreari. Quartus, quando post salutem pœnitentia comparatam, præseruatiuum bonum recipit in nostro Sacramento. Qua de re lectorem meum non possum non monere, vt consulat Valentiam in 3. D.Tho.disput.6. q.1.pun. 2. vbi optime demonstrat quàm fuerit necesse, spiritualem cibum esse, quo anima cibetur; sicut alius est corporeus, quo corpus sustentatur. Quintus, quando à mortem reliquiæ peccatorum per olei sancti vim & preces emundantur. Sextus autem cùm pro populo in Diuinis instruendo, & pro illo Sacrificando conferetur facer Ordo. Septimus tandem dum intenditur, vt sancta pertractari, sanctè etiam propagetur in iugo Matrimonij. E quibus quinque primi ad animæ indiuiduum directè collimantur; reliqui verò ad animarum familiam vniuersarum; quę spiritualem per Sacramēta dumtaxat vitam habent, vt corpus istam haurit per media naturalia. Vnde sicut mensę septimo infantes quiqui nati, omnes vitæ naturalis vsuram consequuntur, sic etiam qui renati Sacramentorum septenario, omnes vitę supernaturalis essentia, vel ad minus sufficientia pro eadem tenēda perfruuntur. De quotum primo affert egregiam rationem Natalis comit. Philosoph. initio lib. 4. De secundo nos quam multa in locis opportunis Videatur P. Suarez tom. 3. in 3. p. ad q. 65. art. 1. vbi dubia huic veritati resoluit obuiantia.

Gre. de Valent.

C

D

Septimestres omnes viuunt, & quare sint vitales. Natalis com. Suarez.

Ratio secunda ex nocumento culparum atque pœnarum, à culpis orientium.

20. PEr Sacramenta verò vita spiritualis comparata, non rarò, neque parum per culpas deturpatur; & pœnis ac stimulis exinde excruciatur. Et hinc iterum Sacramenta aduersum culpam triplicem, quadruplicémque pœnam sunt nobis præparata. Baptismus enim est contra culpam originalem; pœnitentia contra mortalem; Extrema Vnctio contra venialem; Ordo contra ignorantiam; Eucharistia contra malitiam; Confirmatio contra impotentiam, & nostram infirmitatem; Matrimonium contra concupiscentiam, quam temperat & mutat in actum meritorium. Hæ quatuor pœnæ sunt exortæ per peccatum; de quibus suo loco; & D. Tho. 1. 2. q.85. at. 3. cuius proximè allegati doctrina præsens est; atque S. Bonauent. lib. 6. cap. 5. Compendij Theologici.

Pœnas omnes, atq; culpas vt sanent Sacramenta

Quot pœnæ per peccatum. D. Tho. S. Bonau.

Ratio tertia considerata ex numero virtutum.

21. NOn sufficit aduersa per Sacramenta superare, nisi ad prospera & meliora per illa transmeare Christiadis sit datum; ad quod etiam naturaliter sunt septem Sacramenta; vt testatur Bonauen. p. 6. cap. 3. in suo Breuiloquio. *Quia perfecta curatio non potest esse sine ratione integra sanitatis, & sanitas animæ consistit in vsu septem virtutum, trium, scilicet Theologicarum, & quatuor Cardinalium; hinc est, quod ad harum vsum sanum restituendum, institui oportuit septiformе Sacramentum. Nam Baptismus sanando disponit ad Fidem; Confirmatio ad spem; Eucharistia ad Charitatem; Pœnitentia ad iustitiam; Vnctio extrema ad perseuerantiam, quæ est fortitudinis complementum: Ordo ad prudentiam; Matrimonium ad temperantiam, quam maxime persequitur infirmitas carnis, sed honestat remedium nuptiarum.* Quod iterum in Compend. lib. 6. cap. 5.& lib. 4. sent. d. 2. q. 3. n. 28. exponit luculenter. Quem sequitur Durandus in ipsum lib. 4. d. 2. q. 2. n. 7. Quibus septem virtutibus columnas septem nostras 4. p. tt. 2. cap. 1. coniungit Antoninus; cuius verba tum ob numerum virtutum prædictarum, tum ob alium columnarum, quarum festus Enarrat. præsenti dies agitur, non licet denegare; hæc autem sunt huiusmodi; *Sed quia ventus irruens à regione deserti, quatuor angulos domus concutit; id est, tentationis impulsu virtutes quatit cardinales, & domum conscientiæ solo adaquat; ideo ad stabiliendum domum mentis, Diuina Sapientia tres alias his fortiores excidit, scilicet Fidem, qua id quod non videtur, creditur; spem, qua id quod non capitur, speratur; & charitatem, qua id quod summè diligendum est, ex toto corde diligitur. Hæ sunt septem columnæ, quibus sustentatur domus conscientiæ. Prouerb. 9. Vnde Eze-*

Virtutibus omnimodis vt faueant Sacramenta. S. Bonau.

Durandus

Antoninus.

Domus septem columnarum & septem ad cælum gradus Theologales & Cardinales virtutes sunt septenæ.

chieli oſtenſum eſt, ſeptem eſſe gradus, quibus aſcenſus ſiebat ad ciuitatem poſitam in monte. Ezechielis 40.

Ratio quarta ex collatione militiæ ad Sacramenta.

Iob. 7. 1.

S. Bonau.

Militia quanam via reſpondeat Sacramentis.

22. SEd quia vita hominis quantumuis proſperata, militia eſt ſuper terram, non deſinunt Sacramenta in hac opitulari; vt ait Bonauent. lib. 6. cap. 5. Compend. Theolog. *Sacramenta nouæ legis ſeptem ſunt, ſecundum ſeptem diuerſitates in Eccleſia dimicantium. Primum eſt, ad certaminis conflictum ingredientium, vt Baptiſmus. Secundum, pugnantium, vt Confirmatio; Tertium vires reſumentium, vt Euchariſtia; Quartum reſurgentium; vt pœnitentia. Quintum exeuntium, vt extrema Vnctio. Sextum, miniſtrantium vt Ordo. Septimum nouos milites introducentium vt Matrimonium.* Elegantius hoc metipſum in ſuo Breuiloquio p. 6. cap. 3. ſed quia ibi diffuſior, pro interim excuſetur.

Ratio quinta propter vulnera ex bello reportata.

Septem vulnera curata per ſeptem Sacramenta.
D. Tho.
S. Bonauē.

23. IAm vulneribus acceptis in bello medicinam oportet adhiberi, quod faciunt Sacramenta medentia ſeptem plagis in campo Martis inferi, & hoſtis noſtræ animæ, lethaliter inflictis. Hoc autem docet optime Angelicus ſcriptor D. Tho. 3. p. q. 61. ar. 2. & 1. 2. q. 84. ar. 4. o. necnon Bonauentura hîc proxime allegatus, quo loci Sacramentorum Chirurgum bonum agit. Hincque ſemper Sacramenta decebat eſſe ſeptem, vt ſeptem vitiorum vulneribus mortiferis medelam poſſent ferre; de quo quidem 3. p. tt. 14. cap. 5. pertractat Antoninus.

S. Antoninus.

Vlterius quod virtutes ſunt etiam eiuſdem numeri, D. Thom. 2. 2. q. 107. ar. 2. C. quæ maxime fouentur à ſeptem Sacramentis; multum nanque ſuper gratiam virtutum ſuperaddit Sacramentorum gratia propria, peculiaris, & ingenita, in doctrina vniuerſali ex ipſomet Doctore.

Ratio ſexta ex ſimilitudine Eccleſiæ militantis ad aliam triumphantem.

Septem donis Spiritus ſancti reſpondent Sacraméta.
D. Tho.

24. SEd de bello ad æthercam iam pacem tranſeundo, certum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta; & ſeptem Sancti ſpiritus clariſſima illa dona, quibus homines virtute interna perunguntur, & ad vitæ ſanctitatem ſupremam perducuntur. D. Tho. 1. 2. q. 68. ar. 4. Nec ſanè minus certum eſſentialiter in cælo Beatos hæc replere; lætitia inenarrabili, & claro ſui ipſius beatifico conſpectu; quia in eius ſolùm aula inhabitat patenter Spiritus Dei ille immenſi Regni gaudium: in Eccleſia vero viros probatos virtualiter perficere in virtutibus; quia in ea ſic tantummodo Fidelibus eſt præſens; ex mente eiuſdem ſancti hîc proxime relati.

Spiritus Diuinus in cælo & in Eccleſia vt nobis tribuatur.

At vero quia virtutes non ſolum his ſeptem donis diſpoſitiuè poliuntur, ſed etiam curatiuè per ſeptem Sacramenta, vt tenet Sanctus idem 3. p. q. 52. ar. 8. ad 2. & q. 65. ar 1. C. hinc eſt; quod Sacramenta, vt vera vaſa gratiæ (ſi enim cum Bonauent. in 4. ſent. d. 1. q. 3. vocantur frequentiſſime) in terris aquam gratiæ diffuſam à ſummo cælo, recipiunt intra ſe; & per illam in ſe transfuſam, ac ibimet ſeruatam; cum ipſis ſeptem fiſtulis donorum prædictorum, à quibus manat gratia, Eccleſia noſtra competit; ſicut 1. Enarrat. n. 108. abunde dictum fuit.

S. Bonau. Sacramenta vaſa gratiæ.

Eccleſię per Sacramenta cum cælo concertatio.

Suarez.

Nec officit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 47. ſect. 2. quo loci nobis ait; *Chriſtum Dominum ita eſſe auctorem Sacramentorum omnium per humanitatem ſuam, vt nonmodo ea inſtituerit, ſed cum omnibus illis actu concurrat per eandem humanitatem exiſtentem in cælo ad effectus eorum.* Vnde poſſet cogitari, ab humanitate ſolum Chriſti, non verò à Sancto ſpiritu hanc gratiam Sacramentorum ad illa promanare. Sed facile dicendum, quod quamuis hæc à Chriſti humanitate perſonaliter dumtaxat deriuetur, non tamen niſi Spiritu intermedio deriuari, qui à Patre, Filióque æqualiter procedit; ac ideo per hanc gratiam à Spiritu ſeptiformi in ſeptem Sacramenta mirabiliter diffuſam, Sacramenta ſeptem noſtra cum illis ſeptem donis; & Eccleſia cum triomphante de pulchritudine certare.

Ratio ſeptima ex ſeptenarij petita dignitate, atque primùm de rationibus ex Patribus Latinis, pro numero ſepteno.

25. A Numeri præſentis pręſtantia hæc coronantur; qui vel ſit ad ſignificandum, vel etiam ad condonandum hominibus peccata, omnium quidem numerorum & frequentiſſimus & digniſſimus in Sacro textu eſt; quantumlibet ſterilis, infelixque à pluribus propterea nominetur, quod nec generat, nec generatur intra numeros vnitatum, ſeu aliter loquendo, infra limites denarij. Noſter Venetus hoc referens Cant. 1. tono. 8. cap. 17. non ſolū non infelicem hunc numerum dijudicat, ſed potius feliciſſimum, & omnium fœcundiſſimum. Et tono. 6. cap. 16. obſeruat pro eodem, ex mundis animantibus ſeptena atque ſeptena in arcam inducta eſſe; ex aliis verò bina, & bina, qui eſt numerus infeſtus in Hieronymo, & aliis viris doctis; ex eo quod ſit primus à primo ſe ſeducens, triſtiſſimóque omine relinquens vnitatem; vnde etiam proficiſcitur quod Diuina benedictione in Geneſ. principio, ſecundus dies careat; in quo ſimul ab vnitate, vt alibi retulimus, ſe dæmon

Septenariū cunctis numeris, & melior & felicior, non autem modo vllo infelix & ſterilis.
Venetus.

Gen. 7. 2.
Binarium malus numerus, & quare benedictione Diuina ſpolietur.

dæmon separauit. Item passeris eruore le- A prosum in lege veteri aspergi septem vicibus; ac totidem Naaman Iordanis in fluentis lauari iussu Vatis. Quoquo septimo anno, & quoquo mense septimo annorū singulorū remissiones celebrat. Atque septem petitionibus consummasse Redemptorem orationem recitandam, in remissionē peccatorum. Quis ergo tantum numerum pro merito laudabit? Nil dubij inferiorem ei esse quamuis laudem.

Leuit.14.7.

4 Reg.5.10

Vnde magnus Augustinus lib. 11. de Ciuit. cap. 31. postquam numerum perfectum, perfectionibúsque multis repletum septenariū ingenuè confitetur, vrbanè sese temperat ab eiusmet encomiis; ne in laudibus hoius numeri excedat ipsum numerum, qui in præconiis decantandis teneri summè debet; *Habenda est igitur ratio moderationis (scribit ipse Sanctus) ne fortè cum de numero multum loquimur, mensuram & pondus negligere iudicemur.* Multa idem de hoc nomero in multis locis aliis; præsertim lib. 1. de Gen. contr. Manich. cap. 13. Cuius Viues expositor in primo ex allegatis Aulum refert & Macrobium, quos quantum cælo & terra hic numerus præualeat, accurata sedulitate affirmat prosequutos; ac multùm tanquam optimum & sufficientissimū Pythagoricos laudare septenarium; & in Christi Religione multa esse eodem numero mysteria consignata. Quibus Martyrem coniuge, illustrē in rebus cunctis, Tertiarium Franciscanum Raymundum nostrorum Lullium, qui arbores perceleb res à se excogitatas in septem partes singulas diuidere selegit; seu potius vi naturæ diuidere est coactus.

Vt numerus septenus excedat omnē nomerum in suismet præconiis. S. Augustin.

Raymūdus Lullius.

27. Hieronymus q. t. ad Damasum Pontif. in suo tom. 3. potentissimum, vel ad crimina Caini remittenda, hunc numerum sic facit; *Quem à Clementissimo Deo, idio vsque ad septem generationes aiunt fuisse dilatum, vt saltem malis ipsis, & longæuitate mæreris compulsus pœnitentiam ageret, vt mereretur absolui.* Ibidémque ratificat, mortem simul & peccatum interrupta non tantùmodo in numero hoc fuisse, sed etiam defecisse; dum homo mundi septimus, videlicet Enoch, istorū neutrum vidit. Tam magnū septenarij profectò est Sacramentum, vt tum mortem tum peccatorum in illo viro septimo, sub figura istius numeri, tam mortem quam peccatum aliquando abolituri hominibus absciderit; nimirum in Sacramentis sub illo nobis dandis; Hieronymus sic fatur: *Putant nonnulli, mortem atque peccatum in septima progenie sabbatizasse, quando Enoch raptus est, & non inueniebatur, quia transtulit illum Dominus.* Qui etiam super Amos sub eius 5. cap. ad laborum cessationem sub isto eodem numero in Scriptura multa tradi. obseruat quamuerissime; nam in diebus, Iudæis septimus festiuus valde erat; quia Sabbathum ad requiescendum Dei populo adducebat; in mensibus similiter; quia septimus totus erat festiuitatibus repletus; in annis nihilminus, dum libertatis, vel ad agros septenus semper erat; & in annorum septimanis maiorī cum

Hieronym.

Septenariū vel ad culpā Caini valde potens.

Septenariū tam peccatum, quam mortē nobis suferēs.

Septenariū Sabbathizare vt se cerit re. omnes.

excessu, cum septem reuolutis Iubilæus eelebratissimus, quo cuncta ad suum antiquum redibant possessorem, beatè resultabat; de quo anno Iubilæi, ac terræ libertatis in cap. 25. Leuit. tractatur. Quæ omnia Sanctos idē prophanis rebus aliis confirmat in hunc modum; *Nouit & hoc sæcularis Philosophia, & Medicorum libri, quorum Galenus disertissimus, atque doctissimus scripsit ternos libros, in quibus septenarij numeri ostendens potentiam, ardentissimas febres septimo dicit solui die; aut si tanta humoris noxij, & pituitæ fuerit magnitudo, vt prima hebdomadis nequaquam feruore consumpta sit; secunda hebdomada vltimus spelletur dies; id est, quartus decimus. Quod si hunc morbus vicerit, transeunt ad vicesimam* B *primam diem, hoc est, ad finem tertia hebdomada. Ita ab initio mundi dibus conditu, vt omnes molestia & labores septimo die conquiescant.* Hæc ille; qui Platonis obscurisimum libellum Timæum pro se affert.

Leuit. 25. 3. & 10.

Vt morbos & labores dissoluat septenarius.

Ambrosius à similibus præconiis non se cohibet; de Noe & arca. cap. 12. & 7. sup. Luc. cap. 17. quorum aliqua decantat Gregorius in moralibus lib. 1. cap. 17. & alibi non rarò. Quos præcesit in exhortatione pro Martyribus Cyprianos cap. 11. & de Spiritu Sancto pag. 6. sequuti verò sunt tam Beda in suo Hexam. quam Anselmus Matthæi. 1. vbi quidem generationem, in qua Christus remissorus peccata in mundum venit; septuagesimā nempe septimam, considerans, sic ait; *Voluit enim in numero septuagesimo septimo, remissionem peccatorum in* C *Baptismate acquiri, & per hoc Filium Dei effici, demonstrare. Septuaginta nanque septem numerus est remissionis; vnde dicitur de Petro;* Non dico tibi septies; sed vsque septuagies septies. *Septuaginta septem ex vndenario & septenario conficitur. Septies enim vndecim numerum illum complent. Vndenarius ad transgressionem mandatorum attinet; quia denarius decem legis mandata significat; & vndenarius hac transgreditur; septenarius ad vniuersitatem remissionis pertinet, propter dies septem, qui vniuersum tempus complent. Vnde dona Spiritus Sancti septem dicuntur; non quod tantum septem sint, sed quia per septem dona vniuersa designantur.* Similia visu digna 1. p. histor. ton. 4. cap. 6. §. 10. scribit Antoninus. Nec istis absimilia Latini quiqui Patres, quos percurrere non vacat, nisi vnicum pro omnibus, tanquam aureum & singulare eloquentiæ vas Chryso- D logum, in numero distincto, apponere seorsom; qui ser. 139. præponderans vt remissio reducatur ad hunc uumerom generationum Redemptoris, ita nobis aurisodinam præclaram suam aperit.

Ambrosius.

S. Gregor.

Cyprianus.

S. Anselm.

Matt. 18. 22.

Septenariū vere numerus absoluens à peccatis.

S. Antonin.

28. *Præscriptus ergo numerus non angustat veniam, sed dilatat; & quod precepto finit, fine fine relinquit arbitrio; vt si quantum sufferit, remiserit, tantum sit obedientia, fit pramij. Verùm septimus numerus, qui numero videtur paruus, inuenitur amplissimus Sacramento. Nam septimus numerus per dies gradiens, Sabbathum facit, quod benedixit Deus, & deputauit ad requiem, tam sui operis, quam laboris humani. Septimus numerus per ogdoadas currens. sic septem septem-*

P. Chrysol.

Septenarij laudes plurimæ complexæ per Chrysologum.

plicat septimanas, vt Pentecostem nobis impletam, mysterij solemnitate concludat, totúmque Spiritus Sancti imbrem in Ecclesiasticam segetem cælestis fonitu tunc effundat. Septimus numerus, cum per menses properat, septimi mensis festa consecrat, tota nobis ieiunij sanctitate. Septimus numerus cum vadit per annos, septimanas facit, facit annum, qui requiem dat terræ, nexus omnes fraterna obligationis absoluit. Septimus numerus annorum, cum circuit septimanas, annum quinquagesimum, qui iubilaus vocatur, ad plenitudinē totam veniæ & remissionis adducit, vt tollatur seruitus, redeat libertas, vt cautionum documenta & monumenta rumpantur, resurgat debitor, debitum sit sepultum, redeat vt ager pauperis, vt pereat dimitti totus de cupiditate contractus. Etsi septimus numerus septemplicatus per dies, per menses, per annos, totum contulit remissionis, & veniæ; septemplicatus septuagies septies, septimus numerus quid afferre possit Christianus æstimet, & aduertat auditor. Tunc verè cessabit crediti contractus & debiti; tunc verè abolebitur tota conditio seruitutis; tunc illa, illa veniet sine fine libertas, tunc æternus ager victurus semper remeabit. Veniet, veniet remissio tunc vera, quando abolebitur etiam necessitas ipsa peccandi; quando pereunte immunditia, verè mundus iam vocabitur mundus; quando vita redeunte mors non erit; quando repugnante Christo diabolus iam peribit. Orate fratres, & vt nobis Dominus augeat Fidem, quatenus hæc bona credere, videre, & tenere possimus. Hæc ille; cunctas laudes præteritas cōplectens.

Antonius de Moncelia.

Cui addatur, si placuerit, R. P. N. Antonius de Moncelia in suo pulchro opere, vocato, *Sursum corda*; vbi latè per tres libros euoluit istum numerum; pro quo etiam Chassaneus in catalogo gloriæ mundi p.12. consider. 72. quammulta è iuris penu adducit testimonia.

Chassaneus

De Rationibus ex Græcis.

Gregorius Nazianz.

Gen.5.24.

Gen.12.1.

29. GRæci nihil inferius hoc ipsum nobis tradunt; inter quos Nazianzenus Orat. in Pentecost. notat hominem septimum, Enochum, de quo supra, non mortuum, sed à Deo mirifice translatum; terque septimum Abrahamum ab ipso segregatū, & in populi peculiaris principium subleuatum, ac Sanctissimæ Trinitatis notitia cumulatum. Septuagesimum verò septimum, qui fuit Christus Dominus fuisse Deum ipsum humanitate conuelatum; vt in primo viri iusti perfectio notaretur, in secundo multo maior hæc palam cerneretur; in tertio perquam maxima. Seu in primo mirabiliter à Deo transportato, cognitio vnius Dei à cunctis teneretur; in secundo locupletato doctrina Trinitatis, vt istius iā in mundo splendor oriretur; & in tertio caro facto, ac Filio Dei vocato, de Spiritúque Sancto in Virgine concepto Mysterij tanti clarius scientia nosceretur, dicēte nobis Angelo; *Hic erit magnus & Filius Altissimi vocabitur. Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi* Tunc enim primùm fuit, cum in pagina Diuina Spiritus est Sanctus expresse nominatus, & notitia Trinitatis clarissimè donata. Qui quidem cum Spiritus huiusce vere fuerit repletus omni gratia; de qua supremus Vates præclara verba facit; *Et requiescet super eum Spiritus Domini; Spiritus Sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis & replebit eum spiritus timoris Domini;* in monadum atque decadum descendit septenario, quia numerus vterque eximiè sanctus est in textu Sacro-Sancto. Et bene super decies in numero septeno venit ille, qui decem fracturas præceptorum, per virtutum, Sacramentorum, & donorum septenarium, amoris sui magni clementer solidandas, iunctura veniebat.

Luc.1.31.35

Sancta Trinitas & Spiritus Sanctus cum clarè in mundo cogniti.

Isai. 11. 2. & 3.

Sed iterum Orat. in Paschate. 2. de numero quem agimus. *Est enim hic numerus omnium maxime mysticus, atque huic mundo consociatus.* Ad quæ verba Nicetas illius commentator; *Numerus septimus dierum, fluxum hoc tempus significat, quod per hebdomadas reuoluitur; & quia dierum septem spacio mundus omnibus suis numeris absolutus est.* Vbi etiam præter ista, sic virginem & virgineum appellat huncce numerum, vt illum rerū omnium parentem, & Deum quoque sequenti modo faciat; dum à Deo, qui dumtaxat ingenitus est numerus, omnia mundi generata huiusmodi asseuerat: *Est autem hic numerus virgo, atque virginitatem, vitamque Angelicam designans. Solus enim hic numerus; vt Arithmetici docent, ex omnibus numeris, qui denario includuntur, nec gignit, nec gignitur. Atque etiam, vt quaternarium & ternarium in se continens, quatuor enim sunt mundi elementa, ac Trinitas horum fabricatrix.* Ergo numerus fœcundus, & felix super omnes, quantumlibet ob hoc, quod nec gignit nec gignatur sterilis immerito superius dictus fuerit. De quo Pierius verbo Deus lib. 37. & Ambrosius de Noe & arca cap.12. post Philonem quem producam in numero sequenti, virginitatē istius numeri non solum non taxantes sterilitatis cognomento, sed etiam multis laudibus comentes, & ornantes. Videantur de septenario stromata Cyrilli ad finem li.6. quo loci de hoc multa; & Eusebius de Præparatione lib. 13. cap. 7. vbi multos Poëtarum Græcorum versus affert, qui sanctitatem numeri septimi summoperè olfeceruut.

Nazian.

Nicetas.

Septenariū vt Deo simile, & numerus sit virgo, ac pater rerū omnium.

Sup. n. 16. Pierius S. Ambros. Philo.

De Rationibus ex Hebræis.

30. EX istis vnus nobis sufficiat ille Philo, qui intellectus filo sui, plusquā Absalon à capite, cogitationúmque capillis, tam aureis, quā pro pretio vbique ponderatis, communiter effertur, laudatur, circumfertur. Nā si Socrates de discipulo Platone sic dicebat, *Plato mihi instar est omnium;* vt de claris Oratoribus affirmat M. Tullius, vnus nobis ex Hebręis redundat Solus Philo; tum quia ex illis iste disertus tantū verè, tum quia talis fuit Platonicæ doctrinæ auditor & sectator, vt laude cum vti insque in prouerbium sit receptum; *Aut Plato philonizat, aut Philo platonizat* Qui de mundi opificio, sub finē, nostri numeri præconia modulatur;

Iudæus Philo plusquā ab ipsis Iudæis commendatus.

Cicero.

dulatur; in quibus si plus iusto cū ipso moram fecero, eiusdem prima verba me satis excusabuot. Hæc enim sic se habent; *septenarij numeri natnram, nescio an quisſatis laudare queat, cum ea ſit præſtantior, quam vlla facundia poſſit exprimi; nec tamen quia miranda de eo quædam prædicantur, ideo ſilere debemus.* Et post multa comprehensu ac captu difficilia, Arithmeticæ etsi rei, & Musicæ, ac Geometricæ tam grata, quam vtilia, ita ad suum, nec non nostrum repedat institutum; *Tanta in ſeptenario ſanctitas eſt ſita, vt præeminentiam habeat præ omnibus aliis numeris non excedentibus denarium; nam ex illis aly gignunt, non gignuntur, vt quatuor, qui repetitus gignit VIII. alij gignuntur & non gignunt; vt octo, qui gignitur à repetito IV. Soli, vt dixi, VII. nec gignere natura dedit, nec gigni. Quam ob cauſam Philoſophi numerum hunc aſſimilant natæ ſine matre virgini Victoriæ, quam ex Iouis capite exortam narrant fabulæ. Pythagorici verò huius vniuerſitatis Imperatori Deo. Nam quidquid nec gignit, nec gignitur, immotum manet. Solus autem nec mouet, nec mouetur antiquus ille orbis auctor, cuius imago merito dici poteſt numerus ſeptenarius.* Benè quidem, sed multò melius, si pro virgine Victoria, Victoria, & Virgo virginum Deipara Maria hoc loco poneretur; de qua tanquam de victoria Fidelium vniuersorum prædixit ipse Deus; *Ipſa conteret caput tuum.* Et quam ex veri Iouis ex ortam dices capite, si illud quod eidem iustissimè applicatur, in mentem reuocemus; *Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* At Philo sic prosequitur.

Philo.

Septenarij generale & maximum præconiū.

Cur numerus hic virgo.

Cur Dei & Matris Dei Mariæ sit imago.

Genes. 3. 15.

Eccles. 24. 5.

31. *Nec ſolum in rebus intelligibilibus, quas huiuſque tractauimus, mirabilis apparet numerus ſeptenarius, ſed & in ſenſibilibus ſuam admirabilem vim declarat. Septenarius nanque gignit XXVIII. perfectum numerum, quo Luna reſtituitur ad monentum, ex quo cæpit creſcere, & ad quod decreſcendo ſolet recurrere; faciem ſuam permutans, vel iam pleno vultu, vel ſemipleno apparens; ac proinde huic numero ſeruiunt omnia ſublunaria quibus etiam inſeruit & imperat ipſa Luna.*

Hinc vocatur ſeptenarius abſolutorius numerus, quia hoc abſoluuntur, & perficiuntur vniuerſa, vt conictare licet; quia omne corpus actionum tres habet dimenſiones; longitudinem, altitudinem, & latitudinem; quatuor autem facies; punctum, lineam, ſuperficiem, ſolidum; ex quibus compoſitus conficitur ſeptenarius. Præterea, demonſtrant vim perfectiuam rerum inditam ſeptenario, vel ætates, quas ab infantia ad ſenectam vſque, ſeptimanis annorum metimur. Nam in primo ſeptenario dentes proueniunt; ſecundo ad geniturum tempeſtiui reddimur; tertio barbam præmittimus; quarto augmentum roboris conſequimur; tū quinto tempus nuptiarum poſtulat; ſexto vis intelligendi maturatur; ſeptimo mens & ratio auctiores euadunt; octauo vtraque bene perficitur; nono vero æquitas & manſuetudo ſubeuntur, affectibus iam perdomitis; porrò decimo finis vitæ optimus, integra etiam tum inſtrumenta ſenſuum; ſolet nanque longa ſenectus vnumquemque ſupplantare, & affligere. Quas ætates Solon Athenienſium legiſlator verſibus decantauit. Itaque Solon decem ſeptimanis vitam dinumerat; Hypo-

Septenariū quantum Lunæ & sublunaribus sit decens.

Tres dimēsiones & quatuor facies, vt habeat corpus omne.

Septenariū cum ætatibus quamvalde symbolizet.

A *crates vero Medicus ait eſſe ſeptē ætates; infantis; pueri; adoleſcentis; iuuenis; viri; ſenis; ſenioris; & vnaquæque harum ætat ex ſeptenario conſtat; vltra quas quidquid ſequitur ad ſeutum ſane pertinet.*

Ætates septem, & quales.

32. Hic iterum post multa ad Musicam, Arithmeticam, & Geometricam scientiam (pulchra omnia de his artibus) quamualde pertineotia; intelligibilibus & sensibilibua nullatenus contētus, huius facit cuncta numeri amore sensibilia; ac veluti eius tactu, & ictu perquā teneto sensibiliter petculsa, & sensibus donata. *Quæ enim mūdi pars (proſequitur, & ait) erga numerum ſeptenarium amore non afficitur, & affectu ac deſiderio ipſius non domatur? Primum cælum ipſum aiunt ſeptem*
B *cinctum circulis, quorum nomina ſunt hæc; arcticus; antarcticus; tropicus ſolſtitialis; tropicus brumalis; æquinoctialis; ſignifer; & inſuper lacteus; nam horizon eſt accidens. Vrſa quidem, quam vocant nautarum ductrix è ſeptem ſtellis conſtat; quam aſpectando Gubernatores mille vias ſulcant maria; tentantes rem arduam & maiorem, quam pro humana ſapientia.* Vbi equidem noo possum naualem disciplinam, & audaciam militarem virorū Regni mei non obiter laudare; cum intrepide tot maria incognita calcarint, nouos orbes aperuerint; stellarūmque nō tam ductrices male Vrsas, cum ambiant incessanter, quam ductores proculdubio, vt fixos cælipolos, naucleris indicarint, seu potius reserarint. Vnde dixit elegatoer noster inclytus Poëta Ludouicus de Camoens Cant. 5. octa. 15. contra
C veterum opinionem, & Iunonis petitionem obtentā à Deo maris nostrates primos omnium has Vrsas salo mersas, quasi facinus strenuum vidisse, cum Ouidio, Metamorp. lib. 2. in fabula eius 3. & fastot. lib. 2. à versu. 150.

Septenariū vt magnis sensibus decepteant atque ament vel ipsa insensibilia.

Lusitani de re nauali & militari cōmendati.

Vimos as Vrſas a pezar de Inno Banharenſe nas ondas de Neptuno.

Camoens.

Quod prisci non possibile, si credimus Poëtis, cuius dicta Enarratione trigesima pendemus, firmissimè putabant; imò potius affirmabant, à Neptuno Deo maris Iunonem obtinuisse, nè vnquā stellæ istæ pro quiete accipiēda cæruleo maris lecto se placidè occultassent. Quam fatalem interdictiooem Lusiades fregere, dum antarcticum primi omnium Cruciferum inspexere. Quos inter penè innumeros autoræ claros
D filios, clatissius est omnium, qui prior Solis aurea cunabula detexit, Vascus da Gamma nouum Sydus, qui & syderibus cælestibus hac via lucem dedit; in cuius trinepotis hæredisque obsequio, hoc opus qualecunque Parisiis elaboro, vbi ille Regis nostri Oratorium munus agit, ego verò Confessiones Sacramentales eius audio. Etsi plagas non tantummodo fragrantis, ac diuitiis fulgentis Orientis, sed & diuitis Occidentis, posthabitis his Vrsis non semel penetrarunt; & sub magno peculiariter Ferdinando Magallano, multis fortiter nauatis, ac robore exantlatis, impauidè lustrarunt; qui fretum sui nominis pertransiit primus hominum, & totam terram Austri ditauit suo nomine;

Vascus da Gamma perfunctorie præconiis adornatus.

Ferdinādus Magallanus auarè commendatus.

dum à gratia Regis noſtri aliquantulum decliuis, ſeruitium quoque eius inuitus declinauit, & ad Regis Caſtellani famulatum ſe conuertit, quò brachiis & lacertis valoris Luſitani Caſtellanis ferret opem; cum iſti ſine illis, vt hodie bene claret, frigeſcat, & ruinis omnigenis ſint patuli; ita vt tandem Mexicanas quas habent regiones Nauarchus, quidam noſter ex Inſula da Madeira inuenerit ante omnes; à quo maris peritiſſimo iam fatis ſuccumbente, felix ille Genuenſis Chryſtophorus Colon, propter magnam, qua cum viro pollebat amicitia, ab eo magni orbis incogniti notitiam in codicibus peroptime ſignatis, dono habuit; qua & ſe, & Caſtellanos ſummopere exaltauit; ſicut omnes hiſtoriographi noſtrates & externi attingunt diuerſimode; quadere in loco proprio. 30. Enarra. poſt finem dicam aliquid.

Caſtellani abſque Luſitanis vt frigeant atque corruant.

Luſitani Caſtellanis nouum orbem per Columbū qua via dederunt.

33. Hæc mihi dulcis patriæ memoria tolerata. Philonis redit calamus, iam cælo noſtrum numerum ſic inferens, & dicens; *Pleiadum chorus ex ſeptem ſtellis abſolutus eſt; quarum emerſus & occultationes magnorum commodorum cauſa fiunt omnibus. Sol ipſe diei dux, bina quotannis æquinoctia faciens; vere, atque autumno; vernum in ariete, autumnale in libra; euidentiſſimam probationem exhibet Diuinæ maieſtatis in ſeptenario; vtrumque enim æquinoctium fit menſe ſeptimo; quibus temporibus etiam feſta indixit lex duo maxima, & celeberrima; quandoquidem vtroque, quidquid terra fit, perficitur; vere quidem frumentum, & quæcunque ſeminamus alia, autumno vero vitis fructus, & plerarúmque aliarum arborum.*

Septenariū cum pleiadibus & Sole comparatum.

Feſtū agni & Tabernaculorum in Martio & in Septēbri, sūt iſta memorata; & vtrique menſis ſeptimus, ſementias iuxta varias.

Et quoniam à cæleſtibus terrena dependent, iuxta quendam naturalem conſenſum, ſeptenarij ratio supernè orta deſcendit ad nos, vt mortales inuiſeret. Animæ operationes, excepta mente, ſeptem ſunt; videlicet quinque ſenſus; organum vocis, & vis genitalis. Corporis partes tam interna quam externa exanimata, ſeptena inueniuntur, caput, pedes, venter, manus geminæ, & pedes. Inteſtina vero ſtomachus, cor, pulmo, lien, iecur, renes duo. Caput autem quod in animante regnum obtinet, ſeptem inſtrumentis vtitur, geminis oculis auribuſque, & totidem naribus, ſeptimóque ore, per quod mortalia (vt ait Plato) intrant, exeunt immortalia. Item quæ per viſum præſtantiſſimum omnium ſenſuum iudicantur, ad eundem numerum pertinent in genere; ſeptem enim ſunt, quæ conſpiciuntur; corpus, diſtantia, figura, magnitudo, color, motus, ſtatus. Vocis quoque mutationes diuerſæ cadunt in ſeptenarium; acuta, grauis, circunflexa, aſpera, lenis, longa breuis. Motus etiam ſeptem ſunt; ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, prorſum, retrorſúmque, & in orbem; ſicut ex ſaltationibus patet. Corporis excrementa quæ vtiliſſima homini ſunt, vt pote quæ euacuatione nos ſanos reddant, inſuper & viuentes, huic numero ſubiiciuntur; namque ex oculis promanant lachrymæ, ſicut per ambas aures purgationes capitis; per os etiam ſaliuæ, quas expuimus; per geminas cloacas ſuperfluitates corporum; altera antica, poſtica altera; ſextum eſt, per totum corpus ſudoris profluuium, ſeptimum autem ſeminis effuſio per membra genitalia. Rurſum mulierum fluxus menſtruus, ad diem, vt plurimum, ſeptimum durat; & fœtus intra vterum menſibus ſeptem animantur naturaliter, vt quidam valde mirandum accidat; ſiunt enim ſeptimeſtres partus vitales, cum octimeſtres omninò impoſſibile ſit viuere. Acuti verbo morbi ſeptimo fere die indicantur. Hic enim in tali de vita certamine aliis ſalutem, aliis mortem decernit. Hæc Philo de ſeptenario cum corpore collato. Quod ſi cæli canalis corporibus hic numerus, quanto melius animabus cæleſtes aquæ ductus Dei ſeptem Sacramenta? multum quidem & ſupra modum, prout n. 24. inuenies propinatum.

Cum anima ſeptenariū quantopere conueniat.

Cum corpore tam interius quam exterius ponderato.

Cum capite atque ore, & oris laus eximia.

Cum viſu & ſono vocis

Cū motu.

Cum excrementis.

Cum menſtruo, fœtúque.

De ſeptimeſtribus. n. 19. in fine dictū fuit.

34. Appropinquans verò fini, ſic ſonat idem Philo. *Nec ſolum in ſupradictis, ſed etiam in optima quæque ſcientiarum hic numerus verſatur. Lyra enim ſeptem tenta fidibus, proportione reſpondens ſeptem erraticarum choreæ, mirabiles harmonias perficit, princeps inter omnia propemodum inſtrumenta muſica.* Quod ait, quia à numero errantium Planetarum muſicales ſeptem voces, & mortalitatis cunctæ noſtræ viciſſitudines aſſiduæ manare exiſtimantur. Quibus iterum connectit: *Inter elementa quoque grammatica vocales, quæ verè ſic dicuntur ſeptem ſunt; quando quidem per ſe videntur ſonare, & aliis coniunctæ voces articulatas efficiunt; nam in ſemiuocalibus ſupplent, quod deeſt, reddendo ſonos integros; mutarum vero vertunt & mutant naturas, afflando eis virtutes proprias; vt ineffabiles antea, iam fiant effabiles.* Quod procedit apud Græcos, inter quos ſcripſit Philo; his autem ſeptem ſunt huiuſmodi vocales; duæ longæ η, & ω; duæ breues ε & ο; & tandem tres communes α, ι, & υ; vt patet ex Clenardo. *Quamobrem* (pergit ille) *mihi videntur primi nominum impoſitores vocaſſe hunc numerum* [illegible]*, id eſt, ab inſita maieſtate, vt dictum eſt, honeſtatéque ipſius. Hæc & alia de ſeptenario à Philoſophis dicuntur; propter quæ ſummo honore, in ſuprema deníque natura dignatus eſt. Nec minus honoratur apud Græcos, vel barbaros, qui Mathematicam exercent. In honore eſt etiam apud virtutum amantiſſimum Moſen, qui eius pulchritudinem inſcripſit ſacratiſſimis legis tabulis; eandémque animis poſterorum inſculpſit, iubens ſeptimum diem feſtum agi, ab omnibus operibus quæcunque ad quærendum parandúmque victum attinet, abſtinendo.*

Cum Lyra, & Lyræ ipſius egregia commendatio.

Cum vocalibus Grāmaticæ.

Cum vocalibus, quæ Græcis sūt numero ſepteno.

Septenariū à maieſtate, & honeſtate ſic vocatum.

Hæc quidem de hoc numero Philoſophus Iudæus, tam pulchra quam appoſita; & maximè ni eadem repeteret poſt pauca; non equidem, vt coniecto dictorum iam oblitus, ſed audiens ſemetipſum, & de rebus à ſe dictis complaudens, atque proprio palato ſuo gartiens. E quibus duo noto. Primum valde collucere Diuinam ſapientiam, ex eo quòd in numero tam multis verè nobili ædificarit Sacramenta. Secundum, magnam eſſe illorum peruicaciam, qui iſta tot myſteriis ac floribus vernantia; & à Patribus Eccleſiæ Conciliiſque tam multis decreta & roborata non timent denegare. Videatur de Sacramentis in genere Viguerius n. 17.

Viguerius

De

De prima istarum septem lapidicina columnarum, ad pluries sumpta verba; Excidit columnas septem.

Iob 39.30. 35. HÆc fuit illa rupes altitudinis immensæ, de qua Beatus Iob; *Aquila inarduis ponit nidum suum, in petris manet, atque inaccessis rupibus commoratur.* Per quam aquilam intelligitur Altissimi Dei Filius, Gregorij iuxta mentem, Moral. 31. cap. 19. qui nisi suo rostro hanc rupem nobis rumperet, intangibilis & inaccessibilis maneret intellectui, vt alia clangit Aquila, quæ fuit in Cænaculo sub alis huius edita, mysterijs-

Ioan. 21. 20. Ioan. 1. 18. que perdocta; *Vnigenitus qui est in sinu Dei, ipse enarrauit nobis.* Ab hac igitur inaccessa altitudine Diuina, Sacramentorum firmæ septem columnæ sunt excisæ; nam vt docet

D. Tho. D. Thom. 3. p. q. 64. art. 1. 2. & 5. solus Deus Sacramentorum est conditor & auctor; quia solus ipse Deus est fons & causa gratiæ, quæ in vasis Sacramentorum hominibus libatur. Quod verbum *Deus* hoc loco pro Deo Trino & Vno clarissimè locatur; ob tria fundamenta. Primum, quidem quia in Diuinis ad extra quæque opera, Personis simul tribus communia sunt in integrum; vt patet cum hoc sancto in sua 1. p. q. 45. ar. 6. Secundum, quia ex placito eiusdemmet Doctoris, eum Dominum, qui nos creauerat ex limo, recreare condecebat. Atqui Trinitas sanctissima nos creauerat,

Sacramentorum cur Deus solus vt Trinus verus auctor.

Gen. 1. 26. cum dixit; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ergo Trinitas in septem Ecclesiæ Sacramentis nos etiã recreauit; illa tantùm licet magna intersua differentia, vt quæ solum indigetata in creatione Trias fuit, hæc in nostra recreatione explicata & reserata clarissimè innotescat; *Euntes*

Vt Trinitas nos creauerit, & postea recreauerit.

Matt. 28. 19. *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Ad quæ verba S. Fulgentius ad Donatam cap. 11. scribit in

S. Fulgent. hunc modum; *Ad imaginem Trinitatis factus homo agnoscitur, cuius nomine baptizatus denuò renouatur. Baptizari autem gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Saluator noster edocuit; vt sicut Trinitatis opere initium conditionis accepimus, sic in nomine Trinitatis Diuinæ adoptionis gratia frui mereamur.* Tertium, quia ex Figurarum vi ratio concinnata, hoc ipsum postulabat. Nam si vetera & figuralia Iudæorum Sacramenta à Moyse promulgata, sed à Deo immediatè fuerũt ordinata; sicut cõstat ex illius postremis libris quatuor; vbi in rebus quibuscunque præscriptis inuenitur; *Loquutus est Dominus ad Moysem*; quantò magis nouæ legis Sacramenta à Deo ipso institui decens erat. Ita doctus Bellarminus lib. 1. cap. 23. de Sacrament. in genere; & Alanus ante illum de eisdem Sacramentis cap. 17.

Sacramenta legis veteris non Moyses, sed Deus condidit.

Bellarmin. Alanus Carden.

Sacramentorum cur Deus au- 36. Hinc tres huius veritatis soluuntur quæstiones. Prima, quare Sacramentorum Deus solus auctor sit; & per modum pro vt

A dicunt, agentis principalis, per modum potestatis, & per modum auctoritatis; quemadmodum in hac re, cum relato D. Thom. loquuntur Scholastici; quia nempe solus Deus est qui agit principaliter in cũctis Sacramentis, & qui habet potestatem, auctoritatémque ex se ad illa instituenda. Secunda, cur effectum Sacramenta nõ obtineant, nisi in nomine Trinitatis explicitè collata; videlicet, quia ab illa principaliter sunt cõdita, & deficiente principali nil facit accessoriũ; imò lapsa rei substantia labuntur accidentia: vnde Trinitas implicita non sufficit huic operi; neque tempore pro mysteriis Diuinis tam explicito, implicationes satis sunt, vt aduertit Bonauentura lib. 4. d. 3. q. 2. n. 26. Christus quatenus est homo,

ctor dem taxat esse possit.

Trinitatis solum nomine cur valeant Sacramenta.

S. Bonau.

B non principaliter sed instrumentaliter instituit Sacramenta; at propter instrumentum accedens principali, principale nullo modo dimittere est conueniens; hincque illa non sub Christi, sed sub voce Trinitatis conferri, & validitatem habere non ambigitur. Quod si prima in pueritia Ecclesiæ secus erat, & in nomine Iesu Christi Baptismus tunc valebat, vt colligitur ex Act. cap. 8. n. 12. & asseritur à D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 6. id certe ex indulgentia, & temporis indigentia, vt cessaret Christi odium, rationabiliter fiebat; et si multi rem oppositam, tunc etiam veram iudicent. Tertia tandem, quòd & Christus Sacramentorum principaliter est auctor, dum est Deus; sed instrumentaliter dum est homo; prout melius atque latius

Actor. 8. 12. D. Tho.

Christi nomine cur non valeant collata Sacramenta.

C patebit ex sequentibus.

De secunda lapidicina ipsarum columnarum.

37. HÆc petra, de qua Paulus scribit ad Corinth. *Petra autem erat Christus*; 1. Cor. 10. 1.
Petra sanè summi pretij, vt Petrus illam æstimat, qui petram bene nouerat, & lapidis tam rari lapidarius fuit cælicus, cum dixit cæli spiritu, non carnis, neque Matt. 16. 16.
sanguinis; *Tu es Christus Filius Dei viui*; at de petra pretiosissima in sua 1. epist. *Non* 1. Pet. 1. 18.
corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine, quasi Agni immaculati Christi. Et petra quæ in terris humanam vitam

D agens, tangebat Deum ipsum, & cum illo tam arctissimè res vna tantum erat, vt versans cum hominibus à Deo non recesserit;

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens
Venit ad vitæ vesperam.

Hinc excisæ septem sunt Ecclesiasticæ columnæ, quia Christus immediatè instituit Sacramenta; vt docet D. Thom. 3. p. q. 64. D. Tho.
art. 3. & 1. 2. q. 108. C. & traditur de Fide Conc. Trid.
in Conc. Trident. sess. 7. Can. 1. Deus quidem principaliter, vt modò dictum fuit, non verò immediatè; sed potius mediatè, per medium Filij sui; qui *Mediator Dei & hominum* vocatur ab Apostolo; & qui tanquam 1. Tim. 2. 5.
mediator inter homines & Deũ omnimodè

Vt Christus Sacramentorum immediatus auctor sit.

opportunus, solus ipse mediare, & ex medio sui potest extrema tam diuersa in vnum copulare. Vnde lapis angularis vocatur à

Psal. 117. 22.

Psalmista; *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*, non solum quod parietes duorum populorum, vt asserit Apost. epist. ad Ephes.

Ephes. 2. 14.

Sed etiam Dei & hominum in vno se ligauerit, & mirè solidauerit; quapropter cæli & terræ *Pacificator*

Coloss. 1. 20.

appellatur, ad Coloss. 1. capite. Debet enim qui se medium constituit inter duos, & pacis dulcem pronubum, cum vtroque non solummodo habere affinitatẽ, sed etiam identitatem, communémque essentiam, cum ipsis qui ad inuicem discordiis sese vexant; vt medium cum extremis habere notum est in rebus naturalibus.

Mediator Dei & hominum Redemptor solus Christus & qualis esse debeat qui pacem vult cōponere.

Hanc autem solus Christus cum Deo & nobis habuit; quia solus ille verè Deus fuit atque homo; vtramque in se naturam connectens distantissimã; quem iam ita mediantem vir patiens expectabat, cum Domini tam vtilis defectum deplorabat;

Iob. 9. 33.

Non est, qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Vnde duo ex hac clarissima petescunt veritate.

Cur Deus condere Sacramenta immediatè nunquam posset.

Primum, Deum per se tantùm non posse immediatè creare Sacramenta; nam ista pro vulneribus hominibus inflictis, & factis contra Deum remedia sunt idonea, at remedia ad sospitandum inter homines & Deum, humana atque Diuina oportet simul esse.

Remedium quidnam sit, & quale illius ethymon.

Quod vocabulum remedium expostulat, & præfert; nil aliud quippe est remedium, quam res media, ad alias inter se pugnantes mediandas, curandas, componendas. Nec remedij solum titulus hoc flagitat suapte, sed ipsiusmet remedij substantia naturalis, decet etenim remedium cum morbis concordare; vt patet inter Medicos Aphoris. lib. 1. & etiam inter Poëtas; è quibus sic Ouidius de trist. lib. 1. eleg. 1.

Mira fabulá de Achille, qui vulnera à se facta curabat ipse solus.

Nanque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

Et iterum in fragmentis priscorum Poëtarum;

Medicina pro temporibus vt prosit atq; noceat.

Temporibus medicina valet, data tẽpore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Ouidius.

Ac inibi Petronius, de Achille, qui à se facta, vt tetegit Ouidius, curabat solus vulnera.

Petronius.

Monstrant facta viri vario miracula casu;
Vnde datum est vulnus, contigit inde salus.

Quę omnia ponderata rei meę valde fauent.

Ecclesia ad Sacramenta condenda quidnam possit.

Secundum, nec Ecclesiam Sacramenta posse condere, sed dumtaxat Sacramentalia, quæ ritus sunt, & benè ordinatæ ceremoniæ ad ipsa Sacramenta decenter conferenda; vt doctè aduersus hær. lib. 14. verbo Extrema Vnctio exponitur à Castro.

Castro.

Et quidem summo iure; cum Ecclesia domus sit columnis septem constans; vnde domus à se ipsa ædificari prorsus nequit; sed rectè & sapienter à Christo Deo & homine, ob tam multas rationes sapientissimè dispositas; ædificata recognoscitur; *Sapientia ædificauit sibi domum; excidit columnas septem.*

38. Quo pacto verò exciderit huiusmodi columnas huc venit inquirendum; nil dubique dupliciter hoc esse à Christo factum.

Sacramenta quot nã modis Dei Filius instituerit.

Principaliter, vt ab illo, qui erat verus Deus, instrumentaliter, vt ab homine, qui erat solus nostræ salutis instrumentũ; & medium ex congruentiæ necessitate necessariũ. Nec solum instrumẽtaliter, sed etiam meritoriè, efficiẽter, & excellenter; his nãque viis omnibus Sacramentorum fuit Christus & causa & solus auctor. Instrumentaliter, quia eius humanitas sanctissima Diuinitatis fuit nobis perutile instrumentum; vt ait D. Th. 3. p. q. 62. ar. 5. & q. 64. ar. 3.

D. Tho.

Humanitas in Christo Diuinitatis instrumentum.

Meritoriè, quia meritis humanitate sua partis, omne meritum atque gratiam hominibus parauit, vt inibi docetur. Efficienter, quia per merita Passionis suæ sanctæ salutem nobis fecit. Et excellenter summo loco, quia Sacramenta & Sacramentorum dispensatores longo tractu excellit Sacerdotes; nam licet isti sint instrumentalis causa gratiæ, Sacramenta conferendo; & Sacramenta eandem gratiam instrumentaliter in se, tanquam in vasis & instrumentis idoneis continendo; illorum tamen neutrum instrumentalis causa est, instrumenti, quod coniunctum vocatur à Theologis; sed solummodo instrumenti seiuncti & separati; quorum vltimum separabile, vt baculus in manu, primum verò inseparabile, vt manus est in corpore.

Instrumentum quod coniunctũ, & quodnam separatum.

Huiusmodique Christus instrumentalis causa gratiæ, videlicet, instrumenti Diuinitati plus coniuncti, quam manus inest corpori; nam manus violenter auellitur & scinditur, at Diuinitas nequaquam à Christi humanitate; quod enim semel sumpsit vlterius non dimisit. Ita ferè D. Tho. recenter allegatus. Et cum Christus modis tot columnas has exciderit, ideo solus Sacramentorum auctoris nomen habet; ex mente eiusdem Sancti, & Conc. Trid. superius memorati.

39. At verò quonam tempore à petra suæ sacræ & firmæ humanitatis præciderit hæc septem Ecclesiæ sustentacula, subintrat explicandum. Et in primis hoc per eum in sua Passione à cunctis factum noscitur.

Num. 20. 10.

Tunc enim à vero Moyse percussa petra bis, à qua nostræ Sacramentorum columnæ sunt dissectæ; vt super cap. 10. prioris ad Corinth. scribit Augustinus:

S. Augustin.

Gemina percussio duo ligna Crucis significat. De petra educta est aqua, accedente virga; quia ligno accedente ad petram Christum gratia spiritualis manauit. Superaddit Damascenus in Crucis excellentis relatus à Medina,

Damascen.

Percussa à Moyse petra in modum & signum Crucis.

binam illam super petram percussionem in modum Crucis transuerso manus ictu peractam à Moyse esse; quò ex Cruce & Passione sciremus Redemptoris Sacramẽtorum nobis latices piissime manasse. Si autem quis exquirat, cur hæc ex Christi sanguine hominibus profluxerint; respondeo, quia in sanguine animantibus est vita; & per sanguinis effusionem, ac vitæ emissionem, congruentior atque melior quam alio quouis modo humana reparatio; ex placito communi de quo agit 3. p. q. 46. ar. 3. splendor Aquinatum.

D. Tho.

Ergo Crux Sacramentorum verissimum instrumentum; non quidèm per se sumpta,

sed

Crux qualẽ in Sacramẽtis extitat instrumentum & an valeant fine Cruce collata Sacramenta.

sed petræ Christi corporis, vt illa virga, iuncta; nec enim sine Christo valorem Crux haberet. Sed ex Christo Crucifixo, & ex Cruce Christum ipsum percutiente mortis vulnere, ac sanguinem fundente (qua via Crux à Christi accipitur alumnis) exorta Sacramenta. Vnde nullum Sacramentum, deficiente signo Crucis, conferri ritè potest; cum Augustino sup. Ioan. tract. 118. ritè sane; non sic rectè; nam ritè solemnitatem, quæ planè in Sacramentis non valet sine Cruce, externam tantum respicit; rectè vero substantiam & formam tangit intimam, quæ sine Cruce tenet, & valida est omninò; D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 2. ad 3. & cap. *Nunquid.* de *Consecr.* d. 5. Cum etenim instrumentum separatum Crux extiterit, separari bene potest à quouis Sacramento. Etsi istud nunquam fiat de bona congruentia, nam Cruce debent hæc donari Sacramenta, quæ à Cruce modo dicto donata sunt mortalibus. Præterea, quod & Christus iam panem consecrandum benedixit more nostro, nimirum signo Crucis, quando egit circa illum quod dicitur his verbis; *Benedixit ac fregit*; Nec mirum cum & ille inuenerit hoc signum; illóque pro benedictione, vt de Orig. Inquisit. lib. 2. tt. 3. cap. 8. n. 47. scribitur à Paramo, in vita semper vsus. Ac tandem, quia in Cruce, seu in Christo Crucifixo omnia nostra Sacramenta fuerunt sub compendio, quò vim ab ipsa Cruce nancisci monstraretur. Baptismus quidem in aqua ex latere fluente; Confirmatio verò in sanguine, quo viget fortitudo; Pœnitentia in ipsa Cruce, & eius cruciatibus; Eucharistia, quia ibidem suprema fuit Hostia; Ordo autem, quia Hostia Sacerdos summus erat: Matrimonium, quia in Cruce Ecclesiæ nupsit Christus, qui in ea plusquam Moyses sponsus fuit sanguinum; nouissiméque Vnctio in sanguinis litura, quæ ibi non tam simplex quam multiplex resplenduit; sicut optimè considerat Pisanus deuotissimus lib. 3. fructu. 1. in illo pulchro opere, quod de Conformitatibus Patris nostri cum Christo concinnauit.

D. Tho.

Christus iudictor signi Crucis, quo panem cõsecrandum, & omnia quæ dicuntur ab illo benedicta professò benedixit.

Ludo Paramus.

In Cruce Sacramenta qua via resplenduerint.

Bartho. Pisanus.

40. Sed enim nunc intimius oportet scrutari, à qua Crucis actione, seu à qua effusione pretiosi Christi sanguinis Ecclesiæ tam eximiæ excissæ sint columnæ. Prolixa nanque Passio; repetita illius plaga; geminata sæpesæpius cruoris profluentia; & scitu valde dignum, à quo ex his profluuio, Sacramentorum perutilia manarint opobalsama. Qua in re Patrum mens, quos viderim, consentit, à suprema Christi sanguinis diffusione ex sacro latere hoc bonum promanasse. Ita in lib. Sentent. sent. 328. B. Augustinus in suo tom. 3. & tract. 15. in comment. super Ioan. ac de symbolo ad Catechum. cap. 6. tom. 9. Epiphan. lib. 3. hær. 78. Magister lib. 2. d. 18. D. Tho. 3. p. q. 62. art. 5. & q. 89. ar. 1. cum omnibus qui illum tam numero quam pretio quam multi commentantur.

Sacramenta à Christi lateris profluuio dimanantia.

S August.

Epiphanios. Magister. D. Thom.

At vero scire lubet, vt debeat hoc intelligi. Alij etenim absolutè, à lateris effluentia hoc dicunt euenisse; in quibus Patres sunt hîc proxime relati; & Glossa cap. 5. epist. ad Rom. n. 14. Alij verò significatiuè hoc tantum contigisse; dum sanguis, & cum eo manauit simul aqua, ex ipso Christi latere; quæ Baptismum & Eucharistiam; ac reliqua per consequens ex istis dependẽtia, significarunt Sacramẽta. Quibus addũt meritoriè hæc neutiquam manasse; quia Christus erat mortuus, & extra fines meriti, quod fine vitæ nostræ, & suum finem habet. Si ergo sine merito effluxit sanguis ille; nõ vtique effectiuè, sed tantùm figuratiue exinde proculdubiu, venerunt hæc Mysteria; vt ex Christi adhuc viuentis meritorio valde sanguine egressa signarentur. Ita ferè recentiorum, qui rem enucleatius exoluere opinantur; nisi forte hac opinione obscurant magis rem, quam ipsam luce donant. Nec eos quidquam iuuant. Chrysost. in Ioan. hom. 84. vel Clement. de reliquiis venerationéque Sanctorum, quæ loca magnificiunt. Sed neutiquam à vestigiis Priscorũ recedendo, imo pedibus & manibus hærendo illorum sensui, contrarium, ni decipior, dicendum fixè credo. Videlicet, non tantùm significatiuè, prout dicunt, sed effectiuè & meritoriè ex latere Redemptoris venisse Sacramenta; verumtamen non merito & voluntate de præsenti, quæ in homine defuncto non potest vnquam dari, sed merito per voluntatem antecedentem comparato. In quam quidèm opinionem Tostatus super Gen. q. 352. haudquaquam desæuirer, vel quiuis emutiret, si hæc illa distinctione, & explicatione mox sequenda daretur explicata. Videamus cur nam Christus plus ex merito præcedenti, quam vtique ex præsenti; ac etiam ex sui corporis plus mortui quam viuentis hoc opus tam notabile patrari destinauerit; in quo sanè neque paucæ, neque infirmæ sese offerunt præstandæ rationes.

An significatiuè vel effectiuè ex mortui Christi latere profusa Sacramenta.

Vt Sacramenta meritoriè ex mortuo Christi corpore potuerint manare.

Tostatus.

41. Quarum prima literalis & figuralis simul est. Nam quemadmodum ex Adami dormientis fuit latere ædificata quondam mulier; sic ex latere secundi Adami somno mortis correpti pro mortalibus, mors enim somnus dicitur; *Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi*, ædificata domus nostra, columnis septem constans. Vnde verbum ædificandi in mulieris creatione notanter est adhibitum, quò ædificatio domus huius patentius innotesceret. Certè mulier nisi ex homine profundè dormiente formari congruebat; secus enim multa damna, incommodáque Adæ exinde nascerentur, vt trigesima q. in comment. sup. Gen. Theodoretus adnotauit; Domus verò columnarum per Christum ædificata, non nisi ex eius latere oppressi somno mortis oportuit fabricari; tum, vt multa inconuenientia quæ ex nostra Redemptione, quàm Cruce & morte Christi per ipsum serus facta, tunc possent resultare; vt colligitur ex doctrina Angelici Doctoris in num. penult. allegati primo loco; tum supposita congruentia de muliere ad Ecclesiam, vt figuræ figuratum

Prima ratio cur Sacramenta ex Christi fuisse latere.

Psal. 3. 5.

Geo. 2. 21.

Theodor.

Auitus.

omnino responderet; velut cecinit Auitus in suo lib. 1.

Istius indicium somni, mors illa secuta est,
Sponte sua subijt sumpto quã corpore Christus,
Qui cum passurus ligno sublimis in alto
Penderet, nexúsque & culpas penderet orbis,
In latus extensi defixit missile lictor.

Ephes.5.32.

S. August.

Quocirca quæ Adamus vxori visæ dixit, de Christo cum Ecclesia interpetratus est Apostolus; *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia*; quod à Glossa Interli. in Gen. firmatur; & ab Augustino sic dicente in Psal. 127. & 129. *Cum dormiret Adam, costa illi detracta est, & Eua facta est; Sic & Dominus cum dormiret in Cruce, latus eius lancea percussum est, & Sacramenta profluxerunt, vnde facta est Ecclesia, Ecclesia enim coniux Domini facta est de latere, quomodo Eua viro suo facta est de latere. Sed quomodo illa non est nisi de latere dormientis, sic ista non est facta, nisi de latere Christi in Cruce dormientis.* Et alibi in Ioannem, de lancea & eius vulnere; *Vigilanti verbo Euangelista vsus est, vt non diceret latus eius percussit, aut vulnerauit, sed aperuit; vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur; vnde manarunt Sacramenta, sine quibus ad vitam; quæ vera vita est, nullatenus intratur.*

Cur apertũ, non vulneratum dicatur Christi latus.

Secunda eiusdem ratio.

42. Secunda, quæ est adhuc ratiocinatio literalis, & speciatim intentionalis à nobis dici debet, tam facile conflatur, quam ab ipsa mea opinio summopere adiouatur. Hanc autem sic compono; Quia quod in executione alicuius rei est vltimum, nullo modo in intentione non potest esse primum; vt in 1. Enarrat. sub n. 18. diffusius explicaui, ita vt tandem quòd per primum determinetur semper vltimum, & vltimum per primuoi. At si primom Redemptoris propositum & intentum, fuit homines per vltimum Passionis suæ vtilis à morte vindicare, certè vltimum Passionis fuit lateris apertio. Nec enim à Passione, quamuis sine perpessione actuali Saluatoris, successus tam notabilis prudenter excludetur; præsertim cum non casu, sed potius beneplacito Dei nostri ac Vaticinio illius sic contigerit; vt figuræ & Prophetiæ effectum sortirentur; *Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur*; Os non comminuetis ex eo. *Et iterum alia Scriptura; Videbunt in quem transfixerunt.* Ergo bene ab isto acto, Passionis Christi vltimo, venerũt Sacramenta. Vlterius, quod & illa suprema Christi plaga, amoris fuit eius, dedecorisqoe simul pro nobis tolerati fastigium, culmen, apex; quod sane vtroque titulo colludit Sacramentis; cum ista amorum sint, & Christi opprobriorum celsissima argumenta, ditissimæ apothecæ. Amorum, quia non tantùm in finem nos in eis tenerrimè dilexit, sed vltra finem ipsom; quasi vita amoris eius latitudini non satis. Vnde Origenes peroptime lib. 2. contra Celsum appellat Christi corpus à vita spoliatum *Cadauer vere nouum*; & Christum *Non vulgariter communitérque mortuum, sed iterum post mortem vitalia proferentem, aquam videlicet & sanguinem.* Probrorum quia istorum illud creditur extremum, & ferali immanitate, deformitate & vilipendio repletum patentissimè, quod in corpora defuncta desæuit aliquando; sicut accidit Lusitano Montismaioris Marchioni, qui cũ absens in effigie decapitatos ritè esset, & effigies post à vestibus honoris denudata, & ab omnibus exauthorata, thorace tantum dempto, ac in publica Abrantina platea concremata; quod studio non iustitiæ (hæc enim multum iusta à Deo prohibetur) sed Regis sibi auersi & indignati occasione videtur magis factum, ille quidem io suo corpore, quantumlibet laruato, vbi primum sic atrociter peractam rem cognouit, Salmanticæ, quò aufugerat, correptus morbo periit. At quaotò plus maiorem angorem Christus Dominus ex tam magna contumelia infligendi sibi vulneris, amoris inter flammas, dedecorisque sui, hæc ipse semper præuidens, in vita passus fuerit? Quid dicent ad hoc illi, qui vulnus tam sacratum spoliant omni merito? Certè S. Ioannes hæc omnia ponderata attinxit verbis paucis, *Continuò exiuit sanguis & aqua.* Continuò, quia pectus illius, vel iam mortui amore conflagrabat, æstuabat, & expectabat amoris & opprobrij pro nobis sæuoin ictum; vt mucrone diro lanceæ crudeliter pulsatus, & ianuam paradisi, & Sacramentorum venam ditem ipsi homini vulnerãti confestim adaperiret; quasi cuspis inclamaret, & amor Christi latens, ab intus cum Isaia *Ecce adsum*, responderet; seu cum Rege diligente dilectis suis diceret; *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ego dormio somno mortis; & cor meum vel post mortem non moritur in me, sed potius pro te moriens amore summo vigilat.

Ioan 19.36. & 37.

Christus qualiter post mortem dilexerit mortales.

Ioan.13.1.

Origenes.

Montimaiorensis Marchionis in Lusitania qualis mors.

Eccl.7.17.

Quanta samor atque meritum in plaga Christi lateris.

Ioan.19.34.

Isai.52.9.

Cant 5.2.

43. Inde autem Sacrameotorum ex latere manantium hæc veritas munitur, quia sanguis atque aqua cum impetu & extemplò à pectore exeuntia, triplex fuit atque maximum indubitabile miraculum. Sed miraculis nisi tantũ in necessitatibus Deus vtitur, ergo maxima necessitas tum temporis dabatur, vt Dei corpus tam immanem sæuitiam sustineret; præsertim si iã erat Redemptio consummata; ob quam solam Christi carnem decebat lacerari. Vnde clarè coniectatur, vulnerationem tam notabilem propter opus Redemptionis perficiendum tantum factã; proindéque ex illa manasse Sacramenta, cum hæc eiusdem Redemptionis, salotifera sint vasa. Quibus fauet Theodoretus in Vaticinium Zachariæ; *In die illa exibunt aqua viuæ de Ierusalem*; quo loci sic egregiè: *Ex Sancto latere patuit salutis fons, ex quo duplices mysteriorum latices, aquam & sanguinem profudit; quæ qui vidit testatus est; vnum purgantem, & nos à peccatis expiantem; alterum nutrientem, & rigantem, & germinare facientem.* Nunc triplex hoc miraculum vtcúnque pensitemus.

Zach.14.8.

Theodor.

Primum fuit, quòd simul, coojunctim atque diuisim, liquores duo illi, quin alius alium tinxerit, macularit, vel infecerit, à Christo promanarunt; ita vt Euangelista dijunctos illos viderit; commixtim licet

Tria magnáque miracola in Christi visa latere, cum lancea punctum fuit.

ambo

ambo proruperint à latere; sicut S. Cyprianus de Christi Passione scribit per hæc verba; *De eadem consubstantiali origine, diuisis limitibus, aqua & sanguis emanant*; Et Glossa in Clement. de summa Trin. & fide Cath. & in cap. *In sacramentorum*, de *Consecr.* d. 2. vbi ait, quod *Separatim & segregatim* profluxere. Atqui ista separatio nequaquam dari potuit in tempore distincto, cum exierint continuò, & in tempore repentino non detur, vlla mora; ergo pariter tã simul, quam insuper disiunctim hoc factum satis liquet. Nec male, obscure ve hoc indicat Ioannes, dum in numero singulari hunc exitum pluralem
Ioan. 19. 34. signanter sic enarrat; *Et continuo exiuit sanguis & aqua*, vt sciremus motu vnico, singularique impulsu rem tantam contigisse; ô summum Dei miraculum!

Secundum quod & aqua à pectore tuo exiens non extitit flegmatica, sed vera & naturalis, vt deducitur ex textu, & est communis Patrũ, è quibus hi sufficiant; Theophylactus sup. Ioan. ad cap. 19. Nicephorus in histor. lib. 1. cap. 3. & D. Thom. 3. p. q. 66. ar. 4. ad. 3. quo ille patentissimè: *Fuit autem aqua pure miraculosa egrediens à corpore mortuo; sicut & sanguis; ad comprobandam veritatem Dominici corporis, contra Manichæum errorem, vt scilicet per aquam (quæ est vnũ quatuor elementorum) ostenderetur corpus Christi verè fuisse compositum ex quatuor elementis; per sanguinem vere esse compositũ ex quatuor humoribus.*

(Theophyl. Nycephor. D. Thom.)

Quod sanè sine magno miraculo non accidit, nam aqua est corpus simplex, quod intra corpus mixtum, creaturarum, quale est ab omnibus elementis commixtim conditarum, non potest vnquam dari; quia in eis elementa nõ diuisa sed permixta tantopere offenduntur, ac etiam confundũtur; vt ideo mixta corpora à cunctis nuncupentur; quibus formæ substantiales elemẽtorum nullo modo, sed tantummodo virtuales inhærent naturaliter; illarum nanque loco succedit forma mixti; vt auctor est Philosophus, Scotúsque cum eo de generat. & corrupt. Magister lib. 4. d. 10. & d. 13. Suarez in Metaphys. disp. 15. sect. 10. à n. 41. Quapropter aqua illa à Christi fusa corpore quantùm fuit naturalis, miraculosa tantùm fuit. Poza in suo Elucidario lib. 3. tract. 1. cap. 4. circa finem, ex nonnullis Medicorum allatis testimoniis contrarium verum putat. Non autem veritatis, sed potius nouitatis, celebritatísque hiatu, quo in suis sese libris ostendit laborantem, & valde fatiscentem, hoc dicere videtur: nã viri quos adducit, in illius opinionem auarè nimis eunt; vel humoris tantùm modicum, vel particulam potionis, vel humorem solum aqueum, vel humiditatem, quæ sit satis pro æstu nostri cordis dumtaxat mitigando; at aquam verè, vt loquitur Ioannis Euangelium, de corpore nequaquam humano confitentes. Quare propter hanc inopiam verborum tam exilium, non est cur recedatur à copia Theologica, quæ communi existimatione contrariam viam tenet. Nec malè cum expressè affirmet Sacra pagina, *Et continuò exiuit sanguis & aqua: — & qui vidit, testimonium perhibuit; — & verum est testimonium eius.* Vbi huius veritatis conclusiones tres apertè inuenies separatas; quò tanta res credatur; nemo autem prorsus audeat suffragium ei denegare.

(Aqua lateris Redemptoris verissima; sed ideo miraculi ingentissimi. — Aristoteles. Scotus. Magister. Suarez. — Poza. — Ioan. 19. 35.)

Qualis aqua dicta fuerit, vel salsa, vel è cõtra tam dulcis quam potabilis, interrogatus ab Vlisuna feria 6. post Passionem in p. Occidentali. Et per regulas naturales fuisse salsam ait; cum salsedo ex adustione procedere credatur, & Christum hac conflictasse tum temporis sciatur, dicẽte Rege Vate; *Aruit tanquam testa virtus mea*. Ego verò cum miraculi inspiciam talem aquam, dulcissimam considero, nec aliud esse posset dulcedinis profluuium, nisi omni suauitate, dulcedinéque plenum. Nisi forsan eam salsam & dulcem fateamur, vt pariter restringueret, & sitim plus accenderet; quò semper sine tædio, imò potius cum studio & summo rei affectu in septem Sacramentis exinde deriuatis, satiaret, & inflammaret ad amplius sitiendum mortalium desideria; vt de Angelis videntibus & nihilominus desiderantibus videre Christi corpus testatur Dei Vicarius; *In quem desiderant Angeli prospicere.*

(Aqua lateris Redemptoris an dulcis, siue salsa. — Psal. 21. 16. — 1. Petr. 1. 12.)

Tertium tandem eiusdem lateris miraculum, quòd sanguis ab illo cito prodiit, & saliit incunctanter; cum tamen in defunctis mox sanguis cõgeletur, & ab illis prosilire, videlicet, cum impetu non valeat naturaliter; vt post illosmet Doctores, quos attuli pro aqua, expressus est Origen. lib. 2. contra Celsum. Ambro. sup. Luc. lib. 10. cap. 23. D. Thom. in Ioan. cap. 19. lect. 5. præsertim ex Christi corpore; quod viuẽs toto sanguine exhaustum planè fuerat. Negat iterum Poza miraculum in hoc casu; imo esse naturale, vt in homine demortuo supersit sãguis liquidus, qui possit extra fluere, vt apparet in cadaueribus suspendio sublatorum, vel ferro peremptorum; è quibus vel per vulnera, vel vis illatæ rimas ab intus cruor effluit. Sed aliud est effluere, & sanguis exsudare, aliud autem conuolare ad ferri primum ictum, prosiliréque vi magna; & veluti intumescentium venarum sanguis pressus ad lanceolæ scissuram velociter exire; vt colligitur ex verbis; *Continuò exiuit sanguis & aqua.* In quo defuncti Christi defunctus non dum amor resplendet magnis radiis; atque etiam Sacramentorũ effulget institutio; præcipuè si & causa tam sanctæ effusionis à nobis ponderetur; de qua S. Augustinus superius allegatus n. 41. huiusmodi se habet; *Sanguis effusus est in remissionem peccatorum, aqua vero lauacrum præstat & potum.* Et Euthymius in Ioannem. *Duos scaturire fecit fontes; aqua quidem purificans Ecclesiam, sanguine vero eam enutriens. Siquidem per aquam renascimur, per sanguinem autem, & carnem pascimur, quæ diuina sunt ac mystica.* Sed & iterum Augustinus in Psal. 21. *Aqua quando effunditur, aut abluit, aut rigat; effusus est Christus sicut aqua; abluti sunt sordentes, irrigata sunt mentes.*

(Origenes. Ambrosius. D. Thom. — Sanguis lateris Redemptoris miraculosus in saliendo non data quauis mora. — S. August. — Euthymius — Aquæ & sanguinis ex latere significatio quæ per optima.)

Tertia ratio cur Sacramenta profluxerint ex latere.

S. Brigitta.

44. Tertia ratio quod ex latere manarint Sacramenta, amoris cordialis rectissimè dicetur, si illud cogitetur, à Domini plus corde, quam ab eiusmet præcordiis hos latices venisse vt in Brigittæ reuelationibus habetur multis locis; lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 1. lib. 4. cap. 70. & lib. 7. cap. 15. vbi lancea Christi cor asseritur transfixum; quod & sensui literali, non minus quā morali congruere videtur: Literali, quia decens, vt ex sanguine puriori nos puri efficeremur; & ex corde, vas amoris, amoris quoque vasa Sacramenta replerentur. Morali, quia congruum, vt amor Christi in nos omniū quidem creaturarum amorem superaret. Sed delitiæ atque primitiæ humani amoris Eua, ideo fuit procreata à viri sui latere, vt ab eo intētiori feruore coleretur, iuxta placitum commune cum Angelico Doctore 1. p. q. 93. art. 2. Ergo Ecclesiam non ex latere, sed ex corde plus latenti, nec ex confinio cordis Christi, viciniśque præcordiis, sed ex cordis meditullio formari cōdecebat. Nec enim cuncti homines, etsi sumpti collectiuè, ita suas deperiere amicas vel vxores, vt Christus est Ecclesiā amore prosequutus; Vnde dixit Apostolus ad thoro copulatos. *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam*; id est, ex corde vestro; ex corde namque Christi Ecclesia promanauit. De Pelicano lib. 20. scribit sic Pierius; *Rostro pectus dissecantem pingunt, vt ita fuso sanguine filios alat suos.* Quod si Christo in Crucis ligno cum capite inclinato locum vulneri ostendenti applicare visum fuerit, istam, puto, rationem peroptime concludes; quæ latius exponenda iudicio tuo maneat.

Cor Christi perforatū, & inde venit sanguis, & aquā tā mirabilis. Ex latere cur Eua.

D. Thom.

Ephes. 5. 25.

Pierius.

Pelicani Christi amor.

Quarta ratio cur ex latere egressa Sacramenta.

45. Quarta ratio ad Sacramenta ex latere asserenda, medicinalis dici potest. Nā cum Christus ad medenda venisset nostra vulnera, illa Medicus peritus adhibuit medicamina, quæ lateris infirmitati humanos diuexanti remedium comportarent. Vnde homini ab ipso latere Adami dormientis, propter Euam inde factam, vsque ad mortem decubanti, ex latere sui ipsius iam morte dormientis, medelam propinauit. Ita Ambros. de Sacrament. lib. 5. cap. 1. *Quare aqua? quare sanguis? aqua, vt emundaret; sanguis vt redimeret. Quare de latere? quia vnde culpa, inde gratia, culpa per fœminam, gratia per Dominum Iesum Christum.* Elegantius, ni decipior, Procopius sup. Gen. & Theophyl. apud Glos. Ioan. 19. è quibus primus ait. *Cum ex latere Adami processerit peccatum (mulier etenim ex latere formata est) Saluator vulnus inflictum sanare instituens, lateri opposuit latus. Nam è Cruce pendentis latus lancea exhaustum est, ex quo fluxit vita, quæ inde deriuata est in omnes homines, quemadmodum ex latere mulieris mors peruaserat totum mortale genus.* Quid pulchrius? quid diuinius? sed decet pro re hac cum Medicis notare, nullum hominis pectori emplastrum salutarius, quam si hominis alterius ei pectus coniungatur; si iste amore flagrans in lectum morientis ægroti prosilierit, & ipsum suis brachiis, complexum retinuerit, ac pectus suum sanum infirmo copulauerit; vt collapsum ex valetudine robusti recreatū, ac dulcè calefactum, & somnum & sanitatem conciliet delirāti; Solent etenim persimiles soporis atque sensus penuria laborare. Noui ego Religiosū, qui fecit opus tale, sed pro alio Religioso amico & consanguineo: at pro cunctis & inimicis, qui sanguine tam pij (in ipso amandi actu) amantis respergebant, hoc Christus solus egit, dum cum omnibus in Cruce amplexibus ligatus, *lateri opposuit latus*; & cordi cor apposuit. Nec parum symbolizant Christi lateris vulneratio, & Euæ procreatio; quia Christus, vt putatur à plerísque viris doctis, percussus dextro latere; sicut cap. 47. Ezechiel. prophetatum, & postea per Bernardū in Psal. nonagesimum serm. 7. & in Cant. 30. aptissimè explicatum, *Vt non nisi de dextera nobis propinare, & propitiare vellet.* Eua vero de latere sinistro ædificata, vt astruitur à Pererio lib. 4. sup. Gen. Et rectè sic effectum; nam qui alium complexatur, cum ei aduersus fiat, dextrum latus sinistro opponit amplexati. Cumque hominis sinistrum per Euam vulneratum Deus ve[illegible]dicare, dextrum obtulit sinistro, op[illegible]nens latus lateri; vt de dextro illius latere in Sacramenta saliente salutem potaremus.

S. Ambros.

Procopius.

Christus lateri cur latus opposuerit tanquam medicus qui óptime curauit.

Religiosi versus aliū cuiusdam quanta charitas.

Ezech. 47. 2

S. Bernard.

Pererius.

Nec dumtaxat moralis, sed & ratio literalis hoc ipsum postulabat; vt queadmodum cogitationes à corde malæ exeunt, in pagina Matthæi; ita à corde Iesu Christi curationes prosilirent; sicut asserit Vssuna serm. 41. in p. Occidentali; *Nam propterea quod à nostro corde procedunt mala cogitationes; à corde Christi exiuit sanguis & aqua; ne nos acquiescamus carni & sanguini, hoc est, malis cogitationibus. Propterea, quod exeunt adulteria & fornicationes, ille circunciditur; propterea, quod exeunt furta, ille flagellatur; & propterea quod exeunt falsa testimonia & blasphemiæ, ille alapa accepta ex ore sanguinem fudit. Septem ergo dixit Christus, quod exeunt à corde nostro, si bene aduertitur, & septies ipse fudit sanguinem.* Hæc ille; cui addatur Seraphicus Præceptor Do. in Passione serm. 1. ex illis qui non certò creduntur eius esse, quo loci sic pro nobis. *Secundum legem miser mundus leprosus fuit; vnde per sanguinem mundari debuit, sicut dicitur à Paulo*; Omnia pene in sanguine mundantur; *Sacerdos autem ipsum emundans, est Christus; de quo Leuit. 14.* Asperget domū septies, purificabitque eam, tam in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus. *Domus leprosa, mundum, passer, carnem Christi, aquæ viuentes, Baptismum; septem aspersiones, septem sanguinis Christi effusiones significare possunt. Prima effusio fuit in Circumcisione; Secunda in oratione; tertia in flagellatione; quarta in coronatione, quinta in manuum perforatione; sexta in pedum confixione; septima in lateris apertione.* Ecce septem columnæ ex Sacro Christi sanguine; & maxima atque vltima ex sanguine eius cordis; vnde nihil iam mirandum si septem Sacramenta ex illo sint profecta.

Matt. 15. 19.

Vssuna.

Septies Christus fudit sanguinem, & istud quadecausa.

Hebræ. 9. 22

Leuit. 14. 7 52.

46. Quinta & vltima rei ratio tam localis dignitatis,

dignitatis, quam vocationis filialis oportet appellari. Localis dignitatis, quia quæque digniora meliore semper loco, & postremo sæpesæpius ac summo collocatur; vt de hominis creatione in lib. de opificio perbellè dixit Philo. Ergo factum quã dignissimum nouissimus & vltimus, à cunctis segregatus decebat sanè locus; cum in rebus inferioribus hoc pluties visum fuerit. Gen. 32. n. 16. & cap. 43. n. 32. Matth. 17. n. 1. cum multis frequentissimè. Quare consonum vt tam dignus, singulatisque successus singulatiter & seorsim ab aliis vitæ Christi actionibus omnigenis daretur separatus. Quod ab ipsa creatione humana confirmatur; nam si ista facta fuit diuisim à cunctis rebus, quid esset recreatio, quæ illam certo certius summopere antecelluit?

Gladius ille paradisi versatilis auersus per Christi fuit lanceã desixam illius pectori.

Hinc ratio concinnatur conuocationis filialis; nam cum excelsa prædicatione vocari solent homines ad grauia peragenda, & filij ad funeralia parentum persoluenda; quantò magis ad parentis, qui pariter post mortem pro filiistanta gessit, vt pectus opposuerit rompheæ diri militis, quò alia paradisi occludens eius aditum, amota foret illis, sicut ait Theophylactus relatus apud

Theophylactus.

Glos. *Quia omne quod versatur, nisi quid obsistat, non absistit à suo cursu. Dominus autem ostendens, quod rompheam illam sistat, supponit in figura latus framea militis; ostendens nobis, quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita & flamma stabit; vt non vltra versione sua exterreat, & prohibeat ingressum in paradisum.* Et in pectore vulnus accipere voluerit iã mortuus & exanimis, vt in mortuo non emortuum amorem reseraret; & speculum interioris externam plagam faceret, prout asserit Bernardus de Passione cap. 3. *Propterea latus vulneratum est, vt per vulnus visibile vulnus amoris inuisibile videamus. Quomodo autem hic ardor melius ostendi potest, nisi quod non solum Corpus, verum etiam ipsum cor lancea vulnerari permisit? Carnale ergo vulnus spiritulale ostendit.* Quod pulchrius & distinctius in cap. præcedent. cum figura Canticorum, in istum modum dixerat; *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Vtrinsque enim vulneris ipsa soror & sponsa causa. Ac si diceret sponsus; Quia zelo amoris tui vulnerasti me, lancea quoque militis vulneratus sum. Quis enim cor suum palo vulnerari permitteret, nisi prius amoris illius vulnus accepisset?*

S. Bernard. Vulnus lateris Christi amoris sui speculum.

Cant. 4. 9.

Ad latus Christi filij & filiæ lac exugũt.

Hæc autem nos ad Christi compellunt vocem ite, & ad Patris tam prædulcis redire pectus illud amplexibus amoris immensi semper plenum; vnde dicitur de nobis ad eum venientibus; *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent;* quo loci Interlinealis pro *Surgent* vertit *Sugent*. Nam dulcedinis qui lac à patribus exugunt, venire semper debent ad vbera quærenda; quę patria si existunt, caret e lacte nesciunt; prætertim Patris Christi, cuius latus cum lacte commixtum vinum habet; id est, vinum Sacramentale suauitati copulatum; quapropter ipse verba, iam alibi explicata de isto cibo protulit; *Bibo vinum meum cum lacte*

Isai. 60. 4.

Glossa Interlin.

Cant. 5. 1.

meo. Et Cyprian. in Cæn. Dom. hunc more lac sugendi attribuens Christi sanguini. *Quam dulcissimus est calix iste, vbi sanguinem sugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnera figimus linguam.* Cui in serm. de Euchar. Chrysostomus est similis; *Reputate salutarem sanguinem, quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximantes labiis purum accipite.* Sed melius in Matth. hom. 83. *Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati. Non ne videtis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc mensam, & ad vbera poculi spiritualis; quinimo cum longe maiore trahamus, tanquam infantes lactentes, spiritus gratiam, & vnus sit nobis dolor, hac esca priuari.*

S. Cyprian.

S. Chrysostomus.

Aquilarum generosam progeniem referamus, quæ ad corpora ex longinquo præcipites se ferunt; *Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Ita Aquila Euangelij quæ à corpore Magistri nec intenturbas hostium furentiũ se abstinuit; imo oculis defixis escam corporis illius attentè est contemplata, vt dicitur in Iob. Nec immeritò cum Ioannes, Diuini istius corporis sit aquila quæ creditur à multis viris doctis pro corpore hoc fruendo in cælum transuolasse; & de aquilis sic Plinius apud nostrum Carthagenã lib. 12. hom. 1. *Filius ille ab aquila ardentius diligitur, qui ad latus cordis, eum mater sua fouet, adhæret.* Quod accidit huic Aquilæ ad latus Christi cordis, tam in Cæna quam in Cruce ei proxime assistentis. Ab ipso corde nos per columnas Sacramentorum excisi verè sumus; ad ipsumque cum verbis Prophetæ reuertamur. *Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.*

Ioannes Euangelista, vt aquila laudatur.

Matt. 24. 28.

Iob 39. 32.

Plinius.

Isai. 51. 1.

De tertia lapidicina nostrarum columnarum.

47. HÆc Virgo Mater est, de qua in Psal. 98. scribit Augustinus; *De carne Mariæ carnem Christus accepit, & ipsam carnem nobis manducandam dedit.* Quod & S. Bernardinus serm. 1. de hac Domina in tertio tomo habet; *Eadem caro, quæ fuit Virginis Matris, facta est caro Filij Patris.* Vnde ipse tom. 1. serm. 61. pulcherrimè notauit, nihil aliud ad Eucharistiam venire exui verborum, quàm solum Christi corpus, à Matre comparatum. *Substantia panis transsubstantiatur in solam substantiam carnis, non in Diuinitatem, neque in animam; & vt expressius magnificem illam dignissimam & beatissimam carnem de Virgine gloriosa decisam, dico, quod tanta infinitate nobilitatis eam dignificauit Altissimus.* Sed qua nam infinitate dignificauit illam Deus? Hæc claret ex prædictis, dum carnem à sola Virgine desumptam Christus voluit in cibum nobis dare; infinita nanque est operatio Sacramentorum, à vera Christi carne, ac ideo à carne Matris illius constructorum; Cui in 4. Oratione propterea S. Brigitta dulcissimè sic ait, *Benedicta*

S. August.

S. Bernardinus.

Ex Maria quonammodo præcisa Sacramenta.

S. Brigitta.

sint vbera tua Sacratissima super omnes dulcissimos fontes aquarum; quia sicut aqua ipsorum scaturiens prabet solamen & sitientibus refectionem, sic tua Sacra vbera ô Beata Virgo Filium Dei lactando prabuerunt nobis indigentibus medicinam Nimirum, Sacramenta; quæ vulnera medentur, & medicamina sunt septem culparum vniuersarum. Quam dulcedine non impari præcesserunt multi Patres. S. P. Damianus de Natiuit. per hæc verba; *Cibum Maria dedit, qui nobis cælestis conuiuij aditum patefecit* Ambrof. versus fin. in Psalm. 21. *Maria velut cælitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quē qui ederit, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit; sicut ipse Dominus ait, Nisi quis manducauerit carnem meam, &c.* Bernardus in signum magnum. *Fidelis Maria, quæ salutis antidotum viris & fæminis propinauit.* Quibus omnibus addendus Irenæus lib. 4. cap. 74. dum panem per Incarnationem lactescentem Christum facit; vt nos per lac tam dulce ad ipsum Verbum Dei coniunctum Christi carni, & Patrem ipsius Verbi æternum conscendamus; ac Filium, Patrémque, cum Spiritu ab vtroque ineffabiliter procedente perpetuò conscruemus. Irenæus Lugdunensium, vbi caput eius visitur, splendor sic eloquitur. *Ille, qui erat panis verus & perfectus Patris, lac nobis seipsum præstitit; vt quasi à mamillæ carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere Verbum Dei, in nobis ipsis eum continere possimus.*

Pro Virginis vberibus egregia Patrum loca.

S. Petrus Damianus.

S Ambrof.

S. Bernard

S. Irenæus.

Iuuat, iterum ad lapidicinam præsentem repedando, semper verè mansisse inclusum, in Christi corpore, quemcúnq; Matris suæ primarium & verum sanguinem; idque sub ipsa forma, qua ante Christum editum hic fuerat in Virgine. Ab eius nanque sanguine conceptus Christus est; at verò primus sanguis conceptionis cuiuscúnque, vt vitæ fundamentum, non potest vnquam penitus consumi, seu deperdi. Vnde corporis Deiparæ pars adhuc manet aliqua in ipso Christi corpore; & nullibi in hoc mundo reliquiæ possunt Virginis, nisi in Hostia consecrata, vbi Christi corpus adest, vtcúnque reperiri; prout Poza considerauit tract. 20. cap. 1. in suo Elucidario; qui testem tantæ rei Blesensem pro se affert, tractatu de Euchar. dicentem 1. cap. *Et tamen eadem est caro tunc de Virgine nata, & caro nunc verbo vitæ de pane consecrata. Propter nos homines dignatus tunc homo nasci; nunc pius ille sui nos optat corpore pasci.*

Mariæ vbi reliquiæ in mundo inueniantur.

Poza.

Petrus Blesensis.

Sed hoc ipsum constabiliunt sententiæ deuotissimæ, quibus dicitur & creditur à viris probatissimis, ad formandum suum corpus ex corde Matris Virginis sumpsisse Christum sanguinem; proindéque & sanguinē à Christi fusum corde, de quo n. 44. vbertim sum loquutus, fuisse eundem sanguinem, Mariæ quem à corde suscepit eius Filius. Primum ex magna Incarnationis puritate satis patet; à putiori nanque parte debebat hæc patrari; atqui Virginis pars purior illius cordis fuit ibidē inclusus sanguis; ergo inde Filij sui formatum corpus extitit, vt dicitur egregiè à Seraphico Doctore lib. 4. cap. 8. Compen. Theolog. & à S. Bernardino tom. 4. de regim. Dei serm. 1. à S. Damasceno & ab aliis quos suppressos, allegat & non sequitur Alfonsus Salmeron, tract. 9. de mysteriis Infantiæ Saluatoris; cum quibus est Pomoērium lib. 1. p. 7. & Vssuna in Missus est p. 2. serm. 18. Nec obstat Augustinus hoc numero relatus, & alij quiqui Patres, ex carne Matris Christi dicentes corpus factum, id etenim illi dicunt loquendi lato modo; dū caro loco sanguinis, & sanguis loco carnis vicissim permutantur; & meritò, cum caro spissus sanguis sit; ac sanguis caro liquida. Secundum verò claret ex principiis Philosophiæ, qua docetur ab Aristot. de generat. & corrupt. membrorum primum omnium creari semper cor; etsi Hippocrates & Galenus pro hepate contendant; & Hurtado ex recentioribus omne corpus simul velit æqualiter formari; de gener. dis. 2. sect. 7. à n. 97. Quibus tamē refutatis videtur mihi potior Aristotelis sententia, qua stante, Christi cor, vt res primùm creata, quamuis Christo hecce prioritas tēporaria nō extiterit, (quo dato etiā Hurtado opinio nobis fauet) formationis ipsius Christi materiam vendicauit. Cum ista verò ex sanguine illius cordis fuerit, bene sequitur quod sanguis à latere profusus, ex corde Matris eius Sacramentorum lapidicinæ veraciter manauerit.

Ex Mariæ cordis sanguine formatū Christi corpus.

S Bonau.

S. Bernardinus.

S. Damascenus.

Salmeron.

Pomoērū.

Vssuna.

Quid primū in quouis corpore formetur animalium.

Hippocrat.

Galenus.

Hurtado.

Vt sanguis Christi lateris ex corde Christi fuerit; & iste ex corde Virginis.

48. Hinc moraliter iam cessat miraculi admiratio; cur sanguis atque aqua ex corde Christi mortui tam citò prosilierint, quam ex hominis æstuantis ægretudinis calore ebullire solet vena incisa ferri cuspide Nam licet Christus esset iam vita sua cassus, cor eius erat viuum, quia Virginis tunc anima viuebat animatum; tum quia sanguis cordis ipsius, erat Virginis, quæ viuens existebat; tū etiā quia anima est magis vbi amat, quam vbi corpus animat. Et cū Virgo tam impensè amaret Christi cor, vbi erat cordis sui diuinus ille sanguis, cor eius animabat; vt veritas oraculi per Simeonem promulgati effectū sortiretur; *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Nunquā enim perforata Dei Matris fuit anima, nisi in corde Filij sui, quod vtique animabat; sicque anima duorum *Tuam ipsius animam*, Maria in loco isto vocatur rectè anima; de quo aliquid Bernardus serm. in signum magnum. Nisi pariter dicamus, & animam Ioannis cor ipsum, super quod paulo ante recubuerat, amanter animasse, & viuum amoris sui scintillis conseruasse.

Maria vt animauerit defuncti Filij cor.

Luc. 2. 35.

Ioannes Christi cor in Cruce vt animauerit.

At vero literaliter quò totum pondus vergit, hinc optimè conijcitur, cur ex sanguine plus cordis, quam corporis Saluator instituere voluerit Ecclesiæ Sacramenta. Quia sanguis cordis sui, & suæ Matris erat; ac ideo sanguis Adæ; quo Adæ ipsius congruum peccatum obliterari; *Ipsa conteret caput tuum*; non alia, dixit Deus, ac proinde non aliunde nisi ex homine priori ad ipsum primum hominem mundandum sumpta mulier;

Ex sanguine cur lateris redemptio sit peracta.

Gen. 3. 15.

mulier; non etenim gloriosè, nisi proprio suo gladio vt accidit Giganti, truncatur sæuus hostis. Vnde Christi cum sathana certamen peracerbum describit Leo Papa in Natiuit. serm. 1. *Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis, quam diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani, vt inuentor mortis diabolus, per ipsam quam vicerat, vinceretur. In quo conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum est, dum Omnipotens Dominus cum sæuissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra congreditur humanitate, obiiciens ei eandem formam, eandémque naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem.*

S. Leo Papa.

Si ex alio quouis sanguine prodirent Sacramenta; puta, ex illo per augmentum corporeum agglutinato; nō ex substantia prorsus vera ab Adamo comparata, sed ex alia per alimenta posterius aggregata & corpori adunata, nos Christus repararet. At ex corde Virgineo hoc sanguine collecto, & in corde Redemptoris mirifice recondito, nos redimens per Crucem & plagam sui lateris, verè Adamum, quà est mortuus, ex morte liberauit. Quæ omnia Sacramentorum lapidicinam firmant istam, cuius tandem testimonium sic profert Epiphanius in suo lib. 3. hær. 72. *De Maria enim accipitur illud, quod dictum est de Ecclesia.* Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. *Sanctus autem Apostolus dicit;* Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. *Et vide scripturarum accuratam dicendi proprietatem; quod de Adam quidem dixit, formauit; de Eua verò non formatam sed ædificatam.* Accepit enim (inquit) vnam de costis eius, & ædificauit ipsi in vxorem. *Quo ostendat Dominum de Maria formasse sibi corpus, ab ipsa verò costa ædificatam esse Ecclesiam, in eo quod punctum, & apertum est ipsius latus; & mysteria sanguinis & aquæ; pretia Redemptionis facta sunt.*

S. Epiphan. — Gen. 2. 24. — Ephes. 5. 32. — Gen. 2. 22.

De nostrarum columnarum figuris primum iactis.

49. Solent omnes qui domos magnificas ædificant, illarum prius sæpius figuras exarare, vt sic pluries delineatæ euadant pulchriores; ita cap. 12. in cathegoriis Augustinus, & D. Tho. 1. p. q. 35. cum q. 44. ar. 3. Quare nihil dubitandum de nostrarum columnarum figuris quam diuersis. Quæ, quot, & quales fuerint oportet aperire. D. Tho. in omnibus priscorum Sacramentis depictas esse ait; quia nostra Sacramenta antiqua prænotarunt 1. p. q. 101. ar. 4. ad 1. & alibi sæpissimè in summa Theolog. Cuius mentem præuenit, & auxit D. Paulus in verbis ad Corint. *Omnia in figura contingebant illis.* Quibus ego cum similibus ex epistola ad Hebr. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur;* in omnibus à principio clarioribus operi-

Domus prius delineata, quam facta & consummata. Augustin. D. Tho. — Sacramentorum quæ figuræ. D. Tho. — 1 Cor. 10. 11. — Hebr. 11. 3.

A bus, & præcipuè cum bonitate in septenarium desinentibus, effigiata Sacramenta Christiana verum credo. Nam si cunctæ Scripturę nociua septenaria, peccatorum septem vmbras Viualdus esse putat, initio Candelabri; cur non erunt Sacramentorum æqualiter imagines quæque ibi perutilia septenus claudit numerus? Ita sanè, & perquammaximè priores septem dies, quo mūdus est creatus; septem Cæli Planetæ; Apocalypsis stellæ septem; septem oculi atque cornua eiusdem libri Agni; septem tubæ Angelorum ibidē personantes; septem oculi super petram; septem lucernæ Candelabri; septem illæ ablutiones Naaman in Iordano fluuio; Abrahami semptem agnæ; septem panes quibus Christus esuriem turbæ B paoit; Quas figuras Sacramentis inuenies applicatas per Seraphicum Doctorem lib. 6. cap. 5. Compend. Theolog. per Hosium Card. cap. 33. per Pinctum Lusitanum in Ezech. 37. & peculiariter per Viualdum in aureo Candelabro.

Viualdus. — Apoc. 1. 16. cap. 5. 1. cap. 5. 6. Zachar. 3. 9. 4. Reg. 5. 10. Gen. 21. 28. Matt. 15. 34. Bonauent. Hosius. Pintus. Viualdus.

Quoniam autem nunc in domus figura commoramur, vel saltem detinemur, præ cunctis duæ mihi summopere complacent; quarum prima sit Eua à Deo ædificata; sic enim eius creatio; non formatio sicut alia Adami viri sui; sed ædificatio, sicut domus in Gen. appellatur; prout S. Epiphanius perpendit paulo supra; & Augustinus de Gen. ad lit. cap. 14. quo loci sic pro nobis. *Cur autem non est dictum finxit; aut fecit, sicut in om-* C *nibus supra operibus, sed ædificauit, inquit, Dominus Deus illam costam, non tanquam corpus humanum, sed tanquam domum? Non est dubitandum, quoniam hæc facta sunt ob aliquid significandum, fructum futuri sæculi ab ipso iam primordio generis humani Deo præscio in ipsis suis operibus misericorditer prædicante.* Sed quisnam fructus iste, nisi fructus ventris Virginis, qui in Eua ædificata ædificium domus suæ Ecclesiasticæ signauit? ita vt dicat D. Paulus de Adamo vxori suæ amatoria verba prima tenerrimè loquente; *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Mysterium hoc magnum est* (scribit cęli tuba) *ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Hæc enim domus est à Christi facta pectore, & in Eua ex viri sui dextra quondam latere; cui nu- D psit Adam melior; & cum ea tam immobiliter, ac vir in domo sua, sic mansit vxoratus, vt ob ipsammet reliquerit in summa veritate, quod Adamus in figura ad Euam suam dixit; *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, &c.* Isidorus apod Glossam; *Quod per historiam completum est in Adam, per Prophetiam significat Christum, qui reliquit patrem & matrem & adhæsit vxori suæ, id est, Ecclesiæ, vt sint duo in carne vna. Soporatus est enim somno Passionis, vt ei coniux, id est, Ecclesia formaretur.* Reliqoit nanque Patrem, ad suom quando dixit; *Deus Deus meus vt quid dereliquisti me?* Matrem quando tradidit eam dilecto Euangelistæ: & tum demum vxori suæ, seu, Cruci, vnde profecta Ecclesię Sacramenta, adhęsit in perpetuom;

Gen. 2. 22. — S. August. — Cur Eua ædificata, non facta nūcupetur. — Gen. 2. 24. — Ephes. 5. 32. — Isidor. Vt patrem & matrem Christus reliquerit in Cruce, vxorique adhęserit. — Matt. 27. 46. — Ioan. 19. 27.

Ex Can. & S.Luc.22.19.

Hac quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.

Secunda vero domus quæ arridet figura, eſt illa domus Regię, de qua in ſacro textu;

3.Reg 7.1.

Domum autem ſuam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit. Quod tamen nec de templo, nec de domo ſaltus Libani ab ipſo fabricatis, inuenies ſic relatum; videlicet, vel numero tertiodecimo completas, vel perfectas & abſolutas fuiſſe domos tantas. At quæ domus illo templo pręſtantior & perfectior? vt de iſta quod de illo non dicitur, dicatur? in eloquiiſque Diuinis ſignãter aduotetur? Domus eſt proculdubio, quam noſter verus Salomon ſibi ipſi ædificauit, vt ſupra dictum fuit n. 11. A & 12. de qua ita noſter pius & doctus vir Vſſuna ſerm. 47. in parte Occidentali; *Ideo tredecim annis perficitur hæc domus, quia per Christum & Apoſtolos ædificatã eſt Eccleſia, perfecta, & conſummata. Et quia maior eſt gloria domus iſtius nouiſſima, ſcilicet, Eccleſia, pluſquam prima, id eſt, Synagoga quam non perduxit ad perfectum, quia teſte Paulo neminem ad perfectum perduxit lex. Atque adeo illam conſummauit Chriſtus, vt illa Chriſtum conſummauerit, corroſerit, conſumpſerit; vnde dixit per Pſalmiſtam,* Zelus domus tuę comedit me. *Alium cibum quam me ipſum nolo dare domui meæ; quia* Caro mea vere eſt cibus; *Cibus perfectus, qui vſque ad perfectum finem valet hominem perducere, quouſque eum inhabitantem in gloria mente faciat.*

Vſſuna: Domus tredecim quæ annis ædificata inueniatur.

Hebr.7.19.

Pſal.68.10.

Ioan.6.55.

DE CONVIVIO IN COLVMNARVM iam domo præparato, ad verba quæ ſequuntur; Immolauit victimas ſuas.

50.  OLEMNE fuit ſemper conuiuia celebrantibus, prius domum ad cõuictum lautiſſimè adornare; deindéque edenda viuentia iugulare; & alia non viuentia diſponere & aptare; poſt iſta verò menſas & abaces parare; & vltimò ad pręparata conuiuas inuitare, vt fecit Aſſuerus, & Chriſtus in Matthæo; *Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos, dicens; Dicite inuitatis; Ecce prandium meum paraui; tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias.* Sed prius in hoc loco, ſub nomine Sapientiæ, vbi in domo iam extructa, columniſq; ſuffulta *Immolauit victimas ſuas*, id eſt, victimas & cibaria viuentia iugulauit; deinde menſã ſuam peroptime parauit, & tandem ad illam gentes ſolerter conuocauit; de quibus in ſequentibus agendum erit numeris; in iſto nanque tantum de victimis tractabitur.

Matth.22.4.

Immolare quidnam ſit & vnde vocis ethymon.

Et quidèm hęc immolatio Sacrificatio vera fuit; tam propter verbum, *Immolo*; quod à pulte mola ſalſa, inter cornua victimarum antiquitus profuſa, nihil aliud quam ſacrificare ſignificat ex ſe; vt eſt apud Virgil. Æneid. 12.

Virgilius.

Immolat, & pœnam ſcelerato ſanguine ſumit.

Quam propter verbum, *Victima*, quod de animantibus ſacrificãdis ab homine victore huiuſmodi appellatur, vt teſtis eſt Ouidius Faſtor. lib. 1.

Victimarũ quæ ſit ratio & etiam ethymologia.

Cudius.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.

Ergo bene ex domo tanta has victimas habente Eccleſiæ domus iterum firmatur & ornatur, nam quemadmodum dumtaxat in templo Salomonico, intra fines Iudææ, extabant Sacrificia; ſic hodie tantum ſunt intra limites Eccleſiæ; Iudęa quæ eſt vera, Meſſiam Chriſtum confitens.

Iudæa quæ Confeſſio, & etiam quæ nunc vera.

Ianſenius in hunc locum pro *Victimas* in plurali; in Hebraico *Mactationem* in numero ſingulari haberi nobis aſſerit: *Immolauit mactationem ſuam.* Quare autem in Hebraico hæc Victima tam vnica, Latinéque tam B multiplex? vt omnis ſit, quam habet cęlo & terra per quam diues Diuina Sapientia? hoc enim comprehenditur, dum dicitur genericè *Immolauit victimas ſuas.* Quia omnis opulentia theſaurorum diuinorũ, vt loquitur Apoſtolus, & Beatitudinis Conuiuij in vno tantum Chriſto abundè continetur, vt indicat Ianſenius; ſed illo longe clarius Palacius in Matth. ad locum modò allatum ex ipſo Euangeliſta; *Ego credo tauros & altilia Chriſtum vnicum eſſe. Vnus Chriſtus vocatur agnus, vitulus; hircus, vitula rufa; turtur, paſſer occiſus; & alia multa. Ergo ipſe eſt tauri, & altilia.* Pro Euchariſtiáque egregie Lyranus C noſter dicens: *Immolauit victimas, id eſt, ſe ipſum in Cruce. Qui dicitur victima in plurali, quia continet virtutem cuiuſlibet alterius Sacrificij. Et huius victima memoriale eſt Sacramentum Euchariſtia, in quo ſub ſpecie panis continetur corpus Chriſti immolatum; quod eſt Fidelium cibus.* Videatur Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 17. cap. 20. & D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 4. ſed etiam 3. p. q. 22. ar. 3. ad 3. & q. 48. ar. 3. & q. 60. cum ſequentibus duabus.

Vt Chriſtus ſub ſe claudat quaſcunque mũdi victimas. Palacius.

Lyranus.

De menſa pane & vino ſolummodo parata; at dapibus ſub iſtis ornata cunctis alijs, ad verba immediata; Miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam.

D

Prou.9.2.

51. HIc iam omnium victimarum ſub vna contentarum recenſio & explicatio ſub vino clarè expreſſo, & pane ibi intellecto patenter innoteſcunt. Quia victima, atque victimæ hucúſque conuelatę vini & panis Sacrificiũ iam clarè ſine velo quocunque demonſtrantur. Vini quidèm patenter à Domino propoſiti ſub verbis *Miſcuit vinum*, panis verò latenter, ſed clarè, ibi ſuppoſiti; quia nuſquã ſine pane alicui menſa ponitur, ſub aliis ſubſequentibus; *Et propoſuit*

Cur vini plus quam panis in cõuiuio Sapiẽtiæ memoria celebretur.

posuit mensam suam. Quapropter vini fit, non panis hîc memoria. Panis etenim supponitur, cum mensa quæuis ponitur; nec certè sine pane acceditur ad mensam, quamuis sæpe sine vino hanc perant viri sobrij. Quæ sobrietas, & panis vulgaris suppositio ex sequentibus apparet, dum panis ante vinum, & vinum mixtum aqua conuiuis sic offertur. *Venite, comedite panem meum; & bibite vinum quod miscui vobis.* Hæc loci istius frequens, & solita expositio. Ego verò explicationem eidem nouam dando, dicam quod in priori, *Miscuit vinum & proposuit mensam,* non fuit propinatio ex mẽsa iam parata, sed potius mensæ ipsius anterior præparatio; solet quippe semper vinum vbi crescit generosum, ac crescit in Iudæa, misceri prius aqua, per horas, vel per dies, secũdum illius vim, vt sæpius vidi factum, quò melius ebibatur. *Miscuit vinum & proposuit mensam suam*; id est, vinum contemperauit, & mensam pręparauit, quæ duo non libatio ex ipsa mensa sunt; sed præuia dispositio. At verò in posteriori recto ordine & stylo loquendi ac conuiuandi, panem vino præponendo, hoc optime libatur, & vnusquisque iam inuitatur ad mensam sapientiæ; *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis*; id est, miscui præparando; solertia conuiuali; nunc autem præparatum, attemperatúmque iam præbeo.

Prou 9. 5.

Quàm omnia Christus omnibus.

Sed quare Sapientia cum tanta confidentia ad mensam suam vocat, cum in ea pręter panem & vinum nihil habeat? Quia Christus sub his rebus duabus occultatur, qui quidem cum sit vnus est cuncta cunctis viris viuentibus per normas doctrinæ Christianæ; quemadmodum Cabasilas testatur per hæc verba; *Saluator in se viuentibus est omnia, cum sit alter simul & alimentum; & ipse est, qui panem vitæ dat, & vita est viuentibus, & vnguentũ spirantibus, & vestimentũ operiri cupientibus. Ipse est via, per quam ambulare possumus, & ipsa via, insuper & terminus viæ, adeòque & diuersorium; membra nos sumus, ipse caput; certamus, vnà certat; præclarè certamus, præses est, & arbiter; vincimus, mox corona est.* Elegantius, ni allucinor, Ambrosius de Virginibus, sic dicens lib. 3. *Omnia Christus est nobis: si vulnus curare desideras, medicus est; si febribus æstuas, fons est; si grauaris iniquitate, iustitia est; si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est; si cælum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est.* Vnde solum panem istum à Deo postulamus. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; cum nobis præter panem sint tanta necessaria; *Quia* (vt asserit Paschasius in Matth. 6.) *Pater cum Christo nobis omnia simul donauit aut præsentia, aut futura; Sit tantum ille nobis cibus quotidianus, & omnia in eo simul nostra erunt.* Quo sensu dixit Præsul & fulgor Rauennatum, serm. 95. *Qui se tibi hîc manducandum dedit, quid suum tibi negare poterit in futurum?* & Hugo Card. in caput 5. Luc. *Sequentes Dominum omnia reliquerunt, at in eo omnem sufficientiam tunc melius inuenerunt.* Vide Hieronym. ad Amandum; & Cyrillum apud catenam Angelici Doctoris Matth. 22.

Cabasilas.

S. Ambros.

Luc. 11. 5.

S. Paschas.

S. P. Chrysologus.

Hugo Card.

52. Nec debet pętermitti in Virginis pręconium, de qua etiam præsens domus communiter exponitur, ipsam nobis mensam istam Sacramentalem posuisse; pro vt optimè in hom. de illius dormit. Andræas Cretæ ait; *Quæ ipsam Sapientiam secundum carnem genuit, se ipsam tanquam mensam mysticam, cælestémque parauit.* Sed quomodo se totam in mensam pręparauit, cum tamen eius Filius, cuius corpus in hac mensa refectio nostra est, à solo Matris corde vt corpus fabricaret materiam sibi hauserit? Quia etsi à solo sanguine ipsius cordis Virginis corpus sibi in Incarnatione Redemptor composuerit, in nutritione & lactatione à Mariæ toto corpore processit Christi corpus; quia lac à toto corpore in vbera descendit; ac proinde totam mensam parauit V. Mater; de qua ita S. Germanus in Theoria Eccles. *Crateras sanguinis Christi interpetreris mammas Deiparæ, salutare lætitiæ poculum, & tutelare, ac conseruatorium totius generis humani.* O quantas hinc Mariæ tenemur grates reddere? profectò totus mundus est illi propter hoc summopere deuinctus, obstrictus, obligatus.

Andræas Creten.

Maria ex se vt mensam Eucharisticam parauerit.

De famulis ad mensam conuiuas inuitantibus, ad verba subsequentia; Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.

53. Mensa cuncta cum lautitie instructa & decorata, prudentissimè iam Domini Conuiuatoris Sapientis pro conuiuis inuitandis, ab eo serui eius idoneè destinantur, mittuntúrque per orbem. Nam cum locus quò sunt missi, in isto vocatur, hic locus omnis locus & orbis est circuitus; de quo melius quam de paruo circuitu Iudeę excurrunt illa verba; *Designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus.* In omnem nanque terram venturus erat ille, qui venit omni terræ; & qui etiam propter hoc; *Oleum effusum* nomen habet; vt oleum plenum luce, in omnes mundi plagas; vt effusum, quoquouersum diffusum & conspicabile. Nec malè cum hi serui vocare iussi alios, Apostoli sint primùm, secundum Lyræ mentem, de quibus Rex Propheta; *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: & Christus in Matthæo. *Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias, & impleta sunt nuptiæ discumbentium* nimirum, ad manducandum, & sumendum panem istum; cuius esus perquam merito hîc nuptię nuncupatur, quia in eo Christus nupsit Ecclesiæ vniuersali; & fuerunt verè duo in vna tantum carne; vt dixi paulo supra; cum Gen. eloquiis; & potest etiam dici cum illis Euangelij; *In me manet & ego in eo.* Et tanquam nuptus ibi Ecclesiæ vniuersali, Christiadas per mundum vocauit vniuersum;

Luc. 10. 1.

Cant. 1. 3.

Lyra. Psal. 18. 5.

Matth. 22. 9. 10.

Ioan 6. 56.

nam exitus viarum, terrarum sunt extrema, & fines orbis terræ, qui exitus non habent, sed gyro indesinenti quocunq; sese vertunt. In qua domo tantus Dominus connubia celebrauit, & coniugij suauioris deliciis vsque in finem fatetur occupari, qui habuit pro deliciis nobiscum commorari; *Et delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Prov. 8. 31
Matt. 28. 20.

Post quos seruos Apostolicos, Pontifices, Pastores, & Parochi sunt alij, qui debent ad has nuptias, & conuiuium solertissimè Fideles conuocare; ac per orbis latitudinem, quo tanta Fidei egestas, currentes & ardentes, vt fulgura, inuitare; prout ipsis in percelebri Concil. Trident. hoc munus commendatur. Sed nullibi tam bene quam fit in isto loco; vbi viri tam egregij ancillæ nuncupantur; non adeo quòd ancillæ prædictæ sint scientiæ & artes omnigeniæ ancillantes & famulantes scientiæ Theologicæ, atque modo sibi debito Eucharistiæ seruientes, & ad mensam nostræ domus cum laude conuouocantes; de quo late Marcellinus in sua Encyclopedia; melius autem quantum breuius, ac etiam collimatius, Seraphicus Magister in opuscul. de reductione omnium artium ad Theologiam, quod in fronte opuscul. affixum circumfertur; si res seruiens Theologiæ, Eucharistiæ simul seruit, quam in nostra Præfatione n. 38. Theologiæ esse principium & finem demonstrauimus. Sed vt melius intelligatur hos viros conuocantes obedienter & humiliter, vt Lyra noster ait, huic operi teneri. Ancillæ nanque obediunt, & seruiunt naturaliter; illi autem tanto muneri idonei sunt, dumtaxat, qui credunt obediendo mandatis Christi Domini, & seruiunt exequendo illiusmet præcepta, ac alios inuitandò ad horum complementum; ita vt neque desit eis obedientia sine robore, neque robur sine obedientia & humilitate necessaria. Vltra quæ, aliud in ancillis inuenio domui nostræ non parum comparabile; quòd ancillę intra domum seruire tantùm solent, & famuli istiosmodi ex domo debent esse, nec existentes ab Ecclesia per hęresim seimmoti; nec Ecclesiam fines aliquos habere confitentes, per orbis vastitatem. Ab omni quippe mundo Fideles conuocantur, de quibus mox agendum, postquam aliquid de arce & mænibus huius domus, ad quam ipsi compellantur, nonnihil hîc dixerimus.

Episcopis & Parochis pro Eucharistia quod sit munus.

Ancillæ cur dicantur præcones Euangelici

Marcellinus Cupumnus.

54. Domus autem notantissimè arx, ciuitas, & mænia, quæ tamen idem sunt, hoc loco nuncupatur; quia ciuitas à ciuium vocatur vnitate; hęc verò muris cingitur, & pluribus familiis (vt domus vna tantum) copiosior quasi domus, pacifice habitatur. Verùm domus atque ciuitas (hęc altius eleuando) Ecclesia est habitata Fidelibus per orbem; arx autem & eius męnia septena Sacramenta, quæ Domum, & Ciuitatem, nimirum Ecclesiasticam, tutissimè defendunt; cum eius sint pręsidia & fortia propugnacula, de qoibus lib. 6. Hexam. Ambrosius; *Murus est Ecclesia, turres eius sunt Sacerdotes.* At aoarè supra modum; non dicens quæ sit arx, vel męnia ciuitatis; ad quæ cęli Sapientia per potentias ancillantes Christicolas compellat; quod benè noster fecit Antonius de Monelia, in suo tam doctissimo, quam opere piissimo spiritu Dei pleno, vocato *Sursum corda*; tom. 1. lib. 2. cap. 7. de Eucharistia & Sacramentis sub figura pręcinctæ muris arcis perbellè & verè aiens; *Arx est altissima, & muri quanto magis appropinquant ad arcem, tanto sunt altiores. Arx seu fortalitium Sacramentum est Eucharistia, quod est eminentissimum inter omnia Sacramenta, & est in medio quia omnia alia isti Sacramento deseruiunt, & ad istud sunt ordinata. Sex muri in circuitu sunt sex alia Sacramenta, quasi sex mænia circundantia ciuitatem, & ipsam munientia.* Hæc ille; & quæ sequuntur, præcisis præcindendis.

Ciuium vnitas est Ciuitas.

S. Ambros. lib. 6. cap. 8.

Antonius de Monelia.

Arx & mænia quanam via Eucharistia & Sacramenta.

Primus murus tam humilior, quam elongatior & separatior ab arce panis huius, Baptismi est Sacramentum. Nam quemadmodum murus præcingit totam arcem, à forinsecisque rebus secernit ac tutatur; ita sanctus Baptismus lõginquior murus est, aquarum mole cinctus; qui ab his qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus Ecclesiam benè separat. Cuius muri figuræ fuerunt Circumcisio, & maris rubri transitus; quibus fuit Abrahamus à populo infideli, nec non populus Hebraicus ab aliis segregatus.

Baptismus primus murus & quibus figuratus.

Gen. 17. 11.
Exo. 14. 21.
1. Cor. 10. 1.

Secundus iam propinquior & murus eleuatior, est sancta Confirmatio; quia sicut est nobilius cuicunque Regis militem existere, quam plebis & populi ordinarij; ita dignior Christiano quouis alio non confirmato est planè Confirmatus. Vngebantur olim viri per luctam pugnaturi, hodie verò Christiani cum diabolo singulare certamen subituri; cuius murus vt Baptismus quammultis patet iaculis. Eius figura visa est, Numer. primo cap. vbi milites à militibus Deus iussit separari; sicut vncti Christiani ab aliis nondum vnctis non parum seiunguntur.

Confirmatio murus secundus, & quanam re signatus.

Num. c. 1. & 3.

Tertius alio pręcedente interior & excelsior, Pœnitentiæ murus est; res nanq; longe maior, amicum Regis esse, quam eius purum militem. Tales autem pœnitentes, nam alij Christiani sunt milites gregarij. Quoniam autem semper multi ex muris occiduntur, hic murus pro hominibus occisis factus est; in quo multum murus iste præcedit cunctos alios; dum reliqui viuentes non possunt sospitare, hic vero vel defunctos ad vitam refert gratiæ. Figura cuius lucet Leuit. 16. vbi celebris Confessionis effigies prænotatur.

Pœnitentia tertius murus, & eius quæ figura.

Leuit. 16. 21.

Quartus cæteris præfatis ob amoris excellentiam, qui cernitur in eo, Eucharistiæque nobiscum amorem repræsentat, intimior & sublimior, Matrimonium clare noscitur à quouis contemplante. Egent etenim præsidia, ne cito consummantur non tantummodo pugnantibus, sed propagantibus militibus; quos Catholica militia desiderat vt alia, quò possit conseruari. Figura istius

Matrimonium quartus murus, cum celebri figura.

claret

Gen. 2. 23.

claret in Gen. principio, & mulieris cum homine Matrimonio celebrato.

Extrema Vnctio, quintus murus & eius figuratio.

Quintus omnibus prædictis secretior & excelsior extrema patet Vnctio. Nam si anima per vnionem in Matrimonio figuratam sponsa Christi fit, per Vnctioné in domum Christi, videlicet in gloriam, patentem illius ędem, feliciter infertur. Huius equidem figura resplendet Reg. 3. quando iussu Dei Elias inunxit duos Reges; in Prophetámque similiter, id est, videntem Deum, discipulum Heliseum. Qui enim Christi Regis & vncti serui sunt; de seruis Reges fiunt; & de Deum non videntibus, Vnctionis beneficio, videntes ipsum Deum.

3. Reg. 19. 15. & 16.

Ordo sextus murus est, & quando figuratus.

Sextus cunctis iam præhabitis abditior & superior, est Ordo Clericalis. Nam si anima per Vnctioné Sponso pręsentatur, per istud tangit ipsum, deosculatur, amplexatur, non solúmque contrectat, sed etiam verè conficit. Huius autem figuratio in Exo. præcessit, & lib. Numer. vbi Dominus instituit Aaronicum Sacerdotiū; vt ij, & nemo alius videndo, atque tangendo, portando, & ministrando, accederet ad Sacra.

Exod 28. Num. 3. per tota.

Eucharistia murus septimus, de illóque non pauca.

At tandem murus septimus, non murus tantùm simplex, sed turris, arx, & firmum Ciuitatis fortalitium, Eucharistiæ est Sacramentum. Si etenim per Ordinem Sponsum tangit anima, per istud ei vnitur, & vnum fit cum eo; *in me manet, & ego in illo*; de qua turri in Salomonis Prouerbiis hoc offenditur; *Turris fortissima nomen Domini.* Si verò nomen Domini, quò magis eius corpus? Quinque autem turris hæc Eucharistica operatur. Primò enim à dæmoniorū nos protegit insultibus, quemadmodum Israëlitas ab Angelo inuasore defendit sanguis agni. Secūdò in finem mundi conseruat ciuitatem; quoadusque perueniamus ad terram pręstolatam; sicut populum Dei manna ad terræ vsque promissę vestibulum conduxit. Tertiò arma quæ offensiua communiter vocantur in hostes iaculatur, dum per corporis vulnera, quæ turris sunt foramina, sagittas longe mittit, & iacula contorquet. Quartò arma defensiua militibus concedit; dum ipsæ Christi plagæ cauernæ sunt subsidij, asyláque salutis. Quintò tandem secum omnium virtutum fert præsidia & tribuit instrumenta; vt dicitur in Cant. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium* Ad huius ergo turris celsissimum fastigium ascendat contemplator; quæcúnque terræ edulia & xenia obliuiscendo, ac Altaris sese totum subdendo Sacramento; ita vt mundi vitæ mortuus non viuat nisi Deo; à cuius fixis pedibus ad caput vsque saliat; osculis cum suæ animæ, vt tulerit deuotio suauiter lambendo; amoréque audaciam tam validam sugendo, vt possit Dei auxilio de illo ad Deum ipsum clementer eleuato, scribi, quòd in Patris clementis collum cecidit, seu potius mirè ascendit; vt Pater penes Lucam cap. 15. n. 20. in collum filij perditi amore summo ceci-

Prouer. 18 10.

Exod. 12 13.

Exod. 16. 35

Saluatoris quinque vulnera vt vitę vibrent arma, & morti vitā auferant.

Cant. 4. 4.

Luc. 15. 20.

dit, ne amplius ille caderet, sed surgeret in Deum. Hæc monelia prout dixi abscisis abscindendis.

De prima nostræ mensæ inuitatorum qualitate ad verba copulata; Si quis est paruulus, veniat ad me.

Prouer. 9. 4.

55. PErgit Salomon, & paruulos per seruos dictos vocat; *Si quis est paruulus veniat ad me.* Et benè solos pueros inuitat primo loco; quorum vocatio à Sapientia & à Sapientissimo principio procedere dignoscitur: quia pueri à puritate, qua nitent primis annis, vt docet Isidorus lib. 1. cap. 10. Ethym. nomen habent; hi autem prius omnibus sedilia istius mensæ merentur occupare. Hinc arcæ cibum nostrum in multis adumbranti, & manna illius vmbram in vase continenti, duo aurei Cherubim adinstar puerorum ad latera assistebant. Cur autem Cherubim, vt pueri efformati, cum aliæ creaturæ sunt ipsis puriores? Quia nulla ex rationalibus idoneis Eucharistiæ, tam puri inueniuntur. Hi arcam figuratiuam vtrínque terminabant, in obsequium cibi illic seruati in vase aureo, vt in 1. Apoc. insinuat D. Tho. Nec nomen Cherubini discordat ab hoc facto; cum Cherub. à *Rabiah* quod puer est Hebraïce, originem componat; quemadmodum sup. Exo. in cap. 20. testatur Oleaster.

A puritate dicti pueri.

Cur arcæ Cherubim informam puerorum.

D. Thom. Cherubinorum & puerorum cur idem sit vocabulum.

Oleaster.

Sed quare Melchisedech Sacerdos huius panis, & bonus atque apprimus illius dispensator, ipsum dedit non pueris pro eo dignioribus, sed homini grandęuo, notissimo Abrahamo, cuius casu hanc doctrinam corruere putabis? quia sic de Abrahami prouecta senectute Diuinus textus loquitur; *Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centū septuaginta quinque anni; & deficiens mortuus est in senectute bona.* Quo loci noster Lyra mirandum quid obseruat, videlicet, hos numeros distinctos in Hebraïco huiusmodi inueniri; *Centum anni; septuaginta anni; quinque anni.* Cuius quidem diuisionis si ratio perquiratur, ille tibi subsequentem egregiam satis reddet; *Ad significandū quod Abraham fuit ita mundus à peccato, quando fuit centum annorum, & septuaginta, sicut quando fuit solummodo quinque annorum.* Ecce causam à puritate. Ecce quoque pueritiam in tanta senectute; qua senex tam maturus non tantùm iuuenescens, sed etiam puerascens, ad purissimum Sacrificium præ pueris omnigenis inuentus solùm dignus. Nec mirum; nam si puer annorum centum Deo est prorsus maledictus, quid erit centenarius, & longe maior homo, pueritiæ & puritatis annorum tam paucorum? sanè quantū Abraham centenarium superabat, tantum simul puritatem puerorum mundiorū post terga relinquebat; talis enim existimatio debetur illi Seni, qui cum Deo consuetudinem tam miram semper habuit.

Genes. 14. 18. & 19.

Gen. 25. 7.

Lyranus. Abraham annorum quinque cur tempore quo obiit.

Hæretici Gentilibus quamualde impuriores

56. Verùm in gratiam, siue potius confusionem hæreticorum, qui omne purum calcant, & omne impurum laudant, operibúsque approbant, lubet non Scripturæ, sed ipsorummet Gentilium proferre testimonia; vt sciant vel ab ethnicis quam longe præcedantur. Adsit primus Mantuanus, etsi male de re audiens; qui Ænei. lib. 2. de ista sic profatur, & Æneam de Sacrificiis loquentem sic inducit;

Virgilius.

Tu genitor cape Sacra manu, patriósque Penates
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo,
Abluero; &c.

Gentiles quam mũditiem in Sacris obseruatint.

Id est, aqua decurrente, quæ melius purgat sordes; vbi pluries se lauabant carentes Fide viri, Sacrifici Romani, de quibus canit Persius in Saty. 2.

Persius

Hæc sanctè vt poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

Lotiones ante Sacra Gentilibus quã solitæ.

In quo ille, vt Poëta, qui quidèm sunt libidinis cantores fraudulenti, deficientes à veritate, & vanitate decipientes, Gentilium puritatem non parum mutilauit. Non enim bis vel ter grauissimi illi Heroes pollutam prius noctem (quod etiam Mauri faciunt) in flumine expiabant; sed potius per decendium, id est, per decem dies, Sacra sua facturi à ligitimo concubitu vxoris abstinebant; quod valde est memorabile, à testéque veridico, nimirum à Tito Liuio lib. 9. apud Brissonium de Formulis lib. 1. posteritati commendatum. Nam fœdatos nocte proxima præpeditos tanto operi, etiam quiqui contestantur Salaciorum Poetarum, quorum duos audi duces Ouidium, atque Tibullum; primum amorum lib. 3. Eleg. 6.

Titus Liuius.

Ouidius.

A tenera quisquam sic surgit mane puella,
Protinus vt castos possit adire Deos?

Secundum verò lib. 2. eleg. 1.

Tibullus.

Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab aris;
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Impuræ Deæ Veneris fiebant purè Sacra.

57. O Miseros nos certè, qui ista non miramur, & longissimo interuallo nequaquã supergredimur! Quid nos facere veritatis cogemur possessores, cum illius odoratores tam magna quondã fecerint? Illi deos suos turpes, vt patet ex Poëtis hîc proximè relatis, tam castos nuncupabant, quam Veneris impuræ celebrabant purè Sacra, prius sæpe mulieribus per aquam mundefactis. Quanta ergo Filij Virginis, ac summi Patris Verbi proferri verba debent, & Hostię pertractari, à nobis hæc noscentibus maiori cum munditie; & animi atque corporis eximia puritate? Admiramini ô Sacerdotes, & Hieronymum super hoc Enarra. 27. audite demiratum. Vosque omnis sanctitatis osores indefessi, & totius Castitatis continui oblatratores, qui hæresim sectamini, iam ori frena ponite, & in laudes continentiæ laxate linguas vestras. Quod vtique vt exactius complere valeatis, notate quæ Quirites in Cereris Eleusinæ, à patria sic vocatæ, solennibus peregerint, & quæ illorum augures pro suo rectè munere fungendo factitarint.

A De solennibus prædictis mundissime agitatis Brissonius sic scribit præallegato lib. 1. de formu. Rom. *Eleusinorum itaque Sacrorum initiatione impios & sceleratos voce præconis summotos fuisse, eaque de causa Neronem illis interesse ausum non fuisse, Suetonius auctor est. Ex diuerso M. Antoniũ Philosophum Eleusinæ Cereris templum adiisse, Sacrariúmque ingressum, vt se innocentem approbaret, Capitolinus in eius vita narrat. Lampridius in Alexandro Seuero de illo ait. Insitique vsum Eleusinis Sacris nemo ingrederetur, nisi qui se innocentem nouerit*; ô verè timoratum, & fortunatum tempus illud, qua nec hominum pestis, vt Nero latè fuit, innata sibi audacia & diuum irreuerentia solemnitati Çereali adesse pertentauit; quaque alius ex ingressu B in templum ipsius Deæ apud omnes innocentiam internam comprobauit. Qua munditia ea Sacra, respectus quibus tantus, tum fieri oporteret, perpendat qui hæc legerit. Nos verò qui maiori, quam illi, puritate, Deo segetum, atque segete incluso ministramus, ita vt tandem propter Deum sub pane latitantem, se ipso panis ipse omnino euacuetur; ita nobis hîc vacui profectò inueniamur; & dum Gentiles illos non longe superamus, à longe saltem quantum licebit prosequamur: si ita in rei substantia, de ista sit loquendum; multum nanque castimoniam nostratium Sacerdotum, præcedere antiquorum, nullus quidem mentis compos rem adeo claram nescit.

Brissonius.

Qua munditie inter Romanos peracta Sacra Cereris.

De auguribus Plutarchus in suis Proble- C mat. *Augures si vlcus haberent, inaugurandi officio prohibebantur; indicabant enim ab eo qui vlcus in corpore, & perturbationem in animo haberet, res Diuinas non esse tractandas.* Si autem qui ob vlceris angorem conturbatus à Sacris exulabat, quanto debet summoueri qui animæ & intellectus putredine quassatur? Sed iterum Plutarchus. *In die Veneris Sacro ex illius templo multum vini profundi in more positum erat; quo significabatur, diem festum sobrie agi oportere; quod dij longe magis vini effusione quam ingurgitatione gaudeant.* Quid amplius dixit Paulus, dum dixit ad Corin. qui comessationibus accedebant ad cibum Sacro-sanctum; *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis? & confunditis eos, qui non habent?* Quid meliusve Leuiticus, D dum iussit pro Leuitis; *Homo de semine tuo, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo.* Benè ergo nostro pani pueruli purissimi vocantur primo loco; quò Catholici Fideles non parum ædificentur, & hæretici è contrario rubore suffundantur, qui impuritatibus & ebrietatibus de more delectantur.

Plutarchus.

Sacerdos habens vlcus à Sacris Gentium exul, & simul à Moysaycis.

1. Cor. 11. 22.

Leuit. 21. 17.

De

Prouer 9 5.

De secunda proprietate ipsorum conuiuarum ad verba immediata. Et insipientibus loquuta est; Venite comedite panem meum; & bibite vinum, quod miscui vobis.

58. POst pueros, insipientes rectissimè vocantur, seu potius non præsumentes de dono Sapientiæ; hos enim Deus elegit, vt dixit eius Filius, has illi reddens gratias; *Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; id est, nihil de Sapientiæ nitore & splendore vesanè intumescentibus; nec scientia superbienti, inflatáque distentis. Nam cum paruulis hoc loco sapientes opponantur, qui tamen naturaliter haudquaquam sunt oppositi, tales paruuli sunt viri de Sapientia sibi data nequaquam euanescentes; & vt loquitur Apostolus *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes*; hoc est, fastum Sapientiæ humanæ non habentes, vt ait Interlinea.

Matt. 11. 25.

Qui paruuli ad Eucharistiæ vocentur Sacramentum.

Rom 12 16.

Glossa Interlinea.

Et re vera nil minus conducit mensæ isti, quam turgens Sapientia; quæ dum Deum (quem non potest) intelligere contendit, nec Deum valet capere, nec Fidem vult recipere; qua tamen Deus solummodo humiliter agnoscitur. Fides etenim à tumore naturali mentem deprimit; & ad res supernaturales intelligendas ipsam aptat. Nam intellectus, cum finitus natura sua sit, finita solum nouit, at Fide iacta in Deum, ad eum intelligendum se optimè disponit. Ita demum quod ad Deum venitur Fidei gressibus, non passibus corporeis scientiæ corporalis, per corporis instrumenta auarè comparatæ. Quapropter nil mirandum, si paruuli vocentur ad mensam Sapientiæ, cum humilitate in eam magna dumtaxat veniatur. Expressè cæli Doctor *Credere oportet accedentem ad Deum*; & ad eum venientem; nam accedere & venire est vna tantùm res. Qua humili scientia Apostolos veniebat, cum vtique dicebat; *Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut Sapientiæ; annuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*; id est, factum signum maximum & scandali spectaculum pro infidis Iudæis; qui Deum velut Iouem tonantem & fulminantem, ac diuitiis temporalibus ditissimum spectabant; & stoltitiæ, pro Gentilibus qui Romę Athenisque scientia præpollentibus, quidquid viribus Philosophiæ non sibi conquirebant, omninò respuebant, sed virtutis & Sapientiæ, non minus quam Diuinæ, pro ipsis Dei electis; quia Diuina Sapientia procedit modo alio terrenæ valde obuio; vt ait paulo supra, eloquiis plus legendis, & lente ponderandis, quam debeant hîc à me lectoris enucleari.

Ad Deum Fide Sola & Christũ vt veniatur.

Hebræ 11. 6.

1. Cor. 2. 1.

In Cruce qualiter Christus spectaculum sit omnibus, Iudæis, ac Gentilibus & viris Christianis

1. Cor. 1. 24.

A Nec solum ad Redemptorem venimus fide humili, sed & ipsa perseueramus; stamus ac manemus in eius disciplina; dicente summo Vate; *Si non credideritis, non permanebitis*; id est, non intelligetis notitia permanenti; vt opuscu. 59. exponit. D. Tho. non enim possunt firmiter Diuina comprehendi, nisi firmiter Dei verbis, præsertim in Eucharistia, quæ Fidei est consummatio (vnde & Fidei Sacramentum in Canone vocatur) firmissimus assensus, vt decet, verbis illis, quæ sola possunt terræ cælestia patefacere, à nobis præbeatur.

Isai 7. 9.

Fide Sola in Dei cultu vt liceat permanere.

Et tandem non tantummodo ad Deũ Fide veniunt, in eoque quiescunt, ac permanent electi, sed etiam ad eius mensam, & dulcem intelligentiam compellant viros alios; quocirca Rex Propheta; *Credidi, propter quod locutus sum*; vbi verbum *Propter quod* causalis est expressa; nemo enim potest benè de Dei arcanis loqui, quin Deo benè credat; & nemo potest benè ac fixè Deo credere, quin illico eius Fidem pro viribus non prædicet, loquatur, atque alios ad eum non inuitet, & vocet quantum valet; Sicut ait Augustinus explanans istum Psalmum; *Credentis necesse est loqui; non enim perfectè credit, qui quod credit, non loquitur* Res optima profectò pro seruis ad hanc mensam extraneos conuocantibus; nemo etenim à Deo vocatur, qui nõ vocet; ac alios mox ad eum perducere nõ satagat; Et rectè; nam si seruos ad vocandum misit alios; hi vocati proculdubio vbi Domini mittentis effecti serui fuerint, iam erunt vocatores; & ad mensam nostri panis inuitatores fidelissimi. Hinc Andreas primogenitus à Christo vocatorum, simulatq; in famulatum illius est vocatus, vocauit fratrem suum, quem omnium primum reperit; & si alium reperiret, hunc prius conuocaret. Philippúsque vocatus Nathanaelem festinanter ad Christum compellauit; Samaritana suos ciues; qui quidem iam vocati, & per Christum illuminati, à muliere noluerunt vocatos se vocare; quia vocatores iam tunc se pro aliis agnoscebant; *Et mulieri dicebant; quia iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere Saluator mundi* Cæcus doctos legis suæ vocabat cum dicebat; *Numquid & vos vultis discipuli eius fieri*: Et tandem cuncti boni ad Deum, vel res ipsas inanimatas, semper vocant; vt ex Psalmis & similibus patescit Vaticiniis; Isaiæque præsertim, qui incipit hoc modo; *Audite cæli, & auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus est*; & qui ad omnes Dei præcones sic intonat; *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Frigidus enim Christianus probatur esse quisque, qui ad Christum non inuitat feruenter infideles, & tepidos Fideles; cum lingua verba fundat ex cordis abundantia, & ignis priùs sinum comburat, quo contegitur.

Psal 115. 1.

Fide ad Deum vocare tenetur Fidem habens.

S. August.

Qui non conuocat ad Deum, vocatus nõ videtur.

Ioan. 1. 41.

N. 45.

Ioan. 4 28

N. 42.

Ioan 9. 27.

Isai 1. 2.

Isai. 58. 1.

Luc. 6. 45.

Prou. 6. 27.

59. Quo feruore sic dicebant hi famuli inuitantes; *Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ*; id est, paruulam

Prouer. 9 6.

& infantilem ſcientiam mundi huius abiicite & repellite; ſicut etenim pueruli non poſſunt ſuis manibus attingere res altas, ſic etiam nec Philoſophi cæleſtes & Diuinas humana Philoſophia; quamobrem dixit Paulus ſcientiam ſæcularem cum ſacra cregionè coiungens ad Corint.
1.Cor.13.11. *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir euacuaui quæ erant paruuli.* Ac ſi addetet; & ſcientia repletus viri ſum. Talis enim Fides eſt, vt mox dicendum erit; de qua Paulus ibi loquitur per verba immediata;
N. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem.* Quaſi tacitè ad obiectiones contrárias reſponderet, ſufficit enim Deum, nunc per ſpeculum videre, quoúſque facie ad faciem in cælis videatur.
Hebr.10.38. Et *Viuite* ſubiungit; videlicet, in Fide; quia *Iuſtus ex Fide viuit*; Nec enim ſine Fide fidelibus eſt vita, vt cunctis innoteſcit. *Et ambulate* (ſuperaddit) *per vias prudentiæ*; id eſt, per vias Fidei.
Cur Fides ſit prudentia, & multa de hac re. Fides enim meritiſſimè Prudentia nuncupatur; tum quia Deum reſpicit, de illóque eſt tantum; hic autem ſic profatur;
Prou. 8.14. *Mea eſt prudentia*; tum quia nil prudentius quam credere Dei verbis, qui nec fallere, nec falli natura ſua poteſt; quapropter ipſe ait;
Prouer.5.1. *Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam*; tum quia à Pſalte Fides prudentia vocitatur;
Pſal.118.98. *Prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt.*

Huius vero Diuinæ tam Fidei quam prudentiæ ſolæ viæ ad ambulandum ſunt nobis per quam aptæ, nam viæ ad hoc oportet quod planæ ſint & faciles, ac etiam delectabiles, id eſt, amænitate delitium miniſtrantes. Talis autem Dei via, & ſpecialiter Filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui via, veritas, & vita, vocatur in Ioanne;
Ioan.14.6. vt viaque, eſt planus; vt veritas, quam facilis; vt vita ſumme hilaris, & gaudium ſecum ferens. Vnde fit quòd ad vitam non fuit vnquam via, præter illam ante Chriſtũ à Deo Iudæis datã; & poſt Chriſtum præter noſtram per ipſum Filium Dei donatam Chriſtianis.
Quantum via Chriſti Fidei ſit melior cũctis viis. Nam reliquæ, nec planæ, nec faciles, nec lætæ; ſed viæ ſunt obſcuræ, ambagibúſque plenæ; & vſque ad mortem diram ducentes quoſque greſſus per illas ſuos dirigunt; vt ex variis opinionibus de Deo patens eſt; qui quidẽ ſine luce ab eo deriuata; & ſine ab eo nobis ſcientia reuelata, quæ ſanè Fides eſt, cognoſci nunquam poterit.
Thren.3.9. Hinc viæ deuiãtes à Chriſti diſciplina non planæ ſunt, ſed plenæ lapidibus illis quadris, quos plorat Ieremias, & ipſiſmet repletæ occluſæ & implicatę; nec faciles, ſed difficiles, vt dicunt qui per eas miſerrimè ambularunt;
Sapiẽt.5.7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis; & ambulauimus vias difficiles; viam autem Domini ignorauimus.* Perpende verba vltima *Viam autem Domini* quaſi via ſola vera, & malis viis obuia. Nec tandem viæ lætę, & hilares, ſed triſtes, de quibus Rex Propheta.
Pſalm.34.6. *Fiat via illorum tenebræ & lubricum; & Angelus Domini perſequens eos.*

A At vero viæ Chriſti & planæ ſunt, vt dixi, & faciles, ac gaudio omnimodè completę. De eius nanque aduentu ſic maior Prophetarum; *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons* Iſai. 40. 4.
& collis humiliabitur; & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt. Et clarius, ſeu diſtinctius de hís tribus differentiis; cap. 35. Nam de via Chriſti plana ſic ait idem Vates; *Et* Iſai. 35. 8.
erit ibi ſemita, & via; & via Sãcta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam. Quid planius hacce via? De via vero facili eiuſdem Redemptoris. *Non erit ibi leo, & mala beſtia* N. 9.
non aſcendet per eam; nec inuenietur ibi, & ambulabunt qui liberati fuerint. Quid leuius & facilius?
B Et de via loco vltimo lætitia ſumma plena. *Et redempti à Domino conuertentur, &* N. 10.
venient in Sion cum laude; & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Quid lætius, vel feſtiuius? ſed adde, ſi placuerit, principium eiuſdem cap. quod referam, quia de Chriſto lætiſſimè, clariſſimè, grauiſſiméq; incipit; *Lætabitur deſerta & inuia, & exulta-* N. 1.
bit ſolitudo, & florebit quaſi lilium (ô via pluſquam vernans, amœna, & delectabilis!) *Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron; ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Quare optime Rex ſapiens de viis Sapientiæ, & Filij Dei ſic dixit; *Relinquite* Prouer. 9. 6.
infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.

C Sed reſtat explicandum infantes cur vocauit; *Si quis eſt paruulus veniat ad me.* Etta- Prou. 9. 4.
men hîc infantiam explodit, atque ablegat. *Relinquete infantiam, & viuite & ambulate per vias prudentiæ.* Reſpondeo, quod infantes infantiáque ſunt duo, tam tempore coniuncta, quam moribus diuerſa; nam infantes ſunt puri, & ſimplices, ac candidi; infantia vero ſtulta inepta, ſocors, neſcia; & Chriſtus tantum animos ad menſam ſuam puros & optimos deſiderat, quantum ſæculi ſcientiam ignaram & incapacem faſtidit, atque reprobat.
Infantes cur Deus vocet ad menſam panis ſui & reprobet infantiam per verba immediata.
Nam primi bene veniunt ad eſcam tam ſublimem; ſecunda vero impedit ne veniant tales viri; vt patet ex conſilio quod ita iungit Sapiens: *Qui erudit deriſo-* Prouerb. 9. à n. 7. vſque ad 10.
rem, ipſe ſibi iniuriam facit; & qui arguit im-
D *pium, ipſe ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientem, & diliget te. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum & feſtinabit accipere. Principium ſapientiæ timor Domini; & ſcientia Sanctorum prudentia.* Id eſt, Fides, quam ſuperius prudentiam demonſtraui; & quæ pariter Sanctorum illuſtris eſt ſcientia, qua ipſi ſciunt Sanctos ſe facere, & ſaluare; & quæ optimè cum Domini timore copulatur. Quid pulchrius? Quid diuinius? Hi ergo ſancti ſunt vocati per Ancillas; hi pleni Dei Luc. 14. 21.
timore, euacuatique tumore, qui claudi, cæci, & debiles vocantur per quam meritò in Euangelico conuiuio; & qui ob fidem verſus ipſum Euchariſticum conuiuiũ ex clau-

dis

Luc 14.30. Anastasius Syn.

dis solidantur, & ex cæcis illuminantur in panis fractione. At rectè, nam vt ait Anastasius Synai. in Hexam. lib. 10. *Per escam habemus visus recuperationem, & Dei agnitionem, quam per escam ignorauerunt protoplasti nostri.* Quo ad mensam coouocati, iam illa digni manent.

Maria quãrum ponat Eucharisticum conuiuium.

60. Hæc igitur est mensa, quæ eotonide suaoi oune demum eoronabitur; si non solum à Diuina, sed etiam à Mariana Sapientia præparari, hominibúsque poni, in fine tibi pandam, & duleiter monstrabo. Illa enim panem hunc in Incarnationis die fausto subegit suo saoguioe. Illa panem iam natum, confectúmque lactauit; vt in serm. de

S August.

Annuotiat. fetibit Augustinus. *Lacta ô Virgo panem nostrum.* Illa panem decoxit amoris summi igoe; vode *Clibanum intellectualis*; vo- A catur ab Epiphanio. Illa esui tandem aptum in hac suptema mensa edendum oobis tradidit, sicut n. 52. superius dictum fuit.

S. Epiphan.

Lac & clibanus vt pane Eucharistici Maria.

S.P.Damianus.

Quare ipsi peringentia encomia concinamus, quæ P. Damianus io Natinitate istius Dominæ eidem sie intonat. *Hîc dilectissimi fratres, hîc rogo perpendite, quàm debitores simus huic Beatissimæ Dei Genitrici; quantásque illi post Dominum, gratias agere debeamus. Illud siquidem corpus quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod fasciis cinxit, quod materna cura nutriuit, nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in Sacramento nostræ Redemptionis haurimus. Impar est illi omne humana lingua præconium, quæ de intemerata carnis suæ visceribus cibum nobis posuit animarum, eum videlicet, qui de semetipso perhibet*; Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.

DE CONVIVIO DIVERSISSIMO prædicto copulato.

61. CÆLESTIS Philosophiæ Rex Sapiens auscultator, cũ opposita iuxta se posita lucere plus agnosceret, aliud nobis immediatè conuioium repræsentat; quod, vt eiusmet intẽtio perfectè adimpleatur, & mensæ oostræ booitas ex alia sibi aduersa lucidius cognoscatur, oõ tibi deoegabo; Sic autem fatur Salomon. *Mulier stulta & clamosa, plenáque illecebris, & nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suæ, supra sellam, excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. Qui est paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta est; Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit, quod ibi sunt gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi descendet ad inferos; nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.* Hæc ille; quæ à multis de muliere impudica, seu de ipsa impudicitia exponi, oon me latet, è quibus Salazar hoc mordicus tuetur. Ego autem cum Lyrano & Glos. Ioterl. de hæresi, non de luxuria hoc puto primùm ac etiam literaliter tractare. Nec enim mulier ista vocatur impudica, sed stulta atque clamosa, & nihil prorsus sciens; quæ praoæ plus doctrinæ, quam vitæ malæ quadrant. Vlterius quod hæc mulier oppooitur Sapientiæ; sapientia vero inscitiæ, noo luxui contrapooitur. Quæ inscitia de substantia hæreticæ est perfidiæ; sicut vitia sunt omoigena illius accidentia, & semper accessoria. Quod si hæresis cum luxuria de more simul graditur, hoc inde proficiscitur, quia à carne initiatur, ac bullit malus vermis distortæ disciplinæ, in carnémque, vt metam, quam quærit, terminatur; quemadmodum peroptimè scribit noster Castro lib. 1. cap. 11. aduers. omnes hæt. & lib. 1. cap. 1. de punitione hæreticorum. Vnde dixit petegregius Episcopus Roffeosis; Libidinem esse matrem & filiam istorum hominom; quia vel ex turpitudine doctrina turpis nascitur; vel

Prou. 9. à n. 13. visque ad finem.

Salazar. Lyranus. Glos. Interl.

Heresis mulier valde nescia; quæ centum scit clamare; & clamor eius qualis.

Castro.

Roffensis.

B ob ipsam turpitudinem liberius amplexandam hæc etiam excogitatur. Quo quidèm biooe capite multos habet apud se hęc mulier colligatos; dum vel mentis deliramentis à spiritu cadentes, in carnem delabuntur; vel carnis immoderatius delitias appetentes, ob eam se pręcipitant à via rectitudinis; de quibus idem Castro quamoalde visu dignus exponit haoc sententiam; *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.* Et illam D. Pauli: *Vt iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita* C *Dei, per ignorantiam quæ est in illis; propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ.* O verba cedro digna! & cęlo ac veritate cęlesti plusquam plena, ac eorda suo ingenit ô tettore pungitantia, seu potius transforantia! Quibus neutiquã absimilia sie habet Cyprianus; *Quanti, & quales Episcopi & Clerici post Confessionem & victoriarum superata certamina, post magna & signa mirabilia vsquequáque monstrata, noscuntur cum his omnibus naufragasse, dum volunt in naue fragili nauigare? Quantos leones domuit vnius mulieris infirmitas delicata, quæ cum vilis & misera sit, de magnis efficit prædam?* Et Hieronymus epist. ad Mattem & eius fi- D liam; *Ferreas mentes libido domat.* De quo latius suo loco. None aliquid de muliere ad hęresim dicamus.

Luxuria cur hæreseos sit mater, atque filia; & vermis qui à carne incarnem cursum facit.

Sap 4. 12.

Luxuria vt intellectum multorum secum trahat, & faciat coe cadere.

Ephes. 4. 18.

S. Cyprian. Mulieris quæ tyrannis in multos viros Sanctos, Cypriani demirando & valde timescendo ostensa testimonio.

62. Stulta, atque clamosa, & nihil prorsus sciens hîc ista nuncupatur; de qua possumus dicere cum Tullio de Antonio. *Nil sapere didicisti.* Nam tantòm seit nescire, stultámqoe, & ioscié clamosam semper esse; clamoribus stoltis prętendẽs obtioero, qood nequit rationibus; vt ranæ, quæ egressæ ex luto oon delectant, sed aures tantum verberant; ac tangit Augustinus de temp. 99. & Pierius verbo Sophista lib. 29. Sicut etenim perstrepere innatum ranis est, clama-

Vt hæresis duntaxat nescire beatè sciat.

Augustin. Pierius.

Vtranq; ſiut hæretici,

re, coaxare, & cæno, non in aqua diaphana & pellucida libenter babitare; ſic etiam vociferati, obſcænis occultari, ac ſimul ſine velo ibidem commorari, & munditiæ eregionè cachinnis inſultare, hęreticis eſt proprium. Hæ autem ſunt illecebræ in textu memoratæ, quę forſan Salazar ad explicandum de luxuria (& quia ſub muliere proponitur parabola) hunc locum compulere.

Hinc in domus ſuæ foribus clamoribus inſiſtit, & effrons ſemper conſidet, quia doctrinam domus ſuæ, non domus Dei diuulgat, & tradit magnis vocibus. Quod facit ſuper ſellam, in Vrbis loco edito, excelſo, & conſpicabili; quia in cathedra peſtilentiæ hæreticis eſt ſedes, & in excelſis pręconiorum verſari ſemper aueunt: ac ſimul vt decipiant in cautos auſcultantes, dum ſimias in hoc faciunt probatę Sapientię. Hęc enim ſuos docet in arce veritatis, ſublimi & naturali virtute inſuperabili; illa verò in vanitatis & prauæ falſitatis deludit conſiſtorio; fuco tantùm & coloribus inuentis à ſe ipſa, ornata ad fraudes ſuas proponens quęque tradit. Quare pueros ad ſe, vt Diuina ſapientia exteriùs clarè vocat; verùm pueros non puros, ſed potius petulantes, & pueritiæ laſciuienti inſania debacchantes. Vnde factum quòd non clamat tenore ſapientiæ; *Si quis eſt paruulus veniat ad me.* Sed *Qui eſt paruulus declinet ad me*; Quos etenim ad ſe vocat, à via veritatis deuiare & declinare, vt aſſerit Ianſenius, hęc mulier mala facit. Illa ſuos ſublimat, & in ſublime verè agit; hęc exturbat atque peſſum decliues ire cogit. Illa clamat ad vinū, ſpiritus dulcedinem, quæ hominē calefacit, & lætum vere reddit; hæc ad aquas inclamat carnalis amatoris, *Quia frigidum ex ſe eſt* (vt ipſe fert Ianſenius) *quidcunque mundus exhibet.* Nec ad frigidas aquas dumtaxat ſuos vocat, ſed ad aquas furtiuas & panem criminoſum, qui tanquam reus criminis, vt eſt apud Ioan. à luce ſe abſcondit; *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.*

Hæretici quos vocēt, & illis quæ proponant.

Ianſenius.

Ioan 3.10.

Sed quare res furtiuas, nocentéſque collaudat; quia ſicut iam libaui, ornare mala laudibus, hęreticis eſt proprium, & quò illa ſunt peiora, ac inferno digniora, eò ipſa ad cælum vſque præconiis ſubleuare. Nec fruſtra, cum virtutes, vt Sol, per ſe reſplendeant, & elareant ſuo lumine; id eſt, ſuis ſplendoribus & radiis virtuoſis; vitia verò velut tenebræ encomiis ſummis egeant; vt illorum ſic conditio appareat digna fide. Qua de cauſa hæc hæretici extendunt, & extollunt; peccata ſua prędicant, obſcæna ſua celebrant, immaniáque facinora ſcriptis ſuis comunt, depingunt, mangonizant, & fucant omnifariam; ſeu quod peius longe eſt, effrontes & ſub haſta, amoto fuco, vendunt; dum non felem pro lepore tantummodo diuendicant, ſed & felem pro fele; hoc eſt, mala pro malis, laſciua pro laſciuis, pro turpibúſque turpia patenter venum ponūt. In his enim velut *Sus in luti volutabrò*; perpetuò volutantur. Et cum iſtis immorentur, ac ſummè delectentur, amara verè vitia videntur ipſis dulcia, vt dicitur in Iob. *Animæ eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur*; & ea vt nimis dulcia bellaria tam manducant, quàm omnibus commendant, ac magnis verbis celebrant. Hoc autem voluptatis vel capti violentia, & etiam vi ſuaui illius vinculati; ſolet quippe voluptas ad affectum voluntatis adducere & captiuare per nobilem intellectum, etſi prius ille valde voluntati deprauatæ aſſenſum denegauerit; vel peccandi conſuetudine in imo ſuffocati, & imis rebus dediti; vel etiam Dei vindicta iuſtiſſimè grauati; qui nolentes intelligere, vt recta benè agant, intellectu quaſi ſint omnino deſtituti, peiores brutis ſinit; & ex culmine rationis teterrime labentibus, nō adeò rationem, quam lapſus linquit ipſis; quo tandem lapſus amant, ruinas oſculantur; virtutes verò è contra ex corde deteſtantur, a codio ſummo habent. Cū tamen ſint virtutes, vt cōſonæ intellectui, natura ſua dulces; at vitia vt diſſonantia infeſta, & repugnantia. Videatur noſter Caſtro ſuperius allegatus; & lib. 1. cap. 9. cum cap. 14. aduerſus omnes hær. vbi electos ne à vitiis moleſtis corrumpantur, immatura ſępe ait ſublatos morte eſſe; quod ex verbis Sapientię appoſitè confirmat; *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.*

2. Pet. 2. 22.

Iob. 6. 6.

Voluptas voluntatem ad hæreſim excitandam quamualde poſt ſe trahat, & mentem contra mentem, intellectúmque aduerſus quod illemet intelligit, ſubiciat voluntati.

Caſtro.
Hæretici cur morte non digni tēporanea.
Sap. 4. 11.

Heretici cur mala affectu ſummo laudent.

63. Nos autem qui pro Dei pugnamus ſapientia, Sapientiæ ipſius miras virtutes collaudemus; aquas vero furtiuas libenter profundamus; ſicut vina Sacramentorum in vaſcula animarum amanter recondamus. Euchariſtici præſertim, quod in vino, panéque apponitur Fidelibus. Cuius duo iam miracula de more colligabo; primum eius fortitudinis columnam patefaciens; ſecundum hæreticorum veſana claudens ora; vt diuinæ Sapientiæ veriſſimum alimentum, ſapienter bonos alens, & malos ſimul vexās. Illud affert copioſè Baron. tom. 8. de Theodoro qui in carcere tandiu fuit Euchariſtia dūtaxat ſuſtentatus, quandiu eum Leo Armenus impiiſſimus Monarcha enecare fame volens euentum non agnouit. Vbi verè hoc Sacramentum columnæ partes egit, dum fuit per tot dies afflicti ſui militis egregium fulcimentum, ac firmum ſuſtentaculum. Iſtud autem nihil minus diffusè Bredenbach. lib. 7. cap. 7. enarrat in hunc modum. *Vir quidam Caluiniana factionis vxorem habuit Catholicam, quam multis verbis inducere ſatagebat, vt accederet ad concionem Caluiniſticam. Illa cum diu reluctaretur, tandem aſperioribus verbis & minis perculſa Confeſſario ſuo rem aperuit, qui conſenſit, vt facta prius purgatione peccatorum, & percepta Sanctiſſima Euchariſtia viro pareat, & vna ſaltem vice concionem adeat. Obſecuta eſt illa conſilio Confeſſarij & Sacramentorum participatione munita, ad concionem ſeſe contulit. Mirabile dictu; mox vt mulier concionem ingreſſa eſt, obmutuit Concionator, nec verbum effari prorſus potuit. Itaque ſubſiſtens, ait; oportet hic intereſſe hominem aliquem, qui comedit panem à Papiſtis benedictum. Equidem hac vice vlterius*

Miraculum Theodori ſtudutæ, multis diebus Euchariſtia ſuſtentati.

Bredēbach.

Miraculum quo Concionator obmutuit Caluiniſta ad mulieris præſentiam communicantis ipſo die.

concionando

concionando non progrediar, aliàs officio meo plenius satisfacturus. Maritus concioni eidem intererat, & videns Concionatorem ab præsentiam hominis qui percepisset Eucharistiam diuinitus obmutescere, domum reuersus, quæsiuit ab vxore, num eo mane sumpsisset Eucharistiam, quo adiit concionem. Illa factum non diffidente, mox agnouit fallaciam & imposturas istius doctrinæ, quippe quæ adhibita ad præsentiam Sacramenti eorum Ecclesiæ Catholicæ sic flauesceret, & se ipsam vanitatis coargueret. Nec mora; mandauit luculentum excitari ignem, quem vxor verebatur, ne in A *ipsam pararetur. Igne vero iam accenso, vniuersos ille suos istius nocentissimæ farinæ libros collegit, in ignem coniecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reuersus est.* Quare tandem hancce aquam furtiuam relinquamus, cum Didimo in præsentiarum adducto à Salazar. *Abstine te ab aqua aliena; id est, doctrinam fraudulentam, & transuersum agentem fuge; nam apud Deum est fons vitæ, apud diabolum autem est fons mortis. Ex fonte Dei manat virtus & sapientia; ex fonte verò diaboli malitia, & immunditia.* Didimus.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO SEPTIMA,

QVÆ SEPTIMA ATQVE VLTIMA DE CREATIONE MVNDI EST; PRIMAQVE ex ſeptenarijs & extraordinarijs Enarrationibus; in Arithmeticæ Figura.

Super verba extra ordinem aſſumpta ex Sapientia cap. 11. num. 21. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.* Et Ioannis ſuper illa tam ſæpe repetita n. 56. *In me manet & ego in illo:* Quæ ſtatim primo numero vtrinque copulantur.

De continuatione ad præcedentia, & tituli ratione; atque thematis vtriuſque explicatione Numerus I.



Gen. 2. 2.

VONIAM Deus, qui infatigabilis natura ſua eſt, requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat, iuſtum eſt, vt nos, qui, opera illius enarranda ſuſcepimus in hoc opere, & paucis fatigamur, etiam in hac & quibuſcunque Enarrationibus ſeptenariis quietem capiamus; aliam, ſcilicet, materiam extra Geneſis hiſtoriam vocando ad Euchariſtiam, qoæ de illa nihilominus directo filo agat, è proximóque tractet; & ita ſit de longe ad eam compellata, vt quaſi non vocata cum aliis ſeſe vniat, & vnum tantum faciat; vt per rerum varietatem, quæ ſolet delectare, ſolatium comparemus, & per earum vniformitatem à ſcopo principali ſectando, & collimando, nequaquam ſéparemur. Talis mihi in præſenti Arithmeticæ eſt figura, quæ ſanè cum Euchariſtia, vel cum mundi creatione commone nihil habet; cum in neutra de Arithmetica quæcunque fiat mentio; & tamen cum vtraque mirabiliter concordat. Cum Creatione quia cuncta, & numero, & menſura, & pondere ſunt facta; cum Euchariſtia, qoia Arithmetica ab vnitate deriuatur, quæ vnitas io Euchariſtia collucet excellenter; *In me manet & ego in eo.* Ecce themata iam duo explicata & combinata; atqoe glutino ſuſui cum aliis catenata. Vbi obiter ſciendum, oec numerum, nec menſuram, nec pondus vllo modo Creationem præceſſiſſe, & ante muodum conditum vllatenus fuiſſe; imò potius cum creaturis formatis incepiſſe; ita enim ſunt à Deo æquilibrio conſtituta, vt pulcherrime tam numerus, quam pundus, & menſura exinde reſultauerint; vt de Gen. ad liter. lib. 4. cap. 3. & 4. ſummo iure obſeruat lomen Africæ. Vlterius, quod non ſolùm cum Creatione & Euchariſtia colludit Arithmetica; ſed etiam cum Arithmetica & Creatione vniuerſali Euchariſticum myſterium; cum Creatione ſicut patet ex cunctis ab Enarratione priori præcedentibus, & optime excurrentibus; cum Arithmetica ſicut claret ex vnitate inſinuata. Sed iam de re vtraque ſermonem producamus.

Enarrationes cur nam ſeptimæ in opere hoc ſint variæ; ſed variæ & vniformes cum ſerie reliquarum

Arithmetica cũ Creatione & Euchariſtia quantum concinat.

Sapi. 11. 21. Ioan. 6. 56.

Arithmetica vtrum nam ſit antiquior ipſo mũdo, cum mundus ſit creatus in numero, & menſura. S. Auguſt.

De ſimilitudine quam Creatio cum in Euchariſtia magnam habet.

2. MAgna herclè inter hęc duo verſatur comparatio; quia ſicut verbo Dei creata mundi machina, ita verbo ipſius Dei patratur Conſecratio; prout 4. de Sacrament. cap. 4. fert Ambroſius; Damaſcenus lib. 4. de Fide, cap. 14. & Chryſoſto.

Ambroſius. Damaſcen. Chryſoſto.

in

in hom. de Iud. prodit; quo loci sic pro nobis. *Et sicut illa vox, crescite, & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem, operante natura; ita vox illa*, Hoc est corpus meum, *semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ vsque ad hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum præstat Sacrificio firmitatem.* Quos præcessit Lugdunensium Antistes Irenæus, huius nostræ veritatis assertor validissimus; vt ille, qui Polycarpi discipuli Ioannis discipulus dilectos, ac ille Christi fuit; lib. 4. cap. 34. & lib. 2. cap. 5. Sequitur verò post quàmoltos Aotoninus 3. p. tt. 14. cap. 4. §. 1. adducens pro re hac Eccles. testimonium; *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Quod non adeo Creationi quam Eocharistiæ famolatur: illa etenim materialiter perfectè simul facta, sed neutiquam formaliter; at Eucharistia viee versa; nam formaliter in quauis ex materiis Sacramenti est totum Sacramentum, ad vocis sonom vltimom completè & simul datū; quę res est valde maior; cum forma sit nobilior materia qualicūoque; & forma hoius Mystarij nobilior quam materia & forma, immenso, tracto, Creationis vnioersæ; quapropter Antonious vsurpat illa verba; *Benedictus Dominus Deus meus, qui facit mirabilia magna solus.*

Creatio & consecratio quamualde sint similia.

Irenæus.

S. Antonin. Eccles. 1, 1.

Psal 135. 4.

In hoc autem discors est Sanctorum concordantia; qood alij Creationi; alij vero Consecrationi difficultatis primas offerūt; vtrique valde benè, sed aliter, atque aliter. D. Thom. 3. p. q. 75. art. 8. ad. 3. & q. 77. opus mirum Consecraodi putauit difficilius, sed facilius paulo supra Ambrosius memoratus; cui frequentior Doctiorum subscribit iudicatio; quos inter Bustus noster Rosar. 2. p. serm. 13. p. 2. huiusmodi profatur. *Quia maior est distantia inter ens, & non ens, quam inter ens & ens; imò tanta est differentia inter istas duas operationes, quod licet Philosophi concesserint vnam substantiā posse in aliam conuerti, vt aquam in aerem & è contra; sicut dicitur in lib. de gener. & corrupt. tamen aliquid de nihilo posse fieri, eis impossibile omninò visum est. Vnde ait Arist. de cælo & mundo lib. 1.* Ex nihilo fit nihil; *quapropter lib. 3. & 8. Physi. increatum mundum esse rem veram existimauit: de Moyséque subrisit, cum verba illius legeret;* In principio creauit Deus cęlum & terram; *de illa dicens ita;* Bene loquutus est rusticus, si probasset. *Ergo qui fecit maius, faciet & minus; nam illi cui plus licet, non potest non licere quod minus longe est, textus in L.* Non debet; de Regulis iuris. *Cap.* Cui licet; *eodem tt. lib. 6. Et cum Deus mundum visibilem produxerit de nihilo, magis poterit facere de aliquo quid aliud, quemadmodum de terra Adamum patrem fecit, & Euam de eius costa.* Hæc ille; à quo nec vnguem recedit Bellarmin. lib. 3. cap. 3. de Euchar. Sacramento; vbi ex rerum creatione, annihilationéque illarum, quæ hæ-

D. Thom.

S Ambros.

Bustus.

Creatio difficilior quā rerum trāsmutatio.

Aristoteles in Moysem irrisio & exprobratio.

A retici non negant; quantumlibet à Philosophis Gentilibus negentur, argumentatur à maiori. Nam si Creatio, quæ ex nihilo, & annihilatio quę in nihil natura sua tenduor, non improbantur ab hæreticis, ergo etiam nec vnius in aliam rem conuersio; *Quartum Mysterium* (scribit doctus & grauis Cardinalis) *creatio rerum est, ac etiam annihilatio, quæ ab omnibus Fidelibus Diuina potentia conceduntur, licet à Philosophis rideantur, & contradictionem implicare credantur. Nam qui dicit ex nihilo aliquid fieri, quod est creari; vel ex aliqua nihil fieri, quod est, annihilari, videtur dicere, nihil esse aliquid, vel aliquid esse nihil; quod tamen superat humanam cogitationem. Et nihilominus ista credunt, qui nolunt credere ea quæ sunt faciliora, vt vnum corpus possit à Deo poni in plu-* B *rimis simul locis.* Hæc iste; cuius ratio versatur in hoc cardine, quod valde minus sit in multis simul locis rem ponere existentem; vel illam quæ existit priuare quouis loco; quam aliam non existentem in nouo collocare. Sed cum istud, quod in rerum creatione visum fuit, sit valde difficilius, facilior sanè manet Christi corporis consecratio, & vnà in multis locis realis collocatio.

Bellarmin.

Prof in n locis do i char præ dum ment

Valde ergo Creationi consentit Eucharistia illa facta verbo Dei; hæc ipso verbo facta; illa facta in instanti; hæc ipso quoquomodo. Quod aliis in miraculis nō male visum est; nam & aqua zelotypiæ ad mulieres adulteras continuò perimendas, à verbis execrationis sumebat efficatiam; & ad vnicum conspectū sanabat serpens æneus. C Hæreticis, quibus proprium blasphemias iaculare, vim verborum Consecrationis natura metientes, impatientiáqoe mirantes, incantationibus hæc magicis, quā dæmones instrumētis adiuti naturalibus efficiunt quam frequenter, inuereeundia sua ductà æquare non verentur. Sed crassè, bardè & impiè; cum diabolus virtutes & proprietates naturales non possit rebus dare, oec substantiam certè io aliam substantiam transmutare, sed ad harummet præsentiam, per illarum efficientiā, ingenitámque vim cum limite operari. At nemo iuxta Philosophū dat illud quod non habet, & omnes sicut arbores, plus veræ quam inuersæ, quod habent, ex se donant. Quid autē possunt dare blasphemi perduelles, quam huiusmodi blasphemias, vt fructus verè soos, à suis lin- D guis pendulas? Vel quid homines diabolici, nisi Deum cum diabolo, qui Deus illorum est, ad inoicem conferre, aptare, & comparare? Quoniam autem provt dixi, in mensura, numero, & pondere, ac proinde in numerādi exactissima scientia, quæ Arithmetica vocatur, Creatio mundi facta, de numeris agamus; videamúsque de eis an congruant Eocharistiæ; sicut congruit perquamaptè creatio eisdem numeris, per Deum quibus fuit pulcherrimè absoluta.

Num. 5. 19.
Num. 21. 9.

Hæretici quadecausa blasphemi sint suaptè.

DE NVMERIS, QVI IN ARITHMETICA inueniuntur principales; & præsertim de Vnitate, Eucharistiæ nimis propria.

Numeri quatuor principales & quales Arithmeticis.

3. QVATVOR numeros Arithmetica agnoscit principales, qui vnitas, decenniras, centenitas & millenitas, scientiæ istius lingua à cunctis appellantur; habet enim quæque ars dictiones suas proprias, quas transgredi non licet. Qui numeri ab Vnitate formantur in hunc modum; Decenitas ab vnitate repetita decem vicibus; Centenitas à denario tantundem numerato; millenitas à centenario nil minus duplicato; ita vt ab vnitate hæc omnia deriuentur; & vnitas Dei instar, qui vnicus est solùm, procedat à se ipsa. Hinc numeri quicúnque maiores componuntur; nam omnes ex his fluunt; Eucharistię verò isti summoperè conueniunt.

Deo vnitas in numeris Arithmeticæ quam similis.

Vnitas sanè, dum hîc Deus Creator velut adest, quatenus mundum ob Eucharistiam) vt nostra fert sententia tam sępe indigetata) instituendam fabricauit. Bene autem eum Deo nostro Creatore vniuersali concordat ipsa Vnitas; ab vnitate nanque illa Sanctissima, & Purissima, quæ Trinitas est simul; egressa fuit omnis humana creatura; *Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Quæ omnia nihilominus in Deo semper sunt, eminentiori tamen modo quam sunt in semetipsis; qua via in Deo omnia sunt vnum perfectissimum. Quare inibi hæc sententia immediatè copulatur; *Quod factum est, in ipso vita erat*; nam hoc modo à viris plurimis hæc verba coniunguntur; è quibus comprobatur, quod omnia facta à Deo, in ipso vitam habent; & quatenus in Deo tam sunt, quàm vitam habent, sunt etiam Deus cum Deo; quia in Deo nihil est, quod totum non sit Deus, quo fit vt creaturæ dum sunt in Deo suo, sint ipse tantùm Deus, & vita illa Diuina totius vitæ vita, fons, ortus, & principium. Quamobrem D. Thom. Ioan. primo cap. *Creatura* (inquit) *in Deo creatrix est essentia.* Si autem creaturæ sunt Deus in ipso, Deo, in Deo sanè sunt tam magna & mira vnitas, vt possint de se dicere in Deo collocatę, *Nos & Deus sumus vnum*, sicut & Christus de se dixit; *Ego & Pater vnum sumus.* Ac proinde eum tam arctam cũ Creatore creaturæ commisceant vnitatem, & Deus modo prælibato vt Creator inueniatur in ferculo Eucharistico, benè vnitas eidem in Eucharistia accommodatur. Vlterius quod Creatio & Consecratio, sicut tetigi, quamualde sese referunt.

Ioan. 1. 3.
Ioan. 1. 4.
Eucharistiæ quantũ vnitas Arithmeticæ conueniat.
Quam verè creaturæ in Deo Deus existant, & vnum quid cum eo. D. Thom.
Ioan. 10. 30

Decenitas Eucharistiæ in quonam conformetur.

Decenitas nil secius Eucharistiæ conformatur, dum in ea quoque Deus Conseruator rerum est. Nam per decem Dei præcepta hic mundus conseruatur. Qua de causa per hominem ipsius mundi decimum, qualis extitit Noë, seruatus fuit mundus; quemadmodum Berchorius obseruat verbo decem. Mundus autem ab Eucharistico Mysterio sustentatur, vt dictum atque dicendum non paucies rectè memini.

Decẽ præcepta mundi vita, qua viuit ipse mundus. Berchorius.

Centenitas æqualiter cohæret huicce ferculo, dum tanquã dator gratiæ in illo Christus præest; de eo nanque canit Antiphona eius festi; *Mens impletur gratia.* Gratia autem per centenarium significatur in Matthæo. Hæc enim centum verum, æternę vitæ præmium; *Centumplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Centenitas in quo similis Eucharistiæ Sacramento.
Matt. 19. 29

Millenitas peroptimè huic quadrat Sacramentũ, dum Christus hîc assistit largitor suæ gloriæ; vnde additur in cantu eiusdemmet Antiph. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur* Gloria verò per millenarium his verbis explicatur; *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præterijt.*

Millenitas in quo eiã eidem sit conformis.
Psal. 89. 4.

Ergo quatuor hicce numeri Eucharistiæ assimilantur, quibus potest adaptari figura quam inuenies apud S. Bonauent. in Vigil. Natiu. serm. 4. ex illis, qui non constat an sint Istius Sancti; quo tamen pro re nostra egregiè satis dicitur. *Multiformiter Christus nobiscum est; in natura; in Eucharistia; in gratia; in gloria. Nam & Angelus dixit ad ducem Gedeonem;* Dominus tecum. *Et quatuor signis ostenditur Dominus cum eo; videlicet in rore, in pane, in igne, in lampade. Nobiscum ergo Dominus est in assumpta natura, & significatur in rore Diuinitatis descendente in vellus humanitatis. Nobiscum in Eucharistia, & significatur in pane hordeaceo subuertente castra Madian, id est, vires, diaboli. Nobiscum in gratia, & significatur in igne ascendente de petra; id est, gratia Spiritus Sancti de Christo petra orta. Nobiscum in gloria, & significatur in lampade, lagena fracta hostem fugante; lagena enim frangitur, dum corpus moritur. Tunc splendore lampadis, id est, sanctæ animæ diabolus confunditur.* Quæ omnia Christi corpori in Eucharistiæ Sacramento diffusè & satis benè, si voles, tu aptabis.

S. Bonau.
Iudic. 6. n. 12. cap. 21. n. 37. & cap. 7. n. 13 & 20.
Quadrifariam Deus nobiscum, in rore, pane, igne, & lampade in lagena.

4. Verùm intra supradictos, numerorum velut Sol, splendet longe vnitas; quia ab illa numerandi deueniunt atque fluunt quęcúnque rationes, & nihil extra fines illius numeratur. Nam simul ac in decem deficiunt vnitates, statim resumuntur in vndecim sequenti; quod ab vno super decem hoc numen sibi vendicat; quo fit vt decennaria, occulto licet modo, contineantur semper verè, & coronentur vnitate; dum ita computamus, viginti vnum; triginta vnum; cum aliis subsequentibus. Sicque prior cunctis numeris in isto Sacramento coruscat ipsa vnitas; ob tria, nec profectò infirma hęc fundamenta.

Vt vnitas numerorũ sit caput, & corona.

Primum quidem, quia hic cibus, inter nomina

Commu-nio atque Synaxis Eucharistia cur dicatur.

nomina qoibus solet celebrius & freqoentius à cunctis vocitari, quasi vnio sit communis, *Communio* nuncupatut; & Synaxis apud Grecos, quod idem prorsus sonat. Ita Diooys. cap. 3. de Eccles. Hierar. Damascenus lib. 4. cap. 5. & 14. Magister lib. 4. d. 8. vbi S. Booauent. & Richardus idem sentiunt. D. Thom. 3. p. q. 73. art. 4. Augustinus atque Beda ad illom locum Pauli; *Panis quem frangimus non ne communicatio corporis Christi est? Vnus panis, vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus.* Habetúrque in iure, in Cap. *Quia passus*; de *Consecr* d. 2.

1. Cor. 11. 16. 17.

Secundum, quia *Communio* per figuram Antonomasię rectissimè vocatur; quoniam etiam antonomasticè & excellenter res diuersas, oec vno tantom modo, sed multis, atque variis, vt mox dicendom erit, adunat Eucharistia. Vnde iam in natalitiis Ecclesię Christianæ nihil aliud bocce nomē *Communio* denotabat, qoā Communionē Christi corporis; ita vt tandem cum vir aliquis flagitiosus eo remporis Communione per sententiam cootingeret priuari, non vtique de Fidelium commonione, seu communicatione ab ipsis relinqoenda, conuersationéque vitaoda; quę quasi extra communicationem, excommunicatio nominatur, hęc pœna acciperetur; sed de sola sibi iohibita Communione Christi corporis, & sanguinis Diuini; vt optime obseruauit moltis titulis insignis, Archiepiscopus Vlyssiponen. Rodericus da Cunha; qui Roderici destructoris in regionibus Hispanię, tam nomen quam & omen ex noui Regis voce promota suo animo piissimo & doctissimo in restitutorem suę patrię feliciter mutauit; in Commentar. sup. Decretum d. 92. ad caput. *Si quis Episcopus* 7. n. 2. cum sequenti.

Communione quid priuati in Ecclesia primitiua.

Rodericus da Cunha laudatus incidenter.

Tertium tandem, quia Communio, communis tanquam vnio; non tantùm de singulari communione cum aliquibus intelligi fas est, quantùm magis de generali cum omnibus Fidelibus; atque simul de communicatione, quę illicò apparebit, cum rebus moltiformibos. Ante quæ nobis opem Dei imploret illa Virgo, quæ cū ipso Filio Dei, & Eucharistia Sacro-Sancta communis caro est: pars enim patris filius, vt Aristoteles lib. 5. Ethic. cap. 4. & Gregor. 1. Moral. cap. 34. peroptimi sunt testes. Hinqoe Sanctus Loyoleosis Dei Matris portionē, cum accedebat Communioni, meditabatur manducare; in quo ille sentiebat dulcedinem quam summam; vt affert Salazar Prouerb. nono capite.

Vt patris pars sit filius.

Marię quisnā carnem meditabatur manducare.

DE VNITATE NIMIS VARIA, ET VARIETATE valde vnica, qua fulget Eucharistia. Ac in primis de vnitate non parum variata, quam habet secum ipsa.

Eucharistia quanam via sit multiplex, & vna.

5. IRABERIS hoius tituli fortassis nouitatem, qua adeo rem tam vnicam, tam variam in eo facio; oon solum versùs alios, sed versùs semetipsam. At cito obstupescentis depooes supercilia, si cogites Eucharistiam, quaio dixi valde vnicam, multiplicem in se esse; tam in forma Consecrationis, quæ doplex planè est, quam in materia Sacramenti, quæ pane & vino constat; ac ideo re binaria; è quibus illa panis multiplicatur frequētissimè, dum super plures Hostias profertur Verbū Dei. Vode S. Alexander in principio de Consecr d. 2. Cyprianus in Cæn. Dom. & alij multi Patres, io plurali Sacramenta hoc vocant Sacramentum; de qoo dicitur in Missa; *Sacramenta quæ sumpsimus. Hæc Sancta Sacrificia.*

Ergo multiplex omnino Mysteriū Christianom; cui & vnitas multiplicata hancobrem sic est congrua, vt multi rationibus prædictis affirmaueriot, Eucharistiam tantum vnam, esse multa Sacramenta; quorum meminit D. Tho. 3. p. q. 73. art. 2. quo loci. P. Suarez disp. 39. sect. 4. & Valentia disp. 6. q. 1. punct. 3. tam moltos qoam & multa adducunt pro re ipsa. Ob quæ minimè à doctrina Angelica abscedendum; videlicet, Eucharistiam formaliter vnum esse dumtaxat Sacramentum; at verò materialiter quampluriès esse multa. Qood ille per cooiuiij corroborat exemplum. Hoc enim licee vnum & vnica comestio natura sua sit, ex cibo & potu fit; ac insuper ex cibis & poribus diuersis, palato & apparatui humano seruientibos. Vel dicendum substantialiter vnum esse Sacrameotum, etsi plurima formaliter, materialiter & accidentaliter frequenter esse soleat; provt 1. Enarrat. ad. n. 40. vbertim declaraoimus. Quibus fauet Meurisse in tractatu de Euchar. cap. 1. q. 3.

D. Thom. Suarez Valentia.

Eucharistia quanam via sit plura Sacramenta.

Meurisse.

De vnitate quam Eucharistia cum speciebus suis init.

Vnio Christi cum speciebus quæ sit, & quali nomine promereat appellari.

6. MAgna vnitas est præsens, ab omnibus tam nota, quam sæpe cōmendata; etsi valde litigetur, qoæ illa tandem sit; quare dubium boc minutatim dispooerè curabo. Sotus quidèm lib. 4. d. 10. q. 1. art. 6. non male confitetur, *Corpus Christi aliquo nexu sub speciebus contineri*: io quo ille concionantibus & contemplantibos hominibus feracem campum linquit, dum Christum vident hîc pro nobis vinculatum; & carceri specierum, quoúsque corrumpātur, amore mancipatum. Richardus ibimet art. 13. intimios Corpus Christi coniungi speciebus, quam ipsis prius fuerat substantia vnita panis, hac ait ratione, quia panis à spe-

Sotus.

Richardus.

Quam vinctus Christi Corpus Eu-

charistiæ Sacramento. cicbus ſubſtantia bene poteſt, vt accidit in hoc Sacro, miraculo amoueri; quod tamen Chriſti corpori vllatenus non licet, vſquedum ſpecierum natura non ſoluatur. Alanus Cardinal. hoc ipſum verum iudicat lib. 1. per multa capita, à cap. 34. Bellarminus de Euchar. lib. 3. cap. 18. Angelorum coniunctioni cũ corporibus aſſumptis hanc noſtram valde præfert; nec immeritò, cum illa duratione ſit exigua, ſubſtantiáque impropria; quapropter omnes alias inferiores vniones, quæ à multis de Euchariſtia cum ſpeciebus afferuntur, velut illa magnetis cum ferro (quaſi manibus naturæ colligato, vnde & magnes nomen forſan) quæ adducitur à Suarez, vt impares, & abjectæ, admitti neſas erit.

Alanus. *Bellarmin.*

B Quæ ergo talis vnio? Quod verò nomen illi imponi nos decebit? Hypoſtatica nullo modo hæc ipſa dici poterit, etſi parum minor viſa Alano dicto fuerit. Verumtamen inaniter; cum ſpecies non ſubſiſtant per ipſum Verbum Dei, nec in Suppoſitum Diuinum immediatè conuertantur; de quo alibi diffuſius; ſed pro interim videantur Durandus lib. 4. d. 10. q. 1. & Paludanus d. 11. q. 2. At neque ſubſtantialis, vel inhærentiæ naturalis hæc vnio nuncupanda; non enim Chriſti corpori vllatenus inhærent ſpecies Sacramenti, vel Chriſtus illas loco ſubſtantiæ ſecum fulcit; imò habent exiſtentiam creatam & ſeparatam, qua per ſe ſine ſubiecto extrinſeco ſubſiſtunt, vt docet D. Th. in ſua 3. p. q. 76. Nec pariter formalis; quia Chriſtus nunquam fit ſpecierum panis forma; vt ſatis per ſe patet. Nec tandem accidentalis; cum accidens ſit illud, quod adeſt, ſiue abeſt, ſubiecto non corrupto; atqui Chriſtus non niſi corruptum panem & vinum relinquit conſecratum. Ergo nihil accidentis hæc vnio planè habet.

D. Thom.

C Quare iſtis, atque aliis nominibus reiectis, Sacramentalis hæcce vnio veraciter exiſtit; & ita dici debet; quia Chriſtus Sacramentaliter in tanto cibo eſt; vt docet cum communi Conci. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. Auguſtinus de Trinit. lib. 1. cap. 10. D. Tho. 3. p. q. 75. art. 2. & Alanus paulo ſupra à nobis allegatus. Si autẽ quid hæc vnio importet ſecũ, quæras, reſpondeo, nihil aliud, quam præſentiam Chriſti corporis omnino præſeferre, ſpeciebus Sacramẽti arctiſſimè ligatam; dum illę in ſuo eſſe vigoréque durauerint. Explicatio verò iſta magis temporis deuoluit extenſionem duraturã, quam rei extenſionem; quapropter huicce nomini debet alterum ligari, quo pariter intentio patenter innoteſcat. Hoc autem nullum aptius, quam ſi vnio Sacramentalis, & inſtrumentalis, ſed inſtrumenti nequaquam ſeparati, imò potius miro modo coniuncti & adunati, hæc vnio vocitetur. Ita Henriquez de Euchariſtia lib. 8. cap. 28. §. 1. quinto q. Cuius opinio magis placet, quia Chriſtus in Sacramentis inſtrumentalis cauſa eſt, huiuſmodi inſtrumenti; vt viſum fuit ſupra, ad. n. 38. Enarrat. præcedentis.

Concil. Trident. D. Thom. Alanus.

D *Henriquez.*

A 7. Duo tamen huic doctrinæ putabis refragare. Primum, verè corpus Chriſti ſubſtantiam panis pellere, cum non habeat cum ſpeciebus ſubſtantialem affinitatem, quæ vt ſubſtantiam loco agat, videtur præ requiri. Secundum, verò dici hîc Chriſtum contrectari, & dentibus attingi, cum neutiquã ſpeciebus vnitus ſit externis, in quas cadere ſolummodo has voces ſatis claret. At primo reſpondendum, non eſſe coniunctionem ſubſtantialem neceſſariam, vt ſubſtãtia à ſede ſua natiua amoueatur; cum hęc poſſit per miraculum ab accidentibus ſecerni, & accidentia per ſe locum ſubſtantiæ conſeruare; D. Thom. 3. p. q. 76. Qui modus eſt facillimus, quamuis Suarez in præſenti diſp. 47. ſect. 3. Obſcuritatibus rem iſtam irretiat & inuoluat. Secundo verò æqua dicendum claritate, metaphoricè has de Chriſto locutiones euulgari; ſed appoſitè, atque ſcitè de eo enuntiari; ad præſentiam illius corporis in Sacramento latitantem perſpicuè demonſtrandam; ita vt iſtamet metaphora in Cap. *Berengarius*, de Conſecr. d. 2. hic vafer vſus fuerit. De quo tamen Berengario videatur Innocent. lib. 4. cap. 10. de Miſſæ Sacrificio.

Cur ſubſtantia panis abeat; cum tamen Chriſti corporis ſubſtantia quæ ſuccedit accidentia nõ ſuſtineat.

D. Thom. Suarez.

B

Cur atteri & attingi dicatur Chriſti corpus.

Innocent 3.

De vnitate quam Euchariſtia cum communicantibus hominibus, poſt illam ſpecierum, maiorem cunctis contrahit.

C

8. MVlta inſuper de iſta à Patribus traduntur, quæ arctiſſimum ligandi ſpecimen oſtendunt. Cyprianus illam vocat ſerm. in Cæn. Dom. *ſocietatem germaniſſimam.* Hilarius de Trinitate *Vnionem naturalem.* Cyrillus in Ioan. lib. 10. cap. 13. & 15. ac. 17. *Vnitatem ſubſtantialem vnita carnis carni; & cera ceræ alteri, calore liquefacta.* Quem ſequuntur Irenæus lib. 1. cap. 2. Chryſoſto. in Ioan. hom. 45. Damaſcen. lib. 4. cap. 14. Haymo 1. ad Corint. Nyſſenus in Catechi. & hom. de Euchar. vbi vnitatem cibi huius aſsimilat fermento, quod ſibi totam maſſam perſimilem conſtituit. Cyrillus Hieroſoly. Catech. 4. Myſtago vbi Chriſtum communicantes, quod Chriſtum ſecum ferant, Chriſtiferos appellat, & Chriſti concorporeos, ac etiam conſanguineos. Quibus addo Bernardinum tom. 4. ſerm. 3. de Euchar. art. 2. quo loci ſic ſe habet. *Sicut cibans & cibus ad inuicem vniuntur, ſic enim digne ſuſcipiens, per amorem ardentiſſimum in ipſum totaliter transformatur, & efficitur Deiformis; propterea Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Similitérque omnes Eccleſię magni viri; quorum quidem non decet aſperni auctoritatem, ſed potius magnificri; & hac in ſuo robore ac viribus ſtante, non valet dubitari, quin multum ſupra Chriſti vnionem ſpiritualem, Sacramentalis lucri afferat. Fruſtraneum nanque eſſet eius corporis Sacramentum, ſi ſpiritualiter

S. Cyprian. S. Hilarius. S. Cyrillus. Irenæus. Chryſoſto. Damaſcen. Nyſſenus. Haymo. Cyrillus Hieroſo.

D

S. Bernard.

Deiferi & Chriſtiferi Euchariſtiã manducantes, & quanta ſit iſtius cum communicantibus adunio, ac qualiter vocanda.

rualiter dumtaxat cum Christo ligatemur; vt optime annotauit Valeutia in 3. p. disp. 6. q. 3. pun. 1. §. 14.

Valentia.

Et verò substantialis hæc vnio nunquam arit; vt patet ex præfatis in n. præceden. & ex Cyrillo sup. Ioan. ad cap. 13. quo ille iam tam pridem, post multa atque præclara de Euchatistia enuntiata, pro nobis sic eloquitur: *Non negamus recta Fide, Charitatéque sincera Christo nos spiritualiter in hoc Sacramento coniungi; sed vllam nobis coniunctionem secundum carnem cum illo esse, id profectò denegamus, & à Diuinis scripturis alienum prorsus dicimus.*

Cyrillus.

Erit autem substantialis, spiritualisque in medio hæc vnio collocata, quę instrumentalis, vt præcedens, non male nuncupabitur; cum Christus non per se, sed tantùm per species istius Sacramenti, per instrumentum tanquam aptum, cuntingat manducantem, & in animam, atque corpus illius operetur. Præterea, quod hæc vnio localis quoque est, dum in vno loco iungimur cum ipso Christi corpore; & deinde assiduitatis, familiaritatisque extremæ; & ineffabilis charitatis, ac modi versus nos, vt illa quæ tesultat ex consuetudine tam iugi, tam arcta, tam suprema; & ex victu atque conuictu tam miro, & tam insolito; qui miros fructus affert; quemadmodum dicemus, cum agemus de prouentu istiusmet præseutiæ; quæ ex Regis in Palatio, seu prælio commorantis, dignosci benè potest. Nam vt ille, quantumcunque à paucis videatur, calorem dat negotiis, & rebus cunctis animam, ita Christus occultatus in isto Sacramentu, maiores, quam per Fidem & spiritum apprehensus, animabus præstat vires, quas alibi videbis. Hinc admonet Henriquez lib. 4. de Euchar. cap. 38. nullo modo demittendas locutiones supradictas; cum & Christus, & Apostolus his simul vsi fuerint; Christus quidem apud Ioaonem. cap. 6. n. 56. & 57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Apostolus verò 1. ad Corin. cap. 10. n. 16. *Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus non ne participatio corporis Domini est? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus; omnes qui de vno pane participamus.*

Henriquez.

Ioan. 6. 56. & 57.

1. Cor. 10. 16. & 17.

De vnitate quam & homines per Eucharistiam secum ipsis, & inter se commiscent.

In hominibus quę pax tam secum quam ad inuicē exorta ab Eucharistia.

9. HÆc quoque ab Eucharistia instrumentaliter promanat; dum homines ob eam componunt semetipsos, & non paucies neque parum se inuicem redamant, amorisque ligamine intensè solidantur, illorum simultates ardentes extinguuntur, rancores extirpantur, & pacis ab vniuersis serenitas optata delabitur in eos, ac fixè radicatur. Hæc propter Eucharistia vnitatis & charitatis vocatur Sacramentum per Angelum Scholatum; 3. p. q. 73. ar. 3. ad 3. & per Africæ Doctorem, qui in cap. *Hoc Sacramentum*; de Consecr. d. 2. hæc trita verba profert; *O Sacramentum pietatis! ô signum vnitatis! ô vinculum charitatis!* quę nomina vsurpauit Concil. Trident. sess. 13. cap. 8. Vlterius quod & pacis, concordiæque vexillum, & symbolum ibi dicitur. Ignatius illud vocat *Gloriam Dei, & pacem Christi*; Cyprianus sæpe ait; *Dare pacem lapsis*; id est, lapsos propter culpas à Communione segregatos, ad illam eos iterum amicè reoocare, admittere, introducere. Hæc enim pax existit, quæ homines adunat, & ex multis propter lucra ipsorum multiformia, multiformiter diuisis, dumtaxat vnum facit, & factum post confirmat; in annúsque consolidat. De qua pace promanante à nostro Sacrificio piè & doctè pro loquentem inuenies Catechismum in cap. de Eucharist. sect. 4.

A

D. Thom.

S. August.

Conc. Trid.

Ignatius.

B

Catechism. Pij 5.

Quare ipsa in exurgentis Ecclesiæ pueritia, cum aliquis Episcopus in Vrbem veniebat, & Romani conueniebat Pontificis pręsentiam, iste illius ad ingressum eum pignore Eucharistico, amicitiæ firmæ ergo, & veræ pacis signo excipere iubebat; vt testes sunt Eusebius histor. lib. 5. cap. 24. & Nicephorus lib. 4. cap. 39. At hodie pacis osculum insigitur in Missa; vt quia iam Fideles non possunt, prout olim in Ecclesia primitiua accipere quotidie hoc symbolum vnitatis, vnitatis saltem aliud recipiant magnum symbolum, per idem Sacramentum; vt in suo Vita Christi p. 2. cap. 56. Ludolphus nobis asserit. Quod osculum quantopere sit pacis, & charitatis emblema nobilissimum, & insuper argumentum omninò patentissimum, paucis multa significantibus profertur ab Ambrosio de Isaac & anima cap. 3. *Osculum est, quo sibi amantes inuicem adhærent, & velut gratiæ interioris suauitate potiuntur.*

Romam Episcopis ingredientibus Eucharistia quondam missa in pacis testimonium.

Eusebius.

Nicephor.

C

Ludolphus.

Quæ osculi natura, & cur in Missa detur.

S. Ambros.

Hac causa ad mensam istam amici atque charissimi tantummodo vocantur; *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Seu *Plenissimi charitate*; vt transfert Antoninus p. 1. tt. 6. cap. 2. §. 10. Quorum primi ad satietatem, & secundi ad ebrietatem quammeritò inuitantur; quia amicis tantum datur hic panis micis Dei amoris verè plenus; & quantò magis homines amici valde fuerint, ac intimè charissimi, tantò magis huius mensæ delitiis perfruetur; de quo Paschasius c. 10. de corpore & sanguine Christi, nonnihil pro re nostra. Quæ veritas (vt puto permissione magna Dei) apud inclytos Romanos enituit in figura; dum celebre conuiuium quotannis instautabant *Charistia* noncupatum; quod erat Sacrificium pro amicis & cognatis; tam viuis, quam defunctis; vbi homines huiusmodi non alij consedebant; ibique sepeliebant dissidia, & quasque rixas, exortas inter se; de quo Valerius lib. 2. cap. 1. sic se habet: *Conuiuium maiores nostri solemne instituerunt, idque Charistia appellauerunt, cui præter cognatos & affines nemo interpo-*

Cant. 5. 1.

S. Antonin.

D

Amici soli digni Eucharistico conuiuio.

Charistia quod conuiuium, Sacrificiúmq; extitere Quiritibus antiquis.

Valerius. Maximus.

tubatur; vt si qua inter necessarias personas querela esset exorta, apud Sacra mensa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis toleretur. Et Ouidius lib. 2. Fastor. versus finem.

Proxima cognati dixere Charistia *chari*
Et venit ad socios turba propinqua Deos.
Scilicet à tumulis: & qui periere propinquis,
Protinus ad viuos ora referre iuuat.
Innocui veniant, procul hinc, procul impius esto.
Frater, & in partus mater acerba suos.
Cui pater est viuax, qui patris digerit annos,
Qua premit inuisam socrus iniqua nurum.
Dijs generis date thura boni, concordia fertur
Illa præcipue mitis adesse die.
Et libate dapes, vt grati pignus amoris
Nutriat incinctos missa patella cibos.

B Quod mirificè subseruit Eucharistico conuiuio; tum quia simul erat conuiuium & Sacrificium; tum quia litabatur pro viuis & defunctis; tum quia solis gratia & amicitia naturali affinitatis vel consanguinitatis ad inuicem ligatis patebat eius aditus; tũ quia ipsius nomen Charistia vocabatur tum quia in Viriplacæ, id est, Deæ istius nominis, viros pace componentis, vicissimque placantis sacello libabatur: quæ quantum meum intentum colliment & corroborent, non vacat nec opottet alicui patefacere.

Viriplaca quænã Dea pro pace componenda.

Et bene noster panis amicis tantum datur; cũ vel ipsius postulatio amicos nos efficiat; nam petitur in plurali; *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Non meum, neque mihi, qui peto singulariter; sed nostrum, nobísque; à singulis quantumlibet petitum generaliter; vt ne peti quidem possit, quin in ipsa petitione cõcordes cunctos faciat; quos ideo magis facit, quia panis vnus est, vnitatis tam coniunctæ, vnitæ & solidatæ, vt licet diuidatur, edatur panis integer; quemadmodum Proconsuli Andreas prædicabat, & dicitur in Missa;

Luc.11 3.

Panis quare in plurali, quotidie, à Patréque cælesti postuletur.

Sumit vnus, sumunt mille;
Tantum iste, quantum ille
Integer accipitur.

Hic panis vnus est, respectu sui ipsius, qui etiam in multas partes dissectus manet vnicus. Et vnus atque noster, respectu manducantium; quia multos nos adunat, non solum manducatus, sed etiam postulatus. Hinc à cælico parente quotidie efflagitatur, vt quotidie & incessanter dimanans à cælestibus, nos vnicam progeniem vnius patris faciat, germanósque supernæ necessitudinis constituat. Quam quidem corruptelam iam Paulus deplorabat, cum vtique scribebat; *Audio scissuras esse inter vos.* Sed quatenam scissuræ? Quia *Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cænam manducare.* Et vnde cænam Domini non illi manducabant, qui ad eam manducandam conueniebant in Ecclesiam, & vnum semetipsos in illa faciebant? Exinde proculdubio, quia postea in viam suam vnusquisq; recedebat; dum alios cibos ibi sumebant multiformes. *Vnusquisque enim cænam suam præsumit ad manducandum.* Suam quidèm, non nostram; suam planè, non communem; suam certe,

1.Cor.11.18.

N. 21.

A non Dei sui; post cuius panis esum, iam plurimi in Ecclesia, aut forsan maior pars, abusu inolescente edebant cibos alios; quos diuites opiparos ad illam deferebant; at inopes exiguos, communes, viles, pauperes; quibus illi nisi tantùm verecundia replebantur; & in reliquo tam fame peribant, quam infamia. Vnde protinus Apostolus eosdem viros feriens in istum modum ait; *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Quod non adeò conuenire, quam potius secum ipsis disconuenire & dissentire ex magna parte erat. Hinc cænam illi Dominicam non bene manducabant, quia panem tanti Domini per suum diuidebant; cuius tamen diuisionis hic cibus hostis est, sicut omnis coniunctionis ligamen celeberrimum.

N. 21.

B 11. Nec verò tantùm vnit, quantùm magis vnitatis ipsius pactum est, & fœdus insolubile; quod à porca turpi & fœda, frequentes inter pecudes hoc nomen comparauit. Mos enim fuit olim Gentilibus percelebris, vt duo paciscentes, etsi regales viri, tenerent simul porcam & ipsimet occiderẽt; occisámque altrinsecus diuiderent in frusta; inter quæ duo fœderum religiosi patratores transibant pari passu; significantes eo transitu, se corporum suorum diuisionem præoptare, & à numine diuino enixe deprecari; quod & verbis solemnibus ac pulchris exprimebant; mortem fœdam atque diram imprecantes sicut illam, si ipsi pacti sacri firmitatem temerassent; ita vt tãdem qui hanc rumperet dirumpi à Deo vellet. Cuius mo-
C ris, vnde fœdus ferire, vel percutere Latina phrasi dicitur, est testis M. Tullius de inuentione lib. 2. Titus Liuius lib. 1. & Virgilius lib. 8. qui ita de re ista.

Fœdus vnde nuncupatum, & mos illorũ qualis,

A porca fœda fœdus antiquitus vocatum, & quare porca factum inferius explicabitur.

Tullius.

Titus Liuius.

Virgilius.

Armati Iouis ante aram, paterásque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Quem ritum in sacris literis inuenio insinuatum, seu potius ritè factũ, & solemni ritos actu peractum ac celebratum, Ierem. 34. vbi verba post non pauca huius fœderis prolata, hæc n. 18. *Et non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo; vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius.* Quo loci Theodoretus à Glossa memoratus hoc ipsum cum Abrahamo fecisse Deum notat; *Quando iussit arietem trimum, & hircum ac vitulum eiusdem ætatis (scribit iste auctor) in duas partes diuidi, & eas*
D *sic diuisas ex aduerso collocari, transiréque fecit clibanum fumantem, & lampadem ardentem per medium ambarum portionum, paciscens cum eo iuxta morem, qui tunc vigebat.* Sicut legitur in Gen. cap. 15. n. 9. & n. 17. Nec aliud fecit Deus per manus S. Moysis, quando sanguine duodecim oblatorum vitulorum respersit suum populum, ad illúmque sic dixit; *Hic est sanguis fœderis, quod pepegit Dominus vobiscum, super omnibus sermonibus suis.*

Ierem. 34. 18

Vt fœdera Gentilium ab scriptura sint accepta.

Theodor.

Gen. 15. 9. & 17.

Exo. 24 8.

12. Sed & Christus hoc ipsum perfecit, ac absoluit instituens Eucharistiã, in qua ille æternum fœdus percussit cum hominibus; cuius partes fœderales altrinsecæque clarè in illis verbis patent; *In me manet & ego in eo.* Quod sanguinis ac vitę diuisionę & effusione

Vt pacem, pactúmque in Cœna Christus fecerit.

ne firmatum pactum legitur. De Christo eanque ait hoc modo D. Paulus; *Pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Id est, pacem per sanguinem cum cælo & terra faciens, antiquàque dissidia hinc inde ventilata cruore suo delens, vt dicitur inferius; *Delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci.* Præterea, quod & panem in fœdere incruento diuisit, atque fregit, vt hodie ritè fit in ipso Sacrificio; quò per istas fractiones & diuisiones factæ rei pax melius vnicuique, & pacti pars donetur; & à singulis hæ possint facilius asseruari, vt pactio conseruetur. Hinc Iudas qui istius corruptor pacis primus, & ipse ruptus periit; *Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius.* Benè etenim in suo corpore diffundi laquei vi promeruit ille nequam, qui ptior pacis tantæ, peractæ Christi corpore, perfractor fuit sæuus; vt posteris maneret speculum & exemplum, ne frangerent hoc pactum; scientes, quod & ipsi, vt Iudas ruptus corpore, rumpendi mente essent, & anima infelici. Quod in illo visibiliter oportuit demonstrari; nam pœna quæ in principio cuiusuis legis ponitur, patenter & ad vnguem, vt alij sibi caueant, oportet adimpleri; prout optimè notauit, & exemplo datæ legis 1. epist. ad Corint. cap. 11. n. 30. Lyranus obseruauit. E contra vero Christo, qui pactum in suo robore illæsum conseruauit *Non fregerunt eius crura*; vel etiam in eius vmbra, & agno de quo dicitur; *Os non comminuetis ex eo.* Rectéque, vt in numero libaui præcedenti, porca sola inter pecudes pro pactis mactabatur; quia fœdi sicut porci sunt pacis transgressores, & tanquam sues sordidæ (quarum mors cum hilaritate vbique celebratur) debent isti cum lætitia vbique trucidari; & inter porcos illos Dei sui desertores perpetuum mancipari.

Coloss. 1.21. — Coloss. 2.14. — Actor. 1.18. — Cur Iudas ruptus periit. — Vt pœnæ in legum debeant principiis adimpleri. — Lyranus. — Ioan. 19.33. — Exo 12.10.

Quod tandem pacis pactum contentum in Eucharistia in illo casu mystico Iacobi Patriarchæ inuenies figurati; eo temporis, quo ille cum socero Laban super tumulum ex lapidibus hanc ob rem congregatum, vt eis pacti initi memoria quædam foret, ac pariter altare, & victimas litauit, & panem quoque fratribus cum suis manducauit; vt ait textus sacer; *Immolatisque victimis in monte vocauit fratres suos, vt ederent panem. Qui cum comedissent, manserunt ibi.* Per quem panem Interlinealis Eucharistiam interpetratur; & Rupertus sic se habens; *In confirmationem pacis in monte panem sumere, est de mensa Domini corpus ac sanguinem Christi pariter manducare, ac bibere. Etenim quotquot Sacerdotes, vel ministri Christi sumus, post altaris reconciliationem aduersariis nostris indultam, nullam de præteritis molestiis coram communi iudice Deo depromere debemus.* Et benè; cum hic mons vbi victimæ immolatæ, vocetur ibi tumulus è lapidibus congestus, & vt monticulus aliquantò à terra subleuatus; quis autē super tumulum cū fratribus comestus sic fuit panis vnquam, vt noster, qui veraciter super Christi mortis

Gen. 31. n. 46 & 54. — Glos. Interl. — Rupertus. — Eucharistia pacis tumulus, & pacis atque mortis Dei Filij monumentum.

A tumulum, sepulchrique memoriam, cum illis fuit fratribus dilectis manducatus, ad quos illorum Dominus; *Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Nullus sanè; nec qui fratrum tam firmum pactum fuerit; vnde & nobis in monumentum remansit tanti fœderis; quemadmodum colligitur ex verbis nunc productis.

Luc. 22.19. 1. Cor. 11.24.

13. At verò non tantummodo egregiæ pacis pactio, sed etiam pacis actio vocandum hoc Sacramentum. Inter quę hoc discrimen interponitur non paruum; quod pactio est de futuro in posterum obseruanda, & actio est de præsenti iam firmiter seruata. Quæ veritas patescit ex triplici figura. Prima quidem illius Agni, qui legis sub præcepto in vna tantum domo vorari iubebatur; ita vt si familia vnius non sufficeret, vicini vocarentur, vt idem posset agnus in totum manducari. Nonne autem longe melius, vt peculiarem suum agnum haberet quæuis domus? vel pauperibus ad hoc deficiente facultate, ipsius agni frustum, à domo in quam vocandi pro xenio amore pleno eisdem mitteretur? vt in magnis festiuitatibus Lusitanorum mos est pius, è quibus qui sunt diuites in festis solemnioribus inopibus vicinis abunde carnes mittunt, vt illi in suis domibus pacificè manducent, & festum diem agant. Nonne, inquam, melius hoc, & pauperibus honestis honestius valde esset, quam per domos alienas vagari & cursitare; & apud viros alios extraneos manducare, quod ingenuis semper fuit pudore magno plenum? C Quid autem in hoc Mysterij, vt ita à Deo fuerit res ista constituta ac simul imperata? A priscæ legis voluit incunabulis prioribus, in Conuiuium legis nouæ expressè denotare; præcipuéque in eo, quod multum ad amicitia viciniam colligandam hic Agnus Dei prævaleat. Quocirca nec pro dono has carnes mitti foras vllatenus permisit, imò vetuit, & prohibuit, in istum modum dicens; *Nec efferetis de carnibus eius foras.* Et quidem summo iure; cum tam hominum quam Agni separatio & condiuisio non parua secus fieret; vt in 6. disput. ad Exod. 12. Pererius adnotauit: *Hoc igitur præceptum pertinet ad mysterium latenter significans Sacramentum Eucharistiæ; cuius illustris fuit effigies illius agni figura. Significabatur enim Eucharistiam nõ esse dandam* D *cuipiam extra domum vnitatis Ecclesiasticæ manenti. Qui enim extra communionem & vnitatem versantur, eos mysteriorum & Sacramentorum participes fieri nefas est.* Verè cibi, qui agnus natura & vmbra erat, designatio, & operatio. Verè Christi ante suum aduentum hoc operantis amoris signum magnum, quod in cælo huius mysterij apparuit à tot sæculis, vt non solum Pererio hoc recens visum fuerit sed etiam in suo lib. de vnitate Eccles. & prisco Cypriano.

Eucharistia pacis pactio, & actio cur nam simul. — Exod. 12. 4. — Lusitaniæ consuetudo in pauperes vicinos. — Agnus cur in domo vna dumtaxat edebatur. — Exo. 12.46. — Pererius.

14. Secunda verò pacis Eucharisticæ figura, peroptime ex materia illius splendescit; dum sanè non in carne, nec in pomis, nec in rebus quæ diuisa solent alta ab aliis manducari, vt perdix & gallina, & quique

fructus terræ, vel arborum, quæ diſiunctim, niſi forſitan ex induſtria commiatim præparentur, vbique comeduntur; ſed in pane, vinóque, quæ niſi coniunctiſſimè in vnum copulata expreſſa vel ſubacta à quouis ſumi poſſunt; iudicio magno fuit diuino conſtituta; vt notauit Auguſtinus tom. 9. ſup. Ioan. tract. 26. & multi anteriores, poſterioséſque auctores; in quibus. D. Thom. opuſcol. 58. ſciſcitatur nono cap. cur ſub pane datum ſit hoc pacis Sacramentum; & quæſtioni à ſe propoſitæ reſpondet in hunc modum; *Sciendum, quod in pane triplex vnio attenditur, per quam triplex fraternitas, & vinculum amoris, quod inter Fideles eſſe debet, ſignificatur. Primò grana ſimilia colliguntur. Secundò farina conſpergitur per aquam, & paſta conficitur. Tertiò, vt panis ſolidus fiat, igne decoquitur. Primum, grana ſimilia ſignificat fraternitatem, & amorem naturalem, quia omnes de vno & primo parente ſumus nati. Secundum, ſcilicet paſta, quæ eſt farina aqua perfuſa, amorem Sacramentalem, quia per aquam vnius Sacramenti regenerati ſumus. Tertium, nempe, panis igne decoctus & ſolidatus amorem ſocialem; quia vno amoris igne ad vnam Chriſtianam Religionem ſumus congregati. De primo Gen. 42.* Deſcenderunt fratres Ioſeph, vt emerent frumentum in Ægypto; *quia Fideles ſe humiliant, vt amorem naturalem alterutrorum conſequantur, dicente D. Paulo,* Alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti; *ac etiam Eccleſiaſtico,* Omne animal diligit ſibi ſimile & omnis homo proximum ſuum. *De ſecundo 1. ad Corint.* Vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi; *id eſt, vnum quid tantummodo per dilectionem Sacramentalem; Ioan. 1. cap. 4.* Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. *De tertio Exo. 12.* Coxerunt farinam conſperſam & fecerunt panes; *id eſt, optime perfecerunt, vſque ad dilectionem ſpiritualem; Ioan. 15.* Hoc eſt præceptum meũ, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. De quo iterum idem Sanctus 3. p. q. 74. ar. 5. & Rom. Catechiſ. tract. de Euchar. ſect. 18.

D.Tho.

Panis triplicem vnitatem ſignificat ſupte, ob quam in ea datum Euchariſtiæ Sacramentum.

Galat 6.2.

Eccl.13.19.

1 Cor.5.7.

1.Ioan.4.21.

Exod.12 39.

Ioan.15 12.

55. Tertia tandem eiuſdem pacis pulcherrima figura, ea præcepto in cæna Domini, de proximis diligendis, ab ipſo diuulgata, & ſumme commendata clariſſimè innoteſcit; *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Sed quare amorem proximi, in Cæna ſuo prætulit, hunc ſupprimens conſultò, ut illum valde exprimens. Generaliter, quia homines præpoſuit ſibi ipſi, quando ſe illorum gratia opprobriis tot expoſuit. Vnde & ſe, qui Patris eſt ſpeculum ſine macula, in lib. Sapien. ſputis voluit hominum viliſſimè turpari, cum homines qui eius deturpatores extiterunt, ſpeculum Dei amoris conſtituit hac de cauſa, quia in ſpeculo conſpicitur quæ ſit cuiuſque facies, & in hominis viſibilis amore quantum homo inuiſibilem Deum ſuum, auctorem eiuſdem hominis, amore proſequatur; vt dixit ipſe Chriſtus per aquilam Euangelij: *Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Quare S. Iuſtinianus

Ioan.13.34.

Sap.7.26.

Amoris Dei ſpeculũ cur homini ſit homo.

Ioan.1.4.20

A in faſciculi cap.1. Stateram Dei amoris amorem vocat proximi, in quo veluti in ſtatera Dei amor ponderatur. At vero ſpecialiter, quia in ipſa cæna Domini, non ſolum verbis fuit, ſed etiam re & opere plus amor longe hominis, quam Chriſti commendatus. In ea nanque eſt Deus, qui verè & re exoptat, non ante, ſed tantummodo poſt homines amari; in tantum, vt Euchariſtia ſit totus amor Dei; ſed Deo amor hominis ſit eius Euchariſtia; quem ille primo loco vult ſemper poſſidere, à nobíſque teneri, & ipſi Dei præferri, dum ait per Matth. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus* B *tuum.* Nam aliter, ſubaudi, nil munus tuum proderit; per quod S. Bernardinus tom.4. ſerm. 1. de Euchar. Sacramen. ar. 1. cap. 3. propoſitum ſumendi hunc panem interpretatur. Vbi obiter notandum pro rei maiori luce, quam diſtricta ſit fraterni liuoris prohibitio. Non enim tantum dicitur, ſi aliquid habuerimus aduerſus fratres noſtros, quod odium tanquam actiuum, eſt magis ponderoſum; ſed etiam ſi quid illi paſſiuum in nos habuerint; quod quidem cogitari, formidaríque perpetuò pro Euchariſtiæ meliori receptione ſummè debet.

Statera Dei amoris vt proximi ſit amor.

Matt.5.23

Ergo hominum amor præcedit Dei amorem in ferculo Euchariſtico, quem ipſius Dei exemplo perquirendum & retinendum, de Iudæ prodit. Chryſoſtomus nos docet: C *Sanctum oſculum teneamus, quod animas ſociat, reconciliat mentes, & vnum corpus oſtendit. Quia vnum corpus omnes videmus eſſe ſortiti, & ideo miſceamus nos in vno corpore, non corporum mixtione, ſed animarum charitate, vt ſic Diuina menſa poſſimus fructibus aſſociari. Nam etſi multis bonis conſcientia abundemus, reconcilatione contempta nullum poſſumus ſolatium promereri.* Quæ inibi præpoſuit, quod ego nunc poſtpono, vt melius rem coronem. *Ad ſanctum ac terribile Sacrificium properas; erubeſcis oblationis arcana; occiſus propoſitus Chriſtus eſt, & cur occiſus eſt, videamus; vt cæleſtia pacificet, vt in terra reconciliet vniuerſa, vt amicum te conſtituat Angelorum; vt Deo ſociet habenti omnium poteſtatem. Animam ſuam pro te Dominus dedit, & tu inimiens conſeruo perduras? Et cum hoc animo* D *ad menſam pacis accedis? Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recuſauit, & tu nec iram tuam conſeruo tuo pro tua liberatione concedis?*

Chryſoſt.

De vnitate quam cum Deo per ferculum Euchariſticum Fideles habent homines.

56. HÆc nihil minus claret, quam aliæ præcedentes, & patet ex Ioanne ac Iuda traditore; quorum primus in Cæna recubuit ſupra pectus amantis Redemptoris; Secundus verò illicò exiuit à cænaculo, ſimulátque panis tincti bucellam à Chriſto habuit. Non equidèm quòd ea Sacramentalis panis fuerit; ſed quòd fuit Sacramenti

Ioan.21 20.
Ioan.13. 30.

accepti

accepti malè signum, vt per panem notaretur qui deliquerat grauissimè in panē consecratū. Sed quare inter hos duos tam magna differentia, vt vnus post hunc cibum datori illius hæreat, ab ipso verò alius miserrimè se eruat, discedat, & mox abeat? *Vt ostenderet nimirum dignam Eucharistiæ sumptionem perficere vnitatem & coniunctionem cum Christo; è contrario verò qui indignè sumit, dignum esse, qui à Christi communicatione separetur.* Ita Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. disp. 41. sect. 3. Et certè de Ioanne, qui proprius huius loci (in quo agitur de vnitate Eucharistici Mysterij) veraciter profertur, supra pectus sui Domini recobuisse propter vim, & Eucharistiæ efficientiam; quia melius se ad illam recipiendam præparauerat; ea scilicet suauitate, teneritatéque interna huic cibo, quò ad esum perfectum, necessaria; qua cū ille superaret Sodales Apostolicos, in ipso visa fuit operatio Sacramēti, & vnio de qua Christus prædixerat hæc verba; *In me manet, & ego in illo.* Neque sanè cōfictus, sed verus sensus iste; nam dormire Ioannes, quo tempore eius socij obiurgati traditoris terrore quatebantur, & à cibo accipiendo hæc propter abstinebant, ac de rebus magni ponderis, quæ eminus soporem quemcunque propulsarent, sermonem conferebant? hoc planè menti inuium, & incredibile videtur; Ergo mystico somno correptus ibi dormiit, vt hanc nostram cū Deo vnitatē initiaret, & cunctis palam faceret. Cum non posset Christi corpus naturaliter peruadere, adhæsit eius pectori, recubuit eius sinu, quæsiuit eius cor; vt forinsecus videretur quod intus agebatur. Cōueniénsque non parum hæc fuit demonstratio; nam vt docet Catechismus de Sacrament. in Gen. sect. 28. *Sacramentorum vis initio nascentis Ecclesiæ declarata est.* Quod Baptismi & Confirmationis euentibus corroborat; Baptismi, quando Christo abluto in Sacro fluuio, aperti cæli sunt, vt per illum nosceremus patere nobis gloriam; *Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei;* Confirmationis, quando Apostoli Sancti Spiritus super eos aduentu sunt virtute ex alto cataphracti. Et sic etiam in Eucharistiæ institotione ac natalitio, hæc vnio demonstrata; quò istum illius esse effectum monstraretur; quibus faoet Lyræ calamus paulo supra n. 12. à nobis allegatus.

Ioannes quare Christo adhæsit post hunc cibum, & Iudas à Cænaculo exiuit post illum.

Suarez.

Catechism.

Sacramenta quando condita miraculis firmata.

Matt. 13. 16. Ioan. 3. 3.

Luc. 24. 49.

17. Hoc nouerat peccatis vulgata prius mulier, quæ pœnitens illorum, & acri vi remorsa, ad acta, perforata, vbi reperit Dei Filium, profusa ad eius plantas; *Non cessauit* (magno affectu) *osculari pedes eius.* Sed quare? nisi qoia inuenit corpus Domini, quod oscula vnionis mirabilis exposcit; hæc autem taotò plura, & pluries repetita, animarum quantò plus sepatationem non consentit. Ita ferè S. Ambrosius de Isaac & anima cap. 3. huiusmodi se habens. *Qua anima (inquit ille) vt Magdalena diligit, non est vnius osculi parcitate contenta, sed plura exigit, plura vendicat, & ita se amplius dilecto commendare consueuit. Denique illa in Euangelio sic probata*

Luc. 7. 45.

S. Ambros.

Magdalena Christi corpus cōmunicat per oscula.

A *est, quia non cessauit (ait Dominus) osculari pedes meos; & ideo remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et de anima in Eucharistia illo osculo duplicato. *In me manet, & ego in eo*, deosculante Deum suum, hæc verba superaddens; *Per hoc osculum adhæret anima verbo Dei, per quod sibi transfunditur spiritus osculantis; sicut etiam ij, qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere.* Beata talis anima, quæ oscula tam intima infigit Redemptori. Hæc sane illius corpus dumtaxat bene edet, & omnia mundi polchra habebit vt stercora, vt Christum lucrifaciat.

Vt osculis internis cōmunicetur Christi corpus.

18. Petes tameo hoc in loco, vt ego tibi proferam, quantum animas perfodiant, suauitatéque perfundant tam grata & pia oscula. B At verò hoc tantum scit, qui donum tam eximium, internum, & semper rarū à Cælo dono accipit; vt ait ille Dei amator percharissimus; *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te.* Vnde claret, quòd non tantùm est dolcis hæc suauitas, sed ipsamet dulcedo; abstractè provt dicuot, à quauis mixtione alterius rei diuersæ; nec insuper dulcedo (quantumuis cæli) simplex, sed multiplex, ac magna suauitatum multitudo; etsi vt Dei deliciæ, diuinis tantum viris, & amatoribus illius, ac eiusmet amplexibus ineffabiliter fruentibus, hæ pateaot, aliis verò absconditæ sint nimis; *Quam abscondisti timentibus te;* à longéque dumtaxat per fulgura, quamtumlibet clarissima, conspicuæ. C Quapropter non speres insistens tuo frigori, sentire talem ignem; nec etiam vt meus algor hic possit te comburere. Namqoomodo explicabit amores Infiniti, ac Domini celsissimi, qui sanè reptat humi dulcedinis tam miræ, & inter omnes valde finitos ipse finibus, ac funibus peccatorum maioribus constringitur? arctatur? impeditur? Certè in populo Dei prisco non paucis viris celebri, dilectus solos Moyses cum Deo sine cibo & potu exteriori, dierum quadraginta colloquio fuit gaudens, & taliter immersus, vnitus, & ligarus, vt postea lucis radiis, maioribus, quam possent ab aliis sustineri, ex ipso Dei consortio præfulserit in facie. Alij autem per fulgetra, tonitrua, & signa clara à longe tantum Dei præsentiam conspectarint. D O verè nostri Dei & vnitas eximia, & eiusmet dulcedinis prædiues multitudo; ita tamen pro Moyse à ceteris abscondita, vt ille io tanto populo floreote sanctimonia, hac fuerit solummodo perfruitus in monte; reliqoi verò prohiberētur ascendere eius culmen, & verbis repetitis hoc ordine arcerentur; vt homines & iumenta expresè iuberentur, ipsius montis fines & terminos extremos, sub lata mortis pœna, nollatenus contingere, ac dicitur apertè in Exod. 19. *Constituésque terminos populo per circuitum; & dices ad eos; cauete, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morte morietur. Siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet.* Et iterum post pauca. *Descende, &*

Psal. 30. 20. Quam magna Dei dulcedo, quamuallédeque abscōdita, etsi à longe valde sit omnibus conspicua.

Exod. 24. 18.

Exod. 34. 35.

Qui homines ad arcana Diuina sint capaces.

Exod. 19. 12.

N. 4.

conteſtare populum, ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. At Sacerdotes, quod eſt amplius, nil minus vetarentur, per verba

N. 24.

quæ ſequuntur; *Aſcendeſque tu, & Aaron tecum, Sacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.* Quia vtique non ſolum iumēta, & viri ſimplices, ſed & homines ſubtiles nec tantum ſæculares, ſed etiam & Sacerdotes altitudinis Diuinæ non debent vel radicem inuito Deo tangere; non enim poteſt Dei ſublimitas videri, niſi ab eo qui electus pro ipſa re extiterit. Sacerdos verò ſummus ipſius Moyſis frater, Nadab, & Abiud, cum Ioſue, & ſeptuaginta ſenioribus ſelectis in variis locis montis eiuſdem commorantur, ſecundum varias Dei vocationis qualitates, & ſolus Moyſes Synai

Exod. 24.

conſcendit ſummū verticem, vt in cap. 24. per totum nobis traditur; quia munera Diuina & dona Sancti Spiritus non ab aliquo iuxta propriam ſumuntur voluntatem, ſed iuxta beneplacitum & ordinem increatum, quo ſuis creaturis Creator, prout vult, & ipſę ſe diſponunt, diſtribuit beneficia; quemadmodum ad Corint. ſcribit latè Paulus;

1. Corin. 12 à n. 9.

ita vt vnus tantùm Moyſes in ipſo illius ſæculo, ad intimam familiaritatē conſcenderit cum Deo; reliqui autem ē ſuis finibus & terminis præſcriptis de longe Dei fauorea & gratias ſint intuiti. Quocirca non mirandum ſi in populo Chriſtiano non omnes, licet ſæpe probati Sacerdotes, ſed imò valde pauci, dulcedinis Euchariſtiæ faſtigia ſumma petant.

Cur pauci Dei dulcedine ſuprema potiantur, communi verò plurimi.

Cuncti nanque, etſi ſemper perfectioni inuigilantes, tenentur fines Dei præfixos obſeruare, & terminis ſtare ac vltra velut mare (quantūuis ſuperbiſſimum) nullatenus vagari; quibus tamen intra terminos donatæ ſibi gratiæ ſolatia & ſtillicidia Diuina non deficiont, iuxta vires argumenti quod S. Auguſtinus in Commentar. ſup. Ioan. tracta. 26. in iſtum modum conficit;

Pſal. 123. 9.

S. Auguſt.

An habent corporis ſenſus voluptates ſuas, & animus deſeritur à voluptatibus ſuis? Si animus non habet voluptates ſuas, vnde dicitur in Pſalmo; Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt; Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen.

Soli hæretici qui cum faſtu exquirunt hæc à nobis, hos terminos faſtidiunt, & volunt ſine termino interminum Deum ſcire; Infinitū ſine fine quocúnque penetrare; & tandem ſine limite in limites & metas diuinas ſe infundere; ita vt ſine differentia Sartores & Sutores, mulieréſque paſſim tranſlatam ſuis linguis euoluant Sacram Bibliam, & verba Dei tremenda audaciter exponere, Spiritúſque Sancti habere ad hoc impulſum, afflatum atque virtutem non pudeat affirmare.

Hæreticorum quæ ſuperbia inſania & ſtultitia pro Deo penetrando.

Quod faciunt hi miſerrimi maiori cum fiducia, quam Hieronymus & Auguſtinus elucidarunt Sacram paginam; & inſuper quam Petrus & Moyſes noſtri doces Dei legē diuulgarunt. Illi nanque valde

A humiles, vt conſtat viris doctis, fuerunt in hoc opere; iſti verò tam elati inflati & mēte capti vt patet ex ſcriptis & factis gentis talis; exempla quorum duo ex propemodum infinitis, quæ ſcatent in re iſta, non poſſum non vulgare; quorum primum mulieri in Gallia cuidam nobili cum riſu magno accidit; in Angliáque ſecundum; Londini in celeberrima Eccleſia S. Pauli, cuius equidē mulieris ſucceſſus ſic euenit, vt Bibliam coram ſe haberet lingua Gallica, quam ſedulò legebat, de illáque hilariter profari & diſputare haudquaquam metuebat. Quæ ſane cum aliquādo coram quodam Religioſo iactare ſe de hoc, ſpiritumque Sanctum habere pro re iſta infeliciter contigerit, ad primum locum Sacrum, quem ambo non conſultò,

De doctrina hæreticorum præclara duo exempla, & facta recentiſſima.

B ſed caſu reperere, per Religioſū ponderatum, & de ipſo elucidando ab illo poſtulata, iudicio iuſtu Dei expauit præ inſcitia, & de afflatu Sancti Spiritus tunc ſibi denegato, erubuit ſupra modum. Anglicanum vero aliud nil minus riſū mouet. Erat etenim auriga in illa ciuitate, homūcio quidam ſeruiens in tali miniſterio, qui cum ad dictum templū pro audienda concione hæreticæ doctrinæ deferret ſuum dominum, vbi illum in prædictum delubrum ingreſſum vidit, ingreſſus quoque eſt; aſcendénſque in cathedram, ſeu pulpitum, & ſuggeſtum, proteſtans ſe diuino Spiritu repletum, commotum, & concitatum, incepit verbum Dei audacia proclamare; quem tamen in hoc auſu multopere occupatum, eiuſdémet

C farinæ & æquæ vilitatis impedit homo alter, qui Spiritus ipſius efferuens abundantia, & fatua temulentia primum manibus à ſede detrahere curauit, & primus hunc ſecundum ſublatis cæpit calcibus deiicere, & expellere; qua decora actione finita fuit concio, cui interērat ignotus vir quidam probatiſſimus ex Belgij ditionibus, qui mihi rem huiuſmodi Pariſiis notā fecit. Præclara ſanè exempla, ruboréque potentia, vt Anglos atque Gallos, præſertim viros nobiles & ſerios deplorāda infectos cæcitate, reſtituant, ſi voluerint, antiquæ ſanitati.

Qui quidèm vt melius ſciant Dei limites ac terminos, aduertant, quod nec Moyſes, quem loqui facie ad faciem inuenimus cum Deo, id eſt, quantum Dei facies ab homine Exod. 33. 11.

D mortali poſsibile eſt videri, ipſiſsimam Dei faciem vllatenus conſpexit, nec Dei anteriora, ſed tantum poſteriora ipſius magni Domini, qui, dixit Sancto Moyſi; *Poſteriora mea videbis; faciem autem meam videre non poteris.* N. 23.

Quid autē à poſteriori cognoſcere res eſt, in vera Philoſophia, quàm ſolùm per effectus illarummet naturas vtcúnque comparare, & parcè inueſtigare? Quid verò ab anteriori, quàm eas completiſsimè cognoſcere per cauſas? Itaque quod hic Sanctus chariſsimus Altiſsimo, illum tantum à poſteriori, & per effectus intellexit; at hæretici à priori, per cauſas & principia principiis deſtituta, minutim volunt Deum ad libitum concidere, conciſúmque tunc ſolùm amare & deglutire. O mira & deplorabilis hære-

ſeos

ſeos excæcatio! Vlterius quod & Moyſes post factum Tabernaculum, ſecundum Dei exemplar constructum à ſemetipſo, præ gloria Dei in eo implente nube omnia, & valde fulgurante, non potuit illud ingredi, cum tamen nube & igne in Synai perterrentibus, perterritus non fuerit, nec ob longam & cum Deo conuerſationẽ perquamdulcem, vel paululum impeditus. *Postquam omnia perfecta ſunt operuit nubes Tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat.* Diuerſo quippe modo promicuit Deus in monte patenti legis veteris, ac micat intra domum latentem legis nouæ, Eccleſiæque dilectæ, per illud Tabernaculum Moſaycum deſignatæ; illic nanque vt in monte deſertæ regionis, & in tẽpore populi indocilis ac duri Deus groſsè ſcintillabat, at vero in lege noua, & in domo vbi decumbit cum ſua dilectiſſima, quamualde delicatè. Ibi enim ſuauitates ei pandit tam ſubtiles, myſteriáque tam alta, vt omnis vetus ſanctitas ſit quaſi illorum incapax, ingreſſuique non apta.

Exod. 40. 32. & 33.

Myſteria legis nouæ quam veteris tranſcendant.

Soli hæretici ingrediuntur qua volunt confidentia, intromittentes ſed ad omnia Diuina miniſteria, non vocati, ſed & ſua delati voluntate; ſe miniſtros, & Epiſcopos, Pontificéſque ſummos, id eſt, Eccleſię capita, vltroneè faciẽtes; ita vt ille qui construxit Dei gratum Tabernaculum non audeat ipſum ingredi, at illi qui destruxerunt Tabernaculum plus charum, hoc, timore & rubore quocúnque propulſato, effrontes, provt indicant exempla memorata, quotidie ingrediantur. Feliciores ſi à longe vt populus electus vellent tantum videre obſcuram ac denſam nubem, & fulgura micantia, auditéque tonitrua & buccinę clangorem, horriſonè ſtrepentem; de quo dicitur in textu; *Iamque aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat; & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem; clangórque buccinæ vehementius perſtrepebat, & timuit populus qui erat in caſtris.* Nam tunc pro tantis ſignis viderent illa ſigna, & notas quas Eccleſię communiter vocamus; peroptimas ad illam ex omnibus Religionibus extraneis dignoſcendam; de quibus omnes viri agentes controuerſias, egregie ſatis tractant; pro ſonitúque buccinæ, tam veteris quam noui audirent teſtamẽti quamplures non horrificas, ſed tubas ſuauiſſimas, quæ mutua conſonantia, & concordia demulcerent illorũ duros animos. Quo reſponſo curioſis interrogantibus ſic dato, & illorum ſupercilio omnino profligato, de ſuaui coniunctione cum Deo in Euchariſtia nonnulla connectamus.

Superbia hæreticorum taxata, & præclariſſima figura elucidata.

Exod. 19. 16.

19. Inter quæ peculiariter meretur ponderari, quòd coloris Manna bdelij ſcribitur in Numeris; qui quidèm color lapidi aſsimilatus onichino, ab vnguium ſimilitudine hærentium carni humanæ ſecundum plurium mentem huiuſmodi vocatur. Sed quæ iſta ſimilitudo cum vngue mannæ erat, niſi A hominum cum Deo per Euchariſtiã in cibo illo egregiè denotatam, adunio perquam arcta. Nam ſicut carni vnguis adhæret radicatus, vt valde illorum cruciet non ſolum ſeparatio, ſed etiam vellicatio, ita multi ſic timent auelli ab Euchariſtia, quaſi vngues ſint à manibus ipſorum ferro diro ac forti exterminandi; de quo 4. Enarrat. perapta ſunt miracula.

Num. 11. 7.

Lyra.

Cur vnguibus in colore antiquũ manna ſimile.

Sed quid mirum; ſi paruuli à ſinu malè ferant materno ſeparari; cum paruuli nos ſimus, & Euchariſtia ſinus Dei, vt ait vir Seraph. ſerm. in Cæn. Dom. *Dilectio autem Dei, quæ in hoc Sacramento nobis oſtenditur, euidenter ſignificatur 2. Reg. 12. vbi de ouicula pauperis dicitur; de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in ſinu illius dormiens.* En pauperes ac paruulos in ſinu huius myſterij; En B pariter myſterium, quod ſinus nobis eſt; de quo ipſe in dicto loco Oſeæ verba refert; *Vinent tritico, memoriale eius vt vinum Libani;* Quæ ille ſic exponit; *Pro memoriali ergo dilectionis diuinæ, habes triticum corporis, & vinum ſanguinis Christi.* Ac ſi dicat, ſententiam ſententiæ coniungendo. Hoc eſt totùm memoriale amoris Chriſti Domini; totáque illius cordis, & ſinus patefactio; dare, ſcilicet, ſe nobis in duplici hoc edulio, vt nos eum intra viſcera, quæ ſinus ſunt interior, amanter recondamus.

Separatio ab Euchariſtia quam ægra vius pus.

S. Bonau.

2. Reg. 12. 3.

Oſeas 14. 8.

20. Illud autem pertractatæ vnitati finem ponat, quod ait Rex Propheta; *Dilata os tuum, & implebo illud:* id eſt, tui deſiderij, appetitúſque os aperi; ego etenim pro captu humani deſiderij deſideria bene ipſa adim- C pleo, & mecum ſatio. Vbi Dei omnipotentiæ dilatatio deſiderij humani contraponitur; & rectè, cum hoc, Deo (vt diximus in centro) dumtaxat impleatur; quaſi nos præcipiamur ad libitum exoptare, & Deus optata noſtra implere teneatur. Hieronymus hunc locum elucidans Pſalmographi; *Vis comedere Dominum Deum tuum? Audi quid dicat; Dilata os tuum, & implebo illud. Dilatate corda veſtra; ipſe eſt Dominus, & panis, & cibus veſter eſt; quantumcúnque dilataueris, tantum accipies; Si volueris, totum me accipies; ſi autem volueris accipe ſaltem partẽ, non eſt igitur in mea poteſtate, ſed in tua eſt.* At duplex ex his verbis conſurgit difficultas. Prima, Deum poſſe à nobis hîc accipi pro parte; *Accipe tantum partem;* cum partes Deus non habeat, vt habent corporalia; nec diſtet ſui ipſius D affectibus, vt anima; nec formis quoque ſubſtet, vt omnes res creatæ; ſed quidquid eſt in Deo, Deus tantum purè ſit; ſicut ait Bonauent. lib. 1. cap. 20. Compen. Theolog. Secunda, poſſe è contra nos, Deum totũ capere; *Si volueris, totum me accipies.* Cum tamen ſolus Deus recipere ſe valeat, & prorſus comprehendere; per clariſsimam & veriſsimam doctrinam. D. Thom. 1. p. q. 12. art. 7. finitus nanque homo non poteſt infinitum hunc Dominum complecti; niſi forſitan per fidem complexio hæc concedatur; nam Fides Dei auxilio nil minus Deo poteſt; & ſic benè Deus valebit à nobis comprehendi; at verò non explicitè, ſed

Pſal. 80. 11.

S. Hieron.

Deus quomodo ſit ſimplex.

S. Bonau.

D. Thom.

Deus quare ſolus valeat ſeipſũ comprehẽdere.

implicitè, eo modo, quo Fides res intelligit.

Ad primam respondetur, pro parte Deum accipi in iſto Sacramento, cum tepidè & imperfectè recipitur ab aliquo; quemadmodum cum ille perfectè atque deuote, iuxta totam diſpoſitionem humanam manducatur, ſecundum noſtrũ modulum & fines coarctatos, in totum tunc eacipitur; quia facienti quod in ſe eſt, auxilium Deus non denegat; ac ideo datur totus, cui totum ſe diſponit; quo tenore intelligenda Hieronymi ſententia; *Quan vm.in ue a.at.:ueris, tantum accip*. Ad ſecundam verò ex iſtis reſponſio ſatis patet; nimirum totum Deum dupliciter & vere hîc poſſe comprehendi. Semel quidèm ſyncathegorematicè, vt aiunt in ſcholis; quin niſi ex parte nuſtra, & ex noſtra diſpoſitione inueniatur limitatio; quo ſenſu Sanctus idem; *Non eſt igitur in me : poteſtate, ſed in sua eſt*. nam cum iſtud Sacramentum ſit fons totius gratiæ, vt habet Caietanus cum Angelico Doct. 3. p. q. 79. art. 1. ad. 1. bene poteſt in infinitum nos gratia ſaturare, & quantum in ipſo eſt, donare totum Deum. Iterũ autem comprehenſione, humana, & naturali; non perfecta per intellectum, qua ſolus Deus ſe nouit; nec perfecta per voluntatẽ, qua ſolus Deus ſe amat, atq; circulo infinito amoris ineffabilis amplectitur ſe ipſum; ſed per quandam differentiam, qua voluntas ab intellectu in modo comprehendẽdi diſcernitur non parùm. Intellectus nanque rem, vt ipſammet intelligat, adducit illam ſibi, & eam ſecum prendit, ac vnum tantũ facit; hincque actus intelligendi comprehenſio nuncupatur; atque etiam res corporeas, incorporeas & ſpirituales, quemadmodum ipſa eſt, omnino & vere reddit potentia intellectiua; decet nanque vt res omnes naturæ illius fiant, cui intime vniuntur. Voluntas verò res, ſe illis infundendo, tradendo, amoréque ſuauiter ligando, intelligit, ac capit: ita vt ea ſpirituali ſpiritualior efficiatur, ſpiritum cum diligit; vel carnalis & corporea, dum fertur in rem aliquam carnalẽ & corporalem; quia voluntas à ſe deficit, ac veluti diſcedit, & planè in rem dilectam mirando modo tranſit; vt fere verbis iſtis cum S. Dionyſ. 1. p. q. 20. art. 2. ſcribit D. Thomas; & in Oſeæ vaticinio offenditur ſic dictum. *Facti ſunt ſicut ea quæ dilexerũt*. Vnde eſt quod tam multi brutalia, quæ audire vel fari nefas ſit (quapropter & nefanda iuſtiſſimè vocãtur) ardenter ſolum ament; & multi ſpiritualia tantoperè amplectantur, vt à ſpiritus & voluntatis miranda vi abrepti in ecſtaſes ferantur. Quod non ſolum in creaturarum, ſed etiam in Creatoris omnino independenti, procedit voluntate. Hic nanque ea amatiuæ bonitatis redundantia, non parũ, modo à nobis poſt pauca enucleando, transfertur extra ſe, ſeu fertur in rem aliam; præcipue in noſtro pane, de quo, alterno tranſitu ſic ait ipſe Dominus; *In me manet, & ego in illo*. Quo fit vt totus Deus in hominem fundatur, & homo in totum Deum nil minus abſorbeatur; qua via Deum poſſumus, to-

Deus totus in Euchariſtia vt poſſit comprehendi.

D. Thom.

Intellectus & voluntas qua via res intelligant.

Amantem quantum amor in rẽ amatam transferat. Oſeæ 9. 10.

A taliter accipere, tenere, & comprehendere.

Intuere, & mirare quàm homo per hunc cibum cum Deo coniungatur, non adeo tanquam vnguis cum carne copulatus, ſed potius tanquam vita cum vita commutata; illum Ionathæ cum Dauid in veſtibus mutatis amorem ſuper grediens. Cui forſitan reſpiciens Bernardi dixit vox; *Chriſtus datus eſt nobis ad induendum, ad edendum, & offerendum, Sicut indumentum; ſicut alimentum; ſicut pretium.* Non immerito Pſalmus præfatus terminatur; *Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.* Nihil enim ſapidius vel dulcius quam hæc hominum, in cibo de quo agimus, cum Deo commutatio, & vnitas tam arcta.

Vitã Chriſtus non veſtes nobiſcũ ſæpe mutans. 1. Reg. 18. 3.

S. Bernard.

Pſal. 80. 17.

B

De neceßitate & natiuitate Euchariſticæ vnitatis.

21. CVm Deus, naturáque fruſtraneum nil efficiant, inquiritur, cur fecerit Myſterium iam excelſum. Reſpondet Antoninus 3. p. tit 14. cap. 12. §. 1. ſubſcribens vnitati; *Debuit autem inſtitui iſtud Sacramentum, ſecundum Petrum de Palu. quia in eo Chriſtus realiter continetur; & ad perfectionem membrorum requiritur. vt capiti vniantur.* Vnitatis ecce iam Euchariſticæ neceſſitas; nec neceſſitas tantummodo ex verbis huius ſancti oſtenſa neceſſaria; ſed ex ipſamet myſterij difficultate repugnante (quod mirum valde eſt, notatúque digniſſimum) perfacilis & clara. Vnde & Chriſtus ad difficultatem pro obice opponentium; *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum:* nihil aliud, niſi neceſſitatem iuratam demonſtrauit, & ipſis intimauit; *Amen amen dico vobis; niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Vbi quidem ea per difficilẽ oſtendit neceſſarium, & facilitatem perpetrandi miraculum tam maximum; vt Lyra paucis verbis inſinuat in hunc locum: *Reputabant impoſſibilia; ideo oſtendit neceſſitatem huius Sacramenti*; qui ſi adderet *facilitatem*, nil melius dici poſſet. Nec inconcinnè Redemptor ad opus tam eximium ex inuio viam fecit, vt illud quod amore ſupremo factum cernitur. De amore nanque celebris. ſerm. 147. Chryſologi eſt ſententia; *Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, nec de difficultate remedium.* Imò potius impoſſibilia poſſibilia valde reddit, difficiliáque facilia, ſuauia, & nimis leuia; ita vt impoſſibilitates, duriſſimas emolliat, & molles ſummè faciat, atque iſtas delectetur in rebus inuenire, vt eaſdem debellando, complanando, & dirigendo, appareat tunc intenſior, ac ſimul glorioſior.

Hinc claret iam origo præſentis vnitatis, quæ ex Chriſti dilectione profluxit infinita. Vnde optimè Auguſtinus in verbis ſupra datis, hanc ipſammet ligandi & vniendi facultatem, pietati totam Chriſti, principio velut primo, attribuit, dicens illud; *O ſacramentum pietatis! ô ſignum vnitatis! ô vinculum*

S. Antonin.

Euchariſtiæ, & vnitatis illius quæ neceſſitas.

C

Ioan. 6. 52 & 53.

Euchariſtia cur tam facilis difficultate efficiatur.

Lyra.

D

Chryſolog.

De difficultatibus vt amor facilitatẽ ſemper faciat.

S. Auguſt.

culum charitatis! & rectè, cum calore res omnes vniantur, quæ feruenti diffusione & communicatione colligantur. Nam vniri quidquam frigore, est magis indurari, communicationéque priuari, quam per largam atque benignam extensionem diffusiuam amicè copulari, & aliis adunari. Amor enim quid est aliud, quam calor nostræ animæ, aduniens quos adamat; de quo cap. 4. de nomin. Dinin. sic ait Dionysius: *Amor est vis vnitiua, quæ superiora impellit, vt inferioribus prospiciant; paria autem, vt inter se societate iungantur; & inferiora, vt ad quæ sunt superiora, se conuertant.* Et de cælesti hierar. cap. 7. *Amor est vis transformatiua amantis in rem amatam.* Quare dixit Bernardinus serm. 43. in suo tom. 3. *Amans conuertitur in amatum, & qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo. Si ponis ceram iuxta ignem, liquefit; & si apponis in igne, efficitur ignis. Ita accidit animæ; si appropinquat Deo, calefit amore Diuino; & si amat ipsum cordialiter, per gratiam vnitur Deo, & in ipsum transformatur.* Et expressè de Eucharistia Chrysostomus ad popul. homil. 61. *Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid simus, tanquam corpus capiti coaptatum; ardenter enim amantium hoc est.* E quibus verè dicitur, firmissimúmque etiam quotidie reperitur Platonicum axioma; *Animam nostram magis esse, vbi quempiam valde amat, quam vbi corpus animat;* De quo agit S. Bernard. de præc. & dispens. D. Tho. 1. p. q. 37. art. 1. & peroptime R. Ludouicus Granatensis in tract. de Dei amore. Quò etiam fluit vltrò affatum Redemptoris; *Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit.*

Amore atque calore res omnes vniuntur.

S. Dionys.

Vt amor vis existat, quæ vnit, & trasformat.

S. Bernardinus.

S. Chrysost.

Vbi amat magis anima, quam vbi quem nos animat.

Math. 6. 21

Hunc thesaurum Magdalena habebat in sepulchro, cùm illuc eius cor ducebat eam taliter, vt ab ipso nec per horam recedere valeret; quia *Metuebat* (ait Origenes hom. 10. in diuers.) *ne amor Magistri sui in pectore suo frigesceret, si corpus eius non inueniret, quo viso recalesceret.* Viden corpus vt Christi accendat ad amorem? accensósque nos sibi mirabiliter incorporet? Certè amor columnæ ligauit Saluatorem; prout 1. Enarrat. n. 38. à nobis dictum fuit, sed & ipsum Sacramenti speciebus valde ligat; quæ vnitatem quam per magnam cum eo & nobis habent; vt ex verbis Antonini 3. p. tt. 14. cap. 4. §. 2. patere tibi potest. *Nullum obiectum sensibile vnitur cum suo sensu, vt efficiatur vnum cum eo, præter cibum cum gustu, qui realiter vnitur, & fit vnum cum gustante; conuersus per nutrimentum ex eo in ipsum. Sic Christus in aliis Sacramentis non vnitur per seipsum, sed per effluxum gratiæ ab eis deriuatum. Sed realiter existens in hoc Sacramento, per seipsum nobis vnitur; & ideo per modum cibi & potus nobis confertur; sicut cibus cum cibato fit vnum, per conuersionem vnius in alterum.* Cuius formulas loquendi; *Realiter vnitur;* ac *Per se vnitur;* & *Per modum cibi & potus hominibus confertur;* iam nunc elucidabo.

Origenes.

Magdalena cur a Christi sepulchro non accesserit.

De modo, quo hæc vnitas ad inuicem inter Deum & homines conficitur.

22. NOn paruum secum nexum innectit hæcce vnitas, quam per modum cibi & potus exposuit Antoninus. Nam cibus naturaliter conuertitur in cibatum, & in aliti substantiam; vt partes veri cibi contineat, atque faciat. Quæro igitur, an Christus in ipsum comedentes huiusmodi vertatur; prout etiam insinuatur à nostro Henrico Harphio lib. 1. cap. 20. in Mysti. Theolog. quo iste vir dulcedine eximius contemplandi, de re præsenti fatur: *Tota Trinitas in hoc Sacramento nobis vnitur; vnione, qua strictior, & gloriosior non inuenitur in via. In cuius argumentum Christus se dicit fermentum, & nos farinam; se vitem, & nos palmites; non faciens gradum, sed vnionem.* Respondeo, modo alio hanc fieri vnitatem; nimirum, ob rationem, quam in §. præceden. sic ait S. idem: *Verùm, quia nobilius trahit ad se ignobilius; quia homo est nobilior cibo naturali, quem sumit, ideo trahit ad se, & conuertit in se cibum. Sed cibus iste Sacramentalis, quia melior est sumente, ideo ipse cibus, id est, Christus conuertit ad se cibatum, & vnit; vt dicat cum Apostolo;* Viuo ego, iam non ego; viuit vero in me Christus. Vnde S. Augustini lib. 7. Confess. cap. 10. dimanauit notissima sententia; *Non tu me mutabis in te, sed mutaberis in me.* Hócque Harpbius allegatus symbolicè putauit, in similitudine quam sanctæ adhibuit Trinitatis; nam Trinitas creaturæ mortali non vnitur; nisi illam ad immortalem coniunctionem subleuando, & eam sibi nexibus amoris illigando, ac vnum tantùm secum eximiè faciendo.

Henri Harphius.

S Antonin.

Cur homo Deo vniatur, non autem vice versa.

Gal. 2. 20.

S. August.

23. Astruitur hæc veritas ex mysticis conceptibus, in quibus est percelebris illa tunica inconsutilis, Parisiorum, iuxta quos in oppido de Argenteüil à tempore Karoli Magni seruatur magnus honos; quæ desuper contexta per totum nuncupatur, & præsentem de supernis, seu de parte superiori vnitatem venientem, inferiorésque ad se quoscunque pertrahentem, non parum firmam reddit; de qua sanctus Cyprianus de vnitate Ecclesiastica; *Hoc vnitatis Sacramentum ostenditur, quando in Euangelio tunica Domini nostri Iesu Christi non diuiditur, sed sortientibus de veste Christi indiuidua possidetur.* Et iterum in sequentibus; *Vnitatem illa portabat de superiore parte venientem, quæ ab accidente & possidente scindi omnino non poterat; sed totam & solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat.* En tunica, quæ quia supernè fit contexta, non traditur hominibus, vt ab eis diuidatur, & ipsis vniatur; sed illos ad se trahit, & eos sibi vnit; dum ipsi de possessione illius sortientes ad inuicem vniuntur; in vnúmque ligantur. En etiam panis noster hac tunica signatus; nam corpus de quo agimus contexit in hac vita; qui hominem ad se affert; vt hîc ad eum vadat; *In me manet, & ego in illo.* Hoc autem quia prius descenderat de cælo; *Ego*

Vbi tunica inconsutilis seruetur Redemptoris. Ioan. 19. 24.

S. Cyprian.

In quo tunica inconsutilis figuret Eucharistiam.

ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Qui ideo, A vt cęli panis excelſior nobis eſt, & vt homine ſuperior adunat ſibi homines, mirificéque attrahit; ab eis verò neutiquam diſtrahitur, vel trahitur, vt illis vniatur; aut pariter in ipſorum ſubſtantiam conuertatur.

D. Tho.

24. Exemplis rem eandem confirmat D. Tho. in opuſc. intitulato de Altaris Sacramento, adducens hæc cc tria. Primum, amoris; qui amantem transformat in amatum; ac

Cant. 8. 6.

probat verbis illis, *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum*; expoſitis hoc modo; *Corpus Chriſti vt ſigillum ponitur, non vt ipſum quod immutabile eſt, in nos mutetur, ſed nos in imaginem bonitatis eius transmutemur.* Secundum, rei maioris, quæ minorem in ſe conuertit, immutat, & abſorbet, vt aquæ pars exigua fit vinum mixta vino; quod Pſaltis & Prophetæ communit Vaticiniis; *Et ſubſtantia mea, tanquam nihilum ante te; Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ.* Tertium tandem inſitionis, qua ſurculus fructiferus inſertus & immiſſus in arborem infructiferam, ſic illam ſibi attrahit, vt breui ipſa miretur videre nouas frondes, & poma ex ſe non ſua vbertim dependentia, à ligno quod natura ſterile formauerat; pro quo affert repetitam Apoſtoli ſententiam; *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.*

Animarum quonā modo conuerſio in Euchariſtia.

Pſal. 38. 6.
Iſai. 40. 15.

Gal. 2. 20.

Hæc ille, qui ſecundum exemplum poſſet iſtis ornare teſtimoniis; *Adhæſit anima mea poſt te. Mihi adhærere Deo bonum eſt. Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid.* In quibus pars inferior ſuperiori fuit aucta, ligata, & copulata; homo, ſcilicet, Deo; & Ionathas Dauidi, qui erat illo melior; humanitáſque Chriſti Diuinitati; non è contra; vt ait Athanaſius; *Vnus autem non conuerſione Diuinitatis in carnem ſed aſſumptione humanitatis in Deum.* Qua de re elegantiſſimè Gregorius Thaumatur. Orat. pro defenſione Magiſtri ſui Origenis; *Nec enim pars potior, cum ſibi per ſe ipſa ſufficiat, deteriori ſe agglutinari cuperet, ſed vice verſa. Vnde & vincula inferre præſtantioris erat, non inferioris; agglutinari vero deterioris, ita vt, quod à vinculis expedire ſe quodammodo non poſſet.* Quo loci, dum Franciſcum Parentem meum video ornatū Chriſti plagis, exclamare mihi licitum quam magno iure foret, Frãciſco Chriſti corpus agglutinatum vere eſſe, minorem niſi, ſcirem maiori vincurlari. Quod tamen his exemplis ſtupendum cunctis ſæculis miraculum probatur; quo nomine in ſua propria feſtiuitate decoratur.

Pſal 62. 9.
Pſal 72. 28.

S Athanaſ.

Gregor. Thaumat.

Franciſcus per ſtigmata vt Chriſto ſit vnitus.

25. Nec malè coronatur hæc ipſamet doctrina, ex conuerſione & vnione quæ per noſtrum Sacramentum quotidie fit in nobis. Sicut etenim in Myſterij conſecratione demiranda, quod prius erat panis in corpus Chriſti vertitur; ſic in ſancta Communione eiuſdem Sacri corporis, quod prius erat homo mirabili tranſcurſu in ipſum Deum tranſit; vt Ioannes ſatis clarè his verbis indicauit; *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet,*

Vt panis, ſic & hominis conuerſio in Euchariſtia.

Ioan. 6 55. & 56.

A *& ego in illo.* Ac ſi diceret hoc modo. Quemadmodum per virtutem caloris naturalis omnis cibus in ſubſtantiam conuertitur edentis, & vnum fit cum illo; ſic qui panem hunc Chriſtiferū manducat, fit cum Chriſto res ſanè prorſus vna; non quidèm per adhærentiam maioris cum minori, ſed potius è conuerſo; vt verba nunc producta demonſtrant ſatis clarè, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo.* Ille, ſcilicet, in me manendo primo loco, & ego pòſt in eo; ille enim per aſſumptionem adducitor ad me; ego autem non deducor, vel feror verſus illum. Hac tamen differentia inter hominis & panis conuerſionem cōſtituta; quod in pane eius ſubſtantia, illibatis atque integris accidentibus manentibus, in corpus Saluatoris mirifice B mutatur; at in homine è contrario ſubſtantia permanente, tantummodo accidentia in Chriſtum commutantur; ita vt homo Adami filius, & illi valde ſimilis, in omnibus peccatis ab ipſo originatis, iam Chriſto fit perſimilis, Altiſſimíque filius, virtutibus in cunctis; de quibus filiis optimis ſcribitur in Pſalm. *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes.*

Vt panis in ſubſtantia & homo in accidētibus mutentur in hoc Sacro.

Pſal. 81. 6.

26. Et verò ſciat Lector Redemptoris ipſum corpus à nobis manducatum, non adeo manducatum, quàm potius nos manducans veraciùs reputandum, ita vt illud ſuos magis edentes verè edat, quam editur ab eis. Quæ veritas innititur ſententiæ peruulgatæ, qua de bene Communicantibus profertur in ſcholis; in eodem prorſus actu manducari, & manducare. C Illi etenim ſpiritualiter in gratiæ receptione à Chriſto manducantur; ipſi vero Sacramentaliter in Sacramenti perceptione manducant Chriſti corpus. De qua ſanè comeſtione, cum tempore ſit prior, priori loco dicitur; *In me manet*; de alia verò iſtam immediate conſequente, quod ſequitur ibidem; *Et ego in eo.* D. Tho. ſatis latè opuſc. 58. cap. 17. & cap. 20. & 3. p. q. 73. ar. 3. ad 2. nóſque etiam cum hoc Sancto Enarra. de præcepto.

Manducatū vt nos manducet Euchariſtię Sacramētum.

D. Tho.

Cui eſui modo iſto reciproco & alterno, Bernard. ſup. Cant. ſerm. 71. his verbis ſuffragatur; quibus hominem cibantem, & ab homine cibatum ſic facit Chriſtum Dominum. *Bonus Paterfamilias, qui ſuorum domeſticorum curam gerit; maximè in diebus malis, vt* D *alat eos in fame, cibans eos pane vitæ & intellectus, & ſic nutriens ad vitam æternam. At paſcens, [illegible], paſcitur ipſe, & paſcitur cum paſcit; [illegible] ſuo gaudio ſpirituali reficiens, & de noſtro æque ſpirituali profectu gaudens.* Sed vt homo, Dei cibus, ab eo glutiatur, amoríſque ſtomacho calente digeratur, ac per totum illius corpus exinde diffundatur, & ei incorporetur, eleganter idem Sanctus inferius ſic ſe habens: *Cibus eius pænitentia mea, cibus eius ſalus mea, cibus eius ego ipſe. An non cinerem tanquam panem manducat? Ego autem quia peccator ſum, cinis ſum, vt manducer ab eo. Mandor, cum arguor; glutior, cum inſtituor; decoquor, cum immutor; digeror, cum transformor; vnior, cum conformor. Nolite mirari hoc; & manducat*

S. Bernard.

Vt manducatio & exhilaratio ſit Chriſti, ſalus noſtra.

ducat nos, & manducatur à nobis; quò arctius illi astringamur. Non enim aliàs perfectè vnimur illi. Videlicet, nisi quando & Christum maoducamus, & pariter in hoc pane ab ipso man-A ducamur; vt nempe nos in illo, & ille in nobis maneat. Quid pulchrius? Quid diuinius? sed iterum de hac re Enarrat. 26.

DE QVATVOR SPECIEBVS (VT VOCANT) Arithmeticæ; quæ omnes in Eucharistia perfectè inueniuntur; in primísque de prima, summandi nuncupata.

27. DE vnitate postquàm, matre cunctorum nomerorum, vt seruit Eucharistiæ, pro modulo peregimus; nunc species nomerandi ea vnitate prodeuntes se offerunt timandæ, & eidemmet scopo aptandæ & collimandæ. Quæ quatuor tantùm sont his vocibus insignes, pernotæ, & nuncupatæ; *Summare; Diminuere; Multiplicare; Condiuidere.* Hæ autem inueniuntut tam verè in cibo isto, vt ille illarum omnium eaerceat ministeria, videlicet, operando hæc quatuor subsequentia;

Summare, per vnitatem;
Diminuere, per humilitatem;
Multiplicare, per liberalitatem;
Diuiderèque tandem per latam charitatem.

Quæ nostro iam mysterio hoc modo accommodantur.

Arithmeticæ vt species contineat Eucharistia.

28. Summare quidèm primo & loco principali. Hoc enim ad vnam summam est moltas atque varias commixtim reuocare, & quodammodo ad vnitatis principiũ remandate. Quod sane ex sese facit Eucharisticum conuiuium; dom non propriè prima gratia cum Deo nos adonat, sed gratia iam vnitos plus ipsi Deo iungit; vt notat cum communi Bernardinus tom. 2. serm. 2. ar. 3. Richardus sup. 4. d. 12. ar. 1. q. 1. Sed & latè Bonauent. eadem d. q. 3. n. 69. Res certè quæ est summas non primitus vnire, sed potius reunite; ac ipsas multiformes ad vnam congregare, & multas Deo animas charitate iam ligatas de nouo religare, ac nomini piissimo astrictius innodate.

S. Bernard. Richardus. Bonauent. Eucharistia quonã sensu non vniat sed reuniat, ac ideo plusqnam vniat.

Quæ summa, vel resumptio, seu potius readunio maioris charitatis, his verbis denotatur; *In me manet, & ego in eo.* Nam vt benè in Commentar. ad alia præcedentia, *Qui manducat meam carnem* Toletus obseruauit, hic cibus solus est qoi cibat, & cibando dupliciter aduoat; quippe qui solus manet ea omnibos cibariis intra hominem manducantem, & manducans intra cibum eundem consimiliter, quod in escis quibuscunque diuerso modo accidit; dum in reliquis non solum non manet qui manducat, sed nec esca manducata in ipso manducante; cum corrumpi, & in alitum conuerti prorsus debeat, vt veri cibi partes ac munus eaequatur. At in cibo Eucharistico, cum substantia ibi contenta, quæ corpus Christi est, nequaquam corrumpatur, nec etiam conuertatur in substantiam inferioris; vt dixi paulo supra; reciprocè atque pariter in vno manet alter; tam edens in edulio, quam

Ioan. 6. 56.
Toletus.
Vt nullus cibus maneat in ipsummet edente, nec edens intra cibum, Eucharistico sublato.
Sup. n. 22.

B edoliom eodem modo in ipsum manducante; *In me manet, & ego in illo.* Et hoc summandi tanto ac vniendi desiderio, vt Christus nou sic dia erit; *Ille manet in mea carne, & caro mea in eo*; sed *Ille in me, & ego in illo*; designans per hęc verba suppositum Diuinum; vt ait ipse Doctor; eum qoo homo mediante Sacramento manducato, mirificè coniungitur; & quasi ad vnam massam reducitur, ac summam, ita vt cum Creatore creatura fiat vnom, cum Infinitóque finitus; & in fimus cum summo. De quo in talém summam nobiscum colligato, vna syllaba tantummodo mutata concinamus cum Regio cytharœdo *Omnis summationis vidi finem.* Nec malè; cum hæc verba, *Omnis consummationis vidi finem; latum mandatum tuum nimis*; ab aliquo de Eucharistia repererim explicata; C nempe à P. Milone in Crucis Sacrificio, quod Gallicè de miraculo scripsit Parisino. Et bene tam in prima verborũ istorum parte; cum Eucharistia finis sit mysteriorum legis nouæ, vt cum Aogelico D. in sua 3. p. multoties adnotaui; quam simul in secunda; cum, ijs, qui constanter Eucharistiæ fidem adhibent, remaneant nimis lata quæcunque difficilia; tam ad firmiter credendum arcana nimis ardua, quam ad sedulo obseruandum præcepta nimis grauia.

Psal. 118. 96.
P. Milon.
D. Tho.

Quibos optime soecinit Hentiquez testimonium lib. 1. cap. 4. §. 5. de Sacrament. in gen. sic finem & veram summam hoc faciens Sacramentum: *Eucharistia dicitur Sacramentorum finis; quia communione & effectu ipsius fit summa in via vnio cum Christo, ad quam* D *reliqua Sacramenta disponunt.* Cui vnioni nos com Deo tantopere summanti non parum vires auget in proœmio lib. 8. vbi scitè vocat eam beatitudinem terrestrem, cælestisque principium, cuius quidem summitatis, sic illam summam facit: *Est autem beatitudo vnione quadam Dei, & assimilatione in vita nostra. Qua digna Communione præparantur animæ in claram Dei communicationem; vbi substantia Dei vnietur intellectibus earum, per lumen gloria dispositis, vt videant Deum sicuti est. Corpus vero ex digna Communione præparatur in resurrectionem vitæ immortalis, vt fiat totius hominis consummata beatitudo.*

Hentiquez.

29. Hac de causa in Sactificio miscetur vino aqua, vt cum Christo populorum coniunctio denotetut; nam vt ait Apoc. *Aqua multa, populi multi*: de qoo optimè Paschasius de Euchar. cap. 11. *Si vinum sine aqua offeratur, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si autem aqua sola, iam plebs videtur esse sine Christo.*

Apoc 17. 15.
S. Paschas.

Quid aqua sit in calice.

Quando autem vtrumque videtur & coniungitur, tunc rectè mysterium Ecclesia spiritualiter perficitur. Nulli igitur liquores sic se inuicem conueniunt, quomodo vinum & aqua. Profectò quemadmodum illud ex aqua per vitem, sic Christus per carnem ex Maria nascitur. Et habetur de Consecr. d. 2. in cap. *Cum omne*; quo loci inter quammulta de aqua vino mixta, inuenies hæcce verba; *Quæ commixtio separari non potest, sicut nec Christus ab Ecclesia.* Hinc factum quod Sacerdos iam iam calicem per verba Diuina conoetsurus, non aliũ & separatum ab illo in quo Redemptor consecrauit suum sanguinem, sed ipsum, eundémque, in istum modum vocat; *simili modo postquam cænatum est, accipiens & hunc præclarum calicem.* Hoc autem quare ita, cum Christus non eundem acceperit in manus, sed alium, de quo loco B agendum consentaneo? Quia vnus est vbique ratione Christi sanguinis; vt etiam altare vnum, Sacrificij ratione; sicut Odo Cameracens. apud Barradium tom. 4. lib. 3. cap. 4. testatur pro re ista summandi nos cum Deo.

Cur vnus tantùm calix in tota sit Ecclesia.

Sed cur Christus ab Ecclesia non potest separari? vt inquit caput ipsum recenter allegatum; quia vnitas illius cum illa summa est, vt capitis cum corpore vnita, seu ingenita, in epistolis D. Pauli ad Coloss. & Ephesios, cuius nexus si soluatur, deficiet omne corpus. Quod ideo tanto capiti, consideratione scitu digna, plus intimè coniungitur, quam corpus sibi ipsi in membris suis propriis; velut optimè à Cyrillo lib. 11. cap. 26. huiusmodi explicatur; *Ecclesia* (scribit C ille) *corpus Christi facta est, & nos singuli membra Christi. Vni enim Christo per corpus suum coniuncti (quoniam in nobis illum qui est indiuisibilis, accepimus) ipsi potius quam nobis membra nostra accommodantur, tanquam corpus animæ.* Mira sanè, atque summa amoris Christi vnio; præsertim, cum ex corde illius dimanauerit. Ex corde quippe eius Enarr. præcedent. manarunt Sacramenta. Quod forsan causa fuit vt Nyssenus illa verba perpendens Euangelica; *Exiuit sanguis & aqua*; adiiciat quæ sequuntur; *Paucæ guttæ sanguinis Christi, totum mundum restaurantes, fiunt hominibus quasi coagulum lactis, illos cogentes, & iungentes in vnum.* In quibus ipse lactis coagulo metaphoram pro nobis aptam sumit. Nihil etenim est aliud coagulum, quo lac D (vbi carduus desideratur pro ista re eximius) ad caseum faciendum, in massam condensatur, quam stomachus hædiculi sugentis matris vbera, qui missus intra lac, hoc optime coagulat, coniungit, atque cogit, vt emphasi notanda præfatus Sanctus ait. Nam Agni innocentissimi stomachus & pectus Christianorum lac per orbem diffusum longè melius ad vnam summam trahit, veniréque compellit; dum ex corde suo fudit Ecclesiæ Sacramenta, quibus homines Christicolas coagulari & congregari res scita & in hoc opere est sæpius indicata. De quo corde, suo sanguine Christiadas trahente, videtur dictum illud; *Calix benedictionis nonne communicatio corporis Christi est?* Theophylacti iuxta

Ephes. 1. 22. & 23.
Coloss. 1. 18

S. Cyrillus.
Vt Christo plus quam nobis vniamur Christiani.

Ioan. 19. 34.
Nyssenus.

Eucharistia vt sit Fidelibus coagulũ vnionis.

1. Cor. 10. 16.

A mentem, qui ita sese habet. *Non dixit participatio, sed communicatio, vt aliud excellentius indicet, puta summam vnitatem.*

Theophylactus.

30. Quæ sit hæc summa vnio, tam summè prædicata, videndum solum restat; quo species iam summandi directius finiatur. Summa igitur illa vnio suapte tantùm est, quæ discriminans in Diuinis Personarum trinitatem, in eisdem simplicissimam constituit vnitatem. Hanc autem, prout potest mortalibus concedi, in nobis verè perficit Eucharistiæ Sacramentum; cui æstimo respicere sententiam Saluatoris; *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Nam de animæ immortalitate à Glossa Interli. exponitur hęc claritas. Sed quæ nobis immortalitas relicta à Christo fuit, si demamus hoc mysterium, quod B bene manducatum præseruat in æternum? *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ergo homines trini & vni per hunc cibum; vni quidèm per vnitatem, qua inuicem vniuntur, & vnum efficiuntur; trini autem per charitatem, qua in Triadem Sanctissimam mirifice euehuntur; vbi amore reciprocato ab illa accipiuntur; & viui in ipso vitæ sepulchro, siue potius, Sacrario conteguntur; vt in mundo pro interim mortaliter viuentes, iam ipsius immortalitatis præludia consequantur, quousque possessionem latentem sub hoc cibo in cælis nanciscamur.

Ioan. 17. 22.

Trinitati vt vniamur per Eucharistiæ Sacramentum.

Ioan. 6. 58.

Hinc Hilarius de Trinit. lib. 8. versus medium illa verba de Eucharistiæ prolata C Sacramento; *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat carnem meam & ipse viuet propter me*; de vnitate cum Trinitate hoc modo enucleauit; *Quoniam ego viuo, & vos viuetis. Quoniam ego in Patre, & vos in me, & ego in vobis. Viuit ergo per Patrem, & quomodo per Patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus.* Videlicet, in gloria; quæ per gratiam Sacramenti istius eius pignoris, vt cantat vox Ecclesiæ; *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*; à bonis obtinebitur. Quapropter Christi caro hîc gloriæ consequendæ, & Trinitatis contuendæ vocatur plena causa. Quò etiam S. Paschasij cap. 1. de Euchar. dirigitur sententia; *Ad hoc quippe Verbum caro factum est, vt per Deum Verbum carnem factum, caro proficeret in Deum.* D Vbi simul Verbi carnem Fidelium dicit escam; per eam nanque ad vitam perennem possidendam mortales inescantur; *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Certè Deus in Deuteron. consumens ignis est; & cum illic Deus sumatur pro vno, Trinóque, sic etiam Sacramentũ vocatur Eucharisticum; nimirum, *Carbo ignitus, cuius ignis participatione in Deũ transformamur.* Ita S. Damascen. relatus ab Incognito in Psalm. 49. qui ista superaddit. *Hæc bene in carbone significantur; nam carbo dicitur ignis in materia terrestri; ignis autem Deus est, natura vero humana secundum carnem terra est. Sic ergo Deus in carne est quasi carbo ignitus. Qui ergo vult inflammari amore Diuino, hunc sibi carbonem frequenter accipiat. In vitis Patrum de quodam Episcopo legitur, vidisse*

Ioan. 6. 57.

S. Hilarius.

Ad cælum consequendum quàm Christi caro efficax.

S. Paschas.

Ioan. 6. 58.
Deute. 4. 24

Damascen.

Incognitus.

Ignitus quare carbo Eucharistiæ Sacramentum.

diffe conscientias accedentium ad Sacram mensam. Videt ergo bonos quosdam, qui dum corpus Christi reciperent, exurebat eos, & incendebat. Sic ille; cui, & aliis eiusdemmet tenoris coronam iam imponat Antoninus 3. p. tt. 14. cap. 4.

S. Antonin. §. 1. quo profatur. *Mirandum valde est, quod mortalis creatura finita virtutis promoueatur ad tantam dignitatem, vt vnıatur cum Deo infinita virtutis, per claram cognitionem & fruitionem continuam. Huius autem rei memoria Eucharistia Sacramentum; vnde in festo corporis Christi dicitur; Fac nos quæsumus Domine Diuinitatis tua sempiterna fruitione repleri, quam temporalis perceptio præfigurat.*

Eucharistia pignus gloriæ.

De specie diminuendi.

Ignis cineres facit, & humiles nos ignis constituit charitatis.

31. QVi summat per vnitatem Eucharistici conuiuij, per humilitatem requisitam in illo suos minuit; hocque tali dependentia, vt ignis ei amoris nequaquam probaretur, nisi ibi circa ignem hi cineres pretiosi humilitatis viderētur; quibus equidem charitatis carbones coopertati egregiè in illis semper Dei rogus conseruatur. Nam & sine humilitate frigescit citò charitas, & vbi charitatis igniculus adfuerit, ibi cineres statim quā plurimos reperies. Flamma namque quæ corripit, in cinerē reducit; & charitas quos vrit, in humiles conuertit. Vnde & ille Patriarcha diuino flagrans igne, se cinerem fatetur; *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Nec mirū, si ex somma præcelsa charitatis, vnitati; que eū Deo, ad humilitatem veniatur; cum humilitas sit etiam virtutum magna summa; vt Episto. 42. vocatur à Bernardo.

Gen. 18. 27.

S. Bernard.

Iubebat olim Deus, vt panibus fermenti societate destitutis comederetur agnus ille, qui fuit nostri cibi figura præclarissima, & omnium in S. Thomæ doctrina longe maxima; cuius legis obseruātia quotannis repetita durabat dies septē; quibus panis fermentatus à populo exulabat. Sed quare talis iussio? *Nunquid de fermento panū cura est Deo?* vt loquitur Rupertus. Verè quidem de fermento, interdicendo tamen suis, est ipsi magna cura; sed de fermento quod opponitur sinceritati veri Agni, quem Paulus absque fermēto malitiæ vult edatur; *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Huiusmodi fermentum Deus vetat, & solerter ab Agno Filij sui figura valde prohibet. At quænam sub fermento malitia delitescet? Illa sane rei nostræ mirandū in modum feruiens; quia massam nimis eleuat, & ingenito tumore inflatam atque distentam tam summè secum reddit, vt ipsa sibimet acore grauis fiat, & flatibus rumpatur, ac extra locum suum præfixum & condecentem incongruè diffundatur; in quibus satis clarè superbia figuratur, ad viuumque exprimitur, & oculis proponitur. Nec male in pane hæc commuoi constituitur; quia panis abundantiæ, & affluentiæ terrenorum superbos solet facere; vnde cibo primus ho-

Exod. 12. 15.

Rupertus.

Cur panes fermentati ab agno longe exules.

Fermētum quam ingenitum superbiæ sit exemplum.

A mo superbus factus est; à qua quidēm primogeoita superbia nos Apostolus, iuxta proximum Rupertum in istum modum reuocat: *Propter peccatum hoc dixit diabolica superbia, quo fermentatum est genus humanum à primis parentis præuaricatione. Septem ergo diebus, id est, tota vita nostra ab hoc fermento caueamus.* Sed maxime cum imus ad panem Sacrameoti, qui humiles tantopere clientes suos exigit, vt ab eiosmet altari altitudo & eleuatio quęcūque deturbetur, ac solo prosternatur; quemadmodū Philosophus Hebræus conrestatur, qui dimidium Philosophiæ in suo præfert nomine; apud librum quem inscripsit de Victimas offerentibus; *Omnem oblationem sine fermento fieri iubet Legislator, propter tumiditatem, quam fermentum* B *effecit; atque figurato præcepto, ne quis elatus ad altare accedat, tumidus fastu, & arrogantia; sed aspiciens Dei magnitudinem, suam mortalitatem agnoscat; quantumuis cateris fortunatior, & vera æstimatione animos elatos reprimat, cauens insidiatricem superbiam.*

Superbos panis terræ; at cæli facit humiles

Philo obiter laudatus.

Fermētum eut ab omni Sacrificio longo exul.

Superbia quantum à vitis altaris elonganda.

32. Viden qoomodo panis cum Agoo manducatus humilitatem verè minuat, quos diaboli altitudo, vt grauius laberentur, euexit per superbiam? Hic planè, mundúsque, illius imitator, tanquam semel Heliogabalus, vt testis est Lampridius, conoiuas suos faciunt sedere super folles; quia vani solos vanos, & vacuos, ac ventosos ad mensam suam vocant. Christus autē oon super aërij cordis folles, sed super fœnū fecit discumbere inuitatos; *Facite homines discumbere; erat* C *autem fœnum multum in loco.* Quod Paschasius cap. 14. expendit in Matthæum: *Iubet recumbere super fœnum, vt super quam calcauerunt carnem, sedeant, & super omnes flores illius; quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni.*

Qui folles pro sedilibus, vt Christus fœnum demittit, ad mensam discumbentibus.

Ioan. 6. 10.

S. Paschas.

De Adamo recens eius, piissimúsque factor iam factus castigator, & iudex atque vindex, sic ludit, & amore pateroo plenus adhuc, in istom modum fatur: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum. Nunc ergo, ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum;* ab isto, subauditur, mittamus eum loco; sic enim copulatur; *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, &c.* Sed quare à ligno vitæ alumnum suum pellit? facturam suam trudit? di- D lectum suum eiicit? Ex litera deducitur; nimirum, quia voluit per cibum ventosissimum Deus fieri contra Deum, & ideo à cibo Dei, vt erat ille cibus, iustissime ablegatur; pedes enim superbiæ non veniunt ad hanc mensam. In quo magnā cum illo clementiam Deus exercuit; vt cognosceret per humilitatem quod perdidit per superbiam; vt laboribus mereretur, quod elationibus amiserat; & inde figuratū ac verum lignum vitæ humiliter optaret, qui inaniter figurantis iacturam passus fuerat. Fuit enim lignum vitæ, vt latè post noo multa lectoribus aperiam, Eucharistiæ figuratio, ab homine ablegato ardentius ex optādę, ac etiam suo tempore, ærumnis, non deliciis meren-

Gen. 3. 22.

N. 23.

Adamus cur expulsus ab arbore vitali.

A

dæ & consequendæ. Augustinus lib. 2. de Gen. contr. Mani. cap. 21. *Videtur homo dimissus esse in labores huius vita, vt aliquando porrigat manum ad arborem vita, per quam vita reparatur æterna.*

Augustinus

33. Diabolus quos vocat, in primo ponit loco; *Eritis sicut Dij*, at Christus in nouissimos *Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco.* Vbi Glossa. interlinealis intelligit per nuptias quas Christus celebrauit. Vbi autem tales nuptias in mensa celebrauit, nisi in nostro Sacramento, quod in figura Matrimonij. 20. Enarra. inuenies explicatum? Ad istas vero nuptias humilitate solùm itur; vnde & Christus inuitator, ad primos inuitatos his verbis est profatus; *Ite ad quemdam in ciuitate, & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis.* Nam quare fit anonymus, cui erat domus magna? *Et ipse vobis ostendet cænaculum magnum stratum, & ibi parate*; ac idem moltis aliis nominibus insignis? Ambrosius super Luc. *Ideo sine nomine designatur, vt ignobilis æstimetur*; innata namque est ignobilibus humilitas; si ipsi naturali dictamini non obsint; quos vt legibus naturæ infestos & oppositos, odisse Deus testatur in libro Eccles. Humilitate verò solum est via ad istum cibum de quo relatus Sanctus in Psalm. 118. lect. 12. huiusmodi rem claudit; *Ergo qui anima sua quærit refectionem, humilitate curuetur, qua possit citius ad Dominum peruenire misericordiam.*

Gen. 3. 5.
Luc. 14. 10
Cur pauperes & humiles pro Eucharistia magis proprij.
Matt. 26. 18.
B
Luc. 22. 12.
S. Ambros.
Eccles. 25. 4.

Diabolus deinde, vel etiam in sapientia, quæ veræ sunt diuitiæ, inuitatos suos fore prædiuites proclamat; *Scientes, bonum, & malum*; at Christus tantum pauperes desiderat & amat; *Edent pauperes, & saturabuntur.* Id est, pauperes, & vacui spiritus superbiæ; nam spiritus idiomate Latino ventus est; superbia vero inflata, & vento semper tumens; quemadmodum cum Augustino Incognitus sic ait: *Per pauperes intellige humiles; & tales edent, & saturabuntur; quia per hoc Sacramentum peruenient ad saturitatem refectionis æternæ; vbi totus homo, interior, & exterior saturatur; quia ibi voluntas repletur dilectionis charitate; intellectus cogitationis claritate; memoria fortitudinis firmitate.*

C
Gen. 3. 5.
Psal. 21 27.
Incognitus.
Humilitas ab Eucharistia quæ bona sibi capiat.

Diabolúsque tandem super mensam ponit homines; illis vitæ perdurabilis certificans ingressum, & egressum momentaneæ dilatans, atque pallians; *Nequaquam moriemini*; Christus verò è contrario nos ponit subter mensam, vt ita illius dignos efficiat commensales; ac de Sancta Chananæa centesimo serm. reperies in Chrysologo; *Meritò adoptatur in filiam, leuatur, & honoratur in mensam, quæ se sub mensa, laudabili & prouida humilitate deiecit; iustè toto nunc micas epulatur ex pane, quæ suis meritis se intellexit, & confessa est vix mereri.* Qui trigesimo ser. ad verba Pharisæi; *Quare cum peccatoribus manducat Magister vester?* Solos viros peccatores, qui peccata perpetrata humiliter agnoscunt, & viles atque fragiles hancobrem sese repotant, istius cibi iudicat idoneos compransores: *Pharisæe (scribit ille) confitere peccatum, vt Christi venire possis ad mensam; vt sit tibi panis Christus, & panis ipse frangatur in tuorum veniam peccatorum; vt fiat tibi poculum Christus, qui in tuorum delictorum remissionem funditur. Pharisæe, prande cũ peccatoribus, vt possis prandere cum Christo; agnosce te peccatorem, vt tecum prandeat Christus; intra cum peccatoribus conuiuium Domini tui, vt possis non esse peccator.* Quid germanius? siue dulcius, pro iis qui culparum grauantur diro pondere? Bene ergo cibus hic humilitate nos diminuit; proiiciens subter mensam, quos decet ob ruinam flagitiorum commissorum de ipsismet dolere; vt inde meliores, quam ante sua crimina euadant, & se erigant.

Euchatistia quãto melius sub mẽsa manducetur, quam super eius mensam.
D
Chrysolog.
Matth. 9. 11.
Peccatores cur ad mẽsam Eucharistiæ meliores.

De specie multiplicandi.

34. O Quam ista semper datur cum epulo Eucharistico! In cuius iam figura multiplicati quinque panes, & septem à Christo Dom. fuerunt propter multa, quæ Patres bene explicant; è quibus Emissenus Dom. 4. in Quadrag. munificentiam Redemptoris cum hominum indigentia certantem sic inducit, & laudibus exornat. *Illi manducant, panes crescunt; certamen fit inter panes & homines; vincunt panes, superantur homines; illi sufficiunt, isti deficiunt; nisi enim manducare homines cessassent, fortasse in infinitum panes creuissent Sic igitur & cibus spiritualis, quantò plus comeditur, tantò amplius crescit.* Cuius equidem miraculi rationes plures affert Angelicus scriptor opuscu. 58. n. 6. & 14 vbi scitu rem dignissimã, certissimámque addit; videlicet, Eucharistiam nõ minui, si à pluribus pransoribus edatur; minui verò si non edatur, ac tandem dum comeditur mirifice augmentari; mira certè multiplicatio, quam alibi diffusius lectori non negabo. Quare Ambrosius meritissimè Ioseph cum Christo conferens, in lib. de hoc Sancto. cap. 8. frumentúmque Ægypti quæsitum ab eius fratribus considerans, sic ait; *Magnum frumentum in Ægypto, ex isto grano illa fæcunditas.* Quod granum fuit Christus, aliquandiu in eo regno absconditus & reconditus, vt triticum in granario; donec fuit adimpleta Oseæ Prophetia; *Ex Ægypto vocaui Filium meum.* Granum sanè mortificandum in infidelitate Iudæorum, etsi postea multiplicandum in fide populorum; vt tract. 51. in Euang. Sancti Ioan. profatur Augustinus. Cui grano modo isto multiplicando, & multiplicãti, ac donis nos replenti non male symbolizat, quod de Rege cum agricola collato dixit benè Agapitus Diaconus; *Vnũ Regis & agricolæ studium, vna cura est congregare; hic quidem serit frumentum, ille verò beneficia serit.* Quæ sentẽtia magis Christo hac congruit ratione, quia ipse in hoc frumento & serit beneficia & simul tanta confert, quanta S. Iustinianus in ser. de Euchar. insinuat per hæc verba; *Hoc Sacramentum frequentatur in Ecclesia, vt iustis gratiam, peccantibus veniam; debilibus robur, lætitiam mæstis; diligentibus exultationem; nutantibus*

Ioan. 6. 5.
Eusebius Emissenus.
Vt Christi liberalitas cum hominum egestate in panibus multiplicatis, & pane Sacro certet.
S. Ambros.
Oseas 11. 2.
Agapitus Diaconus. Rex collatus cum agricola in serẽdis beneficiis, & Christus ambos superans in tritico Eucharistico.
S. Laurent. Iustinianus.

bus spem; credentibus pacem; certantibus victoriam, captiuis libertatem; & defunctis conferat requiem. In ipso autem thesauri reperiuntur plurimi, munera copiosa; spirituales delitiæ; mirabilia maxima; Sacra mysteria; Dei, hominisque præsentia.

Gabr. Biel.

35. Rectè Gabriel de Corpore Christi ser. 1. cuncta bona nuncupaoit Sanctissimam Eucharistiam; de qua verba interpetratur à Vitgine prolata; *Esurientes impleuit bonis*; Sed aspice quos omnibus Deus bonis satiarit; illos certè, qoos esuries omnimoda absumebat: non enim possunt omnia infundi simul bona, nisi illi qui hæc ipsa ardenter esurierit, & maxime exoptauetit; sicut etiã magnæ dapes non possunt nisi à magno famelico vorari. Hisque metito in Eucharistia donantut vniuersa, qui vniuersis creaturis omninò fastiditis esurie singulari Dei sui fatigantur, & planè excruciantur; nam qui fame inexplebili illius diuexantur inexplicabili Eucharistiæ thesauro satutantur; vt in animæ conclaui cap. 12. §1. scribit Doctus Blosius; *Nulla prorsus lingua exprimere, nullum cor comprehendere potest, quam ingentia bona homini ex pia perceptione huius Sacramenti veniant. Glorifica Dominum tuum, qui largissima bonitate sua tam magnum thesaurum in misero hoc exilio reliquit, & donauit.* Exilia quippe sont, à mundóque deserta, non parum separata, qui omni mundo spreto, Dei tantùm sitim habent.

Luc. 1 53.

Eucharistia cuncta bona.

Ludouicus Blosius.

Thesaurus Eucharistia.

Quem thesaurum multiplicatum, & multiplicantem Christi famulos videbat, qui dicebat; *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt*; videlicet, Fideles; qui frumento & vino isto, ac oleo ipsius gratiæ, fluente ex hoc mysterio, abscondito, vt Thesaurus, multiplicantur in Ecclesia; de quibus cap. 14. in Virginis speculo sic ait vir Seraphicus; *Vt frumentum ad Christi corpus, oleum ad animam Christi, vinum ad diuinitatem Christi referimus, sic fructum frumenti ad Sacramentum corporis Christi; fructum autem vini ad Sacramentum sanguinis Christi, fructum vero olei ad vnguentum Spiritus Sancti referre possumus. Ab hoc ergo fructu multiplicati sunt filij in Ecclesia, & multiplicata est Ecclesia in filiis; nam omnes filij ventris Ecclesiæ, sunt hæreditas & merces fructus ventris Mariæ.*

Psalm. 4. 8.

S. Bonau.

Ecclesia multiplicata Eucharistico frumento, & etiam fructu Virginis.

36. Ex casu Obededoo qui ob arcam testamenti depositam apud se, & cultu summo habitam, multiplicatus est in bonis, firmantur hæcce omnia. *Habitauit arca Domini in domo Obededon, & benedixit Dominus Obededon, & omnem domum eius.* Quo loci Lyræ calamus; *Benedixit, multiplicando eum in bonis spiritualibus, & temporalibus; eo quod circa arcam Domini reuerenter se habuerit, & deuotè.* Quæ deuotio Obededon, vt esset suis partibus perfecta & absoluta, non solum in cultum Dei per actionem gratiarum debebat se referre; sed etiam in bonum proximi, per dona multis data, & munera largita. Quæ ego puto illũ pauperibus dedisse, & eos ad hospitium, conuiuiúmqoe tum temporis gratanter excepisse, pro gratiis Deo meliùs hoc modo persoluendis; vt hospitiũ illius arcæ,

2. Reg. 6. 11.

Lyra.

Obededon multiplicatus, & quomodo, Eucharistia.

A hospitiis & conuiuiis paupercults impẽsis, rependeret, & pro viribus ad vnguem satisfaceret. Sic etenim & Zaccheum cũ Christum in domum suam excepit, erga pauperes munificum, & largifluum in Luca comperimus. *Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus*; Res nempe temporales pro spirituali tunc accepta, in signum gratitudinis liberaliter donatas. Quæ ambæ pari passu temporalem & spirituaĺe multiplicant substantiam; videlicet, gratitudo disponendo per affectum, & meritum, ad beneficia sumenda potiora; donatio vero iam per ipsummet effectum; quo dona ex donis colligit; vt præter luca Sacra Poeta dixit Cantaber in suo lib. 5. Epigram. 41.

Luc. 19. 8.

Donatio & gratitudo quam debita Eucharistiæ.

Quas dederis, solas semper habebis opes.

Martialis.

B Quæ vero gratiarũ, Eucharisticáque actio & insimul donatio, vt nostrum Sacramentum, quod Eucharistia nuncupari promeruit hac de causa? Huic ergo si deuotè hospitium exhibuerimus, multiplicationem in veris bonis propterea coosequemur.

Quæ damus, hæc habemus.

De specie diuidendi.

37. NOn pugnat hæc cum illa summandi iam exposita, quæ vnitas est facta ex multis summis variis, & diuisiones diuersissimas in vnam tantum regerit; ita vt tandem quod diuidere vnire videatur; vniréque diuidere. Præsertim cum sint molta quæ quando plus vnita, tum corda in frusta secant; vt aurum curis nimiis auarè congregatum hæredum scindit animos, & animas testantium in multas findit partes. Vnde vitã pacatè transigere volentibus sic præcipit Dei verbum; *Noli anxius esse in diuitiis.* Multa autem quæ diuisa perficiunt vnitatem; vt ipsum quoque aurum hilariter donatum, auersos prius homines, & odio dissidentes, ac veluti dissectos ad vnum trahit intimum amoris contubernium; quo sensu dixit Rex ditatus sapientia *Diuitiæ addunt amicos.* Hæc enim nihilominus diuersa sunt suapte; vt etiam in Eucharistia, quæ respectibus diuersis, seu tempotibus, ad minus, & diuiditur pro multis, *Accipite, & diuite inter vos:* & multos in se vnit, vt colligitur ex ipso. *Et diuite inter vos*; nam *Diuidite* diuisionem naturalem secum affert; sicut illud *Inter vos* conciliat vnitatem.

Species diuidendi vt sit in Eucharistia, & quomodo diuidendo perficiat vnitatem.

Eccles. 5 10.

Prou. 19. 4.

Luc 27 17.

Nec tibi in mentem veniat, multiplicare atque diuidere in idem coincidere, & vnum solùm esse; vel duo, vnum ex altero perpetuò dependentia: Multiplicatæ nauque res pru vno frequentissime multiplicantur & seruantur; at verò res diuersæ pro multis semper sunt distractæ, & dissipatæ; ita vt moltiplicatio ad vnum sæpe tendat; at diuisio naturaliter ad multos semper homines, seu partes sese ferat; quò tandem solo hoc modo diuisio possit esse. Et sic in Eucharistia, multiplicare res est vna, ac ingens beneficium; aliud autem longe maius vel malis se diuidere; vt deserti Cordubensis lib. 7. de beneficiis cap. 32. munificẽtiæ summum apicem sub paucis verbis continens, sen-

Liberalitatis quis sit apex, & quomodo

In Euchariſtia hic ſemper viſus fuerit. Seneca.

tentia præclariſſima, in illa proculdubio recenter inſtituta, complerè viſa fuerit; *Non eſt magni animi dare, & perdere; hoc eſt magni animi perdere, & dare*; Nam Iudæ à ſe diuiſo, & duritie irreparabili diabolo commixto, ſubſtantiam quidẽ ſuam, noo adeo temporalem, vt prodigi progenitor, ſed potins corporalem diuiſit liberaliter [illegible] quamuis iſtam perderet; *Hinc tamen Iudas diſceret, nihil eorum prætermiſiſſe, quæ eum ad ſanam mentem reducere valerent*; ſicut Marc. 14. Antiochenus Victor habet, à Gloſſa memoratus. Vnde multi verum putant ab ipſo traditore cæpiſſe pium Dominum doodecim diſcipulorum lauare pedes ſordidos; quod licet neqoe certum, nec mihi ſit probabile, vt alibi dicemus, multum tamen conducit pro re quam ponderamus; cui & vires non exiles addentur ex ſequenti.

Luc. 15. 12.

Victor Antiochenus.

38. Egrediebatur ille fluuius terreni paradiſi, ex loco voluptatis; io capitáq; quatuor, ſtatim ac ortus erat, ex inde ſecabatur, vt ſequen. Enarra. abunde diſſeretur. quorum vnum, ſiue duo, adoerſarios Dei maiores, Aſſyrios abluebat; quod ponderans Oleaſter ingenio conſueto, in iſtum modum fatur: *Docet locus iſte bonorum noſtrorum diuiſionem, vt non ea ſoli poſſidere velimus. Vbi & aliud conſidera, quod præcipuos hoſtes ſuos irrigat. Nouimus quid populo eius fecerit Aſſur, & alij vicini terræ promiſſionis, ad quos paradiſi flumen copioſè mittit.* Sed ſiſte mentis gradum, & fluuiũ melioris, terreni, atqoe cęleſtis in vnum paradiſi, amorem Chriſti Domini, conſidera attentiſſimè; qui maioribus inimicis maiora beneficia, quaſi pio certamine conteodens ſemper contulit. Et hæc quidèm egredieotia ex loco voluptatis, nimirum ex illa magna iucunditate cordis ſui, qua talia dilargitus. Nam & Angelo maiori, qui alios

Gen. 2. 10.

Oleaſter.

Vt fluuius paradiſi maioribus inimicis, maiora ſẽper Chriſtus largitus beneficia.

A deturbaoit, ac ſecum traxit orco, vt in 2. Enarrat. com Sancto dixi Thoma, maioreio dedit gratiam: Et homini ex terreno ac vili limo facto; propter eáque plus omnibus deuincto Dei obſequio, & à vitio ingratitudinis, qua cecidit, plus cuoctis naturaliter ſemoto, largifluæ ſoæ manus mortales inter omnes, præclara multa tribuit. Sic etiam Salomoni Monarchæ ſalaciſſimo delitias, atque mundi diuitias vniuerſas; ac inſuper ſcientiã, quam vertit contra Deum, eximiè ſingularem. Iudæ loco priori, multorum iuxta mentẽ, proteruos pedes lauit; & vt minimũ, ſicut patet, affectu quã piiſſimo; ita vt tandẽ pelui & aqua ad eius lapſus B pedes, & ipſos dulcè lauans, paradiſi verè fluuius, aduerſarios ſuos omnes in illo ſolo rigans, clariſſimè innotuerit. Malcho eum colaphizanti auriculam ſanauit. Longino illius pectus mucrone diro lanceæ quamſæuè perforanti & viſum dedit corporis, & tandem gloriæ eum ditauit viſione. In quibus ſi quæſieris amoris tanti fontẽ, ex fonte paradiſi inuenies ebullire; qui exiens magno impetu de loco voluptatis, hæc ita ſemper egit; ac ſuis boon ſua ſic iugiter diuiſit, vt tam fellis potationem, quam venarum inſectiones, & plurima huius generis, ſibi Agno innocentiſſimo contra leges meritorum, iuſtitiæque ſeruarit; nobis verò, qui C exleges, infirmi & vulnerati atrociter eramus, curationes & alligationes ex ſuiſmet præcordiis, amanter præparauerit. De quo optimè, quamuis in ſermonibus qui ipſius noo certò reputantur, Seraphicus Antiſtes ad illa Vatis verba: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ, & liuore eius ſanati ſumus.*

Chriſti pedes ſuorum lauantis res egregia.

Vt Chriſtus bonus medicus ſibi ægra medicamina, nobis verò reſeruarit dumtaxat ſanitatem.

Iſai. 53. 4. & 5.

DE NVMERANDI MODO ALIO, CONTENTO in Euchariſtia.

39 EST & methodus alia numerandi difficilior, per omnes dictas qnatuor ſpecies diſtributa, eiſdémq; inſerta; quam quidem fragmentorum, ſeu fragminum ooſtrates *Conta feita per quebrados*, communiter appellant. Hæc autem in Euchariſtia nihil minus inuenitur. Nã & Chriſtus confractos ſummauit in hac menſa; dũ debiles, & claodos, & cæcos apud Lucam, ad illam conuocauit. Et confractos diminuit, fractoras obliuiſcens, dum in fratrum conuiuio non rixas & diſſidia culparum me-

Fragmenta vt numerentur in Euchariſtiæ Sacramẽto.

Luc. 14. 21.

D morauit, ſed velut Ioſeph Sanctior obliuioni ſúmæ tradidit. Confractó[illegible]que deinde multiplicauit perfectiſſimè, dum perfractos peccatores ad cælos compellauit; *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores* De quibus cum Euchatiſtię myſterio coniugatis & dulciter vnitis, ſic dici & verti poteſt *Creſcite, & multiplicamini, & replete cælum.* Cum nemo, niſi in re, vel voto cibi huius ſupernũ Regnum adeat. D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 1. ad. 1. Atque tandem confractis diuiſit ſummum bonum, dum illis ſe diſtribuit; vt manoá que palato cuiuſque deſeruiuit.

Gen. 44. 33.

Matth. 9. 13.

D. Thom.

DE EPILOGO ET PERFECTIONE ARITHMETICÆ Euchariſtica.

40. COMPENDIALI quadam litera, & propria ſibi notuia, vtuotur Arithmetici; quę ſane eſt admirabilis, in quatuor, quibus conſtat, egregiis qualitatibus. Primo, io eo, quod ſit verè ſphericę figuræ, ac ideo conctis aliis perfectior, & venuſtior; ac litera quę infinita vocari rectè poteſt, ac pariter Diuina; cum careat velut Deus, principio, finéque. Secundò, quia ſupplet

Cifræ literę Arithmeticæ officia, atque præconia.

supplet figuram decenarij; decenitatúmque cunctarum; qui numerus, vt Deus, figura quauis caret, & fit ex vnitate, adiuncta sibi cifra, quæ vnà cum vnitate, seu voum quid effecta, decenã summat facit; quò fit, vt vnitati hæc litera ligata, fit vnum, decémque; quemadmodũ ipse Deus est vnus, ac per numerum denarij in amplitudine perfecta designatus; & pariter in Decalogi obseruatione veneratus. Tertiò, quia nõ tantummodo ex vno facit decem, sed quia decem ipsum decẽplicat ad ad numeros omnino innumerabiles, in tantom vt ista litera sit voom & simul omnia, quæ illa secũ facit, adauget, & ad computum perducit sine cõputo, ac fines sine fine; quod quantum Deo quadret, non eget explicari. Quartò, quia cum omnia efficiat hocce modo, illa tamen nihil est, & nihil per se valet; in qoo Deo, quo ad mores, non parum assimilatur, respectu illorũ hominum sectantium visibilia; de inuisibiliq; Deo, & bonis carnis oculis nequaquam visibilibus curantinm nihil penitus. Quod vltimum Eucharistiæ in rebus tam exiguis donatæ & institotæ approximat quãualde. Et tres aliæ qoalitates eodẽ ferè modo; sicut potest satis facile probari sigillatim; quantũuis ne diffũdar sufficiat generatim quod in prologo sup. Canonẽ sic Gabriel est loquutus;

Gabriel.

Quod vocis panis ethymon. *Panis iste benè à, pant, quod sonat totum dicitur, quia totum, quod ad salutem pertinet, confert hominis viatori; vt scilicet, nihil illi aut desit, aut superfit, aut optandum adsit; nisi plena satietas cælorum; ingéque, & aeternum connuinum.* Hincque

Gen. 27. 38. vna benedictio Isaaco tantum fuit, quia de pane & vino boc agebat sanctus senex; in quibus quæq; sunt in mondi latitudine, tam vbertim, quam & breuiter; tam plenè, quam compeodio, in cifra & diti summa largissimè haberentur.

Iam perfectio, seu probatio, qua in arte numerãdi, numerationes adamussim diuersę comprobãtur, & vtrum sint exactæ perfectè trutinantur, hîc optimè inuenitur; quia numeris nouenariis ab aliis separatis hæc restat, atque fit frequentius supputatio. Quæ certè in Eucharistia, nimirum in Christi corpore, cum primùm corpus sumpsit, non male visa fuit. Nam eboris Angelorum reie-

Isai. 38 8.
Hebr. 11. 16. ctis longe nouem, & eorũ nouem lineis contemptis propter nos, ad decimam Sol iste Diuinus tandem venit; & istam quæ est hominom, vt loquitur Apostolus piissimè apprehendit. Nec secius cum & corpus reliquit consecratum, seu Ecclesię potestatem, vt ipsum cõsecraret; quippe qui situm temporis Angelorum societatem nullatenus deseruit, illorum iucunditatem deserere, & respuere perspicuè demonstratur; dum istam non com illis, sed hominum cum filiis, in verbis Salomonis, de Eucharistico mysterio non semel explicatis, testatur satis clarè; *Et*

Prou. 8. 38. *delitia mea esse cum filiis hominum.*

Miraculum Arithmeticæ scientiæ consentaneũ, inuenies in historia Caroll quinti Imperatoris, scripta per Illustriss. Episcopum Turuptianum, vulgariter de Tuy F. Prudentium de Sandoual tomo 2. lib. 24. cap. 24. quo ille rem sequentem feria 5. in Cæna Do. anno nostræ Redẽptionis 1540. Matriti contigisse, enarrat in honc modum. Erat tunc eques quidam notissimus in villa & curia Matritensi, vbi natus ille fuerat, & apprimè educatus, per nobilem Matronam, qua com patris sui vidua perchatè coouiuebat, & inde vanos aulæ fauores expectabat. Hic verò, cuius nomen D. Fraocifcus Ramirez, cum prædicta feria 5. corpus Domini recipere in parœcia sua vellet; horrore sui Parochi, qui Communionem ministrabat, ad alium Sacerdotem diuertit hac de causa, vt ab illo sine nausea acciperet Synaxim. Nam Parochus in vultu horribilis tantopere, vt leprosos, vel ad minus grauatus morbo Gallico (vt à multis sine culpa ipsius putabatur) exteriùs videretur. Quid tamen illi iuueni boui Parochi ęgtitudinem sinistrè declinanti, propterea tristè accidit? Vbi primùm hoc fastidio ab illo deuiaoit, statim in vultu suo dolorem nouum sensit, quo cum corpus Dominicum turbatus iam accepit; vnde domum suam repetens, in eã à pia matre his verbis est exceptus; *Que es esto hijo? como venis ansi, que pareces en la cara à Parraga el Cura?* Quid est, ô fili mi, quod noui tibi accidit? venis enim Parragæ (sic ille appellabatur) Curato nostro similis? Mirum dicto, & narratio, etsi morte subsequuta, lepore suo plena. Arripuit ille Aulicus speculum pro teste, seu iudice doloris, & matris demiratæ; in qno Parocho simillimum se intuens, obstupescens, in morbum graue incidit, quo intra dies octo à viuis est sublatus; non tamen sine sui horroris pœnitentia, & supplicij sibi inflicti recognita iustitia, quam districtam contra se humiliter deosculans, Parragam ad se vocauit; cum quo dolore summo Sacramentaliter confessus, & iniutiæ contra cum ex intimo pertesus, ab ipso corpus Domini deuotissimè suscepit; quo, omnium opinione ex signis his conflata, assumptus est in cælum. Philippustum secundus Hispaniæ Princeps hęres (nam Pater viuens erat) testatus est per literas scriptas ad nonnullas grauissimas personas rem adeo singularem; vt ait ipse auctor, per nobilis historicus, in Cbrooologia supradicta Hispanicè exarata.

Mirabilis Deus in Sanctis suis, & sanctus in omnibus operibus suis; qui videtur illum Iuuenem immatura morte à vita peruersa rapuisse; *Ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Qua in re ipsemet Dominus, si miraculum attendamus, exercuit Arithmeticam; mensura dum in ea, remensum fuit illi, qua ahum mensus est. Quis Deum non laodabit? Quis eum in Eocharistia effectuum causa talium non pronus adorabit?

Prudentius de Sandoual.

Miraculum de iuuene, qui morbũ Sacerdotis incurrit, propter quod ob morbũ ipsius bominis, in accipienda Cõmunione ab illo declinauit.

Psal. 67. 36.

Sap 4. 11.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO. OCTAVA,

QVÆ DE HISTORIA PARADISI Terreſtris prima eſt; & in Figura Paradiſi, de paradiſo Eccleſiaſtico; ſeu de Eccleſia, quam Paradiſus terrenus figurauit.

Super Gen. verba cap. 2. n. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Et Apoc. cap. 2. n. 17. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Quæ inferius explicatione alterna elucidantur, num. 43. & 62.

De continuatione Numerus I.

CCLESIAM paulo ſupra columnis tantum ſeptem extructam demonſtrauimus, nunc opere maiori adauctam & decoratam, attente inſpiciamus; ac hominem quem ſupra 2. Enarrat. creatum ponderauimus, ad Eccleſiam iam vocatum, & in ea collocatum oratione proſequamur; donec 10. Enarrat. quid ſic vocatus fecerit, dolore depingamus. Cuius ibi, atque hîc bis calamo exornati, lachrymabilique caſu plus Icaro proſtrati, poſſem melius quam Virgilius initio lib. 6. plorare [Virgilius] A triſtem lapſum. Illic enim bis Dedalo parenti ipſius Icari, bis fuit filij pæna, penicullus excuſſus, cum vellet eius mortem pictura decorare, hîc vero mihi filio communis mundi Patris, non bis, ſed ſæpeſæpius redibunt eius pænæ; vt & penna deſcribam acerbam illius ſortem, & nunquam bene queat ad viuum ſatis exprimi. Sed tamen inter iſta potiora duo loca, micabit vitæ arbor; quò cuncta à nobis ordine præſcripto per Apoſtolum, vtcunque diſponautur, [1. Cor. 14. 40] & dulcius à legentibus hæc ipſa percurrantur, defixiúſque in mentibus ipſorum recondantur.

DE DISCVSSIONE PRIMI THEMATIS, & paradiſi delitiarum expoſitione literali; déque omnibus circa illum à Doctis hoc in loco frequenter agitatis.

[Literæ cortex non dimittendus ob ſpiritus medullam, & intimam dulcedinē.]

2. ON decet propter ſucci ſpiritus dulcedinem Diuini textus codicem relinqui inexplicatum; imò potius primo loco exponi & declarari, vt in corpore literali ſpiritualis ſenſus anima & vitam ſibi habeat, & vitales operationes exinde nobis influat; litera verò in præſentiarum huiuſmodi ſe habet; [Gen. 2. 8.] *Plantauerat autem Domi-* B *nus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue; lignum etiam vitæ in medio paradiſi; lignúmque ſcientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Vnde Ioan. de Turrecremata in [Turrecremata.] expoſitione cap. *Eccleſia* de Conſecr. d. 4.

pto

pro Ecclesia septem fecit conclusiones sicut veras, sic etiam benè doctas à cuius ego parum vestigiis separatus, septem etiam ponderationes, illius valde similes, de paradiso cum Ecclesia collato trutinabo.

Primam quidem, quòd locus terreni paradisi corporalis verè fuerit, & vnicus, ac situs ad partem Orientalem.

Secundam, quod delitiis ad videndum & odorandum extiterit conspicuus, mirificéque plenus.

Tertiam, eisdemmet delitiis ad suauiter edendum omnimo delectabilis.

Quartam, optabilis propter vitæ plantatam in eo arborem.

Quintam verò, formidabilis, ob mortis quoque arborem, quæ ibi simul erat, ad mortem, propter legem, præceptúmque impositum contemptum, sustinendam.

Sextam autem amenitate speciosa conspicabilis, ob illum magnum fontem è medio oborientem; qui mox in quatuor flumina exinde soluebatur.

Supremámque, ac septimam, honorabilis propter hominem quem velut Dei imaginem pro Domino & colono pernobili in se habuit.

De quibus sigillatim, seriatimque dicendum; vt & ordini historiali respectus habeatur, & directius Eucharistiæ præludia iaciantur; ac ipsammodo isto lucidius explanemus.

De Paradisi corporalitate, singularitate, & eius loco ad partem orientalem, primaria ponderatio.

3. Nonnulli, iique sanè clarissimi scriptores Paradisi totam seriem spiritualem reputarunt, & illam ad mystagogias tantummodo applicarunt; quod potius implicatio ipsius horti est, quam aliqua explicatio; cum tota eius narratio, & minutissima descriptio clamet esse locum corporeum, & corporalibus diuitiis ac delitiis vberrimè ditatum. Inter quos antiquiores, nobilioresque patroni sunt Philo in suo lib. de opificio vniuersali; Origenes in Gen. & Ambros. de Paradiso, ac epist. 42. qui tamen cap. 6. prioris ad Corint. contrarium existimauit; si tamen eius sunt quæ dico commentaria; verius quippe & generalius huic Sancto denegantur.

Paradisus delitiarum corporeus & terrenus, & auctores qui contra sium de eo enstimarût.

At vero rem oppositam tam Græci quam Latini Doctores quiqui alij, & rectè tenuere. Quibus causa antiquitatis antiq. lib. 10. Iosephus præponendus; & connectendus primo loco in hom. sua 11. Basilius sup. Gen. Augustinus de Gen. ad lit. initio lib. 8. & lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 21. vbi acer est in eos, qui aliud diuulgarunt. Nec mitior in eosdem Hieronymus ad Pammachium, qui quo sensu videatur diuersum iudicasse, inferius innotescet. Pro qua etiam opinione seuerus valde adest hom. 13. Chrysosto. in Gen. Sale vero & lepore armatus Epiphanius ad Ioan. Hierosolym. quo loci contra Origenem. *Quis autem patienter audiat in tertio cælo donantem nobis Origenem paradisum; & illum quem scriptura commemorat de terra ad cæ-*

Iosephus. Basilius. Augustin. Hieronym. Chrysost. Epiphanius.

A *lestia transferentem; & omnes arbores quæ scribuntur in Gen. sic allegoricè intelligentem, quòd scilicet arbores Angelicæ fortitudines sint, cum hoc veritas non recipiat.* Qui postquam verba Gen. peroptime perpendit, de fluuiis sic eloquitur: *Ego vidi aquas Geon; bibi, & de hoc magno flumine aquas non spirituales potaui. Si autem quæ cernitur vera est aqua, necesse est, vt ficus vera sit, & alia ligna paradisi.* Et bene paradisus literaliter exponitur; si enim tantum mysticè, cum extiterit corporeus, à nobis crederetur, idem posset iudicari de omnibus quæ scriptura realiter enarrat; ac proinde nihil firmum, vt colligit Chrysostomus in illa remaneret. Quapropter loco basis historia est retinenda, allegoria verò solum pro eiusmet doctrina, atque rerum futurarum & Ecclesiæ Mysteriorum notitia præmittenda.

B

Paradisi vt corporalitas mysteriis si. dei profit.

4. Vnum etiam, & vno loco plantatum sacrum hortum, ex æquo clarè liquet; inscitiam contra illorum, vel insaniam existimantium fuisse totum orbem; & fluoiuio mare Occeanum circundás terræ ambitum; quos Hugo Victorinus commemorat in Gen. Qui tamen expulsione Adami à paradiso ab ista opinione facillimè expelluntur; nam minimè de Paradiso amandari potuisset, si paradisus totus mundi districtus extitisset. Et etiam contra mentem, seu potius deliramentum auctorum, qui audacia & ignorantia non minori, sex terrestres paradisos sunt ausi constituere, ac eis loca propria à nostræ longe Europæ confiniis designare, vt facilius hocce modo mendacium

Hugo Vict.

Paradisus neque orbis, nec mul. ti in ipso orbe.

C crederetur. Ita aliqui, quos enumerat Philippus Bergomenus supplement. lib. 1. qui item non abhorruit Hannonis Carthaginensis nauigationem recitare, qua ex Herculis columnis, parata ab eo classe, profectus in Occeanum, relicta ad læuam Lybia, occiduáque conquirens, vltra dies triginta laxauit vela ventis, quousque meridianas iam plagas cursu tenens, paradisi signa aliqua intuitus est illic. Fragor enim de cælo creberrimè sonabat, ardentiáque fulgetra à longe promicabant, & flammarum velut riui præcipites ruebant; qui gladius esse possent terreni paradisi, versatilis, & igne fulgurians incessanti: nam amænitas & fœcunditas illarum regionum paradi-

Philippus Bergomen.

Paradisi sex in mundo sunt potius paroxysmi.

D sum nón abesse testantur satis hodie. Verùm ista, & isti sex commemorati paradisi, non adeo paradisi, quam mentis paroxysmi, atque talis nauigationis euentus commentitius, tenenda iure sunt. Cum nostrates, qui orbem ad Orientem & Occidentem lustrarunt vniuersum, & intrepidè super Garameotas, ac socios sibi Indos, super Cinas & Iaponios, super Magallanos & Brasilios minurim prescrutati, nil vnquam tale viderint. Quantumuis non tam fontem Timaui penetrarint, quam fontes difficilium ipsorum fluuiorum, quos ex terræ paradiso oriri circumfertur; ni forsan isti ignes calores sunt Guineæ, vbi æstus feruentissimi perpetuò tolerantur, procellæque cootinuæ tonitruis & fulgoribus prędictis offendun-

Lusitani quales orbis terrarum lustratores.

Guineæ qui calores in quouis anni tempore.

rut; ſed hoc non valde longe à noſtro territorio, vbi cuncta ſunt notiſſimè rimata & perluſtrata, & tamen nulla vnquam indago paradiſi ab aliquo reperta, vel leuiter olfacta.

5. De loco paradiſi, quo ille quondam fuerit, eſt quæſtio difficilior, & prorſus inſolubilis, quippe quæ fuit ſemper à multis agitata, ſoluta verò nunquam; etſi duo ingenioſi, operoſique ſcriptores, non parum glorientur, ac ſibi gratulentur, hoc peruium demonſtraſſe; quorum ego opiniones, Bolducij, nempe, & Poxæ, fideliter proponam, & ex illis quid plus mihi arriſerit, expromam.

Bolducius. P. Poza.

Fuit igitur paradiſus plantatus in *Heden*; nam vbi nos habemus *paradiſum voluptatis*; Hebraicè eſt *Be-Heden*, videlicet in *Heden*. Quæ quidem vox *Heden* voluptates & delitias; & terram, atque prouinciam iſtiuſmet vocabuli, in lingua ſancta refert: primum ſanè ab *Hadan* quod ſonat delectari; ſecundum verò à verbis dicentibus in Geneſi. *Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra, ad Orientalem plagam Heden.* In eo igitur loco, qui *Heden* vocabatur, plantatio fuit olim terreni paradiſi. Quis autem locus iſte, reſpectu cæli tractus, & quatuor eius partium, ex voce *Mi-Kedem*, vel ſecus *Ex-Kedem* immediate ſubſequenti, vtcunque reſerabitur; ſic etenim in eloquiis Hebraicis reperitur *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum in Eden, ex Kedem.*

Paradiſus vbi fuerit.

Gen. 4. 16.

Heden quid ſit Hebraicè.

Gen. 2. 8.

Nam verbum *Mi-Kedem* vel ſecius *Ex-Kedem* tam *Ante*, quam *Principium* ſignificat Hebraicè. Quod principium cum dupliciter, vel de loco, vel de tempore oporteat explicari, hinc factum, quod interpretes in verſione variarunt; Hieronymus hoc referens ad temporis principium, quo ſenſu ſic traduxit; *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis a principio.* Non equidèm à principio, ante cæli terræque creationem primitiuam, qua via eſſe non poſſet corporeus paradiſus, præceſſiſſet enim tempore, cum tempore congenitas corporeas creaturas, ac ideo ſuamet ſubſtantia prior eſſet; ſed à principio, ante perfectam hanc machinam vniuerſi; nam cælum quarto die, per ſydera & Planetas in eo procreata, non antea, perfectionem obtinuit conſummatam; at paradiſus die tertia, ex plantis quæ in eo creatæ ſunt omnigenæ, perfectus prius extitit; hæc mens iſtius Sancti in trad. Hebraicis. Septuaginta verò id ipſum *Principium* ſic vertentes; *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis ad Orientem.* Nam Oriens eſt in mundo illius prior locus, cælorum motus vnde à primo cæptus mobili initium ſuum habet. Quæ tranſlatio ad *Ad Orientem* cum ſit Græcorum omnium non debet paruipendi, ſed potius cum præfata Hieronymi coniungi, & ſimul explanari; ita ſanè vt paradiſus in duplici hoc principio, tam temporis quam loci creatus agnoſcatur. At cum dictum principium genericè auſcultatum antiquitatem in quouis ſenſu omnino præſeferat; & principium ſeu antiquitas, quam

Hieronym.

Paradiſus cur dicatur creatus à principio, tam temporis, quam loci.

LXX.

Cur Oriens mundi ſit principium & natalitiũ.

Paradiſus terræ ſitus ad partem Orientalem.

Moyſes hîc deſcribit, antiquitas ſit terræ, in qua fuit paradiſus terrenus conplantatus, vt ex eius minutiſſima deſcriptione ſatis patet; quæ quidẽ tam exacta Chronographus eſt vſus, vt notitia illius loci diſtinctius haberetur; hinc Bolducius lib. 1. cap. 2. in Oggio Chriſtiano ad paradiſum inueniendum hanc viam excogitauit; vt ſcilicet *Kedem* vetuſtatem repræſentans, nullam aliam terram exprimat in iſto loco Gen. niſi illam, quæ eſt poſtea promiſſionis vocitata; & quę nomina diuerſa, pro temporibus diuerſis, hæc omnia vendicauit; vnum terræ Chanaan, quia poſſeſſa à Chananæis; aliud verò Paleſtinæ, vt habitata à Philiſtæis; Iudææ nomen tertium; quia poſtmodum longo tempore Iudaicæ genti paruit; & Phœnicia multò antea à Phœnice, de quo Silius ſcribit lib. 1.

Promiſſionis quot nominibus vocata terra fuerit.

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Silius Italicus.

Seu ab aue iſtius nominis, de qua loquendum infra; ante quæ, atque alia hîc nomina ſupreſſa, cunctis ſęculis pręcedẽtibus Noëmi cladem aqueam *Kedem* ſiue vetuſtæ, eſt nomine ditata; eo quod ibi Adam coloniam primam hominum à paradiſo iam expulſus poſuerit, & toto decurſu vitæ ſuæ nobilitauerit hanc ſedem. Quod locis Scripturæ confirmat idẽ auctor; qui verba primi thematis; *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis in Hedem ex Kedem*; declarat in hunc modum; vt Kedem ſit hęc terra cunctarum vetuſtiſſima in hominum incolatu; ex qua partem iucundiorem ſelegit rerum Conditor; quæ præ ſui amænitate *Heden* ſiue voluptas prometuit appellari, & in iſta delitiarũ plantauit paradiſum; delitiis tanquam omnibus redundans viridarium; dum illam bonitate, venuſtatéque præ aliis ſpeciali decorauit.

6. Quæ regio hæc ſelectiſſima, difficile explicatu, niſi forſitan ſit verè & prorſus impoſſibile. Bolducius pro Damaſci territorio pugnax eſt, ob iſtas rationes. Prima, quia parens noſter Damaſci prope vrbem plaſmatus eſt ex terra; vt vetus fert traditio, cuius meminit Lyranus in Gen. 2. & Margarita Philoſophica lib. 7. cap. 45. atque inclytus Poëta Ludouicus de Camoeñs, qui quidem in ciuitate & curia hac Pariſina à nonnullis nobilitate, curioſitatéque primoribus habetur magno pretio, & vel etiam Luſitanè perlegitur ab eis, is autem nona octaua ſic finit Cantus tertij.

Adam vbi formatus.

Lyranus. Margarita Philoſ. Ludou. de Camoeñs.

Para que do mais certo ſe informara
Ao campo Damaſceno o perguntara.

Secunda, quia in ipſo confinio Damaſceno à paradiſo relegatus, & vixit ipſe pater; & ibi ſui criminis abſoluit pœnitentiam, per totum vitæ curſum laboribus peractam; *In laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ*; quã in terra Hieroſolymis contermina concluſit, vbi in monte Caluariæ mandatus terræ fuit, prout infra hæcce omnia lectoribus pateſcẽt. Sed Hieroſolyma à Damaſco dietis paucis diſtat, hîc ergo floruit olim amænus ille hortus, deliciis celeberrimus. Nec enim in paradiſum à longe tranſportari, nec

Gen. 3.

ſimul

Exilium Adami vbi. simul in longinquum ab illo relegari, formatum à Deo hominem sed omnia circumcirca confinium illius fieri, omninò decens erat. Et quò attinet ad exilium, fuisse valde proximè, exinde satis liquet; Gen. 3. 23. *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.* Non aliam, sed eandem, de qua fuerat assumptus, vt annotat Chrysostom. hom. 18. in Commentar. super Gen. qui hom. 16. huiusmodi se habet; Chrysosto. *Nam eiectione, & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, vt ipsa doceit, quantus impostor fuerit damō.* Quod iterum firmatur ex pagina Diuina, dum pro LXX illa sententia; *Eiecitque Adam, & collocauit* Exilii Adami quare e regione paradisi. *ante paradisum voluptatis Cherubim*; hæc verba septuaginta interpretres transcribunt; *Eiecitque Adam, & collocauit eum ante paradisum voluptatis; & posuit Cherubim, &c.* Nimirum, vt ex frequenti conspectu paradisi, & amissæ fælicitatis assiduè recordatus, acerbiori cordis sui angore premeretur, ac odio intimiori auctores tot malorum, diabolum, & peccatum quamualde insectaretur, precationéq; continua plus gratiæ mereretur. Nihil enim infelicius, funestius ve existit, quam coram eisdē oculis abiectum reperiri, quibus olim quisq; fuerat prædiues Infelicitas quam maxima felicitas mutari in vitā despicabilem. & sublimis. Quare si homo adductus est ex agro Damasceno, & in eum à paradiso expulsus fuit postea, ibi fuit proculdubio terrenus paradisus. Præsertim, quod Damasci in huius rei memoriam, columna quædam visitur, in loco quo Adamus à Deo se abscondit, & alia vbi narratur expulsum constitisse, & ex causa sui criminis planxisse culpam suam, ac vitam transegisse; quæ itinere semi diei altrinsecus sunt dissitæ in campo illius vrbis, hanc obrem frequentatò à viris peregrinis, qui volunt Adami quæ monumenta in campo Damasceno. rerae Sanctę inspicere res inclytas. Quod Bulduccius narratione alterius Capucini, qui Reginæ Christianissimæ Austriacæ nunc Annæ hoc Regnum moderantis, imperio, votóque, Ierosolymam se contulit; vbi omnia illius terræ & aliarum vicinarum attentè ponderauit, testimonio ratum facit.

Amænitas & feracitas Damasci quam eximia. Tertia ratio, quia amænitas eiusdem regionis, & eiusmet feracitas admirationi cūctis est, qui illam perlustrarunt, & ipsi Sacro textui, qui domūm voluptatis Damasci terram vocat; Amos. 1. 5. *Et conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de domo idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis.* Quod epitheton supremum, nempe, domus voluptatis, paradiso delitiarum terrenarum solum quadrat. Ex pressúsque in alio Diuino Vaticinio, de Tyri Rege terræ contermino Damasci dicente pro Bolducio; Ezec. 28. 13. *In delitiis paradisi Dei fuisti.* Et io Genesis historia de Iordanis territorio ibidem valde proximo; *Irrigabatur sicut paradisus Domini*; vt ex ibi prisco tempore vicino paradiso metaphoram desumeret, Iodæis magis notam. Ergo vel in Iudæa, vel circa illius fines terrestris paradisus.

Quarta, quia Damasci fertilitas & nimia aquarum redundantia, istarúmque præstan-A tia, salubritas, & claritas hoc ipsum contestantur. E quibus res secunda probatur illis verbis; *Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder?* 4 Reg. 5. 12. Prima verò ex eisdem; quæ aquæ magnā vim & copiam præseferunt; cum fluuij duo sint, affluentiam non mediocrem in territorio satis paruo se ipsis contestantibus. Vlterius, quod sic dicitur à cunctis qui regionem viderunt Damascenam; videlicet in ea è collibus quam multos sonantes fontes labi; & dulces, fugientes, pelluoidósque riuulos per gramina florigera vbertim præterfluere; nec non labentes fluuios per margines virentes; qui liquida crystallo, & argento dissoluto soluente se in sonos gratissimos auditui; vel B somnos suo murmure conciliant ibimet, vel rumpunt aliquando rumore grandiori, & laticum fragore, qui illie tanti sunt; vt omnem terram illā varietate & amænitate omnigena adornantes, peculiari ipsius incolas perfundant voluptate, ac ripas nec nō simul campotum interiora magna arborum venustate & multitudine decorent. Vnde ferax illa plaga & nimis pulchra redditur; quæ cæli nihil minus quam soli bonitate summopere ditata, salubris fit & terræ assimilata viridario; quod olim ibi fuisse ex istis & Diuinis oraculis adductis perspicuè coniectatur, ni forsan clarè pateat.

7. Hæc in summa Bolduccius lib. 1. cap. 1. Bolduccius. cum alio subsequenti in Oggio Christiano; & de Ecclesia ante legem. lib. 1. cap. 20. qui C tamen licet fusus, confusus est in hoc; & insuper non adeo cohærens rationi, vt non facili negotio hæ omnes destruantur, & quasi per se corruant; ita vt hæc postrema non congruat paradiso, & vnde fuę aliæ firmari videbantur, infirmæ multò plus, & fragiles exinde, ni fallor, dignoscantur. Paradisi nanque fluuij in Sacro textu quatuor; at Damasco duo tantum colligentes omnes alios in Geographia perquam docti attribuunt viri omnes; nec verba ex 4. Reg. à Paradisus vtrum fuerit in campo Damasceno. nobis modò data eis tribuunt quéuis alium; qui in vnum coeuntes Tyrrheoo, siue potius mediterraneo mari influunt. Vnde alterum inconueniēs insurgit in Bolducium; quia ad hoc vt paradisus fuisset in Damasco, oportebat, quod illius fluenta ciuitatis, oppositum ex diametro tenerēt cursum suum, D videlicet in Tigrim, Euphratémque vberrimos, qui abluunt Babylonem, vt veritas sic paginæ Diuinæ saluaretur, quæ duos illos fluuios oriri ex paradiso apertis verbis tradit. At cum flumina Damascena contrarium locum petant, non ibi paradisus; vlterius, quod Abana & Pharphar nominantur; quare nec voce tenus cū amnibus conueniunt, qui in Genes. ex paradiso bullire memorantur. Nec aliud potest erui ex aliis Adam vtrū formatus ibidem, vel in proximo. fundamentis; quia benè de longinquo in domū paradisi transferri posset homo; imò hoc insinuatur io illo verbo, *Tulit, Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso*; id est, de longe tulit; & per aëra, vel similiter, eum transtulit ex partibus ab illis

valde dissitis; nam si homo formaretur in confiniis paradisi, decentius diceretur; *Introduxit Dominus hominem in paradisum voluptatis*; hoc est, quem extra & iuxta paradisum suscitauerat, ad intra mox induxit, & intus collocauit. Nec *tulit* de remotis incongruè interpetratur, cum de raptu S. Henoch legatur huiuscemodi; *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quamuis etiam de propinquo inueniatur verbū tulit; *Tulit quoque Helias pallium suum. Tolle prandium, quod misit tibi Deus.* Neque Adami ad paradisi conspectū relegatio necessariò propinquitatem illius postulabat; cum & Daniel ex Babylone versus tēplum Ierosolymitanum, ianuis illuc respicientibus apertis præcaretur; *Et fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat*; inter quæ loca duo non modica distantia itineris iacebat: sicut etiam de Carthagine à Roma satis deuia, nihilominus eregionè & contra consistente, cantatur à Poeta;

Gen. 5. 24. — 4 Reg. 2. 8. — Dan. 14. 36. — Dan. 6. 10.

Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)
Carthago; Italiam contra; ——

Virgilius.

Adami pœnitentiæ & expulsionis à paradiso monumentorum quæ nam veritas.

Iam illa absconsionis, ac Adami expulsionis adducta monumenta, quæ Bolducio prima facie fauere videbantur, ab indigenis quantumuis religione venerata, nocere magis puto; nam spatiū quod ambulari semidie tantùm possit, inter lapidem atque lapidem fatetur interfusum; at hoc est valde inuium rationi, & Sanctis Patribus. Istis quidem, quia dicunt, in medio paradisi, culpæ suæ latibulum Adamum quæsiisse; quia arbores ibi erant & vitæ & mortis positæ, vbi fuit sui criminis strage deturbatus, de illóque à Deo statim interrogatus; quapropter vel Adamus in medio paradiso iudicium tale subiit; vel valde prope mediū, quod puto magis certum. Nam ad iudicis Dei vocem deambulantis post meridiem, Adamúmque vocantis, probabile est quòd ipse, vt à medio rectitudinis comestione mali pomi funestè declinauerat; sic mox confusione piaculi commissi à medio paradisi decliuium requisierit, & in loco proximiori, vel etiam ante Dei vocem, ob vocem culpæ suæ interius personantem, & eum perterrentem, ficulneam quæritarit, nam in medio paradisi, quemadmodum in arena pro pugna deputata, solas vitæ, mortísque, vt præmij & pœnæ arbores, quod infra notum faciam, extasse verū puto. Rationi verò æquè, supposita hac sententia. Nam si homo peccauit in medio paradisi, & ibi fuit illico à Deo interrogatus; ac inde iussus est discedere in exilium, minus certè latitudinis quam dici vnius iter habebat hortus ille; iuxta signum columnarum superius productarum; quod ridiculum, & impossibile omnino mihi est; cum magnatum videamus, nec quidem pauca nemora, quæ continent intra se spatium longe maius. Quare hac opinione Bolducij derelicta, ad aliam P. Pozæ rimandam transeamus.

Adā virum relegatus in territoriū Damascenum.

8. Hic eandem quæstionem enucleat diligenter Elucidarij lib. 3. tract. 1. cap. 5. quo tamen non permodice deosculatur manum suam, quasi sibi pro sententia congratulans quam affert, & velut nouam ac firmam lectoribus exponit. Verùm frustra, & immeritò; nam vetera pro nobis, ni fallor, ipse cudit; quia præter opinionem Pererij nihil habet. Sicque Pozam dimittamus; & Pererio responsionem quancúnque præbeamus. Iste autem, quem paradisi historiam perdifficilem, illa sua tam ingenij, quam genij operosissimi, quo quasque, licet arduas elucubrare consueuit, elaborasse & elucidasse ambigere non decet, paradisum in Mesopotamia, vel circiter constituit, paradisi verò fluuios, qui quatuor dignoscuntur, Euphratem, Tigrímque, cum duobus, in quos ij in ipsamet prouincia dissecti duplicantur, spatio donec aliquo itineris peracto, ad primos duos alueos vt antea reducuntur, prudenter nimis facit. Qui etiam & Æthyopiam, quam vnus in historia Diuina totam circuit exemplo vxoris Moysis, quæ cum esset Madianita & ex Arabiæ ditionibus, Æthyopissa nūcupatur, Arabiam existimandam ostendit non incongruè. Neque fluminum nomina expressa ab scriptura sufficienter non exponit cap. 2. sup. Gen. quibus eius interpetratio videtur perfectissima, ab omnibúsque numeris vt dicunt absoluta, cum de omnibus circunstantiis rationem plenam reddat.

Pozæ, Patrisque Pererij de paradiso quæ opinio.

Pererius commendatus.

Gen. 2. 12.

Exod. 2. 21. Num. 12. 1.

Cum verò paradisi notitia perdifficilis in omnium mente sit, & in omnibus quæ de eo enarrant Dei eloquia; duo mihi sese offerunt in hac opinione plus iusto duriora. Alterum illud quod scribitur de fonte ipsius horti; *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum*; Nam egredi non est aliud in fontibus, quam nasci è terra ebulliendo, vt dicitur expresse in Ezechielis Vaticinio; *Aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem*; adiuncto Lyræ calamo; qui per modum scaturientis fonticuli huius aquæ egressum clarè docet. Et patet, quia fluuius egrediebatur, sicut legimus, ad irrigandum paradisum; id est, adipsum locum, ex quo egrediebatur primariò perfundendum, & postea regionibus externis quibuscúnque, se quoque diffundendum; vt in aquis ex pomariis frequenter redundantibus terrarum vbique cernimus. Nec decebat paradisum aquarum natiuarum penuria laborare, & has velut accommodatas accipere aliundé; alienos nanque tunc haberet ille latices; cum tamen nihil hortis innatum magis sit, quam lymphas sibi proprias habere ex semetipsis; quæ quidem interiora illorū prius abluant ac maximè fœcundent; & postea in exteriora, præsertim confinantia superfluant abundanter. Resque satis indecora tam miro loco esset, si terra quæuis alia inferior & deterior cum eo comparata, eidem benefaceret; & situs cunctis melior, nobiliórque in mundo, ex non parum ignobilioribus subsidiom & alimoniam irrigui compararet. At Tigris & Euphrates forinsecus fluebant, & intro se ferebant, seu potius confluebant; qui in alueos

Gen. 2. 10.

Ezech. 47. 1.

Lyra.

Paradisi qualis fons; & vbi illius ortus.

alucos secti quatuor, quadrifidum & vberrimum Pererij iuxta mentem, faciebant illum fontem, tam varie commendatum; ergo aliæ tegiones minores paradiso ei opem conferebant.

Gen. 2. 10.

Alterum verò, quod ibidem immediatè colligatur; *Qui inde diuiditur in quatuor capita*. Vnde satis coniectatur, seu clarè demonstratur, ex vno fontis gorgite, qui ob sui magnitudinem hîc fluuius nuncupatur, statim quatuor flumina quadripartita deriuari; & in quatuor mundi capita, vel partes principales, nunquam amplius commiscenda, exinde dimanare. Quod si ita; mundi facies pulcberrima maneret, dum in suo meditullio, ac corde tam eximium delicium possideret; & inde plagæ reliquæ diuitias ac delitias communicatas per hæc flumina B vberrimè obtineteut.

Terrestris paradisi materia quam difficilis.

9. Quid ergo in re tam ardua diceodum, & reputandum? Dico sanè materiam sic esse perobscuram, vt omnes illā summo sudore pastinantes, palpantes sese habeant; & de rebus cæcutiēdo palpandis à se ipsis, statim in primo limine illarum petant veniant. Quam & ego cū illis humiliter exposcens, opiniones indicabo; & quid mihi visum fuerit ex eis non negabo. In quo prælio difficillimo victorias non promitto, sed gladiis doctiorum pugnabo in hac caligine; vt nec sine fundamentis peroptimis aberrem, nec quod erratum fuerit, singularitatis vel nouitatis amori tribuatur. Quo præludio pro eclipsi præsenti decantato, hoc sentio

Auctoris quæ opinio de terræ paradiso.

C Primo loco; quòd à fluuiis Babiloniæ superius memoratis, vsque ad mare mediterraneum, plus minus veterrarum, paradisus terræ fuit; quia ibi includebatur promissionis dicta terra, Mesopotamiáque prouiocia, vbi cūcta patrata à creatione primi hominis vsque ad Ecclesiæ perfectiooem, Salutis Sacramenta; & vbi Dei Ecclesia per Christi Passionem, Resurrectionem, Ascensionem & descensionem Sancti Spititus, perfecta, & consummata. Ac simul, quia ibi præfixum mundi medium, vt regio collocata in medio quarti climatis, ex septem quæ Cosmographi considerant in orbe. Quapropter bene ibi Redemptot noster Christos ioxta Regium Vaticinium salutem est operatus, vt demedio ad circunferentiam D saluatio dimanaret; *Operatus est salutem in medio terræ*. Nam iustum, ac rationis libramiot conuenieus, vt in eodem meditullio præcederet figura, quo postea fuit veritas per illam designata, constructa & fabricata; & vbi vitæ arbor, quę in medio paradisi terrestris loco erat, io medio mūdi pariter consisteret hoc modo; vt ex corde ad totū corpus & totam mundi machinam, vitalis ille cibus & fructus portaretur; ac ibi à toto mondo religiosè quæreretur; quemadmodum in sequentibus elucidandum à nobis erit; in quo ego cum tribus præcedeotibus auctoribus vnanimis conuenio. Hincque totidem qoæstiones de paradiso necessariæ peroptimè soluuntur.

Quot climata, & in quo promissionis terra sita.
Psal. 73. 12.

Paradisus terræ cor totius orbis terræ.

Infra. n. 22.

Prima; illum terræ tantum, cum orbe

A comparatum, totius orbis terræ occupare potuisse, quantum occupat cor nostrum respectu bumani corporis; quo capacitas paradisi iam manet satis agoita.

Paradisi terræ locus tam magnus vt est cor respectu nostri corporis.

Secunda nullo modo extare de præsenti hoc pulchrum, terræque permaximum miraculum; nam regio patens est, & nibil tale in ea à quouis fuit vnquam repertum post diluuium; versatilis nec etiam, ac igneus ille gladius micare circunspicitur; cum tameo olim fuerit coospicuus atque patens.

Paradisus terræ verū superstes de præsenti.

Tertia, istud nō euertere viuentē Henoch adhuc, qoi trāslatus in paradisum terrenum à Deo fuerat, Eccles. 44. vt paradisus propter eum incolumis dicatur. Nam tempore diluuij miraculum par esset, vel ipsum in eo horto, aquarum cincto montibus, illæsum conseruari, vel in aëre eo temporis teneri & sospitari; è quibus tu secundum conuenientius non negabis. Nunc enim si de præsenti statu sermo fiat, miraculum non est in toto mundo peruio à nemine inueniri, quod & pariter de Elia huiusinodi trāslato, oportet æstimari; posūt quippe Dei vittute existere inuisibiles; vel visibiles & incogniti; multifatiámque à Deo alimento sibi congruo pro vita tam longinqua, cibati sustentari; sicut P. Pererius in commentar. sup. Genes. ostendit satis amplè & doctè sicut solet.

Eccles. 44. 16.

Henoch in paradiso vel alibi vt incolumis.
4. Reg. 2. 11.

Pererius.

Secundo verò loco, quod fluuius paradisi si verba Sacræ paginæ literaliter pendantur, ab eius meditullio, radicibúsque arboris vitalis, vel illius vicinia plus possibili, omnioo profluebat; sic sanè vt vitę lignum, cum alio simul mortis (ac infra differetur) in medio circunferētiæ ipsius borti fuerint, & magno aquarum gurgite, istarum ripas arborum, vel circa, contingente, vndeuis cingerentur; quin ad eas nisi pontibus diuinitus appositis valeret transmeari. In quo saltem quo ad gurgitem patroni mihi sunt, omissis aliis viris inferius referendis, Cornelius & Salianus adducti per Bolducium; & quo ad dictos pontes, hortorum met necessitas; qui si magna riuulorom, aquarum ve maiorum scatent affluentia, multis pontibus profecto, & iis non exiguis, videmus indigere. Nec est cur viridarium miraculis repletum, priuaretur re communi in magnis viridariis; vbi fontes fabrefacti iam lignei, iam lapidei, ad omnia percurrenda, quamplures interpositi. A quo vortice & voragine, ea forsitan vel Nili, vel Rhodani maiore, illa flumina quatuor manabant celebrata; atque omoes, vel maxime maiorem aquarum partem per orbem prolabentium, recipiebant intra se; non illico in exortu habentia magnos alueos, quales fluuij grandiores in sua vi obtentant, sed lentè pro emenso curriculo terrarum crescentia, & tumescentia; donec mundo mirabiliter istiusmodi irrigato, ornato, & circuito, locis quatuor in Crucis figuram distributis, & multis quoque ostiis in singulis famosis, in mare se proiicerent. Quæ quidem cogitatio iuuatur à Geographis; dum iuxta cæli plagas, quæ quatuor dignoscuntur, io totidem illis

Vitæ, mortisque arboris quo loco & quali forma in terræ paradiso.

Cornelius a lap. Salianus.

Fontis atque paradisi quatuor fluminum quæ fuerit, figura, & dispositio.

partes correſpondentes ex diametro, quatuor terræ promiſſionis prouincias ipſi diuidunt; vt in cap. 6. theſauri terræ Sanctæ teſtatur Pater Cea; ſed preſſius & expreſſius pro iſtiſmet fluminibus Auitus lib. 1. ſic illa à ſuo fonte, exortu, & natalitio quadrifida aſſeuerans.

F. Didacus de Cea.

Auitus.

Eductum leni fontis de vertice flumen
Quatuor in largos confeſtim ſcinditur amnes,

Mira orbis diſtributio, ac etiam pulchritudo, quę mundo pro peroptimo, ſi homo non peccaſſet, peroptima & perpetua de iure deberetur; quantumlibet ea tibi miraculoſa videatur; nam miraculum non eſſet, cum eſſet naturalis, à naturę conſtitutione priori ſtabilita; mirifico etſi modo à Deo elaborata; vt hominum tum vitæ ſanctiſſimè tranſactæ, mundi facies venuſtiſſima è regione reſponderet. Quod ſi montes & colles, aſperitate repugnantes, qoi apparent poſt diluuium, hoc ipſum labefactant, iſtius rei iam tibi præſtabo ratiooes. Quapropter dico

Orbis quãta pulchritudo, ſi homo non peccaſſet.

Tertiò, ſummopere immutatum, vaſtatum, & diſſipatum fuiſſe per diluuium totius terræ globum; vt patet ex Dei ore, *Finis vniuerſa carnis venit coram me; repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.* Quæ terræ deperditio quammagna certò fuerit, quantumuis neſciatur; imò modicam palmorum dumtaxat aliquorum ab aquis conſumptorum ex mẽte Lyrę noſtri fuiſſe inueniatur, ego tamen multo amplius maiorem puto illam, ita vt facies atque ordo exinde mundi manſerint, quam antea, longe alia; in alterámque formam à priſca valde diſſitam mutata, & deformata. Nam ſi Deus ſicut homines puoire terram voluit; *Et ego diſperdam eos cum terra*; certè parum vel nihil maneret terræ illæſum, ſicut homines pauciſſimi manſerunt impuniti; imò omnis ferè terra fuiſſet deſolata, ſicut omnes fere homines fuerunt vaſtitate ſuprema ſuffocati. Præſertim, quòd ſi mundum ob gratiã primi hominis concedimus pulcherrimum, quid dubij, eſſe punitum ob culpas tam multorum, vel etiam in ſui forma, & facie, qua præfulſerat egregia, & celeberrima. Hinc factum, quod Noemus Adami & Patriarcharum diluuium præcedentium, oſſa, & magna reuerentia digniſſimas reliquias in arcam ſecum intulit; vt omnes confitentur; videlicet, ne ex vaſta perditione formæ terræ, ſpolia tam eximia ruinam paterentur; nã aliter ſub terra profunde collocata ſecurè conquieſcerent. Neque dicãs diluuium nõ poſſe contra terram tam acriter pugnare, & vires atque vim tam validè exercere; nam fuit per miraculum (vt alibi dicemus) & à Deo contra mundum irato quod eſt magis, immiſſum; & tanquam miſſum miraculosè, per miraculum commiſſionem ſuam exequens. Iuuat, quod terræ aliquæ, vel ex ſterilibus in feraces, vel ex feracibus in ſteriles non rarò ſunt mutatæ, ob vitia vel virtutes in illis habitãtium, vt pluribus exemplis oſtendit Genebrardus ad illud Vatis Regij; *Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.* Quid

Gen. 6. 14.

Lyra.

Per diluuiũ quantũ terra vaſtata & deformata.

Quæ oſſa Noë ſecum intulent in arcam.

Vt terra propter vitia, virtutéſque mutetur.

Genebrard.

Pſal. 106. 34.

A ergo demirandum ſi orbis vniuerſus ob culpam vniuerſalem punitus fuit etiam in tota ſui facie, & forma quondam habita. Si verò mundus forſan ſic fuit in ſpecie, vt fuit in præſtantia, bonitatéque mutatus; plus fuit immutatus quam dici, & credi poteſt. Nam pęrſtantia, & ſubſtantia, ac bonitas terrena, per ſubſtantiam vitæ noſtræ, quæ iode vires accipit, oportet ponderari; at vitæ noſtræ eſſentia, vel in ſola duratione, relictis malis aliis, eſt decies facta breuior; & longe minor decuplo, quam ante cladem fuerat diluuij generalis: quapropter valde orbis ſpeciem ſuam perdidit. Quod ſi arguas, ob ſupplicium Diuinum factum hoc; in illis verbis Gen. *Erúntque dies illius centum viginti annorum*: quæ tamen aliuſmodi, vt ſuo loco B pandam, frequentius explicantur; cur non caderet ſuper mundum perſimilis vindicta, cum ceciderit ſuper hominem qui erat mundi honos, cuius cauſa mundus ipſe extiterat formatus, & varie decoratus.

Gen. 6. 3.

10. Vis magnæ ſunt hæc omnia: quibus adde, & elementa ſoperiora ac puriora, imò potius ipſum cælum & aſtra clariora propter hominum peccata manſiſſe deturpata, & valde minorata; ac in proprio ſuo lumine, non ſolum culpæ neſcio, ſed clarè, & ex oppoſito illius aduerſario, non parum temerata; in verbis Iſaiæ, qui de mundo renouãdo in fioe ſic eloquitur; *Et erit lux Lunæ, ſicut lux Solis; & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.* Hoc autẽ, quia *Propter hominẽ facta, in eius lapſu peiorata ſunt,* C *& Sol atque Luna lumine minorata*; vt ait Interlinea, explanans hæcce verba. Cui ſubſcribunt. DD io fioe lib. 4. & expoſitores D. Petri. 2. cap. 3. tam in multis præcedentibus, quam tandem in hac ſententia; *Nouos vero cælos & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.* Iã ergo parum tibi, ſeu minimum videbitur, ſi terra culpæ expers, nihilominus, flagello duriſſimo atteratur, & valde deperdatur, cum ſuſtineat ſuper ſe, quos alit, & ſuſtentat, terrenos peccatores; qoando lux quæ inuita, ac renitens ſuapte peccatis lucem præbuit (nam iſta oderunt lucem) tam multum lucis perdidit.

Lux, aſtraque cęleſtia ob culpam primi hominis vt fuerint in luce caſtigata & minorata.

Iſai. 30. 26.

Gloſ. Interl.

2. Petr. 3. 13.

Qua præhabita doctrina, Auguſtini iam ſententia lib. 2. cap. 7. de Gen. contra Manich. intelligibilis & facilis lectori cuique D erit; vbi ſanè rem mirabilem de fluminibus paradiſi in iſtum modum ait; videlicet, per meatus & vias ſobterraoeas in locis valde deuiis ab illo fonte celebri oriri de præſenti; quod contingere non poſſet, paradiſo, mundóque incolumi, & ſuperſtite; ſed primo toto perdito; ſecundo verò valde à facie, & priſca forma in aliam tranſmutato; quo fit, vt illi fluuij, queis erat ortus vnus, præſertim duo ex eis, qui Nilus ſunt & Ganges, poſt cladem cataclyſmi erumpant diſtantiſſimi. Nam penitus paradiſo terreno diſſipato, ac veluti iuridicè necato & lacerato, illius quoque fluuij ob ipſas culpas hominum in fruſta ſunt diſſecti; vt ſæpe

S. Auguſt.

Paradiſi enim fluuij ex vno fonte orti, diſtantiſſimi poſt cladẽ diluuij egrediãtur.

pro

A pro exemplo, terroréque viuentium regiminis ciuilis præcipiont magiſtratus. Congruentius nanque erat pet necem & deſtructionem illius viridarij, & flumina eius deſtrui, quam incorrupto petmanente corruptionem in eis dari; cum miraculum vtrobiquè, ſed leuios hoc appareat. Cuius Sancti opinionem quò ad cunieulos occulros illorum fluuiorum, ſequutus eſt poſt alios lib. 7. cap. 45. quicunque fuit auctor Margaritæ Philoſophicæ.

Margarita Philoſophica.

Quo etiam planom fiet mirandum quid narratum de fluuiis Babylonis; nimirum eorum aquam & viſui turbulentam, & potui non ſuauem, ſed potius inſuauem natuta ſua eſſe; vt mihi dictum fuit ab aliquibus qui illam perſpexerunt, & biberunt; quibus verba Ieremiæ adiiciont fitmitatem; B *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis.* Id eſt turbidam, & palato nullatenus iucundam, vt illam cui coniongitur, ob ipſas qualitates. Quare ergo iniucunda huiuſmodi fluenta? quia ruina paradiſo irreparabili deperdito, deperdita eſt ſuauitas illius fluuiorum; cum tamen aqua eotum tam dulcis ptius fuerit, quam deſumitur ex iis, quæ diximus ſuperios de aquis Damaſcenis; ſi reliquæ paradiſi, ac poſcit ex ſe ratio, ſint ſempet præponendæ; & ex alia re dicenda Enarrat. ſubſequent. n. 23. in fine; vbi dicitur de aquis Niliacis contrarium, ſuaues nempe eſſe, pellucidas & limpidas; quantumlibet à Vate hîc tutbidæ vocentur; C hoc etenim eſt per accidens; propterea quod per riuos quammulros diuidantur, vt tota Ægypti terta Lyrani iuxta mentem, fœcundius irrigetur. Quod ſi detur huiuſcemodi in fluuiis Babyloniæ, non eſt cur recurratur ad aliam quamuis cauſam, pro aquis paradiſi nunc malis aſſerendis; qua dempta bonæ erunt; vel vt ipſæmet fuerunt ante cladem vniuerſalem, vel ſaltem ptoportione & congrua & ſibi debita hac culpæ tempeſtate. Vnde eſt, quod vel hoc tempore durante, & refragante, rem miram fett Rupertus lib. 2. de Trinit. cap. 24. ac etiam 29. de fonte paradiſi; quo loci *Terræ mammam* (appellat fontem illum) *vbi ſalſa maris aqua lacteam accipit dulcedinem; omnes nanque aquæ potabiles & ſalubres, vbicunque fluant, &* D *vndecunque appareant, de fonte paradiſi per occultos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles & ſalubres ſint.* Hæc ille; quæ non niſi per maximo miraculotam naturæ, quam & gurgitis capacitatis ſubterraneæ de identitate per ſubſtantiam intet aquas paradiſi, & alias quaſuis dulces exponi bene poſſunt. Nam etiam primo homine in culpam nō labenre, eſſet orbis quoquouerſum hominibus teplendus, inhâbitandúſque ab eis, & totus incolendus, vt etoitur ex oraculo Ptophetæ ſic diceotis; *Dominus fecit terram, non in vanum creauit eam; vt inhabitaretur formauit eam*; ac ideo ſempet fontes per ipſummet diſperſi, omnino neceſſarij; ac dulcedine neceſſatia donandi, quo tam homines quem tertam ſatiarent.

Cur aquæ paradiſi ſint hodie non iucundæ, & turbidæ ad aſpectum

Ierem. 2. 18.

Aquarum paradiſi ſuauitas quam magna.

Lyra.

Aquæ dulces & ſalubres vt ſiant huiuſmodi ex fonte paradiſi, & iſte mamma ſit dulcedinis aquarum per orbem diſperſarum.

Rupertus.

Mūdus extra paradiſum an ſemper habitandus.

Iſai. 45. 18.

A At fontes tot non poſſent ab vno derinari, & ab illo ſuauitatem baorire, & comparare; quare bonitas cunctotum ab eo initiata, vel de ſimili qualitate, non verò de æqualitate, identitatéque omnimoda oportet explanari; vt à foote paradiſi, dulcoris tanquam capite, quæcunque dulces aquæ manare viderentur; vel hęc fontium generalis ſalubritas & iocunditas à generali communicatione cum illo magno gurgite, per meatus & commixtionem veniret inuiſibilem; quod quidèm in mirabilibus naturalibus contrarietatem nequaquam ſecum portat; quocirca paulò ſupra permaximum miraculum naturæ rem pręſentem cōſultò nuncupaui. Quæ ſanè fluuiorum manantium in modom Crucis ſuperius memoratum concentum ratum B facit: & etiam pluſqoam facit, ſi verum ſicut elegans eſt quod de tali fonte ſuper maris capacitatem in ſuo lib. 1. intonat Marius Victor; Ruperti, noſtrámque ſentenriam ſic corroborans.

Paradiſi maior mari vt fuerit fons celebris.

Marius Victor.

Ad gremium Sacri nemoris, quod Sylua coronat,
Fons rigat, & diti prolem virtute maritat.
Quadrifido tumidū latus caput amne reſoluēs,
Ditior Oceano; iugi nam gurgite promptus
Hic proprios donat latices, ille accipit omnes,
Et non ſentit aquas. Minor eſt, qui creſcere tātis
Fontibus infuſis, quam qui decreſcere neſcit.

Quæ omnia tanto fonti attribui bene poſſunt, cum omnia ſubderentut & planè ordinarentut obſequio paradiſi. Quem etiam fontem adhoc ob omnia ptæcedentia vocari poſſe dixerim, & rectè exiſtimari ipſius ma- C ris fontē, ptincipium, cor, & caput; ac clauem, centrum, & arcam fluentis elementi; ſeu puteum voce alia viuentium aquarum omnium, quæ flount impetu, vel fluxu pacifico per mundum.

Meditatio panegyrica de fonta paradiſi.

Hæc de re per obſcura lectoribus vulgare operæpretium iudicaui, vt pro virili, ſiue potius exili parte mea, ſtudioſis Sacræ paginæ ſuppetias miniſtrarem. Cuius demom obſcuritatem hac claudo verirate, vt quemadmodum ante tempora diluuij prouidentia Diuina Cherubim, & ſimul ignis gladium, ne ab aliquo adiretur, prępoſuit paradiſo, ſic nunc mille Cherubim ac gladios ipſè ponat, ne loci tanti ab aliquo notitia inueniatur. Quos ego Cherubim, difficultatum quammultarum appello nodos illos, in- D nexos huic matetiæ, qui nec ſolui ratione, nec vi præſcindi poſſunt; gladios autem verè igneos, non tam framea ſcintillanti, quam flamma comburenti fulgentes contra nos, calores noſttæ mentis, eidem valde infeſtos, quibus vritut, nec parum, humanus intellectus; memoria concrematut; & diligentia voluntatis calote conſopito, quibuſcunque volunt hanc historiā paradiſi à dubiis enodare, deſidiæ frigeſcentis tedigitur in cinerem. Nec illi non conueniens vet ſatilis romphea, dum in vno conquiſitus in alium locum mox ſe vertit & conuertit amænus ille hortus; quaſi eſſet pluſquam alius Heſperidum fictitius incātationibus diuinis mortalibus imperuius. Nec ignis, qui quętentes, cuiuſmodi nunc dixi, exurat, & detet-

Ignis gladius & Cherubim vt hodie in paradiſo.

Paradiſi inueniendi terreni quāius labor, fruſtraneè que impenſus.

reat. Neque tandem Cherubim, videlicet, diuinæ scientiæ plenitudo, hęc duo manu versans. Cum verò ipsum defendat scientiæ plenitudo diuinitus apposita; quę plenè eum scientia humana vel reperiet, vel aliis patefaciet? Hęc mea de paradiso terreno existimatio, quam sic à me expensam inueni post scriptam lib. 7. cap. 45. Margar. Philosophicæ, quo paucis verbis dicitur; *Fortasse sicut Deus aditum eius romphea ignea, & Angelica custodia mortalibus prohibuit; ita & localem situm incognitum esse voluit.*

Margarit. Philos.

Quapropter inter tot ambages paradisi, vna nobis pro solatio & medio per quam facili inueniendi illius locum relicta fuit semita; nimirum, nullo modo hunc posse reperiri, nec sciri, nisi tantum sciendi desiderio. Vnde doctus Bellarminus tom. 3. lib. vnico de gratia primi hominis, cap. 12. in quo ille paridisinas materias elaborat, hunc titulum præfixit; *Locum terrestris paradisi à cognitione humana remotissimum esse.* Quod eo prior dixerat in Harmo. sua Venetus Caor. 1. tono 7. cap. 21. Misericors, miserator, ac Pius vere Dominus, qui nec aream paradisi in terris vult cognosci; vt in cęlis paradisus securior atque melior à nobis exquiratur; & quęsitus nullo modo ab illo denegetur; qui facientibus quod in se est auxilium Deus non denegat.

Paradisus quonā modo inueniatur per quā facile.

Bellarmin.

Venetus.

De delitijs paradisi ad videndum & odorandum secunda ponderatio.

11. HÆc sectio cum sequenti non parum commiscetur; etsi non dubitandum, quod verè distinguantur, vnde ego quæstiunculas illarum separaui; quo melius res diuisa iucundius perlegatur, & firmius memoretur. Quod autē primo loco hîc calamo subiicitur, paradisi nomē est, qui Gręcè paradisus, Latinè vero hortus; Hebraicéque Heden; deliciarum nempe locus hanc ob rem nuncupatur, quia in eo offendebantur ad sensus oblectandos, & pręsertim ad oculorum appetentiam satiandam, atque animum per illos quamualde exhilarādum, & gaudiis perfundendū, seu potius obruendum (si ita fari liceat) delitiæ vniuersales. Hoc autem quia visus pręcellit cunctos sensus, & quæuis res per illum incipiunt demonstrari, ac etiam prægustari. Et bene paradisus hoc nomine vocatur, quasi visū venustissimum pararet semetipso, vel Dei visum prępararet in eo commorantibus, vt Hugo benè & doctè ex voce illius eruit. Vtrumque vero hortus terrenus faciebat; erat enim locus ille eximiæ pulchritudinis, & incredibilis lętitiæ, ad hominem voluptate omnimoda oblectandum; cum non nisi dupliciter in anima atque corpore, quę ibi iubilarent, hic valeat delectari, & ad ipsum disponendum in cęlestis paradisi oblectamina maiora, quæ illa pręnotabant, ac veluti compendio & indice indicabant.

Paradisi quale nomen in tribus linguis extet.

Paradisus parans visum, & quare sic dicatur.

Hugo Vict.

Cuius quidèm veritatis occasione interrogatur, an cum homine in paradiso commorarentur animalia; & nil dubij, quin omnigena ibidem vitam agerent, atq; auium vniuersarū species diuersissimę; vt & auium cantilenis, & spectaculis brutorum; nec non varia speciositate colorum mundi omniū, & fragrantium atque vernantium odorum venustate, illic homo originali conspicuus innocentia, quam iuste potiretur; nihilque desideraretur, quod plausui non seruiret; ita vt demum cantu auium non adeo renouato, quàm potius perennato non posset de paradiso, maiori diei laude;

In paradiso an animalia & aues omnis generis

Odorum, & florum copia in paradiso terræ quanta.

Ad cantus renouatur auis, quæ carmine clauso
Pigrior hiberno tempore muta fuit

Sed vernante semper anno, & melos liquescente, seu liquido & continuo versicoloris auis cantu, vt ait quidam alius; veracius prædicari;

Auicularum qualemelos in ipso paradiso.

In docili loquax gutture vernat auis.

Quemadmodum de Philomela sonante die ac nocte, quod omnibus auiculis existeret tunc proprium, cantatur huiuscemodi.

Tu Philomela potes vocum discrimina mille
Mille potes varios ipsa referre modos.

De animalibus in paradiso negatiuam opinionem tenuere Damascenus lib. 2. cap. 11. quamuis ille in præcedenti propendat in contrarium; D. Tho. 1. p. q. 102. at. 2. & multi ex Scholasticis in 2. Sentent. d. 17. Sed præstant his Basilius Orat. de paradiso; & Augustinus lib. 14. cap. 11. de Ciuit. Dei; opposito adhærentes; nec absque ratione; cum magnum paradiso deesset ornamētum, si nulli in aquis pisces; in syluis nullæ aues, & nulla in pratis omni colore corridentibus ambulantia & colludentia aspectui in eo nemore animantia obuersarentur. Vt illud missum faciam; in vanum tunc concessum hominibus prioribus brutis omnibus aliusmodi pro libito imperare; *Et dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* Vbi obiter per mare oportet primo loco intelligi illum fontem & gurgitem capacem, in quatuor scissum flumina terreni viridarij; hic nanque Adamo fuerat, non mare, demonstratus; quod opinionem illius fontis, præcontáque cum mari & ipsi super mare communia paulo supra, non infimè corroborat.

Damacen.

D. Tho.

Basilius.

Augustin.

Animantia cur futura in terræ paradiso.

Gen 1. 28.

Quid fonti paradisi cū mari & supra mare.

Qua via neque arbores infructiferæ & agrestes decori suffragantes exilium in eo loco eximio paterentur; vbi omnis pulchritudinis thesauri panderentur. Nec officit, quod dicitur: *De omni ligno paradisi comede.* Hoc etenim explicatur, de iis tantum lignis idoneis ad vescendum; vt patet ex oraculis Prophetę Ezechielis, inter arbores paradisi syluestres numerantis: quo fortassis testimonio hanc partem asseuerarunt, Iosephus lib. 1. suarum antiq. & PP. memorati.

In paradiso cur nam arbores fuissent infructiferæ.

Gen 12.16.

Ezech 31. 8.

Quoniam autem de paradisi fragrantia in sectionis præsentis frontispicio, at in corpore persunctoriè dumtaxat quidquid tetigi; non sinam in loco isto lectoribus occultam traditionem satis gratam; quam Nostrates lustratores totius terræ ambitus, in Oriente reperere. Aduehitur inde

Species quot sint Aloe, & ligni Calambuco.

quoddam

quoddam lignũ vocatum *Calambuco* culoris ferenigri, quod nomine corrupto fortassis erit *Aloë*; nam Aloë secundum aliquos Orientalis arbor est, odoris suauissimi, cuius lignum vice thimiamatis in altaribus adoletur; & lignum istud tantæ est suauitatis & fragrantiæ, vt solò dignum Dei obsequio, & cultu videatur; sudorem nanque ex se emittit plus cælestem, quam equidem terrestrem; quem tamen nunquam perdit, cuius odori quæuis laus inferior reputabitur.

Calambuco ligni miri suauitas quã magna, & vbi inueniatur.

Ligni autem tres species huiusmodi afferuntur; prima clarior & insuauior coloris cinericei, quam ex *Aloë Aquilam* agrestem appellant Lusitani; & huius magna quantitas. Secunda iam obscurior, ac etiam tam suauior quam dicunt mitem *Aquilam*, seu *aquilam*, prout tetigi Enat. de sepulchro. n. 36. & huius minor copia. Tertia autem penè nigra odoris iucundissimi, quam dicunt *Calambuco*; cuius semper est inopia & raritas in India; & vt fertur ab indigenis illarum regionum, nemo vnquam vidit arborem illius grati ligni, sed eius iuxta Gangis fluenta frusta paruula tantũmodo inueniri, communis fama est.

Paradisi deliciarũ suauitas & præstantia iucundè comprobata.

Cum autem fluuius ille è quatuor vnus sit, qui è fonte paradisi creduntur promanare, hinc asserunt à paradiso venire tale lignum, quod fragrantiam illius loci & præstantiam in rebus cunctis, secundum istam traditionem non male contestatur; vel adhuc non extante eodem viridario; de quo etiam in nationibus à Fide tam remotis & textus sacri nesciis, habetur per Dei manum in terris complantato, tam magna existimatio.

De delitiis paradisi ad edendum & perfruendum, si innocentia perdurasset, ternaria ponderatio.

12. OMnimodæ hæ fuissent in illo vere mundi miraculo stupendo; vbique ramis fructibus egregiis curuescentibus, ad manúsq; humanas hoc modo venientibus.

Paradisi quale gustui futurum oblectamentũ.

Qui fructus proculdubio saporis miri forent, & possibili suauitate omnimoda scaterent; qua palatum naturali dulcedine complerent, & ad dapes superiores gustandas nostrum animum dolcissimè compellerent; vt innuitur, nó male sub illis paucis verbis;

Gen. 2. 9.

Produxit Dominus Deus de humo omne lignũ pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Hi autem tam prædulces, quã pariter salubres & valde salutares arborei cibi optimi, super nectar perantiquũ optatum & ementitum pararent mensam homini, & super fictã Ambrosiam producerent ei vitam: quibus etiam naturaliter ita viribus & robore corporeo firmaretur, vt absque vitæ arboris miraculo prȩualido, per quatuor siue quinque, ac multò puto amplius annorum milliaria, tunc ætas perduraret; nam si fructibus communibus diluuio non exhaustis, attenuatis & excisis, millesima vel circiter hæc fuit primis viris; quam illi per edulia collecta ex paradiso, vt dixi, non protraherent, & fusius dilatarent?

Terreni paradisi ad vitam producendam cõmunes fructus quales.

Hinc multi in describendis delitiis paradisi & calamos pararunt, & simul vel ex Ethnicis stylum delimarunt; quorum penitus non possum scripta non libare; vt & harum felicitatum pro nobis conditarum nonnihil degustemus, & hominis innocentis statum, qualis foret, pro munere monstremus; nósque pariter ad melioris delitias paradisi studio concitemur, ducamur, præparemur; & virorum testimonio carentium luce Fidei, in Fide plus firmemur; è quibus sic Ouidius relatus à Chassaneo in Cathal. glor. mundi p. 12. Consid. 4.

Paradisus vel a priscis poetis celebratus.

Ouidius.

Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores;
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat;
Nec renouatus ager grauidis carebat aristis
Flumina item lactis, iam flumina nectaris ibãt,
Flauáque de viridi stillabant ilice mella.

Quem etiam voce metrica, at melius, vt Poëtæ non priscæ falsitatis, sed veritatis & pietatis asseclæ Christianæ, vicetunt in hac re Marius Victor lib. 1. ad versum 130. Alcimus lib. 1. ad vers. 200. & Dracontius in libellulo de opere sex dierum ad vers. 60. qui planè eloquentissimè. Eandemmet prouinciam lib. 2. cap. 11. elegit Damascenus, vbi *Gaudij & exultationis vniuersa promptuarium* appellat hortum illum; Basilius & Augustinus recenter allegati; & alij multi PP. quos, vt cunctis perquam notos non vacat euulgare, necnon Bustus in Rosar. p. 2. ser. 27. in prima illius parte; & Vssuna in Missus est p. 1. cap. 1. quo loci sic se habet; *Amor Dei erga nos innotescit illis verbis*; Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat; *nimirum, vt esset locatus locato consentaneus; Adam plenus varietate vniuersa gratiarum; paradisus vero omni specie voluptatum.* Et iterum in hunc modum; *Qui piscibus mare, auibus aera, feris nemora, stellis firmamentum, paradisum homini construxit, vbi posset non mori. Cæteri tractus orbis non hominibus, sed bestiis conditi sunt, paradisus solis hominis; (nimirum magis proprie, ad delitias ibimet quascunque capiendas) Verumtamen post peccatum, bestiarum Rex, cum bestiis ab illo relegatur: In paradiso, prout ait Augustinus de Ciuit. lib. 14. cap. 10. nihil aberat, quod delectaret; nihil aderat, quod cruciaret. Oculis erat omne lignum pulchrum visu, & omnis amænitas florum. Auditui murmur aquarum, garritus auium, & harmonia motus cælorum. Odoratui omnium aromatum & herbarum odor. Gustus horti lignum omne, ad vescendum suaue. Tactui erant animalia, quibus ludere posset homo; omnia nanque in innocentia statu ei colludebant. Nullus denique locus sub cælo amænior paradiso; nam pro magno dicitur de terra, quam elegit Loth, quod erat sicut paradisus Domini. Ipsa quoque Scriptura in modo loquendi demonstrare voluit, quam delitiosus ille fuerit; plantatus enim dicitur in regione Eden, quæ interpetratur voluptas. In voluptate ergo paradisus radices suas misit, ac si pro fundamento & situatione delitias ille omnes in substantia possideret.* Quæ inferius quinto cap. coronat hisce verbis; *Tanta felicitas Adæ collata est in paradiso, vt quamuis ibi*

Marius Victor. Aluinus. Dracontius.

Damascen. Paradisus exultationis vniuersæ promptuarium.

Vssuna.

Paradisus Dei amoris speculum erga homines.

Paradisi delitiarum elegantissima descriptio.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO OCTAVA,

QVÆ DE HISTORIA PARADISI Terrestris prima est; & in Figura Paradisi, de paradiso Ecclesiastico; seu de Ecclesia, quam Paradisus terrenus figurauit.

Super Gen. verba cap. 2. n. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Et Apoc. cap. 2. n. 17. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Quæ inferius explicatione alterna elucidantur, num. 43. & 62.

De continuatione Numerus I.



ECCLESIAM paulo supra columnis tantum septem extructam demonstrauimus, nunc opere maiori adauctam & decoratam, attente inspiciamus; ac hominem quem supra 2. Enarrat. creatum ponderauimus, ad Ecclesiam iam vocatum, & in ea collocatum oratione prosequamur; donec 10. Enarrat. quid sic vocatus fecerit, dolore depingamus. Cuius ibi, atque hîc bis calamo exornati, lachrymabilique casu plus Icaro prostrati, possem melius quam Virgilius initio lib. 6. plorare (Virgilius.) A tristem lapsum. Illic enim bis Dedalo parenti ipsius Icari, bis fuit filij pæna, penicullus excussos, cum vellet eius mortem pictura decorare, hîc vero mihi filio communis mundi Patris, non bis, sed sæpesæpius redibunt eius pænæ; vt & penna describam acerbam illius sortem, & nunquam bene queat ad viuum satis exprimi. Sed tamen inter ista potiora duo loca, micabit vitæ arbor; quò cuncta à nobis ordine præscripto per Apostolum, vtcunque disponantur, (1. Cor. 14. 40) & dulcius à legentibus hæc ipsa percurrantur, defixiusque in mentibus ipsorum recondantur.

DE DISCVSSIONE PRIMI THEMATIS, & paradisi delitiarum expositione literali; déque omnibus circa illum à Doctis hoc in loco frequenter agitatis.

(Literæ cortex non dimittendus ob spiritus medullam, & intimam dulcedinē.)

2. 

NON decet propter sueci spiritus dulcedinem Diuini textus codicem relinqui inexplicatum; imò potius primo loco exponi & declarari, vt in corpore literali spiritualis sensus anima & vitam sibi habeat, & vitales operationes exinde nobis influat; litera verò in præsentiarum huiusmodi se habet; (Gen. 2. 8.) *Plantauerat autem Domi-* B *nus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue; lignum etiam vitæ in medio paradisi; lignúmque scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Vnde Ioan. de Turrecremata in (Turrecremata.) expositione cap. *Ecclesia* de Consecr. d. 4.

pro

pro Ecclesia septem fecit conclusiones sicut veras, sic etiam benè doctas à cuius ego parum vestigiis separatus, septem etiam ponderationes, illius valde similes, de paradiso cum Ecclesia collato trutinabo.

Primam quidèm, quòd locus terrens paradisi corporalis verè fuerit, & vnicus, ac situs ad partem Orientalem.

Secundam, quod delitiis ad videndum & odorandum extiterit conspicuus, mirificèque plenus.

Tertiam, eisdemmet delitiis ad suauiter edendum omninio delectabilis.

Quartam, optabilis propter vitæ plantatam in eo arborem.

Quintam verò, formidabilis, ob mortis quoque arborem, quæ ibi simul erat, ad mortem, propter legem, præceptúmque impositum contemptum, sustinendam.

Sextam autem amænitate speciosa conspicabilis, ob illum magnum fontem è medio orientem; qui mox in quatuor flumina exinde soluebatur.

Supremámque, ac septimam, honorabilis propter hominem quem velut Dei imaginem pro Domino & colono pernobili in se habuit.

De quibus sigillatim, seriatimque dicendum; vt & ordini historiali respectus babeatur, & directius Eucharistiæ præludia iaciantur; ac ipsammodo isto lucidius explanemus.

De Paradisi corporalitate, singularitate, & eius loco ad partem orientalem, primaria ponderatio.

3. NOnnulli, iique sanè clarissimi scriptores Paradisi totam seriem spiritualem reputarunt, & illam ad mystagogias tantummodo applicarunt; qood potius implicatio ipsius horti est, quam aliqua explicatio; cum tota eius narratio, & minutissima descriptio cõclamet esse locum corporeum, & corporalibus diuitiis ac delitiis vberrimè ditatum. Inter quos antiquiores, nobilioresque patroni sunt Philo in suo lib. de opificio vniuersali; Origenes in Gen. & Ambros. de Paradiso, ac epist. 42. qui tamen cap. 6. prioris ad Corint. contrarium existimauit; si tamen eius sunt quæ dico commentaria; verius quippe & generalius huic Sancto denegantur.

Paradisus delitiarum corporeus & terrenus, & auctores qui contrarium de eo existimarũt.

At vero rem oppositam tam Græci quam Latini Doctores quiqui alij, & rectè tenuere. Qoibus causa antiquitatis antiq. lib. 10. Iosephus præponendus; & connectendus primo loco in hom. sua 11. Basilius sup. Gen. Augustinus de Gen. ad lit. initio lib. 8. & lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 21. vbi acer est in eos, qui aliud diuulgaruut. Nec mitior in eosdem Hieronymus ad Pammachium, qui quo sensu videatur diuersum iudicasse, inferius innotescet. Pro qua etiam opinione seuerus valde adest hom. 13. Chrysosto. in Gen. Sale vero & lepore armatus Epiphanius ad Ioan. Hierosolym. quo loci contra Origenem. *Quis autem patienter audiat in tertio cælo donantem nobis Origenem paradisum; & illum quem scriptura commemorat de terra ad cæ-*

Iosephus. Basilius. Augustin. Hieronym. Chrysost. Epiphanius.

A *lestia transferentem; & omnes arbores quæ scribuntur in Gen. sic allegoricè intelligentem, quòd scilicet arbores Angelicæ fortitudines sint, cum hoc veritas non recipiat.* Qui postquam verba Gen. peroptime perpendit, de fluuiis sic eloquitur: *Ego vidi aquas Geon; bibi, & de hoc magno flumine aquas non spirituales potaui. Si autem quæ cernitur vera est aqua, necesse est, vt ficus vera sit, & alia ligna paradisi.* Et bene paradisus literaliter exponitur; si enim tautum mysticè, cum extiterit corporeus, à uobis crederetur, idem posset iudicari de omnibus quæ scriptura realiter enarrat; ac proinde nihil firmom, vt colligit Chrysostomus in illa remaneret. Quapropter loco basis historia est retinenda, allegoria verò solum pro eiusmet doctrina, atque rerum futura- B rum & Ecclesiæ Mysteriorum notitia præmittenda.

Paradisi vt corporalitas mysteriis fidei profit.

4. Vnum etiam, & vno loco plantatum sacrum hortum, ex æquo clarè liquet; inscitiam contra illorum, vel insaniam existimantium fuisse totum orbem; & flouium mare Occeanum circundás terræ ambitum; quos Hugo Victorinus commemorat in Gen. Qui tamen expulsione Adami à paradiso ab ista opiuione facillimè expelluntur; nam minimè de Paradiso amandari potuisset, si paradisus totus mundi districtus extitisset. Et etiam contra mentem, seu potius deliramentum auctorum, qui audacia & ignorantia non minori, sex terrestres paradisos sunt ausi constituere, ac eis loca propria à nostræ longe Europæ confiniis desi- C gnare, vt facilius hocce modo mendacium crederetur. Ita aliqui, quos enumerat Philippus Bergomenus supplement. lib. 1. qui item non abhorruit Hannonis Carthaginensis nauigationem recitare, quæ ex Herculis columnis, parata ab eo classe, profectus in Occeanum, relicta ad læuam Lybia, occiduáque conquirens, vltra dies triginta laxauit vela ventis, quousque meridianas iam plagas cursu tenens, paradisi signa aliqua intuitus est illic. Fragor enim de cælo creberrimè sonabat, ardentiáque fulgetra à longe promicabant, & flammarum velut riui præcipites ruebant; qui gladius esse possent terreni paradisi, versatilis, & igne fulgurians incessanti: nam amænitas & fœcunditas illarum regionum paradi- D sum non abesse testantur satis hodie. Verùm ista, & isti sex commemorati paradisi, non adeo paradisi, quam mentis paroxysmi, atque talis nauigationis euentus commentitius, tenenda iure sunt. Cum nostrates, qui orbem ad Orientem & Occidentem lostrarunt vniuersum, & intrepidè super Garamentas, ac socios sibi Indos, super Cinas & Iaponios, super Magallanos & Brasilios minutim prescrutati, nil vnquam tale viderint. Quantumuis non tam fontem Timaui penetrarint, quam fontes difficilium ipsorum fluuiorum, quos ex terræ paradiso oriri circumfertur; ni forsan isti ignes calores sunt Guineæ, vbi æstus feruentissimi perpetuò tolerantur, procellæque continuæ tonitruis & fulminibus prędictis offeudun-

Hugo Vict.

Paradisus neque orbis, nec multi in ipso orbe.

Philippus Bergomen.

Paradisi sex in mundo sunt potius paroxysmi.

Lusitani qoalesq orbis terrarum lustratores.

Guineæ qui calores in quouis anni tempore.

tut; sed hoẽ non valde longe à nostro territorio, vbi cuncta sunt notissimè rimata & perlustrata, & tamen nulla vnquam indago paradisi ab aliquo reperta, vel leuiter olfacta.

5. De loco paradisi, quo ille quondam fuerit, est quæstio difficilior, & prorsus insolubilis, quippe quæ fuit sempet à multis agitata, soluta verò nunquam; etsi duo ingeniosi, operosique sctiptores, non parum glorientur, ac sibi gratulentur, hoc peruium demonstrasse; quorum ego opiniones, Bolducij, nempe, & Pozæ, fideliter proponam, & ex illis quid plus mihi arriserit, expromam.

Bolducius. P. Poza.

Fuit igitut paradisus plantatus in *Heden*; nam vbi nos habemus *paradisum voluptatis*; Hebraicè est *Be-Heden*; videlicet in *Heden*. Quæ quidem vox *Heden* voluptates & delitias; & terram, atque ptouinciam istiusmet vocabuli, in lingua sancta refert: primum sanè ab *Hadan* quod sonat delectari; secundum verò à verbis dicentibus in Genesi. *Egressus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra, ad Orientalem plagam Heden.* In eo igitur loco, qui *Heden* vocabatur, plantatio fuit olim terreni paradisi. Quis autem locus iste, respectu cæli tractus, & quatuor eius partium, ex voce *Mi-Kedem*, vel secus *Ex-Kedem* immediate subsequenti, vtcunque reseṙabitur; sic etenim in eloquiis Hebraicis reperitur *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum in Eden, ex Kedem.*

Paradisus vbi fuerit.

Gen. 4. 16.

Heden quid sit Hebraicè.

Gen. 2. 8.

Nam verbum *Mi-Kedem* vel secius *Ex-Kedem* tam *Ante*, quam *Principium* significat Hebraicè. Quod principium cum dupliciter, vel de loco, vel de tempore oporteat explicari, hinc factum, quod interpetres in versione variarunt; Hieronymus hoc referens ad tempotis principium, quo sensu sic traduxit; *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.* Non equidèm à principio, ante cæli terræque creationem primitiuam, qua via esse non posset corporeus paradisus, præcessisset enim tempore, cum tempore congenitas corporeas creaturas, ac ideo suamet substantia prior esset; sed à principio, ante perfectam hanc machinam vniuersi; nam cælum quarto die, per sydera & Planetas in eo procreata, nun antea, perfectionem obtinuit consummatam; at paradisus die tertia, ex plantis quæ in eo creatæ sunt omnigenæ, perfectus prius extitit; hæc mens istius Sancti in trad. Hebraicis. Septuaginta verò id ipsum *Principium* sic vertentes; *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis ad Orientem.* Nam Oriens est in mundo illius prior locus, cælorum motus vnde à primo cæptus mobili initium suum habet. Quæ translatio ad *Ad Orientem* cum sit Græcorum omnium non debet paruipendi, sed potius cum præfata Hieronymi coniungi, & simul explanari; ita sanè vt paradisus in duplici hoc ptincipio, tam temporis quam loci creatus agnoscatur. At cum dictum principium genericè auscultatum antiquitatem in quouis sensu omnino præseferat; & principium seu antiquitas, quam

Hieronym.

Paradisus cur dicatur creatus à principio, tam temporis, quam loci,

LXX.

Cur Oriens mundi sit principium & natalitiũ.

Paradisus terræ situs ad partem Orientalem.

Moyses hîc describit, antiquitas sit terræ, in qua fuit paradisus terrenus conplantatus, vt ex eius minutissima descriptione satis patet; qua quidẽ tam exacta Chronographus est visus, vt notitia illius loci distinctius haberetur; hinc Bolducius lib. 1. cap. 2. in Oggio Christiano ad paradisum inueniendum hanc viam excogitauit; vt scilicet *Kedem* vetustatem reptæsentans, nullam aliam terram exprimat in isto loco Gen. nisi illam, quæ est postea promissionis vocitata; & quę nomina diuersa, pro temporibus diuersis, hæc omnia vendicauit; vnum terræ Chanaan, quia possessa à Chananæis; aliud verò Palestinæ, vt habitata à Philistæis; Iudææ nomen tertium; quia postmodum longo tempore Iudaicæ genti paruit; & Phœnicia multò antea à Phœnice, de quo Silius scribit lib. 1.

Promissionis quot nominibus vocata terra fuerit.

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Silius Italicus.

Seu ab aue istius nominis, de qua loquendum infra; ante quæ, atque alia hîc nomina supressa, cunctis sęculis pręcedẽtibus Noëmi cladem aqueam *Kedem* siue vetustæ, est nomine ditata; eo quod ibi Adam coloniam primam hominum à paradiso iam expulsus posuerit, & toto decursu vitæ suæ nobilitauerit hanc sedem. Quod locis Scripturæ confirmat idẽ auctor; qui verba primi thematis; *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis in Hedem ex Kedem*; declarat in hunc modum; vt Kedem sit hęc terra cunctarum vetustissima in hominum incolatu; ex qua partem iucundiorem selegit rerum Conditor; quæ præ sui amænitate *Heden* siue voluptas promeruit appellari, & in ista delitiarũ plantauit paradisum; delitiis tanquam omnibus redundans viridarium; dum illam bonitate, venustatéque præ aliis speciali decorauit.

6. Quæ regio hæc selectissima, difficile explicatu, nisi forsitan sit verè & prorsus impossibile. Bolducius pro Damasci territorio pugnax est, ob istas rationes. Prima, quia parens noster Damasci prope vrbem plasmatus est ex terra; vt vetus fert traditio, cuius meminit Lyranus in Gen. 2. & Margarita Philosophica lib. 7. cap. 45. atque inclytus Poëta Ludouicus de Camoens, qui quidem in ciuitate & curia hac Parisina à nonnullis nobilitate, curiositatéque primoribus habetur magno pretio, & vel etiam Lusitanè perlegitur ab eis, is autem nona octaua sic finit Cantus tertij.

Adam vbi formatus.

Lyranus. Margarita Philos. Ludou. de Camoens.

Para que do mais certo se informara
Ao campo Damasceno o perguntara.

Secunda, quia in ipso confinio Damasceno à paradiso relegatus, & vixit ipse pater; & ibi sui criminis absoluit pœnitentiam, per totum vitæ cursum laboribus peractam; *In laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ*; quã in terra Hierosolymis contermina conclusit, vbi in monte Caluariæ mandatus terræ fuit, prout infra hæcce omnia lectoribus patescẽt. Sed Hierosolyma à Damasco dietis paucis distat, hîc ergo floruit olim amænus ille hortus, deliciis celeberrimus. Nec enim in paradisum à longe transportari, nec simul

Gen. 3.

Exilium Adami vbi.

simul in longinquum ab illo relegari, formatum à Deo hominem sed omnia circumcirca confinium illius fieri, omniuò decens erat. Et quò attinet ad exilium, fuisse valde proximè, exinde satis liquet; *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.*

Gen. 3. 23.

Non aliam, sed eandem, de qua fuerat assumptus, vt annotat Chrysostom. hom. 18. in Commentar. super Gen. qui hom. 26. huiusmodi se habet;

Chrysosto.

Nam eiectione, & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit, quantus impostor fuerit dæmō. Quod iterum firmatur ex pagina Diuina, dum pro illa sententia; *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim;* hæc verba septuaginta interpetres transcribunt;

LXX

Exiliū Adami quare e regionè paradisi.

Eiecitque Adam, & collocauit eum ante paradisum voluptatis; & posuit Cherubim, &c. Nimirum, vt ex frequenti conspectu paradisi, & amissæ fælicitatis assiduè recordatus, acerbiori cordis sui angore premeretur, ac odio intimiori auctores tot malorum, diabolum, & peccatum quamualde insectaretur, precationéq; continua plus gratiæ mereretur. Nihil enim infelicius, funestius ve existit, quam coram eisdē oculis abiectum reperiri, quibus olim quisq; fuerat prędiues & sublimis.

Infelicitas quam maxima felicitas mutati in vitā despicabilem.

Quare si homo adductus est ex agro Damasceno, & in eum à paradiso expulsus fuit postea, ibi fuit proculdubio terrenus paradisus. Præsertim, quod Damasci, in huius rei memoriam, columna quædam visitur, in loco quo Adamus à Deo se abscondit, & alia vbi narratur expulsum constitisse, & ex causa sui criminis planxisse culpam suam, ac vitam transegisse; quæ itinere semi diei altrinsecus sunt dissitæ in campo illius vrbis, hanc obrem frequentato à viris peregrinis, qui volunt terræ Sanctę inspicere res inclytas.

Adami quæ monumenta in campo Damasceno.

Quod Bulducius narratione alterius Capucini, qui Reginæ Christianissimæ Austriacæ nunc Annæ hoc Regnum moderantis, imperio, votóque, Ierosolymam se contulit; vbi omnia illius terræ & aliarum viciuarum attentè ponderauit, testimonio ratum facit.

Amænitas & feracitas Damasci quam eximia.

Tertia ratio, quia amænitas eiusdem regionis, & eiusmet feracitas admirationi cūctis est, qui illam perlustrarunt, & ipsi Sacrotextui, qui domum voluptatis Damasci terram vocat; *Et conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de domo idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis.*

Amos. 1, 5.

Quod epitheton supremum, nempe, domus voluptatis, paradiso delitiarum terrenarum solom quadrat. Expressiúsque in alio Diuino Vaticinio, de Tyri Rege terræ contermino Damasci dicente pro Bolducio; *In delitiis paradisi Dei fuisti.*

Ezec. 28. 12.

Et in Genesis historia de Iordanis territorio ibidem valde proximo; *Irrigabatur sicut paradisus Domini;* vt ex ibi prisco tempore vicino paradiso metaphoram desumeret, Iudæis magis notam. Ergo vel in Iudæa, vel circa illius fines terrestris paradisus.

Quarta, quia Damasci fertilitas & nimia aquarum redundantia, istarúmque prętantia, salubritas, & claritas hoc ipsum contestantur. E quibus res secunda probator illis verbis; *Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder?*

4 Reg. 5. 12.

Prima verò ex eisdem; quæ aquæ magnā vim & copiam præseferunt; cum fluuij duo sint, affluentiam non mediocrem in territorio satis paruo se ipsis contestantibus. Vlterius, quod sic dicitur à cunctis qui regionem viderunt Damascenam; videlicet in ea è collibus quammultos sonantes fontes labi; & dulces, fugientes, pellucidósque riuulos per gramina florigera vbertim præterfluere; nec non labentes fluuios per margines virentes; qui liquida crystallo, & argento dissoluto soluente se in sonos gratissimos audirui; vel somnos suo murmure conciliant ibimet, vel tumpunt aliquando rumore grandiori, & laticum fragore, qui illic tanti sunt; vt omnēm terram illā varietate & amænitate omnigena adornantes, peculiari ipsius incolas perfundant voluptate, ac ripas nec nō simul camporum interiora magna arborum venustate & multitudine decorent. Vnde ferax illa plaga & nimis pulchra redditur; quæ cæli nihil minus quam soli bonitate summopere ditata, salubris fit & terræ assimilata viridario; quod olim ibi fuisse ex istis & Diuinis oraculis adductis perspicuè coniectatur, ni forsan clarè pateat.

7. Hæc in summa Bolducius lib. 1. cap. 1. cum alio subsequenti in Oggio Christiano; & de Ecclesia ante legem. lib. 1. cap. 20. qui tamen licet fusus, confusus est in hoc; & insuper non adeo cohærens rationi, vt non facili negotio hæ omnes destruantur, & quasi per se corruant; ita vt hæc postrema non congruat paradiso, & vnde suę aliæ firmari videbantur, infirmæ multò plus, & fragiles exinde, ni fallor, dignoscantur. Bolducius.

Paradisi namque fluuij in Sacro textu quatuor; at Damasco duo tantum colligentes omnes alios in Geographia perquam docti attribuunt viri omnes; nec verba ex 4. Reg. à nobis modò data eis tribuunt quéuis alium; qui in vnum coeuntes Tyrrheno, siue potius mediterraneo mari influunt.

Paradisus vtrum fuerit in campo Damasceno.

Vnde alterum inconueniēs insurgit in Bolducium; quia ad hoc vt paradisus fuisset in Damasco, oportebat, quod illius fluenta ciuitatis, oppositum ex diametro tenerēt cursum suum, videlicet in Tigrim, Euphratémque vberrimos, qui abluunt Babylonem, vt veritas sic paginæ Diuinæ saluaretur, quæ duos illos fluuios oriri ex paradiso apertis verbis tradit. At cum flumina Damascena contrarium locum petant, non ibi paradisus; vlterius, quod Abana & Pharphar nominantur; quare nec voce tenus cū amnibus conueniunt, qui in Genes. ex paradiso bullire memorantur. Nec aliud potest erui ex aliis fundamentis; quia benè de longinquo in domū paradisi transferri posset homo; imò hoc insinuatur in illo verbo, *Tulit, Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso;* id est, de longe tulit; & per aëra, vel similiter, eum transtulit ex partibus ab illis

Adam vtrū formatus ibidem, vel in proximo.

A valde diſſitis; nam ſi homo formaretur in confiniis paradiſi, decentius diceretur; *Introduxit Dominus hominem in paradiſum voluptatis*; hoc eſt, quem extra & iuxta paradiſum ſuſcitauerat, ad intra mox induxit, & intus collocauit. Nec *tulit* de remotis incongruè interpetratur, cum de raptu S. Henoch legatur huiuſcemodi;

Gen. 5. 24. *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quamuis etiam de propinquo inueniatur

4 Reg 2 8. verbũ tulit; *Tulit quoque Helias pallium ſuum.*

Dan. 14 36. *Tolle prandium, quod miſit tibi Deus.* Neque Adami ad paradiſi conſpectũ relegatio neceſſariò propinquitatem illius poſtulabat; cum & Daniel ex Babylone verſus tẽplum Ieroſolymitanum, ianuis illuc reſpicientibus apertis præcaretur;

Dan. 6, 10. *Et feneſtris apertis in cænaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus* B *in die flectebat genua, & adorabat*; inter quæ loca duo non modica diſtantia itineris iacebat: ſicut etiam de Carthagine à Roma ſatis deuia, nihilominus è regionè & contra conſiſtente, cantatur à Poeta;

Virgilius.

Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)
Carthago; Italiam contra; ——

Adami pœnitentiæ & expulſionis à paradiſo monumentorum quæ nam veneas.

Iam illa abſconſionis, ac Adami expulſionis addocta monumenta, quæ Bolducio prima facie fauere videbantur, ab indigenis quantumuis religione venerata, nocere magis puto; nam ſpatiũ quod ambulari ſemidie tantùm poſſit, inter lapidem atque lapidem fatetur interſuſum; at hoc eſt valde inuium rationi, & Sanctis Patribus. Iſtis quidem, quia dicunt, in medio paradiſi, culpæ ſuæ C latibulum Adamum quæſiiſſe; quia arbores ibi erant & vitæ & mortis poſitæ, vbi fuit ſui crimine ſtrage deturbatus, de illóque à Deo ſtatim interrogatus; quapropter vel Adamus in medio paradiſo iudicium tale ſubiit; vel valde prope mediũ, quod puto magis certum. Nam ad iudicis Dei vocem deambulantis poſt meridiem, Adamúmque vocantis, probabile eſt quòd ipſe, vt à medio rectitudinis comeſtione mali pomi funeſtè declinauerat; ſic mox confuſione piaculi commiſſi à medio paradiſi decliuium requiſierit, & in loco proximiori, vel etiam

Adã virum relegatus in cemiotiũ Damaſcenum.

ante Dei vocem, ob vocem culpæ ſuæ interios perſonantem, & eum perterrentem, ficulneam quæritarit, nam in medio paradiſi, quemadmodum in arena pro pugna deputata, ſolas vitæ, mortiſque, vt præmij & D pœnæ arbores, quod infra notum faciam, extaſſe verũ puto. Rationi verò æquè, ſuppoſita hac ſententia. Nam ſi homo peccauit in medio paradiſi, & ibi fuit illico à Deo interrogatus; ac inde iuſſus eſt diſcedere in exilium, minus certè latitudinis quam dici vnius iter habebat hortus ille; iuxta ſignum columnarum ſuperius productarum; quod ridiculum, & impoſſibile omnino mihi eſt; cum magnatum videamos, nec quidem pauca nemora, quæ continent intra ſe ſpatium longe maius. Quare hac opinione Bolducij derelicta, ad aliam P. Pozæ rimandam tranſeamus.

8. Hic eandem quæſtionem enucleat diligenter Elucidarij lib. 3. tract. 1. cap. 5. quo A tamen non petmodice deoſculatur manum ſuam, quaſi ſibi pro ſententia congratulans quam affert, & velut nouam ac firmam lectoribus exponit. Verùm fruſtra, & immeritò; nam vetera pro nobis, ni fallor, ipſe cudit; quia præter opinionem Pererij nihil habet. Sicque Pozam dimittamus; & Pererio reſponſionem quancúnque præbeamus.

Pozæ, Patriſque Pererij de paradiſo quæ opinio.

Iſte autem, quem paradiſi hiſtoriam perdifficilem, illa ſua tam ingenij, quam genij operoſiſsimi, quo quaſque, licet arduas elucubrare conſueuit, elaboraſſe & elucidaſſe ambigere non decet, paradiſum in Meſopotamia, vel circiter conſtituit,

Pererius commendatus.

paradiſi verò fluuios, qui quatuor dignoſcuntur, Euphratem, Tigrímque, cum duobus, in quos ij in ipſamet prouincia diſſecti

Gen. 2. 15.

B duplicantur, ſpatio donec aliquo itineris peracto, ad primos duos alueos vt antea reducuntur, prudenter nimis facit. Qui etiam & Æthyopiam, quam vnus in hiſtoria Diuina totam circuit exemplo vxoris Moyſis, quæ cum eſſet Madianita & ex Arabiæ ditionibus, Æthyopiſſa nũcupatur, Arabiam

Exod. 2. 21. Num. 12. 1.

exiſtimandam oſtendit non incongruè. Neque fluminum nomina expreſſa ab ſcriptura ſufficienter non exponit cap. 2. ſup. Gen. quibus eius interpetratio videtur perfectiſſima, ab omnibúſque numeris vt dicunt abſoluta, cum de omnibus circunſtantiis rationem plenam reddat.

Cum verò paradiſi notitia perdifficilis in omnium mente ſit, & in omnibus quæ de eo enarrant Dei eloquia; duo mihi ſeſe offe- C runt in hac opinione plus iuſto duriora. Alterum illud quod ſcribitur de fonte ipſius horti;

Gen. 2, 10.

Flumen egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum; Nam egredi non eſt aliud in fontibus, quam naſci è terra ebulliendo, vt dicitur expreſſe in Ezechielis Vaticinio;

Ezech. 47. 1.

Aqua egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem; adiuncto Lyræ calamo; qui per modum ſcaturientis fonticuli

Lyra.

huius aquæ egreſſum clarè docet. Et patet, quia fluuius egrediebatur, ſicut legimus, ad irrigandum paradiſum; id eſt, ad ipſum locum, ex quo egrediebatur primariò perfundendum, & poſtea regionibus externis quibuſcúnque, ſe quoque diffundendum; vt in aquis ex pomariis frequenter redundantibus terrarum vbique cernimus.

Paradiſi qualis fons, & vbi illius ortus.

Nec D decebat paradiſum aquarum natiuarum penuria laborare, & has velut accommodatas accipere aliundè; alienos nanque tunc haberet ille latices; cum tamen nihil hortis innatum magis ſit, quam lymphas ſibi proprias habere ex ſemetipſis; quæ quidem interiora illorũ prius abluant ac maximè fœcundent; & poſtea in exteriora, præſertim confinantia ſuperfluant abundanter. Reſque ſatis indecora tam miro loco eſſet, ſi terra quæuis alia inferior & deterior cum eo comparata, eidem benefaceret; & ſitus cunctis melior, nobiliórque in mundo, ex non parum ignobilioribus ſubſidium & alimoniam irrigui compararet. At Tigris & Euphrates forinſecus fluebant, & intro ſe ferebant, ſeu potius confluebant; qui in

alueos

alueos secti quatuor, quadrifidum & vbertimum Pererij iuxra meutem, faciebant illum fontem, tam varie commeudatum; ergo aliæ regiones minores paradiso ei opem conferebant.

Gen. 2. 10.

Alterum verò, quod ibidem immediatè colligatur; *Qui inde diuiditur in quatuor capita.* Vnde satis coniectatur, seu clatè demonstrator, ex vno fontis gurgite, qui ob sui magnitudinem hîc fluuius nuncupatur, statim quatuor flumina quadripartita deriuari; & in quatuor mundi capita, vel partes principales, nunquam amplius commiscenda, exinde dimanare. Quod si ita; mundi facies pulcherrima maneret, dum in suo meditullio, ac corde tam eximium deliciuin possideret; & inde plagæ reliquæ diuitias ac delitias communicatas per hæc flumina vberrimè obtinerent.

Terrestris paradisi materia quam difficilis.

9. Quid ergo in re tam ardua dicendum, & reputandum? Dico sanè materiam sic esse perobscuram, vt omnes illā summo sudore pastinantes, palpantes sese habeant; & de rebus cæcutiēdo palpandis à se ipsis, statim in ptimo limine illarum petant veniant. Quam & ego cū illis humiliter exposcens, opiniones indicabo; & quid mihi visum fuerit ex eis non negabo. In quo prælio difficillimo victorias non promitto, sed gladiis doctiorum pugnabo in hac caligine; vt nec sine fundamentis peroptimis aberrem, nec quod erratum fuerit, singularitatis vel nouitatis amori tribuatur. Quo præludio pro eclipsi præsenti decantato, hoc sentio

Auctoris quæ opinio de terræ paradiso.

Primo loco; qoòd à fluuiis Babiloniæ superius memoratis, vsque ad mare mediterraneum, plus minus ve terrarum, paradisus terræ fuit; quia ibi includebatur promissionis dicta terra, Mesopotamiáque prouincia, vbi cūcta patrata à creatione primi hominis vsque ad Ecclesiæ perfectionem, Salutis Sacramenta; & vbi Dei Ecclesia per Christi Passionem, Resurrectionem, Ascensionem & descensionem Sancti Spiritus, perfecta, & consummata. Ac simul, quia ibi præfixum mundi medium, vt regio collocata in medio quarti climatis, ex septem quæ Cosmographi considerant in orbe. Quapropter bene ibi Redemptor noster Christus iuxta Regium Vaticinium salutem est operatus, vt de medio ad circunferentiam saluatio dimanaret; *Operatus est salutem in medio terræ.* Nam iustum, ac rationis libramini conueniens, vt in eodem meditullio præcederet figura, quo postea fuit veritas per illam designata, constructa & fabricata; & vbi vitæ arbor, quę in medio paradisi terrestris loco erat, in medio mūdi pariter consisterer hoc modo; vt ex corde ad totū corpus & totam mundi machinam, vitalis ille cibus & fructus portaretur; ac ibi à toto mundo religiosè quæreretur; quemadmodum in sequentibus elucidandum à nobis erit; in quo ego cum tribus præcedentibus auctoribus vnanimis conuenio. Hincque totidem quæstiones de paradiso necessariæ peroptimè soluuntur.

Quot climata, & in quo promissionis terra sita.

Psal. 73. 12.

Paradisus terræ cor totius orbis terræ.

Infra. n. 22.

Prima; illum terræ tantum, cum orbe

A

comparatum, totios orbis terræ occupare potuisse, quantum occupat cor nostrum respectu humani corporis; quo capacitas paradisi iam manet satis agnita.

Paradisi terræ locus tam magnus vt est cor respectu nostri corporis.

Secunda nullo modo extare de præsenti hoc pulchrum, terræque permaximum miraculum; nam regio patens est, & nihil tale in ea à quouis fuit vnquam repertum post diluuium; versatilis nec etiam, ac igneus ille gladius micare circunspicitur; cum tamen olim fuerit conspicuus atque patens.

Paradisus terræ verū superstes de præsenti.

Tertia, istud nō euertere viuentē Henoch adhuc, qui trāslatus in paradisum terrenum à Deo fuerat, Ecclesi. 44. vt paradisus propter eum incolumis dicatur. Nam tempore diluuij miraculum par esset, vel ipsum in eo horto, aquarum cincto montibus, illæsum

Eccles. 44. 16.

B

conseruari, vel in aëre eo temporis teneri & sospitari; è quibus tu secundum conuenientius non negabis. Nunc enim si de præsenti statu sermo fiat, miraculum non est in toto mundo peruio à nemine inueniri, quod & pariter de Elia huiusmodi trāslato, oportet æstimari; possūt quippe Dei virtute existere inuisibiles; vel visibiles & incogniti; multifariámque à Deo alimento sibi congruo pro vita tam longinqua, cibati sustentari; sicut P. Pererius in commentar. sup. Genes. ostendit satis amplè & doctè sicut solet.

Henoch in paradiso vel alibi vt incolumis.

4. Reg. 2. 11.

Pererius.

Secundo verò loco, quod fluuius paradisi si verba Sacræ paginæ literaliter pendantur, ab eius meditullio, radicibúsque arboris vitalis, vel illius vicinia plus possibili,

Vitæ, mortisque arboris quo loco & quali forma in terræ paradiso.

C

omnino profluebat; sic sanè vt vitę lignum, cum alio simul mortis (ac infra differetur) in medio circunferētiæ ipsius horti fuerint, & magno aquarum gurgite, istarum ripas arborum, vel circa, contingente, vndeuis cingerentur; quin ad eas nisi pontibus diuinitus appositis valeret transmeari. In quo saltem quo ad gurgitem patroni mihi sunt, omissis aliis viris inferius referendis, Cornelius & Salianus adducti per Bolducium; & quo ad dictos pontes, hortorum met necessitas; qui si magna riuulorum, aquarum ve maiorum scatent affluentia, multis pontibus profecto, & iis non exignis, videmus indigere. Nec est cur viridarium miraculis repletum, priuaretur re communi in magnis viridariis; vbi fontes fabrefacti iam lignei,

Cornelius a lap. Salianus.

D

iam lapidei, ad omnia percurrenda, quamplures interpositi. A quo vortice & voragine, ea forsitan vel Nili, vel Rhodani maiore, illa flumina quatuor manabant celebrata; atque omnes, vel maxime maiorem aquarum partem per orbem prolabentium, recipiebant intra se; non illico in exortu habentia magnos alueos, quales fluuij grandiores in sua vi obtentant, sed lentè pro emenso curriculo terrarum crescentia, & tumescentia; donec mundo mirabiliter istiusmodi irrigato, ornato, & circuito, locis quatuor in Crucis figuram distributis, & multis quoque ostiis in singulis famosis, in mare se proiicerent. Quæ quidem cogitatio iuuatur à Geographis; dum iuxta cæli plagas, quæ quatuor dignoscuntur, in totidem illis

Fontis atque paradisi quatuor fluminum quæ fuerit, figura, & dispositio.

partes correſpondentes ex diametro, quatuor terræ promiſſionis prouincias ipſi diuidunt; vt in cap. 6. theſauri terræ Sanctæ teſtatur Pater Cea; ſed preſſius & expreſſius pro iſtiſmet fluminibus Auitus lib. 1. ſic illa à ſuo fonte, exortu, & natalitio quadrifida aſſeuerans.

F. Didacus de Cea.

Auitus.

Eductum leni fontis de vertice flumen
Quatuor in largos confeſtim ſcinditur amnes.

Mira orbis diſtributio, ac etiam pulchritudo, quę mundo pro peroptimo, ſi homo non peccaſſet, peroptima & perpetua de iure deberetur; quantumlibet ea tibi miraculoſa videatur; nam miraculum non eſſet, cum eſſet naturalis, à naturę conſtitutione priori ſtabilita; mirifico etſi modo à Deo elaborata; vt hominum tum vitæ ſanctiſſimè tranſactæ, mundi facies venuſtiſſima è regione reſponderet. Quod ſi montes & colles, aſperitate repugnantes, qui apparent poſt diluuium, hoc ipſum labefactant, iſtius rei iam tibi præſtabo rationes. Quapropter dico

Orbis quāta pulchritudo, ſi homo non peccaſſet.

Tertiò, ſummopere immutatum, vaſtatum, & diſſipatum fuiſſe per diluuium totius terræ globum; vt patet ex Dei ore; *Finis vniuerſæ carnis venit coram me; repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.* Quæ terræ deperditio quammagna certò fuerit, quantumuis neſciatur; imò modicam palmorum dumtaxat aliquorum ab aquis conſumptorum ex mēte Lyrę noſtri fuiſſe inueniatur, ego tamen multo amplius maiorem puto illam, ita vt facies atque ordo exinde mundi manſerint, quam antea, longe alia; in alterámque formam à priſca valde diſſitam mutata, & deformata. Nam ſi Deus ſicut homines punire terram voluit; *Et ego diſperdam eos cum terra*; certè parum vel nihil maneret terræ illæſum, ſicut homines pauciſſimi manſerunt impuniti; imò omnis ferè terra fuiſſet deſolata, ſicut omnes fere homines fuerunt vaſtitate ſuprema ſuffocati. Præſertim, quòd ſi mundum ob gratiā primi hominis concedimus pulcherrimum, quid dubij, eſſe punitum ob culpas tam multorum, vel etiam in ſui forma, & facie, qua præfulſerat egregia, & celeberrima. Hinc factum, quod Noemus Adami & Patriarcharum diluuium præcedentium, oſſa, & magna reuerentia digniſſimas reliquias in arcam ſecum intulit; vt omnes confirentur; videlicet, ne ex vaſta perditione formæ terræ, ſpolia tam eximia ruinam paterentur; nā aliter ſub terra profunde collocata ſecurè conquieſcerent. Neque dicās diluuium nō poſſe contra terram tam acriter pugnare, & vires atque vim tam validè exercere; nam fuit per miraculum (vt alibi dicemus) & à Deo contra mundum irato quod eſt magis, immiſſum; & tanquam miſſum miraculosè, per miraculum commiſſionem ſuam exequens. Iuuat, quod terræ aliquæ, vel ex ſterilibus in feraces, vel ex feracibus in ſteriles non carò ſunt mutatæ, ob vitia vel virtutes in illis habitātium, vt pluribus exemplis oſtendit Genebrardus ad illud Vatis Regij; *Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.* Quid

Gen. 6. 14.

Lyra.

Per diluuiū quantū terra vaſtata & deformata.

Quæ oſſa Noë ſecum intulerit in arcam.

Vt terra propter vitia, virtutéſque mutetur.

Genebrard.

Pſal. 106. 34.

A ergo demicandum ſi orbis vniuerſus ob culpam vniuerſalem punitus fuit etiam in tota ſui facie, & forma quondam habita. Si verò mundus forſan ſic fuit in ſpecie, vt fuit in pcæſtantia, bonitatéque mutatus; plus fuit immutatus quam dici, & credi poteſt. Nam pęrſtantia, & ſubſtantia, ac bonitas terrena, per ſubſtantiam vitæ noſtræ, quæ inde vires accipit, oportet ponderari; at vitæ noſtræ eſſentia, vel in ſola duratione, celictis malis aliis, eſt decies facta breuior; & longe minor decuplo, quam ante cladem fuerat diluuij generalis: quapropter valde orbis ſpeciem ſuam perdidit. Quod ſi arguas, ob ſupplicium Diuinum factum hoc; in illis verbis Gen. *Erúntque dies illius centum viginti annorum*: quæ tamen aliuſmodi, vt ſuo loco B pandam, frequentius explicantur; cur non caderet ſuper mundum perſimilis vindicta, cum ceciderit ſuper hominem qui erat mundi honos, cuius cauſa mundus ipſe extiterat formatus, & varie decoratus.

Gen. 6. 3.

10. Vis magnæ ſunt hæc omnia: quibus adde, & elementa ſuperiora ac puriora, imò purius ipſum cælum & aſtra clariora propter hominum peccata manſiſſe deturpata, & valde minorata; ac in proprio ſuo lumine, non ſolum culpæ neſcio, ſed clarè, & ex oppoſito illius aduerſario, non parum temerata; in verbis Iſaiæ, qui de mundo renouādo in fine ſic eloquitur; *Et erit lux Lunæ, ſicut lux Solis; & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.* Hoc autē, quia *Propter hominē facta, in eius lapſu peiorata ſunt, C & Sol atque Luna lumine minorata*; vt ait Interlinea, explanans hæcce verba. Cui ſubſcribunt. DD. in fine lib. 4. & expoſitores D. Petri. 2. cap. 3. tam in multis præcedentibus, quam tandem in hac ſententia; *Nouos vero cælos & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.* Iā ergo parum tibi, ſeu minimum videbitur, ſi terra culpæ expers, nihilominus, flagello duriſſimo atteratur, & valde deperdatur, cum ſuſtineat ſuper ſe, quos alit, & ſuſtentat, terrenos peccatores; quando lux quæ inuita, ac renitens ſuapte peccatis lucem præbuit (nam iſta oderunt lucem) tam multum lucis perdidit.

Lux, aſtráque cęleſtia ob culpam primi hominis vt fuerint in luce caſtigata & minorata.

Iſai. 30. 26.

Gloſ. Interl.

2. Petr 3. 13.

Qua præhabita doctrina, Auguſtini iam ſententia lib. 2. cap. 7. de Gen. contra Manich. intelligibilis & facilis lectori cuique D erit; vbi ſanè rem mirabilem de fluminibus paradiſi in iſtum modum ait; videlicet, per meatus & vias ſubterraneas in locis valde deuiis ab illo fonte celebri orbri de præſenti; quod contingere non poſſet, paradiſo, mundóque incolumi, & ſuperſtite; ſed primo toto perdito; ſecundo verò valde à facie, & priſca forma in aliam tranſmutato; quo fit, vt illi fluuij, queis erat ortus vnus, præſertim duo ex eis, qui Nilus ſunt & Ganges, poſt cladem cataclyſmi erumpant diſtantiſſimi. Nam penitus paradiſo terreno diſſipato, ac veluti iuridicè necato & lacerato, illius quoque fluuij ob ipſas culpas hominum in fruſta ſunt diſſecti; vt ſæpe

S. Auguſt.

Paradiſi cur nam fluuij ex vno fonte orti, diſtantiſſimi poſt cladē diluuij egrediātur.

pro

pro exemplo, terroréque viuentium regiminis ciuilis præcipiunt magiſtratus. Congruentius nanque erat per necem & deſtructiooem illios viridarij, & flumina eius deſtrui, quam incorrupto permanente corruptionem in eis dari; eum miraculum vtrobiquè, ſed leuius hoe appateat. Cuius Sancti opinionem quò ad cuniculos oceultos illorum fluuiorum, ſequutus eſt poſt alios lib. 7. cap. 45. quicunque fuit auctor Margaritæ Philoſophicæ.

Margarita Philoſophica.

Quo etiam planom fiet mirandum quid narratum de fluuiis Babylonis; nimirum eorum aquam & viſui turbulentam, & potui non ſuauem, ſed potius inſuauem natura ſua eſſe; vt mihi dictum fuit ab aliquibus qui illam perſpexerunt, & biberunt; quibus verba Ieremiæ adiiciunt firmitatem; *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis* Id eſt turbidam, & palato nullatenus iucundam, vt illam cui coniungitur, ob ipſas qualitates. Quare ergo iniucunda huiuſmodi fluenta? quia ruina paradiſo irreparabili deperdito, deperdita eſt ſuauitas illius fluuiorum; cum tamen aqua eorum tam dulcis prios fuerit, qoam deſumitur ex iis, quæ diximus ſuperius de aquis Damaſcenis; ſi reliquæ paradiſi, ac poſcit ex ſe ratio, ſint ſemper præponendæ; & ex alia re dicenda Enarrat. ſubſequent. n. 23. in fine; vbi dicitur de aquis Niliacis contrarium, ſuaues nempe eſſe, pellucidas & limpidas; quantumlibet à Vate hîc turbidæ vocentur; hoc etenim eſt per accidens; propterea quod per riuos quammultos diuidantur, vt tota Ægypti terra Lyrani iuxta mentem, fœcundius irrigetur. Quod ſi detur huiuſcemodi in fluuiis Babyloniæ, non eſt cur recurratur ad aliam quamuis cauſam, pro aquis paradiſi nunc malis aſſerendis; qua dempta bonæ erunt; vel vt ipſæmet fuerunt ante cladem vniuerſalem, vel ſaltem proportione & congrua & ſibi debita hac culpæ tempeſtate. Vnde eſt, quod vel hoc tempore durante, & refragante, rem miram fert Rupertus lib. 2. de Trinit. cap. 24. ac etiam 29. de fonte paradiſi; quo loci *Terræ mammam* (appellat fontem illum) *vbi ſalſa maris aqua latteam accipit dulcedinem; omnes nanque aquæ potabiles & ſalubres, vbicunque fluant, & vndecunque appareant, de fonte paradiſi per occultos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles & ſalubres ſint.* Hæc ille; quæ non niſi per maximo miraculo tam naturæ, quam & gurgitis capacitatis ſubterraneæ de identitate per ſubſtantiam inter aquas paradiſi, & alias quaſuis dulces exponi bene poſſunt. Nam etiam primo homine in culpam nō labente, eſſet orbis quoquouerſom hominibus replendus, inhabitandúſque ab eis, & totus incolendus, vt eruitur ex oraculo Prophetæ ſic dicentis; *Dominus fecit terram; non in vanum creauit eam; vt inhabitaretur formauit eam*; ac ideo ſemper fontes per ipſummet diſperſi, omnino neceſſarij; ac dulcedine neceſſaria donandi, quo tam homines quem terram ſatiarent.

Cur aquæ paradiſi ſint hodie non iucundæ, & turbidæ ad aſpectum

Ierem. 2. 18.

Aquarum paradiſi ſuauitas quam magna.

Lyra.

Aquæ dulces & ſalubres vt ſiant aſtiuſmodi ex fonte paradiſi; & iſte mamma ſit dulcedinis aquarum per orbem diſperſarum.

Rupertus.

Mūdus extra paradiſum an ſemper habitandus.

Iſai. 45 18.

At fontes tot non poſſent ab vno deriuari, & ab illo ſuauitatem haurire, & comparare; quare bonitas cunctorum ab eo initiata, vel de ſimili qualitate, non verò de æqualitate, identitatéque omnimoda oportet explanari; vt à fonte paradiſi, dulcoris tanquam capite, quæcunque dulces aquæ manare viderentur; vel hęc fontium generalis ſalobritas & iucunditas à generali communicatione cum illo magno gurgite, per meatus & commixtionem veniret inuiſibilem; quod quidèm in mirabilibus naturalibus contrarietatem nequaquam ſecum portat; quocirca paulò ſupra permaximum miraculum naturæ rem pręſentem cōſultò nuncupaui. Quæ ſanè fluuiorum manantium in modum Crucis ſuperius memoratum concentum ratum facit: & etiam pluſquam facit, ſi verum ſicut elegans eſt quod de tali fonte ſuper maris capacitatem in ſuo lib. 1. intonat Marius Victor; Ruperti, noſtrámque ſententiam ſic corrobotans.

Paradiſi maior mari vt fuerit fons celebris.

Marius Victor.

Ad gremium Sacri nemoris, quod Sylua coronat,
Fons rigat, & diti prolem virtute maritat.
Quadrifido tumidū latus caput amne reſoluēs,
Ditior Oceano; iugi nam gurgite promptus
Hic proprios donat latices, ille accipit omnes,
Et non ſentit aquas. Minor eſt, qui creſcere tātis
Fontibus infuſis, quam qui decreſcere neſcit.

Quæ omnia tanto fonti attribui bene poſſunt, eum omnia ſubderentur & planè ordinarentur obſequio paradiſi. Quem etiam fontem adhuc ob omnia præcedentia vocari poſſe dixerim, & rectè exiſtimari ipſius maris fontē, principium, cor, & caput; ac clauem, centrom, & arcam fluentis elementi; ſeu puteum voce alia viuentium aquarom omnium, quæ fluunt impetu, vel fluxu pacifico per mundum.

Meditatio panegyrica de fonte paradiſi.

Hæc de re per obſcura lectoribus vulgare operæ pretium iudicaui, vt pro virili, ſiue potius exili parte mea, ſtudioſis Sacræ paginæ ſuppetias miniſtrarem. Cuius demum obſcuritatem hac claudo veritate, vt quemadmodum ante tempora diluuij prouidentia Diuina Cherubim, & ſimul ignis gladiom, ne ab aliquo adiretur, prępoſuit paradiſo, ſic nunc mille Cherubim ac gladios ipſe ponat, ne loci tanti ab aliquo notitia inueniatur. Quos ego Cherubim, difficultatum quammultarum appello nodos illos, innexos huic materiæ, qui nec ſolui ratione, nec vi præſcindi poſſunt; gladios autem verè igneos, non tam framea ſcintillanti, quam flamma comburenti fulgentes contra nos, calores noſtræ mentis, eidem valde infeſtos, quibus vritur, nec parum, humanus intellectus; memoria concrematur; & diligentia voluntatis calore conſopito, quibuſcunque volunt hanc hiſtoriā paradiſi à dubiis enodare, deſidiæ frigeſcentis redigitur in cinerem. Nec illi non conueniens verſatilis romphea, dum in vno conquiſitus in aliom locum mox ſe vertit & conuertit amænus ille hortus; quaſi eſſet pluſquam alius Heſperidum fictitius incātationibos diuinis mortalibus imperuius. Nec ignis, qui quęrentes, cuiuſmodi nunc dixi, exurat, & deter-

Ignis gladius & Cherubim vt hodie in paradiſo.

Paradiſi inueniendi terreni quātus labur, fruſtraneúſque impenſus.

A quoddam lignũ vocatum *Calambuco* coloris fere nigri, quod nomine corrupto fortassis erit *Aloe*; nam Aloë secundum aliquos Orientalis arbor est, odoris suauissimi, cuius lignum vice thimiamatis in altaribus adoletur; & lignum istud tantæ est suauitatis & fragrantiæ, vt solo dignum Dei obsequio, & cultu videatur; sudorem nanque ex se emittit plus cælestem, quam equidem terrestrem; quem tamen nunquam perdit, cuius odori quæuis laus inferior reputabitur. Ligni autem tres species huiusmodi afferuntur; prima clarior & insuauior coloris cinericei, quam ex *Aloë Aquilam* agrestem appellant Lusitani; & huius magna quantitas. Secunda iam obscurior, ac etiam tam suauior quam dicunt mitem *Aquilam*, seu *aquilam*, prout tetigi Enar. de sepulchro. n. 36. & huius minor copia. Tertia autem penè nigra odoris iucundissimi, quam dicunt *Calambuco*; cuius semper est inopia & raritas in India; & vt fertur ab indigenis illarum regionum, nemo vnquam vidit arborem illius grati ligni, sed eius iuxta Gangis fluenta frusta paruula tantũmodo inueniri, communis fama est. Cum autem fluuius ille è quatuor vnus sit, qui è fonte paradisi creduntur promanare, hinc asserunt à paradiso venire tale lignum, quod fragrantiam illius loci & præstantiam in rebus cunctis, secundum istam traditionem non male contestatur; vel adhuc non extante eodem viridario; de quo etiam in nationibus à Fide tam remotis & textus sacri nesciis, habetur per Dei manum in terris complantato, tam magna existimatio.

Calambuco ligni miri suauitas quã magna, & vbi inueniatur.

Paradisi deliciarũ suauitas & præstantia iucundè comprobata.

De delitiis paradisi ad edendum & perfruendum, si innocentia perdurasset, ternaria ponderatio.

12. OMnimodæ hæ fuissent in illo vere mundi miraculo stupendo; vbique ramis fructibus egregiis enruescentibus, ad manúsq; humanas hoc modo venientibus. Qui fructus proculdubio saporis miri forent, & possibili suauitate omnimoda scaterent; qua palatum naturali dulcedine complerent, & ad dapes superiores gustandas nostrum animum dulcissimè compellerent; vt innuitur, nõ male sub illis paucis verbis; *Produxit Dominus Deus de humo omne lignũ pulchrum visu, & ad vescendum suaue.* Hi autem tam prædulces, quã pariter salubres & valde salutares arborei cibi optimi, super nectar perantiquũ optatum & ementitum pararent mensam homini, & super fictã Ambrosiam producerent ei vitam: quibus etiam naturaliter ita viribus & robore corporeo firmaretur, vt absque vitæ arboris miraculo prçualido, per quatuor siue quinque, ac multò puto amplius annorum milliaria, tunc ætas perduraret; nam si fructibus communibus diluuio non exhaustis, attenuatis & exesis, millesima vel circiter hæc fuit primis viris; quam illi per edulia collecta ex paradiso, vt dixi, non protraherent, & fusius dilatarent?

Paradisi quale gustui futurorum oblectamentũ.

Gen. 2. 9.

Terreni paradisi ad vitam producendam cõmunes fructus quales.

Hinc multi in describendis delitiis paradisi & calamos pararunt, & simul vel ex Ethnicis stylum delimarunt; quorum penitus non possum scripta non libare; vt & harum felicitatum pro nobis conditarum nonnihil degustemus, & hominis innocentis statum, qualis foret, pro munere monstremus; nósque pariter ad melioris delitias paradisi studio concitemur, ducamur, præparemur; & virorum testimonio carentium luce Fidei, in Fide plus firmemur; è quibus sic Ouidius relatus à Chassaneo in Cathal. glor. mundi p. 12. Consid. 4.

Paradisus vel a priscis poetis celebratus.

Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores;
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat;
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis
B *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibãt,*
Flauáque de viridi stillabant ilice mella.

Ouidius.

Quem etiam voce metrica, at melius, vt Poëtæ non priscæ falsitatis, sed veritatis & pietatis asseclæ Christianæ, vicerunt in hac re Marius Victor lib. 1. ad versum 130. Alcimus lib. 1. ad vers. 200. & Dracontius in libellulo de opere sex dierum ad vers. 60. qui planè eloquentissimè. Eandemmet prouinciam lib. 2. cap. 11. elegit Damascenus, vbi *Gaudij & exultationis vniuersæ promptuarium* appellat hortum illum; Basilius & Augustinus recenter allegati; & alij multi PP. quos, vt cunctis perquam notos non vacat euulgare, necnon Bustus in Rosar. p. 2. ser. 27. in prima illius parte; & Vssuna in Missus est p. 1. cap. 1. quo luci sic se habet; *Amor Dei erga nos innotescit illis verbis*; Plantauerat au-C tem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat; *nimirum, vt esset locatus loco consentaneo; Adam plenus varietate vniuersa gratiarum; paradisus vero omni specie voluptatum.* Et iterum in hunc modum; *Qui piscibus mare, auibus aëra, feris nemora, stellis firmamentum, paradisum homini construxit, vbi posset non mori. Cæteri tractus orbis non hominibus, sed bestiis conditi sunt, paradisus solus homini; (nimirum magis proprie, ad delitias sibimet quascunque capiendas) Verumtamen post peccatum, bestiarum Rex, cum bestiis ab illo relegatur: In paradiso, prout ait Augustinus de Ciuit. lib. 14. cap. 10. nihil aberat, quod delectaret; nihil aderat, quod cruciaret. Oculis erat omne lignum pulchrum visu, & omnis amœnitas florum. Auditui murmur aquarum, garritus auium, & harmonia motus cælo-D rum. Odoratui omnium aromatum & herbarum odor. Gustui horti lignum omne, ad vescendum suaue. Tactui erant animalia, quibus ludere posset homo; omnia nanque in innocentiæ statu ei colludebant. Nullus denique locus sub cælo amœnior paradiso; nam pro magno dicitur de terra, quam elegit Loth, quod erat sicut paradisus Domini. Ipsa quoque Scriptura in modo loquendi demonstrare voluit, quam delitiosus ille fuerit; plantatus enim dicitur in regione Eden, quæ interpretatur voluptas. In voluptate ergo paradisus radices suas misit, ac si pro fundamento & situatione delitias ille omnes in substantia possideret.* Quæ inferius quinto cap. coronat hisce verbis; *Tanta felicitas Adæ collata est in paradiso, vt quamuis ibi*

Marius Victor. Auitus Dracontius.

Damascen. Paradisus exultationis vniuersæ promptuarium.

Vssuna.

Paradisus Dei amoris speculum erga homines.

Paradisi deliciarum elegantissima descriptio.

plurima tempora viueret, antequam in cælum aſſumeretur, non triſtis fieret, nec curaret de tranſlatione ſua; corde ipſius delitiis occupato; nec diceret; Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. *Cumiu Eccleſ. ſcribatur*; Non enim ſatis recordabitur dictum vitæ ſuæ, eo quod occupet delitiis cor eius. *Vnde ſicut ex paradiſo egrediebatur fluuius, ad quatuor regiones; ſic ex Adami corde conſolatio procedebat, ad quatuor ipſius paſſiones cæleſti gratia perfundendas.*

Pſal. 119. 5.
Eccl. 5. 19.

13. Hæc ille; qui permeritò teſtatur primo loco, Dei amorem verſus hominem in paradiſi plantatione ſummopere fulſiſſe, quia hominum ibi Deus, in horto conplantato hortulanum ſeſe fecit, vt Anaſtaſ. Synaita ſic ait in Hexamer. *Deus etiam fuit hortul nus, & ſuæ creaturæ adminiſter. Quis Dei amorem tam eximium non miretur ac veneretur?* Procopiúſque non ſecius quantumuis verbis aliis ad iſtum locum Gen. *Quod ait Plantauit Deus, inſignem quandam curam commonſtrat, qua Deus locum illum accuret, vt oſtendat, in quem gradum dignitatis hominem collocauerit.* Quorum ſocius eſt Rupertus lib. 2. cap. 23. in ipſum librum Gen. Neque iſti, vel quique alij Sanctiſſimi Scriptores tam egregiam elaborarent figuram paradiſi, niſi equidem vt cæleſtis, ex vngue velut leo, hinc gaudia noſceremus, & famelico deſiderio hæc ſummè quæreremus. De quo vero atque ſupremo Dei noſtri paradiſo. B. Auguſtinus, quem vide cap. 17. in ſuo Manuali. Quare bene & Chriſtianè Paganus licet homo, lib. 4. de benef. cap. 5. dixit Seneca; *Vnde hæc innumerabilia, oculos, aures, & animum demulcentia. Neque enim neceſſitatibus tantummodo prouiſum eſt; vſque ad delicias amamur.* Qua alia re tam optima corona imponi poſſit delitiis paradiſi? Extat huius nuper edita deſcriptio elegantiſſima in Rhetorica Cauſſini auctorem ſuum redolens; quæ quidem laus eſt maior, quæ ipſi cani poteſt.

Deus hominū hortulanus.
Procopius.
Rupertus.
Paradiſus cur tā pulcher & factus & deſcriptus.
S. Auguſt.
Seneca.
P. Nicolaus Cauſſinus.

14. Quod ſi loci tam mirandi ex laudibus præfatis teneris deſiderio, illiúſque præconia exoptas longiora, hæc accipe, fortaſſis, nec tepida, nec deuia. Fuit enim paradiſus viridarium Deo ipſi, atque domus delitiarum eidem Creatori, non adeo propter locum terreni illius horti, quam potius propter hominem in eo collocatum; qui Dei erat paradiſus, & delitiarum illius theca, ſeu locuples theſaurus; Vſſuna ſicut noſter cap. 3. in Miſſus eſt deſcribit diſertiſſimè; cuius verba non tantummodo quod eſſet furtum magnum, furari tibi nolo, ſed lubens ipſa promo, cum tamen ob defectum iſtius viri operum, à paucis cognoſcantur; quæ quidem ſic ſe habent: *Plantauerat Deus paradiſum, ideſt, plantis aptauerat, & poſtea paradiſum aptauit homini; at hominem ibi plantauit, & ſtatuit eum illic, ac in aula ſapientiæ; vt inſpiceret & faceret intra ſe ipſum, ſecundum exemplar, quod extra ſe videbat, quaſi Deus diceret illi. Ecce quomodo tibi creaui paradiſum iſtam, tu autem eodem modo cor tuum mihi crea, & fac mihi aliam paradiſum in anima tua, in qua ego habitem. Nec enim decens eſt, te habere tantam domum, & extra te in caſtris manere Deum tuum, Sed ſicut Deus prius fecit domum Regi Dauid, quam ipſe Dauid Deo; ſic cum nemo eum præueniat in benedictionibus dulcedinis, prius fecit homini domum delitiarum, vt poſtea ipſemet homo ſe faceret paradiſum, & domum delitiarum Deo. Paradiſus ergo delitiarum, quo Deus delectatur, non alius niſi homo; & propterea Deus non requieuit niſi creato homine, vt oſtenderet feciſſe eum, in habitationem ſibi, & ad requiem ſuam. Vbi autem eſt illud,* Cælum cæli Domino? *& alibi* Cælum ſedes mea? *Ergo Deus ſibi ſatis habet in cælo? Vere quidem ſatis habet ſibi in cælo, aut verius ſibi in ſe; ſed nos non habemus ſatis niſi in Deo; vnde dicitur in Pſalm.* Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino meo ſpē meam. *Vacuum enim erit cor noſtrum, & ſuperuacua ſpes illius, niſi repleat ipſum Deus, adimplens cor lætitia cum vultu ſuo. Sed hoc accidere non poteſt, niſi cor hominis paradiſus fiat; & propterea Deus hominem in paradiſo collocauit,* Vt operaretur, & cuſtodiret illum; *& per operationem ac cuſtodiam bonorum operum, homo fieret paradiſus delitiarum Deo, ſicut paradiſus erat domus delitiarum homini.* Hæc Vſſuna; quem præceſſit Anſbertus in Proueb. octauo dicens cap. *Paradiſus conſitus erat; ſed quandiu homo non extitit, Dei paradiſus non erat; vbi primum autem homo creatus eſt in mundo, Dei paradiſus nominatur;* delitiæ enim eius eſſe cum filiis hominum.

Vſſuna.
Homo Dei & paradiſi interior paradiſus, & Deo ſuo Creatori delitiarum domus vera.
2. Reg. 7. n. 2. 12. & 13.
Pſal. 113. 16.
Iſai. 66. 1.
Pſal. 72. 28.
Gen. 2. 15.
Anſbertus.
Prou. 8. 31.

15. Fuit iterum paradiſus humanæ ſapientiæ gymnaſium, ſiue aula; in qua homo non tantummodo diſputaret prout Salomon ab hyſſopo viliori, quæ egreditur de pariete, vſque ad cedrum excelſiorem, quæ eminet arboribus procerioris quantitatis, ſed à centro cum dæmonibus in eo cruciatis, vſque ad ſolium ſublimiſſimum Diuinæ Trinitatis, cuius homo primus habuit explicitam ſcientiam, Angelorúmque ruinæ, & Incarnationis Chriſti Domini, atq; etiam Sacramentorum ab ipſo condendorum, quamuis ſuæ præuaricationis, Incarnationem & Sacramenta quam longe pręceſſuræ, notitiam non habuerit. Quemadmodum Ioſeph in Ægypto ſuam magnam exaltationem præcognouit, ſed pręcedentem incarcerationem & humiliationem non pręnouit; velut S. Bonauent. in 2. ſent. d. 23. ſcribit ſatis doctè. Nam cum præſcius futuræ Incarnationis illic fuerit, vt omnes confitentur, & Eccleſię Sacramentorūm fuiſſe non obdubites; cum ratio nihil diſpar vtrobi inueniatur, ſi Synedoches per figuram accipiatur pars pro toto, & Sacramenta qualiacunque (quæ etiam nulla culpa Adami data, forent vt infra diſſeretur) pro ſeptem quæ poſt culpam à Chriſto ſunt diſpoſita, ſumenda ſint ęqualiter. Vlterius quòd notitiam de Euchariſtia præbibiſſe in aliis tangam locis. Neque enim ſapientiæ, auctoritatiſve non ſommæ pręclara fuit actio, qua nomina animantibus impoſuit congruentia; *Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* De qua quidem auctoritate ſic ait Moyſes Barcepha de Paradiſo p. 1. *Quidam putant Adamum, voce, quæ ſenſu percipi, audirique poſſet pronũtiata, ſingulis animantium*

Gymnaſiū paradiſus humanæ ſapientiæ.
3. Reg. 4. 33.
Adamo quę ſcientia extiterit infuſa, vt multáque cognouerit, quin lapſum pręcognouerit.
S. Bonau.
Gen. 2. 19.
Moyſes Barc.

ſpectebut

Adami quæ maiestas cū dedit brutis nomina.

speciebus, voluerúmque nomina indidisse; in editiore loco paradisi insidentem, augusta omnium maiestate, & splendore, radios Solis superante, illa submissa capitibus prona; neque præ nimio decore, quo ille splendebat intueri ipsum audentia, singillatim præteriisse, suisque ab illo appellata esse ordine nominibus. At verò de Adami scientiæ plenitudine. DD. lib. 2. d. 23. vbi S. Bonauent. art. 2. per duas. qq. & Hugo lib. 1. p. 6. cap. 12. non parum visu digni.

S. Bonau. Hugo. S. Vict.

Sponsi primi thalamus terrenus paradisus.

Gen. 1. 28.

Tertio fuit paradisus Sponsi primi thalamus, vbi Deus veluti filium recenter à se ipso in matrimonium copulatum, Adamum reclinauit; vxorem dedit ei, & præceptum multiplicandi adjecit super hæc; *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*; ne quacúnque deliciarũ ei filius rumperetur, seu prolis, seu consortis charissimæ defectu; qua re B non parum vita augetur in parentibus, dum in pignoribus natorum hæc ipsa propagatur, aliquatenúsque mors in indiuiduis non timetur, dum vita conseruatur superstes in specie. Quem thalamum post multa de eo decantata, sic Alcimus exornat, in primo dicens lib.

Alcimus.

Pro thalamo paradisus erat, mundúsque dabatur
In dotem, & lætis gaudebant, sydera flammis.

Flammas vero tam sanctè quam lepidè describit Dracontius in opusculo de opere sex dierum, per versus qui sequuntur.

Dracontius

Parentibus cur primis non pudor ex pudendis.

Quòd digitos, oculósque putant, hoc membra pudenda.
Publica iungebant affectibus oscula passim;
Nec rubor vllus erat, cum staret origo pudoris;
Illicitúmque sibi nihil prorsus esse putabant,
Et bene credebãt, quibus omnia iussit ad vnum,
Arboris vnius fructu sub lege negato.

C

Nec minus eleganter soluta oratione de opificio mundi Philo, sub finem sic se habens; *Vbi vero formata est & mulier, conspicatus germanam speciem, & cognatam formam, gauisus eo spectaculo, & accedens eam complexus est. At illa cum nullum animal videret sibi simlius, libenter eum resalutauit, & reuerenter deinde superueniens amor, tanquam vnius animalis duo dimidia prius distantia, collecta tunc in vnum coaptauit, indita vtrique cupidine, gignendi similem prolem, per mutuam consuetudinem, ea cupido etiam corporum voluptatem peperit.* Mirum sanè coniugium, quo homo Sol, vt solus; & solus plusquam omnes terrenæ creaturæ dotatus, & eximiis ornatus qualitatibus, D Lunæ verius tunc nupsit, quam Ethnici de Sole cum Luna confixere. Nã & Luna pulchritudinis influxit in cor eius, cùm ea visa dixit; *Os de ossibus meis, & caro de carne mea*; & tanquam Luna varia à gratia citò excidit, ac vultus sui maculas, quibus tanquam Luna fœminę perpetuò venustãtur, in corde suo posuit. Mulierum res propria, picturæ queis oris ex corde suo veniunt, vt neminem nisi vltro se ipsis mancipãtem, dementent malis fucis, & suis prauis artibus. Nam quod gerunt exteriùs, quò neutiquam decipiant, interius semper gerunt; videlicet, picturas, fallacias, imposturas, technas, lites, varietates Lunarum quammultarum, & in corde vulpino Tigrinam demum pel-

Philo.

Amores Adæ & Euæ peroptimè enarrati.

Mulieres vt Lunæ in maculis & fraudibus.

Gen. 2. 23.

A lem; vnde lib. 2. Propertij carmen sonat;

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes;
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.

Et ibi, ad Demophœontem, de istis multis Lunis in vnam et repertis.

Propertius.

Quum satis vna tuis insomnia portet ocellis,
Vna sit & cuiuis fœmina multa mala.

Quartò fuit paradisus è lapidibus pretiosis, vt ciuitas constructa marmoribus, ornatus & belle fabricatus. De Adamo nanque illic loquuntur illa verba; *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Nam subditur statim; *In deliciis paradisi fuisti*; quãuis Angelo collapso hoc crebrius tribuatur. Cur verò non Adamo? si vel etiã literaliter de Rege Tyri fatur hoc ipsum Dei Oraculum. Ergo super lapillos quoscúnq; ditiores, seu pretij grandioris, in eo loco diues terrigenus progenitor; vt vnicus Dynasta tam pulchræ ciuitatis, Conditorísque illius imago & vice fungens; de qua Vrbe Chassaneus in Cathalog. glor. mun. p. 1. consider. 5. n. 3. sic pro nobis. *Hominem in omnium creaturarum fine locauit Deus in paradiso, sicut à regibus & principibus nostri temporis vsurpatum vidimus; vt cum magnificam & nobilem ciuitatem condiderunt, iam vrbe absoluta, imaginem suam omnibus visendam in medio illius, spectandámque constituant.* Quanta verò abundantia lapillorum summi pretij illic fuerit prostrata, profusa, ac vilihabita, & locus tantus indicat, & concinit lib. 1. Auitus per hos versus:

Ezec. 28. 13.

Paradisus terræ ciuitas alterius instar cælici ex margaritis & lapillis.

Chassaneus Imago Dei Adamus in vrbe ab eo condita.

Negligit hic virides riparum margo lapillos
Et quas miratur mundi iactantia gemmas
Illic saxa iacent. ———

Auitus.

Pretiosi quam per multi lapilli in paradiso; lapillique nõ tantum, sed lapides & saxa.

En saxa istius generis iacentia & solo data, seu nata in illo solo, vt saxa magni corporis, & lapides nunc obuij, tam variæ, quam frequenter permagnæ quantitatis.

Quintò Regia & palatium terreni primi Regis, in quo hominis imperium, vel etiam super feras imperij impatientes, latissimè patebat; *Et dominamini piscibus maris, & volatibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* Et quidèm ab animantibus dominari difficillimis, dominatũ Deus humanum incepit explicare; quod Psalmista demiratus, vt verè rem supremam, supremo loco posuit; *Gloria & honore coronasti eum Domine, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris* Quam gratiis rem absoluit, ac etiã initiauit, hoc versu duplicato, in fronte & Psalmi calce; *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra* Quod in titulo de Reliquiis, venerationeq; Sanctorum Clement. valde celebris, quæ incipit *Si Dominum* attribuit Eucharistiæ. Videatur Damascenus lib. 2. cap. 11. palatium vocans hominis terrenum paradisum; & Nyssenus cap. 2. de hominis opificio, vbi Adami super feras ostendit principatum.

Palatium Regis primi terrenus paradisus. Gen. 1. 28.

Psal. 8 & 9.

16. Sextò, primùm Templum Dei in terra ædificatũ, vt de mundo dixit Philo in principio illius lib. de Monarchia nuncupati; cuius quidem pauimentum tapetibus stra-

Philo.

Paradiſus primum templum, & qualiter fundatum.

tum, eſſet floribus ſolum omnigenis ornatum; parietes, is paries, quo ipſe paradiſus, Ruperti iuxta mentē in orbem cinctus erat; vel ex optimis & exquiſitis, vt decebat tantum locum lapidibus confectus, vel ex ramis curuatis, retortíſque contextus, quemadmodum Dracontius ſuperius allegatus huiuſmodi cantauit;

Dracõtius.

Frondibus intortis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore poma,
Et paſſim per prata iacent.

Paradiſus an muratus, & qualis murus eius.

Abulenſis.

Quamuis Adæ poſt lapſum vallatum muro igneo & prorſus circumſeptum paradiſummet fuiſſe, ſingularis ſit opinio, & aliquantulum veriſimilis Abulenſis Geneſ. 3. q. 26. pro quo ille gladium ignis, verſatilem, ſeu potius in omnem verſum partem, vt melius defenderetur ingreſſus paradiſi, in eo loco accipit. Seu parietes effecti ex aëris criſtallo, ad cæli tectum vſque altiſſimè eleuati; tectum verò cælū ipſum ſtellis decoratum, diſtinctum, & velut gemmis micantibus intextum. Fulgentes autem lampades cæleſtia luminaria, diei & noctis oculi; nec oleo, nec frequenti impendio Miniſtrorū, vt foueantur, & expungantur egentia modo aliquo. Altare locus altus, quo erat paradiſus; non prope Lunæ globum, vt aliqui putarunt, ſed certè in editiori & altiori mundi ſitu; in medióq; illius, vt ſupra indigetaui. At muſica inſtrumenta, & dulcis harmonia, eiuſdem templi auium garritus & concentus; quæ mutuis cantilenis in vere ſeſe prouocant; & ibi in vere perpeti perpetuò cantilarent. Inflata vero organa, & vento vocem ſuam tantummodo emittentia, aerius flatus loci, qui plectra tangens lignea, ſonantia bene foliis vt chordis naturalibus, ſuauem, gratam, & dulcem producit conſonantiam. Sacrarium, cui (vt templo exiguæ quantitatis, ſacelloq; eximio in ſui qualitate; deſtinatur templi ambitus, egregia vitę arbor; quæ vtrámque citra dubium conferret nobis vitam, & cui pendulis ſui fructus onuſtæ Sacramento, tota templi paradiſi prædiues magnitudo ſic fuit deſignata, ſicut penes nos Sacrario Sacramentum continenti, noſtrorum tota fabrica templorum deputatur. Sacramentum verò vltimò & Sacrificium illius templi, eiuſdem fructus arboris, qui noſtrum Sacramentum & Sacrificium legis nouæ ad viuum referebat; atque temporis innocentię ſine lite Sacrificium & Sacramentum foret vnicum, quemadmodùm nunc eſt Sanctiſſima Euchariſtia.

Sacrarium vitæ arbor in templo paradiſi.

Fructus arboris vitalis vt templi illius fuerit Sacrificium & Sacramentum.

S August.

Gen 2. 9.

Gen. 3. 22.

Theodor.

Eucherius.

D. Thom.

S. Bonau.

Sacramentum, quia vt ait Auguſtinus lib. 13. cap. 20. de Ciuit. Dei. *Erat in cæteris ligni alimentum, in illo Sacramentum*: quem poſtea ſunt ſequuti tam Gloſſa ad illa verba; *Lignum autem vitæ in medio paradiſi.* Et illa paulo infra, *Ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*; quam Theodoretus ſup. Gen. q. 26. Eucherius ibimet lib. 1. cap. 13. D. Thom. 1. p. q. 102. art. 1. ad. 4. & Bonauentura lib. 2. d. 29. ſtatim in 1. numero. Et ſupra eodem lib. d. 17. ſcribens in hunc modum. *Sicut noſtra Sacramenta non creant gratiam, ſed Diuina virtus ipſis aſſiſtens, in eorum legitima perceptione gratiam infundit. Sic fructus eius arboris non dabat immortalitatem, ſed diuina virtus, cum fructus ille comedebatur, immortalitatem homini largiebatur*: Cum multis viris aliis Theologis primariis hoc ipſum ſentientibus. Nec malè, cum id lignū omnino ſacrum ſignum tum temporis extiterit, ad homines in noſtri notitiam Sacramenti idoneè perducendos, & gratia, vt demonſtrabimus, diuina perfundendos. Ergo verum Sacramentum; hæc quippe eſt Sacramenti ſubſtantia & definitio.

Sacramentum quare arboris vitalis fructus fuerit.

Sacrificiũ cur ſimiliter eiuſdem ligni fructus.

Sacrificium, quia iſta tunc minimè deeſſent, quantumlibet non eſſent de pecoribus occiſis; quia homine non peccante Deus mortem nō ſubiret, nec eius mors per mortes ſignata prorſus eſſet. Sacrificia nanque ſemper de rebus melioribus ad vitam neceſſariis per homines fuerunt oblata ſummo Domino; vt ſic hominum vita per modum plus decentem Creatori & Redemptori ipſorum litaretur. Teſtentur Sacrificia Abelis & Caïni, cum aliis ſubſequentibus; quæ erant iuxta legem de pane, vino, & oleo, alimentis principalibus; de bobus, hædis, ouibus, pecudibus prioribus; de columbis, & turturibus, quæ aues inter crebras ſunt cunctis pretioſiores, & de paſſeribus propter pauperes repertis abſque pretio; de incenſóque, ac reliquis ſubſtantiis odoratis; è quibus olim ſacrum in templo comburendum fiebat rhimiama; quæ ad vitæ medicamenta, & alimenta ipſius vitæ lautitie condienda, conducunt non permodicè. Ergo etiam Sacrificium ipſius ligni fructus; nihil etenim tam bonum, odoratum, ſiue efficax ad vitam producendam, vt late pertractabitur Enarrat. ſubſequenti. Accedit; fructum illum iam eſſe Sacramentum, ex Auguſtini & aliorum præhabita ſentētia; qua de cauſa & Sacrificium illius foret temporis; nam tempus innocentiæ exiſteret perfectione poſſibili conſpicuum; at cultus Dei perfectio expoſcit proculdubio, vt Sacramētum & Sacrificium incedant pari paſſu; quemadmodum in Eccleſiæ Sanctiſſima Euchariſtia, & quibuſdam legis veteris antiquis obſeruantiis, quæ Hebræis Sacramenta & Sacrificia ſimul erant; de quibus locis propriis. Nec obſtat Bonauenturę eiuſdem lib. 4. d. 26. opinio, qua exiſtimat, duo tantùm Sacramēta eo tempore felici; Lignum vitæ & Matrimonium futura tantùm eſſe; cum tamen Sacrificium, vt infra diſſeretur, hoc lignum ſolum exiſteret. Nam & plura Sacramenta cum vno Sacrificio habemus de præſenti; & Sacramentum Matrimonij, quò ad optimam harmoniam non poſſet excuſari; vt corpora propagarentur per vnum Sacramentum, ſicut animæ per aliud in gratia ſeruarentur, perpetuóque vireſcerent.

Sacrificia quare ſemper de rebus melioribus ad vitam neceſſariis.

S. Bonau.

Cur vnum Sacrificiũ, & duo Sacramenta in tempore innocentiæ.

Si autem à me quæſieris, cur fructus tam percelebris, nec Sacrificium nec Sacramentum, cum vtrúmque prorſus fuerit, in verbis Dei dicatur, illud tibi reſpondebo, quod de alio Sacramento ante datam Circumciſionem tollente originale, lib. 5. cap. 9. aduerſus

Cur ligni vitæ fructus nec Sacrificij nec Sacramenti cognomine dicatur.

S. August.

uersus Iulianum scribit Augustinus; *Non* (inquit) *est credendum ante datam Circumcisionem, famulos Dei, quandoquidem illis inerat Mediatoris fides; nullo Sacramento eius opitulatos esse paruulis suis; quamuis quid illud esset, aliqua necessaria causa Scriptura Sacra tacere voluerit.* Sed latius de hac re Enarrat. 23.

Bolducius.

Luci loci Sacrificij, & quare post inhibiti.

17. Bolducins paradisum hac via templum fecit, quia nêpe fuit lucos à Deo cõstiturus, vt Sacrificium iu eo loco eidem immolaretut, sicut lucis in quàmultis inter homines Gentiles solemne fuit post modum, & à luco paradisi profectus talis mos; quantumuis propter istos in lucis offerentes, hoc populo fideli Deus postea non permiserit, & sæpius interdixerit. Exod. 34. n. 13. Deut. 7. n. 5. 12. n. 3. 16. n. 21. cũ aliis multis locis pernotis in Dei lege. Sic in Oggio Christiano lib. B 1. cap. 4 & de Ecclesia ante legem lib. 3. cap. 5. Bolducij iudicatio. Verùm modo altiori Dei templum paradisus; dum eius verum templum habebat in se hominem; non aureis quidem laminis, vt illud Salomonis, sed laminis virtutum pulcherrimis ornatum; neque tabulis cedrinis incorruptilibus vestitum, sed vita immarcescibili, si culpę non succumberet, securè circunseptum.

Vt templũ primus homo, & alius quisque sit virtutibus ornatus.

2. Paralip. 2. 8.

Exod 31. 1.

Isai. 40. 12.

Iob. 10. 8.

Templum vtrique quod summus Sapientissimus Rex Salomon non manibus seruorum missorum à Rege Tyri, nec etiam Beseleel diuinitus edocti, sed sanè ita bellissimè, vt manibus Diuinis, & digitis qui sustinent vniuersam mundi machinam extiterit constructum, vt ait sacra pagina *Manus tua Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in* C *circuitu*; nosque etiam Enarrat. 2. latè diximus. Cuius certè pauimentum humilitatis virtus erat; parietes iustitia adamussim in Deum vsque erecta & sobleuata; tectum charitas, quæ operit multitudinem peccatorum; & simul contemplatio, quæ templum cæli tangit, ac tegit (dum considerat perfectiones increatas) fastigium & summum verticem. Lucernæ siue lampades lux propriæ rationis, reuelationúmque multarum; altare verò alta intellectus sui puri à culpa perscrutatio, qua cuncta penetraret. Sacrificium cor ipsius oblatum Deo suo; Sacramentum autem occultum, occulta & nimis intima cum Deo conuersatio; at musica instrumenta & organa suauia, virtutum consonantia; ita vt in primo homine consorti D associato iam illud Apostolicum affatum compleretur; *Vos estis templum Dei.* Nec immeritò cum Deus *Non in manufactis templis habitet.* Quia templa mano facta, sunt facta manu hominum; templa verò spiritualia, vt animæ, & spiritus, sunt facta manu Dei.

1. Petr. 4. 8.

2. Cor. 6. 16.

Actor. 17. 24

Cur homo templum Dei sit capax naturaliter.

Vlterius quod & corpus humanum ex terra fuit per ipsum, velut dixi, formatum, & fabricatum. Exploratúmque existit Creatorem à creaturarum non posse capi rebus, & fabricis plus amplis; cum neque ab ipso homine Dei numen & maiestas vtcúnque caperetur, nisi manibus diuinis effectus prius esset, quæ in templis à se factis inhabitat duntaxat. Quare templum paradisus, præcipue propter hominem. De quo S. Augu- A stinus serm. 255. de tempore hanc tangit veritatem.

Paradisus primo homini Religio & Monasterium.

18. Septimò fuit paradisus Religionis monasterium, virtutúmque conuentus; in quo homo obedientię in primis tenebatur; paupertas in nuditate ad vnguem seruabatur; castitas verò in virginitate, quam ibi Deus ab eo perfringi non consensit. Cui murus & clausura, vt supra dictũ fuit, nequaquam longe erant. Neque flores verborum in laudem Dei vernantium; bonorum siue operum iucundi, tempestiui, lectissimiq; fructus; vel virtutis charitatis vitalis verè arbor; seu arboris scientiæ tam acriter inhibitæ exemplar & substãtia, in proprij nempe sensus, iudiciique priuati abnegatione voluntaria, & alterius subiectione iudicio B satis graui. De qua nostri paradisi cum Religione collatione, Antoninus verbo Religio; & Bustus in Rosar. 2. p. serm. 27. in prima illius parte; quos frigidè de Religione sequutus fuit Platus.

Antoninus.

Busto.

Hier. Platus.

Paradisus terræ cælũ, cum celóque concertans.

Octauò, paradisus terrestre fuit cælum; cui astra flores omnes mirifice fulgentes; zonæ fontes atque fluuij argento liquefacto, seu liquido & fluenti cingentes totum nemus; influentiæ vero arbores dulcedinem affluentes, vt Auitus lib. 1. decantat per hos versus.

Auitus.

Illic desudans fragrantia balsama ramus,
Perpetuum promit pingui de stipite fluxum.
Tum si forte leuius mouit spiramina ventus,
Flatibus exiguis, lenique impulsa susurro
Diues sylua tremit foliis, & flore salubri.

S Ambros.

C Sol & Luna primi homines, quos Ambrosius sic appellat de paradiso 1. cap. vt nocti, dieique perpetuo præsiderent; corpori scilicet & animæ; seu carni, & spiritui; seu tam bonis terrenis, hîc eis iam exhibitis, quam aliis sempiternis in posterum promissis, & congruè destinatis; vt asserit Magister lib. 2. sent. d. 29. *Sicut ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona Conditor à principio præparauit; vnum temporale, alterum æternum; vnum visibile, alterum inuisibile; vnum carni, alterum spiritui; & quia prius est, quod est animale quam quod est spirituale; temporale, ac visibile ei donum prius dedit, inuisibile autem & æternum promisit, & meritis quærendum proposuit.*

Magister.

Trinitatis homo thronus.

Nonò, fuit è conuerso terrenus paradisus D nec modo qualicũque, cælestis prorsus terra; dum homo illius incola, cap. 24. in suo Soliloquio Trinitatis summæ thronus vocatur à Gerberto: *Omnes homines ex corde veneror, tanquam thronum gloriæ Sanctæ Trinitatis.* Et à Fernandez super Gen. cap. 26. sect. 4. Dei semper commẽsalis, & in victu sui corporis charissimus sodalis: *Nihil æque discruciat diabolum, quam videre hominem è luto confectum, sic tamen diligi, honorarique à Deo, vt eum eo ad vnam mensam pariter accumbens, diuinitatem & humanitatem Diuini Verbi manducet, & ipsius pretiosissimum sanguinem bibat. Videt, & dolet infelix hominem Deo vesci, atque se ipsum natura Angelum à Deo exortem sempiternis incendiis concremari.* Ergo homo paradisus cælestis super terram.

Gerbertus.

Fernandez.

Dei homo in mensa socius.

19. Decimò, fuit paradiſus, vt tonum deprimamus, & fides relaxemus certaminis paleſtra, & militans Eccleſia; vt non niſi conflictibus triũphos exquiramus, & quomodo euanuerint tot gloriæ recẽſitæ attentè ponderemus. Iam flores in agones? iam laudes & præconia terreni paradiſi in prælia commutantur? Iamque martius perpetuus tam citò in durum Martem ploranda ſorte vertitur? Ita accidit profectò in huius mundi mille calamitatibus obnoxiis acerbis paradiſis: vt ſerm. 47. in Cant. Canticorum Bernardus obſeruauit; aduertens, quod Sponſa in fine primi cap. Sponſum vocat ſuum ad lectulum florigerum, ac eſſet menſis Martij ſelectus ille lectulus; ad quem dilecta vocat delitiis tantis effluens, & gratiis tot repleta; *Lectulus noſter floridus.* Sponſus verò ſponſam ad campũ vere Martium belligerum & horriſonum, in principio ſubſequentis ciere non moratur; *Ego flos campi*; quo loci Sanctus Abbas; *Illa ergo monſtrante lectulum, ille vocat ad campum; ad exercitium prouocat.* Quia nuſquam ſane flores in mundo marceſcenti, ni certaminis in campo à nobis colliguntur, & anxie poſſidentur. Flore pulchro mundanus niteſcit paradiſus, & gramine perenni blanditur voluptati, ac ſenſibus carnalibus; quæ riuulis iucundis, quantumlibet fluentibus, & murmure pacifico, quantumuis pacem murmuris cognomine turbãte, quietas ſemper ſedes videtur obtinere. At ex floſculis ipſis exſibillat tentatio, ſeu potius ſuper fructus & arbores plus altas funeſt: ſemper volat; quia nemini iam anguis ſub herba molli latet, ſed volitat per aëra & culmina terreſtria, volatúque præcipiti quem deuoret exquirit, & circuit inceſſanter. Felix tamen conflictus cui non lauri infructiferæ ſteriles coronæ, ſed veræ vitæ arboris Euchariſtici Myſterij, & de horreis paradiſi ſub illo latitante, annona nunquam deficit; vt in Pſal. 143. ſcribit Auguſtinus. *Quanti te æſtimauit, qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum? Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Qui hanc annonam dedit pugnanti, quid dabit vincenti?* Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. *Hæc eſt annona præliantium, de horreis inuecta dominicis, vnde paſcuntur Angeli.*

Vt flores in agonibus, & præmia in duris prælijs in mundo colligãtur.

S. Bernard.

Cant. 1. 16.

Cant 2. 1.

S. Auguſt.

Ioan. 6. 51.

20. E quibus tam eximiis Adami priuilegiis in loco paradiſi diuinitus ei datis, veritatem quandam magnam, huic operi non ſolùm, ſed & multis Chriſtianis arcanis neceſſariam, & valde neceſſariam, Lectorem non celabo. Nimirum, ipſum ibi tot donis atque gratiis fuiſſe cumulatum, & quaſi prægrauatũ, vt nemo poſſit vnquam humanitus hoc ſcire; & forſan nec Angelico ditatus intellectu. Ille etenim cum Angelis ibidem verſabatur, ſermonéſque miſcebat, vt 2. Enarrat. abunde dictum manſit. Ille quamuis in natura eiſdem paulo minor ſpiritibus Angelicis, in gratia cunctis illis omninò maior erat; tam in Chriſto atque Maria, qui homines ſunt veri, quam in homine, qui in Angeli ſuccedet locũ ſummi à Deo rebellati, vt inibi monſtrauimus. Ille à Deo reuelationes quammultas, & vt credo, immediatè prorſus habuit; quod ſi forſitan huiuſmodi, nec Angelis hoc accidit; vlterius, quod & plures latentes ipſis Angelis fuerunt illi patulæ; quaſi Angelus in terris conſilij magni eſſet; de quo multa paucis verbis Eccleſiaſticus ſicait; *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.* Ac ſi eiuſmet conſilium, cognitióque ſublimis, maiora cunctis forent, quæ etiam interueniente Angelica cuſtodia (ei tamen nõ negata, ſed data vt minor res) defendere eum poſſent, munire, & conſeruare. Ille etiam ſine medio ſi credimus Magiſtro in ſuo lib. 1. d. 4. Dei vidit maieſtatem; quod omnium ſummum eſt, etſi non ſummè verum; doctiſſimo quãtumcúnque Alano Cardinali cap. 27. de Sacrament. in genere ſit viſũ tolerabile. Ille denique Angelorum ruinam matutinam, vt cautior ipſe fieret, & in capite alieno ſe melius cuſtodiret, proſpiceretqoe ſibi, patenter intellexit; quod fuit ſuper Angelos exceſſus valde magnus, quem ſi illi vice verſa de homine habuiſſent, fortaſſis non cecidérent. Probatur vero hoc ex ipſo Eccleſiaſtico ſymbolicè & figuratè dicente eodem loco; *Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum.* Vbi Lyra per aquã & ignem memorata, intelligit & merito (nam congrua ſunt intentui) tam gloriæ refrigerium; quam pœnæ atque gehennæ ſæuitiam cruciantem; primum quidèm promittente, & hominem ad ſe Deo huiuſmodi attrahente; ſecundum verò ipſi terrore comminante, à culpáque per conſequens hoc modo deterrente, ac eum retrahente. Quæ in cap. 17. quo loci de hoc multa firmantur in hunc modũ; *Creauit illis ſcientiam ſpiritus, & ſenſu impleuit cor eorum, & mala & bona oſtendit eis*; id eſt, Adamo, & Euæ; vnde conſtat quòd plenam de gloria beatorum, & de pœna damnatorum ad flammas ſpirituum notitiam præbiberunt.

Adami in paradiſo incredibilis felicitas breuiſſimè indicata.

Eccleſ. 15. 14

Adami quæ ſcientia, cognitio, & intellectus.

Magiſter.

Adamus Dei eſſentiam an viderit in ecſtaſi.

Eccleſ. 15. 17

Adamo quę notitia tam gloriæ quam inferni.

Lyra.

Eccleſ. 17. 6.

Hincque ego perutilia, & opportuna tria valde elicio documenta. Primum, hominis peccatum fuiſſe verſus Deum iniutiã ſummè ſummam; & tam Angelis quam hominibus omnino immenſurabilẽ. Secundum, ex æquo ſummę, eiuſdémque menſurę ſupplicium dignum eſſe; quare nihil demirandum, ſi inde mala immenſa, innumera, & propemodum propagini mortalium manarint infinita; ſed potius gratulandum Diuinæ pietati, quod noluit ſeueritate condigna nos punire; imò potius ſi iuſtitia, vt dignum planè erat, iuſtitia certè ſumma cum miſericordia copulata. Tertiũ, iuſtè in tam notabili euerſione rerũ orbis, & hominem ex feliciſſimo miſerrimum manſiſſe; & ſimul ipſum orbẽ in ſpecie & ſui forma mutationem nil minorem diluuio pertuliſſe; quo placuit iuſto Domino deſtructũ mundum vitiis, flagitiíſque inundatum, exundantibus fluentis inundare & deſtruere, ac quaſi extrema clade, vt ſupra indigetaui, fœdare

Infinita mundi mala cur leuia ſint habenda, & iuſtè, piéque hominibus inflicta.

fœdare & dissipare. Quod qualiter acciderit, & propter quasnam culpas, vel Musices in fine, vel in limine & principio diluuij notum faciam.

Paradisi quę vtilitas, cum nec Adæ neque eius descendentibus profuerit.

Hæc pro tempore de paradisi delitiis occurrerunt; cui maximo & pulcherrimo miraculo vniuersi, illa prorsus dubitatio, vt tentatio ipsius luci è pedibus exurgit, videlicet, inutiliter plantatum à Deo esse, cum nemini profuturum peroptime calleret. Atqui Deus & natura non faciunt quidquam frustra, ergo quid vtilitatis in opere tam miro? Multum sanè & supra modum, ac magna emolumenta, quæ inutilem paradisum vocari nunquam sinent; de quibus Beda, Strabus, Rabanúsque in Gen. D. Tho. 1. p. q. 103. ar. 2. & 2. 2. q. 164. art. 2. ac alij multi Patres, qui late de re ista. E quorum mihi duo doctrina valde concinna. Primum quidèm in duræ pugnæ arenam procreatum, & taliter formatum, qui ideo vitæ, & mortis, vt palmæ atque periculi; & præmij, præliique habebat in se arbores; quemadmodũ Theodoretus q. 24. in Commentar. sup. Gen. scribit in hunc modum. *Quia conueniebat iustum agonothetam athletis virtutis proponere præmia victoriæ.* Et Magister paulo supra hoc numero allegatus, quo loci superaddit; *Vt ex terrestri paradiso cælestem homo mereretur, & per præcepti obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret; & ita per meritum veniret ad præmium.* Quæ res vltimam paradisi confirmat excellentiam, & reliquas persequens sub ipsa prælibatas. Secundum verò in typum & vmbram Dei Ecclesiæ creatum paradisum; qui ideo in vitæ arbore habebat Eucharistiæ clarissimam figuram; & in arbore mortifera, scientiæ nuncupata, hæreseos ei aduersæ, quæ gloriatur de scientia, cui debet frenum ponere, prælatum documentum. Quod ad tantum Sacramentum inferius cum historia paradisi colligandum pro interim conducit, inducíasque tractandæ materiæ secum affert.

Beda. Strabus. Rabanus. D. Tho.

Theodor.

Magister.

De miro ligno vitæ in paradiso radicato optabilis ob eius virtutem ponderatio. Et breuiter de illius notitia in generali; quò ad ipsum suum proprium præstandæ vitæ munus; vnde & vitæ cognomentum præclarum comparauit.

Cur primũ vitæ lignum huiusmodi vocatum.

21. TAnta ligni præsentis fulgebat excellentia, & eius efficacia, vt ideo putem vitæ vocabulo insignitum, & in medio talis horti diuinitus plantatum, quia mortem nihil ibi videre omnino posset. Nam hominem non peccantem nõ esse moriturum, nec vita spoliandum, sed vitæ superuestiendum stola melioris, & in portum beatitudinis perpetuæ transferendum, quis vertet in ambiguum? Certè, mortem ob peccatum venisse Sacra pagina testatur per hæc verba; *Inuidia autem diaboli* (dum ho-

Sap. 2. 24.

A minem tentauit, & traxit in peccatum) *mors introiuit in orbem terrarum.* Vnde colligi potest peccato non extante, nil mortem in toto orbe visurum prorsus esse; sed verius, & vt puto, securè existimandum, nihil intra paradisum cessurum mortis aleç; tam ex hominibus, quam simul ex brutis, & arboribus. Esset enim locus ille virtute vitæ arboris quasi domus, centrum & mansio, habitaculúmque vitæ, quo nulla res succumbere mortali sorti posset; vt deducitur ex verbis, quibus Moyses paradisi historiam sic absoluit; *Lignum etiam vitæ in medio paradisi.* Quasi inde ad omnem ambitum pomarij venustissimi viuacitas manaret; ac ista, tanquam halitu & mortem propulsaret, & spiritum viuacem cõmunicaret rebus aliis,

In terreno paradiso an mori quid possibile, & cur mors in eum ingredi ob vitæ lignum posset.

B seu potius inhalaret; atque omnia senescentia, in mortémque tendentia ad vires reuocaret, & ea in eis firmiter ac iugiter teneret. Quod de hominibus sine culpa originali permansuris est certius quam à nobis indigeat comprobari.

Hieronym.

De arboribus videtur Hieronymi sententia in Comment. Eccles. cap. 2. quo ille sic effatur; *Inter frugiferas arbores æstimo tenere principatum lignum vitæ, quod est Sapientia, nisi enim in medio illa plantaretur, ligna cætera siccarentur.* Ergo ab illa seruarentur in sua amænitate. Neque arbores emortuæ, & trunci putrefacti decori conuenirent tam pulchri viridarij.

An arbores morturæ in terræ paradiso.

An bruta in paradiso terreno moritura, & qualiter moriatur in eo viuens Phænix.

De animantibus hoc ipsum ob istam rationem, non mediocriter est verum; quia eorum cadaueribus deturpari talem hortum

C nequaquam decens foret; vnde solum cum foras vtcunque ducerentur, tunc posset illis mors insidias præparare; nam in extimis regionibus (nisi tantum pro hominibus ob meritum innocentiæ, hac nempe perdurante, immortalibus tum temporis vbique persistentibus) regnaret sceptrum mortis; vt in carmine de Phænice expressè nobis ait Lactan. Firmianus; vbi alitem singularem degentem in paradiso per totam vitam facit; & exinde discedentem, cum cupit mortis via ad vitam repedare; & propriis ex cineribus feliciter renasci. Nam lubens concrematur, vt redeat, gaudeátque mori festinus in ortum: parturiente nanque rogo natura nimis curat, æternam ne perdat auem, flammásque fideles admouet, vt rerum decus immortale remittant. Quod licet in re falsa,

D quamualde nobis fauet; nam non esse paradisum superstitem iam pandimus; & an auis sit Phænix, Deus, puto, solus nouit. Lactantius sic intonat.

Cúmque renascendi studio, loca sancta relinquit
Tunc petit hunc orbem, mors vbi regna tenet
Dirigit in Syriam celeres longæua volatus
Phœnicis nomen cui dedit ipsa vetus.

Lact. Firm.

Felix locus, quo nihil perire nosceretur; infelix quiuis alius ex mundo vniuersali; quò vbi gentis plumeæ volatu crepitante regina sese confert, & mortis falcem videt, & vitam dulcem perdit. Solæ plantulæ herbaceæ ibidem prout nunc, perirent, atque caderent; quia neque mors istarum deformis

An herbę in paradiso terreno perituræ.

eſſe ſolet; nec adeo vera mors, quin potius vitæ iugis perpetua volubilitas, ſeu iugiter promanans, ebulliénſque natiuitas; dum aliis dormientibus iam aliæ expergiſcuntur, & ſurgunt pulchriores.

De vitæ arboris veritate, corporalitate & ſingularitate in toto ſacro nemore.

Ambroſia, nectarque ex vitæ ligno hauſta. Iuſtin. Mar.

22. DE veritate iſtius arboris non eſt cur dubitetur, cum & Ethnici fabellas ab ea ſuas hauſerint; nimirum duas illas, tam nectaris, quam Ambroſiæ, quibus homines veſcentes ex mortalibus immortales vt Iuſtinus in 2. teſtatur Apolog. ſecundum illorum mentem, omnino reddebantur.

Arbor vitæ velut aliæ terrena & corporalis.

Gen. 2. 9.

De corporalitate nihil minus ipſius nobis conſtat; cum fuerit corporea, materialis & terreſtris; non ſpiritualis & allegoricu, vt aliqui putarunt, domtaxat ſenſu prædita. Probatur, quod ex humo Deus omne pulchrum viſui ſuauéque palato produxit ibi lignum; *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.* Quibus verbis hæc de ligno vitali connectuntur, *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi.* Copulatiua nanque *Etiam* de humo hoc procreatum, vt reliqua demonſtrat; ſicut optime conſiderat Auguſtinus lib. 13. cap. 21. de Ciuit. Dei; in quo arbor hæc communis, & cum aliis generalis omnimodè exiſtebat.

S. Auguſt.

Arbor vitæ ſingularis, in ſuamet ſpecie.

At verò in indiuiduo omnino ſingularis; quia neque textus ſacer, niſi in numero ſingulari eloquitur de illa, neque illius ſingularitas in ſuimet præſtantia conſortium paterctur; æternam nanque vitam, vt mox elucidabitur, hominibus donaret; poſcebátque effectus tam vnicus & rarus, habere cauſam vnicam & raram in toto orbe; vlterius quod æternitas non poteſt duplic[illegible]i; & ſic nec eius cauſam decebat geminari; ſed vnam, idque permaximè in vnius Dei figuram, tantarum rerum fontis, perpetuò conſeruari.

Vitatum in multitudine cur dicta vitæ arbor.

Quamobrem licet homines per totum terrę globum multiplicati funderentur non ideo multiplicandam hanc ego puto arborem; etſi aliter alij, fortaſſis alienius, ſcribant de re iſta. Nam & fructum proferret in ſumma prorſus copia, ſufficientem ad tranſmittendum per omnem mundi gyrum; vnde lignum vitarum in loco nunc producto, vocatur à nonnullis; multorum nanque vitam, ſeu omnium manducantium valeret conſeruare; vt teſtatur Oleaſter ad iſta verba Gen. qui ita legit ea: *Lignum etiam vitarum in medio paradiſi:* Et homines à circulo terrarum vniuerſarum ad paradiſum & lignum vitæ confluerent ob duo: Primum, quia ſolùm ibi Dei eſſet templum verum, ad Sacrificium ipſius ligni litandum, & offerendum; quò ſic ex vno templo Dei melius vnitatem, & ſuam conſeruarent; quapropter vnum tantùm Iudæis templum poſtea ſub

Oleaſter.

Gen. 2. 9.

In tempore Innocentiæ dumtaxat vnum templum.

Vnum templum tantummodo Iudæis cur permiſſum.

A lege fuit datum, vt in 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 3. eſt auctor. D. Tho. & illud Regis Vatis; *A templo tuo, quod eſt in Ieruſalem, tibi offerent Reges munera.* Secundum, quia vltro ex toto terræ ambitū ad Fanū tam eximium venirent libentiſſimè, ac etiam quam celeriter; tum vt vitam immortalem per eſum illius ligni continuò compararent; tum vt illud miraculum ſuis oculis viderent, palparent, ambularent; atque mente deuotiſſima proficuè ruminarent; tum denique quia noſtro peregrinatio acerba tempore, tunc foret delectabilis & genus indubitanter deliciarum plus ſuauium; voluptatum nempe hortum adeundo ex mundi finibus; cum homines vbique amici ſummè eſſent; itinera tutiſſima; facillima, & iucunda; prata ſemper B virentia, & aëra tēperie per grata blandientia; maria vero, ſi qua eſſent alicubi interfuſa, tranquilla, & valde lactea; & ad ipſamet legenda non modicè inuitantia. In quo certè cum hominibus tum dulcius ageretur, quam poſtmodum actum eſt cum gente Iſraëlitica; hi nanq; ter in anno, viarum cum incommodis, expenſiſque pro eis conficiendis non perpaucis Salomonis templum vnicum conueniebant Dei præcepto; illi vero in vita ſemel; & maximo cum gaudio ad aliod tenerentur.

D. Tho.

Pſal. 67. 30.

Peregrinatio ad paradiſum quā magna ex mundo foret.

Iudæi ter in anno compulſi adire templum. Exo. 23. 14. Luc. 2. 42.

Bonauentura lib. 4. d. 26. non procul à principio, ſingularem noſtram arborem ex alia facit cauſa; quam explicat hoc modo. *Nota, quod lignum vitæ fuit vnicum, cum multa eſſent in vnaquaque ſpecie alia ligna paradiſi; quia* C *illud lignum vitæ non ſolū fuit in vſum, ſed etiam in Sacramentum; vt ait Auguſtinus. Significabat enim paſtum ſapientiæ interiorem; & quia vnica eſt ſapientia, vnicus fuit ille cibus, licet alij plures eſſent.* Si ergo Sacramentum, eo ipſo non debebat ad meliorem conuenientiam extra templum paradiſi alicui miniſtrari; ſed omnes, quantumcunque è finibus extremis ad eum locum homines venire obligarentur. Et ſi illud Sacramentum figura Sapientiæ? quæ tam vnica, ſicut illa quæ occluditur ſapientiſſimè in Euchariſtiæ Sacramento? Tam vnica hæc profecto, quàm increata ſapientia, cum qua 6. Enarrat. hoc iſtudmet myſterium vbertim copulauimus; vnde & arbore tam vnica Deus voluit figurari. Probatur hæcce veritas ex quęſtione D ſatis grata eiuſdem vitæ arboris; quæ quidem talis eſt. An ex arbore vitali poſſent aliæ in paradiſo vel extra ex eius granis à quouis ſeminari; ſeu ſurculo per opus inciſionis germinari; vel ex aliquo virgulto traducéque idoneo ad pedem illius nato alibi plantari, ita vt ipſam vim æternam donandi vitam homini vbique conſeruaret. Cui ego negatiue cum Sanctomodò allato de inuentione Crucis ſerm. 1. reſpondeo per hęc verba. *Via ligni vitæ (ſcribit vir Seraphicus) perclusa eſt Adæ. Incognita via paradiſi natis in exilio. Atque ſi via cognita eſſet, ecce cuſtodiam magnam habet, vt ſpes nulla ſit nobis de fructu ligni huius conſequendo. Neque eſt, qui ramuſculum poſſit nobis adferre ligni illius vt ipſum plantemus in terra noſtra. Atque vt forte donetur non arbitror*

S. Bonau.

Lignum vitæ Sacramentum, & ideo ſingulare.

An arbor vitæ alibi vel ſeminari, vel plantari, vel germinari quouis modo poſſibilis res foret.

S. Bonau.

arbitror ego tam ſingularis gratia lignum ex paradiſo voluptatis allatum, in terra hac miſeria vegetari poſſe, vt ſuas radices in arenoſam terram iſtam, quæ ſpinas melius germinare nouit, defigeret, & mitteret. Nec putes iſtum Sanctum ſub n. 43. inferius referendum contrarium ſibi eſſe; dum aſſerit ex ramo deſumpto à vitæ arbore enatam Crucem Domini; nam Crux ex ſemetipſa dumtaxat mortis arbor, & niſi mors in ea inflicta vitæ eſſet, emortui velut antea perpetuò maneremus. Quare firmiter dicendum, nec intra paradiſum hanc iri reproductum. Et merito eum Sacramentum, vt ſępe dixi, foret; Sacramenta nanque à Deo inſtitui ſolo poſſunt; ſacramentalia verò & ritus ad illa pertinentes tam ab incolis qui erant in terræ paradiſo, quam ab illis qui alterius terreni paradiſi, verioris quam antiqui, videlicet Eccleſiæ, ſunt filij, próque munere ad opus hoc idonei. Ac ideo vitæ arbor vndeuis fuit vnica; & genus, ac ſpecies, differentia, & ſui ipſius rariſſimum indiuiduum; quod certè valde magnum, ſed ipſi valde congruum.

De arboris eiuſdem ſpecie, & venuſtate.

Arboris vitæ quæ ſpecies, venuſtas, & figora.

23. NIl planè de re hac in libro quouis reperi, etſi pigeat dubitare ſcriptum nihil eſſe. Nam cum arborem tam pulchram quam vtilem & præſtantem mortalium parens viderit, & lentè contemplauerit, ambigere non licet, quin ſaltem deſiderio illius fruſtra captus, de ipſa filiis ſuis nonnulla enuntiauerit, & filij filiis aliis per generatiunes ſingulas, vt de beneficiis atque rebus non parum inferioribos profatur Sanctus Moyſes; vel à generatione in generationem, vt ſæpe Dauid loquitur. Atque etiam quia multæ de rebus vetuſtiſſimis, vetuſtiſſimæ, & veritate traditiones munitiſſimæ, vel etiam circa Fidem in populo Dei vigent. Quid autem tam oblonga, repetitáque memoria ſic dignum, ſicut arbor quæ mundi pulchritudo ac vita ſimul foret, nec non Fidei ſuſtentaculum; ſi ipſi, & verbis Dei, vt decens, homo crederet?

Deut. 32. 7.

Multi aiunt, quòd ſi vitam naturaliter hæc daret, naturaliter æquo iure à cęteris arboribus differret in ſpecie, vt tam maximom in figura, quam valida in virtute diſcrimen obtineret. Quod ſi ſecus ſupernaturali aſſiſtente ſibi vi vitale robur ferret, tunc vna ex aliis eſſet communibus in nemore, & etiam in toto orbe: ſicut etiam Sacramentorum noſtrorum ſunt communes, frequentéſque materiæ; quibus tamen Deus miraculo perenni præſto eſt, vt gratiam inſtrumentaliter (ac alibi explicaui) diffundant ex ſe ipſis. Quæ opinio prima facie non male argumentatur; Ego autem rem vtrámque veriſſimam dijudico; & supernè vitam eſſe hominibus daturam, vt mox elucidabitur, & tantundem diſcriminari in forma exteriori, quantùm reliquas in præ-

Lignom vitæ vt Sacramenta ſupernaturali vi pollebar.

A ſtantia interiori ſuperabat. Præpollenti & valde noto permoueor fundamento; quo dicitur Adamo in Deo cogneſcendo fuiſſe viam mediam; nec tam clarè & ſpecificè vt accidit in gloria, nec tam craſsè & per obſcurè, vt cernitur in via; ſed modo inter extrema, & medio & ſatis claro, quem Seraphicus Præceptor in 2. ſent. d. 23. ar. 2. q. 2. ſpeculi ſimilitudine, huiuſmodi declarat. Deum, ſcilicet, in patria patenter viſum iri, innocentiæ vero tempore in ſpeculo tãtummodo, ſed iſto nimis claro; noſtro autem de præſenti in ſpeculo videri, verumtamen hoc tetra fuligine peccati, quo humanę Sapiẽtię cryſtallum fuit nimia caligine obſcuratum, miſerrimè obuoluto; quapropter dixit Paulus; *Nunc videmus per ſpeculũ in ænigmate*; Nam B enigma ſicut ait Auguſtinus de Triuit. lib. 14. cap. 9. ſimilitudo latens eſt, obſcura, & implicata, cui ſubſcribũt Bonau. lib. 2. cap. 62. Compend. Theolog. Hugo S. Victoris lib. 1. p. 6. cap. 14. & D. Tho. 1. p. q. 94. ar. 1. & 2. 2. q. 5. ar. 1. Vnde facilè deduces, quam diſpar Sacramentum à noſtris homo primus acceperit in ligno effectus tam mirabilis, & planè conſpicabilis. Nos etenim per culpam elati & obſcurati in rebus hæc humilibus obſcuriſque nanciſcimur, vt per viam humilitatis ad gratiam à qua cecidimos, ex æquo ſubleuemor; & per ſigna caliginoſa manuducamur iuſto iure ad lucem quam reliquimus. Adam verò, qui in via (qua fas eſt claritate) Dei faciem intuebatur, & clariſſimo ſacramento potiri de- C cens erat. Talis autem vitæ arbor; quæ eſſentia & efficacia, altitudine, & latitudine, pulchritudine, & poſſibilibus præconiis vniuerſis, ſuperior cunctis fuit; vt demum tam omnigena virtute & bonitate, quam ſimul capacitate, proceritatéque maiori omnes alias paradiſi notiſſimè contemneret; quemadmodum de Phænice iam iam hortum paradiſi ad mortem deſertu- in carmine huius alitis Lactantius ſic intonat:

Adamus quonã medio in via Deum viderit.

1. Cor. 13. 12.

Ænigma quidnã ſit. Auguſtin. Bonauent. Hugo S. Vict. D. Tho.

Qoam diſſitè ab Adamo nos Deum intueamur.

Tollitur, ac ſummo conſedit in arboris alta
Vertice, quæ totum deſpicit vna nemus.

Lact. Firm.

Certe pulchrior atque verior Danielis eſſet arbore, de qua Diuinus textus; *Videbam & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum. Aſpectus illius vſque ad terminos* D *terra. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea. Subter eam habitabant animalia & beſtia, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli, & ex ea veſcebatur omnis caro.* Nam preſſius noſtro ligno hæc omnia collimabis; dum in orbis illud medio aſſerui collocatum; dúmque eius altitudo tam verè fuit nimia, vt in eiuſmet figura ſeu potius veritate, excelſior cunctis cedris in officio Inuentionis Crux Sancta vocitetur; *Hæc eſt arbor digniſſima, in paradiſi medio ſituata.* Et infra ad Benedictus. *Super omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior, &c.* Et dum ſimul ita fortis, vt ſemper mortem vinceret, ac vitam daret filiis Adami ſempiternam; nec non cælum ſic tangens, vt in robore &

Dan. 4. 8.

Danielis quantum arbor vitali ſit perſimilis ſed illa valde minoor.

virtude Diuina qua fulgebat, non ſolum cęlum ipſum ſed etiam cęlt Dominum veriſſime contingeret, ad cælúmque perduceret, & introducerer in illud progeniem primi hominis. Aſpectus cuius, ſicut à nobis di-

Supra n. 21.

ctum fuit, totius terræ ret minos attingeret proptetea, quia ab eis in paradiſum pro arbore vitali viſenda & inuiſenda, in vita ad minus ſemel, venirent cuncti homines. Et cuius abſque dubio pulcherrima eſſent folia; nam folia ſolent vmbram pro fructibus à Solis ardoribus tuendis, efficere in arboribus, at ſolia noſtræ arboris Sacramentorum futurorum, & Filij Dei mittendi efficiebant claram vmbram, tam aliis meliorem, vt ſi homo iam prolapſus his foliis ſe contegeret, texiſſet nuditatem, ac Venetus affirmat

Venetus.

in Harmon. Cant. 3. tom. 8. con. 4. & forſitan recuperaſſet perfectam ſanitatem; cum de folijs his dicatur in lib. Apoc. *Et folia eius ad ſanitatem gentium.* Iam fructus eius nimius & eſca vniuerſorum ad n. 22. abundè ſatis patuit. Sub qua pariter animalium & beſtiarum inhabitatio nequaquam defuiſſet; cum iſta verè eſſent ſub illa ſemper arbore, id eſt, ſubter facultatem veſcendi illius fructu, perpetuò in ipſo horto ſelici morarentur. At volucres in ramis, puta Angelos cum hominibus ibidem conuerſantes, ſufficienter in 2. Enarrat. palam feci. Tandémque, quòd ex ea veſceretur omnis caro, in homine completur, quia in hiſtoria S. Lucæ ſic homo nuncupatur; *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* De floribus & fructibus eiuſdem vitæ arboris Enar. ſubſequenti.

Apoc. 22. 2.

Luc. 3. 6.

De ratione cur ſit vitæ vocata, quam non dedit, & quantam qualémque hanc vitam datum iri, à nobis credi debeat.

S. Bonau.

24. DE hoc ita Bonauentura in 2. Sent. non procul à principio; *Vnum autem lignum vitæ nominat ab effectu, non quem fecit, ſed ad quem ordinabatur. Aliud verò lignum ſcientiæ ab euentu; & vtrumque ſatis congruit; quia tam ille effectus, quam iſte euentus valde notabiles erant.* Ergo vitæ perquammerito cognomine donatur, ea arbor quæ in æternum proferret vitam homini. Quod an brutis ſic contingeret ex ea manducantibus, ſi forte dato caſu ex illa cibum ſumerent, in vndecimam Enarrat. commodius reſeruabitur. Illud magis hîc proprium, vt ſit intelligenda hæc vitæ ſempiternitas producta ex tali arbore; an nimirū abſolutè, vel potius temporariè, & per tempus quamoblongū hæc eſſet extendenda, & dulciter ſuper faciem terrenam tunc pulcherrimam in gaudiis poſſidenda. Auguſtinus lib. 13. cap. 20. & cap. 23. de Ciuit. Dei. Chryſoſtomus in Gen. hom. 18. & alij quos omitto hoc putant abſolutum per illud teſtimonium. *Ne fortè ſumat de ligno vitæ & viuat in æternum.* Scotus vero noſter in 2. ſent. d. 19. q. 1. non ita, ſed in tempus longinquum, & præ-

Vitæ arbor & ſcientiæ cur ita nuncupatæ.

An bruta manducarent ex arbore vitali.

Auguſtin.
Chryſoſt.

Gen 3. 22.

Scotus.

A finitum à ſummo Conditore, annorum decem millia, vel circiter, exiſtimat tunc vitam producendam, quo expleto Deus hominem ad cæleſtam vocaret, & morte non guſtata in illa collocaret; in quo fere Docti omnes in eadem d. conueniunt cum Lombardo. Neque aliud perſuadet auctoritas præcedens, *Et viuat in æternum*; non enim immortalitatē, ſed ſolum diuturnitatem hęc vitæ præſefert. Ita S. Bonauent. in præfata d. n. 29. vbi etiam de tranſlatione ad vitam ſempiternam, an homines vniuerſi in vno ſimul tempore, vel quiſque ſuo proprio tum forent transferendi, egregie pertractatur. Ratio autem cur annorum hic numerus ſignetur, non vana, ſed hæc eſt; quia decuplo efficacior, vt minimum, eius ligni proprietas exiſteret, quam poſtea fuit vis li-

Lombard.

Quæ vita à vitæ arbore hominibus præſtanda.
Bonauent.

Quo tempore & quonam modo transferendi ad cælum homines, ſi primus non peccaſſet.

B gnorum reliquorum. Atqui plures ante cladem aquarum, quæ ſummopere labefactarunt res terrenas, milleſimum propemodum obtinuerunt vitæ curſum, ergo decies proculdubio longæuior vita foret in tempore innocentiæ.

An verò naturaliter virtute illius arboris, vel ſecus ſupernaturaliter hæc eſſet exhibenda, hîc ſolet controuerti. Sed facilis reſponſio, ſi velimus attendere, naturalia ex ſemetipſis ſupernaturalem vim habere, vel infinitam rem finitam, ſuapte repugnare; vt arguit. D. Tho. in ſua 1. p. q. 97. art. ſupremo. Quo niſus fundamento irriſit Ariſtoteles ibidem memoratus, ſuorum quamuis Numinum, efficaces illas epulas, quæ eaſdem comedentes, nempe Nectar & Am-

Vitæ arboris efficacia Diuina, an ne humana.

D. Tho.

Ariſt. lib. 3. Metaph. tex. 15.

C broſia, reddebant immortales. Omne enim quod comeditur, corrumpitur, vt proſit; nihil autem corruptibile efficiet incorruptum. Et ſimul velut fabulam putauerit hac via, ac etiam ſubſannauerit pręſentis ligni robur, ſi de illo ſicut debet à nobis æſtimari, notitiam adeptus fuit. Quamobrem per miraculum aſſiſtens pomo illi hoc totum verſaretur; quemadmodum Bonauent. Sent. lib. 2. d. 19. non longe poſt initium ſcribit per hæc verba: *Non poterat arbor illa ex ſe dare vitam, quia quod eſt corruptibile non poteſt dare incorruptionem. Sed fructus illius ligni erat corruptibilis, aliter non poſſet manducari, nec digeri, ergo non poterat facere incorruptibile ex propria virtute, quia hoc ſolum eſt Diuinæ potentiæ. Sed Diuina potentia & virtus illi ligno aſ-*

S. Bonau.

D *ſiſtebat, tanquam Sacramento illius temporis, ſicut etiamnunc aſſiſtit noſtris Sacramentis; quæ quamuis gratiam cauſaliter ex ſe non habeant, inſtrumentaliter illam conferunt, per Diuinam virtutem illis aſſiſtentem.* Vbi balſami atque myrrhæ effectu præſentiſſimo, quantumuis naturali, ad corpora poſt mortem tuenda & conſeruanda, hoc roborat miraculo; & 20. d. q. 1. n. 43. & 44. illo alio veſtimentorum Hebręis in deſerto nequaquam conſumptorum; quod de Gen. ad lite. lib. 8. cap. 5. prædixit Auguſtinus; & potens opobalſami re vera exemplum eſt, cum Sixti 4. tempore Tulliolæ M. Tullij dilectæ quondam filiæ tam recens atque integrum, & veſtibus intactis præ balſami præſtantia, inuentum corpus

Lignum vitæ Sacramentum pro tempore Innocentiæ.

Deut 29. 5.
S. Auguſt.
Quam magna vis ſit balſamo ad corpora defuncta incorrupta conſeruāda.

Celius Rhodig.

corpus fuerit, ac ſi illo diemet fuiſſet terræ creditum; ſicut Celius Rhodig. lib. 2. cap. 23. memoriæ commendauit. Res mira, & quam ſummopere à nobis ponderanda, in eo quod cum Balſamum ad corpora defuncta à corruptione præſeruãda tam miræ (vt hæc hiſtoria & aliæ multæ indicant) exiſtat efficatiæ, ad corpora viuentia, quæ tamen plus à carie corruptionis elongantur (quantumlibet pro vulneribus curandis multum valeat) hæc neutiquã cernatur; nam ſi balſamum pro vita dilatanda potens eſſet, quis dubitat per multos permaximè ex principibus longiſſime victuros; nec Regem Sapientem, qui eius vim callebat, tã cito moriturum? vel poſteris dicturum veriſſimam ſententiam? *Omnis potentatus vita breuis.* In quo Dominus piiſſimus demonſtrat hoc liquore, quemquidèm iuxta Plinium lib. 12. cap. 25. & lib. 16. cap. 32. in Iudææ ſolo regno; ac proinde in paradiſi antiquo territorio, probatum nempe, & optimum oriri tantum conſtat, & fructum in paradiſo futurum tanti roboris, vt ſemper vitam daret, & mortem propter culpam præceptúmque contemptum, vt ipſe minitauerat, intraiſſe in orbem terræ; cum fructus adhuc talis naſcatur eo loco, qui vitam æternæ ſimilem corporibus det mortuis, quæ culpę iam non poſſunt ſuccumbere & proſterni; ipſis vero viuentibus quę culpis ſunt obnoxia, nequaquam vitę ſuę ſpatium plus dilatet.

Cur balſamum diutiſſime defuncta ſeruet corpora, viuentia verò non; cum ſtud plus deceret.

Eccleſ. 10. 11

Plinius.

Vallesius.

Hæc veritas de vigore tenenda ligni vitę, quam video placuiſſe Caſtellano diſertiſſimo, Philoníque Hiſpano rei Medicæ fulgori, Valleſio cap. 6. in Sacra Philoſophia; vbi ille cum Galeno Ægyptium quendam affert, qui homines dicebat, non mori propter ſuæ naturæ infirmitatem, ſed propter ignorantiam obſonij tam præſtantis, & cibi tã potentis, à Deo proculdubio hominibus relicti, vt iſto ab illis eſo, ab eis mors diffugeret; in totúmq; abſcederet. Quod nõ minimè cõfirmat prædicta de hoc ligno, ſiue ille vir Ægyptius hanc eſcæ præpotentiam ab hiſtoria vitę arboris ebiberit ex Moyſe, ſiue illam ex dignitate humana coniectauerit; quaſi veræ vitæ hominem imaginẽ, & participẽ, intellectúque in vita Diuina perluſtrantem, & Deum internoſcentem, non deceat poſſe mori. Quamuis ſemper hoc foret per merum Dei fauorem, vt latè & luculenter ediſſerit Valleſius; cuius verba pro ſtudio in Auctorem atque Lectorem, hîc ego ſubligabo; *Galenus* (inquit ille) *meminit Sophiſtæ cuiuſdam Ægyptij, qui aſſerebat, homines non mori neceſsitate naturali, ſed ignorantia faciendorum; atque ea de re ſcribere librum caperat; quaſi nunc quis affirmaret, fieri poſſe naturaliter, vt homines ſeruarentur in æternum, ſi fructus ligni vitæ daretur copia; mori verò, quod is fructus ignoretur, aut iuſſu Dei à Cherubim interdicatur.* Et infra per miraculum hoc bene poſſe fieri, inter multa ſatis digna ingenio ſuo ait; *Quid ergo dicemus de homine ſemper victuro niſi peccaſſet, & de fructu arboris vitæ, quo qui veſceretur in æternũ viueret?* Ad quod verbis interpoſitis quæ dedimus de illo. 2. Enarrat. ſub n. 22 reſpondet in huuc modum. *Sed quo pacto non eſſet moriturus qui eſſet mortalis? certe voluntate Dei; ſicut de toto orbe etiam ex Platonis ſententia dicebatur extingui poſſe, & redigi in nihilum, ex quo eſt factus; tamen voluntate Dei ſemper perſeueraturum* Et paucis interiectis: *Quomodo autem mortalis cum eſſet, à morte præſeruabatur, Deus ſcit, non poſſum apertè dicere. Magnam verò partem eius præſeruationis fuiſſe in fructu ligni vitæ, ipſe dicit.*

De vita à ligno vitæ æterna tribuenda cuiuſdam viri ethnici mirabilis ſententia.

Vallesius.

Vitæ arbor vt nam vitam æternam poſſet dare.

Nec officit, hanc arborem poſt hominis ruinam cum eodẽmet vigore manſiſſe dandi vitam, vt patet ex Dei ore; *Ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Vnde ſanè vis illius videtur naturalis, quæ perſtitit cum eius ſubſtantia in ſuo robore. Non enim naturalis huiuſmodi res fuit, ſed potius in ſubiecto communi & naturali miraculum permaximum; quare nihil mirandũ, ſi ita perdurauerit; naturalis nanque res ſi ſit in ſui initio prodigio procreata; ſiue res prodigioſa effecta naturalis, hæc poſtea prodigioſa ac ſimul naturalis manebit abſque dubio; vt Sol creatus lucidus, miraculoſis qualitatibus, lucere nunquam deſinet, & vinum factum ex aqua, vim ſuam quoad fuit conſumptum, nunquam perdidit.

Gen. 3. 22.

Miraculoſa & naturalis vt poſſit res exiſtere.

De ipſa vitæ arbore iuxta aliam boni & mali in medio paradiſi, & quare ſituata.

25. CVr fuerit in medio locata paradiſi, nunc reſtat explicandum. In quo ego à præcedẽtibus veſtigiis non recedens, vt cor ibi defixam in medio puto corporis, quò ſpiritus vitales facilius & commodius ad artus funderẽtur; ſicut n. 21. libaui cum Hieronymo. In medio conſtat virtus, & in medio paradiſi conſiſtebat vitæ arbor, quæ illi, & toti mundo viuendi lucrum ferret. Atque etiam vt Tabernaculum Sacramenti in ſuo fructu omnino contentiuum ſecretiori parte horti reconditam, & ſeruatam.

Lignum vitæ cur nam poſitum in medio paradiſi.

Sed quare mortis ligno in loco iam vicina, vt vtrúmque ſimul fuerit in medio viridarij? Reſpondeo, non ſtrictè, ſed latè intelligendum hoc medium, quod tribuitur arboribus contrariis. Non enim in loco vno, ſed potius in duobus, coniunctæ quantum fas, altrinſecus extabant; dum medium vitę arbori haudquaquam denegetur, tam vt vacuum non daretur in medio tanti horti; ſed potius pulchritudinis maioris hoc illius decore repleretur; quam vt viuacitas exinde ad omnem circumflueret; quemadmodum perſpicuè oſtendunt Dei eloquia; *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali*; quaſi medium illi tantùm, huic verò concedatur vicinia & locus proximus. Itaque quod vitale omne nemus ſuperaret, & menſurata venuſtate tranſcenderet ex medio, ſicut n. 23. Lactantius decantauit; lignum autem ſcientiæ, in loco tam contiguum, quam diſſitum in effectu, ei proximè adhæreret.

Gen. 2. 9.

Lignum mortis cur vitæ propinquum valde fuerit.

Cur vero, ſicut dixi, hæ arbores tam proximè, & oppoſitę cum fuerint, ſic poſitæ & locatæ? Nunquid mala, ſeu inepta huiuſmodi locatio, qua tyriaca & venenum tam iuxtà ſeſe habent? Nunquid poſita tentatio, ruendíque occaſio circa menſam & vitę fontem hominibus tam vtilem, vt vtilitas vnius ab alia impediretur? Ne quidem ſuſpicari huiuſmodi rem velis, ſed magis quod tam piè quam doctè vir Seraphicus in 2. Sent. d. 17. n. 7. per hæc verba teſtatum nobis facit; *Duo ligna collocauit Dominus in medio paradiſi, & vnum poſuit iuxta alterum, vt ex vno conciperet homo affectũ amoris, & ex alio affectum timoris; & vt appoſita iuxta ſe poſita nitidius eluceſcerent.* Egregia proculdubio & Sancta ponderatio. Amore quippe magno digniſſimum erat primum, ſicut odio peringenti digniſſimum ſecundum. Quocirca ſic diſpoſita, à Deoque Diuina prudentia conſtituta, non vt prauum cum recto, vel vitium cum virtute, ſeu mors cum vitæ bono vtcúnque iungerentur; ſed vt altera hac de cauſa intentius amaretur, & diligẽtius propter aliam vitandam quæreretur, altera vero auerſione maiori impeteretur, & longe amandaretur. Itaque quod ad crimen nefarium committendũ non erat irritamen huiuſmodi connexio, ſed preſſiùs ad iuſtitiæ & fructum vitæ arboris quam citius colligendum præſidium & incitabulum: quaſi ſibimet ad inuicem hæc duo ligna obuia amoris atque odij exiſterent calcaria.

S. Bonau.

Et etiam tam coniuncta hæc duo ſibi ligna aduerſa, & repugnantia, vt nec præmium ſine prælio, nec prælium ſine præmio in illa promerẽdi arena inuenirentur. Non enim coronatur in Apoſtoli doctrina, niſi tantum qui legitimè & optime concertat; neque optimè decertans corona defraudatur; quemadmodum Theodoretus q. 26. aduertit ſup. Gen. *Lignum ſcientiæ* (ſcribit ille) *tanquam certamen Adamo propoſitum fuerat. Lignum vero vitæ tanquam certaminis præmium, ſi mandatum Dei cuſtodiſſet.* In qua ſanè contentione, vt Altiſſimi miſericordia lucidius innoteſcat, non putes plus mortiferam nocere vitæ arbori, quam viuificã prodeſſe, provt modò in opinione Bonauenturæ dictum fuit, alterius nocumento; ſicut ait cõſimiliter Procopius apud Gloſſam relatus in hunc modum; *Hoc lignum vitæ poſuit in medio paradiſi nedum frequenter aliam arborem in conſpectu cerneret, quaſi quibuſdam irritamentis illecti, in datam legem committerent.* Ita vt tandem quod non adeo offenſa bono ligno ex malo adiuncto fuerit, quin malo vice verſa violentia atque tortura ex boni contubernio. Infelices, heu mortales! qui à Deo ſic edocti, adiuti, & confortati, quæque ludicra & viliſſima præponunt rebus ſeriis, cæleſtibus, ac ideo tam ſanctis quam Diuinis; quique à Deo ipſo in croceis enutriti amplexati ſunt ſtercora. Stercora ſunt nanque quæcúnque Chriſti Domini obſequio contraueniunt; de quo optimus æſtimator ſcribens Philippenſibus; *Omnia arbitror vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaciam.* Et tamen homo ſæpe ſtercoribus pellectus paradiſum longe primo faſtidit meliorem; nec ſolum ipſum faſtidio, ſed plane quod eſt peius, præpoſtera lætitia ac gaudio ſibi ſumpto, & odio ſummo habet.

2. Tim. 2. 5.

Theodoretus. Lignum vitæ obedientiæ, certaminiſque præmium.

Procopius. Lignum vitę plus proficuũ contrario, quã è contra.

Thren. 4. 5.

Philip. 3. 8.

Marius Victor hoc certamen examen appellauit, quod ad hominem probandum, & in Deum examinandum; ſuapte congruebat; cuius quidem modulamen ſic ſonat lib. 1.

Sed ſatis hoc fidei eſt, læto quod ſemine ſurgens
Hinc arbor vitæ celſis petat æra pomis;
Illinc diuerſo nocitura peritia fructu
Examen rerum ſuſpenderit arbore legis.

In quo tertiùm mundi Conditor tam pius verſus hominem, quàm homo verſus Deum ingratus valde extitit; ille brauium tam ſupremum proponens & appendens præ oculis, qui iudices ei poſſent eſſe recti, niſi vanitas & ſenſualitas in ſociam ſuam habita, iam ipſi imperitarent; hic verò nec dimicare pro vitæ volens præmio, nec pro mortis infortunio dedecoréque ſummo pertimens ſuperari.

Tentationis cur Adamo examen neceſſarium.

Marius Victor.

Nec credas, vt ſuperius de Paradiſo notum feci, inutiliter tantum lignum à Deo procreatum; nam vt ait Bonauent. citatus loco proximo; *Licet lignum vitæ primum effectum non habuerit in actu, habuit tamen in habitu; non quem fecit, ſed ad quem ordinabatur. Nec tamen fruſtra fuit, quia quamuis ex ipſo primus homo non acceperit refectionem, tamen poſteri recipiunt inſtructionem, dum per illud lignum intelligunt Chriſtum.* Qui doctè rem conſiderat, dum Chriſtum illius arboris medullam recognoſcit; id eſt, cortice ſub eius latentem & figuratum. In figura nanque omnia contigerunt piis viris, qui eum præſtolantes, eiuſdemmet aduentum felicem præceſſerunt. Quæſtiones quaſque alias hoc lignum concernentes Enarrat. Subſequenti inuenies enodatas.

Cur lignũ nẽpe vitæ, non fuerit inutile, quod homini creatum, eidem nihil profuit.

S. Bonau.

De Scientiæ boni & mali iuxta aliam vitæ poſita, infauſta nobis arbore, quinaria ponderatio.

26. HÆc etiam velut alia corporea verè fuit, materiæque terreſtris, ſicut ſupra ligni vitę præiacta fundamenta apertè conteſtãtur. Et, vt puto, ſingularis in ſuamet ſpecie, nec non in indiuiduo. Neque enim permittebat certaminis iuſtitia, vt pro palma tantùm vno producto ligno vitæ, multa mortis pro pugna agonéque certanti athletæ exponerentur. Tunc nanque ſuper lauros excreſcerẽt conflictus, & ſuper frontis decus, ſudores & pericula; quod eſt in Dei regimine & domo inuſitatum; ac inſuper aduerſum. *Fidelis nanque Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Quapropter ſicut decet hæc duo coæquari, ſic iſtas credo arbores oppoſitione ſingulari, tam ſpeciei, quam indiuidui ad inuicem luctaſſe. Quæ huius in præſentiarum à nobis agitatæ extiterit ſpecies, à nemine

Arbor ſcientiæ corporalis & vnica in ſpecie ac etiam in indiuiduo.

1. Cor. 10. 13

Toſtatus.

An ficus mortis arbor.

mine refcitur. Nam ficum non fuiſſe q.164. oſtendit ſic Toſtatus; quia folia tunc illius nequaquam pro amictu, ob magnam & nouam cladem, quam inde eũ parauerat, peccator parens ſumeret, nec amplius frondes eius auderet contrectare. Malum autem eodem modo non eſſe exiſtimandam, hinc poteſt coniectari, quia talem fructum Deus exinde tam frequentem hominibus non ſineret, ac ſingulis diebus vbique propinaret, imò potius in exilium longiſsimum ablegaret, & vt malum vniuerſorum malorum ſeminarium, vexatione ſempiterna puniret & mulctaret; non ſanè tanquam legis Diuinæ ſuæ primæ, quam illic promulgauit materiam & fundamentum, ſed tanquam filij ſui ruinæ occaſionem, quam iterum vulgare, & eſui nobis tradere, nullatenus ei hominem amanti complaceret; cum & ſerpens hac de cauſa punitus ſine culpa, & primæ legis tabulæ à Moyſe ſint confractæ. Præterea, quod & lignum bonum erat ad veſcendum, & pulchrũ oculis, ac aſpectu (præ cunctis paradiſi excepto vitæ alio, ſubaudi) delectabile; vt dicitur & innuitur in Gen. hiſtoria; Quæ verba ſunt maiora, quã malo nunc communi & nihil ſingulari conueniant adaptari. Vnde puto figuræ hominibus ignotæ fuiſſe lignum illud; vitali ſine dubio in omnibus inferius; at Verò cunctis aliis ſuperius & non modice in cunctis excellentius; ita vt tandem neque poſſet æquari vitæ arbori, nec ab aliis non ſtatim ſecerni & ſeparari; tanquam ſecunda ſine ſecunda iudicio meo arbor, & reliquis tam prior quam valde ſpecialis, ſpectabilis, ac ſubinde ſummopere exoptabilis; vt à longe contigiſſe videtur vir Seraphicus in 2. Sent. d. 17. octauo dicens numero; *Quia cum eſſet bona, non deberet ab ea ceſſare, niſi ſolius obedientiæ intuitu; vnde & ille ſub præcepto inhibuit talem arborem; propter meritum obedientiæ acquirendum ex parte hominis, & propter oſtendendum ſuæ iuriſdictionis dominium, quod habebat in homine.* Ex quo duplici argumẽto pulchreſcit arbor iſta, tum vt meritum ex illa humanum eueheretur, præcepto cuſtodito, tum vt etiam ex elegantia pateret Dei dominium; quod à carni magis inuiis præceptis innoteſcit. Suarez in opere ſex dierum lib. 3. cap. 21. de hominis creatione, ſpeciem iſtius arboris hominibus incognitam affirmat nobis fauens.

Ao arbor ipſa malũ.

Exod 32.19.

Gen. 3. 6.

Scientiæ malæ arbori quæ forma & pulchritudo.

S Bonau.

Suarez.

27. Eius nomen ſupra patuit non multis abhinc numeris. Nunc quæro, cur non Dei, ſed potius nomen dæmonis, ab hoſte tanto inditum, perpetuo retinuerit. Cognominatio nanque Dei vel debet obedientiæ ex eo nuncupari, quia iſtam in eo ligno Adamo deſignauerit; vel mortis, quia ipſi ſub pœna mortis vetuit ex illo manducare. Quibus tamen cognomentis omninò ſomno traditis, ſcientiæ boni & mali vocatur hæcce arbor; quod nomen ex maligno proſiliit nebulone, cum dixit dolo plenus; *Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum*; Cur autem tam iniuſtè deinde factũ eſt, vt nominis diuina impoſitione duplicata & propria oblitera-

Scientiæ cur nam arbor perdiderit Dei nomen, & dæmonis retinuerit.

Gen. 3. 5.

A ta, improprium ſolum vigeat impoſitum à diabolo? In mala ſẽper ruimus, peiora ſemper quærimus; in vetitáque nitimur; & ferimur effrenes, præcipites, ac veluti arrepti mentis neſcio qua furia & temulẽtia. Quod ante multos annos ad finẽ elapſi ſæculi euenit in Braſilia, vbi, habenas noſtri Regni Emmanuele moderante, cum in die inuentę Crucis Petro Aluarez Cabral regente claſſem illam, noſtrates appuliſſent, regionem totam ipſam lariſſime patentẽ Sanctę Crucis terræ nomine ornare decreuere; ſicut illico in effectum producere cæperũt, & perpetuùm duraturo lapideo monumento piiſſime firmarunt. Sed tamen nullo annorum curriculo interpoſito, quę terra à ligno Crucis, quo mundus eſt redemptus, cognomen

Petrus Aluarez Cabral detector terræ Crucis.

B ſibi habuit, ab illo vili ligno quò panni inficiũtur, Braſil in illa magna, ab eiuſmet indigenis, prouinciis nuncupato, Braſilia, nullo auctore, niſi forſitan induſtria aſtutiáque diaboli, ſtatim dicta fuit; quo nomine deinceps, ac ſi ita lege publica & ſancta ratum eſſet, cum tamen, prout dixi, contrariũ iuſſum fuerit, communiter, vel etiam ab ipſis Luſitanis, vbique vocitatur. Quod quidem Barros noſter hiſtoricus pernobilis iuſtiſſimè deplorat, Lectorémque ſub pœna ſpreti à ſeſe numinis enixè deprecatur, vt neutiquam Braſiliam ſed terram Sanctę Crucis prędictam mundi plagam ſit auſus appellare; vt ego zelo eius obteſtor, atque precor.

Braſilia quando inuenta, & quare ſic vocata, cum caſu memorabili.

Ioan de Barros.

Vnde verò factum hoc, quod diabolo ſe Deus in negotio tanti ponderis & Myſterio

C tam eximio (ſi ita fari liceat) voluerit hoc modo, ac pater, conformare. Seu vt verius & decentius proponam quęſtionẽ, cur nomen Deus inuentum & inditum à diabolo. *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*, ſic voluit approbare? tum in eo quod hoc ſolum durare prorſus voluit; & contra illud obedientię ac vitę in ſacra pagina manere diuulgatum: non enim niſi eo ſpeciatim concurrente hoc ita factum eſſe ab aliquo ęſtimabitur; tum in alio, quia per Moyſen diaboli ante technas prędictam à nobis arborem ſcientiæ iam malignæ dignatus eſt vocare; *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali.* Reſpondeo, quia nihil, vel Deo poteſt gratius, vel hominibus vtilius deſiderari & cogitari, quam ſi arbor luxuriantis, nociuæque ſcientiæ,

Gen. 3 5.

Cur nomen ligno malo impoſitum à diabolo Deus ipſe confirmauerit.

Gen. 2. 9.

D inhibita præcepto, iniecto velut freno, vitalem iuxta arborem myſteriorum diuinorum perpetuò collocetur; nã vt ait D. Paulus ſcribens ad Rom. *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*; ad ſobriam nempe requiem tam animæ, quam corporis, non autem ad ebrietatem & crapulam intellectus, quæ moribus peruerſiſſimis vtránque rem diuexat. Solet enim vel mellis voracitas guloſa torquere corpus vomitu, & animã cum viſceribus egerere non rarò. Hincque Dei iudiciorum, & eiuſmet verborum, quę dulciora ſuper mel ac fauum nominantur à Rege concentore, nociua & venenoſa, eſt ipſa, quamuis ſæpe, deuota perſcrutatio; humanę ni ſcientiæ guloſitas

Rom. 12 3.

Scientia velut mel vt debeat manducari.

Pſal 18. 11. & 118. 113.

A

impettioens præcepti Dei Diuina dumtaxat pernoscentis habenis refrenetur. Vnde dixit Rex Sapiens spiritu Apostolico; *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte saciatus euomas illud.* Et auctor Ecclesi. eodemmet spiritu; *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit Deus tibi, illa semper cogita; & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis.* Vbi hominis heremitę historiã refert Lyra, quam præ cor tu consideres. E quibus bene potest ad verum vitæ lignum conclusio hæc fabricari. Sed sic est, quod Deus nobis hoc præcipit clarissimè, vt credamus Christi corpus in Eucharistia contineri; ergo istud semper firma constantia cogitandum, hæc poma tantæ arboris viuificantis colligenda; illa vero perimentis scientiæ mundialis omnino relinquenda; vt paradisi melioris securiorem longè sedem perpetuò consequamur.

Prou. 23. 16.

Ecclesi. 3. 22.

Curiositas ad Diuina inuestiganda quam nociua.

B

Cur scientiæ iuxta vitæ sit arborem locata; non autem vice versa.

Hancobrem vitæ arborem scientiæ iuxta aliam non autem vice versa, sicut n. penultimo tantillùm ponderauimus consistere rectissimè describit sacra pagina; non enim debet vitę diuinæ prorsus arbor ad aliã perquamuilis humanæ sapientiæ vtcúnque religari; sed hæc illi prosterni, & quasi ancilla nequam subducto collo duro euectóque ligari, & valde vinculari, nihil planè de vi mysterij tam supremi ad vitam nobis dandam, miraculisque aliis tam multis quam immensis homanum sentiendo, sed humiliter & firmiter credendo Christi verbis de eo enuntiatis. Vicinum nanque est supernis Sacramentis ab arbore hac scientię superbè inuestigari, sed vicinius atque certius ab illismet errari, qui Dei volunt immensurabilem naturam mensurare, & vltra modum Dominũ metiri suo modulo, vel potius sine modo; cum vel etiam de materiis humanis profetatur; Est modus in rebus, sunt certi denique fines; quos vltra citráque nequit consistere rectum. Vnde in medio paradisi describitur hoc lignum, quia media, & non extrema oportet indagare. Qua de causa in Isaia velabant Seraphim Dei caput, atque pedes; principiom, nempe, & finem; quæ semper sub velamine à nobis cultu sunt humillimo adoranda, & tantummodò visibilia ac media contemplanda; *Quia quæ ante mundum fuerunt, nescimus; & post hæc quæ futura sunt, quis pronuntiabit?* Ita Glos. Interl. à qua minimè discordat Hieronymos ibidem; dum de rebus sex diebus creatis hoc intelligit. Præterea, quod & multa in illis procreata, nullatenus agnoscimus; & frequenter nec à longe hæc ipsa salutamus, vel labiis, provt dicitur prioribus gustamos. Quare tota succumbat mortalis sapientia, & vt arbor inutilis vitali solum hæreat; non vt illam sua indagine intendat penetrare, sed tantùm vt eam è loco propinquiori & aptiori studeat venerari.

C

In rebus quisnam modus oporteat obseruari.

Isai. 6. 2.

D

Glos. Interl.

De fonte paradisi, & fluuiis eius quatuor, senaria ponderatio.

28. DE his octauo numero apetui mentem meã, videlicet à lacu ambiente vitę arborem oriri quatuor fluuios, io modum Crucis sectos. Nunc ab eiusmet radicibus in gyrũ dilatatis, exortos superaddo. Et meritò, vt fons talis rigaret talem arborem; illam semper virentem, vitalémque conseruans; ac etiã vt arbor talis ebullientem, & emundantem virtutem fonti daret. Quæ figura in Paradiso Ecclesiæ nunc apparet verissime adimpleta; vbi fons Baptismalis perfundit Eucharistiam; apetiens secum portam, munditiémque dilargiens, qua capaces & idonei ad tantum cibum reddimur; Eucharistia verò vim, perfectionémqoe mundandi infundit tali fonti; cum Baptismi sit perfectio, & eius efficatiæ primaria scaturigo. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. & q. 73. art. 3.

Fons terræ paradisi, vt ab ipsis vitæ arboris radicibus exonus.

D. Thom.

Pari passu hæc io mundo à primo illius ortu incesserunt semper duo eximia Sacramenta. Nam & *Spiritus Domini ferebatur super aquas* in mundi rudimentis, cum adhuc massa rudis, & moles indigesta in eo tãmm esset; & statim lux creata, & aquis hocce modo ligata, & copulata; quę in 1. Enarrat. signauit Eucharistiam. Nunc arborem atque fontem in borto paradisi videmus sibi ad inuicem adiuncta & sociata. Tandémque ex Christi latere manasse rem vtrámque, aquain scilicet & sanguinem testatur Dei Dilectus; qui Baptismum ab Eucharistia, & talem fontem à tali fluxisse vitæ arbore ostendit satis clarè, dum prius fecit sanguinis, quam aquę mentionem: *Exiuit sanguis & aqua.*

Gen. 1. 2.

Baptismus & Eucharistia suapte quam vicina.

Ioan. 19. 35.

Miros equidem effectus ab arbore vitali haberent illi fluuij, quos vel vltra paradisi circuitum pręfixum perpetuò secũ ferrent, perennitérque ederent; sicque aqua Baptismi ab arbore Eucharistica ditata & decorata, mirandos fructus promit; qoos vel extra Catbolicę Ecclesię paradisum nequaquam perdit vnquam; dum per ipsos infideles, hæreticósque homines ablutis confert gratiã; nisi alteri per obicem repugnent tanto dono, & alteri non euertant Ecclesiæ intentionem. Ita S. Augustinos lib. 4. in Donatistas, de Ecclesia cum Baptismo coniuncta sic se habens. *Ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem eius Baptismum homines etiam foris accipere. Nam & flumina de fonte paradisi, sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manarunt. Nec tamen in Mesopotamia, vel in Ægypto, quo illa flumina peruenerunt, est felicitas vitæ, quæ in paradiso commemoratur. Ita fit, vt cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit, nisi intra paradisum. Sic ergo Baptismus Ecclesiæ, potest esse extra Ecclesiam, munus autem beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur, quæ supra petram fundata est, & quæ ligandi atque soluendi claues accipit.* Quid plura? vel ad rem præsentem

Baptismus velut fluuius terreni paradisi, vel extra paradisum Ecclesiæ, vires haber.

S. August.

meliora?

meliora? Enim verò si fons ille quadrifidus manabat, & inde totū orbē succosè fœcundabat; ita sanè Baptismus ex Eucharistica radice interfluit mundum omnem irriguo suæ gratiæ; quę dum fertur in quatuor dimensiones vniuersi, quas continet Ecclesia, quid aliud est quam aqua diuisa quadrifariam, qua flumina paradisi virorem iustis prębent? Fuit hoc adumbratum in illo mari æneo ad ostium templi posito, super bouésque duodecim symbolice firmato, quod illi quoquouersum ruricolæ suppositi, in quatuor agri Dei, nimirum, mundi partes, deferre gestiebant. Nam hi boues duodecim Apostuli fuere, qui & Domini aream labore atque sudore ingenti triturarunt, & in angulos quatuor totius orbis terrę, in ipso templi ostio, Ecclesiæque principio Baptismum perduxere. Quod in quatuor ternarios partiti perfecerunt, vt inueherent in mundum notitiam Trinitatis. De quo tom. 2. lib. 3. cap. 34. Barradas videatur; sed prius Christi verbo mad istos boues simplices & vtiles sic tonans; *Euntes ergò docete omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Res, quæ optime per eos euasit adimpleta; solum enim boues ęnei per omnem mundi circulum labores possent tot, tam dirósque perferre, quantum omnibus in lectione Ecclesiastica versatis, & in verbis sancti Pauli perspicuè satis patet, ac mugitu verè æneo implere totum orbum; vt ait Rex Propheta, & lituus Apostolicus; qui sonans ad Romanos exponit hoc oraculum; *In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terra verba eorum.*

2 Paral. 4. 2.
3. Reg. 7. 24.

Figura maris ænei Baptismum satis exprimens.

Barradas.

Matt 28. 19.

Apostoli Dei boues & tritici Eucharisti cultores primitiui, laudati de laboribus, & vtilitatibus eximiis.

Psal. 18. 5.
Rom 10. 18.

De homine in paradiso, vt Dominus, & Domini imago principalis, honore summo posito, postrema ponderatio.

29. HOc vltimum atque summum pręconium paradisi; in se habere hominem; qui summa rerum omnium vocatur ab Ambros. de Genesi ad Horon. in cuius sic principio: *Processit postremus creaturarum omnium, vt omni creatura miraculum esset homo. Rectè ergo nouissimus, quasi totius summa operis, quasi causa mundi, propter quem facta sunt omnia.* Et adeo rerum summa, vt omnia propter illum creata inueniantur. L. *Pecudum.* §. fio. ff. de *Vsuris* Creaturísque omnigenis, vt dignior, præferatur; L. *Iustissimè* iuncta Glossa verbo *Dignitatem* de *Ædilitio edicto.* de quo latè Chassaneus in Cathal. glor. mun. p. 1. consid. 5. n. 3.

S. Ambros.

Paradisi summa dignitas habere intra se hominem.

Vt homo rerum summa, & summus mundi honos Chassaneus.

Nunc qualiter Deus hominem in paradiso constituerit, dicendum tantum superest, & claret ex prædictis à n. 14. sic illum in eo positum, quemadmodum dispositus, paratúsque pro illo & ipse hortus fuerat; nimirum, vt domus pulchra deliciarum Dei repleta; & etiam vt sapientiæ totius nitens aula, vt thalamus sponsi præ omnibus dilecti; vt ciuitas è lapillis constructa pretiosis; vt Regia primi Regis; vt primum Templum Dei; vt conuentus perfectione omnigena circundatus, munitus, decoratus; vt cælum felix terræ, cum cælo symbolizans, ac pariter concertans; vt terra quasi cælum Dei gloria conspicabile; & vltimò vt Ecclesia militia semper tonans, & militans in terris; quantumuis non tunc semper, vt infra declarabimus, hoc bellum perdurauerit. Quare homo in paradiso sic fuit collocatus, vt amicus Dei in domo illius plena gaudiis; vt Doctor in gymnasio à cunctis magni habitus, auditus; veneratus; vt sponsus in prædulci exceptus mundi thalamo; vt ciuis intra muros pacatæ ciuitatis; vt Rex in suo regno omniginè ditatus, vt Sacerdos in Dei Templi honore sublimatus; vt Religiosus in conuentu tranquillo cōstitutus; vt homo semideus in cælo terræ positus; vt homo ex terræ massa ad cælum suscitatus; atque vltimò vt fidelis & miles in Ecclesia, qua semper bello canitur strenuis Christi armis cōcertans militante; vt in omnibus assumens scutum sanctæ Fidei, protegimen Dei quæreret, à telísque diaboli strenuè se protegeret. Quibus hominis præconiis Tertulliani semper nobilem hîc calamū supponam, de carnis resurrectione, humanam appellitantem; *Manuum diuinarum operam, imperij sui curam, afflatus sui vaginam; molitionis sua reginam, liberalitatis sua haredem; Religionis sua Sacerdotem, testimonij sui militem.* Quod Francisco Patriarchæ ornato Christi carne applicuit satis bene. P. Didacus de Cea in thesauro terræ Sanctæ lib. 1. cap. 7. §. 12. Sed hoc breui Dei imaginis, id est, hominis perfectionum compendio (velut optimo sigillo signatorio) terreno paradiso signato, & obserato nunc tempus, vt iam transitum de paradiso ad paradisum, de figurante ad figuratum, & de primo propter paruum spatium quasi picto, ad secundum eo penicullo formatum, faciamus.

Epilog. bonorum quę homini sūt data in terræ paradiso.

Tertullian.

Francisco pulchra verba.

P. Didacus de Cea.

DE SECVNDO EOQVE VERO EVCHARISTIÆ paradiso; & de Ecclesia cum terrestri quo ad illius corporalitatem, singularitatem, & ad Orientem localem veritatem, primaria conspiratio.

30. PRÆTERIIT tanquam vmbra terrenus paradisus, cui pro corpore verissimo ac etiam nobilissimo auctoretalis vmbrę successit Christi corpus, quod Fideles sub Sacramento habemus in Ecclesia; nam Ecclesiam in paradiso depictam præcessisse, omnium quidèm super Gen. loquentium concors est, stabiléque placitum; inter quos exceptis Glossis est vnus Augu-

Ecclesia paradisus in prisco terræ edius.

stinus, tum n. penolt. à nobis allegatus; tum alibi non rarò; tum denique lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 21. quo loci sic profatur: *Paradisum intelligimus ipsam Ecclesiam, sicut de illa legitur in Cant. Canticorum*; Emissiones tuæ paradisus. *Quatuor autem paradisi flumina, quatuor Euangelia, ligna fructifera, Sanctos; fructus autem eorum, opera eorum. Lignum vitæ sanctum Sanctorum, vtique Christum; lignum scientiæ boni & mali, proprium voluntatis arbitrium.*

S August. Cant. 4. 13.

Hæc ille; cuius mentem in illis tribus verbis, *Emissiones tuæ paradisus*; extendit bene Delrius in 4. Cant. pulcherrimè de septem emissionibus seu statibus ab Ecclesiæ paradiso, vt fluuij, promanantibus, excursum magnum faciens; qui si ordine meliori ab aliquo donetur, peroptimus euadet. Nec absimilis Gilbertos serm. 35. cum proximis duobus in quibus ille sanè de puteo viuis aquis perpetuò saliente pro fonte paradisi, & nobis mira ludit; quos ego sæpe hîc ponendos cogitaueram, & ponerem profectò, nisi ordinis turbandi & quamplurima cum Eucharistia, licet apta commiscendi, tumultuatio deterreret. Tu vide si libuerit; nos verò ad viam nostram directam redeamus.

M. Delrius.

Gilbertus.

31. Fuit olim paradisus corporeus, atq; vnicus, & ad partem orientalē per Deum collocatus. At talis est Ecclesia, quę corporeos habet filios; corporeos Sacerdotes; corporea vbique tēpla; corporeúque altare, ac Missæ Sacrificiū, impletū Christi corpore, & sub panis accidētibus corporeis immolatum; ac corporea summo loco quæcunque prout dicitur; à pedibus vsque ad caput, visibile in hoc mundo, quod Christi est locitenens, & Petri sancti hæres, Fidelium Summus P. Episcopus Romanus, in ipso mundo habet; de quo late Bellarmin. in suo tom. 1. & Sanderus tom. integro, quem de visibili & corporali Monarchia Ecclesiastica communis iuris fecit.

Ecclesia corporalis, proindéque visibilis.

Bellarmin. Sanderus.

Sed pariter est vnica, vt dicitur in Canticis; *Vnica est columba mea*; & clarius in Nysseno doctrinæ nostræ symbolo; *Et vnam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam*; de quo 6. Enar. adduximus non pauca.

Cant. 6. 8.

Ecclesia quoq; vna, & sita ad orientem.

Atque tandem ad Orientalem locata regionem. Nam per illum paradisum ad Orientem situatum ex præhabitis sententiis signata quondam extitit. Quæ omnia Christus tetigit sermone figurato, dum dixit suo primo in terris sic Vicario; *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Videlicet, corpoream; subindéque visibilem, vt Petrus sunt, & petra; & vnicā, quia dixit *Ecclesiam* in singulari; ad Orientémque extructam, vt tangitur ibidem. Non etenim fundabo, à fundóque leuabo; sed potius ędificabo, seu ædem meam faciam, ab ipso dictum fuit. Quæ quidèm domus fabrica, vel pressius fabricatio, bifariam solet fieri, vel domum à fundamentis prioribus fundando; vel super fundamenta priora iam præiacta domtaxat eius molem & formam renouando. Quo modo solo vltimo ædificare Chri-

Matt. 16. 18.

A stus poterat Ecclesiam, quæ à mundi principio ædificata, vt prędicta Enarr. abunde dictum fuit, egregiè iam extabat. Quapropter in principio hanc ipsam ędificauit, proindéque vt patet ad plagam Orientalem; nam Oriens est principium, vt quinto dixi numero; principiúmque est Oriens, vnde cuncta quæ oriuntur principium suum habent. Vlterius, quod Ecclesiam in terræ paradiso vmbratam ædificauit, & ideo ad Orientem, quo hortus tantus erat.

Quod benè dixit Paulus, dum non ædificatos, sed superędificatos super fundamentum Apostolorum & Prophetarum (qui ab Adamo primo Vate profectò sunt incepti, sicut tetigit plus clarè quam tacitè qui dixit; *Sicut locutus est per os Sanctorum, qui a sæculo sunt*, id est à mundi initio *Prophetarum eius*) hoc modo nos vocauit; *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ipso, nempe, qui à principio angularis fuit lapis, ad nouam cum antiqua ad Orientem constituta, Ecclesiam componendam idoneus & dispositus; quamobrem verbo *ipso* quod ligat & coniungit Ecclesias modo dictas, de quibus ibi multa pręmiserat hic Sanctus, notanter vsus est. *Summo* autem propter ipsam verissimam doctrinam; nam *Summus* primum & vltimum; fastigium & fundamentum; principium finémque Latina lingua sonat; quocirca sic se Christus vocauit multis locis; *Ego sum α & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Principium, qui & loquor vobis; Finis legis Christus ad salutem omni credenti.* Nec obstat Augustinus à Glossa memoratus de isto summo lapide huiusmodi se habens; *In Christo Iesu totum innititur ædificium, velut in primo fundamento; quod fundamentum in summo est, non in imo, vt in corporali fabrica.* Vbi summum rem supremam non infimam & depressam significare demonstratur. Diuerso, nanque modo, notatu valde digno, tam summum quam & infimum notatur in his verbis; dum dicunt quod hęc fabrica non est vt corporales, quæ à terræ loco imo conscendunt in sublime; sed planè spiritualis à spirituum Parente in cęlis consistente ad ima se humilians, descendens atque veniens; quo sensu clarè patet quod lapis fundamenti tā summus quam & infimus in ista domo est, quæ incipit ab alto; quod enim tunc inferius, superius palam manet; excelsius, quod depressius; sublimius quod humilius. Ita vt tandem lapis summus in angulo vtriusque Ecclesiæ collocatus, sit summus atque imus; angularis & fundamentalis sub omnibus lapidibus, sed tamen super omnes, in ædificatione, quæ descendit & fertur versus terram; *Ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Quem modum construendi miratus forsan dixit dilectus Christi socius, vidisse se Ecclesiam de cęlo versus terram, ędificandi modo nostro mutato, descendentem; nec solum descendentem, sed etiam resplendentem eximiis ornamentis, venustisque fulgoribus, à Patre quibus luminum parata, compta, or-

Adam Propheta primus.

Luc. 1. 70.

Ephes. 2. 20.

Principium finisque vt Christus sit Ecclesiæ, fundamentúmque in summo & imo loco positum.

Apoc. 22. 13. Ioan. 8. 25. Rom. 10. 4.

S August.

Ecclesia cur nam magis descendat à cælestibus, quam petat cæli verticem.

natą

rata ad terram missa fuit; *Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cælo, à Dio paratam (quod dicimus Lusitanè, Enfeitada da maõ de Deos) sicut sponsam ornatam viro suo;* id est, solis viris suis fidelibus aptatam, donatam, destinatam. Quam sponsam tam præclaris splendoribus excultam, quis poterit ad Orientem qui luminis fons est, & ostium radiorum, locatam inficiari?

Apoc 21.2.

A

Qui noster tamen oriens Ecclesiæ, in paradiso ad Orientem situato, peroptimè signatæ; ab arbore vitali, vt claret ex prædictis, habebat ortum suum, & orientem non permodice Solari pulchriorem; cum illa orientalis & pulchri viridarij, tam oriens quam origo & cor ac vita fuerit, vnde eius pulchritudo, quemadmodum explicaui ad n. 21. & bonitas manabat. Quapropter excitare, & flammis Dei amoris ardentet inflammare deuote Christiane; atque genibus reptans ad istam veni arborem; eique osculà suauissima adimprime quammulta; nam Christus iam in ea sub vmbra verè est; & ibimet Ecclesiæ præfulsit primus lapis, ac eius primus Oriens; qui quidèm totam facit extare ad Orientem. Sed vltimum hoc nonnullis præconiis exornemus.

Arbor vitæ paradisi, Ecclesiæque principiũ, & eius primus oriens.

B

32. Tritum est, quod Ecclesia, seu templum Iudæorum, ad plagam Orientalem, Ezech. cap. 8. habebat magnam portam; Sancta verò Sanctorum, cappellam seu maiorem ad partem Occidentalem. Et quod nostræ si sint peritè ædificatæ aduerso constant situ, ita vt versus Occidentem eis maneat maius ostium, at versus Orientem Capella maior posita. Vnde est, quod Iudæi orantes ad Cappellã, orabant ad occiduum, nos verò ad Orientem, cum illucmet oramus, orationem nostram facimus, & preces dignè fundimus. Cur autem dignè & benè tam illi ad Occidentem quam nos ad Orientem vnum verum & sanctum Numen ac lumen cæli quærimus? Primò quidèm vt elucescat, & cunctis innotescat, literalẽ expositionem Iudæis occidentem; spiritualem verò nobis, exorientem velut lucem, existere propterea; quia illi nimis literæ rigori se tradentes, in mortem suam tendunt; videlicet, in illam, quæ cortice literali prædu[illegible] & minus vtili non rarò comparatur; nos verò spirituali intelligentiæ plus credentes, ex spiritu spiritualẽ assequimur medullam, cum spiritúque vitam, quæ in spiritu & anima rationali sita est; quapropter ait Paulus; *Littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Secundò, quia illi occidendum Christũ olim, nunc autem à se occisum ostendunt, dum precantur ad plagam occidentalem; à quo eius occisores occisi sunt in luce, & vt loquitur Augustinus in Psal. 33. 2. Conc. *De Crucifixo obtenebrati*; nos verò ab ipso Domino in Cruce illuminati; nam lucem Crux in mundum carentem luce intulit; vt alibi est pernotum; vnde ipsemet Apostolus scribit ad Corinth. *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum.* Quocirca nos ad lucis fenestram Orientalem, (quia Christus lux & oriens

Ezec. 8.16.
Cur partæ Ecclesiarũ nostratum ad occidentem, & Tẽpli ad occidentem.

C

Exo. 26.22.

Ad occidẽtem cur Iudæi & nos ad oriẽtem orationem faciamus.

D

2. Cor. 3.6.

S. August.

Crux mũdo lucem portans.
1. Cor. 2.2.

in Ioannis & Zachariæ oraculis vocatur) ipsius iubar quærimus, vel gestu exteriori; dum officio supplicandi, & impetrandi damus operam. Tertiò, quia tantus Dominus in Cruce cùm occubuit, terga vertens Hierosolymis, respexit Occidentem, nos autem ad Orientem conuertimur orando, quasi in faciem Crucifixi amore defigamur. Quartò, quia ad Orientem arripuit cæli viam, dicente Rege Vate; *Qui ascendit super cælum cæli ad orientem*; quò ideo nos oramus, vt elongantem se à nobis oratione compellemus, trahamus, deducamus. Nec obstat quod ibidem præmittitur his verbis; *Iter facite ei, qui ascendit super occasum; Dominus nomen illi.* Diuersum nanque est, ascendere super aliquam, vel ad aliquam è conuerso ascendere altitudinem. Nam ascendens super aliquid, contemnit, derelinquit, & calcat ipsam rem, à qua surrexit, quærens maiorem celsitudinem; ascendens verò ad aliquid, idipsum vult, & quærit, ad quod vtique remigio ascensus sui tendit; quemadmodum tum Christus orationis & adorationis dimisit locum priscum in Templo suo positum ad plagam occidentalem, & ad cæli adorationem orientalem in pulchritudine, & nimia claritate vt ibi docet Lyra festinus conuolauit Quintò, quia ex Oriẽte ad iudicium esse venturũ à multis doctis creditur; vt iam ipsius iram futuram mulceamus; nósque etiam peregrinos à patria fateamur, & ad illam vnde repulsam acerbam passi sumus, gemitibus oremus; ac fores eius nostris singultibus pulsemus. Patria nostra nanque est cælestis paradisus, signatus in terrestri; supernum quare semper exquirere tenemur, & anxie efflagitare. Qua de re in Orat. cur adoremus ad Orientem Nyssenus videatur; D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 5. quo loci quam peroptimè; de cultúque Sanctorum perdoctus Bellarminus lib. 3. cap. 2. in suo tom. 1.

Ioan 8.12.
Zachar. 6.12

Psal. 67.34.

N. 5.

Cur Christus ad oriẽtem ascendesit in cælum.

Lyra.

Nyssenus.
D. Tho.
Bellarmin.

33. At vero in hoc Ecclesia præcedit paradisum, quia ille vnicus erat, & Ecclesia cum sit vna, non vnum, sed & trinum profectè & verè habet. Primum quidèm in se ipsa, quam esse paradisum ostendi paulò supra ad n. trigesimum. Secundum in Eucharistia, de quo in isto numero; de tertio nanq; agam in proximè sequenti. Quod autem paradisus Eucharistiæ sit mysterium, ad verba Apoc. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei*; sic ait D. Tho. *Suauissima dulcedine delectatur in eius perceptione anima deuota, quod significatur, cum hoc lignum dicitur esse in Paradiso Ecclesiæ militantis: paradisus enim nomen est amænitatis & deliciarum. In gremio verò Ecclesiæ viri spirituales multis deliciis spiritualibus oblectantur; specialiter autem in hoc Sacramento, quod significatur in Sapientia*; Panem de cælo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem. Et Gerson in documen. de isto Sacramen. in suo to. 3. commentans hanc sententiam *Gratia sicut paradisus; Si gratia* (inquit ille) *dicit Sapiens esse paradisum, nunquid non Eucharistia, quæ sonat bona gratia, rectè dicetur esse paradisus? Est igitur*

Paradisus deliciarum Eucharistiæ Sacramentum.

Apoc. 2.7.
D. Tho.

Sap. 16.20.

Eccl. 40.17.
Gerson.

recipiens Euchariſtiam illius admiranda dignitatis promiſſa particeps, cum Dominus petenti latroni iureiurando dixit; Hodie mecum eris in paradiſo; *Vbi Papa ibi Roma; vbi Rex, ibi Regnum.*

Luc.23.43.

Qui ſanè paradiſus corporeus quoque eſt, & vnicus, ac poſitus ad limina Orientis. Corporeus, quia cõſtat ex ipſo Chriſti corpore; vnicus autem, quia vnicum illius corpus eſt; quamuis certè in multis locis ſub iſto cibo adſit; de quo magno & incomprehenſibili potentiæ Dei miraculo lib. 3. de Sacerdotio non procul à principio ſic loquitur Chryſoſtomus; *O miraculum! ô Dei benignitatem! Qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur.* Demúmque ad Orientem locatus, qui eſt Chriſtus in illo Vaticinio; *Ecce vir, Oriens nomen eius.* Quod omnes viri docti, & ſpecialiter Ambroſius de Paradiſo cap. 3. non negat tanto Domino, paradiſum fatens eum & poſitum in Eden, hoc eſt, in voluptate.

In multis locis Chriſtus miraculum permaximum.

Chryſoſt.

Zach.6.12.

Ambroſius.

34. Tertium tandem paradiſum in Matre eiuſdem Chriſti, quam omnes fere PP. hoc nomine decorant; è quibus quinque dabo in re præſenti celebres. Primum, nempe, perantiquum Gregorium Thaumaturg. de Annunt. ſerm. 3. quo loci ſic pro nobis: *Paradiſus eſt Maria ratione præditus. Hæc ſemper virens eſt immortalitatis paradiſus, in qua lignum vitæ plantatum cunctis immortalem fructum ſuppeditat.* Secundum, multis titulis Hiſpanum nobiliſſimum & Virgini impenſiſſimũ, qui vt eius Capellanus, ab ea veſte Sacra donatus internoſcitur, de Aſſumpt. ſer. 1. huiuſmodi ſcribentem: *Hæc eſt hortus concluſus ille deliciarum, reparatio vitæ, ianua cæli, decus mulierum, faſtigium omnium virginum.* Tertium verò Seleucenſem in quadam ſua hom. dicentem de hac Domina; *Aue florentiſſime Virginitatis paradiſe, in quo lignum vitæ ſatum producit fructus omnibus ſalutares: ex quo Euangeliorum fons in quatuor ora ſectus miſerationum flumina credentibus deducit.* Quartum, iugiter profundum & ſummum in pietate, Rupertum ad illa verba ex lib. Cantic. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa*, quæ premit in hunc modum; *Primus ille paradiſi hortus hominem cuſtodire non potuit, nec illum homo cuſtodire voluit. Horum malorum remedio plantauit Dominus alium paradiſum, quem ingredientes lignum vitæ illud æternum adeuntes, de fructu eius comedamus, & non moriamur.* Quintum tandem, qui perpetuò tam primus eſt ſpiritu veraciter Seraphico, quam deuotione generali, & ſpeciali in Matrem Dei nequaquam vir ſecundus, in ſerm. de Annunt. ad locum Eccleſ. *Benedictio illius, quaſi flumius inundabit*, germaniùs & deuotiùs; *Fluuius, qui fluit à fonte, quaſi inſenſibiliter, filius eſt natus de Virgine delectabiliter, & impaſſibiliter, de quo Gen. 2.* Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita: *Quia filius Dei natus ex vtero Virginis* factus eſt nobis à Deo Patre ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio. *Redemptio ſoluens à vinculo peccatorum; ſanctificatio ad reſiſtentiam tentationum; iuſtitia nos dirigens in viam mandatorum & conſiliorum; Sapientia vero illuminans ad cognitionem myſteriorum.* En Virgo paradiſus; Eccleſiáque, vt dixi, terreſtri valde melior; nam ille tantum vnus; hic vnus, atque trinus; & ditior vnuſquiſque.

Maria paradiſus deliciis laudum plenus

Gregor. Thaum.

S. Hildefonſus.

Baſilius Seleuc.

Cant.4.12.

Rupertus.

Eccl.39.27.
S. Bonau.
Paradiſi velut fons Dei Mater virgo parit.
Gen.2.10.
1.Cor.1.30.
Chriſtus fluuius paradiſi vt nobis ſit quadrifidus.

De Eccleſia cum paradiſo, quò ad delicias ad videndum & odorandum procreatas, ſecunda conſpiratio.

35. NOn deſunt in Eccleſia cunctorum florum ordines, non ſolum corridentes, ſed etiam colloquentes; & vt verè rationales, rationis clara luce mirificè fulgentes; qui in prato Eccleſiaſtico collucent inceſſanter, vt dicere fas ſit: Hîc ver purpureum, varios hîc flumina circum fundit humus; quos Beda in lectionibus Sanctorum ſic decerpit, ſpargítque lectoribus. *O verè beata mater Eccleſia, quam ſic honor diuinæ dignationis illuminat, quam vincentium glorioſus Martyrum ſanguis exornat, quam inuiolata confeſſionis candida induit virginitas. Floribus eius nec roſa nec lilia deſunt. Certent nunc, Chariſſimi, ſinguli ad vtroſque honores ampliſſimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de paſſione purpureas.* Quæ vernant non ſolummodo diebus genialibus, ſed etiam glacialibus laborum vniuerſorum; in quibus flores iſti ſuccíſi & ſuccidentes illorum collectores nullatenus marceſcunt, ſed ad gloriam immarceſcibilem reſlatibus reflorent, & melius iuueneſcunt, dicente D. Paulo; *Non ſolum autem; ſed & gloriamur in tribulationibus*; quia & ipſæ tribulationes Eccleſiæ in paradiſo ad gloriam nos perducunt; & inter mundi ſpinas corollas cæli donant: itaque, quod has pati, non pati ſit, ſed rem palato iucundiſſimam, quouſque ad beatitudinẽ ducamur, manducare; vt canit Rex Propheta; *Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, & bene tibi erit*, id eſt, beatus iam, ex gaudio iſtorum florum, donec vera beatitudine in cælo perfruaris, & hæc in eo tibi perpetua concedatur. O quam benè & emphaticè Apoſtolus in prædicta ſententia claudum fecit; *Non ſolum autem*; dicens; & tacens quod colligitur ex verbis ſubſequentibus; id eſt, non ſolùm non tribulamur tribulationibus acceptis, *ſed & gloriamur in tribulationibus*; quia tribuli pro Chriſto lætitiam magnam tribuunt; & gloriam ſummam afferunt; ad alia nimis claudicant, ad iſtud vero volant, & cæli petunt verticem. Quapropter rectè pœnæ his verbis occultantur, & gloriæ prędicantur; quia illæ vix apparent pro Deo toleratæ, at iſtis inde natis glorioſus & conſpicuus profectò eſt apparatus. Niſi forſan hæ tacentur & gloriæ diuulgantur, quia nihil prorſus ſunt, ex regula, qua nomina ſequuntur rerum eſſe, quocirca cum hoc careant ærumnæ Chriſtianæ, & nomen illis denegat Apoſtoli æſtimatio; nomen autem

Viſui, odoriſque pergrati quot florea in Eccleſia.

Beda.

Vt flores ſiut ægones pro Chriſto tolerati.

Rom 5.3.

Labores donant gloriã, & menſam ſempiternã. Pſal.128.2.

Labores quam lætitiam importent ſemetipſis.

Nomen ſequitur rei eſſe.

gloriosum

gloriosum eisdemmet attribuit, *Sed & gloriamur in tribulationibus*, quia in gloriam conuertuntur, eum perdunt suum esse, naturam, & subsistentiam; & gloriæ tantum sunt, dicente eodem Sancto; *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Vnde patet solùm Cruces pro gloria repurasse; & reliqua, quantumlibet in mundo gloriosa, pro Cruce, pœna, & morte, gehenna, crueiatibus; Nec malè, dum in Christo ex motte vita oritur; *Ego occidam, & ego viuere faciam*; quamobrem licet dicere, mutando quidquam Psaltis; *Quantum distat ortus ab occidente; longe fecit à nobis tribulationes nostras*; & quantum distat gloria à luctu pœnitentiæ, tantum Cruces elongauit in harummet aculeis à viris Christianis. O vere paradisus locatus in Ecclesia, quæ vel inter procellas, & carduos fert coronas; ex illisque has facit; vt nihil sit in ea, vel pungitans spinis, vel cunctis è contrario deliciis non redundans, compellans, & complacens.

Gal. 6. 14.
Deut. 32. 39.
Psal. 102. 12.

36. Nil minus his scatet ad videndum & odorandum Secundus Eucharistię terrenos atque insimul diuinus paradisus. Non enim tantum Dei substantiam verè redolet, vt ab eius odoramento initiũ capiamus, sed etiam planè continet, ac item ab ipso Patris fragrantiam throno haurit; *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*, suum quidem, non meum, nec hominis alterius; ille enim solus potest odorem sic emittere, qui culpæ nullum vnquam fœtorẽ in se admisit. Qui simul inter lilia virtutũ vniuersarum in vita sua pastus, cum suis tandem pascens, recũbénsque in alio accubitu Diuinò, odoramen sanè tale efflauit ex se ipso, vt manens in se totus, diffusos extra se sit etiam totus modo perpetuùm demirando, in fereuli Eucharistiei fragrantia cunctis datus. Hinc dicitur in Cantic. de vestibus Sponsæ; *Et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.* Sed quare super omnia aromata suauia dilectæ vestimenta? Quia corpus sui socij tractauit eius consors, cui soli tanti corporis permissa contrectatio; vt in serm. de Euchar. Iustinianus præsensisse indigetat his verbis; *Ex quo tanto adhæsisti sponso, corpúsque tuum corpori eius associatum est, effecta es speciosa, & suauis in deliciis.* Præterea, quod hic cibus, quam reddit, vitam redolet; vt in Virg. speculo cap. 10. nobis indicat Seraphicus Præceptor, dum odore Christi corporis habere vitam mortuos affirmat in hunc modum; *ô flos, ad cuius odorem reuixerunt mortui.* Quis autem talis odor, quam vitæ cunctis gratæ suauis aspiratio?

Odorem quantum habeat Eucharistiæ Sacramentum.
Cant. 1. 12.
Cant. 4. 11.
Laurent. Iustinian.
S. Bonau.

Iam verò de deliciis eiusdem paradisi idoneis ad videndum, redundat & superfluit oraculum Diuinum; *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Quo loci hoc Sacramentum vocatur ipsamet abstracta & separata Ecclesię pulchritudo; de qua cap. 21. de corpore & sang. Dom. Paschas. Sanctus ait; *In hoc cibo pulchritudo decoris præstatur; quia etsi quotidie sordescit anima, quotidie* A *exinde reparatur*; ô hominum tam vera, quam apta reparatio! Per cibum pulchritudinem amisimus internam, per cibum reparamus eandem pulchritudinem; nec tantùm reparamus, sed variè duplicamus. De iustis nanque dicitur in cælo iam degentibus; *Fulgebunt iusti sicut Sol in regno Patris eorum.* At vnde lux tam magna corporibus terrenis, crassitie sua tenebras suapte facientibus, & ipsum Solis iubar non solum à se pellentibus, sed etiam rebus proximis intercludentibus omnino. Respondet D. Tho. opuscu. 58. cap. 23. *Electi propter Christi corporis participationem, scilicet, Sacramentalem, vel spiritualem, surgent Sole pulchriores.* Nec discors Leo Papa de Transfiguratione dicens Christi, in serm. illius festi, ob corporum nostro- B rum ex corpore huius Domini habendam in cælo gloriã, hanc certè in eius facie Thaboris coram testibus fuisse demonstratam; *Vt totũ Christi corpus agnosceret, qualis esset commutatione donandum; vt eius sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite præfulsisset.* Cum ergo in Sacramenti istius paradiso, sit certius quam Adamus in alio perantiquo, istius corpus Domini; hinc omnis pulchritudo corporibus beatis donanda pòst in gloria.

Zachar. 9. 17
Eucharistia quænam sit Ecclesiæ pulchritudo.
S. Paschas.
Matt. 13. 43.
D. Thom.
Leo Papa.

37. At verò neque tertius Ecclesiæ paradisus, videlicet, virgineus, odore, atque decore non lucet & coruscat; de quorum primo ait Seraphicus Antistes in ser. de Concepti. Deiparæ Sanctissimæ; *Sicut flos sine detrimento producit odorẽ, ita Virgo sine corruptione* C *concepit Saluatorem; vnde dicitur in Eccles. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.* Et loco supra proximo ex Virginis speculo: *Tu Sanctorum areola aromatum ô Maria, à cælesti pigmentario virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter vernas; inter quos pulcherrimorum trium in te miramur excellentiam. Viola humilitatis; lilij castitatis; rosa charitatis.* Et paucis interiectis; *Hos igitur flores, charissimi, in virga Virginea deligamus, & illos nouos gaudiorum flores de horto Virgineo colligamus;* quos vidit, quos collegit, commendauitque Bernardus; *Hortus deliciarum nobis est tuus Sanctissimus vterus ô Maria, quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties recolimus mente, quam magna multitudo dulcedinis immenso orbi inde profluxerit.* Sed quomodo profusus ex vtero Virgineo? nisi D sicut prodit fructus (vt sumam exemplum ipsum) odoris suauissimi, qui quidèm ex suo corpore nullatenus corrupto; seu læso, vel confracto, diffunditur ad extra? non tanquam simplex odor aërio aduectus corpore, sed tanquam verum corpus, de quo relata verba; *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris*, exinde dicta reor, quia de odore fructificatio non verè enuntiatur, sed tantum euaporatio, & placens exhalatio; quæ sanè non substantia in vera Philosophia, sed qualitas vocatur; hîc vero vice versa, non odor, sed odore Diuino plenum corpus processit ab hac vite; quæ vitæ fuit Mater; quantumuis Filius fuerit in cunctis maior Matre, de qua magna admiratione inferius idẽ Sanctus in cap. 14. *Fructus Vir-*

Maria paradisus odore sũmo fragrans.
Eccles. 24. 23
S. Bonau.
Maria per odorẽ probatur Virgo Mater.

Quam mirũ vt Creatura sit Mater Creatoris.

ginus est proles Virginis, quod tamen vere mirum, & mirè verum est; Augustino sic dicente; De creatura Creator nascitur; de riuulo suo fons magnus educitur; radix omniũ de virgulto suo producitur; & vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Et benè fuit vitis progenies tale corpus, vt natum, quò in vini daretur Sacramento, cuius ipse suauitatem iucundúmq; vaporem describit paulo infra; *Fructus vitis vinum est, odor vini delectabilis est. Sic certe odor exemplorum, consolationum, & promissionum Christi valde delectabilis est anima Christum sitienti. Et ideo sicut odor vinò sitientem, sic odor Christi trahit post se currentem & dicentem animam.* Trahe me; post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Cur ergo nos miseri non currimus, sed vix serpimus, signum est, quod de odore huius fructus parum suscepimus; ũ si olfactum Isaac haberemus, qui huius fructus odorem tam longe præsensit, teste Bernardo, qui sic ait;* Huius odoriferi fructus fragrantiam sentiebat, qui vtique dicebat; *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.*

Odor quãtus & quam potens a Filij Dei exemplis; & veris vestimentis. Cant. 1. 4.

Gen. 27. 27.

S. August.

38. Nil minus de decore Virginei paradisi in serm. de Incarnat. B. Augustinus; *Tu tota pulchra es; tota formosa, tota delectabilis, & tota gloriosa. Tu macula nulla fuscaris; tu omni decore vestiris; tu omni sanctitate ditaris. Tu super omnes virtutes sancta in carne, cunctas fœminas vincis pulchritudine carnis, & omnes Angelicos spiritus excellentia sanctitatis.* Cui similis Damascenus de Virg. Natiu. Orat. 1. quã verè & simol lepidè ab illo nuncupatur; *Humanæ naturæ venustas, primigeniæ Euæ correctio, mulierum ornamentum.*

Mariæ pulchritudo vtrobi quã eximia.

Damascen.

Verum florum speciosa & fulgens pulchritudo hocúsque commendata citissimè euanescit, vt de homine euolante celeriter à vita deplorat S. Iob; *Qui quasi flos egreditur, & conteritur.* Et de hominis, velut flos, specie disparente lib. 21. cap. 1. in istum modum Plinius: *Quæ spectatissimè florent, celerrimè marcescunt, & forma eo citiùs elabitur, quò magis est conspicua.* Ouidiúsque de arte 2. dicens lib.

Iob. 14. 2.

Plinius. Flos valde marcescibilis humana pulchritudo.

Ouidius.

Forma bonum fragile est, quantúmque accedit ad annos
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Et ex nostris Christi Martyr, Senatórque Romanus, acutus, & eximius Boëtios Seuerinus in suo lib. 3. de Consol. Philosoph. *Forma nitor vernalium florum velocitate fugatior.* At Virginis splendor coæuus fuit illi, & per totam vitam eius æqualiter florescens; vt Saræ pulchræ & vetulæ exemplo non inconcinno 4. p. tt. 15. cap. 10. §. 2. ostendit Antoninus.

Boetius.

S. Antonin.

Nec tantòm marcescibilis est cutis, dum fulgescit ac tenera grãdescit diffugiens pulchritudo, sed moltis planè vitiis perpetuò conflictata, fœdata, conspurcata; vt nihil sit frequentet defotmios ipsa forma; quemadmodum patescit à luce experientiæ, communisque sententiæ, quæ ait cum Ouidio ad Paridem scribente;

Cur forma nil defotmius.

Ouidius. *Lis est cum forma magna pudicitiæ.*

Cum Propertio lib. 2.

Propertius. *Formosis leuitas semper amica fuit.*

A Et etiam cum Satyrico in Satyra sic decima

Iuuenalis.

—— Rara est concordia formæ
Atque pudicitiæ. ——

Quod dixerat Rex Sapiens hoc malo conquassatos, ni forsitan tormẽtis æternis condemnatus *Fallax gratia, & vana est pulchritudo*; nimirum corporalis; quapropter de spirituali stabili & secura ibidem superaddit; *Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur*; de vera subintellige & neutiquam nociua, vt alia, venustate. Est enim decor vultus notabile periculũ pro oculis modestis, pro verò diuagantibus, proh dolor, & Deus meus! mortalis ægritudo; quæ vtique non solũ vt ignis tutò positus, de proximo comburit, sed etiam de longinquo, vt fulgur, & belligerum amoris praui belli tormentum
B nocentissimum, Xenophontis iuxta mentem relatl per Plutarchum. At Virginis species non solum non destruxit alicui castitatem, sed cunctis istãm potius intuentibus in ipsam physiognomia sua propria, vt Gersonis de Conceptione tractantis loquar terminis, secreta vi adauxit; de quo 5. Enartat. ad n. 27. Ambrosios & Bernardus fuerunt nobis testes; sicut est Bonauentura non semel, sed multoties, & alij Sancti P. P. de quorum veritate non licet controuertere, sed solum tantæ rei exqoirere principia, venari rationem; siue potius dispositionem miracoli tam magni; eum miracula infundantur naturæ, quam supponunt, idoneè accommodatæ; quapropter ex prophano exarsit in amorem Diuinum Magdalena;
C & Moyses atque Paulus ex prauis zelatoribus in zelum Dei veracem; vt notat, quod præ manibus, in Gallia perquammaximè, cunctorum circunfertur, Examen ingeniorum Hispanicus libellus, conscriptus per Huarte, qui quidèm si quæ etuit, probaret sicut decet, profectò mirus foret.

Prou. 31. 30.

Pulchritudo quantus morbus & orcus oculorum.

Gerson.

Miracula vt naturam exposcant sibi aptam.

Quis auctor sit auctori Huarte in suo Examine.

39. Quare ego hoc miraculum à basi & fundamento ipsius pulchritudinis, perfectione sua tota in Virgine florente, & quasi in suo centro quietem possidente, fluxisse persuadeor. Nam cum istam in Maria, plus quam illa qoæ niteret in tempote innocentiæ, existere sit certum; videlicet tam intra quam extra perfectissimam, & tam morum quam membrorum proportione consummatam; ac gratia semper Dei non culpa sociatam; hinc eiusmet aspectus & pulchra composi-
D tio non vitia sed virtutes, non culpas sed & gratiã ab intra suadebat & ad omnem rem perfectam, ac castimoniam consectandam suapte commouebat. Probator à minori ex pulchritudine quæ esset innocentia perdurante venustior quam nunc est, & taliter honesta, vt nequaquã ad turpitudinem sed potius ad honestatem & laudes Dei impelleret. At verò cum innocẽtia vel decor eius temporis, innocentiæ atque decori Mariæ non æqoentur, hinc patet, quod cum fuerit tam sanctior quam venustior, non posset nisi ad bonum mouere venustate. Et confirmatur non incongtuè ab exẽplo superiori, quod possumus à pulchritudine cęlesti concinnare. Nam cælum cum sit astris tã bellis decoratum,

Mariæ pulchritudo cur etiam naturaliter videntibus eius faciem donarit castitatem.

Psal. 18. 1.

A decoratum, non mouet ad luxuriam, sed potius ad Dei gloriam; *Cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum*; cum tamen & Rex Xerxes amauerit

Quis arborem & imaginē amauerit marmoream.

cupressum, quam vestibus regalibus vestire & adornare, ac eam sæpe inuisere amanter satagebat; & iuuenis Atheniensis insania mitiori, tolerabilioríque delicto, imaginem marmoreā; vt in Principum Philosophia,

P. Ioan. de Torres.

egregio satis opere, scribit P. Torres. Est nanque pulchritudo cælestis eo ipso, quòd, nempe sit cælestis, sufficiens vt effugiat ab oculis procacibus, & neutiquam quæratur à prauis, sed à rectis ac puris desideriis; quasi eam inspicientibus, vt alias influentias, instillet puritatem. Quid autem sentiēdum de cælo Mariano, quę cęlum est animatum, & quę gremio suo contulit quem neque cælum capit? ô veritas tam magna, quam valde nos inducens ad cultum tantæ Dominæ!

Pulchritudo cur suapte inuitet ad peccata.

Carnalis & communis peccato deturpata humana pulchritudo, cū sit ex se deficiens, defectibúsque plena, lacessit ad defectus, inuitat ad peccata; & hoc tantò vehementius, quàm vultus indecori, quantò hamus inescatus edulio dulciori voraces solet pisces facilius comprehendere. Nam cum corporis species membrorum sit concinnitas, & etiam, vt ita dicam, prædulcis consonantia (ac illa quæ in Musica ex vocibus diuersis, & sonis concordātibus quam valde nobis placet) quemadmodū cum Tullio Tuscul. lib. 4. ab omnibus vocatur; vnde forsitan & Venus plus à cythara concordi, quam ab insula huius nominis per fabulas perdoctas, vt eas vocat Petrus, propterea fuit olim Cytharea nuncupata; hinc est, quod hæc venustas, cum velut quædam recta & dulcis harmonia humanis sonet auribus, ad amorē & fruitionem communiter inclamat, & pariter impulsu fortissimo cōpellit; amor enim nihil aliud ex Platonis est sententia in Socratis conuiuio, quam pulchri desiderium; desideriique ipsius violenta & pari passu, vt Iouius in histor. profatur lib. 4. optata concitatio; quare Sancta pulchritudinis peccatis onerata, vt cymbalum venustum in vrbe tam pergrandi latissimè sonabat; *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*; nec non Sara in Regis curia; vbi crebriùs ista cymbala maiorem sonum edunt, & ad aures solet Regum tinnitus hic deferri.

Pulchritudo quidnā sit à Tullio definita.

Cur Venus Cytharea.

2. Petr. 1. 16.

A Platone quid sit amor.

A Paulo Iouio quid.

Pulchritudinis quantopere in curiis sonēt cymbala.

Luc. 7. 37.

Gen. 12. 15.

Mariæ pulchritudinē vt quærat totum cælum.

Apoc. 12. 1.

Cælestis verò, qualis Mariæ decor fuit, ab ipso solo cælo optari sanè poterat; quocirca concupita, à cælóque quęsita hæc Domina tunc patuit, cum primum in cælo ipso apparuit, & est visa; *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim*. Nam sicut luces sunt in laminis cælestibus, sic illicò ad Mariam in regno suo nactam præ eius desiderio festinæ conuolarunt, & ordine quo existunt, se illi coniunxere; inferior, Luna, pedibus; Sol medius, eius corpori; stellæ verò summæ in orbem illius capiti; ex quo optimæ influentiæ ad terras dispensantur; quemadmodum Ber-

S. Bernard.

Maria dum concepta in cælo vt visa fuerit.

nardus serm. in Signum magnum scribit perquamoptimè. Sed quando talis Mulier in cælo tā miranda apparuit nouitate? Cùm ipsa in mundo nouiter & recens est concepta; concepta quippe fuit non solum in cæli gratia; sed etiam in cæli gloria, statim videns Dei beatam visionē, vt dicitur ex nostris à Busto & Themesuar; quos postea sunt sequuti grauissimi doctores. Ergo bene à Conceptione cælestis tota facta, vt cælum rorem postea refrigerantem castimoniæ vel super mundi Ætnas suaptè distillabat; à neminéque fuit carnaliter amata, sed potius vt Regina cælorum & Angelorum castissimè dilecta; quis enim visum Angelum, ac cælum vt supra tetigi, libidine exoptauit? & non potius se obsequio illius purè dedit, B ac castè mancipauit?

Busto.
Pelbartus Themes.

De Ecclesia cum paradiso in deliciis quo ad edendum ternaria conspiratio.

Flores simul cum fructibus Ecclesiæ profert ager.

40. SIcut floribus fructus natura sublimauit, sic, & melius Dei Ecclesia in flore fructus habet. Nam illic diuiduntur, & mutuo separātur hi duo fœtus arborum, hîc vero connectuntur, & nimium colligantur; *Flores mei, fructus honoris & honestatis*. En flores atque fructus coniunctim, non diuisim florentes honestate, fulgentésque honore; nec mirum, eum sint opera, quæ Christus Solem esse testatur, dum profatur; *Sic luceat lux vestra coram hominibus, & C videant opera vestra bona*; En etiam fructus tanta dulcedine scatentes, vt illis tantum ipse amator noster Christus ad libitū vescatur; *Meus cibus est, vt faciam; &c.* id est, opera; & per illa diuinam voluntatem; quę floribus & fructibus huiusmodi perficitur, & cibo velut dulci hoc tantū satiatur. Conueniens certè cibus; cum natus sit ex corde, quo solo Deum vesci parescit ex Prouerbiis; *Fili præbe mihi cor tuum*; non linguam & eius verba, quæ flores sunt tantummodo cadentes & per aëra ad auræ quemuis motum facillimè volantes; nec manus sine corde, quæ fructus sine flore, lepore ve, existunt; sed cor quod manus mouet; & opera florentia, perfectáque absoluit.

Eccl 24. 23.

Matth. 5. 17.

Ioan. 4. 34.

Sol opera, & Dei cibus, tam clara, quam dulcissima.

Prou. 23. 26.

41. Eosdem paradisus Eucharistiæ flores D habet, de quibus ad sentētiam ex lib. Cant. *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios*; sic Delrij vox intonat; *Sponsus flos & pomum*; (ac dicat flos & fructus;) *colore oculos delectat, & per fragrantiam reficit odoratum, & pro cibo sumptum suauiter afficit palatum. Nimirum oculis gratiam tribuit, quia lux est; odoratui prodest, quia vnguentum est; & vescentibus est vita, quia cibus est; quo qui vescitur viuet in æternū*. Sed longe prior eo Theodoretus suo calamo explanans ipsa verba. *Sponsum appellat pomum, quia & tactu molle est, & gustu dulce, & odoratu suaue, & aspectu iucundum, & auditu amabilissimum*. Videlicet, præ gustu, quo quique ad cibos arborum vel tantum nominatos suapte rapiuntur.

Can. 2. 3.

Delrius.

Eucharistia flor & fructus, quæ oculis, & naribus, ac ore simul editur, & ista cuncta reficit.

Theodoretus.

Talis est Dominus noster (prosequitur hic Sanctus) *& Saluator & sponsus; qui conuiuio suo, id est, sacramentali, sensus omnes nostros explet suauitate.* Quæ verò tandē ista suauitas existet, humanos sensus omnes appetitibus tam varios, & variè cupientes exsatians atque replens? omnimoda profectò, qua omoia satiantur, & omnes nihilominus, io septem, quibus pollet, sapores secum affert; est nanque septenarium vniuersitatē repræsentans in pagina Diuina. Quod autem septem habeat, in laudem nostri ferculi, & donorum Sancti Spiritus 3. p. tt. 14. cap. 5. §. 2. scribit Antoninus; *Primus sapor* (inquit ille) *est dulcis, qui significat donum sapientiæ, quæ facit Diuina suauiter gustare. Secundus acutus; & significat donum intellectus, qui facit penetrare vsque ad intima & abscondita. Tertius est amarus, & significat scientiam, qua huius mundi amaritudines facit delere*; Et posset simul dicere; quæ amaritudine comparatur, dicente Salomooe; Qui addit scientiam, addit laborem. *Quartus est sapor pinguis, & significat pietatem Psalm.* 22. Impinguasti in oleo caput meum. *Quintus est salsus, qui habetur ex dono consilij, in quo est sal discretionis. Sextus stipticus; qui habetur de terrestri & calido, & significat fortitudinem, qua roborat hominē. Septimus est austerus, seu acetosus, sub quo comprehenditur & ponticus, vt in piris acerbis, & significat timorem, qui pungit ex recordatione peccati, & expectatione iudicij. Vnde bene dicitur de manna, figura Sacramenti hac omnia sapientis; Panem de cælo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnem saporem suauitatis.* Quid autem demirandum cum dicat sic de Deo Epist. 114. Bernardi Sancti melos; *Cui comparata omnis aliunde iucunditas mæror est; omnis suauitas dolor est; omne dulce amarum; omne decorum fœdum, omne postremò quodcumque delectare posset, molestum.*

S. Antonin.

Eccles. 1. 18.

Psal. 22. 5.

Sapores correspondentes septem donis quosnam habeat Eucharistiæ Sacramentum.

Sapien. 16. 20.

S. Bernard.

Dei quanta sit dulcedo quacúnque maior alia; & suauitas suauitatis traoscēdens omnem metam.

At vnde tam multiplicis saporis erit causa, origo, & fundamentum? Ex cibo planè illo, qui summo è cælo venit; nam cibis hoc innatum, vt quantò in loco ipsi nascuntur celsiori, palato tantò sint (multorum iuxta placitum) & gustui dulciores; inter quos est potissimus Berchorius verbo panis, Ioānis pendens verba; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; ad quæ illius audi; *In hoc ostendit Christus huius panis dignitatem; res enim cælestes sunt istis inferioribus digniores, & in suis conditionibus mirabiliores; sicut patet de cælo, stellis, orbibus, & planetis. Et quia dixit hunc panem de cælo venisse, benè innuit ipsum conditionem dignam & mirabilem habuisse. Res enim quandóque conditionem & naturam à locis contrahunt, in quibus oriuntur; sicut patet de herbis, quia quæ in mōtibus nascuntur saniores sunt, quam quæ in vallibus, quamuis sint eiusdem generis, & naturæ. Sic quia iste panis de cælo descendit, verissimum est, quod magnam virtutem & prærogatiuam habeat.* Hæc ille; quem Magalhaēs in Iudices. cap. 7. annot. 11. n. 517. sequutus est fideliter.

P. Berchor.

Herbæ mōtium saniores; & meliores illi cibi, qui altiores sunt in ortu.

42. Iam à Virginis paradiso nec flores, neque fructus possibile exulare. Nam Virgo & Mater est, cuius Filius fructus ventris ipsius nuncupatur; & benedictus, quia beat

A tam cælites, quàm terræ electos vniuersos; *Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ.* Sed pressius, quia replet eandem Matrem suam benedictione singulari, dū cum Matris fœcunditate pudicitiam virginalem ei seruat illibatam; & ideo inter mulieres benedictam facit eam; vt nec virginū flos, nec Matrum fructus illi mirando priuilegio deficiat vllo modo. De quo fructu benedicto, & alto, ac tā sublimi vt faciat hæc miracula sic in Virginis speculo cap. 14. scribit vir Seraphicus; *Fructus generosus, quia regalis, ex semine regali; generosior, quia virginalis ex vtero virginali; generosissimúsque tandem propter vterum paternalem; de quo dicitur in Psal.* Ex vtero ante luciferum genui te. *O vere nimis admiranda, nimisque veneranda nobilitas; quod filius ventris materni est filius vteri*

Gen. 12. 3.

S. Bonau.

Psal. 109. 3.

B *æterni; & sapientia cordis paterni; sicut Bernardus de isto fructu ait*; Illius ô Maria eris Mater, cuius Deus est Pater; *Ideóque de hoc fructu dicitur Isaiæ* 4. Et erit germen Domini in magnificentia, & gloria; & fructus terræ sublimis. *In magnificentia, propter regalem, in gloria propter virginalem; sublimis propter æternalem, siue paternalem generationem.* Et ne aliquis de fructu tam alto decerpendo, fruendóque, si vellet, fiducia fluctuaret, sic protinus se habet: *De isto fructu accipi potest illud Oseæ*; Ex me fructus tuus inuentus est. *Tuus ô Maria, ad hunc fructum producendum electa; tuus ô anima, ad hunc fructum diligendum illecta; tuus ô Ecclesia ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus, inquam, tuus; tuus corporaliter, per assumptam naturam;*

Mariæ fructus ventris quā variè benedictus, & altus ac sublimis.

Isai. 4. 2.

Oseas. 14. 9.

C *tuus spiritualiter per gratiam, tuus sacramentaliter per Eucharistiam; tuus æternaliter per gloriam.* Itaque, quod hic fructus pro anima quacúnque & Ecclesia simul iuncta, vt eo in Eucharistia, & per illam in cæli regno fruamur est productus. Sublimis sanè fructus, qui ita tangit gloriam, vt ipsam nobis donet; & ideo nihil minus quam ipsa dulcis gloria; cum fructuum ex altitudine dulcedo dignoscatur; vt dixi paulo supra; & Sanctus idem ait, ibidem per hæc verba; *Dulcissimus etiam fructus est iste, quod benè illa sancta anima experta fuit*; Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. *Sed quid mirum si tam dulcis, qui fructus est tam altus? dicit enim Bernardus Christum alloquens*; Fructus quanto altior tantò dul-

Mariæ fructus noster quot modis verè sit.

Cant. 2. 3.

D cior; *Ergo tu solus dulcissimus, quia tu solus altissimus.* Quam sententiam eodem loco ad incudem sic vertit. *Quomodo autem potest altissimus esse ille fructus, cuius breuissima est arbor? Sed certe arbor huius fructus Maria, & altissima simul est, & breuissima; altissima dignitate; breuissima humilitate; altissima in oculis Domini, breuissima in oculis suis. Quæ licet hoc modo sit breuis, fructus tamen eius valde est dulcis; vnde dicitur in Eccles.* Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Non igitur de hoc fructu legendo diffidamus, sed valde confidamus; vt in cap. 10. eiusdem met speculi scribit Sanctus ipse; ob dictam rationem; quia quantùm fructus altus, intangibilisque noscitur; tantū eius arbor humilis, & amore versus homines summoperè

Christus in Cruce quā sit dulcis eiusdem fructus arboris.

Quo altior eo dulcior est fructus in arboribus & etiā in Eucharistia.

Eccles. 11. 3.

Maria quā sublimis in sui dignitate, pietate tam flexibilis dignoscitur in homines.

Isai. 11. 1.

ſummoperè flexibilis æqualiter agnoſcitur; quo ſenſu cum Hieronymo de Chriſto & de Maria, nimirum in flore, & Virga intelligit oraculum, vel verbis florentiſſimum, & vernans, atque dicens; *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*; quod nobis ſic adaptat. *Si hunc florem habere deſiderat, virgam floris precibus flectat; ſi flos eſt nimis altus Diuinitate; virga tamen eſt flexibilis pietate.*

De Eccleſia cum paradiſo quaternaria quo ad arborem vitalem conſpiratio. De arboréque trina Eccleſiæ paradiſi, in Cruce, in Euchariſtia, & Virgine puerpera, generica collatio.

43. EST quidem vitæ arbor in primo paradiſo, videlicet Eccleſiæ, ſiue iſtam ſapientiam intelligas cum Gloſſa loquente de hac arbore; ſiue Crucem, de qua dicitur in eius primo feſto; *Hæc eſt arbor digniſſima in paradiſi medio ſituata; in qua ſalutis auctor propria morte mortem omnium ſuperauit*; quo nomine donatur à cunctis quos euoluerim Catholicis auctoribus; præ quibus eos iudico ponendos primo loco, qui ex ſurculo deſumpto ex ipſa vitæ arbore enatam Crucem aiunt; quos inter ſunt Comeſtor in Ioan. 5. Lyranus ibimet; Seraphicúſque Doctor de Inuent. ſerm. 1. qui redacti & colligati in vnam tantum vocem loquuntur in hunc modum: *Cum Adam ad mortem vſque in ſenio infirmaretur, & filius eius Seth pro ſalute patris ſui ab Angelo cuſtode terreni paradiſi, quò ideo ſeſe contulit, ex arbore vitali ſubſidium quoduis peteret; præciſum ab ea ramum his verbis Setho dedit;* Cum hoc lignum fructum faciet, & pater tuus ſalutem recipiet. *Seth ergo ramum portans, & veniens, patrem ſuum inuenit vita functum; vnde arboris virgultum ad caput eius loci plantauit quo Adamus mandatus terræ fuit; quod creuit & per tempora in magnam excreuit arborem. Hæc autem à Salomone conciſa ad templum Dei. Cum nullus verò in eo inuentus locus fuerit, cui aptum lignum veniret, iam enim maius iuſto, iam minus erat operi, proiectum atque relictum inter rudera ædificij quammulta illius manſit. Vbi tamen æſtimari & ab hominibus aduentantibus in dies cæpit ſingulos ſublimius venerari, religióque in ipſum ab omnibus increſcere. Quapropter fuit ibi iubente Salomone, iniectum in magnam foueam; vel in domo ſaltus Libani vt dicitur ab aliis, pro ponte per contemptum, quò pedibus tranſeuntium hâc illâc ſubſeruiret, in riuo quodam poſitum; quouſque ad Regem ipſum Regina Sabba veniens, & ſpiritu prophetico virtutem ligni noſcens, eidem enuntiauit, in illo fore aliquem inſontem perimendum, in mulctam cuius mortis periret regnum eius. Quod Salomon percipiens in foueam fecit ipſum prædictam deturbare. Sed Dominica Paſſionis iam tempore accedente, ibidem terra crepuit, atque hac ex occaſione piſcina, de qua agit Ioannes facta eſt; ſeu iſta facta iam, diuinitus apparuit, ſupernatauitque in ea hoc lignum venerabile, ad quam ſecundum tempus reſpectu eiuſdem ligni Angelus Domini deſcendebat, & mouebatur aquas; poſt cuius motum primus in ipſammet deſcendens à quacunque teneretur infirmitate ſanabatur; quod lignum Crucifixores idoneum, & quaſi à cælo demiſſum reputantes, de eo Crucem Domini, vt de theſauro pro re illa feliciter inuento latiſſimè pararunt.* Hæc illi, plus deuotè, quam ſolide ad rem tantam, cuius ego traditionis principium non agnoſco; quamuis tamen non diffitear, ſed potius lubens fatear; & iſtam magnis cauſis debere ſic narrari, & ipſum lignum Crucis à longo valde tempore ſelectè deſignari, & hominibus tã figura quam pariter ſucceſſu non parum ſingulari, ſeu multis ac mirandis monſtrari & intimari; ſic enim tam per grandis materia poſtulabat. Quibus celebris Clement. de Reliquiis & vener. Sanctorum ſuffragatur, dum ait inter alia; *O digna, & nunquam intermittenda memoria in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrúmque interitum interiiſſe, ac lignum viuificum ligno Crucis affixum, fructum nobis attuliſſe ſalutis.* Quæ quidem verba vltima præſentem rem confirmant, ſi lignum quod viuificum affixum ligno Crucis in verbis iſtis dicitur, de vitali quaſi arbore, vt poſcit congruentia, affixa vitæ alteri, velimus explicare. Quod vtique ſi verum, myſterio magno gaudet; Adam etenim in Caluario, vt ſuo dicam loco, ſortitus eſt ſepulchrum; ac ideo lignum Crucis ex illa vitæ arboris ſtirpe tranſplantatum, vel ex triplici grano illiuſmet ſementis, vt alibi inuenitur dediſſe Setho Angelum, ibidem ſeminatum, in ipſo fuit loco tam natum, quam coalitum; vt ibi vitæ plantæ plantatio reuiuiſceret, vbi poſtea vera vita pro nobis vitam funderet, & mortem crucem ferret.

Crux vitæ noſtræ arbor. — *P. Comeſt. Lyranus. Bonauent.* — *Ab arbore vitali vt Crux dicatur nata.* — *Ioan. 5. 4.* — *Piſcina an propter Angelum vel Crucẽ medicarit.* — *Clem. Vnica de Reliquiis.* — *Crux nata atque coalita in ipſo Crucis loco.*

Mirum equidèm & diuina ſapientia factum plenum; quæ ſanè etſi per Gloſſam initio iſtius numeri à Cruce diuidatur, hoc modo per quam verè cum illa copulatur. Vnde Apoſtolus ſapientiam cum Cruce ſic ligauit; *Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Et merito, cum Crux virtutum ſit ſchola, vbi angulis in quatuor è quibus ipſa conſtat, latitudo, & longitudo, ſublimitas, & profundum amoris Chriſti diſcitur, dicente eodem Paulo; *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum; ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Latitudo, quò ad omnes ibidem reſerata, de qua loquitur Matth. à verbis quæ incipiunt; *Venite ad me omnes*, vſque ad iugum, quod eſt Crux Diuini iſtius vituli, pro nobis ſummæ gratiæ deliciis ſaginati, ac ibi in holocauſtum amore concremati; & Chriſtus in Ioanne; *Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Longitudo, quò ad maiores, & longitudine maiori repletos delictorum oſtenſa, & primo loco incepta peccatores; dum pro ſuis inimicis orauit ante omnia; *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Sublimitas, quò ad Regnum exinde bonis datum; *Hodie mecum eris in paradiſo;*

Crux thronus ſapientiæ, & vnde nobis hæc docetur perfectiſſimè. — *1. Cor. 2. 2.* — *Eph 3. 18. 19* — *Matth. 11. à n. 28.* — *Ioan 12. 32.* — *Luc. 23. 34.* — *Luc. 23. 43.*

Quid Cruci cum iudicio, & quale in ea factũ, ac tandem faciendum.

Ioan. 12. 31.

Matt 24 30

Profundum, quò ad pœnam latroni impænitenti, & in eo cunctis prauis ex eodem Crucis Chriſti tribunali adiudicatam. Vnde in Cruce factum eſſe iudicium mundi ſcimus; *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, &c.* Et tandem faciendum iudicium mundi vltimum. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo*; quod cantat & Eccleſia; *Hoc ſignum Crucis erit in Cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.* Rectéque ibi fiet iudicium profundiſſimũ tam bonorum prædeſtinationis, illorum ſine merito, in amore quo Dei Filius in Cruce mortem ſubiit; quã malorum condemnationis, ab illis valde meritæ; in rigore, quo ibidem tam diram mortem tulit, nam culpa quę immenſo, & immenſæ ſanctitatis ſubiecto necem intulit; cámqoe non qualemcúnque, ſed ſimul prę moltitudine tormentorum pęnè immenſam; quid mirum ſi nocentibus & prauitati ferè immenſæ non paucies irrititos, ſine menſura quoque infligat ex æquo cruciatus? Et hæc omnia charitate ſcientiæ mundi omni ſupereminente Redemptoris, vt modò dixit Paulus, omnimodè peracta; quod valde mirum eſt, & aptum, vt nos in Dei amoris, ac rigoris, & illius iudiciorum volantium à mente noſtra iniiciat plenitudinem, *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* E quibus nimis Crucis pateſcit ſapientia, & quantùm Cruci iſta naturalitet inhæreat, ac item in paradiſo Eccleſiæ vitæ arbor conſiſtat perfectiſſime; ſeu iſtam ſapientiam, ſeu Crucem tu accipias.

Epheſ. 3. 19.

44. Hanc etiam in Euchariſtiæ inuenies paradiſo, dum dicitur de illa in them. ſecundo; *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Vbi Lyra per paradiſum Eccleſiam intetpetratur, & per lignũ Chriſti corpus, in iſtum loquens modum; *Cuius Diuinitate Beati reficiuntur interius, & eius humanitate exterius, ſecundum quod ait Auguſtinus exponens illa verba*, Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Hæc ille; quo lucidius Rupertus in hunc locum. *Dei mei dixit*, (inquit Abbas) *pro natura carnis noſtræ, quam aſſumpſit; nam pro natura ſuæ Diuinitatis dicere potuit*, Quod eſt in paradiſo Patris mei. Et infra enucleatius. *Sed nunquid vt reſurgamus, & viuamus in æternum de illo materiali ligno eſt edendum? non vtique; ſed qui manducat (inquit) carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Chriſtus nanque lignum vitæ eſt, cuius & in cæleſti paradiſo viſione, & in præſenti Eccleſia corpore, ſanctæ paſcuntur animæ.* Quos præceſſit Auguſtinus in lib. de qq. ex vtróqoe teſtamen; ſequuti verò ſunt Paſchaſius cap. 1. de Corp. & ſang. Do. & Anſelmus Apocalypſis producta pendens verba.

Apoc. 2. 7.
Euchariſtia lignum vitę.
Lyranus.

Rupertus.

Auguſtin.

Paſchaſius.
Anſelmus.

45. Nec potes à Virgineo paradiſo lignum hoc deficere, & abeſſe. Nam de ea Bonauentura in eiuſinet ſpeculo huiuſmodi ſe habet; *Maria eſt arbor ſalutis, quæ mundo portauit ſalutis fructum; iuxta Bernardum, qui exclamat* O verè cæleſtis planta, pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis; ô vere lignom vitæ, quod ſolum fuit dignom portare ſalutis fructum! *quem multi ex ſalutifero in tiſirum faciunt; vt dicitur in Amos*; Fructus iuſtitiæ in abſintbium. Et verò tale lignum, vt vitam ſimul dedetit vtrique paradiſo; nam vtérque, ſi attendas, ruinam paſſus eſt, & neuter iſtam valuit curare, & reparare; nec etenim terrenus potuit hominem poſt lapſum ſeruare & continete; nec pariter cæleſtis ad ſe ipſum teuocare, atque ſedibus reſtituere ſpiritus collapſos, donec Mater Dei aduẽnit, à qua omnis Beatorom, iuſtorúmque, in terra, eſt facta reparatio; vnde aſſerit Vſſona 1. p. in Miſſus eſt cap. 12. *Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.* Enoch interpetratur diſciplinatus, & eſt Filius Dei, ſuper quem facta diſciplina acerba pacis noſtræ. Hic placuit ab æterno Patri ſuo, Pater autem tranſtulit eom in Virgineum paradiſum pro reparatione primi hominis proſtrati in paradiſo; vt hominibus ſicut fecit denuntiaret pœnitentiam.

S. Bonau.

Maria lignum vitæ.

Amos 5. 7.

Vſſona.
Eccl. 44. 16.

Dei Mater paradiſus terrens reſtauratrix, & pariter cæleſtis.

Pereutramus tamen ligni vitalis qualitates à n. 21. ſuperius indicatas; aptemuſque eaſdem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ex qua arbor talis habuit, vt vitam in Chriſti corporis figuram dare poſſet; ſicut lib. de paradiſo p. 1. cap. 22. ſcribit Moyſes Barcepha: *Iacob ſangenenſis dicit, fieri poſſe, vt arbor illa vitam allatura fuerit immortalem Adamo, ſi de ea comedisſet; propterea quod myſterium Chriſti in ea lateret; ac proinde occulta quadam efficientia ipſius fructus, ramique pollerent; cum Chriſtus ipſe ſuapte natura vita ſit, ac vbicunque ille adeſt in propinquo, illinc longè abſit mors.*

Moy. Barcę.
Ab Euchariſtia vitæ arbor vim habuit dandi vitam.

De vitæ arboris Euchariſticæ veritate corporalitate & ſingularitate longè vnica, in indiuiduo ſuo proprio.

46. DE veritate primo loco ſe offert diſquiſitio, quæ à plurimis & optimis patronis affirmatur; quorum primus Theologorum ſit apex Auguſtinos, qui 12. contra Fauſtum non ſolum vitæ lignum, ſed etiam matrem omnium viuentium nuncupauit Sanctiſſimam Euchariſtiam; *Eccleſia, quæ de viri ſui latere facta eſt, Eua, id eſt, mater viuentium vocatur. Etenim Dominus dicit in Euangelio; Si quis non manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit vitam in ſe. Ergo è contra qui bene ſumpſerit vita fruetur æterna.* Secundus D. Tho. opuſc. 58. in cuius primo cap. appellat *vitæ fructum* hoc ipſum Sacramentum. Tertius vero *Vitæ corpus* hoc nominans edulium Guitmundus lib. 2. de iſtomet myſterio. Quartus S. Algerus lib. 1. cap. 15. quo loci *Vitam ipſam* hunc noſtrum cibum dicit. Quintus tandem poſt quammultos antiqoos & in cunctis illuſtris Cyprianus; qui ex mala perceptione tam ſancti ligni vitæ, vt paleam derelictam à grano ponderoſo, & hominem exagitatum à ſcelere patrato, prius tempore deſtinato

S. Auguſt.

Euchariſtia quot nominibus dicatur vitæ arbor.

D. Tho.

Guitmuod.
Algerus.

ad

ad mortem cucurrisse ferm. in Cœn. Dom. scribit traditorem: *Non dum Iudas (ait ille) diabolo inuadente egredi cogebatur, sed vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatum intrauit; parricidalis animus vim tanti Sacramenti non sustinens, quasi palea ex area exsufflatus est, & preceps cucurrit ad proditionem, & pretium, ad desperationem, & laqueum.*

S.Cyprian.

47. De corporalitate ligni huius, cum corpus Christi sit, nil potest controuerti; at de vita quam largitur æterna bene quit propterea dubitari, quia corpus est palpabile, & omne quod palpatur, Gregorij iuxta mẽtem hom. 26. suapte est corruptibile; *Corrumpi necesse est, quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur.* Quî ergo potest fieri, vt corpus hoc palpabile, & tamen vitam valeat donare incorruptibilem, ac planè sempiternam, Respõdeo: modo duplici. Primo, quia sub hoc cibo se offert non palpabile, sed tactui, & cuique sensui omnino inaccessibile, dum aliena sub specie humanis occultatur, illorúmque deludit quamcúnque perspicaciam. Secundo, quia quamuis palpabile offerretur, æternam vitam daret, non vtique ex virtute ingenita ipsi corpori, palpabili, ac per consequens interea corruptibili, sed potius Diuinitati, quæ corpus sibi ipsi hypostatice ligauit, cuius equidem instrumentum idoneum versus homines, vt res ab ipsa humana substantia comparata est verè Christi corpus; ex voce D. Tho. 3. p. q. 7. art. 1. ad 3. & q. 13. art. 2. quapropter dixit Dominus; *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, id est, in mundi vitam; nimirum quia hæc caro pro vita mundo danda, est medium instrumentale; nam caro à Verbo sumpta canalis Verbi est respectu carnis nostræ, cui venit vitam dare. Quæ verba Sanctus idem opuscul. 58. cap. 23. sic vitæ carnem Christi in nostram viam facit; *Sicut enim puer paruulus per cibum corporalem crescit magnitudine, robore, & decore, ita crescit Fidelis per cibum istum*; & ibi paulo supra trifariam vitæ causam. *Nec solum ab æterna morte, quæ est in inferno, sed etiam ab illa quæ fuit in limbo virtute corporis Christi liberatur; & insuper hac breuis mors corporis in vitam æternam, quæ est in cælo eidem commutatur.*

Gregor. in Euangel.
Palpabile corrumpitur; & quod non corrumpitur, non palpatur.
Humanitas Redẽptoris Diuinitatis instrumentum.
D. Thom.
Ioan. 6. 51.
D. Thom.

En in corpore Christi corporea vitæ arbor. Nec male, cum de illo per *vt* quod est aduerbium causale sic dicatur in verbis precedentibus; *Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducet, non moriatur.* Ac si diceret, descendens de terra mortis nescia, æternúmque viuentium, vt quicunque eo vescantur in terra morientium, æternam vitam habeant; quo circa superadditur; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Si quis nanque, est conditio, qua optimè adimpleta; mox promissio vitę facta effectum sortietur. Et consequens, vt panis, qui viuus, vitam conferat; & qui pariter de cælo ad opus hoc descendit, cęlestem atque perennem infundat nobis halitum; quemadmodum Toletus in istum modum ait. *Ego sum panis viuus; si ergo panis sum, manducantem pasco, si viuus sum, vitam præsto; si viuo, vitam immortalem & æternam, eandem viuere alios facio. Et ideo si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Nullum igitur preter istud donabit vitam corpus, nec istud hanc non dare natura sua poterit; quamobrem licet corpus, palpabiléque sit, est arbor vitę vera, tam valde, vt palpabiliter hoc quasi mens agnoscat; exclamans cum Apostolo *Dominus meus & Deus meus*; ac ideo vita mea. Vnde benè à Guitmundo paulo supra memorato vocatur *Vita corpus.*

Ioan. 6. 50.
N. 51.
Cardinal. Toletus.
Ioan. 20. 28.

48. De vnitate eiusdem corporis nunc intrat meditatio. Hæc autem corpus hoc ex verbis D. Pauli deducit esse vnicum. *Vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus*; id est, de vno corpore sub pane cunctis dato. Qua in re multum vnitas precedit vnitatem, hęc nempe priscã illam antiquæ vitæ arboris. Illa nanque in indiuiduo quantumuis esset vna, in pomis erat multiplex. At corpus Christi vnicum, etsi illius sint species duæ, & multæ, & ipsum ob eas positum in multis simul locis; velut 1. Enarrat. ad n. 40. abunde satis tetigi. Quocirca magis isti quam illi cedit arbori, quod Venetus in Harmonia Cant. 1. tono 5. cap. 15. sic profatur: *Vnde arbor vitæ in medio paradisi situata, quæ vitam omnibus præstat vnica est, & tamen Hebraice dicitur* Hezchaijm *id est, arbor vitarum; quia ipsa vnica diuersos vitæ radios in alia diffundit.* Et verò si diuersos diffundit vitæ radios singularis vitæ radix ostenditur hic cibus; sicut grauidis & verbis notatu lento dignis ad vocem Canticorum; *Sicut malus inter ligna, &c.* Gregorius magnus indicat; *In solo Christo cibum salutis, quoties quærimus, inuenimus. In eius verbis & exemplis animas nostras cibo suaui & salubri reficimus. Ipse quippe lignum vitæ, quam nobis tribuit. Ipse est, qui dum nobis semetipsum inspirat, animam pascit. In cæteris verò si quid refocillationis inuenimus, non quod illorum, sed quod Christi est, ab illis sumimus; quia quidquid in eis præter Deum est, mortiferum nobis proculdubio reperimus.* Hæc ille; qui premiserat quod melius fini seruit; *Merito ergo per malum Christus, per syluestria verò ligna cæteri homines figurantur.* de quo S. Martialis epistol. ad Burdegalens. si vacat, videatur.

1. Cor. 11. 17.
Vt arbor vitæ vnica, sed magis Christi corpus.
Venetus.
Lignũ vitæ & corpus Christi vt arbor sint vitarum.
Cant. 2. 3.
S. Gregor.
Fons vitæ sõlus Christus, at mortis quæque alia.

Si autem tu exquiras, cur tantum à Christi corpore mortalium vita fluat, hanc scias causam esse, quia vita ab vno fonte hauriri solùm debet; ne origo, vel principium creationis vitæ animæ multiplicari & variari (quod neutiquam possibile) vtcunque videatur. Hinc à Patre dumtaxat dimanat vita omnis, vbicunque in creaturis sparsa inueniatur; vt pulchrè D. Tho. ostendit 1. p. q. 18. ar. 3. A Patréque per Filium in omnia deriuatur, vt clangit cæli Aquila; *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat*; id est pro ipsis omnibus quæ vita sunt in illo, donandis vitæ lumine. Hic autem corpus sumpsit, & sumptum comedendum sub isto pane dedit, quo per corpus Filij Dei cibati

Fons vitæ in Eucharistia cur Filius Dei solummodo.
D. Thom.
Ioan. 1. 3. & 4.

vitam noſtram cum illa Patris ſui in vnum iungeremus, ac per ipſum Patrem Deum, totius vitæ fontem hoc modo viueremus. Quod Chriſtus non obſcurè inſinuat, ſiue

Ioan, 6.58.

potius demonſtrat in Ioanne; *Sicut miſit me viuens Pater*; id eſt, Pater omnis vitæ, qua viuit per ſe ipſum; *Et ego viuò propter Patrem*; hoc eſt per Patrem viuo: *Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, nimirum, mei corporis reſpectu & efficacia, quod tantam rem efficiet, & vitam talem tribuet, illo tantum interiacente diſcriminis in hoc, vt ex Patre per illius naturam viuat Chriſtus, nos autem ex ipſo Patre per ſolam illius gratiam, hanc verò Chriſti corpore in cibo diſpenſatam, non enim Chriſti corpus habemus in re alia; de qua Hilarius de Trinit. lib. 8. prope medium.

Amorem propter Chriſti vt con ſita Euchariſtia.

Verumtamen moraliter non poteſt litigari, boc ita factum eſſe pet ſolum Chriſti corpus, vt cordis toris iaculis in Chriſtum iaciamur; propterea nanque fuit hęc menſa ſtabilita, quò illius pręparator, & dulcis inſtitutor ardentius amaretur; quẽadmodum

Ludolphus.

Ludolphus in ſuo vita Chriſti p. 2. cap. 56. grauiſſimus eſt teſtis. Et rectè, cum Deus dari hominibus in cibo, ſit cibus amatorius, amotis patens eſca, & hamus ineſcatus ad homines in ſe trahendos potentiſſimus. Cui

Balearibus qui mos ad bene iaculandum.

etiam Balearium exemplò indigenarum non male concitamur; hi enim vt ſuos filios fundibularios ſummos facerent, eis panem ſuperimpoſitum arboribus donabãt, quò eum fundæ ictu ad terram deducentes, ſic ſolum manducarent, & lapidum iaciendorum, vt

C

Florus.

Florus auctor eſt lib. 3. cap. 6. petitos ſeſe redderent. In alto vitæ arboris Euchariſtici alimenti offertur nobis panis, oportet illum apprimè amore collimare, vt vnicus hic cibus affectu quoque vnico tam bene confixus, quam etiam modo iſto decenter deturbatus, ad manúmque pertractus, proficue manducetur.

De Euchariſtiæ vitæ arboris ſpecie venuſtiſſima.

49. SVfficeret rei iſti vulgatum Vaticinium; *Quid autem bonum eius, & quid*

Zachar. 9.17

pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? niſi eandem veritatem tam multa roborarent, vt ex illis delibare nonnulla ſit neceſſe. Pulchriores &

D

Dan, 1.15.

pinguiores apparuerunt vultus teneri illorum puerorum, qui intuitu pœnitentiæ pro populo captiuo leguminibus dumtaxat cibari flagitarunt in aula Babiloniæ. Vnde

Pulchriorẽ quantum faciem efficiat Euchariſtia.

tanta pulchritudo in carne carnis neſcia? in pueriſque famis aculeo propter ſuum calorem, pluſquam alij ſuapte terebratis? Ex dolore & pœnitentia qua ipſi parabantur ad noſtrum Sacramentum. Nec mireris ante illud ad illud pręparatos; quia cibus Angelorum in corpore Dei hominis, vt air Rex

Pſal. 77 25.

Propheta, eſt ſane hoc alimentum; & per Angelum atque hominem allata fuit eſca

Dan. 14.37.

Danieli iſtorum ſocio, cum ætate poſt ma-

A

iori in lacu rugientium eſurie quateretur; vt melius appareret cui prandio parabatur, & tunc, & longe antea cum aliis conſodalibus. A quo ita pulchritudine creſcebant illi pueri inedia conflictati; de quibus hancce cauſam aſſignat Hugo dicens; *Quia eos ſatiabat panis, qui de cælo deſcendit, id eſt, refectio ſpiritualis de cælo eis miſſa; & Filius Dei interius paſcebat illos.*

Hugo Car.

Qui, nempe, magis fame aduentus Redemptoris quam panis vexabantur; cùm ex illis principalior, nimirum Sanctus Daniel hac ſiti & deſiderio deſideratum à cunctis panem hebdomadarum trium tempore,

Dan. 10.3.

quod certè mirum eſt, nullatenus comedit; ſed potius panem mæſtum perennium lachrymarum, quibus iugiter profuſus continuè & nimis anxie à Deo hoc poſtulabat;

B

donec voti ſui compos diuinitus eſt factus, & ab Angelo de hac re ſolatus & perdoctus; atque vir deſideriorum ab eo nuncupatus; videlicet quia pani deſiderato ab vniuerſis, ipſe Chriſtum deſiderabilẽ præpoſuit ſuper omnia, ſic ſer. 65. de tẽp. Auguſt. *Daniel ideo* (inquit ille) *vir deſideriorum appellatus eſt, quia panem deſiderij non comedit, quia magis Chriſtum quam epulas deſiderabat.*

S. Auguſt.

Quapropter iſte panis reddebat illum pulchrum, qui pro eo non dubitabat ieiunio ſe exponere, quo facies non ornatur, ſed macie diſcolori fœdatur, deturpatur.

Idem contigit in Cant. ſponſæ venuſtiſſimæ quæ ait de ſe ipſa; *Introduxit me Rex in cellam vinariam*; id eſt, in vinum iſtud Euchariſtici myſterij, à multis in hoc loco pro

Can. 2. 4.

cella ſubſtitutum; quamobrem paulo infra Rex ipſe, tantæ ſponſæ ſponſus, dixit illi; *Oſtende mihi faciem tuam* Sed faciem cur tunc

N. 14.

eius deſiderat videre, non ante vini domum? quia viſu tunc eſt dignior, cum vino Sacroſancto tubeſcit & pulchreſcit eximia pulchritudine; quemadmodum in Natiuit. Deiparæ Mariæ 2. Conci. inſinuat per hęc verba egregius Damianus; *Quia poculum ſalutaris lætitiæ agni ſanguine temperatum proponitur in Eccleſia. Qua poſtquam in eam ingreſſa eſt, oſtendere faciem iubetur.*

S. Petrus Damianus.

Hincque panes propoſitionis, quos vmbram noſtri panis fuiſſe nemo ambigit, facierum dicti ſunt; quia

Facierum cur vocati propoſitionis panes fuerint.

pręter quæ à multis de nomine hoc traduntur, hunc panem illi ſignabant, cui facies duplex eſt, & vtraque pulchetrima; vna quidem humanitatis, de qua Propheta Rex; *Specioſus forma præ filiis hominum*; alia vero Diuinitatis, de qua in Sapientia; *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.*

Pſal. 44.3.

Sapi. 7.26.

Quod etiam Rabbi Iudas, ex choro oppoſitorum, de iſto pane ſenſit, dum dixit ſup. Numer. ad cap. 28. *Magiſtri aiunt eam ob rem dictos eſſe facierum, quia in ipſo Sacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas.*

Rabbi Iudas.

Parcè tamen panes illi figurant Euchariſtiam, ex eo quod hæc facies non tantũ pulchras habeat, ſed eas tales faciat; quam rem facili inductione huiuſmodi cõfirmo. Nam in panis alimento locatum Sacramentum, omnes panis proprietates oportet vẽdicare, & ſecum nobis dare. Delectat, auget, nutrit,

Vt nam panis vſitatus, Euchariſticúſque maximè efficiant pulchram faciem.

trit, & alias quasque velis, de quibus in hoc opere non paucies fiet mentio. Sed sic est, quod & panis ad faciem decorandam non modicè conducit, ego pariter & Sacrum in pane ministratũ ad idem proculdubio quãualde potens erit. Consequentia per se patet, antecedẽs vero claret, ex iugi experientia, qua scimus pane madido mulceri cutem hominis, & teneram atque nitidam plus solito constitui, nouari, & splendere; quę vultus sunt decoti præcipuè qualitates, à multis nunc proh dolor! disertis siue potius deceptis Christianis, & pane & rebus aliis eisdem turpioribus, vt veræ frequentaræ; cum ab Ethnicis Scriptoribus Imperatori quoque Ethnico hoc summo detur probro; videlicet Othoni, de quo ita Suetonius in eius vita narrat; *Faciem quotidie pane madido linire consuetum; idque instituisse à prima lanugine, ne barbatus vnquam esset.* Et Iuuenalis de ipsomet in Satyra 2. quod hodie inuerecundè comẽtibus se potest cum lachrymis aptari;

Faciem viris Christianis componere quam turpe.

Suetonius.

Iuuenalis.

Ille tenet speculum patici gestamen Othonis
Actoris Arunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atque recenti
Historia, speculum ciuilis sarcina belli;
Nimirum summi ducis est occidere Galbam;
Et curare cutem summi constantia ciuis,
Et pressum in faciem digitis extendere panem;
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mæsta, nec Actiaca fecit Cleopatra Carina.

Belli viri se comentes peroptimè obiurgati.

Præterea, quod splendor decoræ faciei candore atque rubore cum gratia attemperatis idoneè consummatur. At candidus & rubicundus hic Christus, necnon gratia illius manducatur. Non igitur obdubites, manducãtes suos pulchros omnino constituere; cuius candor, continentia; innocentia, mores candidi; rubor autẽ verecundia, & charitas sunt duplex, nimirum Dei & proximi. Quæ pulchritudo quò interior, eò verior & securior; ac gratior, siue gratiæ ipsius manet gratia. Verior, quia non dependet à pellis venustate, sed ab intima & voluntaria personæ bonitate; securior; quia nullis temporalibus iniuriis mutatur, vel turpatur, gratior autem, seu amatior, quia ista tantùm noscitur amore vero digna, & quæ etiam amoris sudo securè possidetur; cum in alia velut maris & praui amoris mundi, fluctus vndique, & procellæ, ac sæuæ tempestates obmurmurent non paucies, & sępius nimis furiant. Vnde & Dominus per Psaltẽ hanc amat & collaudat; *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus;* At gratiæ tandem gratia, quia si virtus pulchra fit ex corpore venusto, vt Ænei. lib. 5. scribit Mantuanus;

Cant. 5. 10.

Pulchritudo quænã vera, illiúsq; encomia.

Psal. 44. 14.

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

Virgilius.

Venustas cur non crescet ab ipsamet virtute, seu à corpore virtutibus, quæ nunquam solæ sunt, sed multæ semper simul ligatæ & sociatæ, natiuè decorato? Crescit sanè; hincque scribitur de fœmina salute afflicti sui populi ab hoste circumsepti; *Cui etiam Dominus contulit splendorem;* id est, gratiam exteriorem interiori superaddidit, vt dicitur à Glossa; quia à gratia interiori exterior

Iudith. 10. 4

A plus coruscat. Si ergo pulchrã faciem componere conaris, fac illud quod de Socrate instruente quendam iuuenem sic refert Apuleius; *In speculo te ipsum contemplare; & si pulcher appareas, ea fac quæ decent pulchrum; sin deformis, id quod faciei deest, honestate morum supple* O si potens quis eloquio, pulchritudinis studiosis mulieribus tam multis hoc posset intimare! videlicet, vt istam à virtutibus & maximè ab Eucharistiæ sumptione decenter frequentata, dumtaxat vellent sibi, non secus comparare! quam verior ista foret! quam firmior! quam venustior! quã à cladibus & periculis quotidianis alienor! Venite ad panem hunc, & certè pulchriores ab illo recedetis, dicentes cum Agnete; *Et sanguis eius ornauit genas meas.* Nullum etenim

Socrates.

Consilium ad pulchritudinẽ perfectã consequendam proficuum mulieribus.

B ornamentũ huic valet comparari. Hoc verè pulchras faciet, & amore quẽ sitiris abunde exsatiabit; contentæ nanque eritis amore coniugali, qui cælestis beatitudinis species est in mundo, dicente Eccles. *Mulieris bonæ beatus vir.* Sunt etenim Beati in puta cæli gloria, & puri sunt æqualiter in meta terræ pace, quæ nempe terræ est gloria; cum gloria & pax ab Angelo vicissim enuntientur; *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus;* nam gloria pax est cæli; & pax terrena gloria; sicut amor impurorũ inferni diri atrium, vel aula iudicabitur; non paucies malis flammis excrucians coniugatos, vt dicitur patenter in lib. Cant. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.*

Ecclesi. 26. 1.

Coniugati vel beati, vel viui iã damnati ad pœnas inferorum.

Luc. 2. 14.

Cant. 8. 6.

C *De appellatione vitæ arboris, rationes propter septem, Eucharistiæ summè debita; & prima, quia vitam largitur sempiternam.*

50. NOn ad vitam super terram, quæ aliquãdo vel vitali haberet ligno finem, suadearis Eucharistiã vocari lignum vitæ, sed ad aliam super cælum perpetuò summis gaudiis rẽpletam traducẽdam. Nec etenim post culpam per cibum cõparatam, & morte minitatam non mori congruebat; imò potius per Dei gratiam infusam cibo alteri decebat vitam nos ęternam possidere; vt nec pœna suo effectu, nec hominũ creatio priuaretur fine iustè prætento & ordinato. Quæ veritas ex ipsius promissione Sacramenti clarissimè innotescit; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum;* & ex Augustino sup. Ioann. hæc verba elucidante; *Ne autem putarent* (scribit Sanctus Doctor) *sic in isto cibo & potu promitti vitam æternam, vt qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur, huic cogitationi dignatus est occurrere. Nam cum dixisset; Qui manducat meã carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam;* subiunxit immediatè; *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Et ex S. Bonauent. cap. 16. in Virgi. speculo; *Optime* (inquit) *fructus iste dictum est lignum vitæ, quia sicut lignum fuit ad conseruandam vitam naturalem in paradiso terrestro,*

Eucharistia vi sempiternã non propriè vitam terræ primariò largiatur.

D

Ioan. 6. 51.

S. August.

S. Bonau.

ſic Chriſtus ad conſeruandam vitam æternalem in paradiſo cæleſti. Quoa longiſsimè præceſsit Epiſt. 15. antiquiſsimus & pariter Sanctiſ-

S. Ignatius.

ſimus Ignatius; vbi *Pharmacum immortalitatis, & ſymbolum reſurrectionis* appellat Euchariſtiam; quia propria illius virtus æternam vitam reſpicit, quamuis etiam naturalem non rarò ſecum proroget, vt infra demonſtrabitur.

Quare phasmatum immortalitatis dicatur Euchariſtia.

Secunda, quia ipſa præ eſſentiam vita eſt.

51. HOc claret, quia ſupra ad n. 48. origo vitæ extitit; hincque tempore Auguſtini, non aliud niſi *vita* communiter & ſimpliciter ab omnibus in Africa (Euchariſtia ſicut hodie) hoc Sacrum dicebatur; vt teſtatur idem Sanctus lib. 1. cap. 24. de peccatorũ meritis; & in Commentar. ſup. Ioan. tract. 26. Cui bonæ & Chriſtianæ conſuetudini loquẽdi Remigius addi poteſt, Epiſcopus Rhemenſis, vbi Reges Chriſtianiſſimi vnguntur ſacro oleo; in calice qui hucúſque ibidem conſeruatur, & iuſſu perantiqui ac optimi Prælati iuſcriptum verſum continet;

Vitæ eſſentia in Euchariſtia.

S. Auguſt.

S. Remigius.

Hauriat hinc populus vitam de ſanguine Sacro.

Ergo ideo panis vitæ hic cibus nuncupatur; quia vitam per ſe habet, & ipſe per ſe viuit, ac cibus viuens eſt à cælo vitam trabens; ſeu à Domino cælorum, qui vt cauſa tantæ rei ſic ait de ſe ipſo; *Ego ſum panis viuus*; videlicet, à me; *Qui de cælo deſcendi*; ſeu veni voluntariè, & etiam libentiſſimè, non cadens velut manna, ſed vtique deſcendens; in quo magna differentia, de qua agemus alibi.

Ioan. 6. 51.

Tertia, quia donat vitam per Chriſti humanitatem.

52. COrporalis erat arbor, quæ vitam cunctis culpa remota planè daret. Vnde rectè vitę arbor vocatur Euchariſtia; quia vitam non per Chriſti diuinitaté, ſiue animam, ſed directè per illius bumanitatem corporalem hominibus impertit. Quocirca corpus corpori, & cibo cibum Chriſtus corporeum ſic oppoſuit; *Operamini non cibum qui perit; ſed quid permanet in æternum; quem Filius hominis dabit vobis*; id eſt, in quantum homo, in ſui humanitate. Quæ veritas inferius his verbis roboratur; *Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*; nam caro corpus exprimit, ab alia quauis re, quantopere eſt poſſibile, abſtractum & ſeparatum. Non quidem quod hæc caro aſſumi per ſe debeat, exuta à Dei Suppoſito, ſed illi colligata; vt indicant hæc ipſa adducta teſtimonia; in primo nanque additur; *Hunc enim Pater ſignauit Deus*; id eſt, Diuinitate; & ſumet eſſentia; nã Diuinitas & Deus eſt vna tantùm res; in alio verò dicitur *Caro mea eſt*; hoc eſt, non quæuis caro; nec quouis modo ſumpta; ſed caro mea solùm; Suppoſitóque meo, quo ſubſto, vinculata. Qua de cauſa

Ioan. 6. 27.

Ioan. 6. 51.

Vt vita ex Chriſti corpore directè, non ex eius Diuinitate deriuetur.

A ante locum huiuſmodi ſentẽtiæ locatur illa alia; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*; At de cęlo non niſi Diuinitas deſcendit, Euthymij iuxta mentem relati à Maldonado, in Ioannis cap. 6. n. 89. Ergo ſola caro Chriſti ab illo poſt expreſſa, ſed Diuinitati in eius verbis inſinuatæ aſſociata, hanc vitam ſecum affert. Maldonatus ſic ſe habet; *Panis eſt etenim quatenus homo, ſed vita, id eſt viuificans, quatenus Deus; & ideo primum egit de diuinitate deſcendente; nam propter coniunctionem hypoſtaticam cum illa, caro Chriſti vim habet viuificandi homines, vt Cyrillus ait.*

Maldonat.

Locus verò Cyrilli hîc vltimo allegatus, qui ſanè in re præſenti eſt valde capitalis, lib. 4. cap. 17. habetur in Ioan. vbi multa de Diuinitatis cũ humanitate coniunctio-

S. Cyrillus.

B ne, de nexúſque huiuſmodi innata efficientia appoſitè rimatur. Et inter alia, propter hoc per feretri contactũ filium viduę Chriſtum Dominum ad vitam reuocaſſe, vt palam carnis ſuæ potentiã demonſtraret; quæ ideo nihil mirum ſi tanta vi prępolleat, cum Deo ſit vnita; quæ vnio præter illam eſſentialem Trinitatis excedit omnes alias. Si autem ferrum igne igneſcit, & fit ignis, ex calore, qui breuiſſimè tepeſcit & extinguitur, quid non faceret humanitati Diuinitas vnita, in ſubſtantiáque Diuinæ perſonæ vinculata? Tanta fecit, vt non ſolum contactu vitam dederit, ſed pariter affatu, & vocis ſuæ ſonitu; vt optime perpenſum inuenies per Vſſunam in p. Occidentali in feria filij viduæ, qua ille ſic profatur; *Audi-*

Cur Chriſtus aliquando contactu carnis ſuæ in miraculis ſit vſus.

C *uit iſtam vocem infernus, & contremuit. Nam quia caro Chriſti vnita eſt verbo Diuino, & virtuti Deitati eius; ideo tam potenter perſonuit, vt infernum ipſum percuſſerit ſonitu ſuo grandi. Sed ô Rex cui omnia viuunt, mortuo loqueris? Potens quidem Dominus eſt de lapidibus facere filios Abrahæ; & ideo non eſt mirum, quod mortuo imperet ille, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Igitur, quia iuſſio Chriſti vrgebat, anima illa properat, & feſtina reuertitur ad corpus, & per illum, qui inſpirauit in faciem primi hominis ſpiraculum vitæ, reunita eſt corpori, & accepta vita reſedit qui erat mortuus, & cæpit loqui.* Sed melius in ſerm. de Lazaro ſuſcitato, per Chriſtúmque à mortis vocato regione, in iſtum modum loquens; *Ideo teſte Auguſtino, nominatim dixit Chriſtus*, Lazare

Vſſuna.

Luc. 7. 14.

Quã potẽs Chriſti corpus ad vitã nobis dandam; quod mirate probatur.

D veni foras; *quia tanta erat virtus vocis eius, quod pariter omnes mortui cogerentur exire, niſi per expreſſionem nominis, virtutem ſuam ad vnum determinaſſet; ſicut quando Rex vocat ſeruos confuſè, niſi ſignanter aliquem exprimat, ſtatim accurrunt omnes. Vnde prodiit incunctanter qui erat mortuus; ac ſi diceret;* Ecce ego quia vocaſti me.

Cur Lazarus nominatim à Chriſto ſit vocatus.

Ioan. 11. 44.

Quarta, quia vitam corpori non rarò ſecum prorogat.

53. IN hoc etiam vitæ arbori aſsimilatur Euchariſtia, etſi virtus eius prima hûc neutiquam feratur; de qua multa in rẽ præſentẽ præfulgent teſtimonia. Ludouici primum

P. Conon.

Vitam corpori Eucharistia tuetur & dilatat.

mum sit XIII. sui nominis in Gallica corona; qui vt asserit Gononus ad calcem suę historiæ Eucharisticæ vocatæ, cum morbo immedicabili salutis nostræ anno 1630. Lugduni tenererur, ipsa nocte, qua medentes & crebriùs occidentes dicebant moriturum, accepto hoc Sacramento tam melius sese habuit, vt protinus è lecto exurgere disponeret, & faceret omninò, nisi dandæ sanitatis inualidi Ministri de Regia valetudine, cui illi nil contulerant, trementes reluctassent, & infirmi vel in hoc, Dei manui contraissent. Vbi iterum diebus non multis interiectis, eodem fuit Sacro ab alia iam distincta infirmitate liberatus; quo & miraculi prioris est fides roborata, & Eucharistici Mysterij deuotio diuulgata. In quibus Regem Deus defensorem, suum gnauū defendit, & protegit; ac vitam extendit illi, qui hæresim enecauerat, & penitus extinxerat, in publico regimine, dominatu, & libertate. Verè iustus, sicut fuit à suis appellatus, verè princeps Christianissimus, & stemmatis liliorum possessor & sectator; vt ille, qui contētus candore Matrimonij, consuetudinéque casta consortij coniugalis, à cunctis aliis carnis illecebris abstinuit, & perpetim vacauit. Quem morbo, seu languore extremo tabescentē, & maiora quam aliquando suspiria relinquentem, ipse Dominus sanum, incolumémque reddat; atque oculos cunctorum turgentes eius lachrymis abstergat, & soletur; ac istum mensem Maium anni nostræ Redemptionis 1643. quo calamus hîc meus scribens est inuentus, verè floridum tanti Regis efficiat sospitate.

Ludouicus XIII. Rex Galliæ bis à morbo Eucharistia sospitatus, & obiter laudatus.

Eiusdem Regis mors mirabilis nō parùm.

Quoniam autem quarto die transacto vitam clausit, eius transitum interserere, vt pateat & longinquis, non equidem abs re erit, sed gratum, & opportunum. Discessit ille nanque cum magnis & notandis beatitudinis indiciis, & monitis salutis eximiis impertitis, tam circa Christi cultum, quam erga Regni clauum. Quibus ita cum fletibus communibus dispositis, & Ecclesiæ Sacramentis deuotissimè susceptis, à Christo cuius dies Ascensionis aduentabat, vt in eo sibi è vita contingeret dissolui, humiliter poposcit, quò per festū tam prædiues, benedictionibus Discipulis donatis cumulatum, erratorum dimissionē paucisci mereretur; & cum illo cæli Regnum conscendere in æternum; quam rem ipse per octiduū continuè efflagitauit, sicut ego testis sum, qui eram tunc Parisiis, per diésque prædictos à viris hoc præclaris narrare sæpe audij. Mirum dictu; nam die eodem aduenientc, qui pridie Maij idus in illo anno incidit, non solum Rex exiuit à vita lachrymabili, sed ipsa quoque hora, qua Christus cælom petiit, solutus est à carne, & Regno temporali; cū eo die met trigesimus ac tertius completus esset annus, quo à mundo reparato; 1610. eiusdem Regni habenas, tam amplas; quam permultis negotiis perurgentibus, vndantes eo temporis, regendas primùm ceperat. Duplex sanè prodigium, regnare Christi annos; cum Christóque volare ad Regnum sempiternum; quo benè illius vita, & bellicæ rei causa, à cælo comprobatur.

Nec etiam, tanquam rem hanc vltimam firmantem, & filij dicti Regis tenerrimi relicti initia iacientē, vllatenus tacebo quod accidit recenter sequenti die quarto, octauo superdecimum ipsius mensis Maij; eodem quo defuncti Monarchæ primogenitus, ac hæres, decimus quartus quinquennis Ludouicus, Parisiis Throno Regio in curia Parlamenti solemniter consedit. Fuit nanque die illo deuictus magna clade ad oppidum *Rocroy* in finibus Belgarum ille nostræ Lusitaniæ infestus perduellis, Franciscus Melloanus; nec solum Lusitaniæ ei matris, ab indigenis illius perdilectæ, sed & suæ nobilitatis (non vanè prout ipse sub nomine Caramuellis in libro vanitate incredibili composito in lucē diuulgauit) sed tā vnicè quam verè, & maiori gratitudine dignissimo principio, ex Domo Brigantina (cunctorum Regum Europę viuentium bis prosapia, à bellique fulminibus duobus, nempe nostro Ioanne Rege primo, & à Nunio Conestabili egregie ædificata) origini totali. Quātumuis in solatium stragis & supplicij à cælo sibi missi, deuictus ipse fuerit, per generosissimum & militari præstantia famosissimum, impuberē adhuc iouenem, Anguienensium clarū Ducem, simillimum Alexandro, Regalis vero sanguinis tunc Principem priorem, Borbonium Ludouicum. Qui etiam paulo postea, post multas & sublimes victorias repottatas, (vt iterum hoc adiiciam) hoc anno quo iam pene hoc opus est sub prælo 1646. Dunkerkam magno animo & vitæ suæ alea diebus paucis cepit. Cui Distichon Chronologicum per literas numerales Parisiis vidi ego, quod vt facti & anoi testis meretur hîc apponi.

Francisci Melloani facinora indicata.

Quæ domus Brigantina.

Ludouicus Dux Anguiensis perstrinctim commendatus.

raptIbVs egregIIs fortIs, DVnkerka sVperba,
bordonIDæ DeXtra nVnC sVperata rVIt.
D. D. D. C.
X.
V. V. V. V. V. V.
I. I. I. I. I. I.

Feliciter auspicatur tenellus Ludouicus, qui post annos viginti cōpletos Matrimonij fuit ferè, siue verè piissimis parentibus donatus per miraculum; quod ipsorum castitati tribuitur, nec malè; cum & Rex illius parens à suis requisitus, ac veluti importunè multoties impetitus, ad Reginam de sterilitate notatam relinquendā, & aliam

Anna Austriaca Regina Galliarū commendata.

deſpõſandam, optatis nunquam voluit tam duris conquieſcere, nec vxoris ſeparationi aſſenſum quemuis dare; & Regina æqua lance in normam pudicitiæ voluntarie Religioni præpoſuerat voueri, ligari, & mancipari, vt maritus ex fœcunda progeniem ſuſcitaret. Cuius tamen Deus Clemens (qui res in tale ſæpe ob multa emolumenta diſcrimẽ ire ſinit) humilitatis recordatus, duobus illam filiis pulcherrimis ditauit, qui in corporis ſpecie, vt filij à cælo dati, videntur duo aſtra; Minor Dux Andegauiæ, Gallorum iuxta morem nõ adhuc cum Baptiſmo

Ludouicus XIII Gallarum Rex laudatus.

ſuſcepto, nomen habens; Maior vero Ludouicus Adeodatus nuncupatus, qui multos regnet annos; & ea rerum fama, virtutúmque collueeat, qua lucere par eſt Ludouici Iuſti filium, & Ludouici Sancti hæredem, tot titulis præclarum, & lucidom ac percelebrem; ab Auſtriaca Regina Catholicorum Regum filia, Anna, quantum ſterilitate notanda in ſuo nomine, ſic ſemper memotanda, ſolerter educatum.

Euchariſtia Ludouicus Pius 40. dies vixit.

Secundum teſtimonium ſit illud quo Rex Galliæ & Imperator Ludouieus, qui Pius dictus fuit, Communione Chriſti corporis dierum quadraginta inediam tolerauit, vt teſtis ipſe eſt, qui adfuit morienri Ludouicus Bloſius lib. 13. de ſignis Eeeleſ. cap. 2.

Bloſius.

relatus à Marcellino in ſua Encyclopedia in feſto de Euchar. ſect. 4. qoa ille ſuperaddit; *Nec mirum, cum & Moyſi loquenti cum hoc pane idem miraculum acciderit; de quo Iſidorus clarus Orat. 18. in Euang. Luca ait; Moyſes quadraginta illis diebus verſatus cum Deo, ex illa conſuetudine vires accipiebat; & anima virtus, qua toto illo tempore reficiebatur, in corpus etiam redundabat, illudque ſeruabat, ne ieiunando deficeret.*

Marcellin. Capucinus.

Tertium Oraculum Diuinum, per Regem Concentorem, in quo menſæ Dei conuiuas oliuarum filios emphaſi acuta ſatis voear; *Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſa tua.* Oliuarum vero cur, non arborum aliarum hi filij nuncupantur? Quia oliua viuaciſſima, & hanc vnam in cunctis lignis diutius perdurare, ac ſæcula non niſi poſt plurima interire, commune dictum eſt, Ariſtotelis & Plinij, Virgiliíque dicentis Georg. lib. 1. *Et prolem tarda creſcentis oliua*; ſuffragiis obfirmatum. Nec malè, cum & aquilæ dieantur diu viuere prę cunctis volatilibus; quia illarum pulli teneri, vt dicitur in Iob, prædarum lambunt ſanguinem, eo temporis quo infruſta has nequeunt diſſecare, & roſtro laniãte comedere ac votare; quo quidem ſorbillato tam benè muniuntur in robore vitali, vt omnes planè aues in eo longe ſuperent. Quis autem Chriſti ſanguini rem ipſam denegabit? Certè oliua propter ſuccum, & oleum quo pingueſcit, areſcit difficulter; ſed oleum quodnam tale vt pietas illius, qui Chriſtus eſt, & vnctus, tã voce, quam re proptia, de qua præfatus Rex; *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitia pra conſortibus tuis.*

Pſal. 127. 4.

Oliuæ præ arboribus & Aquilæ præ auibus cur vitæ longioris.

Iob. 39. 33.

Pſal. 44. 8.

Quartum ex Pſalmo, qui initium dat Miſſæ Sacrificio; *Introibo ad altare Dei; ad Deum*

Pſal. 42. 4.

A *qui lætificat iuuentutem meam*; id eſt, lætam facit meam non tantum iuuentutem, ſed & corporis virtutem per omnem vitæ curſum adauget, & corroborat. Si nanque iuuentutem dumtaxat Deus iuuaret, quid facerent, vel quomodo ſubſiſtere tunc poſſent ętates, quæ ſuperſunt? vel quanam via vernans in annos vitæ noſtræ vernantes excedentibus, & longe ſuperantibus, Dauide, & quouis alio exiſteret hæc ara? Hoc autem ex quali loco hominibus Deus confert? Ex alto noſtri cibi; ex Sanctóque Altari; virtute in quo fortiſſima induimur ex alto; id eſt, cæleſti vi, nequaquã comprehenſibili ab acie mentis noſtræ; vt aſſerit Nyſſenus Orat. aduerſus eos qui differunt accedere ad cibum Sacro-ſanctum; *Ama myſterium, quo eo modo, quo non cadit ſub aſpectum, veteres tranſmittit ad iuuentutem.* Et firmiſſimam iuuentam ad mala ſuperanda largitur, vel ſenecta maiori prægrauatis; internas quidem vires, ac ideo magis vetas hæc eſca nobis tribuens. Cui fauet idem Pſaltes, dum dicit de hoc pane; *Et erit firmamentum in terra in ſummis montium.* Nam loco Firmamenti, *Frumentum* teſte Lyra, habetur in Hebraïeo. Et ſane vtrúmque eſt Euchariſticum miraculum, frumentum, & firmamentum; præſertim, quod à montibus, ac capitibus Sacerdotum; vt ibi ſubligatur; *Et erit frumentum in terra in capitibus Sacerdotum*; nos firmat & ſuſtentat; ac plane refloreſcere, repueraſceréque facit; *Et florebunt de ciuitate ſicut fænum terra*; id eſt, illa amænitate perpetuò vireſcenti, qua fœnum terrę humidę, & aquis ſemper madidæ, vt patet ex ſententia, pulchreſcit, & in agris colore grato viſui aſsidue iuueneſcit.

Iuueneſcere & repueraſcere vt faciat Euchariſtia.

Luc. 24. 49.

Gregorius Nyſſenus.

Pſal. 71. 16.

Quintum, quædam res mirabilis, à noſtro Ieſuita narrata Bernardino; qui ſuo tom. 4. ſerm. 44. de Euchariſtica virtute ad ægros ſoſpitandos ſcribit in hunc modũ: *Boni medici fecerunt me prædicare vt infirmi corpus Chriſti recipiant; quod aliter faciendo medicus ſæpe manet vituperatus.* Nec nouum, cum ægritudines proueniant ſæpe ſæpius à lue peccatorum, vt dicitur eleganter in cap. *Cum infirmitas*, de pœniten. d. 2.

Euchariſtia vt fauorabilis ſit medicis, & ægris.

S. Bernard.

Sextum quoddam mirabilius, feſtiuiúſque iudicium, eodemmet ſerm. in p. illius 3. ab ipſo Sancto factum; pro reciproco coniugatorum amore coniectando, ſeu potius demonſtrando, & in foro mentis noſtrę patenter expromendo, locando, & producendo. Gratum opus hominibus confectis zelotypia; quibus vnica eſt ſciẽtia perpetuò conquiſita, videlicet conſortis rimari conſcientiam, ac etiam penetrare, & ſemitas illius, venantium canum inſtar ſolerter indagare, nec non acri ſolicitudine veſtigia inueſtigare. Qui certè ſi hoc volunt exactè perſcrutari recurrant ad hunc cibum, de quo præfatus S. in iſtum modum ait: *Et notta, quia volo vos docere notam, qua poſſitis agnoſcere, ſi vxores veſtræ vos diligant; & quando cupiant vt moriamini, & ducant alium ſponſum. Quia ſi non curat tempore Quadrageſima, & Paſchæ quod tu accipias corpus Chriſti, & non ſtimulat,*

S. Bernard.

Ad amorem coniugalem reciprocè noſcendum quod ſignum ex Euchariſtia.

ſtimulat, neque te ſollicitat, quod tu illud ſumas, nec de tali curat, ſcias quod ipſa cupit & deſiderat tuam mortem. Similiter ſi infirmaris, & non curat, neque ſolicitat, quòd illud ſumas, eſt ſignum quod ipſa vellet te mori; & ratio eſt, quia citius morieris. Ac paucis interiectis. *Similiter tu ô Domina, quando tuus maritus non curat inducere ad confitendum; ſcito, quia parum curat de vita tua. Vnde quando pateris, non expectes, ſed cito confitearis peccata tua.* Pulcherrima ſententia; *Quia cito morieris*; nam quemadmodum corpus noſtrum eſurie contabeſcit, ita anima huius panis defectu maceratur, ac etiam iugulatur; & pluries per lethiferum contagium ſimul corpus. Quia ſicut illi pereunt qui indignè cibum tantum accipere non timent, ita pariter qui eum contemnunt manducare. Illud patet ex Apoſtolo Corinthios instruente; hoc autem ex conſequentia exinde concinnata.

1. Cor. 11. 29.

Beatitu lo patrum filij.

Septimum tandem, quia vita in filiis plus dilecta, vt qoamplurimis amoris euentibus probatum & notum mundo eſt, Euchariſtico conuiuio non male propagatur; dum parentes hoc edulio fœcundi efficiuntur; quod humana beatitudo illorum nuncupatur; *Beati omnes, qui timent Dominum*, Nam de filiis menſæ huius refectione generatis, hæc verba ſobdit Vates; *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Indago eſt S. Drogi de Sacramen. Paſchatis, appoſitè nuntantis, quod Lia tanquam vmbra finiendæ Synagogæ, cuius filij quoad cultum Diuinum intemeratum & ipſi Deo gratum, terminandi & extinguendi aduentu Redemptoris, à partubus ceſſauit; Rachel autem parturiendo & hoc iuxta Bethlem finiuit vitam ſuam, ac diem ſummum clauſit; quia Eccleſia in finem vſque, qui erit mundi mors, Bethlemico frumento infantes ſemper pariet; *Rachel verò* (ſcribit ille) *iuxta Bethlem ſuperpoſita eſt; nimirum ſedet ad pedes Ieſu, vt de domo panis ſemper fœcunda pariat.* Nec tantummodo Euchariſtia in lucem natos affert, ſed vt ſedulus progenitor & mater verè altrix eoſdem ſecum alit, vt aſſerit Chryſoſtomus in Breuiario cunctis obuius. Quod doctrina S. Clemen. Alexand. confirmatur, in pedagog. lib. 1. cap. 6. dum ſic ait: *Quidquid generat, ei quod generatur alimentum præbere eſt conſentaneum*; & alimentum conſentaneum, adiungere par erit; nam alimentum debet alito proportionatè reſpondere. Propter rerum quarum primam à paſcendo ſibi patres hoc nomen vendicarunt; filios quippe naturaliter tenentur ipſi paſcere; propter ſecundam verò filios tenentur educare, & virga velut ſceptro paternu moderari; dicente Dei oraculo; *Qui parcit virgæ, odit filium*; nam palo nihilominus quàm pane verè indigent, & virga quàm vigore decentis alimoniæ; quid enim conuenientius rationali creaturę, quam ratione caſtigari, rationalitérque inſtrui in omni diſciplina. Quæ munia quam decenter Redemptor exercuerit, exinde comprehendes, quod Pater ipſe voluit, & ita nos edocuit,

Pſal. 127. 1.

N 3. & 4.

S. Drogus. Gen. 29. 35.

Vt filios Euchariſtia progeneret & doceat in viris coniugatis.

Gen. 30. 1.

S. Cle. Alex.

A paſco patris nomen

Prou. 13. 24.

Vt Chriſtus ſit præceptor & paſtus atq; pa-

A à nobis patentiſſime quotidie vocitari; cùm de pane tàm communi, quàm de iſto ſuperſubſtantiali, vt appellatur à Matthæo, quotidie depoſcendo, vt Pater nos inſtruxit, & formam nobis dedit. Cuius panis verſus homines eximiam congruentiã ſignauit verbis illis, de vno è filiis ſuis antiquitus prolatis; *Cibauit illum pane vitæ & intellectus*; quia vitæ & intellectus enutrit pane aptè viuentem & intelligentem familiam liberorum. Sed & filiis tam piè à Patre cæli Deo huiuſmodi cibatis, educationem & diſciplinam fert iſte panis cælicus. Cum enim Deus hanc menſam filiolis appoſuit, ſapientiæ ſibi nomen, non aliud quantumcunque impoſuit glorioſum; *Sapientia ædificauit ſibi domum* Et menſa iam parata vocauit ſolos paruulos; *Si quis eſt paruulus, veniat ad me.* B Cuius equidem figura præceſſerat in cibo, qui & pariter reficiebat, & homines quonam modo illum eſſent collecturi, ne vermibus ſcateret, ęqualiter docebat.

ter in ferculo Euchariſtico.

Matt. 6. 11.

Eccl. 15. 3.

Prou. 9. 1. & 4

Manna homines docebat, vt cibus & præceptor.

Exo. 16. 16.

O ſi panis tam excelſi frequentiam condecentem, tot vanis & mundanis filiorum ſitibundis mulieribus imprimeret, & fixè perſuaderet! Hîc etenim ſecurum ſufficientémque, vt dixi, amorem ſemper habent ſuorum maritorum: hîc pignora filiorum tutiſſimò concredita: hîc famam & caſtimoniam ad inuicem firmata. Solum carneis & obſcænis remedium nullum hîc. Sed nunquid propter hoc ab iſto cibo fugient? non fugiant, ſed refugiant; refugiúmque hîc petant, quod inuenient proculdubio ſi venerint auulſi à carne ſua propria, C Saluatoris carni, & pani perpetuò repugnante.

Mulieres ad Euchariſtiã iuſtiſſimè incitatæ.

Quinta, quia æternam vitam vel vmbra tantum confert.

54. MIra & magna præſens ratio, de qua dicitur in Canticis: *Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Vbi fructus cum vmbra rectiſſimè ligatur; quia vmbra fructus hîc, non ſolum Fidei Chriſti, quæ vmbra ſubobſcura, demonſtrans & obumbrans natura ſua eſt; ſed etiam Chriſti corporis; quod ex luce Diuinitatis & ex corpore humanitatis reſultat velot vmbra; de quibus ſimul iunctis tam corporis, quam Fidei iſtius Redem- D ptoris ſic Abbas Clareuallis exponens ipſa Cant. ſerm. 48. *Vmbra eius, caro eius; vmbra eius, Fides eius. Maria obumbrauit proprij Filij caro, mihi Domini Fides; quanquam & mihi quoque quomodo non obumbrat caro, qui in myſterio manduco eam? Et ſancta nihilominus Virgo Fidei experta eſt vmbram, cui dictum eſt:* Beata quæ credidiſti. Sed melius in rem noſtram, de vmbra tantum carnis & ſanguinis Dei Filij, ſub panis atque vini velamine in Oſea: *Conuertentur ſedentes in vmbra eius, viuent tritico; & germinabunt quaſi vinea; & memoriale eius quaſi vinum Libani.* Nam de noſtro memoriali, & in memoriam Chriſti, Sacro; ac vmbra illius corporis, ſeu corporis ſub vmbra tritícei tabernaculi intelligi hinc pateſcit, quia

Cant. 2. 3.

Vt vmbra Chriſti Fides, & etiam Chriſti corpus.

S. Bernard

Vt vmbra duplex iſta Mariam, & quemque virũ obumbret Chriſtianum.

Oſeas 14. 7.

Vt vitam Chriſti corporis vel vmbra nobis donet; & vmbra illius vmbræ.

paraphrasis Chaldaica transcribit in hunc modum; *Hab·tabunt sub vmbra Christi sui*; L X X. sic dicentes; *Bibent, & inebriabuntur tritico.* Lyranus verò sic: *Eucharistia Sacramento.* Quæ quidem versiones tam celebres, quam dulcibus conceptibus vberrimę, summopere conueniunt, & Hieronymo per Glossam ibidem memorato mirificè complacent; ac etiam D. Tho. in Psal. 67. ad n. 16. quo loci sic se habet; *Dealbabuntur in Selmon, quia Selmon interpetratur vmbra; & est corpus Christi secundum Glossam; quia sicut vmbra fit de lumine & corpore, ita in corpore Christi est lumen Diuinitatis & caro humanitatis.* E quibus vmbram istam conuersionem secum ferre, & vitam peccatoribus, sub illam plena Fide proiicientibus se ipsos, clarissimè innotescit; *Conuertentur sub vmbra eius, viuent tritico. Dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis*; Nam pinguis Sion mons, hic Selmon nuncupatus; vbi pinguedo Christi corporis, triticeo subvmbraculo, donatur Christianis. Vlterius, quod non tantùm hæc vmbra vitam affert; sed vmbræ ipsius vmbræ; vmbellæque exiguæ priscarum figurarum; sub quibus Patres Fidei in Christum hanc iacientes, salutem sunt veracem tam pridem consequuti. Mira, igitur, prout dixi in numeri principio, huiusmodi res est; vt vmbræ ipsius vmbrę ab illa tam remotæ à morte sospitarint. Hinc Petrus qui hoc genus miraculi patrauit Actor. 5. cap. mirabilis ab Ecclesia in Missa illius cathedræ huiusmodi vocatur; *Vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus; sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem.* Et Eucharistia quæ vmbraticis salutem rebus dedit, sic etiam nuncupatur. *Deus qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus.*

Psal. 67. 16. D. Tho.

Actor. 5. 15.

Mirabilis cur Petrus & Eucharistia nuncupentur.

Sexta, quia solis viuis largitur vitæ halitum.

55. VIuos illos dico ego, quos gratia Dei informat; & quos etiam culpa grauis in gratia non interemit. Hos autem solos vitam habere ex isto cibo, figura de qua agimus non dubiè confirmatur. Nam sicut vitæ arbor obedientibus dumtaxat, & Deo obtemperantibus donaret vitæ lucrum, sic etiam noster panis est bonus tantùm bonis, & viuis tantùm gratia, hanc tribuit plusquam habent; vt sequenti Enarrat. Eucharistiæ sine nota, sed potius cum notabili honore, notum faciam.

Cur viuis solis vitam det vitæ Sacramẽtum.

Nec illius promissiones, quibus vita generaliter manducantibus promittitur, quid faciunt in contrarium; *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Cum aliis satis multis, Ioan. sexto capite. Promissa nanque talia dupliciter sunt vera; Primo modo, non de effectu sequendo indubitanter, & semper obtinendo, sed de efficacia pro hoc validè ingenita huic Mysterio, vt queat obtineri; quin vllatenus suapte deficere illi possit, si obex non ponatur; vel effectus non differatur occulto Dei iudicio, hominibus incognito. Secundo, de respectu hanc escam manducantium; qui quidèm sicut venerint ad illam præparati, sic præmium, vel supplicium ab ea reportabunt. Ita nanque summo iure Scripturæ promissiones genericæ exponuntur, & rectè intelliguntur, vt scilicet hæ finem promissum sortiantur, non sicut inueniuntur promissæ generatim, sed sicut speciatim in aliis sacris locis limitatæ & explicatæ, limitationibus accommodis traduntur Christianis. Hac via de orationis generica virtute exponitur Matthæus dum inquit in communi; *Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit.* Et Ioël dum de nomine sic ait Iesu Christi; *Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Limitantur enim bene ab Apostolo Iacobo; *Petitis, & non accipietis, eo quod male petatis.* Et Marcus de Baptismo ad calcem sui libri; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Limitatur quippe optimè ab ipsomet Iacobo, suæ celebris epistolæ in cap. 2. & ab omnibus qui de operibus scribunt contra informem, & nudam tantum Fidem.

Ioan. 6. 58.

Promissiones generales de rebus obtinendis à Deo nobis factę vt debeant explicari.

Math. 7. 8.

Ioël. 2. 32.

Iacob. 4. 3.

Marc. 16. 16.

Septima quia in rebus vitam alentibus præ cunctis, Dei corpus consecratur, & datur Christianis.

56. DE ista satis sit Romanus Catech. tract. de Euchar. sect. 18. huiusmodi nos docens. *Rectè hoc Sacramentum iis potissimum conficitur, quibus hæc vita continetur; vt Fideles facile possint intelligere, pretiosi corporis & sanguinis Christi communione, mentem animúmque saturari, vitámque integram hominis dari.* Vnde etiam cibo & potu, non autem in vno solo se Christus consecrauit, quia in cibo & potu simul consistit manducatio, nutritio, & vita nostra; vt idem Catechis. attingit paulo infra; & prius cum Ambrosio Angelicus scriptor 3. p. q. 74. art. 1. & q. 76. art. 2.

Rom. Catechism.

Eucharistica materia secum ipsa vitam indicat.

D. Tho.

De Eucharistia vitæ arbore, iuxta aliam boni & mali scientiæ vocitatam, in medio collocata. Qua de re donantur quinque idoneæ rationes. Et prima quia cor in medio nostri corporis non longe à felle est.

57. DE corde ad omnes artus viuacitas dimanat; de medióq; ad omnẽ defertur eius circulum directio, & dispositio; quare duplici hoc respectu in medio est Eucharistia. De primo S. Victoris est Hugo grauis testis cap. 3. sup. Can. scribens in hunc modum: *Sicut in medio paradisi erat lignum vitæ, ita corpus Christi in medio Ecclesiæ.* Quibus verbis hoc Mysterium Ecclesiæ cor probatur. De secundo in Harmonia sic mundi

Hugo Victorinus.

Eucharistia cor Ecclesiæ.

Venetus. Eucharistia vitæ arbor.

mundi noster Venetus, Cánt. 2. tono 8. cap. 2. *Arbor vitæ plantata in medio paradisi sine dubio Christus est; qui panis vitæ, lignum vitæ, & ipsa vita nuncupatur. Plantata autem fuit in medio, vt vnusquisque facilius de vita eius plenitudine pro captu suo suscipere posset.* Succinit vel per iocum fabella hæreticorum, qua *Conficere cor Domini*, vt asserit Reinerius, de Apostolis dicebant. Ecclesiæ nanque cor est verè corpus Domini, quod illos conficerare huiusmodi indicabant. Ita vt tandem quod affatum ab hæreticis cum risu iactatum & diuulgatum, nos seriò fateamur, ac etiam prædicemus. Sed claudat rem præsentem Guitmundus lib. 1. de isto Sacramento; quo ille sic eloquitur; *sicut anima nostra vita est corporis, ita Ecclesiæ & multo melius per Dei gratiam est vita Christi caro; per animam quippe fit, vt corpus vtcunque temporaliter viuat; per carnem vero Saluatoris agitur, vt Ecclesia non quomodocunque, sed beate in æternum viuat.* At verò sicut cor non longè à felle est, ita etiam præsens cor à multis viris felleis; qui tantum vitæ lignum constituunt prope aliud malorum vniuersorum. Paradisi nanque fel vocare bene possumus interdictam nobis arborem violandorum præceptorum; à qua fellea quæque opera, & mortis, tanquam fructus illius, producuntur.

Reinerius in Cathalogo.

Guitmund.

Paradisi cordis fel scientiæ fuit arbor.

Secunda, quia Sacramenti Sacrarium locus est, & hæc arbor vt Sacramentum reconditum in Sacrario, iuxta aliam boni & mali in medio loco erat.

38. SAcrátior semper locus, intimior, & secretior debetur Sacramento. Vnde locus in Ecclesia abditior & remotior ab aliis sæcularibus, ac insuper securior, & claui pretiosiori præ cunctis obseratior, Sacrarium nuncupatur; intra cuius dein septa in custodia, siue arcula, & pyxide tam diuite, quam etiam bene clausa, seruatur Sacramentum. Hincque etiam vitæ lignum, vmbra istius Sacramenti in medio paradisi Sacrario tanquam in suo decenter consistebat. Quoniam autem de Sacrariis sermonem nunc aptamus originem & decursum illorum enucleemus.

Sacraria & tabernacula Ecclesiæ vndenam orta, & etiã in quot species mutata & variata.

Primum sanè Eucharistiæ quantumuis figurale, prædictum lignum fuit, hanc ob rem bene in centro locatum terræ horti, & simul mundi templi. Secundum, gerens adhuc figuram futurorum, arca illa celeberrima, vocata testamenti, in Templi & Tabernaculi digniori, simúlque abditiori portione, Sanctorum Sancta dicta, subter alas Cherubim reuerenti & summo cultu in Deum collocata; vbi Manna excellentissima Eucharistica figura, in auri probatissimi sacrato quodam vase, in memoriam & gratitudinem donati tanti cibi, perpetuùm seruabatur. Tertium verò iam in se recondens veritatem, columba quædam ex auro, argentove confecta, in aere deuotissimè suspensa

Exod. 16. 33

A super aram, qua primis in Ecclesiæ nascentis rudimentis, vt in vita Basilij testatur Amphylochius, Sanctissimam Eucharistiam seruari moris erat. Seu veriùs, vt existimo post illud primum tempus; nam furore Imperatorum Gentilium efferuescente, non securè tales capsæ sublimes haberentur; nisi meæ cogitationi fortassis refragetur Eminentissimus plus re quam nomine Baronius; qui anno Christi 57. n. 152. huiusmodi rem affert. Disertus sanè mos, siue Spiritus vt Sanctus columba designatus, super hominem Sacerdotem ad Sacrificium suum veniens, virtutéque descendens patenter innotesceret; siue vt animus columbinus ad Sacra requisitus hoc modo notus fieret. Quartum, turris ex ipsis materiis fabrefa-B cta, vbi postea fuit nostrum Mysterium conseruatum; vt de Martyrium gloria cap. 86. testatum nobis facit Gregorius Turonensis. Neque malè intra turrim reconditus hic cibus, qui nostra turris est, armamentariúmque præditus, de quo supremus Vates. *Pone mensam, contemplare in specula: comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum.* Et posset ipse addere arripite, & capessite armorum genus omne; Ecclesiæ cum in corpore hic cibus collum fit, quo cibus & influentiæ ad hominem descendunt; ac simul illa turris vt collum fabricata; *Ex qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium.* Quintum, iam à multis annis vbique frequentissimum, est quædam domus lignea, in medio altari posita, quæ Sacrarium vel Taberna-C culum ad instar prisci Moysis communiter vocatur; & vt templi epilogatio, exiguum templum refert. Quæ ædicula tam porta quã claue benè clausa interius habet aliam prædiuitem domunculam; vel in arcæ figuram, vt vetus efformatam; vel in domus effigiem, columnis, pro parietibus; cristallis, pro fenestris; & tecto totum vas iungente & contegente; quibus constat & absoluitur communis quæque domus. Nec malè in domus formam Dei locum ædificamus, vt domum demus illi, qui domum prius nobis vniuersi mundi fabricæ, prout dicitur de Dauide, tam amplam fabricauerat. Hæc autem nunc Sacraria vbique frequentissima; quamuis adhuc in Parochialibus Ecclesiis Parisinis; super altare Sacrum cibum sus-D pensum & eleuatum, vase quidem pretioso, vt ampulla, conclusum, & sub serico papilione pro reuerentia circumtectum ad modum priscum videam, dictarum columbarum. Vnde patet in Ecclesiæ Catholicæ Sacrariis, pro ægrotis semper escam huiusmodi asseruatam fuisse decentissimè; quod optimè firmatur ex antiquissimo Pontifice, Clemente lib. 8. Constit Apost. cap. 13. quo loci sic profatur; *Postquam omnes sumpserunt, accipiunt Diaconi reliquias, & portant in Pastophoria, id est, in thalamum* Nam thalamus meritissimè tunc locus dicebatur, vbi tanti talisque sponsi quies erat. Et epist. 2. in istum modum loquens: *Qui cum timore & tremore reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredo in Sacrario inueniatur; ne*

Columbã quando, & quomodo Eucharistica cum Sacrarium.

Baronius.

Effigies quãdo fuerit turriculæ Sacrariũ.

Gregor. Turon.

Isai. 21. 5.

Cant. 4. 4.

Eucharistica & moderna Sacraria ponderata.

Sacraria cur vt domus.

1. Paral 17. 2.

In Sacrariis pro ægrotis ab Ecclesiæ natalitiis seruatur Eucharistia. S. Clemens.

Sacraria cur & quando fiot thalamus vocata.

rum negligenter agitur, portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria. Nec non iugi ſolicitudine hoc fuit in Eccleſia deinde renouatum, ſeu potius indeſinenter continuatum & conſeruatum; vt claret ex Concil. tam graui quam antiquo, videlicet Niceno cap. 12. cum proxime ſequenti; & ex cap. *Presbyter*; cum cap. *Qui bene*; de Conſecr. d. 2. & ex tt. qui habetur de Euchariſtica cuſtodia Decretalium lib. 3. Quibus ſatis, ſupérque pateſcit hęcce veritas.

In Sacrariis Euchariſtiæ ſeruatæ quę vtilitas.

Quoniam autem vitæ arbor, vt verum Sacramentum pro tempore innocentiæ, & noſtrum legis gratiæ iam inde pręſignificans, ſic poſita in Sacrario, nihilominus iuxta arborem ſcientiæ boni & mali coniuncta valde erat; vicinia nunc pro iſta ſuccedit illa quęſtio, non parum ſcitu digna, hoc loco vt conſequenter loquamur, proponenda: An boni, malique, quid veniat ex hoc more, quo verum lignum vitæ ſeruatur in Sacrariis. Et quidem multum mali, occaſionaliter tantummodo (vt arbor quoque mala, occaſione tantum mala) procedit pro hęreticis; qui nolunt conſuetudini huiuſmodi acquieſcere, ſed potius ſemper linguis & mentibus proteruis ſuperbè refragari. At verò pro Catholicis & multa & magna bona; quorum primum eſt decedentium quàm iuſta opitulatio; ne vllatenus Viaticum in incognitam regionem periculis repletam deeſſet profecturis: hoc planè tanti ritus primarium fundamentum, vt ex proxime allegatis capitibus eſt notum. Deindéque vt viuis quammulta emolumenta aſſeruatione cibi huius aſſiduè præbeantur. Nam vel eum adorantes vel etiam deprecantes interioris deuotionis dulcedine irrorantur, & meritis non paucis virtutũ ſubſequentium propterea cumulantur; Charitatis quippe tales feruore concitantur; in Fide roborantur, & Spe ad capeſſenda futura confirmantur; vt pendit benè Henriquez lib. 8. de Eucha. cap. 39. & quemadmodum alimento in ſtomachum coniecto fulcitur totum corpus; ſic hoc cibo in Sacrario, vt in ſtomacho ſpirituali iniecto & aſſeruato, totum myſticum corpus vnitum communitur; tam membrorum verſus caput, id eſt, noſtri verſus Chriſtum; quam membrorum verſus membra; hoc eſt, noſtri verſus nos, & Fidelium verſus alios Fideles conſodales; quam pariter Fidelium & membrorum verſus Chriſti Vicarium ſuper terras Pontif. Romanum, reſpectu neceſſario; ne vel ſanctæ charitatis defectu moriantur, vel vnitatis cum Eccleſia, ab illa ſeparentur, vt putréſque ſcindantur hæ partes atque artus indiuidui Chriſtiani. Pręterea quòd hic panis incluſus in Sacrariis teſtatur eſſe permanens & iuge Sacramentum; non in vſu pro vt alia dumtaxat valiturum, ſed poſt rei conſecrationem perpetuò perſeuerans; donec temporis decurſu, vel quauis violentia ſpecies deperdantur; quod hæretici moderni oppugnant pertinaciter. Nec obſtat dictus Clemens epiſt. producta pręcipiens ſuis Clericis; *vt tot in altari ponantur holocauſta, quot populo ſufficere poſſe videntur. Si quid autem ſuperſit, poſt Communionem non ſeruetur in craſtinum, ſed à Clericis abſumatur.* Quia ibi de Euchariſtiæ aſſeruatione prohibenda omnino nihil agitur; ſed de numero particularum pro Communicantibus deſtinata dumtaxat limitanda, ne plurimæ, vt par eſt, ſuperfluant inutiliter; ita vt ipſe paulo ſupra, in verbis allegatis, de hoſtiis aſſeruandis clariſſimè tractarit, de prohibendis verò hîc nec verbum tantum dixerit.

Henriquez.

Euchariſtia Sacramentum perdurans, non pertranſiẽs.

Sacrarium ſummum omniũ ſtomachus eſt hominis.

59. Hæc quidem de Sacrariis; in quibus primum omnium (ne quid indictum maneat) ſtomachus eſt hominis; cuius reliqua Sacraria ab ipſa vitæ arbore pręludia ceciderunt; nam pro nihilo Euchariſtia habetur in Sacrariis, niſi vt tandem ſummo loco ſtomacho inferatur; Cap. *Presbyter*; de Conſecr. d. 2. Et benè panem viuum Sacrarium viuum decet; ac etiam Sacramentum inter omnia pretioſiſſimum, pretioſiſſimum Sacrarium; nam cuncta propter hominem, & homo cunctis rebus hanc ob rem pretioſior; ita vt etiam vitæ arbori & arcæ teſtamenti ſtomachus non parum humanus pręferatur; dum illæ ſolam vmbram, hic autem in ſemetipſo concludit atque cõtinet vmbratam veritatem; nec non Sepulchro Sancto, & vtero Virgineo in aliquibus circunſtantiis notandis præponatur: nec enim Chriſtum mortuũ, nec tridui ſolo ſpatio, recondit, vt ſepulchrum; nec ſemel, vel infantem, mortalémque vt Virgo; ſed hominem & immortalem, per tempúſque longiſſimum, ſi diſiunctæ Communiones ad vnam redigantur; ac tandem cælo Empyreo ſublimior videatur; dum eius aulæ Dominus, hac quaſi faſtidita, deſiderat, & quęrit ſtomachi Sacrarium; vnde ait Bonauentura in ſuis Soliloqu. *Rex, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, & terra veneretur; de cuius ſapientia cæleſtium ſpiritum agmina illuminantur; de cuius clementia omnium bonorum collegia ſatiantur; talis, tuum à anima deſiderat hoſpitium, & pluſquam cæleſte palatium appetit, & exoptat.* Vnde factum, quod ſi aliquid in terra coæquatur ſtomacho Fidelium, altare ſolum eſt, quia ibi corpus Chriſti, eodem deſiderio ad homines veniendi, ſępiſſimè locatur. Quare S. Lucianus cum in carcere catenis ligatus teneretur, neque poſſet præ illis à ſolo ſe leuare, petram fecit de pectore, de ſtomachúque aram, ſuper quem exemplo nouo deuotionis celebrauit; de quo nobis in hiſtor. lib. 8. cap. 21. Nicephorus eſt auctor.

Stomachus humanus vt maior vitæ arbore, & arca teſtamenti, nec non Sepulchro ſãcto, & vtero Virgineo, ac etiam cælo Empyreo.

S. Bonau.

Stomachus altare, in quo S. Lucianus, & quare celebrauit.

Nicephor.

Qua de cauſa ſi tam nobile ſtomachus Sacrarium; & Sacraria intra ſe ipſa Cuſtodias dites habent; quæ in arbore vitali, fructum eius cuſtodientes, & immediate continentes, pomorum pedes forent; cuſtodiã quam in pectore nos pariter geſtamus, ſolertia & diligentia cuſtodiamus inceſſanter; videlicet, cor noſtrum; ad quod rectè cuſtodiendum; tom. 3. ſerm. 44. in eius p. 3. ſic monet Bernardinus; *Si haberes corpus Chriſti in vno vaſe certè tu cuſtodires illud; ergo multo magis in tuo corpore cuſtodire debes ipſum* Vlterius, quod & cor cuſtodia nuncupatur; *Omni cuſtodia*

Cuſtodia noſtrũ cor, & quanta nam cuſtodia oporteat cuſtodiri.

S. Bernardinus.

Prou. 4. 23.

custodia serua cor tuum; ne accidat audire serpentem perantiquum, qui subdolis ambagibus se iniicit & implicat non paucies intra ipsum; prout Marcus heremita de paradiso & lege spirit. elucidat hæc verba.

Marcus heremita.

Cui custodiæ paradisi in nobismet reconditi, applicati potest illud, quod Theodoretos sup. Gen. q. 26. scribit in hunc modum;

Theodor.

Sicut autem paradisus terrestris symbolum fuit Ecclesia, ita etiam lignum vitæ figura fuit corporis Christi in Euchar. Sacramento, quod omnium summa est. Atque summa vigilantia custodiendum subintellige.

Vt Corpus sit Ecclesia, & nostrum cor altare.

Quocirca cum prædicto deuoto Luciano ex corpore seu corde altare faciamus; de quo ita S. Bruno de laudibus Ecclesiæ.

S. Bruno cap. 7.

Hoc est altare in Ecclesia, quod est cor nostrum in corpore nostro. Nam & nos templũ Dei sumus; si autem templum Dei sumus, B *& altare vtique in nobis habere debemus.* Coi rei aliam satis pulchram addamus ex Mo-

Anton. de Molina.

lina Brunonis Sancti filio, & viro sui Patria spiritus hærede; lib. 2. cap. 6. Instructionis Sacerd. vbi ille inter custodias, discrimen hoc constituit; vt quædam extra Sacraria temporibus aliquibus, quædam verò tempore omni deseruiant intra ipsa perpetuò custodita. Aliæ enim quæ fenestris cristalli decorantur, à Sacratiis separatim seruantur per Sacristas; vt vsui tantum sint in festis grandioribus; aliæ autem, quæ humiliores, solidioresque propterea vt arculæ, seu vasa tutissima formantur; & ciboria, siue pyxides communiter vocantur, intra orbem Sacrariorum ad custodiendum Christi corpus assiduè conseruantur. C Quarum primas esse vmbram virorum sæcularium affirmat ipse auctor; eo quod in festinitatibus maioribus Ecclesiæ, vt corpus Christi sumant & intra se recipiant, vt dictæ nunc Custodiæ, tam flosculis quã gemmis quæsitis solicitudine omnimodè exquisita, ornantur ac parantur; & vt viri Cristallini exactissimo conscientiæ examine mundantur; sed transacta solemnitate seorsim à Christi corpore, & ab eius indesinenti obsequio collocantur, vbi puluere & aranearum laboribus non ratò, id est animi sorditie frequenter deturpantur.

Sacerdotes & sæculares vt Christi sint custodiæ, & quãtum in se diuersæ.

At verò Sacerdotes Custodias esse Christum perpetuum continentes; qui ideo non tam semel, quam semper valde debent à vitiis cootineri, ac D corpus suum tali monditia & reuerentia à labe custodire, quali solent Sacraria perpetuæque custodiæ solerter per Æedituos vbique conseruari. Vtinam eo spiritu sumatur hoc exemplũ, quo traditur à viro haud dubiè deuotissimo. Sed proh dolor! quod hominis stumachi Sacrarium, vt illud vitæ arboris est semper prope arborẽ scientię boni & mali; id est, malis quam multigenis, & studio semper mala sciendi, præpeditum; ac sæpius iuxta Christi sententiam suffocatũ;

Matt. 15. 19.

De corde exeunt cogitationes malæ; homicidia; adulteria; fornicationes; furta; falsa testimonia; blasphemia. Viden malis quam multimodis perniciosi ligni fructibus cor nostrum religetur? Hæc igitur sunt ea, quæ illud iuxta arborem nocentem semper ponunt, seu A potius mille cladibus proiiciunt, & exponunt.

Tertia, quia vita & mors hæc arbor simul est.

50. PRope erant eo in horto contrariæ duæ arbores; hic verò non tam prope, quam verè in vno loco, & insuper in vna hæ innctæ simul arbore; ita vt simplex sit & duplex, iam mortis, iamque vitæ; iam boni & mali munus exercens diuersimodè. Hoc autem non in vno (vt illæ) paradiso, sed potius in moltiplici, & trino, de quo supra cootextui mentionem; Ecclesiastico, nimirum, Virgineo, & Eucharistico; & in Ecclesiastico non minus quã vero & bino modo. B Vel cũ Crux significatur per illud vitæ lignum; nam Crux in Christo & nobis est vitæ & mortis arbor. In illo, quia Cruce & mortem & vitam habuit;

Crux Christo & Christianis est arbor vitæ ac mortis, sed mortis sanè bonæ, & vitæ perquam optimæ

Christus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod & Deus exaltauit illum; ad vitam nempe aliam celebriorem, & meliorem per Crucem comparatam;

Philip. 2. 8. & 9.

vt Phænix quæ emoriens in nido facto è lignis odore præstantissimis, vitam suam multiplicat, vt dicitur in Iob;

Iob. 29 18.

& vt granum frumenti quod moriens intra terram quàm multũ fructum affert.

Ioan. 12 24.

In nobis, quia Cruce tam morimur in corpore, quam viuimos in anima, vt probant quæque loca quæ Crucẽ ferre docent, & tollere cum animo; quo fit vt per hoc li- C gnum occisi simus viui; viuamúsque occisi; sed occisi in vita humili, Adamica & terrestri; at viui seu resuscitati in vita sublimissima Christifera & cælesti; de qua dicebat Paulus, cõprehendens hæcce omnia.

Galat. 2. 19. & 20.

Christo confixus sum Cruci; En hominis viuentis per Crucem veram mortem; *Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus* En hominis morientis per Crucem veram vitam; non adeo vita Adami criminibus obnoxia, interius sustentatam; quin potius vita Christi facinoribus virtutum omnimodis repleta, mirifice informatam. Vel cum vera Sapientia signatur ligno ipso; hæc enim in paradiso Ecclesiæ tantum vera; & tamen cum Ecclesia ex bonis atque malis vt alibi iam dixi, Fidelibus conflctur, hinc est quod in Eccle-

Vt boni & mali arbor sit vere in paradiso Ecclesiæ Christianæ.

D sia, vbi vera sapientia dumtaxat inoenitur, sit etiam sapientia hæretica & proterua; & tam arbor veræ vitæ, quam rigat cæli aqoa; non à terræ, sed à cæli egressa paradiso; de qua arbore sapientiæ rigata à cæli culmine, sic aiunt Dei eloquia;

Eccles 15. 3.

Cibauit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illũ: quàm arbor veræ mortis, & scientiæ boni & mali, in eodem met Ecclesię fundata paradiso; nullum quippe malum est, quod bonum nõ redoleat, & boni quidquid habeat cum malo suo mixtum; vt solet ex veneno tyriaca parari, antidotúmque fieri. Imo bonum primo loco hæretici propinãt, vt boni sub specie demulceant sapientes, & insipientes circumueniant. Quare prius lignum boni, quam mali lignũ istud io Gen.

Cur lignũ boni & mali, dicatur prius boni. Gen. 2. 9.

vocatur; *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi; lignúmque ſcientia boni & mali.*

Scientiæ boni & mali vt arbor quiuis homo, fidelis, & infidelis.

Vnde nulla fuit hæreſis, quæ priùs vinum bonum, quo falleret conuiuas & ſuos inuitatos, in menſa non proponeret. Præterea, quòd & quilibet Catholicus Fidelis, Catholica & orthodoxa præfulgens ſapientia, in arbitrij ſui vſu & vitam & mortem habet; nam in ſingulis ex hominis prioris deſcendentibus eſt verum quod de illo ſic ait Sacra pagina; *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui; ante hominem vita & mors.* Quam arborem ſcientiæ iſtius boni & mali, in quolibet iuſtorum noſcebat, qui dicebat; *Declina à malo & fac bonum; & inhabita in ſæculum ſæculi.*

Eccleſ. 15. n. 14. & 18.

Pſal. 36. 27.

In Virgineo paradiſo meliori nobis via hæc vitæ & mortis arbor coniunctim reperitur; quia & fructum vitæ protulit, & eo mortem abſtulit, dicente ſacro hymno *Quod Eua triſtis abſtulit;* id eſt vitale lucrum; *Tu reddis almo germine;* quod germen fructus eſt præſcotis vitæ arboris; de quo communis vox; *Benedicta tu in mulieribus;* vt arbor vitę vnica; *Et benedictus fructus ventris Ieſus;* vt fructus valde ſaluber, ſalute & vita plenus. Vlterius, quod Maria viuebat & peribat per illum cuius cauſa ei dixit Vates Senex; *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius;* Non enim bene conſtat ex iſto magno emphaſi prolato Vaticinio, an anima huius Virginis ipſius Filij fuerit; vel potius è conuerſo; vtrumque tamen verũ, & ideo vtróque modo viuebat, & amittebat per filium vitam ſuam; non equidem paulatim vt omnes moriendo; vel mortaliter viuendo, quod viuere atque mori natura ſua eſt; ſed perpetuos propter eum dolores ſuſtinendo; quod mori in vita ipſa quam rectè iudicatur; hîc verò multò amplius, vbi gladius pertranſiuit, id eſt, tranſiuit multum, in partémque oppoſitam ipſius Matris viſcerum, exiuit magno tranſitu; ſed ideo nunquam ab ea tranſiuit talis gladius; quis enim gladium vſque ad capulum defixũ, infixúmque medullis, & animę potentiis; hocque diuina manu; humanitos extrahere quocúnq; modo poterit? Et ſic Virgo in vita ſua per Filium ſemper mortua; vel cum eum deſiderauit futurum nimis anxiè; vel cum ipſum iam pręſentem dilexit nimis intimè; atque intimo timore amori copulato; vel cum illum pòſt abſentem optauit nimis acriter, ſuſpiriis inceſſantibus; amoris ſanè cauſis ob filium ſuum viuens; timoris verò & aliis, ob ipſum ſimul moriens.

Vt arbor vitę & mortis Maria Virgo fuerit.

Luc. 2. 35.

Tandémque in Euchariſtico hæc ipſa claret veritas; *Mors eſt malis, vita bonis; vide paris ſumptionis quam ſit diſpar exitus.* Vnde Chryſoſtomus ad pop. hom. 42. pro varietate recipientum *Medicamenta & nocumenta*, vocauit Sacramenta. Quod maximè Euchariſtia; de qua ille botrus Cypri, ſeu aliter *Copher* iuſtiſſimè explicatur; eſt enim *Copher* balſamum, quam valde vitæ noſtræ vulneribus appoſitum, proficuum, & ſalutare. Sed de *vineis Engaddi* quæ ibi ſubligantur mæſtiſſimè collectum; Hębraïcè nanque *Engaddi* eſt fons inciſionis; literaliter, quia balſamum ab arboribus vulneratis, inciſiſque effunditur; ſed myſticè, quia Euchariſtia vt vitæ & mortis fons tam vitã, quam & vulnus mortale ſecũ fundit. Quare in lib. Gedeonis eſt panis atque gladius, qui reuertitur & voluitur in milites iniquos. Nec ſolum retro vertitur, ſed veluti peruertitur, vt poſſit affirmari de tanto Sacramẽto, quod dixit Rex Propheta de homine cum alio, iam bono, iam peruerſo, ſe miſcens, & illius abſolubens qualitates; *Cum Sancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Sicut arca, quæ iuſtos, vt Sanctum Obeddedon, ditauit magnis lucris; iniuſtos vero vt Ozam, & viros Bethſamitas à vita exterminauit. Et ſicut Manna bonis mirãdum in modum ſapuit, malis autem deſipuit, & vermes illis protulit; vt cibus verè iudex, & vindex, atque vltor edentium peruerſorum; in vmbram Chriſti Dom. qui male hîc manducatus ſeuerus iudex eſt aduerſus manducantes; prout 3. conc. in Pſal. 21. Ambroſius nobis aſſerit; ſed etiam D. Paulus ſcribens ad Corin. *Qui enim manducat & bibit indignè; iudicium ſibi manducat & bibit; non diiudicans corpus Domini. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino corripimur.* In iſto cibo iudice; at hoc amoris ergo; quapropter ſuperaddit. *Vt non cum hoc mundo damnemur.*

Vt omnia Sacramenta, Euchariſtiáq; præſertim ſint vitę & mortis arbor.

Cant. 1. 14.

Iudic. 7. 13.

Euchariſtia panis, gladius, & cibus qui cũ hominum mutatur qualitatibus.

Pſal. 17. 27.

2. Reg. 7. 11. & 12.

1. Reg. 6. 19.

1. Cor. 11. 29. 31. 32.

Sed quonammodo vita auferre vitam poteſt? & mortem ſecũ ferre, inferréque mortalibus? Hoc quęrit & reſoluit exẽplo mannæ dicti ſerm. de temp. 91. B. Auguſtinus; *Si manna* (ſcribit ille) *verbum Dei eſſe dicis, quomodo vermes facit? Verum eſt, fratres, non aliunde vermes in nobis, niſi ex verbo Dei; ſic enim ait; Niſi veniſſem, & loquutus eis fuiſſem, peccatum non habuiſſent.* Quod non ſolum de Dei verbo ad aures prædicato, ſed & ſimul de manducato; traiectóque ad viſcera, eſt verum, & pluſquam verum, à fortiori ratione. Imò proprium panis viui, eſt poſſe dare mortem; omnis enim qui rem viuam tranſmittit in ſtomachum, cum morte pactum init; ſicut nobis ſanguiſuga & ferus crocodilus teſtantur diuerſimodè, & ſic pariter qui viuum manducat panem iſtum, niſi contra panis viui actiuitatem ſeſe armet, præparatione condecenti, exitio ſe committet. At quomodo non vita adducet ſecum mortem illius contemptoribus, ſi planè vita ipſa contempta mors eſt vera: Non ergo duas arbores coniunctas hîc habemus, ſed vnicam ex duabus confectam qualitatibus; ſeu vnam duos prorſus effectus, velut fructus, tam varios producentem promiſcris mortalibus; ſicut arbor in regione inuenta Peruana, de qua Epiſcopus Maiollus in diebus canicularibus mirabile quid ait; vmbra verſus Orientem ægrotos ſoſpitare; at verſus Occidentem valentes interficere. Quare omnis qui Occidente, mortiferóque crimine ad iſtud lignum venerit, inueniet trucem mortem; qui verò lucis gratiæ perfuſus Oriente reperiet ipſam vitam. Præterea, quod & Chriſtus meliori longe modo,

S. Auguſt. Vt vita mortem afferat, & mors non niſi à vita inferri nobis poſſit.

Maiollus.

Arbor vitæ mortiſque in terra Peruana.

quem

quē vetbis subsequentibus in Harmo. mundi Venetus. Cant. 2. tono. 8. cap. a. sic exponit, hæc arbor fuit simul mortifera, & viuifica; *Postea fuit Christus in natura humana arbor simul boni & mali, quia ipse solus experiebatur bonum beatitudinis, & malum humanarum passionum; & quia ipse præ cæteris nouit discernere bonū à malo, iuxta Isaiæ Vaticinium;* Butytum & mel comedet, vt sciat reprobare malom, & eligere bonum. *Et quia cognitio data est ei discernendi bonos & malos; agnos à dextris ponendo, & hædos à sinistris.*

Venetus.

Vt Christus boni & mali; seu vitæ & mortis arbor.

Isai. 7. 15.

A

Quarta, vt amor sic virtutum, & odium vitiorum, tanquam opposita iuxta posita robustius augeantur; & bona plus amentur, ac mala relinquantur.

B

61. DE arbotibus hoc supra duabus iam prædixi; de Eucharistia verò ootum hæc propter institutam; vt ad gratias Dei maiores soluendas exciremur; id etenim significat hoc nomen Eucharisticum; ac odio cōtra vitia, præsertim aduersus proximos, maiori rapiamur, oe Agnum comedentes, carniuori adhuc lupi, vt prius, maneamus. De primo sic Chrysosto. in Commentar. sup. Mattb. hom. 26. *Reuerenda ac salutaria ista mysteria, quæ omni certè Ecclesiæ congregatione celebramus, Eucharistia, id est, gratiarum actio nuncupātur. Sunt cum beneficiorum recordatio plurimorum; capútque ipsum Diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nosque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere.* Et de secundo 51. pto nobis ita loqueos; *Audiamus, oro, & perhorrescamus. Carnes suas nobis tradidit, seipsum immolatum proposuit. Quam igitur satisfactionem offeremus, cum tali pabulo nutriti, peccemus, cum Agnum comedentes, in lupos conuertamur?* Quod Palatius in Matth. ad cap. 26. eodem modo dixit; Primum quidèm ad illa verba *Accipite & manducate; Nota* (inquit) *quod & si Christus non conuerteret panem & vinum in corpus & sanguinem, sed simpliciter ex suo nobis pane & calice communicasset, id esset plurimum sui amoris testimonium, iuxta illud Nathan. 2. Reg. 12* De pane illius comedens, & de calice eius bibens, & io sinu illius dormiēs. *Quanto igitur amplius, quod corpus & sanguinem suum nobis Christus præbuit?* Secuudum verò ad alia *Bibite ex hoc omnes. In hoc* (ait) *significauit necessariam pro Eucharistia charitatem valde esse, procul longissime odium. Magnum enim dilectionis indicium est bibere per idem vas; vnde locus in quo amici ad tabele conuemunt, non conbibium dicitur, sed conuiuium; quasi notando eos qui simul bibunt ex eodem vino, simul viuere eadem vita.* Quod Guerricos demiratus serm. 1. exclamat in Christi Natalitio; *ô venerandum & tremendum mysterium! quis de hoc fonte bibit, & non amauit!* qoasi sit impossibile, ex isto pane edere, & alios oon amare; cum fons amoris hîc, tam Dei quam proximotum; voluntásque suapte ebulliat non ignara ad bona diligenda, & mala abominauda.

S. Chrysost.

C

P. de Palatio.

2. Reg 12. 3.

Amorem Dei sectari, & odium abominari nos docet Eucharistia.

D

Cōuiuium cur sic dictū à viuo, non à vescor, nec etiā à verbo bibo, conbibium nuncupetur.

Guerricus serm. 1.

Eucharistia fons amoris.

Quinta, vt præmium iuxta prælium athletis proponatur.

62. HOc etiam de arboribus præfatis iam præfatum; de Eucharistiæ verò arbore nil minus idem asserit secundum oostrom thema. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Et infra verbis aliis; *Vincenti dabo manna absconditum; & dabo ei calculum candidum; & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Vnde liquet ligoum istud hîc vitæ nuncupatum, absconditúmque manna rem vnam tantùm esse; hanc verò corpus Christi, vt ibi docet Glossa. Quod manna hac ratione abscōditum vocatur, quia aliud est quod cernimus, & aliud quod nos credimus in qoouis Sactamento; vt inquit vox Ruperti exponens huncce locom; quantò magis in Eucharistico, quod adeo supergteditur tam alia Sacramenta, quàm aciem mentis nostræ. Vetumtamen non tantum absconditum simplicitet, sed simul & dupliciter; nimitum tam respectu viuentium Viatotum, qoibus cæli Beatitudo ignota prorsus est, Lyrani iuxta mentem, vocantis in hunc sensum Psalmistę testimonium; *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te;* quàm etiam Beatorum, qui gloriam Chtisti corporis patenter reseratam, nec visam vident eam; nec cognitam cognoscunt; nec gustata scire possunt sapores quosnam habeat secundum D. Petri Thaboris testis gloriæ sententiam disertissimam; *In quem desiderant Angeli prospicere.* Hi enim Christi corpore apertè nimis viso, id ipsum non dum vident, vt vellent, & exposcit tam magna pulchritudo; sed semper plus desiderant videre quod iam vident; vt tale desiderium viuendi sitim augeat, & visus illam satiet; sicque sitis atque visus sint iugis quædam rota supremi illius gaudij, ex tanto obiecto nati, perpetuò reuoluta; in qua ex visu redit videndi nouus ardor, & iste in voluptatis camino verè immenso, tam aquà qoàm & igne Dioino semper ardet; desiderio & refrigerio assidue circumactus. Ac etiam iuxta mentē illius qui ad tertium sic dixit raptus cælum; *Nec oculus vidit; nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quod præparauit Deus diligentibus se.* Non enim affirmationibus, sed negationibus dumtaxat quocúnque modo potest exponi qoid sit Deus; videlicet, quod non sit Sol mundi lustrans omnia, sed clarior infinitiès; non cælum quod videmus, sed pulchrius & excelsius, ac totidem excellētios; nō quidquid terra gignit, suaue, pulchrum, diues; sed aliud tantò altius, vt oculus non viderit, nec auris vnquam audierit, nec cor auiditate concupiscendi plus distentū, idoneum ad concupiscendum extiterit Dei faciem; hanc nempe cogitando vt illa per se est. Est quippe semper res optaris atque captu humano longè euectior, qoo ascendere non valet mortalium limitatio, vel altior

Apoc. 2. 7. 17.

Rupertus.

Lyra.

Psal. 30. 20.

1. Pett. 1. 12.

Quam magna cæli gloria ex viso Christi corpore, & quomodo hoc iam visum videri semper plus desideretur à Beatis.

1. Cor. 2. 9.

Cur Deus non affirmando, sed potius denegando à nobis agnoscatur.

contẽplatio; quapropter dia it aptè & ſcitè D. Paulus; *Nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe.* Vnde doctè atq; deuotè inquit huius tẽpeſtatis egregia Monialis Ioanna de Cambry lib. 3. cap. 5. in ruina amoris proprij, quod Deus non eſſet Deus, ſi poſſet explicari; nec etiam incomprehenſibilis, vt eſt natura ſua, ſi poſſet comprehendi, & dici, ac enarrari: quo fit, vt nec Beati alicui poſſint dicere quod bonum ſit Dei gloria; nec item iuſtæ animæ quod bonum ſit Dei gratia, & illa met dulcedo, pinguedo atque ſuauitas abſcondita & remota à gaudiis temporalibus, quæ charis eius datur.

Ioanna de Cambry.

Cur gaudia ſpiritualia non poſſint explicari.

Quocirca magna emphaſi dulcore hoc delibutus, ad ſonum ſuæ Cytharæ concinnuit Rea Propheta; *Quam magna*, ſine limite; *Multitudo*, ſine meta; *Dulcedinis tuæ* non humanæ; *Quam abſcondiſti*, Deus abſcondite *Timentibus te*, ſolùm; ſcu illis, qui te timent, timore, prout decet, amore ſummo pleno. Nec mente inferiori (vt appareat quam ſint apta & dulcia Dei eloquia) eaiſtimo Ioannem ſecundum noſtrum thema; *Vincenti dabo manna abſconditum*, de gaudiis tam cæleſtibus, quàm etiam Eccleſiaſticis, à manna Chriſti corporis, vel clarè viſi babitis, vel ſub noſtro Sacramento occultè manducati, promiſeuè intellexiſſe, dum iſta manna abſconditum pergraphicè vocauit. Manna enim cibus erat & patens & abſconditum; quia pariter patebat aſpectui Iſraëlitico, & pariter latebat, ex eo quod ſapores incognitos, & omnes miraculo quam magno, interius continebat; quo ſimul edebatur, & ab ipſis manducantibus ſtupefactis quærebatur *Man. hu?* Seu, *Quid eſt hoc?* à qua voce interrogante hoc nomen eſt eaortum. Sicque etiam Chriſti corporis tam in cælo reuelati, quam occultati ſub hoc cibo, ita oculos ſuum dulcore ſummo replet, vt ipſum deguſtantes nō guſtent eius guſtum, non ſentiant eius ſenſum; non videant eius lucem, quam tamen ſemper vident in cælico palatio; nec ſaporẽ quo veſcuntur perenniter agnoſcant, ſed dicant inceſſanter, mirati, & recreati. *Man. hu?* Quid tale eſt hoc? Quis dulcor? Quis ve ſapor? qui ſapit ſuper omnia? & tamē ſuos omnes plus charos & dilectos inſipientes de ſe reddit; ac etiam quò plus charos, eo ipſo plus ignaros ſcientiæ talis facit?

Cur manna ſimul patent, abſconditumque fuerit.

Sapien. 16. 20.

Exod. 16. 15.

Sed calculus cur candidus, qui eſt lucidus lapillus, pretioſus atque paruulus, vt ait Interlinea, vocatur hocce corpus, & hocce manna cælicum? Quia calculus eſt lapis tam paruæ quantitatis, vt à pedibus perfacilè calcetur, & ſub plantis calcatus occultetur; vt in calculi vocabulo Catholicon eſt teſtis. Quis verò talis calculus, tã diues quàm calcatos? imò etiam in Paſſione non parum conculcatus, vt corpus Redēptoris, ab ædificantibus reprobatus in morte tam deſpecta? Sed à Deo in caput anguli cæleſtis & terreſtris, vt Eccleſiam triumphantem militantẽmque ſe ipſo in vnam tantum iungeret; & vnam tali lapide nectente ſolam fa-

Cur calculus Redemptoris dicatur noſtri corpus; & calculi quod ethymon.

A ceret; & cælum ac terram inuicem pacificaret ſuo ſanguine, vt aſſerit Apoſtolus, honore ſummo electus? Ergo etiam ſine dubio per corpus atque ſanguinem iſtius Sacramenti; quo profectò deficiente & iſta pax deficiet. Et facit quod hoc Sacrum habetur in altari; vbi calculum præfatum adeſſe ſcimus alibi, Iſaiæ ſexto capite.

Ephes. 2. 14.

Coloſſ. 1. 20

Iſai. 6. 6.

Quare autem dictus calculus, vel etiam poſtquam dicitur tã variè conculcatus, vocatur adhuc candidus, ſplendidus, & clarus? & in eo nomen nouum ſcriptum reperitur, quod equidem cum manna, & calculo donatur? ſed tamē ita imperuium humanæ ſapientiæ, vt nemo nomen ſciat, niſi tantùm qui id ipſum à Deo nomen accipit? Multa quærit ecce quæſtio, quibus debeo longiuſ-B culè minutim reſpondere. Primum igitur de calculo candore reſplendente, eſt idem corpus Chriſti in cælo glorioſum, dote ſuæ claritatis eximiæ decoratum; vocatur enim calculus ob corporis ſubſtantiã, terrenam, prout ſunt, vel ipſi, quantumcũque pretioſiſſimi lapilli; candidus verò ob Paſſionem, reſpectu cuius ſacra non ſemel inquit pagina, coronatum Chriſtum Dominum fuiſſe ſertis gloriæ. Secundum verò nominis, tam incogniti quam noui, in calculo exarati, beatitudo cæli eſt; à Chriſti nanque corpore ſcripto quinque literis, ſeu potius quinque plagis præfata in Paſſione pro nobis deturpat eiſdẽmque in prœmio æterno laoreato, Sanctorum pendet gloria, qui per dotes & virtutes eiuſdem miri corporis, adſcribuntur ipſi corpori; ipſi calculo, & ciC uitati, mirificè ſplendenti. Tertium autem atque ſupremum nouitatis huius nominis, quod à nemine cognoſcitur, niſi ab eo, qui hoc accipit, eſt dicta cæli gloria, quæ poſt culpam primi hominis, vt prorſus res indebita, hominibus eſt noua; & pariter incognita ob aliam rationem; quia beatitudinis immẽſitas non cognoſcitur in mundo à viris viatoribus, nec etiã vel in cælo, vt paulo ſupra diai, ab ipſis comprehenſoribus; à quibus tamen quãtùm cognoſci poteſt illa, dignoſci certum eſt. Vnde dicitur de nomine; *Quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Ita ferè noſter Lyra, ea ponens iſtum locum.

Hebræ. 2. 9.

Philip. 2. 8.

Beatitudo cur ſit noua & iugiter incognita.

Lyra.

Et verò reſtat vltimò à nobis eaquirendum, cur homo bono gloriæ admiſſus, hîc D accipiens dicatur à Ioanne; *Quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Nam rem quam nos accipimus, hanc gratis dari ſcimus, ſi autẽ gratis gloria à Chriſto nobis datur, nec opera ea iguntur à quolibet Fideli, nec Fides in Euchariſtiam operibus adiuncta, & mediis pœnitentiæ cum aliis ſacri cultus, obſequiiſque in ipſam officiis perquam debitis, ram pluries in hoc opere derigore & neceſſitate omnino requiſitis, iudicabitur vel erit profectò neceſſaria. Reſpondeo, gratis dari, tam gloriam, quàm & preſſius priorẽ gratiam illam, qua ſumus ad Dei Fidem gratuitò vocati, per ipſámque ad gloriam diſpoſiti & fundati; ſed poſtea gratis nemini donari tandem ſummũ cæleſtis munus gloriæ; imò potius illis ſolum qui operibus ſe poliunt,

Ad gloriam quantùm opera virtuns neceſſaria.

poliunt, & dignos verè faciunt quò tantam rem accipiant; vt constat ex Apostolo Corinthiis scribente *Gratia autem Dei sum, id quod sum*; id est, dum sum vocatus; *Et gratia eius in me vacua non fuit*; videlicet, ab operibus pro gratia necessariis; *Sed abundantius illis omnibus laboraui; non ego autem*: nimirum per me solum; *Sed gratia Dei mecum*, concludit idem Sanctus. Quid clarius contra hæreticos laudantes tantùm Fidem in Christi mortem iactam? & opera excludentes, ac etiam abominantes sub illa necessaria? Quocirca cum Dei vas contrarius sibi ipsi existere non possit, sic est intelligendus in illo luco celebri (per istosmet turbato) dum ait ad Romanos; *Iustificati gratis per gratiam ipsius*; vt modò dictum est; *Per redemptionem; quæ est in Christo Iesu*, id est, in Cruce passo, quia ibi fuit facta redemptio copiosa, ac loquitur Psalmographus; *Quem proposuit Deus propitiationem. per Fidem in sanguine eius*. Hoc est, in illo posuit remissionem peccatorum, reconciliationémque cum Deo, per Fidem cùm operibus, nam aliter perspicuum quod Fides non est Fides, sed potius tam formalis, quam Deo & cuique homini odibilis perfidia; nec virtus & virtutum initium felicissimum, sed vitium, & vitiorum omnigenum principium, quod quantum cogitare enorme sit, est patens. Et hoc voluit significare, dum asserit notanter *Per fidem in sanguine eius*; id est, in illo sanguine virtutibus tot nato, augmentato, atque profuso; cui esset valde iniurium confidere per culpas; immaniáque flagitia.

1. Cor. 15. 10.
Rom. 3. 24
Psal. 129. 7.
Eodem n. 24.
Quã enorme fidem sit euere ab operibus.

Si autem eundem sanguinem contentum sub his verbis *Per fidem in sanguine eius*, de sanguine non Crucis, sed nostri Sacramenti velimus explicare, non solum non ineptum, sed imò tam idoneum, & aptum iudicabitur, vt hic sensus, & nullus alius appareat literalis. Primùm quidèm quia Fidem cum sanguine coniungit; & vtraque res est Eucharistiæ Sacramentum; mysterium nempe Fidei, & sanguinis Dei Filij. Deinde quia propitiationem commemorat hîc Crucis, *Quem proposuit Deus propitiationem*; & mox quasi rem distinctam, adiungit quod subsequitur *Per fidem in sanguine eius*. Nouerat enim D. Paulus Sacrificiũ in Cruce Christum sufficiens perfecisse, at efficax in Cæna ad illud idem Crucis iterandum & applicandum pro quolibet Fideli tam verè instituisse, quam etiam frequentandum perpetuò reliquisse; vt fusius & cõmodius dicetur in Abele. Quod consonat doctrinę Apostoli relati, cùm de sanguine Eucharistico eximia reuerẽtia scribit ad Cor. 1. cap. 11. n. 27. & institutioni ac administrationi istius Sacramenti; cuius equidem institutio & administratio quotidiana, si ista non existeret, inanis prorsus foret. Tandémque quia hic cibus Mysteriorum nostræ Fidei est finis & perfectio; vt Doctore cum Angelico in sua p. 3. quam sæpius memoraui. De quo etiam cum non paucis illam celebrem sententiam Ioannis explicaui; *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; id est, in

Veritatis Eucharistici Sacrificij & Sacramenti mirabilis probatio.
1. Cor. 11. 27
Ioan. 13. 1.

A Eucharistiam; quapropter hic est sanguis, & finis, de quo ait; *Per fidem in sanguine eius*; vt vltima res nobis omninò necessaria. Nec deuiè talis finis in Fide, & cibo, ac sanguine prædicto fuit positus; nam cum hominis peccatum fuisset, quòd Dei verbis non veram fidem dederit; deindéque in cibo, feruore malo sanguinis & carnis lapsus fuerit, per eadem remedia resurgere ex aduerso conueniens summè erat.

Probatur hæcce veritas, & primum in prima parte de Fide cum operibus, ex themate explanato; *Vincenti dabo de ligno vitæ, Vincenti dabo manna absconditum*. Vbi bis de cibo isto tractatur Sacratissimo, & bis hominis vincentis memoria colligatur; non enim potest dari hæc esca non vincentibus, B & viris non facientibus quod decet virtuosos. Vnde in prima pueritia Ecclesiæ res solemnis & frequens existebat, Fideles Baptizatos adultos coronare, & eos sic corona symbolicè adornatos reficere Eucharistia; vt in lib. de Baptismo Seuerus Alexandrinus recenset per hęc verba; *Eleuant baptizatos ad altare, eisque dant mysticam Eucharistiam, & sertis coronat eos Sacerdos*. Nullus quippe coronabitur ex mente D. Pauli, nisi ille qui legitimè certauerit aduersus phalanges vitiorum; sic verò coronatus cibabitur dignissimè hoc ferculo Diuino; omnis etenim qui aliter ex eo quidquid sumit, *De ligno vitæ sumit, at illi non dat Christus*, (qui ait in hoc loco; vincenti dabo de ligno vitæ) *sed ipse per se rapit*, vt asserit Rupertus. Quibus adde C victorem dupliciter hunc dici; quia interior & exterior requiritur victoria; munditia, & congruentia. At verò pars secunda de Fide cum operibus huic sanguini tanquam fini ligata necessariò, *Per fidem in sanguine ipsius*; ex illo Ezechielis pręclaro Vaticinio æqualiter firmatur; *Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentum scriptoris ad renes eius; & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare aureum*. Cur enim iuxta altare præcinctus atramento vir vnus inter sex huiusmodi vestitu & gestu tali constitit? nisi quia tantus vir, qui ipsis prorsus lineis, seu lineo vestimento sub poderis vocabulo, quæ linea vestis dicitur, demissa ad pedes vsque in Apoc. visus fuit, est Christus, eo in loco inter septem candelabra, & hîc homines inter D septem mysterio magno adstans; vt appareat quantum ille inter septem Sacramenta consistit corporaliter, & Eucharistiam suo corpore quę Sacramentum medium est, adimplet perfectissimè; & ex ipsomet mysterio in altaribus confecto atramentario sui corporis & sui sanguinis atramento ęterno vitæ libro adscribit suos famulos? Ruperto placet hoc ad cap. 31. Prophetæ nunc producti, quo loci sic se habet; *Vir vnus in medio eorum vestitus lineis, & atramentarium ad renes eius Christus est, Dei Filius; qui carnis nostræ vestitus lineis venit in hunc mundum ad hoc vt electos suos debitæ vltioni acriter excipiendos, conscriberet in libro viuentium*. Ergo sanguis Redemptoris huiusmodi atramentum, atramentarium verò corpus illius in altaribus

Apoc. 2. 7. 17
Baptizati cur antiquitus statim coronati, Eucharistia quæ cibati.
Seuerus Alexandri.
Rupertus.
Ezech. 9. 2.
Apoc. 1. 13.
Rupertus.

Eccleſiæ conſecratum, ſine quibus nemo albo inſcribitur cæleſti. Sed hoc vtique vincendo per Fidem cum operibus adiunctis eius ſanguini oblato ſuper aram; *Per Fidem in ſanguine eius.* Quo fit vt ex altari, & noſtræ vitæ arbore diſtribuat cæli præmia, quæ erat ſectionis præſentis collimatio; indigniſque è contra æternos cruciatus. Paſchaſius de corp. & ſangu. Dom. Ezechielem ſic exponit; *Benè iuxta altare adeſſe perhibetur, vt milites ad ſtipendia vitæ percipienda accedentes diuinitus diſcernat.* Et Alanus lib. 2. de Euchar. cap. 8. eſt dignus vt de hac re à quouis videatur.

Paſchaſius.

Alanus Cardinalis.

De rationibus cur hæc arbor vitalis Euchariſtica in Eccleſiæ paradiſo inutilis non ſit, ſed apta & neceſſaria.

63. DIxi loco ſupremo de priſco vitæ ligno in vanum non creatum, etſi homini futurum Deus vſui nulli ſciret; quod in arbore Euchariſtica patentius innoteſcit, licet praui & veritatis oſores ſemper hoſtes, cum hîc Chriſti præſentiam adacti claris locis non poſſint denegare, in eiuſmet præſentiæ vtilitatem deturbandam, & inutilitates eruendas effrenes ſeſe rapiant; dicentes cum Philoſopho, nec Deum nec naturam fruſtraneum quid efficere; & fruſtra talem eſſe præſentiam Chriſti corporis, cum ſatis ſit in ſigno: ex eo, quia finis & fructus Euchariſtiæ eſt animas ſpirituali nutrire ſucco gratiæ, ſed ad iſtud tantum valet nutritio quæ per ſymbolum, ac ea quæ perficitur per verum Chriſti corpus: illius ergo vana in iſto Sacramento præſentia comprobatur. Bellarminus de Euchar. lib. 3. cap. 9. argumentum totum negat. Conſequentiam quidèm, vt hinc exordium fandi ſumam; quia ſolùm non fuiſſe abſolutè neceſſarium Euchariſticum Myſterium per illam tantùm patet, non verò non proficuum & prorſus ſalutare; omne illud quippe eſt vtiliter peractum, per quod aliquid vtilitatis alicui comparatur, etſi aliter idipſum haberi bene poſſet; vt multis ex ſimilibus clariſſimè firmatur. Secus enim vacuum eſſet Incarnationis Sacramentum, ſine qua ſaluos nos Deus efficere valebat; inutiléſque Chriſti labores tot perpeſſi, cum vel guttula eius ſanguinis pro orbe redimendo abundè redundaret; aërij tot contactus illius ad infirmos, cum facilius potuiſſet vel verbo, vel voluntate eoſdem ſoſpitare. Antecedens verò quia non parum maior fructus percipitur ex re iſtius Sacramenti, quam ex fide tantùm eius per ſymbola apprehenſa. Magis nanque commouetur Diuinæ Fidei ardor, ſpei in Deum vigor, & feruor charitatis, ac omnis pietatis, cum Chriſtum nobis re vnitũ cogitamus, quam cum in cælo ſolùm eum regnantem contemplamur. Euentu res pateſcit; quia longe differentius huic ipſi Sacramento, quam noſtri Saluatoris imaginibus, quæ ſymbola illius nuda ſunt, Fideles deuouentur. Deinde, quia plura beneficia ſunt præſentiæ, quam vtique potentiæ cuiuſq; magni principis; vnde plures à compedibus abſoluunt boni Reges, ſi carceres inuiſunt, quam planè liberaſſent ſi illuc non veniſſent, quantumuis ſolo iuſſu id eis perquam facilè. Vnde & Chriſtus eos omnes curabat, quos tangebat, aliuſmodi nullo modo ab illomet curandos, ni eos tetigiſſet, vt alios non ſanabat, quos neutiquam attingebat. Et tamen quis negabit non potuiſſe ſine tactu hos omnes mederi? Ac tandem quia hic cibus Sacrificium legis nouæ (aliter enim ſine Sacrificio lex eſſet, & Religio, quod minime conueniens) vel etiam ab aduerſariis noſtratibus agnoſcitur, & vt minimum per rationes ſufficienter concludentes nullatenus exploditur; ac proinde multò melius, præſtantius, & vtilius quam alia legis veteris; nam illa ſicut vmbræ non aliud quam veritatem tantummodo adumbrabant, hoc autem quia veritas oportet vt ſub ſe contineat veritatem.

An inutilis vel vtilis præſentia Chriſti corporis in Euchariſtiæ Sacramento. Bellarmin.

Euchariſtiæ vtilitates o-

miſſis multis aliis inferius allegandæ.

Nec officit, quòd priſca maiora noſtro erant in re exteriori; nam ideo met in forma interna debent vinci, quia in materia interiori haudquaquam vinci poterant. Sicque planè decens erat dictamini intellectus, vt figuræ adimplerentur in parte meliori; quæ equidem eſt interior; & vt noſtrum Sacrificium antiquorum velut forma, & anima (quæ in corpore interna & inuiſibilis natura ſua eſt) maneret proculdubio. Itaque quod Moſaica antiqua Sacrificia fuerunt noſtri corpus, ac ideo in corporali materia exteriori non parum grandiora, noſtrum vero clarè anima illarum oblationum; propterĉaque in forma interna & inuiſibili præſtantius illis omnibus; ac ſimul Chriſti corporis præſentia & veritate idoneè decoratum. Fidei noſtræ deſertores propterea ſeſe Fidei præcones ſummos faciunt, vt verbis ei concedant, quod denegant operibus; nihil enim Sacramentorum vel operum fatentur ſeu aptum ſeu ſaluti Fidelium neceſſarium; ſed neceſſe tantùm Fidem in Chriſtum firmam iacere, & cætera vt ſuperflua ſtultáque contemnere. Verùm fides eorum accuſabit eos, & opera illorum perſequentur illos, cum ipſis nihil proderit. Hæc de noſtri Sacramenti vtilitatibus nunc ſatis; de quibus Bonauent. ſent. lib. 4. d. 10. q. 1. nóſque 6. Enarrat. n. 10. 17. & n. 21. cum aliis multis locis.

Præſentia Chriſti corporis in noſtro Sacrificio ex priſcis confirmata.

Cur Fidei laudatores hæretici ſint maximi.

De Eccleſia cum paradiſo, quo ad boni & mali arborem ſcientiæ nuncupatam, quinaria conſpiratio.

64. ERat illa corporalis, ſcientiæque vocata; & Diuina Sapientia corporea facta eſt, Sapientiæ poſtquam fons celſiſſimum Dei Verbum *Factus eſt nobis ſapientia à*

Eccleſ. 1. 5.

1. Cor. 1. 30.

Deo,

A *Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*; Deinde singularis & vnica in specie; & sic ista Sapientia, de qua Ecclesiasticus; *Ego ex ore a tissimi prodiui primogenita*; ac si diceret *Vnigenita*; sed primogenita respectu creaturarum vniuersarum, de quibus subligatur; *Ante omnem creaturam*. Atque tandem venustate eximia conspicabilis. At de nostra Sapientia sic ait sacra pagina; *Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia*. Sed potius semper pulchra & viridis, ac gratia perenni perseuerans. Quid aptius? vel germanius?

Ecclef. 24. 5.

Diuina sapientia quã vera vitæ arbor. Sap. 6. 13.

Hæc igitur est arbor scientiæ boni & mali Ecclesiæ in viridario; quia cuncta bene nouit Diuina Sapientia, quæ illi semper adest, ac eam moderatur, & in cibo Sacrosancto, hûc mox accommodando, perpetuo B delitescit; de quo n. 60. in fin. quidquid Veneti prædixit meditatio. Sed hæc ipsa sapientia rimanda prohibetur, hominibusque vetita sub grauibus periculis & variis discriminibus; quia Diuina perscrutari non parum temerarium, vt fertur in prouerbio; quare dicitur in illis à Rege Sapiente; *Scrutator maiestatis opprimetur a gloria*. Et etiam à D. Paulo; *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: vnicuique sicut Deus diuisit mensuram Fidei*. Vnde constat in Diuinis non omnia inuestiganda, sed ea quæ sunt Fidei libramine dictata, & radio collustrata. Fides enim, vt hinc patet, mensura est intellectus; & meta à Deo posita in rebus ac mysteriis Diuinis addiscendis; lucerna quippe est ad pedes mentis nostræ in C viam veritatis idoneè dirigendos; *Lucerna pedibus meis verbum tuum; & lumen semitis meis*. qua qui amplius irradiatur, ampliora pari passu arcana contemplatur. Nam Fides naturalem rationem non offuscat, sed potius magis claram, capacémque constituit, vt, licet non per vias ac vires sibi proprias, percipiat res Diuinas. Quamobrem qui de Dei tractare vult arcanis, rationem semper Fidei subiiciat dominatui, vt ab illa illuminatus à recto non aberret, & mysteria abditiora hac luce possit meliùs, & leniùs penetrare. Nec à culpa liberabit sciendi quemuis auidum, dulcedo atque deuotio diuina meditandi, cum ipsa sint prædulcia, vt inquit idem Vates; *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel ori meo*; & digna prima facie, ex eo quod sint Dei, vt nimis inquiran- D tur; non enim, sicut dixi, hoc culpam remouebit, sed ipsam plus augebit, quia vbi maior gula, sobrietas ibi maior suapte necessaria; quocirca dixit Paulus; *Sed sapere ad sobrietatem*: Et vbi cibus dulcior, ibi maior temperantia exigitur à sobriis: nam dulce sitim excitat, ad vomitúmque prouocat, si multum comedatur; vnde pariter possunt cum rebus manducatis & viscera transmitti, & animam exhalari; cui discrimini opitulatus est Salomon, cum dixit; *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi; ne forte satiatus euomas illud. Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria*.

Vt arbor boni & male scientiæ Deus existat.

Prou. 25. 27.

Rom. 12. 3.

Mensura mentis fides, & lumẽ intellectus.

Psal 118. 105.

Psal. 118. 13.

Sciẽdi quæ dulcedo, & ideo quod periculum.

Prou. 25. 17 & 27.

A Probemus, & spicula in album, & Eucharisticum scopum dirigamus. Solemne fuit olim degentibus sub lege, & lege imperitatum; Sacrificia cuncta salis parare, & Dei conspectui offerre condimento; quod humanam discretionem, qua fieri decebat, non male insinuabat. Sed cur hodie à Christiano Sacrificio sal arcetur, quo sine nullum quondam litari decens erat. Nunquid citra discretionem, sapientiámque à nobis immolatur in Ecclesia? non certè, cum antiquis reprobatis Sacrificiis, & simul exprobratis; *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo*? statim hoc Sacrificium tam gratum, & Deo sapidum, quam laudibus repletum sacrificare iubeamur; *Immola Deo Sacrificium laudis, & redde B altissimo vota tua*. Quod intelligi de Eucharistico, ex nomine indicatur; nam laudis Sacrificium, gratiarum, & Eucharisticum, est vnum quid tantummodo; & ex Domini præcepto, quo in eius commemorationem, & actionem gratitudinis quotidie ipsius corpus præcipimur libare; *Hoc facite in meam commemorationem* Sed potius quia sal, Sapientiáque Diuina in eo continetur, & ideo sal externum ac mundi sapientia ab illo exterminatur; cum qua aurum cuiuscunque scientiæ mundialis ad inuicem collatum exigua arena est, & lutum argentum omne terrestris eloquentiæ; id est, aurum plus effulgens terræ sapientiæ, & eloquium grandiloquentię plus tinniens & delectans, sapientia coram Dei pallescunt velut au- C rum; & tanquam in lutum mersum, conuersum vel argentum, dedecore atque trepido silentio conticescunt.

Leuit. 2. 13.

Sal quare non in Missa, cum olim missum fuerit in cuncta sacrificia.

Psal 49. 13. & 14.

Luc. 22 19.

Sap. 7. 9.

Vis hoc nostri Sacramenti figura clariori videre roboratum? Edebatur olim agnus cum pane sine sale; sic etenim conficitur, qui azymus vocatur; neque sale intingebatur ipsius caro agni; nam aliter in Exodo extaret de hoc mentio; cum cænæ dicti agni vel quæque minutissima ibidem enuntientur. Sed cur agnus sine sale (cum esset Sacrificium) extra morem manducabatur Sacrificiorum vniuersorum? Profectò, quia expressius significabat nostrum Agnum, in quo veluti iam præsens Dei erat Sapientia, & ideo humanæ sal quodcunque respuebat; vt tangit mens Gregorij relati penes Glossam, super verba quæ in aqua vetabant D agnum coqui. Vlterius, quia & aqua (nimirum tanquam frigida) humana est sapientia in ore Salomonis Prouerb. 9. cap. Gregorius sic profatur. *Omne quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus; sed agni caro nec cruda edenda est, nec cocta aqua; quia Redemptor noster nec purus homo æstimandus, nec per humanam sapientiam qualiter Deus incarnari potuit, cogitandus. Omnis enim qui purum hominem credit, carnem agni crudam comedit, quam coquere per Diuinitatis intelligentiam noluit. Qui Incarnationis mysteria humana sapientia discutit, carnem agni aqua coquit, & mysterium dispensationis per dissolutam sapientiam penetrare appetit. Assas ergo agni carnes comedat, vt dispensari omnia per Spiritus sancti potentiam sciat*. Nam

Cur sine sale Agnus antiquus ederetur, cum esset sacrificium, & ipse sal connexum. Exod. 12. 9.

Prou. 9. 17.

S. Gregor.

Cur Agnus neq; crudus nec coctus manducandus.

Spititus Diuinus eſt ignis increatus, & igni tantum aſſum permiſſum aguum edere. Hic autem in noſtro Aguo per illum figurato, & ignis cuncta ſunt, & Fides, ac deuotio ex aſſa carne redolens; ac cuncta ſancti Spiritus mirifica opetatio, ante cuius omnifariam conſpectum reuerendum, inſulſum & infatuatum humanæ Sapientiæ vileſcit omne ſal, liqueſcit omuis ſapor.

Scientiæ boni & mali cur arbor Euchariſtia. Boni igitur & mali eſt arbot Euchariſtia, dum per illam patet malum Sacrificiorum legis veteris; quæ ſanè vt inſuauia, inſipida, & ingrata, cum noſtro comparata, ſalis perpeti iuſtiſſimè egebant condimento, ſine quo Deus immolata faſtidiebat tali nauſea, vt diceret per Pſaltem quod ſupra memorauimus? *Nunquid manducabo carnes taurorum,* Pſal. 49. 13. & 14. *aut ſanguinem hircorum potabo?* Per Iſaiámque non pauca à verbis quæ incipiunt; Iſa. 1. à n. 11. *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus?* Et per ipſam patet bonum Euchariſtiæ Sacrificij, de quo immediatè; *Immola Deo ſacrificium laudis*, id eſt, per ſe laudabile, acceptabile, ſuaue, & Deo iucundiſſimum; qualis patri debet eſſe oblatio filij ſui. Hæc autem æterno Patri in Miſſa fit quotidie; & vt Pſalmi nūc producti eloquiis congruamus, huiuſmodi precamur; *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis.* Ergo benè tantæ arboris Diuinæ ſapientiæ non ſolum contrectatio, ſed etiam quæuis valde remota perſcrutatio grauiſſimè inhibetur. Quæ etiam propter hoc in medio paradiſi terreni fuit optimè ſub typo collocata; nam in rebus ſiue bonis, ſiue malis perdiſcendis, non modicè proficuū tenere locum medium; quemadmodum de Phaëtonte inſtructo à patre ſuo eum vellet auolare, ſub paucis multa dicens, Metamorph. lib. 2. in 1. illius ſabula ſic tetigit Ouidius.

Tenendum in rebus medium, in quo conſiſtit virtus. Ouidius.

Medio tutiſſimus ibis.

Hinc virtutis locus proprius quàm iuſtè factum medium; vt fertur in prouerbio; *In medio conſiſtit virtus:* de quo Horatius ſub initium epiſt. 18. & nos alibi perfunctoriè cum Angelico Doctore. Recta via, eaque media pergebant vaccæ duæ, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram illius declinantes, quæ arcam teſtamenti portantem atque ducentem brutales ipſas pecudes, portarunt in Bethſames; cuius nomen domus Solis Hebraicè interpetratur. Euchariſtiámque ſic nos per arcam deſignatam, ducentem nos in cælum, quò vtique eſt Viaticum, in veram Solis domum egregiè perducemus, ſi à medio rectitudinis in agibilibus vel ſcibilibus nequaquam declinabimus.

Horatius.

1. Reg. 6. 12.

De Eccleſia cum paradiſo, quo ad fontem illius horti ſenaria conſpiratio.

Fons vitæ, & fluens quomodo Euchariſtiæ Sacramentum.

65. FOns erat illic fontium, & princeps, ac origo; vt ſupra cum Ruperto inuenies explicatum, qui ab arboris vitalis radicibus manabat; hic verò fons eſt melior, à melioris vitæ arboris radicibus dimanans; nimirum Chriſti corpus in iſto Sacramento; quod hoc nomine in Apocalypſis viſionibus donatur; *Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ*, id eſt, de vitæ fonte, & ligno, rebus tantis hucuſque elucidato; ac etiam in D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 1. ad 1. cum Gloſſa Caietani; & opuſc. 58. cap. 26. nec non in Catechiſmo Rom. Pij 5. de Euchar. cap. 4. ſect. 46. quo loci ſic pro nobis: *Euchariſtia eſt fons, cætera autem Sacramenta riuuli. Verè enim & neceſſariò fons eſt omnium gratiarum, qui fontem ipſum cæleſtium gratiarum, & Sacramentorum omnium auctorem Chriſtum Dominum admirabili modo in ſe continet; à quo tanquam à fonte ad alia Sacramenta, quidquid boni, ac perfectioni habent, deriuatur.* Cuius quidèm fluxus gratiæ, ſi ab aliquo petatur; hic ortus & initium. Quia *Verbum* ad creaturas principium vitæ eſt, quapropter & principium, in principio iſtius operis, vocari demonſtraui; ac ſimul vitę omnis primariam ſcaturiginem, de qua Ioannes ait; *In ipſo vita erat.* At cum *Verbum* paulò infra pro nobis caro factum ibidem inueniatur, hinc eſt quod carne ſua, quæ vera eſt creatura, creaturis quoque vitam manantem recta via; videlicet per aliam creaturam ſibi ſociam, profundit Verbum Dei. Et verò modo duplici profunditur hæc vita; primo ſanè in Sacramenta, quæ gratiæ vitæ ſunt & vaſa & inſtrumenta, vt inde nobis fluat; ac ait D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 2. Secundo autem in nos; qui ex ipſis Sacramentis haurimus nobis vitam, & maximè ex præſenti, cuius neceſſitas in homines ſecundum eundem Sanctum q. 79. ar. 1. profertur in hunc modum: *Quia viuificans Dei Verbum vniens ſe ipſum carni propriæ, fecit ipſam viuificatiuam. Ac proinde decebat eum noſtris quodammodo vniri corporibus, per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinem, quæ accepimus in benedictionem viuificatiuam, in pane & vino.* Itaque quòd à Verbo, non verò à Chriſti anima proueniat hæcce gratia; ſicut enim in nobis anima largitur vitam corpori in eſſe corporali, vt per illam & non per aliud viuendi lucrum habeat, ſic Deitas in Chriſto infundit eius corpori vim totam dandi vitam, quam in eſſe ſpirituali ab illo comparamus. Non certè, quia corpori eiuſdem Redemptoris non inſit vera anima, qua eius viuit corpus, vt viuunt quiqui homines ex propriis animabus; ſed quia Chriſti gratia habitualis & naturalis, vt iſta eſt dandi vitam, ſuapte & naturaliter, ex gratia perſonali illius proficiſcitur; perſona verò Chriſti, etſi viueret per animam, in gratia niſi tantùm per Deitatem vitam habere ex eo ſatis patet, quia vt vnicum ſuppoſitum eiuſdem Saluatoris, perſonam ipſius totam immediatè in ſe dumtaxat ſuppoſitabat, ac Diuina virtute ſuſtentabat, & tam animæ quam corpori prędictæ vitam gratiæ largiſſimè donabat. Hæc autem gratia à Verbo communicata toti Chriſto, tam in anima, quam in corpore, non per animam, ſed per corpus illius nobis data, tam hîc à D. Tho. quam alibi vbicunque aſſeritur ab omnibus; quia caro, vt res exterior exterius applicatur;

Apoc. 21. 6.

D. Tho.

Catechiſ. Pij 5.

Ioan. 1. 4.

D. Tho.

Euchariſtica cur gratia à verbo plus per corpus quā per animam Redemptoris deſcendat in Fideles.

tur; & quia caro carnis peccantis in Ada- A
mo, in Christo est medicina, vt ait Augusti-
nus in cæco Cælidonio; *Caro te excæcauerat,*
caro te sanet : proindéque necesse, vt caro
carnem Christi & quęrat, & se illi aduniat
in hoc cibo; qua via intelligendus est idem
Sanctus Doctor in Commentat. sup: Ioan.
tract. 27. dum de ista nostri ad Christum
S. August. sic fatur vnione: *Fiant Fideles corpus Christi si*
volunt viuere de spiritu Christi. De spiritu enim
Christi non viuit nisi corpus Christi. Et Aposto-
Ephe 2.5. & 3 6. lus dum *Concorporales, comparticipes, & conni-*
uificatos Christi corpori appellauit eosdem
Christianos.

Hęc de fontis Euchatistici profluuio ori-
ginario, de irrigatione verò eius Chryso-
stomus in Ioannem hom. 45. sic vena lucu-
S. Chrysostomus. lenta; *Ex paradiso fons scaturit, à quo sensi-* B
biles fluuij emanabant; à mensa hac prodit fons,
qui fluuios spiritales diffundit. Iuxta hunc fon-
Eucharistia qualis fons Ecclesiæ Paradisi. *tem non steriles salices germinant, sed quercus cæ-*
lum attingentes, qui fructus tempestiuos & soli-
dos semper producunt. Si quis æstuat, ad hunc
fontem se conferat, & recreabitur. Mundat squa-
lorem, & sordes, æstus mitigat non solares, sed
quos sagitta ignitæ imprimunt. Etenim ortum
suum supernè habet, unde ad radicem vsque irri-
gat. Multi huius fontis riui, quos Paracletus dif-
fundit, & Filius arbiter est; neque bidente aut li-
gone viam facit, sed animos nostros aperit. Hic
fons lucis diffundens radios veritatis. Hic super-
næ adstiterunt virtutes, fluctuum eius pulchritu-
dinem inspicientes. Nam manifestius quam nos
illa virtutem intuentur. De quo effectu vlti-
mo, dum lucis fons existit, sic canit Rex
Propheta. *Inebriabuntur ab vbertate domus*
Psal. 35.10. *tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quo-* C
niam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vi-
debimus lumen. Vnde clarè coniectabis quòd
potat & illuminat, sicut satis eleganter ecci-
bit Augustinus explanans hæcce verba. Il-
lustris ergo fons; cuius aqua tam pellucida
& clara comprobatur, vt vera lux euadat;
Ioan 9 7. ex qua cæcus à natiuitate in illo fonte Siloë
ebibit lucem suam; nam Siloë missus est
idiomate Hebræorum; in quo fonte no-
bis misso, nimirum in Christi corpore, po-
tamur, atque luce mirifica donamur. Hinc-
S. Ephrem. que dixit S. Ephrem. serm. de iudic. *Si pro-*
cul à nobis fons est Siloë, ad quem cæcus missus est,
pretiosus calix sanguinis tui plenus vita & lumi-
ne in proximo est; tantò propinquior, quantò qui
accesserit purior fuerit.

De quo quidem paradisi Ecclesiæ fonte ce- D
lebri, ab abditiori parte templi Sacrario &
Sanctuario, vt ille Exechielis, ad extra pro-
Ezech 47. 1. & 12. manante Albertus sic scribit d. 3. tract. 1.
Albertus magnus cap. 7. *Fons ascendebat de terra, hoc est de ter-*
reno corpore Domini in Sacramento, irrigans vni-
Fons Christus & quā optimus in aræ Sacramento. *uersam superficiem paradisi. Paradisus enim lo-*
cus delitiarū est in nutrimentis Ecclesiæ; in quem
locum iste fons delectationis influit, & omnia ir-
rigat interiora animæ, & corporis, ad quæ deri-
Ambrosius. *uatur* Et Ambrosius de paradiso ac Christo
simul loquens. *Est paradisus mysticè anima fæ-*
cunda & fertilis, in Edem plantata. In ea est
fons ad irrigandum; id est, Dominus Iesus Chri-
stus, fons vitæ, qui de se ait; Si quis sitit, ve-
niat ad me. *Venite, & edite de panibus meis,*
& bibite vinum quod miscui vobis. Hic est fons,
qui irrigat paradisum, hoc est, virtutes animæ,
eminentissimo modo pullulantes. Quæ omnia,
licet mira, mirari rectè desines, si attenderis
vt Christus se aquam nominauerit; cum
corpus suum & sanguinem largissimè do-
nauit; *sicut aqua effusus sum; & dispersa sunt* Psal. 21 15.
omnia ossa mea. Sed cur aqua, qui est oleum
in suo Christi nomine? Et vinum in Sacra-
mento? de quo hi duo Sancti clarissimè lo-
quuntur; cum pretiosiores & priores ad vi-
tam sustentandam præfati sint liquores; vt
illa, quæ sunt mixta, non autem pura cor-
pora; quemadmodum elementa, & ideo,
velut aqua, naturaliter prohibita, vt alant,
& naturam obtineant alimenti. Cur ergo
magis aquam, quam vinum, siue oleum se-
ipsum nuncupauit? *Quia nihil nouit corpus*
Christi, nisi peccata lauare; vt ait hic Arno-
bius; & Augustinus per hæc verba; *Aqua* Arnobius. S. August.
quando effunditur, aut abluit, aut rigat; effu-
sus est Christus sicut aqua; abluta sunt sordes;
irrigatæ sunt mentes. Hincque asserit Chry-
sostomus in loco modo habito; *Hic sanguis* S. Chryso.
animarum nostrarum salus est; hoc lauatur ani-
ma; hoc ornatur; hoc incenditur. Hic igne cla-
riorem nostram mentem reddit, & auro splendi-
diorem; cælúmque tandem nobis peruium facit.
O mundo fons eximius, & summè saluta- Qui fontes viceuersa ex terra in cælum influant.
ris! ex quo in cælum influit, & ipsum San-
ctis rigat, seu replet, & fœcundat; multò
melius quam de lacrymis Chrysologus est
auctor. Sed nota Patres istos de Christo in P. Chrysol.
Eucharistia, vt claret ex eisdem, vniformi-
ter profari. Qui certè valde consonant Di-
uinis Vaticiniis; à latere namq; dextro flue-
bat ille fons Prophetæ Exechielis; *Et ecce*
aqua redundantes à latere dextro. Et à latere Ezech 47 2.
Christi dextro vt in 6. Enarrat. abundè
dictum est, manarunt sanguis & aqua; Ec-
clesiæ Sacramentorum compendia & fun-
damenta. De quo fonte Sacramentali Ec-
clesiæ paradisi nonnihil hic subiiciam eius-
dem Ezechielis; vt constet quod promanat
ex tali Sanctuario; & quod fructus vtilis-
simos, virtutúmque omnigenos producat
aquę suę humiditate saluberrima; & etiam
vt pius Lector ad fructus hos legendos in
sequenti Enarrat. se melius ex nunc præ-
paret; Sic autem Vates ait. *Et super torren-*
tem orietur in ripis eius ex vtráque parte omne Ezec. 47.12.
lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, &
non deficiet fructus eius; per singulos menses af-
feret primitiua; quia aqua eius de Sanctuario
egredientur; & erunt fructus eius in cibum &
folia eius ad medicinam. Quid pulchrius? Quid
diuinius?

De Baptismi & Eucharistiæ conne-
xione satis apta, ex fontis atque
arboris vitalis perquam mystica
vicinia concinnata.

66. A Vitæ dixi arboris radicibus pro-
ficuis oriri fontem illum; quorum
equidem vicinitas mysteriis ex se plena fa-
cillimè patescit. Nunc eandémet viciniam

meliotis ligni & fontis, Baptismi, & Eu- A
charistiæ, diuersis ac proinde iucundis ex
se rebus, Lectori repetamus. Quod etiam
Baptismi & Eucharistiæ notabilis connexio. vt ordinatim à nobis proponatur, primum
sanè de parilitate, similitudine ve pari, quã
habent inter se deinde de necessitate, quam
illorum nos habemus; tandémque de for-
malitate, qua olim ministrata, & hodie mi-
nistranda, sermonem componemus.

De parilitate certũ est, intercedere quam-
magnam, quam Vates Rex huiusmodi in
Psal. 22. 1. vnum coassauit; *Dominus regit me, & nihil
mihi deerit, in loco pascua ibi me collocauit. Su-
per aquam refectionis educauit.* Cibum ponens
primo loco, & poculum in secundo; sed
alibi hæcce loca commutans, vt æqualia
Psal. 64. 10. exinde noscerentur; *Flumen Dei repletum est
aquis; parasti cibum illorum.* Quod de viro B
Christiano vaticinatus Isaias; panem ite-
rum præponens, sed aquam pani ipsi sup-
Isai. 33. 16. ponens, per hæc verba; *Panis ei datus est,
aqua eius fideles*: dum fidelem non inaniter
vocauit istam aquam; sed quia Baptismalis
fidelis aqua est, quæ Fidei nos admittit, &
lauat pro hoc cibo idoneè manducãdo; quo
sensu prior est fidelis aqua talis, & quia Fi-
des debet præire pani Sancto; ita vt aqua in
necessitate hac duplici sit prima; sed panis
Quantopere sint paria. in dignitate; vtrúmque verò ad inuicẽ tam
valde coæquatum, vt non solum sint co-
gnata, & proxima, ac affinia, sed etiam con-
sanguinea; cum sanguinem atque aquam
commixtim ex Christi pectore fluxisse pro-
Ioan. 19. 35. pter istam firmandam veritatem, testentur
Dei eloquia. Baptismus est principium spi- C
ritualis vitæ nostræ; Eucharistia vero finis;
Baptismus in perceptione præcedens Eu-
charistiam; & Eucharistia in intentione
D. Thom. præhabita Baptismo; vt docet D. Thom.
3. p. q. 79. art. 1. & 6. & q. 73. art. 5. ad. 4.
& q. 82. Vnde fit, quod hæc duo germana
Sacramenta non solum Christus condidit,
& instituit per seipsum, sed in persona sua
propria suscepit primus omnium. Nec ma-
le cum Baptismus inchoatio vera sit, & Eu-
charistia consummatio Religionis Chri-
stianæ, quibus ideo præ Ecclesiæ sex aliis
Sacramentis celebrior institutio, & clarior
congruebat; quare illud in principio præ-
dicationis suæ posuit, hoc autem in fine
vitæ, miraculosam valde suam concludens
hoc miraculo; ambo autem confirmauit à D
mortuis rediuiuus, de primo sic pronũtians;
Math. 28. 19. & 20. *Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos in
nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti*; de
Eucharistia vero addens; *Ecce ego vobiscum
sum vsque ad consummationem sæculi.* Ita S.
Bonauent. Sent. lib. 4. d. 18. q. 2. n. 25.
Viden quomodo his duobus vt in duplici
Dei cardine versetur res Ecclesiæ?

Nec tantum in veritate hæc ita symboli-
zant, sed etiam in vmbris suis, figurisque
Exod. 16. & 17. antiquis; Manna quippe prius aqua de pe-
tra datum fuit, sed aqua manna prior in
Psal. 77. 16. & 19. Psalmo memorata; vt adnotat Rupertus
lib. 3. cap. 6. in Commentar. super Exod.
Agnus verò figuratio clarissima Eucharí-
stiæ, præuenit mare rubrum, Baptismum

A repræsentans; sed Baptismus longe antea
à Christo fuit conditus, quam fuit Euchari-
stia. Hincque proximè Bonauentura n. 10.
& 25. concludit hæcce duo, vt excedens &
excessum se inuicem transcendere; & q. 1.
n. 5. hæc esse Sacramenta præ omnibus fa-
mosa; & clarioribus ac pluribus figuris præ-
signata; quantumuis n. 10. mirandum quid
annectat; vnam scilicet figuram Baptismi
præfulsisse nobiliorem & clariorem, quam
omnes Eucharistiæ; vt fuit Circumcisio; Circumcisio cur ex omnibus figuris principalior; at veriùs vitæ lignum.
quam figuram sanctificãtem appellat idem
Sanctus; quia homines sanctificabat à cul-
pa originali; quod nulla ex Eucharistiæ fi-
guris faciebat; & ob nimiam infirmitatem
nascentium paruulorum, qui per actum à
se elicitum non poterant mundari, hoc illi
B à Deo indultum, & decens simul erat; *Quia* S. Bonau.
*qui minus se iuuare possunt, maior. indigent au-
xilio.* Sic ille; cuius dictum non valde fir-
mum reor; nã vt mihi persuasum & fixum
menti habeo; lignum vitæ quod hominibus
pro tempore innocentiæ Sacramentum ve-
rum foret, à noxa quauis eos & culpa præ-
seruaret; nam semel manducatum à lapsu
præmuniret, vt infra demonstrabitur.

67. De necessitate accipiendi vtrúmque
Sacramentum non minor est æqualitas, nec
dispar obligatio; de vtróque nanque Chri-
stus eodẽ dixit modo. *Nisi quis renatus fue-* Ioan. 3. 5.
*rit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire
in Regnum Dei. Nisi manducaueritis carnem Fi-* Ioan. 6. 54.
*lij hominis, & biberitis eius sanguinem, non ha-
bebitis vitam in vobis.* Quæ verba vt litterali-
C ter & scholasticè sint vera inferius En-
arrat. Præcepti elucidabitur; nunc morali- Baptismalis pro Eucharistia exigitur mundities.
ter dicamus; puritatem Baptismalem, vel
aliam perquam similem ad Eucharistiã præ-
requiri. Quapropter inter alia hunc cibum
in fine vitæ Saluator noster condidit, quia
omnes tunc Apostoli recenter erant aqua
Baptismi mundefacti; Petrus quidèm à
Christo Domino, reliqui verò à D. Petro, A Christo D. Petrus, & à Petro baptizati Apostoli sunt reliqui.
vt in laudibus huius Sancti affirmat Bel-
larminus in suo tom. 1. hoc nanque mihi
visum Rupertum prædixisse relatum per
Pagninum lib. 10. cap. 40. Isago. super
Bibliam, quo ille sic pro nobis. *Hoc tantum
Salutis Sacramentum hactenus non porrexi vo-* Rupertus.
bis (id est Apostolis, de quibus in eo loco
agitur) *non enim tempus erat, neque ordo pos-
D cebat, vt vobis cibus daretur noua salutis, nisi
prius mundaremini macula reatus antiqui, quam
contraxerant comedendo cibum vetitum primi pa-
rentes nostri. Mundari autem nemo potuit ab ori-
gine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei, per
lauacrum regenerationis, scilicet sanguinis & a-
quæ de latere meo decurrentis.* Et infra per hæc
verba. *Idcirco ex quo ego cœpi agonizare vos cœ-
pistis emundari, ac proinde iam mundatis à pec-
cato originali, hunc cibum feci vobis; cæteris na-
scituris apponendum hoc ordine, vt prius lauentur
aqua Baptismatis, quæ post sanctificationem verbi,
cum signaculo Crucis non erit alia, sed eadem,
quam cum sanguine meo de latere meo iam mor-
tuus profundam, percussus lancea militis; &
tunc demum participes fient cibi huius, eo ordi-
ne, quo tradidi vobis.* Quid melius? sive cla-
rius

A rius pro mea intentione? Hæc Abbas; quæ explicatu in eo solo indigent; nimirum, quòd Baptismus à Passione Christi ortus, ante ipsam Passionem efficatiam iam habebat; vel quia præmaturè ab illa vim trahebat, vel quia vita Christi mors vera & iugis erat; Hincque dixisse puto; *Ex quo ego cæpi agonizare* (id est vitam in agonia per maxima versate) *vos cæpistis emundari*. Et de de prima Circumcisionis agonia plena sanguine, hóc simul rectè & tutò valebit explicari; ex illa nanque Pasio incepta est Redemptoris. Vel vltimò de prædicatione eiusdem Saluatoris, à qua velut ex agone laboribus repleto, exorta illius Pasio; ad quam ipsa prædicatio parabat viã rectam; in cuiusmet principio, quod fuit post Baptismum, statim Christus sibi Apostolos vocauit, ac eos vt iam attigi per Petrum baptizauit; nam cum ipsos prædicatũ emisit per Iudæam, baptizatum quoque illos misisse coniectatur; quamuis postea de Baptismo, iam Domino suscitato, expressa fiat mentio. Vide 5. Enarrat. n. 17.

Vita Christi vera mors, & vera ac iugis passio.

Luc. 10. 1.

Matth. 28. 19.

68. De formalitate, qua hæc duo nunc dantur Sacramenta, & olim data fuerint, germanitas in eis resultat non inferior; nam semper in Ecclesia enituit ille mos, vt simul ac adultus baptismo tingeretur, statim ei præberetur edulium Sacro-Sanctum. Testatur Bellarminus lib. 2. cap. 27. de Sacrament. in genere & de Euchar. lib. 4. cap. 18. Probatúrque ex actis; *Et surgens baptizatus est, & cum accepisset cibum confortatus est*, id est, eodẽ cibo, secundum Glossam, duplici; spirituali, & corporali. En quomodo in Ecclesia Baptismus & Eucharistia vicina semper maximè extiterint, & socia. Quod in Ecclesia primitiua maiorem vim obtinuit, dum infantulis vel ipsis, tum temporis ablutis, confestim Christi corpus concedi moris fuit; & cum illud non valerent in pane deglutire, in specie & vini potu, vt lac, ipsorum ori infundi vbique gentium, à priscis Christianis; quemadmodum de Græcis testantur Waldensis cap. 140. & Concil. Tolletanum 11. cap. 11. de Nestorianis & Iacobitis Prateolus lib. 8. cap. 15. & lib. 9. cap. 2. & lib. 12. cap. 4. de Hispanis ac Bohemis Henriquez lib. 8. cap. 4. §. 5. de Eucharistiæ Sacramento; at de Ecclesia Vniuersali, quod longe maius est, Conci. Trident. sess. 21. cap. 4. Angelicúsque Doctor. 3. p. q. 80. art. 9. ad. 3. nec non S. Augustinus in locis repetitis; nimirum, ad Bonifacium epist. 23; ad Vitalem 107. & lib. 4. cap. 10. de Sancta Trinitate; atque tandem multò clariùs de dogmatibus Ecclesiæ, vbi etiam rem præfatam miraculo corroborat. Ambros. cap. 8. de Myster. initian. Cyprianus lib. de lapsis; & tandẽ perantiquus ac sanè vir grauissimus Antistes Parisinus Dionys. Areopag. cap. 2. p. 2. cum proxime sequen. de hierat. Ecclesiastica. Quem tamen, ac per consequens quos omnes nunc adduxi, de adultis baptizatis loco proximè citato explanat. D. Th. cuius auctoritas & sententia increbuit, at-

Adulti baptizati communicant statim, & olim vel infantuli. Bellarminus.

Vvaldensis. Concil. Tolet. Prateolus. Henriquez.

Concil. Trident. D. Thom. Augustin.

S. Ambros.

S. Dionys.

que diu perseuerauit inter Doctos, existimantes solum grandes, non paruulos infantes fuisse tunc cibatos edulio consecrato. At verò nunc Suarez illius expositor contrarium demonstrauit, & de omnibus quantumcúnque infantulis tenerrimis tom. 3. in 3. p. disp. 62. sect. 4. hoc optime probauit; tum ex Martyre Iustino qui eadem tempestate memoriæ posterorum rem istam commendauit; tum ex ipso Dionysio cap. 7. p. 3. sub finem cuius ait; *Illud autem, quod pueri quoque qui non dum possunt intelligere Diuina, sacri Baptismatis, altißimæ itemque Communionis Sacro-Sanctæ signorum participes fiant, videtur quidèm prophanis irridendum*. Et paucis interiectis. *Tradit autem puero Sancta mysteria Pontifex, vt nutriatur in ipsis, neque vitam aliam habeat, nisi hanc, quæ Diuina inspiciat* B *semper, & quæ huiusmodi Sanctam Communionem perficiat*. Et ex Concil. Triden. in loco à me producto; vbi *Sanctissimos Patres propter probabilem causam id tunc fecisse* ait. Quæ causa quæque fuerit ex proximè relatis; vt in amore Sacramentorum infantes nutrirentur, melioréſque euaderent; non enim quidquam dubij augmentum certum gratiæ pueros accipere huiusmodi cibatos; vt etiam nunc acciperent, si ipsis Eucharistia, vel Sancta Confirmatio, vel Ordo quod est amplius, vt olim, præberentur. Sic cum nuper allegato Concil. Trident. Alanus Cardinal. lib. 1. de Euchar. cap. 31. art. 4. Catechism. Pij 5. fol. 237. & 239 Victoria de Sacrament. C q. 84. & Soto lib. 4. dist. 8. q. 1. art. 3. etsi iste loco alio dist. 12. q. 1. art. 9. subdubius videatur. Et posset item causa Sacramentorum sic datorum antiquitus existere, illorum reuerentia, & magna penes omnes deuota, prout tunc poscebat Fidei ardor, illorum existimatio; ita vt etiam sine illis nec paruulos bene posse (in pia opinione) degere crederetur. Cur Ecclesia morem hunc posterius abrogauerit, perfacile ex eodem Suarez coniectabis; de quibus vide infra Enarrat. 11. n. 14.

Suarez.

S. Dionys.

Infantulis vt omnia Sacramenta præstent gratiam, & pro illa educandis quid veteres nutando exemplo factitarint.

Alanus. Catechism. Victoria. Soto.

D

De Ecclesia cum paradiso quoad hominem vocatum, in ipsaque locatum tam apta terminatio, quam summa conspiratio.

69. QVod hominis aliunde ad paradisum transportatio, ad vocationem designarit illius ad Ecclesiam, ambigere quis poterit? negare quis audebit? Nemo quidèm, cum ille ter Tullius Christianus, grauissimum antiquitatis, seueritatísque exemplar lib. 2. in Marcionem scribat in hunc modum; *Bonitas præfecit hominem vniuersis fruendis, atque regnandis, ac etiam cognominandis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, vt quanquam totius orbis possidens, in amænioribus moraretur; translatus in paradisum, iam tunc de mundo in Ecclesiam transfusus videretur*. Hoc ipsum vir Seraphicus lib.

In terræ paradisum translatus homo iam vocatus ad Ecclesiam.

Tertullian.

2. Sentent. d. 17. & inibi Magiſter cum A omnibus aſſeclis; quos Lyra comitatur in Gen. 2.

Euchariſtia diu viuens B. Angela de Fulgino. 70. Miracula quibus vita firmetur Euchariſtiæ, ſeu illa nobis danda par eſum ligni vitæ in terræ paradiſo; (Erat enim locus vitæ terreſtris paradiſus, vt ſupra notum feci) nunc reſtant proferenda. Sed duo quæ ſufficiunt; de moréque exhibeo ad n. 53. ſuperius data ſunt. Queis Angelam de Fulgino è noſtris Tertiariis in Cælites relatam non poſſum non exemplo mirando colligare: duodecim nanque annos Euchariſtiæ Sacramento quotidie manducato, & nullo cibo alio interea ſuſtentata, orationi & contemplationi, vt Buſtus in Rosar. 2. p. ſerm. 27. p. 2. teſtis eſt, deuotiſſimè vacauit. Buſto.

Quapropter Euchariſtia perfectus paradiſus. Sed claudat rem Rupertus in Exo. 16. expendens illa verba; *Ad veſperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia*; quæ ille ſic exornat. *Quid per veſperam, niſi vetuſtam vitam? quid per mane, niſi nouam? in veteri vita carnes taurorum, & hircorum immolauerunt Iudæi. In noua autem præcurrente ſummo Sacerdote Chriſto Sacrificant, & pane cæleſti ſatiantur Chriſtiani. Ad illam veſperam demorabitur fletus cordis ad inferos deſcendentibus, ad hoc autem matutinum lætitia eſt, quia paradiſus apertus eſt.* Pſal. 29. 6. Rupertus.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO NONA,

SECVNDAQVE DE HISTORIA TERRESTRIS PARADISI; IN VITÆ ARBORIS FIGVRA.

Super Gen. verba cap. 2. n. 9. *Lignum etiam vitæ in medio paradisi;* & Apoc. 22. n. 2. *Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim; per menses singulos reddens fructum suum; & folia eius ad sanitatem gentium.* Quæ à n. 12. per multos concinnantur.

De continuatione Numerus I.



VLTA diximus de hac arbore Enarrat. præcedent. à n. 21. & à n. 45. cum multis subsequentibus. Verùm lignum tam eximiè in cunctis singulare, singularem atque diffusam narrationem per se exigit; quam A tamen pro virili restringere curabo. Quoniam autem generatim de illa tunc peregimus, speciatim nunc de fructu, & floribus, ac foliis, varietate satis multa, ipsius tantum agam. Idque triplici in arbore superius memorata; videlicet, Virginea, & lignea, & Eucharistica; à quarum prima vela in pelagus soluamus; vt mare sic Mariæ propitium experiamur.

DE VITÆ ARBORE VIRGINEA.

2. TALIS fuit, quæ virginitate perpetuò intemerata, Dei Mater esse meruit, vt à S. Ephrem Syro vocatur per hæc verba, *Aue paradise deliciarum, totiusque amœnitatis. Aue lignum vitæ. Aue clauis regni cælestis.* Et à S. Epiphanio hær. 78. *Eua mortis causa facta est hominibus; per ipsam enim mors ingressa est in mundum* ac ideo mortis arbor; *Maria verò causa vitæ, per quam genita est nobis vita*; ac ideo vitæ arbor; *& per hanc Filius Dei aduenit in hunc mundum*, id est, vitalis fructus pro orbe vitæ munere assiduè decorando. De qua arbore Bonauentura in Virginis speculo cap. 14. hoc explicat Leuitici; *Sumetis fructus arboris pulcherrimæ;* quod ille sic expendit: *Arbor pulcherrima est Maria; pulchra quidem in foliis oris; pulchrior in floribus cordis; pulcherrima verò in fructu ven-* B *tris; de quo Bernardus ait: Si fructus ille mortis non solum fuit suauis ad vescendum, sed delectabilis ad videndum; quanto magis hic fructus erit delectiosior, qui forma est speciosus præ filiis hominum; & candidus, & rubicundus atque electus ex millibus, candidus Diuinitate, rubicundus humanitate; candidus conuersatione; rubicundus Passione. Hæc autem pulcherrima arbor Maria non solum habet pulcherrimum fructum ventris, sed etiam habet pulcherrimos fructus mentis; de quibus Apostolus ad Galat. 5.* Fructus autem spiritus est charitas, &c. Ad quæ verba persimilia Rupertus quoque affert.

Maria vitæ arbor. S.Ephrem. S. Epiphan. Leuit. 23. 40. S.Bonau. Maria arbor pulcherrima.

Cur mulier veræ vitæ (quæ sola Christus est) & vita & Mater fuerit (nam mater filij vita) facillimè intelligitur. Cum etenim per cibum tam mortem prima mulier, quam mala cuncta mundo tristissimè importauerit, recto tramite decebat Diuinam

Maria cum sit mulier, cur arbor vitæ sit.

prouidentiam, vt per cibum mulier alia afferret mundi vitam. Exhibuit hoc Maria, cuius meritis & precibus institutum hoc Sacramentum inuenies in hoc opere; proindéque ruinæ respondet reparatio; per viam namque aliam oppositam priori ad vitam remeauimus, per quam à vita in mortem erratum nobis fuerat, & casu iugi fletu quamdigno deuiatum. Itaque quòd & mortis occasio fuit mulier, & simul mors occasus. Illa mortis principium, hæc mortis nostræ finis; prima Virgo in paradiso, secunda verò Virgo in horto Ecclesiastico; quem verum ac figuratum paradisum multis rebus superius demonstrauimus.

Et vnde vitæ arbor hæc ipsa sit exquiritor.

Quomodo autem vitæ arbor, extiterit, quæ vitæ non erat, nisi ramus, quantumlibet primarius, est satis per se notum; nam neutiquam à radice naturæ suę propriæ, sed à fructu quem produxit hoc sibi veudicauit. Vera tamen vitæ arbor ex dicto Saluatoris *A fructibus eorum cognoscetis eos*, de qua S. Bonauentura in speculo prædicto cap. 12. *Sicut Deus benedixit domui Obededon propter arcam quam ibi habuit, ita benedixit Mariæ propter Filium quem portauit.* In arca erant tria, *& manna, & virga, & lex; in Christo verò hæc tria; caro anima, & Diuinitas. Propter hanc arcam, Christum Filium Mariæ, benedixit Dominus domus Mariæ. O verè domus benedicta, ex qua omnium processit vita;* ait enim *Augustinus.* Benedicta tu in mulieribus, quæ vitam viris & mulieribus peperisti.

Matt. 7.20.

S. Bonau.

Quot verò fructu suo hæc arbor fructus faciat, à nemine rescitur; ni forte, idque verissimè dicamus cum Bernardo, Dei cuncta versus homines profusa beneficia transfundi per hanc Virginem, de qua ille in aquæductus serm. sic eloquitur: *Nihil enim nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret.* Qui autẽ fructus eius numericè & distinctè cognoscere & colligere vtcúnque concupierit, legat S. Bonauent. in speculo prefato cap. 14. & 15. cũ proximè sequenti; vbi super vocem illam; *Benedictus fructus ventris tui*; contra septem capitalia peccata summe vtilem ostendit fructum istum; ac pariter ex vno conuersum in duodenum, contra nostros lachrymabiles duodecim defectus, quos mensibus duodecim humanæ vitę anni contrahere solemus. Res certè ex æquilibrio piissima & doctissima; atque themati secundo mirificè confinis; quàm tamen ne diffundar, & diffluar extra me, lectori tantùm indico, & clausam pro nunc linquo.

S. Bernard.

Quot fructos hæcce arbor hominibus producat.

DE LIGNEA VITÆ ARBORE.



5. Hæc Crux est Saluatoris, de qua cap. 16. prefatus modò Sanctus hoc oraculum Isaiæ ex cap. 27. *Et iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius*; elucidat his verbis; *Omnis fructus ipse est, de quo Bernardus sanctus; In Cruce pependit omnis fructus vitæ, quia ipsa arbor est vita in medio paradisi. Omnis ergo fructus est totus fructus, totúsque Iesus. Hic fructus ad hoc natus, datus, & passus est, vt auferatur peccatum hominis*; Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vnde Crux iam prisco tempore adhęrentes sibi viros à morte sospitauit; videlicet Hebręos, à manu diri Angeli Ægyptios perimentis; eosdem ne perirent à morsibus serpentum hoc signum in signo tantùm informi aspicientes; & illos quos Thau signo in frontibus signatos Ezechiel vidit liberos à mortis potestate; vt de origine Inquisit. tt. 3. cap. 9. n. 23. & n. 30. obseruat bene Paramus. Additque in hieroglyphicis Ægyptiorum celeberrimis, iam Crucem eis fuisse venturæ vitæ signũ, quam vtique expectabant; & clarè etsi ignarè hac nota indigitabant. Nec solus iste auctor rem tantam nobis tradit, sed etiam tam antiqui, quam graues scriptores Eusebius lib. 11. cap. 29. Nicephorus lib. 12. cap. 26. & Ruffinus lib. 2. cap. 29. Quocirca scitè & verè de Resurrect. Christi serm. 3. sic dixit Augustinus; *Crux fuit mortifera Christo, sed salutifera Christiano.* Quem mortiferum atque simul effectum salutiferum descripsit quidam graphicè in lingua Castellana apud Prudentium de Sandoual Episcopum Turuptianum, vulgariter de Tuy in Chronico sui Ordinis, & carmine quod vulgò Sonetum nuncupamus; quodque ego sub silentio propterea non relinquam, quod voce sit vulgari, ac ideo minus graui pro rebus ac mysteriis Sacratis exaratum; nam video à viris setiis hoc sępe sactitatũ; dum in pulpito non fiat; aliud nanq; quidquam tradere, in charta, vel in cathedra. Sonetum sic intonat:

Isai 27.9.
S. Bonau.
Crux arbor vitæ nostrę, vel ante Crucem ipsam.
Matth 1.21.
Exod. 12.23.
Num 21.9.
Ezech. 9.4.
Lodou. Paramus.
Crux olim vitę signum Ægypti in hieroglyphicis.
Eusebius
Nicephor.
Ruffinus.
S. August.
Prudentius de Sandoual.

Arbol de bida, dende nuestra bida
Dio bida honrosa a nuestra ensame muerte,
Arbol de bida fuis, y arbol de muerte
Pues diste muerte a quien nos dio la bida.
Verde en la tierra de la alegre bida
Fructo llebaste que nos dio la muerte,
Y esteril en la tierra de la muerte
Fructo llebaste que nos dio la bida.
En ti se ha dado la mas baxa muerte
A la bida mas alta, y con la bida
Pagò la bida el censo de la muerte.
Enti la bida bida dio ala muerte,
En ti la muerte muerte dio a la bida,
Dulce arbol, dulce muerte, dulce bida.

Crux vitæ & mortis arbor.

A quo carmine interuallo non paruo distat illud, quod edidit Hortensius, multorum fide magnus Castellæ Prędicator; mihi verò, qui primus acumen eius veneror, grandiloquámque vocem, Orator tantum nudus; atque sanctæ Prędicationis infestus debellator; dum voluit verbis solum sententias efformare, ac aures demulcendo pręconium comparare; quod ipse quidem leuiter per aëra volando, in terris mecum perdidit. Scenas etenim obscænas ad cęlum in hoc conuertit,

Hortensius suggillatus.

conuertit, & comedias ad conciones prępostere mutauit. Probatúrque, ne videar & ego in vanum loqui, quia fabulas scenicas quæ publicè Matriti per histriones ludebantur, illicitè composuit; magna equidèm ac vilis inuersio Sacerdotis, vt in scenis hocce modo cum lusoribus impudicis saltaret ille vir, qui psallere in psalterio & cythara cum Christo ac eius Sanctis tantùm deuotè tenebatur. Quod dico, non vt hominem defunctum modò lacerem, sed vt viuos pro virili cohibeam salutariter à tali vanitate; in cuius ipse mulctam dum Sacra est modulatus, admiscuit quæ nec certa, nec etiam sunt a cura, sed vana atque ridicula, vt Crucis in hoc verso rimanti cuique patet.

Arbol, que en medio del bosque
Naciste madero bronquo,
Sin deber al caminante
El menor boluer del rostro.

4. Cur autem vita cassa, viroréque orbata vitale lignum Crux extiterit pro orbe? non latet quemuis literis mediocriter imbutum. Nam vt legimus in festo Exaltationis S. Crucis; *Per lignum serui facti sumus, & per Sanctam Crucem liberati sumus. Fructus arboris seduxit nos; Filius Dei redemit nos.* Et etiam in eius Hymno.

Cur arbor vitæ Crux quæ vitæ trucidatrix natura sua erat.

De parentis protoplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum tunc notauit
Damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostra salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hostis vnde læserat.

Per lignum tamen viride, comatum, & pulchritudine arborea decoratum inuexit ille vafer in mundum nocumentum, at salus vicee versa per aridum & amænitate omnino spoliatum allata fuit orbi; quia vt ait vox Gregorij in reditu Magorum, de quibus sic notanter profatur Sacra Pagina; *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam: Regio nostra* (scribit ille hom. 10. in Euang.) *paradisus est, ad quam redire, per viam qua venimus, prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando, discessimus. Sed ad eam necesse est, vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur, quoniam qui à paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta reuocamur.*

Matth. 2. 12.
S. Gregor.

Sed instat expendendum, an arbor S. Crucis ex ipsa mortis arbore, scientię boni & mali frequentius vocitatæ, producta & germinata vtcunque verè fuerit; quemadmodum colligitur ex verbis pręcedentibus; *Ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret*; vnde ex ipso ligno proprio exordio tanti damni hoc ortum coniectatur. Pro quo facit Iureconsultus in L. *Nihil tam naturale*, de *Regulis iuris*, constituens eam regulam à

Ciuilis obligatio vt soluatur & cõtrahatur per ipsas prorsus causas.

A cunctis decantatam, per easdé iuris nexum, obligationémque ciuilem debere solui causas, per quas fuerat inter homines adinuicem contracta. Sed per arborem scientiæ contracta fuit mors, ergo etiam vitæ nobis contractũ renouari per aliam reproductam ex illa decens erat, ac etiam necessarium; quo aliqui huic sententiæ suffragium prębuere. Ego autem plusquam verum dijudico contrarium; nam hortus paradisi post hominem ablegatum nullius vnquam extitit ingressui reseratus; vt vel semen, vel virgultum ex arboribus illius transferre possent aliò, & ibi transplantare; nec etiam quiuis homo hoc postulans ab Angelo, vt retulimus de Setbu Enarrat. pręcedent. n. 23. & 43. hoc ausus postulare ex arbore tam

B sæua humanæ proli, esset; vel Angelus ex ea afferre tristem surculum, stirpémque infaustam confratri suo homini vllatenus auderet. Neque obstant illa verba *Ipse lignum tunc notauit*; quia *ipse* prout patet ad lignum pręnotatum scientię non refertur; sed ad Deum lignum inde, vt lignum lignum vinceret, quamiustè pręnotantẽ, ac etiam deputantẽ; non quidem lignum ipsum; tunc enim nulla prorsus daretur contrarietas, lignorúmque illorum, qua vita per oppositum contrarium mortem pelleret, conueniens concertatio. Vnde neque verbum *Lignum* in hymno modulatum, de illo ligno mortis oportet explicari; sed vel de ligno quouis aduerso ligno prauo, assumpto in generali, vel de ligno in speciali (iuxta ea quæ scripsimus in

An ab arbore scientiæ, vel quasi Crucis arbor.

C locis allegatis) ex ligno vitæ nato. Minus verò refragatur pręfatæ legis ratio; cum aliud sit per causas easdem quidquid solui, & aliud longe solui per easdem circunstantias, quæ in rebus diuersimodis non possunt non diuersè haberi, & separari.

Quo dubio sic ad lucem, concordiámque pertracto, benè arbori arbor per omnia correspondet; vna fructu causa mortis lethalem cibum prębens; alia vero fructu alio tam bonum cibum pręstãs, vt illo vitam nobis æternam planè donet. Non enim caret fructu eximio Crucis arbor, cum fructus sit illius Diuinum Christi corpus, quod etiam cibus est in nostro Sacramento; de quo cibo ex tali arbore verissimè pendente sic dicitur eleganter in Clement. de *Reliquiis, venera-*

D *tioneque Sanctorum. Dedit igitur nobis seipsum in pabulum; vt quia per cibum homo corruerat, per cibum eleuaretur ad vitam, à qua ceciderat. Cecidit homo per cibum ligni mortiferi, releuatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto pependit vita alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem. Gustus sauciauit, & gustus sanauit. Vide quia vnde vulnus est ortum, prodijt & medela; & vnde mors subijt, inde vita euenit. De illo siquidem gustu dicitur*; Quocunque die comederis, morte morieris; *De isto vero legitur*; Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Quid aptius rei pręsenti? Itaque quod inimicus misit lignum in panem hominis, dum pro arbore vitali substituit mortis lignum; at Christus misit panem in

Clemen. de Reliquiis.

Eucharistia Crucis arboris quam vere fructus sit.

In panem lignum dæmon, & panem in lignum Deus vt miserint opposité,

lignum ſuæ Crucis; dum panem in eo poſuit eiuſdem carnis ſuæ Deitati copulatæ, vnde dandi vitam robur obtinuit naturaliter; *vt inueniet mortis diabolus* (ſicut ait Leo Papa in Natiu. Do. ſer. 1.) *per ipſum quam vicerat carnem, deceutius vinceretur.*

S. Leo Papa.

5. Qua via vitæ arbor ſit Crux ex fructu optime illius agnoſcetur. Nam fructus eius Chriſtus; at Chriſtus ille Dominus, de quo Ioannes ait; *In ipſo vita erat*; quo ſine vita vacua, ſterilis, & effœta, ſed illo verè fœta remanſit arbor arida; prout tangitur ab Auguſtino ſerm. de temp. 206. figura Eliſæi baculi hoc ipſum elucidante; *Baculus ſine Chriſto flagellare Ægyptum potuit, de peccato verò liberare, vel reſuſcitare non potuit. Opus erat, vt qui baculum miſerat, ipſe deſcenderet. Baculus ſine Eliſæo nihil valebat, quia Crux ſine Chriſto nihil poterat.* A quo minimè diſcordat Theophanes cauſam reddens, cur Moyſes lignum vitæ, non arborem ſed lignum plus voluit nuncupare; cum tamen lignum ſit, quod ferro eſt iam deiectum, & igni præparatum, à vitæ vero halitu abductum & ſeparatum. *Quia* (inquit) *è ſupremo loco clara voce prædixit, fore aliquando, vt in medio terræ ſalutifera Crux plantaretur, vita largitorem ex ſe ſuſpenſum ferens.*

Crux baculo Eliſæi ſignata in vitæ arborē.

S. Auguſt.

4. Reg. 4. 29.

Cur lignum vitæ, lignū, non arbor apud Moyſem.

Theophan. apud Coſter.

Eripuit olim agnus infirmus & enectus ab ipſo mortis cultro quamplurimos Hebręos; hoc autem ſuo ſanguine in foribus oſtenſo, & carne ſua pariter ab eis manducata; ita vt agnus vnius tantùm, & vno ac ipſo tempore, tam eſca quam & ſalus vnius & eiuſdem reſpectu gentis fuerit. At ſanguis mortis ſignum vt vitam ferre valuit? & agnus tam inermis ac inſuper occiſus, & tandem deuoratus vt potuit contra mortem & arma Ægyptiorum, ad illa deludēda, imbelles tot ai mare? Non equidem ille agnus hoc fecit per ſe ipſum, ſed ſanguinis dum Chriſti gerebat in ſe vmbram: nam ſicut vini ſignum eſt hedera ſuſpenſa, impoſitáque portis, ſic etiā Chriſti ſanguis eſt vitę noſtræ ſignum; in cuius fidem vide pinguedinem Oleaſtri; *Et ſicut agnus clauſus prius erat, ſic & populus captiuus, & tandem iugulandus cum primogenitis Ægyptiorum, niſi mortem eius in victimam transferret Dominus. Vnde viſo ſanguine, quaſi iam ibi eſſet mortuus, Angelus tranſibat; & ille populus, qui iam videbatur occiſus, quaſi reminiſcens, abiit in terram ſuam. Ideo ſanguis eius in poſtibus ſignum erat, quod in ea domo eſſet occiſus agnus loco primogeniti.* Pendantur verba illa; *Quaſi iā ibi eſſet mortuus*; & illa ſobſequentia; *Quaſi reminiſcens abiit*; ac tandem quæ ſic dicunt; *ſignum erat, quod iam in ea domo eſſet occiſus agnus loco primogeniti.* E quibus clarè conſtat, nequaquam ab illo agno tantopere incapaci, ſed à Crucis fructu Chriſto prodire nobis vitā. Hoc autem non à Chriſto in vertice Thaboris, ab hominis pauperie transfigurato glorioſè; & gloria, honoréque à Deo Patre ibidem eximiè coronato; nec à Regibus & Paſtoribus adoratione venerato; ſeu à mortis diro ſceptro victore, & rediuiuo, iam Rege ſublimato; ſed ſpinis quas nos fecimus in

Mirabilis vis agni Ægyptij, & vnde vites extiterint ei agno vel vita ſpoliato.

Exod. 12. 7.

Oleaſter.

Vt vini ſignum hedera, ſic vitæ ſanguis Chriſti.

Quam magna Chriſti charitas in Cruce verſus orbem.

Cruce redimito, ac omni ptopter nos figura deturpato, à Diſcipulis relicto; à Iudæis improperiis, & nutibus irriſo; ac tandem vita ipſa vt agnus deſolato, & quaſi ptæ flagellis à pelle excoriato; nec non eius ſuper Crucem ab ea in totum orbem, in Crucis modum factum, cruore diſſipato; vt colliges ex Paulo, dum inquit ad Ephesios; *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum; ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*; id eſt, Chriſti charitatē tantopere eminentem ſcientiæ naturali, vt nolla ſciri poſſit iſtius Agni pij quadrifida per mundum in nos immēſa charitas. Quæ charitas de illa in Cruce dicto modo notoriè quadriformi, cum Gloſſæ auctoritate communiter exponitur. Nec malè, cum per has dimenſiones recenſitas, tam ſurſum, quam deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum, Crucis quatuor dimenſiones, partitionéſque monſtrētur. In cuius iam figuram Hebræis vitā dedit tenellus ille agnus; aſſatus quippe erat tranſuerſo bino palo, in Crucis noſtræ formam; vt habet Cyprianus ſerm. in Cœn. Dom. & inclytus Iuſtinus ſerm. cum Triphone; *Quod agnus Paſchalis aſſari iubetur crucifigendum Chriſtum ſignificabat, ſiquidem agnus in Crucis formam expanſus aſſabatur; alter enim rectus paxillus ab imo vſque ad caput traijciebatur, alter vero tranſuerſus per occiput, cui armi agni alligabantur.* Et etiam in Crucis modum aſperſus ſanguis eius in poſtibus domorū, vbi Hebræi inter Ægyptios commixti morabantur, vt traditur à Beda relato per Medinam in Crucis excellentiis. Quò ęſtimo reſpicere Eccleſię cantilenam;

Epheſ. 3. 18.

In Crucis agnus formam paſchalis quōdam aſſus.

S. Cyprian.

Iuſtin. Mart.

Sanguis agni ſuper poſtes in modū Crucis poſitus.

Petrus Medina.

Agnus in Crucis leuatur
Immolandus ſtipite.

Nimirū ſicut agnus in Crucis iam effigiem tranſuerſus olim fuerat; Et hoc vt vita nobis à ſanguine huius agni ibidē fuſo veniat;

Flecte ramos arbor alta;
Tenſa laxa viſcera;
Et rigor lenteſcat ille
Quem dedit natiuitas;
Vt superni membra Regis
Mitis tendas ſtipite.

Quaſi Agni Chriſti ſanguis duritiem mortis arboris omnimodè emolliret; & in fructiferam, ac viuificam hanc ipſam tranſmutaret, vt verè tranſmutauit; ex ſicco nanq; ligno florigerum, fructificans, viuificánſque fecit; Velut Hugo Cardin. in 1. Cant. deſcribit per hæc verba; *Crux lectulus dicitur floridus, non ſolum quia flos campi & lilium conuallium exornauit illum; ſed quia Sponſi ipſius ſanguine rigatus ad fructum noſtræ ſalutis floruit. Aridus enim & horribilis fuerat ante lectus iſte; at poſtquam ei inſertus eſt flos campi, floridus factus eſt, & qui prius erat locus mortis, factus eſt locus vitæ.* In quo ſanè Cruci accidit, quod Lyræ ſemper accidit; nam dum vita vegetatiua in arbore perſiſtit, & muta, & penè mortua, vt carens omni ſenſu, traducit vitam ſuam; ſed poſtquam ferro eſt in tabulas diſſecta, in Lyrámque dulciſonam peritè concinnata, tunc arbor vitæ

Cant. 1. 16.

Hugo Card.

Crux florida & fructifera à fructu ſuo Chriſto.

neſcia

Crux viuit ſicut Lyra, & Lyra ſicut animæ poſt obitũ beatæ; quibus mors beatitudo, & vita labor tota.

neſcia & omni carcus ſucco oblectat ſenſus noſtros; ac citra quoduis dubium pergrata vita ſonat; dum dulcem & ſuauiſſimam per Lyram vocem edit, ac ideo vocis munere loquentem vitam habet; & in ſuper rationalem, ſeu maxima cum ratione & arte attemperatam; ac omnibus pergratam & nemini iniucundam; vt multorum ſolet vita rationalium ſæpe eſſe. Ita demum quòd arboribus, dum viuunt & vireſcunt, pro morte vita ineſt, at mors pro vita illis in Lyra ferri ictibus ab eis fabrefacta; de quibus bene ſimul Stephanus Paſchaſius;

Stephanus Paſchaſius.

Muta arbor fuerã, Lyra nũc modulórque, canóque,
Vita mihi mors, mors mihi vita fuit.
Inuida viuenti nam quam natura negauerat,
Poſt obitum fœlix addidit ars animam.

6. Quid pulchrius noſtræ arbori? præſertim cum in ea vt muſicum inſtrumentum, & plectrum cunctis dulcius pependerit Saluator; vbi equidèm virtutum omnigenum concentum, & vitam ſimul nobis perſonuit ſempiternam; vt noſter vir Seraphicus in die Reſurrect. ſerm. 1. ſcribit ad hæc verba; *Exurge gloria mea; exurge Pſalterium, & cythara*; quæ ille ſic expendit; *Sicut enim in muſicis inſtrumentis chordæ tenduntur ſuper lignum, ſic membra & nerui Chriſti ſuper lignum Crucis; vnde Crucẽ quaſi Lyram alloquitur Eccleſia*; Tenſa laxa viſcera. *O quam dulces ſonos de chorda cordis reddidit hæc cythara, dum Chriſtus eſt in ea loquutus octo verba: duo pro malis; duo pro bonis; duo pro toto mundo; duo pro ſemetipſo. Pro malis illa duo*; Pater dimitte illis; Hodie mecum eris in paradiſo; *quibus dedit ſpem impiis, dum illos primo loco, & meritò locauit, vt qui venerat in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Pro bonis alia duo*; Mulier ecce Filius tuus: Ecce Mater tua; *quibus curam ſpecialem pro iuſtis demonſtrauit. Pro toto mundo hæc duo*; Sitio; *id eſt, veſtram ſalutem*; & Conſummatũ eſt; *veſtræ redemptionis opus. Pro ſe ipſo duo iſta* Deus Deus meus; Pater in manus tuas; &c. *Quæ duo vt ſimul dicta pro vno computantur; & duo magna exempla charitatis & humilitatis in eis nobis obtulit; charitatis, dum extraneos petitione duplicata, ſe verò tantum vnica; humilitatis, dum eoſdem in primo loco ponens, ſe poſuit in extremo, & poſt omnes mundi homines ſe Patri commendauit.*

Pſal 56.9.
S. Bonau.
Inſtrumentum quantùm muſicũ in Cruce Chriſtus fuerit.
Quot verba Chriſti in Cruce; & quæ illorũ muſica, cõcentúſque ſuauis.

Hæc ille; verbis aliquot pauciſſimis mutatis; è quibus, atque aliis de Cruce meditatis eruitur tam valde excreuiſſe ſuper omnes quaſcúnque mundi arbores, vt non ſolum in teſtudinem & tectum cæli vadat, ſed ipſummet peruadat; in gloriámque Empyrei feliciter mutetur & ioſuper in Deum; ſicut aſſerit Vſſuna ſerm. 25. in p. Occident. huiuſmodi ſe habens; *Plus aſcendit Crux ad Ieſum, quam Ieſus ad Crucem; nam in Paſſione Chriſti Crux ita aſcendit, vt deificaretur; quoniam ſi hoc non ita eſſet, minimè adoraretur adoratione Diuina, & cultu deifico. Tantum ergo aſcendit, quod naturã videatur negaſſe; quia Crux iam minimè cruciat, dicente Paulo; Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce.* Cuius quidèm adorationis hoc loco memoratæ occaſione prouocatus, illud, licet renuentibus hæreticis,

Vſſuna.
Crux tãgit ſummum cæli, & cæli facta eſt gloria, ac velut Deus in cultu, ſic cruces eleuantur.
Gal. 6, 14.

A hic quæram. Cur adoretur Crux Dominica, non vero Iudæ labia, vel aſellus in quo Chriſtus intrauit Ieroſolymam; cum illius hæc contactu, quãtumuis non tam intimo, vt illa ſint perfruita. Reſpondeo; quia Crux non adeo Saluatoris reliquia, quàm imago eſt prorſus abſoluta; præſertim ex eo tempore, quo Magni Conſtantini præſcripto cautum fuit, ne quis ob Chriſti honorem in Cruce pateretur. Exinde nanque Chriſti imago talis extitit, vt repræſentationẽ ſuam propriam exuerit omninò, & taliter hanc eius, tam ſolámque induerit, vt ſimulátque Crux vbique videatur, non ſupplicij ſed Crucifixi effigiã nobis offerat, & ipſa præſeferat. Quocirca cum ſpeciem Saluatoris tantùm referat, ac ille, cultu ſummo rectiſſimè adoratur. B Aſellus verò & Iudas cum peculiarem repræſentationem, non aliam verò quampiam à ſe diuerſam habeant, non queunt modo vllo hoc cultu magnifieri. De quo latè Bellarminus lib. 2. de imaginibus cap. 30. tom. 1.

Math 21, 5.
Cur Crucem & non quæcúnque quæ Chriſtũ tetigerũt Fideles adoremus.
Bellarmin.

7. Quot fructus Crux producat, & iugiter parturiat, ille ſolus, qui numerat multitudinem ſtellarum hos valet numerare. Nam per ipſam, & in ipſa, & cum ipſa cuncta bona aperta ſunt mortalibus; vnde & clauis appellatur in verbis Iſaiæ; *Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius.* Verumtamen in duodecim, ſecundum menſes totidem hi poterunt & ſcire à doctis ſupputari; & erunt, quos Apoſtolus enumerat ad Galat. & ſpiritus ſunt fructus ibidem nuncupati; de quibus latè Lyra cap. 22. in lib. Apocal. Rectè C nanque fructus illi ſpiritus vocantur, vbi caro cum Chriſto confixa Cruci eſt; & vbi viuit illa; ſeu potius non iam illa, ſed Chriſtus intra ipſam; & ipſa Chriſti carne ſpiritúque viuit. Duodecim ſic ille prædictos fructus ponit; *Fructus autem ſpiritus eſt Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, Fides, modeſtia, continentia caſtitas.*

Crucis arboris quot fructus.
Iſai. 22, 22.
Galat. 2. 20.
Galat. 5. 22.

Quoniam autem Crucis cultus miraculis augetur, & vitæ quantùm arbor ſit verè confirmatur, non poſſum quoddam hoc loco, præſenti viſum ſæculo, Lectori non vulgare; quod à nobiliſſimo Chronologo, nempe Didaco do Couto in teſtimonium quantum Deos Luſitanorum rebus fauerit in Indiæ regionibus, & in confuſionem illorum D omniũ qui Fidem Chriſti reſpuunt decade. 7. ſuæ Aſiæ lib. 5. cap. 5. memoriæ commendatur; vbi aſſerit quod anno à mundo ſoſpitato. 1557. Orientales, Franciſco Barreto belli & pace viro magno, habenas moderante, cum Maurorum viginti millia veniſſent prope Goam in oppidum quod *Morro* vocatur à noſtratibus, & inueniſſent Crucem ligneã in terræ quodam angulo in mare prominenti, adacti Chriſti odio, ad illam proſternendam ſecuribus venere, quæ tamen multis fruſtra in illammet coniectis, ſecurior plus remanſit ab ictibus repetitis ſecurium diuerſarum, quã ſi ligni diamantina materia probaretur. Quo illi tamen ira veſana efferueſcentes, elephantum Crucis

Couto.
Miraculum de Cruce anno 1557. in India. prope Goã.

ligno tam modicę, quam in petra non firmiter locatæ, sed potius vacillanti, vt lignum sibi inuisum auellerent à loco, & præceps deturbarent, furentet applicarunt; quam elephans tutis viribus ingentibus exercitis A non potuit amouere, & ibi velut antea ad queuis venti impulsum durauit semper tremula. Quod posset duros animos similium terrefacere, ni duritas peccati quamcúnque vim excluderet, & longe superaret.

DE VITÆ ARBORE EVCHARISTICA.

8. HOc nomen Eucharistiæ summopere cōgruere vitali ligno illi, Enarrat. præced. abunde demonstrauimus, hîc autem nihil minus ex tribus hoc cōstabit. Primum est, quòd hic panis frequenter panis viuus, seu panis vitę dicitur; viuus, quia per se viuit, & viuens est, ac vitæ originē in se continet; vitæ verò quia viuere edentes suos facit, & illis vitam tribuit; quam nemo nisi hinc haurire sibi potest. Secundum; quòd nequaquam hoc licet Sacramento purgari, vel probari occultum quoduis crimen; velut tēpore prisco Ecclesiæ primitiuę in more diu fuit; de quo extat testimonium sufficiens & idoneum in Conc. Wormatien. ad annum Christi nati. 820. vt in aqua zelotypiæ contra mulieres solebat suspectas factitari, durante lege Moysis. *Quia in hoc Sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret iudicium mortis.* Verba sunt. D. Thom. 3. p. q. 82. art. 6. ad. 3. Et quidem eius delectu, affectúque prolata; non enim consentaneum, vt mortis quæque fiant acerba experimenta in vitę nutrimento. Tertium; quia iuxta mentem Fidelium vniuersorum relatam ab ipso Sancto q. 85. art. 5. illud maximum peccatorum communiter habetur, cùm quis ad minus publicè Eucharistiā vulnerare, vel alio quouis modo destruere attentauerit; nam & vita proximorum scandalo truncatur, & fons ipsius vitæ, quantum attinet ad prauos, hoc facinus audentes, siccatur, & à fluxu viuendi ac dandi vitam infaustè spoliatur; quod certè magnum nefas; cum vitæ hoc mortem sit, & vitali scaturigini venenum commiscere. Quare vltimo stupore de Victore Papa tertio, & de Imperatore Henrico septimo memoriæ consecratum, venenū in hoc Mysterio fuisse neci datos. Quamuis tantum flagitium à multis denegetur; in quo isti viuificanti edulio valde fauent; dum putant nec sit vitæ misceri mortem posse.

Purgatio atque probatio cur criminum non fiat in Eucharistiæ Sacramento vt olim facta fuit. Num. 5. 17.

D. Thom.

Eucharistiā vulnerare, vel aliter offendere quam ingens sit piaculum.

Veneno qui perierint commixto in Eucharistia.

9. Cur arbor vitæ sit, clarescit ex præhabitis; nam per cibum trucidatos, per cibum ad vitæ lumen redire decens erat. Ita S. Bernardinus tom. 3. serm. 43. p. 2. & tom. 4. serm. 4. de Eucharist. in istum modum loquens; *Et merito quidem vita per cibum restauratur, vt sicut per cibum mortiferum mors introiuit in orbem terrarum, sic per cibum viuificum vita mundo restituatur; & qui in ligno vincebat in ligni fructu vinceretur, per Cristum D. nostrum* Longéque ante illum, & alios hoc dicentes Ruperti contemplatio lib. 12. cap. 12. de victoria Verbi Dei, quo loci sic pro nobis; *Cum non viderint nisi pomum, crediderunt in illo esse Diuinitatis effectum; crediderunt diabolo dicenti,* Si comederitis eritis sicut Dij. *Contra cibum illum, qui cibus fuit mortis dictante ratione iustitia, dari oportebat cibum alium, qui esset cibus vitæ. Per hanc Fidem sibi Deus ab hominibus satis factum esse iudicat; dum non minus sibi credit, quam diabolo crediderat.* Quod ipse B variis locis repetiit, vt verissimum, humanóque delicto congruentissimū remedium; ac ideo meo scopo affatū concinnissimum; de quo ad illa verba ex 5. Cantic. *Comedite amici, & inebriamini charissimi*; sic in Sancte Pagnino lib. 10. cap. 40. Isago. super Bibliam profatur idem Pater. *Corpus meum comedendum, & sanguinem meum bibendum vobis appono, vt quo ordine mors introiuit, eodem foras mittatur de animabus & corporibus vestris. Primo foras mittitur mors animæ, iuxta illud quod prædixi,* Qui manducat me, viuet propter me. *Et postea foras mittetur mors corporis, quando scilicet omnes resurgetis me primo resurgente, secundum quod adiunxi; Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Et infra per hæc verba *Eandem mensam parauit Diuina prouidentia & viuis, & defunctis.* C *Siquidem defuncti dissipati sunt, animabus manentibus apud inferos, corporibus vero in sepulchris. Et sic etiam panis viuus qui descenderat de cælo, dissipatus in se est; anima quidèm descendendo ad animas illorū, vt illæ mox resurgerent, corpore vero ad monumentū, vt statim è monumentis prodirent multa corpora, & reliqua in resurrectione vniuersali mortuorum; quia sicut in Adam omnes moriuntur ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Hæc ille; cui ob nimiā ipsius in hoc loco ac peruiam claritatem, nil superest addendum, vel aliter dicendum; nisi tantū terminare eiusdemmet sententiam; quod sicut cibus mortem vtrámque mundo attulit, sic cibus Eucharisticus, diuerso licet tempore, vtrámque vitam afferr. Quibus habuit persimilia D Enarrat. 4. n. 36.

S. Bernardinus.

Per cibum cibi mala decenter satisfacta. Rupertus.

Vt fidei satisfactio sit cibus Eucharisticus.

Cant. 5. 1.

Ioan. 6. 57.

N. 55.

Viuorum & mortuorum vt vita corpus Christi.

10. Quomodo autem vitæ arbor hæc esca sit Diuina; prædictum satis fuit Enarr. præcedent. à n. 47. 52. & 65. quantumuis nunc pro filo historiæ conseruando, & nunquam præscindendo nonnihil superaddam. Sicque vitam dare dico, vt vitam originariam, viuendíque originem, principium, & fundamentum. Vnde quomodo Sol clarus non potest non lucere, & ignis non exurere, vel aqua res coniunctas haudquaquā madefacere, sic etiam cibus iste non potest æquè vitæ vsuram non donare; prout S. Algerus lib. 1. cap. 12. de isto Sacramento cum verbis S. Petri clarissimus est auctor: *Verba vitæ æternæ habes; vitam enim æternam habes in ministratione corporis & sanguinis sui; & nos credimus,*

Vt vitam non donare non valeat Eucharistia.

Ioan. 6. 68.

S. Algerus.

&

& cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei viui; id est, quia vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod es. Quid clarios? quid expressius?

Ratio autem cur sit vita in istomet mysterio, hæc optima & genuina videtur inter alias, vt anima per cibum traducat vitam suam, sicut corpus per cibaria producit vitam propriam. Ita optimo discursu Angelicus Scriptor opuscul. 58. in sexto dicens cap. *Sicut anima vita est corporis, sed non viuificat sine cibo corporali; ita Deus vita est animæ, sed non viuificat illam sine cibo spirituali, id est, sine verbo Dei.* Quod noo solum intelligendum de Verbo prædicato, sed & Sacramentato; de quo in toto opuscul. præfatus Sanctus agit. Vlterius quod sic dicitur à S. Cypriano serm. in Cæn. Dom. *Sicut panis communis, quem quotidie edimus, vita est corporis, ita panis iste supersubstantialis vita est animæ.* Sed melius ab Algero prædicto lib. 1. cap. 19. *Si enim tanta vis est in cibo, qui nec viuit, nec manet, vt labentem vitam huius temporis foueat & retineat, quantum Deo placuerit; quantò magis Christus cibus viuens immortaliter, vitam æternam quibus sibi placuerit, conferre credendus est? magis enim credendus est vitam conferre, qui vitam in se habet, & vita est, quam qui non habet.* Quæ militant non solum ad vitam æternam animæ hoc cibo comparandam, sed etiam ad corporalem. Nam anima, seu vita ab anima in corporibus animātium sustentata, in sanguine consistit, vt dicitur in Leuit. & noscitur à Medicis; sicut cap. 5. suæ sacræ Philosophiæ peroptime demonstrat solertissimus Vallesius. Qui ergo in cibo isto sustentamur Christi sanguine, eius anima atque corpore, quæ simul, licet modo diuerso sunt in sanguine, æqualiter cibamur, fulcimur, vegetamur; vt per animam atque sanguinē; proindéque per corpus eiusdem Redemptoris (sanguis enim pars est corporis, quantumlibet selectior, & spiritibus vitalibus suscipiendis congruentior) in anima & in corpore ex æquo nutriamur; vt sicut vita nostra corporalis & spiritualis vniuocè conueniunt, sic pariter vniuocè in esca & alimento conuenjant necessariò. Quod voluit & Paschasios de corpore & sang. Dom. cap. 11. signare per hæc verba. *Anima, Christi sanguine reparatur; omnis etenim anima teste Scriptura in sanguine est, vt ubi habes in corpore sedem, inde à Christo & vitam habeas æternam in se manentem.* Vallesius hîc citatus pro curiositate & firmitate rei huius videatur.

D. Thom.
A cibo vt vita pendeat, iam corporis quam animæ.
S. Cyprian.
S. Algerus.
Leuit 17. 11
Vallesius.
In sanguine cur animā consistere dicatur, & vitam esse hominum.
S. Paschas.

11. Et quidèm nihil dubij, hanc escam vitam animæ æternùm prorogare: huic enim fini data; & eius finis proprius; Cum enim vita sit, non potest rei capaci ad vitam retinendam, & perpetim seruandam, vt anima est humana, si illa ad tantum bonum disponat semetipsam, non vitam suam dare. At de corpore mortali sub pœna à Deo inflicta obnoxio mortis legi, hoc posset controuerti; sed pariter diceodum, & isti nihil minus donare vitæ halitum; non adeo temporariū, qui breui finietur, sed potius sempiternum; qui vtique post mortem in cælis perdurabit. Sic optimè probatur ex antithesi qua dicitur, & sæpius in Ioannē; *Non Moyses dedit vobis panem de cælo. sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.* Et n. 49. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt; Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur;* Et iterum 59. *Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem viuet in æternū.* Vbi pani vides panem, & vitam vitæ graphicè opponi à Christo Domino; panem quidèm cælestem aërio tantùm pani, qui pluit in deserto; panem à Deo dumtaxat hominibus donatum, pani à Deo per hominem ad alios impetrato; panémque taodem verum, vt Christi corpus est, pani minimè vero, vt fuit manna vetus. Non quòd ipsum ab Hebræis non verè sit comestum, sed quòd eis non tribuerit æternam & vitam veram; hoc enim veri cibi est munus adæquatum, & proprium, ac naturale; iuxta ea quæ in Luce ad n. 100. præmisimus pro operis istius fundamento; imò illis vitam præbuit ad tempus tam perniodicum, vt eos plus ad mortem pauisse quam ad vitam vtcúnque dici possit; cum annis quadraginta in numero tam magno, ac exietant de Ægypto, duobus solùm demptis, vt dicitur in Numeris, & de Moyse in Deuteron. cap. 32. sint omnes morti traditi. At vero Christi corpus, vt panis vitæ verus, tam corpori quam animæ largitur vitæ lucrum. Huic sane sicut sæpe & dixi & decens est, ex eiusmet natura; corpori autem modis istis, quamualde scitu dignis.

Corporibus Eucharistia vt vitam det æternam.
A
Ioan. 6 32.
N. 49.
N. 59.
B
Vt manna non tam vitæ, quam mortis cibus fuerit; & Eucharistia vitæ cibus dumtaxat sit, & quare.
Num 14. 30. & 38.
Deut 32 51.
Inter manna & Eucharistiam quam magnæ differentiæ.
C

Primo certè, per potentiam; licet actu non exerceat quam habet ad hoc opus, inuiolabili Dei legis præuentum sanctione; de qua B. Paulus; *Statutum est hominibus semel mori;* quam vim nec in potentia antiquum manna habuit.

Hebr 9 27.

Secundo, per actionem, pignoratitia, provt dicunt Iuristæ, meliorem, quia gratia hoc Sacramento animabus adimpressa beatitudinis est pignus; ac ideo veræ vitæ, quæ est ipsa beatitudo haudquaquā finienda, vel vnquam terminanda, de qua dicitur cum hoc pignore connexa & comparata; *Et futuræ gloria nobis pignus datur.* Sed sic est, qood beatitudo omnimodè absoluta, & corpus comprehendit; in illúdque diffunditur, vt particeps sit gloriæ, quod animæ meritorum in vita fuit particeps, quemadmodum Augustinus Epist. 56. grauissimus est auctor; ergo Saeta Eucharistia qua gloria comparatur, ac vita possidetur, & corporis est vita.

D
S August.

Tertio demum, per contactū ipsius Christi corporis, quod eum propter vnionem hypostaticam cum Deo, infinitam vitam in se, Diuinámque contineat, contactu suo hancce corporibus ingenerat, eùm illud in hoc cibo Fideles manducamus; quasi semen viuificum corporibus infundens, quo postea reuiuiscaot ad vitam sempiternam; non vt corpora damnatorum ad semper moriendum; hoc enim mors æterna; sed ad vitam

indeſinentem cum Deo traducendam, ſeu potius poſſidendam; quod eſt æterna vita, quieta, & ſine fine; ſicut S. Cyrillus Epiſt. ad Colloſirium oſteodit ſatis benè.

S. Cyrillus.

Immortalitatis medicamentum, & antidotũ Eucharistia.
S. Irenæus.

Hinc eſt quod hoc Myſterium vocatur ab Ignatio Epiſt. ad Epheſios; *Medicamentum immortalitatis, antidotum contra mortem.* Cui in Græca catena perſimiles Tertullianus, Cyprianus, & Nyſſenus; ac S. Irenæus, qui ibi rem frumenti comparatione ſic exponit. *Quemadmodum in grano frumenti vis quædam genitalis eſt, qua iactum in terram; atque putrefactum germinat; ſic prorſus ex corpore Christi vis quædam, veluti ſeminalis, corporibus noſtris accedit; qua etiam in puluerem redacta reſurgant, & quodammodo renaſcantur.* Et Apollinaris ibimet. *Non licet nobis ad vitam æternam conſequendam Dei Verbo perfrui; niſi per quoddã carnis ipſius commercium; quoniſque enim Verbum carni commixtum non fuit, morti obnoxia omnis caro detinebatur.* Quod intelligi eſt neceſſe de Euchariſtia ſumpta voto; cum ipſius Sacramenti realitas non ſuppetit. Nec obſcurior, imò clarior Cyrillus in Ioannem lib. 4. cap. 17. huiuſmodi ſe habens. *Quoniam igitur Saluatoris caro Verbo Dei, quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica effecta eſt; ideo quando eam comedimus; tunc vitam habemus in nobis. Hac de cauſa in excitandis mortuis, non ſolummodo verbo aut imperio, vt Deus, vtebatur; verum etiam carnem ſuam, quaſi cooperatricem nonnunquam adhibebat; vt re ipſa oſtenderet, carnem quoque ſuam, quoniam ſibi coniuncta eſt, viuificam eſſe. Quemadmodum enim ſi quis ſcintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum neceſſariò fiet; ſic Verbum Dei in naturam noſtram immiſſum, totam inde inflammauit, atque ad vitam, interitu penitus deſtructo, reduxit.* Cui poſtea multi Patres libenter ſubſcripſerunt; pro quibus vna ſufficit Epiſtola ad Neſtorium, ab ipſomet Cyrillo doctiſſime exarata, & à toto Concil. Epheſino cui interfuit, & præfuit pro Pontifice, probata & ſubſignata. Vnde P. Suarez in ſuo Vita Christi diſp. 50. ſect. 4. Christi corpus Reſurrectionis cunctorum facit corporum efficientem & veram cauſam per verba quę ſequuntur. *Ratio autem non eſt alia, niſi quia humanitas Christi eſt inſtrumentum coniunctum Diuinitati, ad operandam ſalutem noſtram, omnibus modis, quibus conuenienter poteſt. Hic autem modus eſt poſſibilis, & maxime decens dignitatem, & merita eius. Et confirmatur; nam eos mortuos, quos Chriſtus in hac vita ſuſcitauit, per propriam efficientiam excitauit. Sed ſic eſt, quod ipſe Chriſtus Ioannis 5. cap. latiſsimè ſignificat, non minus efficaciter ſe hominum effecturum reſurrectionem vniuerſalem, ratione qua eſt homo. Ergo propria cauſalitate & phyſica hanc efficiet humanitatis ſuæ ſacræ. Hincque S. Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos apertè ſatis dicit; ſicut reſuſcitauit Lazarum per humanitatem, ita reſuſcitaturum omnes nouiſſimo die.*

Resurrectio ex Eucharistia, immortalitatiſque commercium.
S. Apollinaris.
S. Cyrillus Alexandr.
Cur Christus carne ſua tetigerit nonnullos.
Suarez.
Reſurrectionis vniuerſalis vt cauſa ſit efficiens Euchariſtia & Chriſti caro, per vim impreſſam animæ.

Qui iterum tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 64. per duas ſectiooes, duo ait Euchariſtiam corporibus conferre; in vita repreſſionem à fomite peccandi, & poſt mortem reſurrectionem in vitam ſempiternã. Quod ratificat copulatiua, qua vſus eſt Ioannes; *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.* Additque non virtute impreſſa noſtro corpori, ſed animæ, hoc patrari. Nam ſi primum daretur, oporteret confiteri, vel hanc bonam qualitatem cum corpore corrumpi, vel poſt mortem conſeruari in vermibus, & cadauere; quam rem ille ſummo iure ridiculam aſſeuerat; at ſecundum noſtræ animæ ſubſtantię conſeotaneum; cum etenim æuiterna & gratiæ ſuſceptibilis natura ſua ſit, hanc corpus reſumendi, & in beatitudine cum illo perpetuò conuiuendi conſeruat in ſe ipſa. Cui alludere videtur Ioannes, quando dixit; *Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*; nimirum, gratiæ, ex anima perenniter fluentis, & aliquando ſalientis, ſeu corpus ſubleuantis, vel preſſius leuaturi in vitam perdurabilem. Hoc autem ex Eocharistia; vbi Christi cum ſepulchrum & mors ſub accidentibus triticeis perennetur, Paradani byeroglyphicum lib. 1. Symbol. manipulum ſpicarum ex tumulo exurgentium, Elogio hoc colligato *Spes altera vitæ* appoſitè pingentis, ei qoadrat in hunc ſenſum; alterius naoque vitæ hinc tota ſpes dependet.

Ioan. 6. 55.
Ioan. 4. 14.
Paradinus.
Spes vitæ quantum pendula à tritico Euchariſtico.

Ergò clarè vitæ arbor eſt iſtod Sacramentum, cui Paramus hęc propter de Origine Inquiſitionis lib. 3. q. 5. figuram primam omnium attribuit vitæ arborem; quod firmat & Paſchaſius lib. 2. cap. 7. de corpore & ſang. Domini. Vnde vtique ſi ſtatus duraret innocentię, alia neutiquam figura Euchariſtiæ inſtituendæ; præter iſtam vitæ arboris, hominibus daretur; iuxta ea quæ præmiſimus Enarrat. præceden. ad n. 16. videlicet tum temporis illius fructũ ſolùm futurum Sacrificium; & Enarrat. 4. n. 45. nimirum, vel Adami delicto non commiſſo, nihilominus ob cauſas ibidem indigetatas, inſtituendum ſemper fore hunc cibum Sacro-Sanctum.

Ludouicus Paramus.
S. Paſchaſ.
Vt prima ſit figura Euchariſtiæ vitæ arbor, & vnica futura ſi homo non peccaſſet.

12. Quot verò fructus arbor producat ex ſe iſta, à nemine compreheodi, hac puto ratione, quia à malis quibuſcúnqoe, vt infra elucidandum, virtute ſua liberat. Ecquis mala potens erit humana enumerare? Hinc Cyrillus loco vltimo à nobis allegatos, hæc ibi verba facit; *Mortem, morbóſque pellit. Sedat ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus ſumus peccatis conſiderat. Sed ægros curat, colliſos redintegrat, & ſicut bonus Paſtor, qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, ab omni nos erigit caſu.* Et Iuſtinianus cap. 9. de perfectione Monachorum. *Euadit homo ex hoc Sacramento feruentior in dilectione, promptior in opere, in tentatione prudentior, ſolicitior in virtute, in adminiſtratione alacrior, nec non & in ipſius frequentatione efficitur ardentior.* Quod Chryſoſtomus ex figuris illius ſuper Ioann. hom. 45. in iſtum modum roborat; *Hic ſanguis effuſus vniuerſum abluit orbem terrarum, de quo multa Paulus ad Hebræ. proſequutus eſt. Hic ſanguis Sancta Sanctorum*

Fructus arboris Euchariſticæ ſunt bona cuncta in genere.
S. Cyrillus.
S. Laurent. Iuſtinian.

ctorum purgabat, altare aureum significabat, sacerdotes faciebat, & sine hoc sanguine Sacerdotum princeps in penetralia ingredi non audebat. Quod si eius figura tantam vim habuit in templo, & in media Ægypto liminibus aspersus, quanto magis veritas? Si vmbram ita mors horruit, quantopere quæso ipsam formidabit veritatem? Paschasiúsque hoc ipsum similitudine frumenti cap. 18. prædicti modò libri huiusmodi confirmans; *Ob hoc granum frumenti cecidit, vt multum fructum adferret. Si enim hoc ille concessit seminibus, multò magis id sibi præstitit. Vt & ipsum maneat incorruptum, & deinceps multam alimoniam immortalitatis præbeat ex sua fructificatione credentibus.* Præterea, quod & Christus non solum hoc Sacramentu à malis nos eripuit, sed insuper & bonis ornauit omniformibus, vt lepidè atque verè Chrysostomus scribit hom. 61. ad popul. Antiochen. *Sicut enim homo seruos emens, aurum erogat, & rursus eos ornare volens, auro id facit; sic & Christus nos emit sanguine suo, & in hoc mysterio sanguine nos exornauit.*

S. Paschas.

Iterario Christi sanguinis in Missæ Sacrificio ornatus est Fidelium.

Quis ergo fructus eius, tam à malis liberando, quam bona & beneficia donando recensebit? Nemo vtique. Sed quia in præcedentibus arboribus, duodecim illis fructus addixi non immeritò, huic totidem congruentius suapte sese offerunt; vera quippe vitæ arbor in themate est secundo, cui duodecim ibi fructus his verbis tribuuntur. *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia eius ad sanitatem gentium.* Quos duodecim fructus dumtaxar in figura inesse vitæ ligno, & Eucharistico in substãtia hinc optimè dignoscitur, quòd in verbis Ezechielis idem dicitur de ligno, quod ille vitæ vocat; *Per singulos menses afferet primitiua*; sed ab isto verbo *afferet* non *attulit* de præterito, ostenditur, non loqui de prisco vitæ ligno ex terræ paradiso; sed de alio in paradiso Ecclesiæ pòst futuro. Pro qua etiam explicatione hæc ratio magni ponderis, ni fallor, superadditur; *Quia aquæ eius de Sanctuario egredientur.* Vnde claret hocce lignum non pomiferum & terrestre fuisse primi horti, sed aliud producendum in horto Ecclesiastico, quod aquæ à terræ venis egressæ non rigarent, sed solùm à Sanctuario; hoc autem Sanctuario, non illo templi veteris Sanctorum Sancta dicto; ibi enim nunquam fuit huiusmodi res visa; sed potius Christo Domino, in illo Sanctuario Mosayco & Salomonico ad vnguem figurato; qui aqua egrediente ex suo dextro latere, duodecim istos fructus in Eucharistiæ vitę ligno produxit perfectissimè; quocirca à dextro latere hæ aquæ paulo supra sub n. 2. manare perhibentur; de quo num. 65. Enarrationis præcedentis nonnihil delibauimus.

Apoc. 22. 2.

Fructus arboris Eucharisticæ duodecim in specie.

Ezech. 47. 12.

Ibidem n. 2.

DE VITÆ ARBORIS EVCHARISTICÆ DIVISIONE circa fructus, in duodecímque tandem partitione consentanea.

De fructibus Eucharistiæ diuersa existimatio; ac simul concordatio.

Magister.

13. HÆc de fructibus huius arboris doctrina propinata non caret controuersiis, seu potius magnis viris contrarium sentientibus; è quibus qui Magisti adeptus est cognomen, duos tantũ recognoscit istius fructus ligni; quod ad duo plantarum nos docet lib. 4. d. 12. lit. G. videlicet, *ad augmentum virtutis charitatis, & ad medicinam quotidianæ infirmitatis animæ.* Cui inibi subscribit Seraphicus scriptor q. 2. cum sequent. à n. 54. dum *vt liberet à veniali, & præseruet à mortali* fatetur institutum. Hanc enim nisi proximo augmento charitatis, & internæ infirmitatis diminutione comparari, cuicunque satis patet. Bonauentura mentem suam peroptimè confirmat. D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 3. sex fructuum tantùm meminit, quem sequitur Suarez, in numeróque Busto qui alios sex supponit in Rosar. 2. p. serm. 14. in fine. Bernardus per eundem relatus affert vndecim, quæ ita recensentur. *Hoc corpus Christi ægris medicina; peregrinantibus via; debiles confortat; valentes delectat; languorem sanat. Per hoc homo mansuetior fit ad correptionem, patientior ad laborem, feruentior ad amorem; sagacior ad cautelam; ad obedientiam promptior; ad gratiarum actionem deuotior.* Et totidem ni decipior, enumerant tam Syluester verbo Eucharistia 4. n. 3. quam etiam ferè Angelicus quicunque fuit auctor de Imitatione vitæ Christi pretiosissimi libelli lib. 4. cap. 4. n. 2.

S. Bonau.

D. Tho.

Busto.

Bernardus.

Verùm neutiquam recedendum à fructibus duodecim, quos Apocalypsis & Ezechielis oracula restantur; ad alios verò auctorum istorum respondendum, & eos ad concordiam vocandum non difficilè; nimirum, nec Bernardum, nec duos subsequentes, huic Sacro fructus vndecim vtcunque attribuisse; sed vel vndecim ex librariorum incúria reperiri; vel duodecim posse ibi in eisdemmet eloquiis diuersimodè perpensis, nihilminus computari; quod in libello vitæ Christi clarissimè intuemur. At Bustum & D. Tho. sub illis sex duodecim, fortassis, & probabiliter, vt puto, cõprehendisse; quemadmodum beatitudines tam quatuor quam & octo in diuersis Euangelistis à nobis offenduntur; quia ad inuicem vnæ in aliis contentæ dignoscuntur, vt Ambros. super Luc. lib. 5. cap. 6. aduertit prudentissimè. Magistrum verò & nostrum Seraphicum Doctorem dumtaxar duos fructus eo modo supputasse, quo & decem Dei præcepta ad duo reducuntur; nam quemadmodum mandata cum decem sint in lege, per Christum in Euangelio ad duo rediguntur; sic fructus Eucharistici sunt duo quæ ad duodecim iustissimè extenduntur. Qui quidem etsi à multis multifariam nominentur, dicantur, assignentur, facillimè nihilominus cum ni-

S. Ambros.

Matt. 22. 40.

mis ſintaffinia ad inuicem conueniunt. E quibus ego illos tantummodo producam, qui directius & ſuauius abſoluunt huncce numerum; quorum mihi primarij videntur quos Viguetius in Inſtit. cap. 16. §. 3. verſ. 18. egregiè concinnauit; tum quia fructus iſti per menſes quaſi ſingulos gradatim prouehuntur, à luminéque Fidei ad gloriam perducuntur; tum quia accommodantur ſeu potius ſolidantur cum Pſal. 22. qui bucolica periphraſi, vt ait Genebrardus, de Euchariſtia refert gratias; cuius verſibus duodecim, duodecim quamualde in modum iam ſequentem hi fructus ſunt ligati, & dulciter connexi.

Viguerius.

Genebrard.

De fructibus duodecim, & primis noſtræ arboris.

Duodecim & celeberrimi qui fructus Euchariſtiæ.

14. VIguetij verba igitur redacta breuitati, huiuſmodi ſe habent. Pro gaudio & delectatione totum Pſal. 22. quem ob gratias de Euchariſtia compoſuit Rex Propheta, quiſq; poterit inſpicere, rimari, contemplari; nã duodecim qualitates, quas deuotè communicantes percipiunt ex hoc cibo, in eo inueniuntur. Quarum prima clemens eſt, ſalubríſque directio; quapropter exorditur; *Dominus regit me*, dirigendo, & illuminando per naturalem ſindereſim; vt ipſe dixit poſtea in Pſalm. 26. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea*, ſalubriter regendo; & ideo mala omnia laceſſit, dum adiungit; *Quem timebo?* in noſtro vero Pſalmo, quod idem prorſus eſt: *Et nihil mihi deerit.* Secunda gratiæ augmentum, ac etiam plenitudo in iſtamet ſententia; *Et nihil mihi deerit.* Firmatur nanque ex Paulo Corinthiis ſic dicente; *Diuites facti eſtis in Chriſto Ieſu, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia.* Nec mirum, cum & Chriſtus in iſto ſit conuiuio, qui gratiæ & veritatis eſt plenus in Ioanne; & etiam per quem gratia & veritas eſt facta; vt lex per Moyſem data; ſeu gratia verè facta, non verò tantum vmbris promiſſa, vt olim erat, ſub ipſa lege Moyſis. Tertia autem quędam ſpiritus ſuauiſſima dulcedo, & animæ refectio, quę ſequitur in Pſalmo; *In loco paſcua ibi me collocauit.* Cui dulcedo quęuis alia non extat comparabilis; eſt enim *Manna abſconditum quod nemo ſcit niſi qui accepit.* Dicant illi, qui dignè deuotéq; frequentant hoc verum cæli nectar, in cuius ſolum ſpe dilectus eius Moyſes *Elegit magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Et Dauid eius dulci memoria ſic dicebat; *ſicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. Si memor fui tui, &c.* cum multis verbis aliis amoris ibi plenis. Quapropter ipſe alibi hac vmbra recreatus; *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Eccleſia verò re experta & ſatiata; *Exaltari tuo Chriſtum ſumimus, in quem cor & caro noſtra exultant.* Quarta effrenis concupiſcentiæ ſufficiens refre-

Primus, mẽtis illuminatio, quæ incipit per fidem.

Pſal. 22. 1.

Pſal. 26. 1.

Secundus, gratiæ cumulus qui lucem comitatur.

1 Cor. 1. 5. & 7.

Ioan. 1. 14 & 17.

Tertius, ſpiritus dulcedo, quæ gratiæ ſubſtituitur.

Apoc. 2. 7.

Hebr. 11. 25. & 26.

Pſal. 62. 6.

Pſal 42. 4.

Quartus carnis refrenatio, quæ

A natio, quæ facit ſuperaddere; *Super aquam refectionis educauit me.* Aqua enim gratię Dei aduerſus mala reficit; & eius minor ros ardores aduerſantes refrigerat quamualde; Eccleſ. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Vnde & totis exoptati, ob iſtummet effectum, aſſumpſit nomen Chriſtus in verbis ſummi Vatis; *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum* Quinta à malis quibuſcunque quotidiana reformatio, & animæ conuerſio, de qua infertur protinus; *Animam meam conuertit.* Quia facilè diuertitur vel etiam iuſti anima; Prouerb. 24. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurget* Nimirum per hunc cibum, qui editur pœnitentia; vt dicitur in Iob; *Antequam comedam ſuſpiro*; & pœnitentiæ Sacramento pręceditur apud nos, in 1. Enarratione; vlterius quod remittit ſuapte

B venialia; mortaliáque oblita. Sexta, ad bona facienda propenſio & inclinatio, vnde additur in Pſalmo; *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum*: in pane hoc inuocatum, qui cum nominis Diuini inuocatione à Deo tradita adiungitur, dum dicitur; *Sic ergo vos orabitis. Pater noſter qui es in cælis, Sanctificetur nomen tuum; Adueniat regnum tuum; Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra; Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Septima, contra ſuggeſtiones diaboli tutatio, quare illicò connectitur; *Si ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Hinc Angelus intactas reliquit omnes domus, figura iſtius ſanguinis in Exodo inſignitas; latronéſque non

C audent in illas ire ędes, in quibus ſciunt Regiæ iuſtitiæ viros eſſe, neque dæmones conſcientiam vbi Chriſtus Rex iuſtitiæ per iſtam requieſcit. Octaua, contra omnes triſtitias & conflictus hoſtiles conſolatio; quamobrem ſubligatur; *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me.* Suapte nanque menſa ſolatur triſtes mentes, & ærumnas moleſtiſſimas obliuioni ſolet tradere; quò magis menſa illa, vbi panis ſuauitatibus ſcatens ille eſt, qui ſolus eſt ſuauis; *Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Nona mentis illuminatio, & pariter deuota voluntatis inflammatio, de quibus mox infertur; *Impinguaſti in oleo caput meum*; Nam oleum luci & igni æqualiter deſeruit; caput autem noſtræ animæ hæ duę ſunt potentiæ, quas ferculo

D culo Euchariſtio illuminari & inflammari oſtendit ſatis Lucas in iſtum modum loquens; *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via? Et cognouerunt eum in fractione panis*: à quo quidem illuminati in Dominum inflammantem ſunt maxime inflammati. Decima iam amoris Dei præclara inebriatio; quæ illic reſeratur; *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt.* Quid autem inebriatio, niſi in recta ethymologia à mente alienatio? Hanc Sancti vino Dei tam magnam experiuntur, vt extra ſuos ſenſus in ecſtaſes mirabiles non paucies rapiantur, & ita afficiantur affectui ſempiterno, vt etiam citra raptus & ſuæ mentis compotes, delitias quaſque mundi faſtidiant lautiores.

excluditur dulcedine, vt clauus clauo truditur.

Eccl. 18, 16.

Iſai. 45. 8.

Quintus verò ab vniuerſis, non autem carnis tantùm, peccatis reformatio.

Prou 24. 16.

Iob. 3. 24.

Sextus ſubſequens ad facienda virtutes inclinatio; quæ malia pulſa venit; *Declina à malo, & fac bonum.*

Matth. 6. 9. 10. & 11.

Septimus contra tentationes defenſio, quæ ad bonum inclinationem ſuper-greditur.

Exo. 12. 23.

Octauus cõſolatio defenſione iã ſuperior, ab illaque vt flos ab arbore proueniens.

Pſal. 144. 9.

Nona mentis illuminatio & cordis inflammatio, quæ floris fructus ſunt.

Luc 24. 32. & 35.

Decimus autem Dei amoris excelſa inebriatio, quę fructuum ligni vitæ ſecundus eſt, & vltimus, in vita tranſitoria.

Vndecimus à malis purgatorij liberatio, quæ alterius vitæ est eximiū & primum bonum.

Dani.14.37.

lautiores. Vndecima est ab igne purgante liberatio, quapropter copulatur; *Et misericordia tua subsequetur me*; videlicet, post, vitam, purgandam, & poliendam in igne purgatorij. Non enim tantùm est Eucharistia Sacramentum, sed etiam Sacrificium, vt tale, pro animabus oblatum defunctorū, quo ipsæ, sicut Daniel in lacu rugientium leonum incarceratus refectus cibo fuit diuinitus allato, à pænis liberantur. Duodecimáque tandem Beatitudinis adeptio, quocirca Psalmus finit; *Vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum*: & Christus in Ioanne; *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Ecclesiáque in Vesperis; *O vere digna hostia, per quam fracta sunt tartara; redempta plebs captiuata, reddita vitæ præmia.* Hæc ille, rebus eius, nonnullis, quæ inoentis adiunguntur non difficilè, hîc etiam superadditis.

Duodecimus tādem gloriæ secura inhabitatio, quæ est bonorum apex.

Ioan.6.58.

Quid pulchrius? vel huic cibo diuinius & germanius? Qui fructusve præfatis vtcunque dulciores? ac simul pinguiores? Hos ego literaliter, quod amplius valde est, de Eucharistiæ Sacramento intelligi confecto, quia Psalm. 22. cui illi sunt inserti, succedit, & continuatur cum Psalm. 21. qui totus de Passione ad literam explanatur, nec quidem sine causa, cum de Christi Passione sint ibi multa verba; *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*; cum aliis pernotissimis. Idque sicut asseuerat Iacobus de Valentia exponens istos Psalmos; *Vt ita significaretur quod omnia Ecclesiæ Sacramenta debent trahere virtutem ex Passione, & latere Christi.* Sed & alios duodecim eiusdem ligni fructus, qui propterea quod & panis effectibus alludant, palato summè meo post primos placuere, eisdémet subnectam; quos ordine incomposito inueni apud Barradas tom. 4. lib. 3. cap. 11. & 12. quosque melius ordinatos hoc tibi loco offeram; vt ad corporis nutritionem attineant primi quatuor; secundi verò ad oris gratissimum saporem; tertiique ad nostræ animæ internam instructionem; qui ita sese habent.

Psal.21.19.

Iacobus de Valentia.

Barradas.

De secundis, & duodecim eiusdem ligni fructibus.

Fructus alteri duodecim.

Primus animā nutrire.

Tertullian.

15. PRimum, quod nostro corpori enato confert panis, est illud enutrire; hoc autem facit animæ Eucharisticum fermentum; iuxta mentem Tertulliani qui de carnis resurrectione sic ait inter multa; *Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima saginetur.* Sed melius claritate, antiquitatéque Oseas, de Christo vaticinans; *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.* Adiuncta expositione Chrysostomi in Matth. hom. 83. dicentis istiusmodi; *Matres multæ sunt, quæ post partus dolores filios aliis tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non est passus, sed nos proprio sanguine suo pascit, & per omnia nos sibi coagmentat.* Nec male, cum & Christus nutrices omnes superet, tum in eo

Oseas 11.3.

Chrysost.

quòd enutrit lactatione suæ vitę, quam singulis lubenter & offert & impendit, tum in

A eo quod nos alit nutritione suæ animæ, Diuinitatisque coniunctim; vt nihil in se habeat, quod in lacte charitatis alumnis non infundat, Christicolis non eroget. De lacte dicunt Medici, cum quibus est Vallesius cap. 45. in sacra Philosophia, in hepate, & mammillis bis coctum esse sanguinem, pro varia qualitate locorum vbi perficitur huiusmodi decoctio, quorum primus ruber est, secundus vero albus, vel candidum vel rubrum colorem mutuantem & verè contrahentem. Sicque sanguis Redemptoris bis coctus sanè fuit, quò mare istius mundi nauigantibus accurreret bis cocto tam eximio, commeatu tam perutili, suppetiis tam accommodis; vt in cap. 15. de laudibus Mariæ Richardus sancti Laurentij scribit in

Nutrices atque matres quamualde Christus superet.

Vallesius.

Lac sanguis bis est coctus, bis coctúsq; peroptimus & sanguis Eucharisticus.

B his terminis: *Coctus fuit iste panis in clibano vteri virginalis, calefacto videlicet, Spiritus sancti igne; ipso autem die iterum fuit decoctus in ara Crucis, triginta tribus annis, vt traditur, deuolutis, vt sic esset panis biscoctus, qui competit nauigantibus per mare huius sæculi.*

Richardus à S.Laurētio.

Secundum ipsius corporis augere quantitatem; hoc autem præstat animæ Eucharisticum alimentum; quia corporis magnitudo in quantitate sita est, animæ verò in charitate, vt asserit Bernardus serm. 27. in lib. Cant. vnde limites & terminum humanum corpus habet, at anima istis caret. Quare illi qui quotidie hoc sumunt Sacramentum, si in molem giganteæ virtutis non excreuerint, illorum vitio erit, vt alibi dicemus, non cibo tribuendum. Eucharistia

Secundus illam augere.

S Bernard. In quo corporis & animæ consistant quantitates.

C nanque lac natura sua est, quod alit & augmentat in formam & amplitudinem saluti fauorabilem; de qua B. Petrus; *Sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus.* Vnde constat quod Dominus est lac, de quo peragimus, ad crescendum in re salutis quamualde accommodatum; hoc autem in Eucharistia, cui multi non incongruè attribuunt hæcce verba, vt datum ab illo Domino, *Qui non egit dolum in lingua sua*: ac dicitur in Psal. nec cum quidquam latet, sed omnia aperta sunt illius intellectui; quocirca nec nos fallere, nec falli ipsemet potuit in iis quæ nos docuit, & dixit lingua sua, ac ore in quo inuentus nequaquam dolus est. Cum autem affirmati-

1.Petr.2 2.

Eucharistia ad excrescendum in virtutibus quam optima.

Psal.14 3.

Hebr.4.13.

1.Petr.2.22.

D uis aduerbiis duplicatis, eloquiisque iuratis affirmet in Ioanne hîc esse corpus suum; *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quis audebit verbis eius vtcunque refragare? Ego addo non tantummodo refragari non licere, sed insuper necessarium omnino confiteri, huius cibi institutionem, vt loquitur hîc Petrus, rationabilem fuisse; tum ob multas rationes, & conuenientias demirandas, per totum præsens opus vberrimè dispersas; tum vt eo, iuxta verba eiusdem D. Petri li, crescamus in salutem. Nam qua esca rationalis excrescet creatura, quam illa, quæ rationabilis natura sua est? qua crescet in

Ioan.6 55. & 53.

Eucharistiæ veritatis perelegans probatio.

Rationabile quantum sit Eucharistiæ Sacramentum.

A ſalutem, niſi illa, quæ eſt ſalus? qua vtique in iuſtitiam, virtutes atque gratiam, niſi iſta quæ eſt gratiæ, iuſtitiæ atque virtutum cunctarum ſcaturigo? qua creſcet tandem in gloriam & cælicum faſtigiũ, niſi lacte quod eſt gloriæ & cæli nutrimentum, ac ſimul ornamentum? Ita certè ſed in illis, qui ſciunt tanti Domini dulcedinem guſtare, ſaporémque ipſius libare & ponderare. *Si tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus.* Quod enim ſapit, nutrit, adauget & dilatat in regulis Galeni. Quid pulchrius rei præſenti?

Quod ſapit nutrit.

Tertius eſt roborare. Vallesius.

Tertium corpus augmentatum firmare & roborare; nimirum in ea ætate, quam Medici & Philoſophi, vt teſtis eſt Valleſius cap. 66. prædictæ Philoſophiæ, appellant conſiſtentiam. Hoc autem confert animæ Euchariſticum alimentum; pro Angelorum B nanque pane à Pſalte decantato; *Panem Angelorum manducauit homo;* *Abirim*, ſeu panem fortium inuenies in Hebraico. Leones quippe facit, vt loquitur Chryſoſtomus homil. 61. ad popul. Antioch. *Tanquam leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles.* Quomodo autem leones ex leporibus vel etiam non reddet panis iſte, de quo B. Iob; *Pone me iuxta te; & cuiuſuis manus* quantumuis leonina, tunc *pugnet contra me.* Quique ipſummet leonem tartareæ regionis, & Africæ caloris nigroríſque immenſi, proſternere nos efficit; vt in Chriſti natiuitate ſic ait Cyprianus; *Sacramentorum communicatio, per quam Chriſti corpori vnimur, in tantum nos corroborauit, vt de mundo, & de diabolo, & de nobiſmetipſis victoria potiamur.*

Pſal. 77. 25. Vtcibus Euchariſticus leones ſecũ faciat. S. Chryſoſt. Iob. 17. 3. S. Cyprian.

Quartus vitam ſuſtentare. Ioan. 6. 57.

C Quartum item declinantẽ naturam ſuſtentare; & hoc animæ langueſcenti tribuitur hoc cibo, de quo prędixit Veritas; *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Nec male *Propter me*; cum propter Chriſti corpus in vita illius gratiæ interea ſuſtentemur, paulatímque mutemur in vitam ſempiternam; & in ipſam Chriſti vitam; qua nulla poteſt dari, vel melior, vel æternior. Nam Chriſtus modo alio meliori quam frumentum commune, vitam dat; dum iſtud ſe conuertit ſeu vertitur in homines id ipſum manducantes; at Chriſtus manducantes conuertit in ſe ipſum; prout in lib. 7. Confeſſ. cap. 10. teſtatur Auguſtinus. Quæ verſio vita eſt, vt facta in veram vitam, in quam conuerſus Paulus tranſfuſus & tranſlatus, ad D Galatas dicebat; *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.* O vtinam nos iſtam conuerſionem proſequamur, vel etiam panis illam in corpus Redemptoris! Panis etenim conuertitur totaliter in Chriſtum, non manens quidquam panis poſt verba Sacroſancta: conuertamur ſit & nos in ipſam Chriſti vitam; vt noſtri nil in nobis, ſed ſolum vera maneat Apoſtoli ſententia; *Viuo ego, iam non ego; viuit vero in me Chriſtus.* Seu aliter hocmet affatum commutando; *Iam ego in me non ſum; quia in Chriſtum verſus ſum.*

Gal. 2. 20.

Quintus famem ſiue fomitẽ peccandi propulſare.

Quintum, & primum quoad oris ſaporem complacentem, eſt famem propulſare, ac corpus recreare. Hoc autem prębet ani-

A mæ hic panis ſapidiſſimus, qui fomitem ſeu famem peccandi ſic repellit, vt etiam ad operandas virtutes valde recreet, ac ſimul multifariam, non quidèm conſtringendo, ſed multis & vrgentibus reſpectibus in ſe, nos cogat & compellat.

Sextum, corpus ſatiare, quod animæ confertur frumento, de quo dicitur, *Et adipe frumenti ſatiat te; Edent pauperes, & ſaturabuntur; Et de petra melle ſaturauit eos.* Nam petra Chriſtus eſt in verbis D. Pauli; *Petra autem erat Chriſtus*; ex qua in Sacramentis dulciſſimum mel fluit; in eóque præcipuè, quod panis eſt, ac carnis; & in adipe frumenti; ſeu frumento cum pinguedine, ac adipe, qui carnis eſt tantùm, deſignatur & per pauperes dumtaxat eſurientes ac hiantes illius B deſiderio, idoneò manducatur. Non etenim diuitibus deliciis ſcatentibus, vt alij cibi omnes, deliciis eſſe ſolet, ſed viris ſolùm eius inedia conflictatis, & valde excruciatis; quibus crucibus peroptimè ſuccedit panis iſte, qui fuit fructus crucis; quique confixos Cruci, non diffluos per ſolatia dulcoribus exſatiat. Terrenis cibis olim, *Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit; dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Cæleſti verò hoc dilectus in craſſatus, nec Deum derelinquit factorem pium ſuum, nec ab eo benefactore recedit aliquantulum, ſi vtique eſt dilectus; ſed illi ſatiatus adhęret, qui per ſuum Dilectum nobis dixit, de iſtomet edulio; *In me manet, & ego in eo.*

Sextus animã ſatiare. Pſal. 147. 14. Pſal. 21. 27. Pſal. 80. 17. 1. Cor. 10. 5. Deut. 32. 15. Ioan 6. 56.

Septimum cor lætificare, vt de vino panis ſocio ſcribitur in Pſalmo; *Et vinum lætificat* C *cor hominis;* quod affert hoc conuiuiũ, lætitia celebratum, ac etiam celeberrimum; *Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia*; videlicet, iuſtorum, de qua in Pſalmo alio; *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*; de quo infertur ratio; *Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos*; quemadmodum in lætitiæ totius ſuæ centro, vt nidus eſt pro auibus. Quam tamen pulli Dei aliubi non habent, excepto loco ibi ligato per hæc verba; *Altaria tua Domine virtutum, Rex meus & Deus meus.*

Septimus cor lætificare. Pſal. 103. 15. Pſal. 67. 4. Pſal. 83. 3. & 4.

Octauum vino etiam ebrietatem ſuſcitare. At anima in hoc cibo Dei vino inębriatur; *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt*; de quo epiſt. 63. ſcribit Cyprianus; *Quam* D *peroptimus calix, qui ſic inebriat viuentes, vt ſobrios faciat, & mentes ad ſpiritualem ſapientiam redigat, vt à ſopore iſto ſæculari ad intellectum Dei vnuſquiſque reſipiſcat.* Præclarus ergo calix, qui claram facit mentem; quique nequaquam eripit, ſed reddit intellectũ; neque ſolam ſobrietatem, ſed & corporis virginitatem ſecum ipſo germinare, rediréq; compellit, dicente Dei oraculo; *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Verè bonum atque pulchrum, inebriatióque pulcherrima, qua luxuria non vireſcit, vt vinum de quo Paulus; *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*; ſed perit & mareſcit; nec adeo mens aufertur à viris ſanæ mentis, ſed

Octauus inebriare, ebrietate nimis ſobria. Pſal. 22. 5. S. Cyprian. Ex vino Sacramentali ebrietas quã ſobria. Zacha. 9. 17. Epheſ. 5. 18.

maximo

maximo cum lucro in mentem Dei & sensum transfertat perfectissimũ. Vnde dicitur quamgraphice in lib. Canticor. *Meliora sunt vbera tua vino* Nam Chtisto Sponso vbera hęc duo sunt tantummodo; tam panis quam & vinum istius Sacramenti, quibus lactat, cibat, pascit Ecclesiam sui sponsam; & filios, quos per Fidem ab illa semper gignit, Fideles hac de causa communiter vocatos.

Cant. 1. 1.

Non⁹ panis vnus fieri ex multis simul granis.

Nonum & primum quò ad hominis institutionem, & disciplinãex multis granis est communem panem fieri io vnum coagulatis; vt sciamus & nos multos in vno pane esse, & in vno Christi corpore sub illo manducato; vt docet Doctor Gentium scribens ad Corint. Augustinus sup. Ioann. tract. 26. Cyprianus in Epist. recenter allegata; Concil. Trident. sess. 13. cap. 2. nosque 7. Enarrat. quammaxima vbertate.

1. Cor. 10. 17

Decimus fieri cum laboribus.

Gen. 3. 19.

Decimum multis cum laboribus & sudoribus parari; quapropter iam in Gen. sudoris panis dicitur; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*; & certè non immerito, cũ à grani seminatione vsque ad clibani decoctionem quam multis sempet panis conflictibus tezatur; vt sub illo panis noster iam inde delitescens, in eo signaretur, quòd iste multis debet laboribus acquiri; ac ille qui laborum pecuniis comparatur, & operum, de quibus sic dixit eius dator; *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in æternum*; Quãobrem super mænia edentibus apponitur; *Posuit mensam, miscuit vinum, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mænia ciuitatis*. Et ipsimet edentes ad arma capessenda in Vate prouocantur; *Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes; surgite principes; arripite clypeos*. Quocirca quod de mensã hac ipsa dixit Psaltes; *Posuisti in conspectu meo mensam, aduersus omnes qui tribulant me*; non est intelligendum, vt hostium, propter eam, quam obsident in orbem, insultibus & congressibus cootinuis careamus, sed vt eos per agones streouè superemus.

Ioan. 6. 27.

Prouer. 9. 3

Isai 21. 5.

Psal. 22. 5.

Vndecimus à corruptione abesse & liberare.

Vndecimum inter cibos mundissimum esse omnium, corruptionis magis inscium, & communiter loquendo, durationis magis æmulum, permaximè cum sal farinæ, massæque haudquaquã commiscetur. Quò nimis pro hoc pane percipiẽdo corruptiones à nobis euitentur, & actiones æternitatis perdignæ factitentur. Non enim decet aliud edentes panem illum, qui corruptione prorsus caruit; *Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*; imò à quauis corruptione suapte suos reuocat. Christus nanque iuxta Hieronymum in Psal. 21. est cerua matutina; de carnéque ceruina inuenimus in Plinio lib. 8. cap. 32. multos illa manducata à febribus incolumes non paulùm præseruari; ergo amplius à fortiori Redẽptoris nostri carne, qui seruus factus est, vt suos conseruaret; cuique Angelus Scriptor attribuit illa verba; *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*; quia velut res à tabe cõseruat myrrha optima, sic caro Seruatoris à tabe peccatorum; & hinc de fructu isto intonat Rex Propheta; *Edent pauperes & saturabuntur; viuent corda eorum* (huiusmodi seruata) *in sæculum sæculi*. Videatur D. Tho. 3. p. q. 79. art. 5.

Psal. 15. 10.

Ceruorum carnis mirũ aduersus ignem febrium.

Plinius.

Cant. 1. 13.

Psal. 21. 27.

Duodecimus & vltimus accipitres necare.

Duodecimum tandem aues rapaces interimere, accipitres præsertim, quibus noxium panem esse, & toxicum narratur. Vt appareat nostro pane signato in naturali, accipitres tartareos naturaliter interfeci; hom. sicut. 4. in commentar. super Matth. insinuatur à Chrysost. Cibo Daniel enecauit draconem nocentissimum, qui in ciuitate Babylooica idoli loco erat; nosq; etiam cibo hoc draconem trucidabimus, qui ad idolatriam vitiorum non cessat prouocare, eiere, & concitare; qua de re in quadã Epistola Paulinus Sanctus ait; *Cum hoc pane saginamur, serpens tabescit, cuius fames & pœna est cibus vita nostra Christus, qui factus est nobis in escam*. Et Theodoretus sup. Gen. expendens illa verba; *Dixit autem ad mulierem*; id est *Serpens inimicus qui perit cibo Christi*. Hæc fere dictus auctor superius allegatus in n. 14. mutatis atque additis, quæ visa plus accommoda.

Dan. 14. 27.

S. Paulinus.

De tertiis, & duodecim eiusdem ligni fructibus.

16. HOs ob rei comprehensionem, dispositionem, & venerationem auctoris non tacebo; Bonauturę quippe sunt de præparatione cap. 5. quo loci de Sacerdote voluntariè non accedente ad Missę Sacrificium hæc verba, siue verbera distringit vir deuotus; *Priuat se omnibus prouentibus Communionis Sacræ, quæ sunt peccatorum remissio, fomitis mitigatio, mentis illuminatio, interior refectio, Christi & corporis eius mystica incorporatio; virtutum roboratio, contra diabolum armatio, Fidei certitudo, spei eleuatio, charitatis excitatio, deuotionis augmentatio, & Angelorum comitatio*.

Fructus alij tertiò duodecim.

S Bonau.

Sacerdos non impeditus non celebrans quid agat.

De remissione peccatorum Eucharistia consequuta lib. 4. de hoc Mysterio cap. 44. sic ait Innocentius; *Eucharistia liberat à malo, conseruat in bono; delet venialia, & cauet mortalia*. Hæc est de re præsenti Catholica doctrina, explicata à D. Tho. 3. p. q. 87. art. 3. & q. 79. art. 4. quam nuper confirmauit Concil. Trident. sess. 13. cap. 2. non minus quam de fide hoc esse, ratum faciens; videlicet, mortalia hoc cibo præcaueri, venialia verò penitus deleri & dissipari, de quibus intelligitur præcatio Ecclesiastica, *Sit ablutio scelerum; sit fortitudo fragilium*; vt scelera diluta sint tantum venialia, quemadmodum mortalia sunt illa in qoæ fragilitas humana sæpe cadit, & quæ præuia istius cibi fortitudine impediũtur, ne veniant in effectum. Cuius quidem veritatis hæc ratio literalis pro vitiis capitalibus, nimirum, vt non tollantur per ferculum Eucharisticum; nam sicut panis terræ defunctis non dat vitam, sic mortuis per peccatum non confert vitam gratiæ à cælo panis missus pro hominũ piaculis; nec ille ad tale opus à Filio Dei reli-

Innoc. III.

D. Thom. Concilij Trident.

Peccata quonam modo mortalia & venialia tollantur Eucharistia.

ctus, ſed ad gratiam prius habitã tutandam, ac eo ipſo augmentis ampliãdam. Hincque formatur ratio, qua tollat venialia; cũ enim ſit donatus, vt feruot Dei amoris per illum vires ſumat, non poteſt torpor ſrigidus huiuſmodi culparũ, præſertim præcedentium non tolli per hunc cibum, velut cibo corporali ſuapte frigus pellitur. Notaoter dictum ſcias, venialium præcedentium; quia ſi iſta de præſenti cũ Euchariſtia ſimul dentur, non parum tunc præpedient viitutem Sacramenti; ex eo quod concurrunt, occurrũntque oppoſitè, vt latius D. Thom. q. 79. art. 8. Modus autem quo peccata minora deleaotur & alia caueantur in articulo allegato octauo reperitur; videlicet interius per gratiæ approbationem, & exterius per expulſionem tentationis diabolicæ; nã dæmones ad conſpectum Redemptoris noſtri ſanguinis plus quam olim in Ægyptiaca figura ſuper poſtes, langoeſcũt, & deficiunt.

Exod. 12. 13.

Si verò quidnam ſit apptobatio quęras gratiæ, amoris eſt coniunctio & arctior colligatio, qua ligatus homo Chriſto ab eo condonatur, & ad gradum familiaritatis maioris apptobatur, & altius confirmatur. Nam Chriſtus in abſtracto eſt ipſamet dilectio; vt conſtat ex præconio Diuinæ Sapientiæ, nimirum Chriſto ipſi primariò collimato; *Ego mater pulchra dilectionis*; dilectio verò dicitur affectio duos ligans; quapropter per hunc cibum cum Chriſto in hoc affectu amandi colligamur, & ideo ſuæ gratiæ effectus impetramus. Nihil etenim dilectio ſcit prius quam neſcire vindictam cui inferre, & noxas nõ videre, imò viſas delere ſtudio lubentiſſimo; vt de filio prius ptodigo peroptimè Chryſologus; at melius in rem noſtram Richard. à S. Laurent. lib. 6. per hæc verba de laudibus Marię. *Chriſtus antonomaſticè dicitur dilectio; per dilectionem enim qua diligit hominem colligit hominem, ſibi ipſi & quaſi conglutinat, ne diffluat per vitia & peccata.*

Dilectio Chriſtus ipſa abſtracte penſitata.

Eccl. 24. 24.

Dilectio cur ſic dicta.

Richard. à S. Laurent.

De fomitis mitigatione ex dictis patet ratio. Non enim poteſt dari charitatis augmentatio, quin etiam ſimul detur, & fomitis minutio. Vnde ait D. Tho. q. 79. art. 6. ad. 3. Euchariſtiam pro primatio habere ſui effectu augmentum dare gratiæ, at fomitem deprimete pro ſuo ſecundario; & Abbas Clatcuallis ſet. in Cæn. Dom. *Duo operatur in nobis Sacramentum Dominici corporis, vt, videlicet, & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino conſenſum. Si quis veſtrum non tam ſæpe modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, & luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.* Vbi proprietas tollendi in grauioribus conſenſum, commentario ſuo indiget; quod in loco cõmodiori inferius nonnegabo. At in hoc pro explicatu ſufficiant illi Patres, qui fomitem ſic dicunt hoc cibo mitigari, vt ne quidem cogitationẽ admittat de peccatis; quales ſunt cap. 3. de Eccleſ. Hierar. grauiſsimus & antiquiſsimus Antiſtes Dionyſius. Damaſcenus lib. 4. cap. 14. Cyprianus in Cæn.

Vt fomes per Euchariſtiam peccandi minuatur.

S. Bernard.

A Dom. & tandem Ieſu præco egregius Bernardinus tom. 2. ſerm. 2. in ipſa Cæn. Dom. huiuſmodi ſe habens; *Euchariſtia mitigat ſtimulum carnis; ideo manna cadebat cum rore. Tu dominaris poteſtati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas. Valet etiam ad reſiſtendum cogitationibus prauis; vnde in Cantic. anima iuſti; Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Myrrha nanque carnem ſiccat, ſtringit, & à vermibus, putredine ac fœtore mirifice cõſeruat, ſicque carnis qualemcũque nocentem diffluentiam Euchariſtiæ Sacramentum. Quocirca cap. *Presbyter*; 5. diſt. 83. ſic ait peccatori; *Ne indureſcat in peccatis, particeps fiat corporis & ſanguinis Domini.* In quod valde commendabilis Archiepiſcopus Vlyſſiponen. Rodericus da Cunha ſic ait quarto numero; *Sacra Eu-*

S. Bernardinus.

In carnem quantum myrrha Euchariſtica ſit efficax.

D. Rodericus da Cunha.

B *chariſtia vſus corda emollit; & omnem animi duritiem conterit. Si enim adamas ferratos laxat poſtes, & tamẽ duriſſimus lapis calido hircinum ſanguine ſoluitur, quas non viſcerum rupes & ſaxea corda expugnabit calidiſſimus Chriſti ſanguis? Vnde cũ Romani efferas nationes nunquam frangere vel domare potuerint, Chriſti ſanguine tandem reddiderunt emollitas.* Quod auctoribus nonnullis probatis ſatis munit. Hęc autem mali fomitis ſupetna mitigatio per ſpecierum Sacramentaliũ, ſi modum ſcire cupis, efficitur contactum; vel per Corporis Chriſti præſentiæ redundantiam; vel per gratiam præuenientem imaginatiooem diffluentem; vel etiam per præſentem ſpiritus lætitiam in corpus transfluentem; de qua Propheta Rex; *Cor meum & caro mea,*

Duritiem cordis qualiter emolliat Euchariſtia.

Pſal. 83. 3.

C primum cor, poſtea cãro, in quam redundat cor; *exultauerunt in Deum viuum.*

De mentis illuminatione vltra ea, quæ in 1. Enarrat. multa dedimus, *fons luminis* hic cibus hom. 61. ad popul. Antiochen. vocatur à Chryſoſtomo. Et ideo ſine lumine, vel etiam Sole rutilo, nec debet conſecrari, nec etiam ad ægrotantes vllatenus deferri vt in cap. *Sanè de Miſſarum celebrat.* Honorius iubet tertius; ex eo quia lux æterna eſt Euchariſtia, & nõ licet ſine minote crepuſculum agitante, ac rectè ptæeunte hæc maior vel ſub nubilo frumenti demõſtrari; quemadmodũ ſine aurora fulgori diei præuia Sol lucem non expandit. Sed vnde tanta lux? ni ex ſanguine qui oleum effuſum nuncupatur in 1. Canticor. *Oleum effuſum nomen tuum.*

Fons luminis Euchariſtia, & quare ſine lumine nec fieri nec ferri conueniat ad ægrotos.

Cant. 1. 3.

D Hoc enim Ieſus eſt, quod redditur Saluator; at Saluator ſuò ſanguine in Cruce diſpertito ſoper nomen quoduis aliud præfulgens nomen habuit in vetbis D. Pauli.

Philip. 2. 8. & 9.

De interiori refectione doctrina eſt D. Thom. 3. p. q. 73. art. 1. quam repetit inferius q. 79. & q. 81. adinſtar docens cibi corporei effectum omnem ſpiritualem ſecum iſtum præferre natutaliter; quia repatat, & auget, ſuſtentat, & delectat. Delectationes verò tales ſetmonem grandiorem, & ſimul locum alium maiorem ex ſeſe poſtulant.

D. Thom.

Effectus cibi omnes concludit Euchariſtia.

De incorporatione cum Fidelibus multa 7. Enarrat. inuenies congruentia; quibus adde. D. Tho. q. 73. art. 3. ad. 3. & q. 79. art. 2. ad. 2. nec non quod valde myſtice

D. Thom.

ſcribit

Luc. 22. 41.

ſcribit S. Luc. *Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis* Nam lapis vi proiicitur cum iacitur à manu; & auulſio vel de ramis abſtractis ab arboribus, vel de arboribus auulſis, eradicatíſque profertur; niſi forſitan genuiniùs, de vellere & capillis (vnde vello proficiſcitur) dolore acri vulſis. Sed quare Chriſtus tunc auulſus eſt à ſuis, cum nunquam ſic vocatus, quantumuis eſſet longiùs ab eis ſeparatus? Quia ſanè tum recenter communicauerat cum illis, & eiuſmodi incorporatio in ipſis facta fuit, vt omnes vnum corpus per eius corpus maoſerint; iuxta Apoſtoli tam ſæpe doctrinam repetitam. *Vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus*; ac proinde non incongruè auellitur ab illis; qui vnum eſt cum illis; vt ſunt cum pelle crines.

Auulſus cur à ſuis dicatur Chriſtus Dominus.

1. Cor 10. 17.

D. Thom.

De virtutum roborarione abundat idem Sanctus q. 69. art. 1. vbi aſſerit tam gratiam habitualem roborare, quam adiuuare & excitare non modicè actualem; quod tradit & Richardus in 4. Sent. d. 12. art. 4. q. 2. Concil. Florent. ſub Eugenio. 4. in decreto Fidei. §. *Tertium eſt* Et Triden. ſeſſ. 13. cap. 2. Quapropter cum ſic excitet & augeat actualem, omnes pariter virtutes adaugere planum eſt; vt ait Bernardin. tom. 4. ſerm. 4. de Euchar. art. 5. in primo illius cap. *Gratia eſt forma omnium virtutum; Euchariſtia verò augmentando gratiam cæteras virtutes augmentat. Vnde S. Dionyſius de cæleſti hierar. Gratiam perficit iam collatam.* Ac ideo cunctam gratiam, quantumlibet ſit prima; actualis, ſubintellige; nam de prima habituali, dum ſupponitur collata, non poteſt hoc procedere.

Richardus.

Virtutes omnes adiuuat, & excitat, ac promouet.

S. Bernardinus.

In dæmones armatio.

De armatione contra diabolum Heliæ vetus extat figura, qua inuenimus; *Et ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Oreb.* Ac etiam Vaticinium; *Et panis cor hominis confirmat* Nec non ſucceſſus Pauli, de quo in Actis dicitur; *Cum accepiſſet cibum, confortatus eſt.* Quæ omnia pani huic attribuit Bernardinus ſerm. 4. de eo ipſo, in ſuo tom. 4. Hincque Epiſtol. 47. iam olim ſic Gregorius; *Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi arma, Deo fauente contuli, quod potiſſimum eſt, vt corpus Dominicum frequenter acciperes, indicaui; & vt certa fiducia Matris Domini te omnino committeres, præcepi.* Et rectè Mater Dei cum Euchariſtia comparatur, vt illæ, quas hîc ſæpius inuenies adæquatas.

3. Reg. 19. 8.

Pſal. 103. 5.

Actor 9. 19.

S. Gregor.

Maria & Euchariſtia quam ſimiles, & æquæ.

Pro Fide fidum eſt præſidium & monumentum.

De Fidei certitudine non licet dubitare; nam ſicut cibus alius communit vitam corporis, ſic etiam cibus iſte obfirmat vitam animæ; quæ certè in viris iuſtis ex Fide illorum pendet, dicente cæli tuba, *Iuſtus ex Fide viuit.* Cui debent addi verba ſuperius allegata; *Ponite menſam, ſurgite Principes, arripite clypeum.* Nam quare menſa ponitur, ſi Principes ex ea ſtatim excuſſa mora exurgere iubentur, ſcutúmque arripere ad arma conſerenda? niſi quia ad hoc directè, non verò ad comedendum, & primariò ad Fidei ſcutum alacriter ſumendũ, hæc menſa conſtituitur. Scutum nanque Fidem nos protegens Apoſtolus vocauit perquammeritò. *In omnibus ſumentes ſcutum Fides, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Eſt enim frequentiſſimè ſcutum circulare, quo ideo reſiſtendum leoni circumeunti in verbis D. Petri. Et bene orbiculare muoimen Fides dicitur, in orbem quippe nos, ac orbẽ Chriſtianum virtute ſua munit. Hieronymus ad verba Iſaiæ nunc producta huiuſmodi profatur. *Vt comedentes & bibentes corpus & ſanguinem Chriſti vertantur in Principes Eccleſiæ, arripiántque clypeum fidei, in quo poſſint ignita diaboli iacula eiicere.*

Rom. 1. 17.

Iſai. 21. 5.

A

Epheſ. 6. 16.

Scutũ quale Fides.

1. Petr. 5. 8.

S. Hieron.

De Spei eleuatione in Canticis profertur; *Venter tuus, ſicut aceruus tritici vallatus liliis*; Et Oſeæ 14. *Iſrael germinauit ſicut lilium; viuent tritico.* Nam liliũ apud Pierium ad lib. 55. eſt ſymbolum ſpei publicæ; & vno in loco triticum vallatum & circumſeptum, in alio vero liliis præuentũ ſeſe offert; vt conſtet hocce triticum ſpe nos præuenire; vallare, circumire; ac tandem coronare cum Vate coronato; *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; & campi tui replebuntur vbertate*; id eſt, huius frumenti; ad tuos toto anno benignitatis tuæ magnæ coronandos, & in coronam eximiè defendendos; quamobtem Vates idem circundatus anguſtiis, dicebat confidenter; *Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis*; hoc eſt à morte ipſa in circulum & coronam laborum circuncinctus; *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Nec deuiè, cum & Chriſtos in iſto Sacramento ſuorum murus ſit, vt dicitur in verbis de eo loco alio à nobis exponẽdis *Saluator ponetur in ea* (nimirum in Euchariſtia, in monte Sion condita, de quo tractatur ibi) *murus & antemurale.* Quid aliud nanque murus eſt vrbium niſi ſanè corona tam exornans, quàm cingens ſuos ciues, & incolas quoſcúnque amatæ pacis auidos?

Cant. 7.

Oſeas. 14. 6 & 7.

B

Spes ſignata liliis, & lilia vi animata virentiáque hoc tritico.

Corona & murus cingens quantopere Euchariſtia.

Pſal. 64. 12.

Pſal. 22. 4.

C

Iſai. 26. 1.

De excitatione Charitatis nil debet controuerti, dicente D. Thom. q. 73. art. 3. ad. 3. & q. 75. art. 1. C. Euchariſtiam Chriſti eſſe charitatis expreſſiuam, & noſtræ perfectiuam; quia noſtrã valde perficit; ſi tamen ſimus feruidi in cibum ſemetipſo feruorem noſtrum ſimul augentem & conſummantem. Nam quemadmodum corporalis digeritur calore, ſi iſte Chriſti corporis calore noſtræ animæ calentis charitate; prout Marcus Viguerius in ſua chorda. 7. cap. 36. in iſtummodum ait. *Accipite, & comedite, ſanctè & innocenter. Comeſtum porro per iſtum cibum, digerat charitas; hæc enim ſola transfert amantem in rem amatam, & ambos innicem iungit, & iunctos conſeruat* Et S. Vincent. Ferrari. de corpor. Chriſti ſerm. 4. *Panis materialis quantumcúnque ſumeretur, nihilominus vitam non daret, nec conſeruaret, niſi in corpore eſſet calor corporalis digerens. Ita eſt in propoſito. Niſi calor charitatis in corde ſit, non comedat homo de hoc pane, quia grauiſſimè peccat, & magnam pœnam incurrit, & aliquando mortem; quia Angeli qui aſſiſtunt huic Sacramento, vt dicit Gregorius, indignè recipientes interficerent, niſi Diuina miſericordia eos prohiberet.*

D. Thom.

Vt cibus Euchariſticus calore charitatis ne noceat, digeratur.

D

M. Viguer.

S. Vincent. Ferrari.

De augmentatione deuotionis testantur qualitates hucúsque recensitæ, quæ illi famulantur; nã charitatis excitatio cum aliis præcedentibus, quid sunt, nisi suauis deuotionis cõcrematio, & grata fumigatio? Quoniam autem Bonauentura hanc posuit separatim, magnũ aliquid de deuotione studuit indicare. Quod ego deuotionẽ existimo in abstracto; & istam à mundi initio huic cibo tam ligatam, vt ad illum cuncta semper respexerit deuotio. Firmatur hoc assertum ex priscis Sacrificiis, quę fœtore licet plena (vt carnium combustarum) suapte magno essent; in odorem suauitatis placebant summè Deo; id autem nisi quia Sacrificij Christiani vmbratiles res erãt, vt claret ex Noëtico figura istius cibi inferius referanda, de quo dicitur in Gen. *Obtulit holocausta super altare. Odoratúsque est Dominus odorem suauitatis*; de cibo verò opusc. 58. sub eius quarto cap. Sic verba. D. Thomæ; *Memoria Iosia in compositione odoris, facta opus pigmentarij. Memoria Iosia est memoriale Saluatoris, vel Sacrificium altaris. Hoc factum est opere pigmentarij, scilicet, ex pretiosis operibus Diuinitatis & humanitatis sua, vt suauissimo pietatis odore Fideles ad se trahat*; *Cant*. 1. Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Hinc omnes, qui verè credunt, ob spem gratia & deuotionis ad hoc Sacrificium videndum, ad Ecclesiam frequenter, & ardenter currunt*. Sed sic est quod Ecclesia à mundi est natalitiis, credentésque omnigeni ex tunc sunt numerandi, ergo inde in Eucharistiam deuotio cuncta semper abstractè sese contulit, ac recto cursu venit. De templi Salomonici suffitu fragrantissimo, & fumo odoratissimo, scribit Rabbi Moys. in suo lib. 3. ducti dubit. cap. 46. vltra vires & latitudinem humani cogitatus (id circo rem non exprimo) diffundi quaquauersum, vt templi ipsius timor ac sancta reuerentia præcordiis singulorum intimius figeretur. Sed parua nihilominus odoris circunfusio, si cum illa Christiani altaris conferatur; de quo ita nobis ait oraculum Propheticum; *Ab ortu Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus; & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.*

Deuotio vt Euchatistia, & hoc à mundi initio extiterit abstractè.

Gen. 8.21.

D.Thom.

Ecclef. 49.1.

Rabbi Moys. Ægyptius.

Fumi templi Salomonici Iudæis quæ traditio.

Malach. 1.11

De Angelorum conuiuatione, clarissimum, hoc Conuiuium ad illos transfretare; dicente D. Thom. in sua. p. 3. q. 80. art. 2. ad. 1. *Hoc competit ad vltimum effectum Sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam. Vnde Ambrosius dicit in lib. de Sacrament. Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam*. Quod si ante cælestem ingressum, meritarum pœnarum, propter culpas iã prius condonatas, remissio prærequiritur, hæc pariter hîc fulget; non ex opere operato, vt dicunt, & institutione primaria nostri panis, quem ad hoc non institutum multoties explicaui, sed ex opere operantis, operatione & dispositione hunc panem manducantis; nam communicans feruore, pœnarum solet ipso ardorem mitigare, & sæpe sæpelire. Qua de re satis pulchrè Alensis 4. p. q. 41. membro. 1. art. 2. §. 2. & D. Thom. 3. p. q. 79. art. 5. o.

D. Thom. Euchatistia cælum aperit, ad illúdque conducit.

Alensis. D. Thom.

De aliis adhuc fructibus duodecim, sed tantùm Lectori indigetatis.

17. SI quis autem nostræ arboris duodenarios fructus plures decerpere exoptauerit, hos primitus in Angelico inueniet Scriptore, opuscul. 58. à cap. 21. iuxta arboris Apocalypsis diuisionem distributos. Alios nihil his minores in nostro Bernardino tom. 4. serm. 4. de Sanctissima Eucharistia. Tertios etiam apud Richardum Sent. lib. 4. d. 9. art. 1. q. 2. Quartos planè deuotissimos in Thauleri Institut. cap. 39. quos causa breuitatis inuitus missos facio. Quintos apud Antoninum 3. p. tt. 14. cap. 2. §. 2. Tandémque adhuc alios in Conformitatibus Pisani lib. 3. fructu. 1.

D. Thom. S. Bernard. Richardus. Thaulerus. Antoninus. Barthol. Pisanus.

De duodecim vtilitatibus assistendi Missę Sacro, & de Communione sæcularium per duodecim anni menses deuote facienda, quę vt fructus tantæ arboris hîc possent superaddi, ne tædio sim Lectori, sufficient allegati; atque pariter cum duodecim maledictionibus quas incurrit communicans indignè, promissi (Deo mihi propitio) in tomum alterum, Mosaycæ legis vmbras acturum, & soluturum.

DE FRVCTVS VITÆ ARBORIS SPECIE, & qualitatibus; ac primùm de varietate, diuersitatéque illius, ad verba nostri thematis; Per singulos menses reddens fructum suum.

18. EXPOSCIT tantus fructus minutim elucidari, quod ego qua potuero absoluam breuitate; quare initium rei præsentis aggrediens primò dico, ex verbis hîc assumptis firmissimum diiudico, nunquam arborem vitalem orbatum fructu iri, multò melius quam Proserpinæ conficta, de qua canit Virgilius lib. 6.

—Primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Virgilius.

Nec enim vitæ arbor haberi rectè posset, quæ vitæ in alimẽtum non semper fructum suum paratum præsentaret. Vlterius quòd hæc singulis præberet fructum mensibus, ac ideo semper fructum edentibus offerret. In quo

quo illi non permodicè respondet Eucharistia; quia nunquam ab speciebus, incolumes dum sunt, recedit corpus Christi, & insuper vsque ad sæculi consummationem plus extremam, vt in 1. Enarrat. abundè dictum fuit, nobiscum permanebit.

Arbor vitæ semper fructum pendentem ex se haberet; pro mensibusque singulis hunc etiam variatum.

Deinde verisimile & Eucharistiæ consentaneum, hoc iterum conicto; non per singulos tantummodo cuiusque anni menses, hoc lignum celeberrimum laturum fructum suum, sed etiam fructum ipsum singulariter pro singulis, & vnoquoque mensium, futurum singularem; specieq; distinctum à fructu præcedente, ita vt tandem non tam fructũ singulariter duodenũ, quàm duodecies singularem proferret vitæ arbor; ad quod ita existimandum tripliciter suadeor. Primò quidem ex varietate, per magnis atque pulchris omnino rebus vtili, & vt crescat pulchritudo, ac tædium propulsetur, non parum necessaria. Secundò verò ex arboris capaci corpulentia, quæ locum suppeditaret varietati tam multiplici. Tertiò tandem ex proprietate secundi nostri thematis, cuius verba expostulare hoc ipsum per se indicant; *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum* Quia singulos per menses tum fructum suum ferret, cum per menses non solummodo singularem suum fructum ab arborum aliarum specie segregatum, sed mensibus pro ipsis profectò singularem offerret & produceret; menses etenim per singulos tum verè fructus ille vocari suus posset, cum tam suus atque proprius illius esset arboris, quàm mensium singulorum. Et demum ratum fit ex Eucharistiæ veritate: nam si ista tam multigena scatet vbertate, vt in fructus tam multoties duodecim secetur, ac etiam geminetur; quid mirum si figura illius principalior, hoc habuit ab initio, & secum præsignauit.

Apoc.22.2.

De fructus quantitate.

Vitalis ligni fructus, & Eucharistiæ copiositas.

19. DE hac quidèm numeraliter superfluum verba facere, cum esca vniuersorum in ea planè foret, multò meliùs quàm in arbore à Rege somniata. & omnes vel à mundi distantioribus extremis, & locis remotissimis pro vita perennanda, Sacramentóque sumendo, ad eam pede hilari, vt dixi paulo supra Enarrat. præcedent. n. 16. & 22. assiduè conuolarent, ac semper ventitarent. Quare nihil dubitandum in magna quantitate & copia nasciturum. Cui valdè in hoc alludit Eucharisticum Mysterium; ipsum enim verè fructus est ligni Mariani, de quo S. Bonauentura in Virginis speculo cap. 14. fructum esse copiosum, copiosiorem, & copiosissimum, ex verbis atque arbore ostendit Danielis, in istum modum loquens; *Et fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Vniuersorum (subintellige) in Domino viuentium, quiescentium, & resurgentium, sicut pulchrè designatur Leuit. 25. quo ait Scriptura*; Dabo vobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructum trium annorum. *Annus sextus ætatem sextam, septimus septimam, octauus octauam significat. Ergo annus sextus, atque ætas sexta, annus est plenitudinis, de quo scribit Paulus.* At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. *Hic itaque annus protulit fructum, Dei Filium adeo copiosum, vt per ipsum anno sexto viuentium, anno septimo quiescentium, anno octauo resurgentiũ habeamus omnes fructus animabus necessarios. Ipse est ergo fructus sufficiens vniuersitati animarum nostrarum, quia ipse est Dominus sufficiens vniuersitati creaturarum. Hic autem est fructus ventris Mariæ, teste Augustino, qui ait; Illa Virgo singulari gratia repleta est, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habuit vniuersitatis Dominum.*

Daniel 4.9.

S Bonauen.

Leuit.25.21

Galat.4.4.

At verò de quantitate indiuidualiter accepta nil certi dici potest; cum nec semper in quantitate, imò sæpius è contrario consistat rei prestantia. Hincque duo de quantitate istius fructus puto. Alterum sanè pro varietate variandam fructus esse; iuxta ea, quæ in n. sunt dicta præcedente. Alterum autem quemuis fructum, seu pomum illius arboris pro dignitate eiusdem arboris, atque hominum commoditate nacturũ quantitatem: quod quomodo contingere, ac dari simul posset; cum vnum magnum corpus, & aliud satis modicum suapte postularet, nunc debet recto tramite dissolui, & enodari. Qua in re nequaquã mihi videtur inconueniens; imò potius de minore ad maius arguendo conueniens, & hancobrem non parùm necessarium, miraculum quo à Deo ditatum manna fuit; dum in maiori quantitate congregatum non plus erat; nec minus in minori, sed vnum semper idem, in eadem magnitudine, mensuráque inuentum. Sic æstimo, quòd magnus ac paruus simul fructus illius foret arboris; magnus quidèm pro dignitate tam magni & pulchri ligni; paruus autem pro commoditate illorum qui ab illo edulium quæritarent. Vlterius, quòd & quouis miraculo remoto, dupliciter hoc ipsum offendi posset verum. Vno modo si poma, non æqualia sed in æqualia, vt alia quęque arborum, cunctarum nascerentur; sicque vna pro edulio & alia pro conspectu manerent congruentia; alio verò si existerent teneritudinis accommodæ, vt in partes perquamfacilè secari benè possent. In quo cibus Eucharisticus respondet pomo illi, cum & habeat magnitudinem pro sui dignitate, & pro nobis manducantibus commoditatem perquamaptam; de quarum prima Iustinianus in amoris fasciculo cap. 6. scribit in hunc modum: *Cur non delectet Christus, cum in eo vniuersa delectabilia sint? Si te pulchritudo delectat, vtique præ filiis hominum speciosus est forma. Si potestas placet, eius potestas æterna. Si tuum diuitiæ mulcent affectum, gloria & diuitiæ in domo eius.* Et de secunda posset addere, humilitatem, & paupertatem, ac reliquas virtutes exercitij vilioris, pro indigentibus Christianis expressius destinatas; quæ omnes sunt in Christo, bonorum complemento; de quo ibidem finit; *Et vt cuncta paucis explicem, omnium plenitudo bonorum, quæ in*

Eiusdẽ fructus quantitas quam magna existimanda in pomis singularibus.

Exo 16.18.
2.Cor.8.15.

S. Laur. Iustin.

Quàm magnus atque suis accommodus sit Christus.

eo diffuſa eſt, delectabilem, & valde charum illum reddunt hominibus.

De qualitate, atque virtute, & ideo de valore eiuſdem ligni fructus.

Fructus arboris vitalis antiquitus, & nunc, quę virtus & præſtantia.

20. NOn multa de hac re adducere condutit; etſi virtus & efficacia ſit fructibus pro anima, medulla, & toto robore. Nam cum fructus huius arboris immortalem vitam daret, vt multis latè pandimus, quid virtuoſius, ſeu efficacius, ac ideo pretioſius, quam fructus ligni tanti? Nec modicè Euchariſtiæ Mariæ ventris fructui doctrina talis congruit, ſed arridet, & plaudit; cum dicat vir Seraphicus hîc proximè relatus; *De tertio, id eſt, virtute conſeruatiua Prouerb. 11.* Fructus iuſti lignum vitæ. *Sicut enim lignum vitæ, quod fuit in medio paradiſi terreſtris, virtutem habuit ſeruandi vitam naturæ, ſic certè fructus ventris Mariæ, qui eſt lignum vitæ, & fructus vitæ in medio paradiſi Eccleſiæ conſeruat vitã gratiæ, & in medio paradiſi cæleſtis conſeruat vitam gloriæ. Vitam quidem gratiæ à corruptione culpæ, vitam verò gloriæ à corruptione omnis miſeriæ; vt ſic recipiamus in fructu Mariæ, quod amiſimus in fructu. Adæ & Euæ; ſicut Beda notauit dicens; Benedictus fructus ventris illius, per quem & ſemen incorruptionis, & ſupernæ hæreditatis, quam in Adam perdidimus, fructum recipimus.*

S. Bonau.

De odore ipſius pomi.

Fragrantia ligno vitæ quàm magna priſco fuerit.

21. HVnc cuius ignoratur ſuauiſſima fragrantia, non poteſt ſummum à quouis fuiſſe dubitari. Nam ſi multis poſt peccatum afflatus ineſt maximus, qui ſpiritus vitales collapſos ſurſum erigit, quę eſſet tali pomo ſuauitas nectarea? Ego cunctos odores redolere fructum illum, & vniuerſas quarumcunque eſcarum bonitates (ſicut protinus de ſapore illius patefaciam) habere non negauerim. Sicque etiam Chriſti corpus, vt fructus cuncta redolens, ad ſe pertraxit cuncta; cùm attritus & exaltatus in Cruce ſua fuit, quemadmodum aſſeuerant Iſaias & Ioannes. Odorata nanque attrita plus odoris ex ſe ipſis exhalant, & communicant; vnde à frango perquamiuſtè fragrantia deriuatur. At verò non tantummodo huiuſmodi exaltatus, ſed etiam recèns natus, & paleis reclinatus, longè latéque ſuffitum diffudit tam ſuauem, vt Reges ab Oriente quantumuis inter cinnama, & balſama, atque thura dulciſſimè educatos, inuitauerit & traxerit ad pedes ſuos teneros; vt aſſerit Vſſuna 1. p. in Miſſus eſt cap. 96. *Maria velut roſa odorem ſine corruptione emiſit, i, Filium peperit; quoniam Chriſtus etiam puer vſque in Arabiam redolet.*

Iſai 53. 5. Ioan. 12. 32.

Fragrantia vnde vocata, & quando magis fragrans.

Vſſuna.

Mariæ & Filij eius quàm magnus odor extet.

De eiuſmet decore.

22. HIc multùm ex quantitate & varietate rerum pendet; cum quantitas A oblectet, & varietas delectet. Quare fructum tam odore, quam ſapore comeſtibilium cunctorum cumulatum, eximia nihilominus ornari pulchritudine omnino decens erat. Sed quid bonum vt eſt frumentum, de quo miratus Vates ſic ait ad Eccleſiam; *Quid pulchrum eius & quid bonum eius, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* De quo tritico pulchritudinis colores, rubro & candido naturaliter contentos, ſecum ipſo tribuente. Sic Richardus à S. Laurentio in ſuo lib. 5. de laudibus Mariæ; *Ad animas noſtras colorandas, & quaſi pictorandas dedit Chriſtus ex pretioſo vaſe corporis ſui ſanguinem & aquam; ſanguinem ad rubricandum, aquam ad dealbandum; vt ipſi aſſimilemur, qui candidus & rubicundus eſt. Sine qua coloratione pallida eſt & diſcolor anima & indigna Chriſto Do-* B *mino.*

Pulchritudinis vt fons ſit cibus Euchariſticus.

Zach. 9 17.

Richardus à S. Lauren.

Sed quomodo hos colores donabit verè ſecum, qui Solis ſub vocabulo ſponſam decolorat; *Nolite conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Quia animam colorat, cum illi præſens eſt, cum verò abſens ipſam nigrore decolorat. Origenes tranſcripſit; *Quia deſpexit me Sol*; id eſt, reliquit ſolam. Sed quare derelinquit ſponſam benemeritam, fidelem, pulchram, & charam? & de Solis ſui ſponſi deſpectibus tam querulam, de abſentia illius tantis angoribus afflictam, & pœnis conflictatam? Quia vult à ſua amaſia ardentius quæritari, & illam in ſui amorem, ob eiuſmet profectum ardentius inflammare; ac ideo ſe ad tempus abſcondit pius Dominus ab anima dilecta, vt per ſuæ C ſubſtractionis abſentiam ſenticoſam, & fortius illam trahat, & firmius in ſe habeat; prout Kempis lib. 1. cap. 12. de imitatione Chriſti ait; & nuper perquamoptime in toto lib. 4. ruinæ amoris proprij Ioanna de Cambry. Nam quæritur quod fugit; quod perditur inquiritur; quod celat ſe optamus, & quod ad tempus latet, hoc rapit deſideria; quemadmodum de Galatea in Bucolicis artificioſè attingit Mantuanus. Quapropter ſi nos Sol reliquerit in tenebris laborum interiorum, qui cruciant ſupra modum, quæramus eum amplius, & eum plus amemus; cum deſerat quos diligit, & eos ſine luce ſenſibilis ſolatij efficiat fortiores, ac etiam pulchriores.

Cant. 1. 5.

Kempis.

Ioann. de Cambry.

Quid anima deſerta à Deo debet facere.

D *De fructus vitæ arboris mirifico ſapore, ac quomodo ſapores omnigenos in ſe, & eſibilium bonitates cunctorum continebat.*

23. EX quo opus Euchariſticum incepi meditari, perſuaſum ſemper mihi & fixum mente habui, fructum illum ſaporiferas quaſcunque qualitates latiſſimè in ſe vno propterea concluſiſſe, vt penum Deus in eo ſaporum vniuerſorum hominibus locaret; pro quo facit n. 3. ſuperius allegatus Seraphicus Antiſtes, dum ait in principio: *Omnis ergo fructus, eſt totus fructus, totúſque Ieſus;*

Vt omnes vitæ arbor ſapores cõtinebat.

S. Bonau.

sus; quod firmat verbis illis Diuini Vaticinij. *Et iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius.* A qua quidem opinione nec vnguem de præsenti (vt dicunt) latum cedo. Si auctot non impróbatur, assertum comprobemus, & ad aliquas coniecturas rei huius veniamus.

Isa. 27. 9.

Prima est ex medicina, ac ideo ex Philosophia, cui nititur suapte scientia Medicorum; in quibus cum Galeno Simplicium lib. 3. & cum Hipocrate lib. 1. *Quod sapit nutrit* dicitur, adagio peruulgato; ab ipsis mille fulchris exemplorum & rationum egregiè roborato. Ergo fructus qui perfectè tunc homines nutriret, perfectè quoque saperet; sed si saperet perfectè, omnes vtique sapores haberet necessariò; cum illud sit perfectum, cui adimi, vel addi perfectio nulla potest, ex iis quæ rem ipsam natura sua decent, vt communiter in Metaphys. docetur cum Philosopho. Quòd autem fructus ille nutriret perfectissime ex Gen. patescit; *Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*; seu æternum accipiatur pro ipsa æternitate, seu aliter pro tempore longissimè prolato, vt in proxima Enarrat. enituit explicatum. Qui ergo super omnes, quantumuis simul iunctos, nutriret cibos alios, super omnes æqua lance, eminentiorique dulcedine, saporem in se profectò haberet decentissimè; vt quos ille in nutrimenti substantia transcendebat, eosdem in accidente saporis superaret. Quibus accinit Vallesius, dum ciborum, quotquot vnquam fueruot præstantissimum, appellat fructum istum, cap. 6. in suo lib. de Sacra Philosophia.

Galenus. Hipocrat. Quod sapit, ipsum nutrit.

Perfectum quid dicatur.

Gen. 3. 22.

Vallesius.

Secunda ex claro ductu robostæ consequentiæ quæ ex altero alimento Diuino sic formatur. Si etenim in deserto, quod horroris erat locus, & vastæ solitudinis, Deus hominibus in eum actualiter iniuriis & culpis insolentibus, cibum quendam vniuersali sapore complacentem, amote summo dedit; quantò magis in paradiso & tempore Innocentiæ hominibos insontibus, & illi obtemperantibus hoc dare teneretur? Præsertim cùm & manna sapores in se omnes dispersos congregabat, quia typus Eucharistiæ sanctissimæ existebat. Atqui vitale lignum tam prior quam nobilior figura ipsius fuit, vt multis dictum manet, ergo cunctos eius fructus sapores contineret; & hoc simul eminentiès, quàm esca tam percelebris. Cuius etiam peculiarem saporem possideret, non autem vice versa, manna quippe ligni vitæ impossibilis iam homini, cum verè non extaret, vel etiam si extaret, non esset vlli viro à Deo concedendum, ridiculè obtioeret; ar verò lignum vitæ omnis cibi quoois tempore mortalibus donandi, saporiferam qualitatem habere dignum foret. Porro escæ principales alendi & sapiendi effectus duos habent; secondus qoorum licet in gustu primus sit, primus tamen absolutè & in veritate primus est: si autem cibus ille in primario suo effecto excederet quoscunque, cur eosdem nonpr æcederet in alio secundario? Duo igitur cibaria, ab aliis longe dissita, in nostri cibi signum creauit Deus in mundo; alterum in legis naturalis initio felicissimo; alterum verò legis scriptæ principio celeberrimo. Quomodo autem existimandum secundum posse primo in cunctis meliori, in aliquo præstare, præferri, & sublimari?

Sapien. 16. 20.

Vt lignum vitæ mannæ, non autem manna ligni saporem continuerit.

Tertia ex ordine præscripto Diuinæ prouidentiæ, quæ in rebus vniuersis statuit, vt sub vna omnium generis illius perfectiones conderentur; ad instar Arithmetici, qui causa plures summas exactius numeraodi, ad vnam confert omnes. Vnde 8. Metaphys. textu 10. sic loquitur splēdor Philosophiæ; *Rerum species numerorum sequuntur rationem, vt numerus superior contineat sub se alios, & alij sub maiori inclusi inueniantur* Cui hæret Augustinus epist. 105. hanc proferens sententiam; *Quæ sunt diuisa in inferioribus, vnita sunt in vna virtute superiori.* Quorum magnam veritatem, à Deo incipiendo, iam palam faciamus.

Summæ instar Arithmeticæ vt mundus sit compositus

Aristoteles.

Augustinus.

In Deo sanè omnia eminentiùs & perfectiùs quàm sunt in semetipsis adesse non est dubium vt in suis Confess. lib. 10. cap. 6. scribit Augustinus, & D. Thom. 1. p. q. 4. ar. 1. cum alio subsequenti; vbi pulchrè per Gregotium de Valentia elucidatur; cui nihil est inferior Vallesius paulò supra cap. 58 qua de re in festiuitate Sanctorum vniuersorum Bernardus quoque loquitur.

In Deo vt cuncta sint, & quidem eminentissimè. [illegible] Valentia Vallesius S. Bernard.

In Angelis qui Deo assistunt super cęlum, omnium certè perfectiones inueniuntur in maiori; vt docet D. Tho. 1. p. q. 107. ar. 4. & optime instituti ipsius consectator Ludouicus Granatens. in 2. consideratione ex septem quas adducit de perfectionibus diuinis; rationem tradens ibi, qua Angeli superiorum perfectiones contineant in se ipsis, & vnusquisque sibi aliquam omnino singularem, qûa debeant internosci.

D. Tho. P. Granatensis

In Angelo superiori inferiores continentur.

In cęlis ad Solarem reduci claritatem, quæ reliqois in astris collucet separatim, est dogma & demonstratio perspicua in Mathematica. In qua etiam cæli corpus in se vno omnium corporum habere bonitates apertè demonstrator.

In Sole cūcta lumina, in cælo cūcta corpora.

In corporibus simplicibos contiguis cęlo ipsi, & inde descendentibus hoc idem satis patet; nam ignis omnes gradus caloris in se claudit, aër omnes humiditatis; aqua omnes frigiditatis; terra omnes siccitatis; qui in simplicibus prędictis, id est, in elemeotis, in gradu sunt vt octo; in mixtis, vt in quarto.

In simplicibus quot gradus prædominantis qualitatis.

In creaturis super terram iuuentis & viuentibus, proprietates vnus homo egregiè comprehendit; vnde, & omnis creatura à Christo nuncupatur. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quem locum sic expendit Gregotius in Euang. hom. 29. *Omnis creatura nomine designatur homo. Habet nanque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animantibus, intelligere cum Angelis. Quapropter omni creaturæ prædicatur Euangelium, cum soli homini prædicatur.* Quem seqoitur cum communi. D. Tho. 1. p. q. 91. ar. 1. & q. 96. ar. 2. ad 1.

Marc. 16. 15.

S. Gregor. In homine proprietates cunctarum mundi rerum.

D. Tho.

En auro multò melius vt cunctis sint metalla.

In rebus subterraneis hoc ipsummet dignoscitur. Metalla nanque à Solis virtute procreata, omnia quidem iuxta suas speciales qualitates in auro sunt excelsiùs, & ab eo magno tractu in illis exceduntur; vt cursim & subobscurè lib. 33. cap. 4. attingitur à Plinio. Est enim mundiori argento valde mundius; cum manus ab argento gestato denigrentur, ab auro verò neutiquam. Cupro longè ductilius, vt ex foliis siue bracteis ab auro tenuissimè & subtilissimè productis (qood in aliis non videtur eodem Plinio teste) patescit vniuersis. Stanno multò amplius vocaliùs & sonantiùs. Magis etenim auro, quàm ære (quod conficitur ex cupro stannóque) mortales vsque ad mortem vocantur frequentissime, & anxiè prouocantur; horrisuno etsi versu de ære dicat Maro;

Quam mūdius sit argento.
Quam cupro productiùs.
Stanno quā vocaliùs.

Ære ciere viros, m rtémque accendere cantu.

Virgilius lib 8.

Præterea quòd & terra vbi humanæ auiditatis hic partus generatur, velut opus testudineum percussa sonum edit, & non solùm vocalis, sed etiam vocaos homines clamore muto redditur. Sic etiam plumbo graui patenter ponderosius, vt oculata experientia notorium cunctis est. Et tandem ferro ipso, ac chalybe vulnifico quammagno tractu fortius; hęc enim necant corpora, at aurum magnos animos; ferrum homines mortales, & breuì morituros, sed aurum per hyperbolem vel Diuos immortales; vt cecinit Ouidius de arte lib. 3.

Quàm plūbo ponderosius.
Quam fortius ferro vitam humanam trucidante.

Munera (crede mihi) placant hominésque, Deósque,
Placatur donis Iupiter ipse datis.

Ouidius.

Vnde minus multum est, quod protulit Virgilius.

Virgilius.

——Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Omisso, quòd hęc duo rubigine exeduntur, & igne consummuntur; at aurum simulátqoe suæ aureæ qualitatis attingit omnes grádus, nec tempore nec temporalibus, quod altiùs multò surgit, iniuriis dissipatur; imò sępius per fornaces ardentes transmutatum, in consumptum, prout antea, & integrum in quantitate priori perseuerat: ita vt tandem nihil homines agnoscant ex se validum ad aurum consumendum, gallinæ pręter carnem, de qua cap. 4. lib. 29. scribitur à Plinio; *Non præteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens; si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se. Ita hoc venenum auri est.* Hincqoe fit, quòd in ollam, vbi coquitur gallina, vt accidit multoties pro diuitibus infirmis, immisso quouis auro, ab illa extenuetur, & ipsum ius non tantum proficuum & salutare, sed etiam in testimonium internæ bonitatis ab auro mutuatæ, cæruleum in exteriori specie efficiatur. Prodigium sic fortassis in alite imbecillima à Deo patefactum, vt clareat mundi robur, eum magis est inuictum, ab vna, eáque mortua gallina superari.

Gallinæ caro auri venenum singulariter, & huius rei moralitas.
Plinius.
Ægrotis quantū aurum suapte salutare.
Quam vanum mundi robur.

In creaturis terræ centro miserrimè reclusis hoc ipsum clarè liquet; cum dæmo- A num malitia in illorum superiori & maximo occludatur; tum quia cauda sua; nimirum vi maiori, sodales traxit alios ad flammas sempiternas; tum quia eidem reliqui obediunt in inferno; est quippe in eo loco locorum præferentia, & etiam pro agendis ibidem quiuis ordo, etsi horror, & non ordo de illo prædicetur; vt docet D. Thu. 1. p. q. 109. ar. 1. cum sequenti. A quo iterum ad superficiem terrenam remeando; in melle posuit Deus dulcoris gradus omnes, ænigmaticum iuxta dictum streuui Nazaræi; & in regulo similiter veneni cunctos apices. Malè ergo vitæ fructui suauitas omnigena saporum denegabitur; præsertim cum de fructibus eiusdem paradisi dicatur à Brunone de laudibus Ecclesiæ; *Fertur quod illa flumina* B *tantam saporis dulcedinem habebant, vt omnium potionum superent suauitatem, & hanc quidem suauitatem non prius amittant, quam in eam irruentibus fluuys vitietur.* Vnde Ægyptum gubernantes Romani de fluentis Niliacis dixerunt ad incolas illius Europæ vini cupidos; *Nilum habetis, & vinum quæritis?* quem Nilum à paradiso manare semper fuit infixum mente hominum. Nihil igitur de omnimodo sapore dicti fructus in dubium iam vertatur: & maximè cum illa coaceruatio bonitatum splendeat in scientiis; quarum sanè celeberrima inuentio & dispositio est prorsus admirabilis, & aliquatenus supernaturalis in suimet origine; seu multùm, dū à sapientia fluxerūt increata, & à scientia reuelata infusa protoplasto. In Philosophia C nempe cum Aristotele, Vallesio, & D. Tho. superiùs iam prodoctis, qui dependentiam inferiorū à superioribus agnoscunt in rebus naturalibus. In iure punitiuo, Canonico & Ciuili, Iacobi cum sententia, quæ militat vtrobi; *Qui offendit in vno, factus est omnium reus:* quod enim in lege Dei probatum reperitur, in legibus humanis intelligi ne dubites; vt facile eum Soto in principio de Iustitia expendi à quouis potest. In Medicina eum affato, quo vitæ nostræ dicitur compendium in corde esse. In Musica, Arithmetica, & Geometrica scientia, cum illa veritate, quòd prima ad primum tonum; secunda ad vnitatem; tertia verò ad vnum punctum reflectitur suapte.

Apoc 12 4. In inferno vt prælatura, & ordo; inueniatur.
D. Tho.
Iudic. 14 18. Dulcedinis mel summitas, & regulus venenū.
S Brunn. Fluuiorum paradisi suauis quātùm aqua.
Vt scientiæ ad vnum tātùm principium reducantur.
Iacob. 2 10.

24. Hæc de vitæ ligni fructus sapore ru- D minaueram, cum per huius cogitationis aucupium diuagarus, in aliquos vetustos & graues Patres incidi, qui hanc ipsam veritatem memoriæ posterorū expresse commendauerant. E quibus vnus est, Nyssenus in tractatu de hom. opific. cap. 29. vbi ille de hoe fructu saporis generalis in istom modum loquitur, *De omni ligno, inquit Deus, quod est in paradiso vesceris. Quis homini rectè esurienti fructum ligni illius de paradiso tribuat, quo omne bonum comprehenditur, & quod oratio Diuina omne nuncupat? Nam latissimè voce illa bonorum omnium species inter se continentur, inque vno bono adeò totius vniuersitatem existere significatur.* Et in Psal. 106. considerans, vt Manna vocetur omnis esca; *Omnem escam abominata est anima eorum.* Non quòd viri Israëlitæ omnē escam

Gregor. Nyssen.
Cur lignum vitæ à Deo vocetur omne lignum.
Psal. 106. 18.

sint

ſunt diſtinctè & clarè abominati; nam cucumeres, pepones, & cepas, atque alia eodem prorſus tempore ardenter exoptarunt, ſed quia manna ſolum ſaporem vniuerſalem coniũctim in ſe habebat, quod illi contempſerunt. Cui eſcæ conculcatę, quæ omnis eſca dicitur, coniungit omne lignum, de quo dicitur in Gen. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum.* In quę tandem duo loca ſic inuicem ligata iudicium ſuum primum, ratificat his verbis; *Vt enim ibi omne lignum nominat plenitudinem omnis boni, ita hic verum illum & omnipotentem cibũ appellat omnem eſcam.* Alius verò, qui tã pius quàm priſcus Pater eſt, Ioannes Damaſc. lib. 2. cap. tt. de ligno vitæ dicens; *De omni ligno, quod eſt in paradiſo, eſcam comedite, nam ipſe eſt omne, & per quem hoc omne.* Nec diſſimiles his Patribus Theophylactus & Chryſoſt. relati per Suarez in 3. D. Tho. q. 73. ar. 6. qui iſtã omnem eſcam exponunt vt Nyſſenus. E quibus lignũ vitæ eſibilium rerum omniũ ſapores collegiſſe clariſſimè innoteſcit. Quibus fauēt quæ dicemus Enar. de Præcepto ad illa verba, Gen. *De omni ligno paradiſi comede*; de ligno tantùm vitæ intelligi oſtenſuri. De Euchariſtico nunc ligno hoc ipſum videamus; veritatéque id tantò maiori comprobatum, figura quantò illud, hoc veritas exiſtit, cui regula in Philoſophia ſuccedit frequentiſſima; *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Poſter. liber. 1.

Num. 11. 5. Sapien. 16. 20.

Gen. 2. 9.

Cur omnis eſca manna à Pſalte nũcupetur.

Damaſcen.

Theophyl. Chryſoſt.

Gen 2. 16.

25. Ergo Sacra Euchariſtia ſaporis omnis plena; & hinc botrus Chriſti corpus in Canticis vocatur; quia botrus cibi & potus adimplet ſimul vices; & famem ac ſitim vno extinguit prorſus actu; & ideo pro hoc botro habetur in Hebraïco. *Vir in quo ſunt omnia; vir omnia parturiens; vir omnia ſecum propitians; vir omnia ſatisfaciens*; iuxta mentem Rabbinorum Barach. & Ananniæ, quos memorat & ſequitur lib. 6. cap. 3. de arcanis Sacræ Paginę egregius Galatinus. Quãobrem in Iſaia comedendum atque bibendum ſe vnà Chriſtus offert; *Omnes ſitiẽtes venite ad aquas; properate, emite, & comedite* Nimirum, cibum optimum cibantem noſtras animas, de quo immediatè. *Audite audientes me, & comedite bonum; & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* Nec malè, quando Chriſtus, vt ibi fert Hieronymus, eſt panis atque aqua de cælo ad nos deſcendens; quò ſatiet totum hominem, reficiens & refrigerans ac recreans omnifariàm illius deſideria. Hæc propter ipſe Chriſtus Ioann. ſexto cap. promittit ex hòc pane ſubſidia vniuerſalia; quod pònderans Ianſenius in Euangelica concordia cap. 56. ſic fatur in rem noſtram. *Cum tantum dixiſſet ſe eſſe panem vitæ, non autem potum, declarat tamen ſe non ſolum tollere famem, ſed etiam ſitim; vt intelligamus, ea quæ ſunt diuiſa in alimentis corporalibus, vnita in iſto eſſe alimento ſpirituali; nec eſſe hîc eam alimentorum diſtinctionem, ſed panem vitæ ſecum afferre plenam ſatietatem.* At melius & antiquius Seraphinus à Porrecta conclu. 2. in illam met Ioannis Euchariſticã ſententiam; *Ego ſum panis vitæ; qui venit ad me non eſuriet,*

Cant. 8. 14.

Omnis eſca quantùm ſit Euchariſtia, comprobatur.

P. Galatin.

Iſai 55. 1.

N. 2.

Ianſenius.

Ioan. 6. 35.

A *& non ſitiet*; huiuſmodi ſe habens; *Panis materialis non tollit, nec tollere poteſt ſitim, quia hoc pertinet ad officium alimenti humidi. Ille verò Euangelicus famem tollit, & ſitim; vt diſcas veritatem tum Philoſophicam, tum Theologicam, videlicet, quod ea quæ ſunt diuiſa in inferioribus, vnita in rebus ſunt ſuperioris ordinis* Quibus verbis poſterioribus doctrina paulò ſupra à nobis meditata non male confirmatur. Peroptimè Bleſenſis in tractatu de Euchariſtia ſubſcribens menti noſtræ. *O panis ſacer, & fides laudabile munus; omnibus vnus adeſt; & ſufficit omnibus vnus.* Et Hieronym. iſtis omnibus antiquior ad Amandum; *Dominus ac Salvator noſter nunc eſt pars in ſingulis; in Salomone ſapientia; in Dauide bonitas; in Iobo patientia; in Petro fides; in Paulo zelus; in Ioanne virginitas; in cæteris cætera; & in omnibus omnia.* Omnia quidem per hanc eſcam, de qua in Rege Vate. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.* Vbi omnia mirabilia cum eſca colligantur; ſed timentibus tantummodo hæc Deum conceduntur; & pro eis conteguntur, in gratiam ſpecialem; ab aliis ſequeſtratam, dicente in Pſalmo alio; *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te.* Quo loci Genebrardus diſerte planè ait; *Omnia genera diuitiarum abſconduntur in theſauris* Et omnia genera deliciarum in iſto Sacramẽto; de quo in nono cap. ſic loquitur Paſchaſius. *Notandum, quod Corpus Chriſti omnes delicias in ſe habet: vnde quod de petra typicè manauit, nunc mel, nunc oleum, nunc aqua nuncupatur; quia quidquid prægustare ſpiritualiter potueris, hoc totum ibidem inuenies.* Quod ſi tanta ſæpe ſæpius non ita inueniuntur in dicto nunc theſauro, ex palato iniquitatis corrupto febri noxia, omninò factum credas; vel ex aliquo Dei fine tam homini proficuo, quam ipſi rarò cognito.

Serap. à Porrecta.

P. Bleſenſis.

Hieronym.

Vt omnia Chriſtus ſit.

Pſal. 110. 4.

Abſconditus theſaurus Euchariſtiæ ſacramentum.

Genebrard.

S. Paſchaſius.

Hinc colligo, & prædictis adiungo maius aliud; non ſolum vitæ fructui ſapores cunctos eſſe, ſed & alium ſibi propriũ ſuauiorem rebus omnibus, quæ eſui ſunt mortalibus, vel erunt, ſeu fuerunt, quacúnque tempeſtate; quod pariter de manna non parum firmum reor. Nam ſi rerum lucidarum in Sole gradus omnes Deus prius collocauit, & quamplurimos in eo maiores adhuc poſuit, ſaporis quid non daret duobus illis cibis, quos miraculis turgentes ad figurandum tale Sacrum vberrimè donauit. Conſequentia per ſe patet; illatio verò ad noſtrum Euchariſtiæ Sacramentum, in Sanctorum feſtiuitate inſinuatur à Bernardo hanc Regis concentoris interpetrans ſententiam; *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus; Huic ſuauitati* (ſcribit ille) *huic vnico ſapori omne quod deſideratur non valet comparari.* Incomparabilis eſt igitur Euchariſtica dulcedo, etſi probatis viris ſolummodo probata. Expertã ſciunt iuſti; ſciebat qui dicebat; *Omnia arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Atque etiã Cyprianus qui perdoctus experientia tam ſancta & ſalutari, huiuſmodi profatur ſer. in Cæn. Do.

Quamuis de omnes ſapores, iam vitæ ligni fructus, quam manna ſuperarint.

Pſal. 33. 9.

S Bernard.

Philip. 3. 8.

S. Cyprian. *Panis iste Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus qui dignè & deuotè sumunt, secundum suum desiderium sapit, & amplius quam manna illud eremi implet, & satiat edentium appetitus, & omnium carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates.* Nec tantùm experientia hic sapor comparatur, sed simul & scientia istiusmet Mysterij. vnde viri valde docti eidem afficiuntur; ob concentū Scripturarum incantantium sapienter sciendi A auiditatem; vt ait eidem Sanctus in loco nunc citato. *Qui manducat ex hoc pane vltra non esuriet; qui bibit, vltra non sitit; quoniam Mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, vt cuicunque tanta rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis fine inuento, Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent.*

DE FLVVIO IVXTA QVEM HIC fructus nobis crescit.

26. QVADRIFIDVS, & limpidus, ac titulis quamplurimis insignis erat fluuius in cuius ripa amæna virebat lignum vitæ; fluuius verò iuxta quem in Ecclesia vitæ lignum Eucharisticum consistit, florescit, atque fructus mirabiles producit, tam vnicus, quam vnicè in mundo cristallinus, est ille, de quo dicitur in
Apoc. 22. 2. lib. Apoc. *Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam cristallum, procedentem de sede Dei & Agni.* Quibus illico immediato hæc nexu copulantur; *In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum.* In quorū sanè primis de vtilitate & claritate Baptismi, qui cunctorum
Baptismi quæ nobilitas, vtilitas, & claritas.
Sacramentorum primum est, ad aliáque initium, & porta vitę gratiæ tractari nihil dubites. Quocirca vitæ fluuius, ac etiam cristallinus quam rectè nuncupatur. Vitæ quidē, quia in eo Fidelibus hæc datur; cristallinus verò quia hæc vita in eo data, studiosis Sacræ paginæ existit satis clara, ex textu
Ezech 36 25 Ezechielis; *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis*
Matth. 3 5. *vestris.* Vnde factū, quòd Iudæi in Messiam
Marc. 1. 5. Christum duti, ad illius Præcursoris præhabitū Baptisma fuerunt valde fluidi; currentes, & vndeuis tam multi confluentes, ac ipsi fluuij essent; cum tamen solum aquæ,
Ioan. 1. 26. non autem vitæ fuerit, vt asserit Ioannes; quemadmodum è contrario rei fuit vtriúsque
4 Reg 5. 14. Baptismus Christi Domini, in septemplici lotione Naamani figuratus; nam à septem Sacramentis inceptis in Baptismo prouenit mundo salus. Et ideo fluuius iste *de sede Dei & Agni* manare perhibetur; id est, phrasi clariori, de sede Verbi & Christi. Verbum etenim Deus est, & Christus Agnus ille, qui tollit mundi crimina; Ioan. 1. n. 1. & postea. 29. Qui Agnus in cælestibus à dextris Patris sedet; quamobrem à sede Dei hic fluuius deriuatur; quia à Christo profluxere Ecclesiæ Sacramenta; sicut 6. Enarrat. abunde elucidauimus; & inde in quatuor partes hoc flumē orbis scissum; sin vide eundem amnem ab eius sacro ore, in quatuor mundi plagas fluentem, &
Marc. 16. 15. & 16. dimanantem; *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* B Vnde
3 Reg 7. 25. in templo super boues duodecim locarum ahenum mare erat, id est, super Apostolos,
2. Paralip. 4. 3. diuinæ boues areæ, in quatuor velut ibat eiusdem mundi angulos. En fluuius cristallinus, quadrifidus, & vnicus.

In secundis autem verbis de peccatorum
Baptismus Eucharistiæ quapropter copulatus.
necessitate ad alia Sacramenta memoria celebratur; qua de causa iste fluuius cum ligno vitæ simul plateæ tenet medium; vt de medio ciuitatis à ciuibus faciliùs hæc septem vitæ nostræ remedia accipiantur, per fluuium & vitæ lignum hic omnia designata, ex eo quia hæc inter alia longe sunt notoria & potiora; quocirca à Christi latere coniunctim prorupere. Iam verò quod adiicitur; *Per singulos menses reddens fructū suum;* C clarissimè peccatorum defectibus aptatur, vt in lib. 12. de laudibus Mariæ Richardus
Richardus S. Laurent.
S. Laurentij scribit in hunc modum; *Lignum vitæ Christus Dominus, qui viuentes reficit, Sacramenti sui participatione, per singulos menses reddens fructus suos, quia mensis dicitur à mene, quod est defectus; quia per singulos defectus nostros quantum est in se, quodammodo supplet in hac vita; cum ipse etiam & in præsenti sit omnia omnibus, id est, sufficientia omnium.*
Cur fructus ligni vitæ vt menses sint duodecim.
Hæc ille; quem sequuntur Bernardinus tom. 4. serm. 4. de Euchar. & Vssuna serm. 41. in p. Occident. vbi promit rationem cur menses sint duodecim, à defectibúsque nomen infaustum sortiantur; videlicet, quia Hebræi per Lunam computabant, & annum componebant; annus autem Lunæ cursibus
Cur menses sint duodecim per Lunam computati.
D duodecim perficitur; quos assiduos per defectus hoc varium complet astrum.

Hinc metaphora sub ligni de Christo prophetatur; *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suū dabit in tempore suo.* Psalm. 1. 3. Tunc enim fructum suum donauit secus aquas, cum postquam manu propria in peluim misit aquam, carnem suam dedit suis esibilem in Cænaculo; nam ideo in suo tempore hoc factum prædicatur, quia tempus erat suum, vt transiret de hoc mundo ad suum æternum Patrem; & etiam quia suis exhibuit suum corpus; Eucharistiæ Sacramentum appellans suum proprium, quod erat plus suorum, illorúmque saluti dumtaxat destinatum;
Cur Christus in suo tempore instituit Eucharistiam.
Ante diem festum Paschæ sciens Iesus Ioan. 13. 1.

quia

quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos; id est, in hoc Mysterium, quorumcúnque mysteriorum supremum & finem optimum. Pro quo faciunt quæ præmisimus Enarrat. 6. n. 11. & Oratio quam Ecclesia decantat in hoc festo; *Vt Redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus*. dum Redemptio sua dicitur, quæ nostra magis extitit. Certè tempus quo maturescunt in lignis horum fructus, & innata ac suauissima dulcedine turgescunt, est quando Sol Leonis approximat calori, & æstui feruentissimo; sicque Christus appropinquans Leonis signo feruido, id est, Cruci, quæ est signum Leonis tribus Iudæ, tunc ipse velut Leo feruore amoris nostri, ac febri qua perpetuò laborat idem leo, accumbens, & occumbens, sub illa, & super illam hunc fructum maturauit, & dedit suo tempore; nimirum affectu summo quæsitum & procuratum.

Vt amor Christi in Cruce Leoni comparetur.

Gen. 49. 9

De loco iuxta fluuium, quo fructus hic enascitur, & ob septem rationes Eucharistiæ accommodatur, ad verba subsequentia; Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ. E quibus prima est; Quod corpus Redemptoris in cælo & terra simul sub pane cõtinetur.

27. FVisse lignum vnicum, & locum illius duplicem ex textu demonstratur; quemadmodum Eucharistiæ hoc valde famulari exinde conjectabis; quia fluuius in Psalmista est gratia quæ lætificat Dei nostri ciuitatem; militantem, & triũphantem videlicet Ecclesiam; quæ vna tantùm ciuitas hoc flumine intersecta, & aqua illius est mundata atque rigata; solos etenim filios fructiferos Ecclesiæ fœcundat hæcce aqua. Atqui corpus Saluatoris, vnde fluit omnis gratia, est aquæ talis fons, & prima scaturigo, apud dictam ciuitatem in loco bino habita, ergo vera mea illatio, de qua audi sic sonantem Richardum Victorinum lib. 7. cap. 7. in lib. Apoc. *Fluuius est gratia spiritualis; citerior pars status vitæ præsentis; vlterior status vitæ cælestis. Lignum vitæ Christus; ex vtráq; parte fructus exhibitio, corporis & sanguinis Christi participatio in mundo, & diuinitatis ac humanitatis eius contemplatio in Cælo; folia ligni præcepta Christi; sanitas Gentium, sanctificatio animarum. Et bene post fructum de foliis addidit, quia nihil prodest corpus & sanguinem Christi sumere, nisi præcepta ipsius studeas adimplere.* Sed clarius Ferrariensem de Christi corpore serm. 3. hæc verba facientem. *Lignum vitæ est Christus, qui est in vtráque parte fluminis; quia in parte dextra est manifestè in paradiso, & in parte sinistra in Hostia consecrata: alias non esset idem lignum ex vtráque parte fluminis, vt adnotat Hieronymus super illa verba*; Et erit tanquam lignum. *Et hinc colligit corpus Christi posse exi-*

Psal. 45. 5.

Cur aqua dicta gratia.

Richardus Victorinus.

Ex vtráque parte fluminis cur lignũ corpus Christi.

S. Vincent. Ferrar.

Psalm. 1. 3.

stere in diuersis locis, Hostiis, & altaribus; quia illud tantum lignum erat in duobus locis. Hieronymi profectò dignissima obseruatio; nunquam etenim de ligno vtrinque consistente, & cum vnum solum fuerit, replente duo loca, mentionem tam distinctã Ioannes nobis faceret, nisi inibi mysteriũ prædictum latitasset. Quod & S. Augustinus super Aquilæ Euangelicæ huiusmodi clangorem; *Videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis*, de verbis Domini secundum Ioannem serm. 41. sub paucis multa dicens, in istum modum tetigit; *Non diceret ascendentes ad Filium hominis, nisi sursum esset; nec diceret descendentes ad filium hominis, nisi deorsum esset. Ipse sursum, ipse deorsum* Sursum quidèm, provt dicunt localiter, & clarè in vrbe triũphante; at deorsum Sacramẽtaliter in acie militante. Quæ Augustini argumentatio non parùm vera est: talis enim inquietudo & alterna vicissitudo in spiritibus Angelicis nequaquã cerneretur, nisi causa Christi corporis, quod secundum D. Petrum videre semper auent. De quibus & hominibus beatificatis Eucharistia, Ambrosiua apud Glossam Apoc. 22. omnino videatur.

Vt corpus Christi simul in multis detur locis.

Ioan. 1. 51.

S. August.

1 Petr. 1. 12.

Sed vbi corpus Christi assistet mirabilius? in cælo ne patenter Beatis reseratum, an in terra obnubilatum sub nube Sacramenti? In terra; provt dixit Tharesiæ Sanctæ anima cuidam Christum nimis feruidè videre cupienti, in Marcellini Encyclopedia, de Euchar. sect. 1. *Quid suspiras (inquit illa) anima Deo grata? quid de vultu Dei anxia fatigaris? cum quotidie eo fruaris Fidei lumine affulgente. Nos aliam Dei faciem non videmus, quam quæ est in Hostia; lumine tantum differimus; quia vos lumine Fidei, nos lumine gloriæ videmus. Lumen gloriæ est felicitatis, sed lumen Fidei virtutis est.* Ergo etiã virtuosiùs & pretiosiùs sub hoc modo. Quod breuiùs & lucidiùs Cyprianus prius dixerat serm. in Cæn. Dom. *Eandem dulcedinem, qua illa fruitur sine velamento, ista habet sub Sacramento. Veritas ibi reuelata, hic palliata. Etsi illa Ierusalem cælestis habet Deum sibi iucundius, ista militans in terra habet eum mirabilius.*

Mirabilius cur in terra existat corpus Christi.

S. Tharesia.

S. Cyprian.

Secunda, quia Christus substantia sua duplici, Diuinitate & humanitate hîc verè præsens est, vt duplicem salutem spiritualem & corporalem hominibus conseruet.

28. MVlta supra de hoc titulo n. 11. & 16. à nobis prælibata. Nunc illis quæ adiciam principium nobis faciat Iesu nominis amator & præco Bernardinus tom. 4. serm. 4. de Eucharistia sic se habens. *Fluuius iste est Christus, cuius fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & à quo tanquam ab originali fonte omnis gratia, & gloria deriuatur, & fluit. Lignum autem vitæ ex vtráque parte fluminis est ipse Christus; quia in hoc Sacramento est vtráque pars, diuinitas,*

S. Bernard.

Pro vita nostra duplici vt duplex Eucharistia.

ſcilicet, & humanitas; vnde dicitur apud Ioan. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; *In iſto, ſubintellige, Sanctiſsimo Sacramento.* Hinc ait D. Tho. 3. p. q. 73. art. 1. & q. 74. art. 10. & q. 76. art. 2. ad 1. pro corporis ſalute offerri Chriſti corpus, & ſanguinem pro animæ; ſecundum nempe formã, & viſum exteriorem; quo corpus iuuat corpus; & ſanguis (in quo anima) iuuamen confert animæ; ſecundum verò rem & formam Sacrificij vtrúmque pro vtróque litari in cibo iſtu. Quo ductu lignum vitæ, vitarum ſæpe lignum vocatum, reperitur, vt præcedent. Enarrat. ad n. 48. inuenies exaratum; quia duplex ipſo vita, non ſimplex conſeruatur; ſed potius vita multiplex; iuxta ea quæ Peretius ſuper Gen. ſub initium diſp. ligni vitæ oſtendit ſatis benè. Qua etiam ratione & calix Euchariſticus ſalutaris per Antonomaſiã à Pſalte nuncupatur; *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*; vt calix, qui ſalutis, & vitæ, ſeu vitarum cunctarum fons eſt propria, & fuit à principio Eccleſiæ Dei in mundo. Nam à tempore priori Sacrarum Figurarum, ad ſalutem Dei & hominum libari & compotari altrinſeco commercio lætitiæ & amicitiæ frequentis moris fuit in populo fideli. Ad ſalutem ſanè Dei, quia in calice Euchariſtico ſalutẽ nobis daret in ſæculis futuris; ad ſalutẽ verò hominum, quia calicem per eundem ſalutem dandam eſſe hominibus monſtrarent, & publico inter ſe hoc ritu diuulgarent. Vnde etiam propinatio ſalute pro alterius communiter peracta; in Europáque vulgariter *Brindatio* vocitata, ex figuris Euchariſtiæ à docto Genebrardo deſcendere putatur; antiqua dum libamina, quæ eam figurabant propinandi modo dicto fiebant ordinariò; & hoc myſticè atque tacitè in vmbram Sacrificij, quod per calicem ſalutem vtrámque ſecũ ferret; quod quantumuis ab aliquibus contemni non me lateat, verba tamen Genebrardi, quæ mihi ſunt pulcherrima in Pſalmum memoratum habentur in his terminis. *Libabo Domino vinum gratiarum actionis, pro vita & ſalute, ipſius beneficio conſeruata. Alludit ad legis ceremoniam in qua nulla oblatio ſine libatione; & nullũ feſtum, celebritas, conuiuium, in quo calix vini non benediceretur, & in orbem non daretur conuiuantibus guſtandus, in gratiarum actionis, charitatis, & Communionis ſacra ſymbolum; ad quem puto reſpectum. Luc. 22. de primo Chriſti calice; Et accepto calice, gratias egit, & dixit; Accipite, & diuidite inter vos.* Et iterum poſt pauca. *Commodè transfertur ad calicem Euchariſtia, quod eius typus eſſent libamina. Quia & calicem gratulatorium inter Sacrificandum leuare, & pro ſalute accepta, vel poſtulata offerre ſolebant. Audi hic R. David;* Calicem ſalutum attollam; *q. d. Cum agitabo conuiuia & hilaria, leuabo calicem vini, & confitebor illi ſuper eo in conſpectu multorum, & memorabo ſalutem eius, qua ipſe me ſeruauit. Atque hunc calicem vocat ſalutum.* Hæc ille; quæ ad numerum præſentẽ concludendum non modicè ſunt bona; nec dicta ab eo ſolo, ſed forſan multò clarius ab Agellio ſuper ipſam Pſalmographi ſententiam. Perpende verba illa; *In Communionis ſacra ſymbolum*; & illa ſubſequentia; *Calicem ſalutum attollam*; ac tandem quæ rei noſtræ coronam ſic imponunt; *Et memorabo ſalutem eius, qua ipſe me ſeruauit.*

D. Thom.

Euchariſtia vt nam vitarũ multarum lignum ſit.

Cur calix ſalutaris Euchariſtiæ Sacramentum. Pſal. 115. 4.

Amicorum pro ſalute brindare ſeu libare exortum ab Euchariſtia.

Genebrardus.

Tertia ratio, quia citra & vltra clarum fluuium lauacri Baptiſmalis, omnes homines ſaluandos à mundi natalitiis ſaluauit Chriſti corpus.

30. HÆc aſtruitur à Gloſſa huiuſmodi dicente; *Per citra flumen accipiamus tempus ante Baptiſmum, per vltra illud, quod fuit poſt Baptiſmum; vt denotemus Fideles & in veteri teſtamento, & in noua lege ſaluatos per Chriſtum. Quod ſignificauit Moyſes, qui duxit filios Iſrael vſque ad fluuium Iordanis, & Ieſus filius Naue, qui de flumine Iordanis duxit eos in terram promiſsionis.* Hoc ipſum Lyræ calamus; ſed pluries de hoc ſermo.

Gloſſa.

Vt Chriſtus ſalus omnium, tam ante, quàm poſt ſe, ſit verè ſaluandorum.

Quarta, quia vltra & citra mortalitatis noſtræ fluuium, dat vitam vitæ lignum Eccleſiæ viridarij.

31. COmpertum cunctis eſt, Euchariſticum conuiuium, Sacrificium dum exiſtit, ſatisfactorium pro peccato à Purgatorio liberare D. Tho. 3. p. q. 52. ar. 8. ad 2. atque animas quæ vltra præſentis vitæ fluuium ad aliam tranſmearunt, iuuare ſemetipſas nullatenus valere, nec per ferculi Diuini oblationem in Sacrificio, nec per communionem in Sacramento, ad merita efficacia pro pœnis eluendis vtcunque remeare; ſolos verò viuos homines auxilium hoc beneficio nanciſci per ſe poſſe. Vnde lib. 12. de laudibus Mariæ Richardus S. Laurentij ſuccinctè ſic profatur; *Citra fluuium ſunt adhuc viuentes in carne; vltra, iam defuncti ab hac vita.* Expreſſiùs ac ſi diceret: Qui ſunt adhuc citra fluuium, & fluxum vitæ labilis, bene poterunt refluere ad merita ſectanda, virtute Chriſti corporis; qui verò alterius vitæ ad ripam tranſnatarunt, nequaquam valent iterum pro bonis faciendis, ad iſtam repedare; quia vita flumen eſt, quod vadit, & non redit, vt ait Rex Propheta; & mulier ipſi loquens; *Omnes morimur, & quaſi aquæ delabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Quapropter cum iam animæ non poſſint huc venire, illuc ire eſt dignatus Redemptor clementiſſimus, vt eum communicarent poſt fluuium vitę ſuæ, & per talem Communionem à pœnis ſoluerentur; ſicut aſſerit Rupertus de operibus Spir. ſancti lib. 2. cap. 20. hæc ibi verba faciens; *Quia mortui venire non poterant ad manducandum hunc panem, iuit ad eos ipſe, vt quomodo à mortuis manducari poterat, manducaretur panis Angelorum, vita viuentium, reſurrectio*

D. Thom.

Vt mortuos & viuentes Euchariſtia à Purgatorij eripiat cruciatibus.

Richardus. S. Laurent.

Pſal. 77. 39. Reg. 2. 14. 14.

Rupertus.

rectio mortuorum. Quod bino modo licet à nobis explicari; tam de Christi reali, in triduo mortis suæ, ad inferos descensu, vt diximus in Centro; quam de alio virtuali per viam Sacrificij, quod applicitum animabus, cum illis præsens est.

Apoc. 21. notauit bene Lyra, quod articulus Christi ad Orcum descendentis Topazio assimilatur; *Quia Topazius valet contra passiones dæmonum, quæ in dæmoniacis excitantur.* Et de rebus metal. lib. 2. cap. 18. Albertus Magnus narrat; *Expertum in nostro tempore, quod si Topazius in aquam ebullientem immittatur, ita deferuere facit, quod statim manus immissa extrahitur.* Apta sanè proprietas Eucharisticæ potentiæ, quæ manibus stygiæ paludis consignata in Hostia consecrata, immissa quasi manus in aquam efferuescentem, eas liberat à diris inferni cruciatibus, & foras secum eruit. Addit Gloss. Ordinat. Topazium habere lapidum colores vniuersos. Vnde à *Pan* quod omne est, multorum iuxta mentem *Topazon* deriuatur. Rectum quidèm pro Sacro quod nihil panis habens, illius nomen retinet ob multa iam præhabita; & etiam quia *Pan* est omne voce Græca, hic vero panis meliùs est omne nostrum bonum; quemadmodum Durandus lib. 4. cap. 30. in Rationali suo docet.

Apoc 21.20 Lyra. Topazij vis in dæmones, & ignis vim extinguens. Albertus Magnus. Vt omne bonum panis, præsertim in Christi corpore. Durandus.

Quinta ratio, quia gratiam & citra & vltra flumen, præfati ligni fructus hominibus impertit.

31. Fontem gratiæ atque amnem hoc esse Sacramentum, dixisse sæpe memini. Ergo citra atque vltra huiusmodi fluenta, largitur nobis vitam internam, quæ est gratia. Citra planè eùm Christicola Communioni non accedens, spiritualiter communicat, qua via multum gratiæ, explicando à nobis modo, Fidelibus impertit. Vltra verò, cum in Missæ admirando Sacrificio, quod non fuit institutum ad directè & meritoriè donandum tale bonum; id est, ipsius donum primigenum infundendum, hoc tribuit indirectè per iter impetrandi, & applicandi Christi merita, oblata super aram; vt aptè & ex professo dicetur in Abele. Pro primo nunc sufficiant D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 1. cum proximis duobus; Alensis 4. p. q. 43. & Concil. Trident. sess. 13. cap. 8. Pro secundo verò idem Angelicus scriptor q. 82. vbi Suarez more suo diffusè satis loquitur; & Concil. memoratum sess. 22. cap. 2.

Eucharistia binam gratiam & quomodo concedat. D. Tho. Alensis. Conc. Trid. Suarez.

Rem valde scitu dignam doctrina hæc tesserabit; videlicet, Sacrificium per viam nunc expositam conuerti in Sacramentum, in eo quod dat gratiam; quę solummodo per Sacramenta, instrumentaliter, & veraciter; id est, vera dandi gratiam obseruata ratione, hominibus confertur. Et Sacramentum vicevetsa conuerti in Sacrificium; in aliquo quòd non solùm sumentibus dat gratiam, vt faciunt Sacramenta; sed etiam viris illis, pro quibus applicatur, ab alteris accepta,

Sacrificium quonam modo efficiatur Sacramentum; & Sacramentum Sacrificiu.

A Sanctissima Euchatistia: quæ tamen est res propria naturæ Sacrificij, vt pro quibus hoc offertur, proficiat ad salutem; D. Tho. 3. p. q. 87. art. 3. ad 8. Qua tamen Sacramenti proprietate non obstante, alijs prodest Eucharistia per alios benè sumpta, cum sumitur pro ipsis; quemadmodum non paucies hoc viri pij faciunt. Quantumuis tunc non profit ex opere operato; nec ex sui institutione ac prima ratione; sed modo ex modis quatuor, qui meriti non parui supersunt in hoc opere. Prodest enim primo loco, vt actus Religionis; qui vt alius quiuis similis satisfactorius ex se est, suffragio mediante; seu per viam, pro vt dicunt, suffragij intercedentis. Secundo verò, vt actus de congruo meritorius, qui de congruo, non de B condigno vim habet plus merendi pro qualibet persona. Tertio, vt actus impetratorius, cui inest naturaliter ad aliquid impetrandum efficacia specialis; vt alibi dicetur. Quarto, vt actus, qui summopetè adauget charitatem, non solum versus Deum, sed etiam versus homines, qua homini consequitur maiora beneficia; & Deum ad hæc donanda hominibus inclinat. Ex mente D. Th. q. 79. at. 7. ad 2.

D. Tho. Eucharistia quotnam modis per alios prosit aliis. D. Thom.

Hinc autem maius quid in istum modum proditur; nimirum, non tantummodo, & citra & vltra fluuen hunc fructum lignum nostrum realiter producere, sed etiam contra fluuium; nec tantùm secus vberes decursus Dei aquatum, vt arbos Regis Vatis, sed simul contra cursum fluentis cæli gratiæ; & C institutionis ac rationis Sacramenti & Sacrificij, ita vt vera sit in hoc Ouidij demiratio; de tristibus lib. 1. eleg. 7.

Psal. 1. 3.

In caput alta suum labentur ab æquore retro Flumina. ——— Ouidius.

Et maior quam Iordanis cernatur consistentia; dum illic cursus aquæ testamenti coram arca stetit quasi freno, coacta, & refrenata: hic vero fluxus gratiæ in conspectu Sacramenti per aream figurati, aduerso fluit flumine, & calcatibus misericordiæ Diuinæ retrogreditur.

Sexta ratio, quia constat ex gemina materia; & vitam sub vtrauis perfectam nobis confert.

D 32. Hic quæstio dissoluetur tam prauè quam stultè ab hæresis sequacibus frequenter agitata; an Communio sub vtraque specie necessaria; quam versant noster Castro in tom. aduers. hæt. verbo Eucharistia hær: vlt. Bellarminus tom. 2. lib. 4. cap. 20. Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. q. 71. & tam breuiter, quàm doctè, ac nouiter Meurisse in tract. de Euchat. cap. 9. q. 8. nec non grauiter celeberrimum Concil. Trident. sess. 21. in cuius 1. cap. succinctè & succulentè tam dubia rei adducit, quam ea sic exoluit: *Sed neque sermone illo apud Ioannem cap. 6. rectè colligitur vtriusque speciei communionem à Domino esse præceptam; vtcunque iuxta Sanctorum Patrum & Doctorum interpre-*

Communio sub vtraque an prorsus necessaria. Castro. Bellarmin. Suarez. Meurisse. Conc. Trid.

trationes intelligatur. Nam qui dixit; Niſi manducaueritis carnem filij homiois & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis; *dixit quoque*: Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. *Et qui dixit*; Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, habet viiam ęternã; *dixit etiam*; Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. *Et denique qui dixit*; Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo; *dixit nihilominus*; Qui manducat hunc panem, vioet in æternum. Ergo lignum cibi noſtri ex vtraque parte fluminis, & ſpecie ſub vtrauis ſalutem verè donat. Nec Communio ſub vtraque pręcepta fuit vnquam, permiſſa licet fuerit Eccleſiæ in pueritia, & cum alia panis tantum conceſſa, & [illegible]rata; etſi iſta ſemper fuerit vt alibi aſtruetur frequentior in Fidelibus. Eccleſia donec ſolùm hanc vltimam probauit, & aliam propter multa quæ bene fert Meuriſſe, iuſtiſſimè ablegauit. Quod quidèm qui non approbant, vt reprobi ſe habent; dum gratis atque mordicus in ſanctam rem inſaniunt.

Septima, quia Corpus Chriſti, vt in cælo collocatum, & in Eccleſia Sacramentatum, largitur vitam gratiæ.

33. NOuam forſan reputabis quæſtionẽ in loco iſto hoc modo ventilatam. An gratia quam in ſe nunc habent Sacramenta, & homines per illa, ab arbore vitali cęleſti vel terreſtri, id eſt à Chriſti corpore in cęlis collocato, vel potius ſuper aram in terris Conſecrato, à nobis decerpatur. Quæ quantumlibet non ſit tam vtilis, quam grata, nihilominus vt rem iucundam & deuotiſſimam nullatenus obmittam. In qua ego quòd meminerim, diſputatorem nullum reperi, Suarez pręter vnicum tom. 3. in 3. p. diſp. 40. ſect. 1. vbi à corpore Redemptoris in cęlis collocato, hoc ille quamuis curſim, conſtanter aſſeuerat, dum incommoda nonnulla offendit in contrario. Nam ſi à corpore Sacramentato hoc bonum dimanaſſet, ſequeretur quòd ſi Chriſtus alicubi terrarum huiuſmodi non eſſet, tunc alia Sacramenta non poſſent operari; nec effectus obtinere; quos à corpore Diuino pendere confitemur; vel pariter reſciri à quonam Sacramento Euchariſtico diſtinctè, ſex alia ſuæ gratiæ pręſtantiam vendicarent.

Suarez.

Qua via à Chriſti corpore deueniat omnis gratia, nimirum, vel ab eo in cælis, collocato; vel in terris conſecrato, Eccleſiæ ſuperatas.

Verum iſtæ rationes videntur ſatis fragiles, & ipſiuſmet Suarez doctrinæ contrapoſitæ. Prima quidèm, quia in mundo nullatenus deficiet Euchariſticum Myſterium; iuxta Chriſti promiſsionem prolatam per Matthęum; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*; quam in 1. Enarrat. ad n. 58. de Euchariſtia ſubintelligi cum multis palã fecimus, inter quos Suarez ipſum, idque in loco duplici inuenies allegatum; ergo ſibi contrarius in prima aſſertione. In

Matt. 20. 28.

A ſecunda verò æquè, quia dixerat paulo ſupra diſp. 39. ſect. 4. numericè vnum tantùm in toto mundo eſſe hoc mirum Sacramentum; ergo nunquam dubitandum à quo alia Sacramenta, percipiant ſibi gratiam. Quapropter verum puto, remotè & mediatè hanc vitam à Chriſti corpore, vt in cęlis collocato, dumtaxat prouenire; ſed proximè & immediatè à corpore huius Domini in terris conſecrato. Quo fit vt vitæ lignum ex vtraq; parte fluminis vitalem froctum edat. Prima certè pars ex ſe & ex Suarez argumentis perſpicua ſatis eſt. Secunda vero talis ex tribus rationibus ſequentibus reddetur; quarum primam maieſtatis; ſecundam inutilitatis; tertiam autem commoditatis, non parùm fortes ſingulas, exiſtimo appel-

B landas.

Prima ſanè maieſtatis, huiuſmodi ſe habet; quia omnes antiquiſsimi ſanctiſsimi & doctiſsimi Eccleſiæ Sanctæ Patres elogiis demirandis hoc celebrant myſterium. Dionyſius cap. 3. de Eccleſ. hierar. & 3. de Cęleſti Sacramentum Sacramentorum, perfectionémque illorum, & finem, ac ſummum apicem vocando noſtrum panem; quem ſequitur Chryſoſt. ho. 60. ad pop. Antioch. D. Th. 3. p. q. 63. ar. 6. & q. 75. Cap. *Nihil in ſacrificiis*. d. 2. & Clement. de *Reliquiis, veneratione que Sanct.* ac tandem longè graue Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 13. S. Vincent. Ferrarienſ. in Octaua Corp. Chriſti Sacramentorum clarum Solem qui dat virtutem aliis, vt Sol Planetis omnibus.

Elogia de Euchariſtia à Patribus prolata.

Dionyſius.

Chryſoſt.

Conc. Trid.

S. Vincent. Ferrar.

C Caietanus in 3. p. q. 79. art. 1. gratiarum fontem limpidum; & Sacramentum quod ad reliqua, vt fons ad ſuos riuulos veriſsimè prolabitur. A corpore ergo Chriſti Sacramentato vitam gratiæ ſex hauriunt Sacramenta, & homines per ea; cum illud fons ſit gratiæ; Sol; finis; & perfectio Sacramentorum vniuerſorum. Non tantùm in quo ſunt iſta; cum enim Chriſtus ſit in ipſo, valde certa concluſio talis erat; ſed etiam Sacramentum, quod iſta per ſe eſt; videlicet fons gratiæ, cum reliquis encomiis recenter memoratis. Res planè diuerſiſsima, notatúque digniſsima; quam firmat D. Tho. q. 79. ar. 1. in terminis expreſsis. *Hoc Sacramentum habet ex ſe ipſo virtutem gratiam conferendi.* Quid autem ex ſemetipſo eſt tantam & tam

Caietanus.

D. Tho.

D eximiam diffundere virtutem, quàm iſtam ex Chriſti corpore Sacramentato poſsidere; nam corpus Chriſti quidditas, & vera Sacramenti iſtius eſt ſubſtantia. Vbi etiam Caietanus nullatenus minora, ſed maiora & clariora huiuſmodi profatur: *Hoc Sacramentum ex ſe virtutem habet collatiuam gratiæ, ad differentiam reliquorum; quæ ex alio, hoc eſt, ex hoc Sacramento acquirunt hanc virtutem. Nam res contenta in hoc Sacramento eſt ipſe Chriſtus, cuius inſtrumenta ſunt reliqua Sacramenta.* Quę verba ad meum ſenſum myſteriis ſunt referta, quare magnæ & perattentæ ponderationis ſunt capacia; quam videtur habuiſſe Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 13. ſtatuens, & definiens; *Virtutem ſanctificandi communem eſſe huic Sacramento cum reliquis, huic verò ſoli proprium,*

Caietanus.

Conc. Trid.

proprium, quod ipsum Sanctitatis auctorem in se continet. Continet autẽ sub panis eum specie latitantem, ergo à corpore Redemptoris sub isto Sacramento, est aliis sex effectus, & gratiæ distributio; quod ex plurimis frequentibus locutionibus Sanctorũ muniti satis facilè. Quibus fauet ex nostratibus Episcopus Meurisse cap. 10. q. 4. in opere de Euchar. vbi cætera Sacramenta moraliter tantummodo operari quod efficiunt, & vt causæ quæ dumtaxat morales sunt, & mortuæ, clarissimè testatur; at vero Corpus Christi vitaliter, prout quando viuebat inter homines, per humanas, & vitales, ac naturales actiones, à principio vitæ compote productas & elicitas, miracula patrabat. Quę sententia animaduersione quam magna digna est.

Meurisse.

34. Secunda inutilitatis à me vocata ratio, nil minus hoc corroborat; quæ vt firmius iaciatur, oportet quędam verba Suarez ruminare; & limæ commendare, quæ sectionibus prioribus, tam prima, quam secunda disp. 40. à nobis allegatæ in vero illorum sensu inuenies in hunc modum. Omnis gratia quam largitur Eucharistiæ Sacramẽtum, per alia haberi potest, quibus illa donat gratiam non equidem effectiuè, sed solum perfectiuè; hoc est, gratiam perficiendo, & vt apex sacramentorum ad apicem charitatis maiorem subleuando. Nam si Christo nos addicit Baptismi sacramẽtum, hoc finit Euchatisticum. Si Pœnitentia post Baptisma commissas culpas delet; hoc per accidens, vt minimùm, operatur Eucharistia; & etiam per quàmulta quæ affert adiutoria, tam fomitem minuendo, quam à venialibus soluendo, & à mortalibus per præuia subsidia præseruando. Si Confirmatio præbet robur, hoc præbet Christi corpus. Si Vnctio tollit quasque reliquias peccatorum, id ipsum panis hic per media nunc relata. Si Ordo ad Deum ordinat, hoc agit tale ferculum. Si Matrimonium coniugatos amore summo nectit, hoc melius in Synaxi: qua de causa Sacramentorum vocatur consummatio; perfectiunes nanq; perficit, quas reperit in aliis, non eas à radice suapte producendo, sed tantùm consummando. Hæc ille; qui vt gratiam vnius plus extollat, & omnes sacramentorum ei tribuat aliorũ, gratias potius reliquorum cum huiusmet confundit, & ipsũ quod extollit, à laudibus plus tollit, & exuit, quã exornat. Quapropter in vtróque contrarium verum puto; tum in eo quod supponit, videlicet, Eucharistiam ex medij necessitate non esse necessariam, vt dicitur communiter in aula Theulogica; nam etiam de necessitate huiusmodi appellata, est planè necessaria, eo modò quo explicabitur Enarrat. de Præcepto; tum in alio, quod affirmat, non propriè dare gratiam sex alijs sacramentis, sed modo elucidato, hanc nempe coronando. Quia aliter si gratiã dumtaxat aliorum augeret & perficeret, ac istam solùm haberet, non realiter, pro vt decet, à reliquis differret. Nec illud tam eximijs præconiis ornaretur, nec eius institutio proficua & necessaria omnino probaretur; nam frustra fit per plura in vera Philosophia, quod æque fieri potest per media pauciora: præsertim, quia tunc vrgenti sine causa innumeris opprobriis pateret Christi corpus; quod vtiq; inconueniens, & prorsus impossibile videtur ex se esse. Hucusque inutilitatis est ratio dilatata.

Suarez.

Eucharistia vt Sacramentorum perfectio sit, & apex.

Eucharistiæ vnde necessitas clarissimè eruatur.

Tertia autem commoditatis non patum rem communit, si eam non totaliter & firmiter conuincit. Ecclesiæ nanq; valde decebat dignitatem, vt fontem ebullientẽ cunctarum gratiarum baberet intra se. Si enim ex Christi corpore in cælis collocato ad eius sacramẽta manaret fluxus gratiæ, non equidem intra se, sed extra se tunc istud ei foret beneficium; quia gratia in triumphãte, non autem in militante veraciter existeret. Cùm autem donũ gratię patrimoniũ sit Ecclesiæ, quo in vmbram illius tantùm gauisa est Synagoga, conueniens certè fuit, vt totius fontem gratiæ Ecclesia contineret. Sicque potest explicari Euangelica sententia; *Lex per Moysen data est, veritas & gratia, per Iesum Christum facta est.* At verò quando facta per Christum talis gratia? nisi quando hoc Sacrificium & fecit, & perpetuò præcepit nobis facere? *Hoc facite in meam commemorationem.* Tunc enim Synagogæ Ecclesia est subrogata, gratia verò initiata à mundi rudimentis, perfecta & consummata. Et etiam locus ille exponi Canticor; *Vna est perfecta mea*: nam perfecta nullo modo euaderet Ecclesia, si possibiles perfectiones, vt ista de qua loquimur, non omnes ei suppeterent; imò omnes eo casu, si gratiæ fons abesset, ab illa procul essent. Tandem quæ elucidari oraculum Isaiæ, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris?* quod de Ecclesiæ sacramentis explanat Lyræ calamus; & non poterat desiderari sopremus horum fontiũ, cum alij redundarent; nec ex fontibus minoribus hauriri possent aquæ cum gaudio tam notorio, si omnis gaudij causa à terris exulasset. Præterea, quòd si vita hominibus innocuis in arbore terrena eis foret semper danda, cur à corpore Christi in cælis collocato, non in terris sacramentato pendere vitam deceat. Ergo ex corpore sub pane Sacramenta habere gratiam, & homines per illa, videtur probabilius: pro quo facit plusquam modicè Rom. Catechismus n. 65. Enarra. præceden. à nobis allegatus; nisi istis doctiorum suffragia fiat contraria.

Ecclesię militantis vt gratia patrimoniũ.

Ioan.1.17.

Luc 22, 19.

Cant,6.8.

Isai.12.3.

Lyra.

Sub lite magis vertitor, vnde gratiam compararint illa prima Sacramenta, quæ in vita Christi Domini Eucharistiam præcessere, vel eam immediatè omnino sunt sequuta; vt prioribus diebus, aliqoibúsque mensibus, postquã venit in Discipulos Spiritus Diuinus, quando istud sacramentum consecratum nodum erat, post illum sacrumdiem quo fuit institutum, aut saltem non seruatum, vt docti viri indicant, & traditiones perantiquæ post annum, vel secundum, vt alibi dicemus, constituẽtes primam

Ante conditam Eucharistiam Sacramentis vnde gratia.

Miſſam. Tunc ſanè ex Chtiſti corpore in cęlis collocato, vt caſus & indigentia ſuaptè poſtulabant; ſeu etiam ex Euchariſtia proximiùs celebranda: nam ſi iſta fuit ſemper in voto neceſſaria, vt videbimus inferius Enar. de pręcepto, cur in voto Sacramentis efficatiam præcedentibus non pariter conferret, & iurè largiretur? Cæterùm fauet his doctrina eiuſdem met Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 48. ſect. 2. & etiam in commentar. ar. 2. q. 73. dicentis ſacramentalem præſentiam Chriſti corporis ex naturali eiuſdem corporis haudquaquam depēdere; quare ante Incarnationem bene poſſet Deus, ſi vellet, hoc condere Myſteriū; quod deſumpſit ex Scoto ſent. lib. 4. d. 1. q. 4. tractandum fuſè alibi. Nec male confirmatur ex verbis Euangelij; *Panis enim Dei eſt, qui deſcendit de cælo, & dat vitam mundo*; quaſi vitam quam dat mundo independens ſit ab illa in cælo primum data, quantumlibet donata per eum qui deſcendit; poſt ſuúmque deſcenſum nobiſcum commoratur.

Suaret. Ante Incarnationē vtrum nam poſſet inſtitui hoc Sacramentū.

Ioan. 6. 33.

DE VITÆ ARBORIS EVCHARISTICÆ TAM floribus quàm foliis, ad verba ſubſequentia; Et folia ligni ad ſanitatem gentium; *& primitus de floribus.*

35. POST fructus hîc de foliis, naturæ aduerſo ordine notitia ſubligatur; & nulla, quod eſt mirum, attingitur de floribus; de quibus tamen mihi naturam conſectando, nonnihil pręmittendū. Cum iſti primi partus, & terrę ſint primitiæ ſolutę Creatori; ac etiam creaturarum amores tam feſtiui, quàm lepidi, & pulcherrimi, necnon dulciter vernantes per campos eis fulgentes; quibus ipſi vere nouo venuſtè decorantur; arua gramine læto ridere repręſentant; & agri dum gemmaſcunt, nec gemitus, nec ægritudinis indicium pręſeferūt. Imo iacent per terram viuentia periſtromata, oculorum valde gratum & nitidum oblectamen, cerebri autem & noſtri corporis totius delectatiu; ac guſtus ſæpeſępius, condimento ſaltem medio, nectarea ſoporario; & apum mundo vtilium conuiuia ſelectiſſima; nec non mellis, & dulcedinis, ac ceræ illuminantis vel Dei ipſius Templa, priora natalitia; cęli mira oppoſitio, dum flores cum ſyderibus contendere videntur, & ſolum dare lumina ex pratis collucentibus; deinde Matris Dei figura ſingularis; nam quemadmodum flores ſine aliqua corruptione odorem ſuum pariunt, ita Virgo intemeratè enixa eſt Saluatorem; Saluatoriſque poſtremò ad charas ſibi animas amore alliciendas inuitatio proculdubio ſuapte redamabilis; has quaſi florum dulci faſciculo ad ſe trahens, compellans, & compellens; *ſurge, propera amica mea, & columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra.*

Apoc. 22. 2.

Eximiæ florum laudes.

Cant. 2. 10. 11. 12.

At de vitæ ligni floribus ſentire quid licebit? Pro varietate puto temporum, hic modò, modò illic, vt fructus duraturos in arbore tam rara; cum etiā & ligna citrea hoc habeant aliquantulum, ita vt tandem neque flores, neque fructus aliquando, & in copia ſufficienti deficerent in ea. Pro quo facit Bonauen. ſub n. 18. ſuperius allegatus; dum arborem pulcherrimam adaptat Crucis arbori; in foliis pulchram dicens; in floribus pulchriorem; in fructúque pulcherrimam; quæ tria indeſinenter futura in vitæ ligno ſupponit non obſcure. Vbi intelligit per folia, in Cruce Chriſti verba; per flores verò eius virtutes ibi miro decore floreſcentes; & vltimò per fructum ipſius corpus illic, quò fructum plus afferret, tam plagis quam doloribus excultum, & exaratum. Quod ordine immutato de Euchariſtia verum eſt. Habet etenim pro fructu eiuſdem Chriſti corpus; pro floribus vtilitates quāplurimas illius, per tria & quæuis alia duodenaria patefactas; pro foliis tandem multas virentes quęſtiones; quibus fructus ab ardore nocenti circumtegitur; arbor autem gratioſè veſtitur & ornatur; & gentes ſub hac noſtra Sacramentali victitantes, tanquam foliis ſalutiferis contuſis & paratis, à malis ignorantię & culpæ medicantur. Quibus poteſt accommodari quod dicitur de Eſdra, quando miſſus eſt ab Angelo, vt in campum florum iret, & ex floribus dumtaxat ibidem manducaret; donec diem poſt ſeptimum, Myſteriorum quammagnorum cognitionem claram habuit; vt nos etiam ſi de floribus Sacramentorum ſępe amaris (ac flores eſſe ſolent) libenter guſtauerimus, poſt eorumdem Sacramentorum nebuloſum diem ſeptimum, magnam atque iam perſpicuam illorum veritatem in cęlis intuebimur. Nunc demum videamus vt optimis ſub foliis moduletur bene auis ſuauium quęſtionum.

Flores arboris vitalis vt fuerint in ea.

Eſdiæ 4. 9. 24. Quid Eſdræ demirandū contigerit cum floribus.

Primum folium & prima quæſtio, an noſtra vitæ arbor & veram & vitam primam præſtare nobis poſſit.

36. VItam omnem in paradiſo donaret vitæ lignum; hoc autem in Euchariſtiæ pręludium, & documentum. Quare meritò de illa hoc loco interrogatur, an primam vitam tribuat, vel potius primam gratiam; quæ vita eſt vera animæ; & vtrum nam à culpa mortali, quod eſt idem, eripere nos valeat. Illa nanque prima gratia clariſ-

ſimè

Vitam primã, & primam gratiam an tribuat Eucharistia.

ſimè dignoſcitur, per quam primitus in gratiam vel vocamur per Baptiſmum, vel reuocamur per pœnitentiam Sacramentaliter petactam; & quam iſta Sacramenta conferre non eſt dubium; de Euchariſtia verò hoc in dubium reuocatur.

Concilij Trident.

Catholici de Fide negatiuam partem tenent, cum Coocil. Trident. ſeſſ. 13. can. 5. quo ita definitur; *Si quis dixerit, vel præcipuum fructum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ eſſe remiſſionem peccatorum mortalium, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema ſit.* Et hæc fuit ab initio Catholica doctrina, quã verſant.

S. Clemẽs. S. Ambroſ. D. Thom.

S. Clemens lib. 7. cap. 72. Conſtit. Apoſtol. Ambroſ. lib. 6. cap. 37. in Luc. commentar. D. Tho. 3. p. q. 79. art. 3. ac demum. P. P. omnes, per illud D. Pauli;

1. Cor. 11. 28

Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat; Nec malè ex Euchariſtiæ hoc patet ratione; ac illa quæ in cibo & potu eſt inſtituta, vt vitam tantum viuis, non mortuis largiatur: ſicut cibo, potúque ſuccedit naturali: ergo mortuis in peccato non affert vitam gratiæ. Quod ex verbis inſtitutionis illius confirmatur, ſi conferantur ex diametro cum aliis Baptiſmalibus; iſta nanque ſunt prolata per vocem renaſcendi, id eſt, ad vitam nouiter tunc primùm veniendi;

Ioan. 3. 5. Iuan 6. 53.

Niſi quis renatus fuerit; illa verò per affatũ potandi & manducandi; hoc eſt, habitam iam vitã hoc medio conſeruandi; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Qua via bene excurrit hæc vltima ſententia. *Non habebitis vitam in vobis*; nimirum, vitã neutiquam per cibum comparando, ſed aliunde comparatam hoc cibo ſuſtentando; humana ſicut vita per cibum ſuſtentatur.

Cur Euchariſtia & lignum vitæ pro viuis tantùm data.

Ec ita lignum vitæ conferret vitam ſuam, non mortuis, qui non poſſent (ſi mori tum contingeret) illius fructu veſci, ſed viuis quos per eſum perpetuùm ſoſpitaret. Firmatur ſummo loco ex nota veritate; qua in materia de Sacramentis inter viuorum & mortuorum Sacraměta ſolet fieri à cunctis differentia; ita vt hominum mortuorum Baptiſmus & Pœnitentia dumtaxat ſint remedia, quæ mortuis graui culpa priorem vitam donant;

Viuorum, & mortuorum Sacramentorum quod diſcrimen.

viuorum verò reliqua, quæ vitam, dico gratiæ, vt tandem ſint proficua, iam habitam ſupponunt. Quare cibus Sacro-Sanctus ex placito Catholico non primam vitam confert.

Hæretici qua via collaudent Euchariſtiam, & Fidei multùm fidant. Kemnitius. Caluinus.

Hæretici è contrario miſcentes vera falſis, & ſuper verum lapidem, vt ipſis eſt innatum, mendacia ædificantes, in remiſſionem peccatorum noſtrorum Chriſti ſanguinem affirmant fuſum eſſe, & ideo ad Euchariſtiam, quam ipſi falſam habent, ſuapte pertinere, mortalium peccatorum remiſſionem ſecum facere; non iſta condonando, vt viuus iam proijciant, ſed tantùm Fidem noſtram feruenter excitando, vt per Fidem eſſerueſcentẽ mortalia remittantur. Ex Kemnitio ſuper examen Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. & Caluino lib. 4. Inſtitutionum malignarum cap. 17. ſect. 2. cum alia ſubſequenti. Quod ambagibus referti non ideo

A ſic diuulgant, vt venerabilis Sacramenti honoris ſint ſoliciti, ſed potius illi iniurij, & tam corporis ſaginandi & oblectandi curioſi, quàm animarum perditarum ſuarum valde incurij. Ad hoc etenim Euchariſtiæ mortalia dimittendi attribuunt poteſtatem, vt peccatis onerati ad eam quamuis fictam facilius ſe accingant, & ad veram mundefacti à vitiis nunquam veniant. Quo fit vt tantum maneat exhonoratũ Sacramentum, ipſi verò onerati, & culpis prægrauati, peiores valde facti, & in ſenſum verè reprobum ſalutis ſuæ dati.

37. Ego autem inter iſtas ſententias recenſitas, ineptum faciens arbitrum, piiſſimam & veriſſimam dijudico in hoc mediã; quam adhuc meo itinere non reperi tractatam;

Catharin.

B quantumuis ea propter nõ noua ſit in mundo; in quo ſub Sole nouum à longe nihil eſt; ſed potius vetuſtiſſimè à multis delibata, à Catharinóque ſupremò ad ordinem atque methodum ſufficientem iam redacta; in opuſcul. quod inſcripſit de Miſſæ Sacrificio, & in cap. 10. Epiſtol. ad Hebræ. Vnde neque cum Eccleſia Sanctiſſima concerto; nec ſimul cum Caluino abominabili conſentio; cui ſufficeret vel hæreſim dumtaxat redolere, vt mihi ſummo tædio, fœtoríq; exiſteret.

Euchariſtia vitam primam & gratiam primam confert.

Quo ſuppoſito duobus breuiſſimis aſſertis, & mentem meã pandam, & rem præſentem promam. Primo loco dicendo, non tantùm hoc Sacramentum conferre primam gratiam, ſed illud inter reliqua tantummodo hanc conferre. Secundo C verò non immediatè per ſeipſum, ſed mediatè per Sacramenta, quæ iſtammet impertiunt, hoc opus exercere; qua via verum eſt largiri primam gratiam.

Primum quidèm verificatur ex noſtri vitę ligni figura hîc diſputata; nam ſi in fructu illius Deus conſtituit omnem vitam, cur etiam in cibo tanto per illum figurato vitam omnem, eamque primam non lubens conſtituerit? Præterea, quòd ſi hoc tremendum Sacramentum excedit tantò reliqua, vt finis ſit illorum, perfectio, Rex, & caput; & gratia Sacramentorum effectus eſt primatius. 3. p. D. Thom. q. 62. quam tamen donant primam quę paulo ſupra tetigi, non male hinc comprehenditur, tantummodo Euchariſtiam hanc vtique ex ſe dare:

Euchariſtia in Sacramenta vt faciat Regis munus.

ſolus D etenim vir Rex Regalia beneficia in Regno ſuo præbet, cæteri verò per dependentiam ab illo deriuatam hoc faciunt aliquando. Quid autem tam regale quam gratiam nobis dare? Vel regali Sacramento quid aliud tam conueniens, quam tale munus ſuis dilectis, diſpenſare? Etiamſi nõ per ſe ipſum hoc faciat, ſed per alia; quod ſufficit vt per ſe rem tantam ſemper agat.

Vt ille qui per alium rem facit, per ſe faciat.

Secundum verò aſſertum ex regula probatur, qua dicitur in iure; *Qui per alium facit aliquid, per ſe facere videtur*; vt habetur ex profeſſo in L. *Si per alium*; ff. de *regulis iuris*; & in cap. *Qui per alium*, 72. eodem tt. Sicut autem quæ in regno vnius Regis fiunt, ab illo verè fiunt, procedunt, atque manant; quantumcúnque immediate à ſuis

hoc proueniat; nec enim majestati Regali conueniret, vt suos per se regeret, immediatéque contingeret; sic etiam hoc Sacramentum concedit primam gratiam; quantumuis hoc non sit immediatè per se ipsum, sed mediatè per Sacramenta subjecta, & sibi ipsi non parum inferiora. Et sicut qui in medio multarum fistularum erumpens fons largifluus, per omnes fundit aquas, ita certè Eucharistia quã in medio Sacramentorum non semel collocauimus, & fontem illorum diximus, per omnia lymphas gratiæ effundit abundanter. Iuuat, istam promanare ex Christi Passione, vt ar. 5. q. 62. affirmat D. Thom. ac proinde ex humanitate ipsius Redemptoris; quia gratiam ex Passione manare nil est aliud, quam eadem Passione in humanitate tolerata mereri nobis Christum, vt gratiam conferendi vim habeant Sacramenta; sicut optime obseruauit Suarez de Eucharist. disp. 9. sect. a. in fine. Quapropter si hoc venit à Christi humanitate, & ista hîc continetur, etsi medium, per quod illa operatur sit diuersum, per se largitur gratiam.

Sacramẽta à Christi morte manare quidnam sit.

D. Thom.

Suarez.

38. Nec obest argumentum superius fabricatum ex cibi facultate, quæ viuis solùm prodest; vnde viuis per gratiam hîc panis solùm vtilis. Non etenim hoc procedit ex cibi infirmitate, qui semper potens est ad vitam sustentandam, sed ex mortis occasione, & vitalium operationum in homine defectu. Quod æque locum habet in cibo Christi corporis, quem mortui culpa graui ob ipsam culpam suam non possunt manducare, nisi prius viuificentur per aliud Sacramentum; vt ille qui non potest attingere rem altam, ni prius sublenetur per aliam inferiorem. Quod sanè non defectus sed potius Eucharistiæ perfectio, & eminentia. Cum enim Sacramentorum aliorum Rex sit istud, pollutus nemo debet, seu vinculis onustus ad Regem se conferre; sed prius eos Rex mundari & solui iubet, priusquam introducantur ad eiusmet præsentiam, & oculos Regales; sicut locis ex aliquibus est notum Sacræ paginæ; Esther. 4. Daniel. 1. Sicque Rex Sacramentorum si pollutis, & peccati reatu catenatis non tribuit primam gratiam, non vitium illius est, qui & ipsis Sacramentis mundantibus & soluentibus, Baptismo, ac pœnitentiæ, eandem verè donat; sed potius congruentia, vt vel loti vel absoluti ad thronum tanti Regis idoneè transmittantur. Ita ferè Bonauentura Sent. lib. 4. d. 12. q. 2. n. 67. quo loci sic concludit. *Non est aliqua contumelia, imò magna honorificentia, quod non deleatur in Eucharistia culpa mortalis. Tam enim est nobile hoc Sacramentum, & tam nobilis panis, quod non debet dari nisi filiis, & iam iustificatis, & qui tales sunt non habent culpam mortalem; vnde de speciali dignitate huius Sacramenti est, quod non ordinetur contra culpam mortalem.* Quod alia ratione Suarez quoque dixit tom. 3. in 3. p. disp. 63. in 1. sect. *Non solum Christus in hoc Sacramento non delet peccata mortalia, sed nec decuit, vt illa deleret; quia hoc Sacramen-*

Regales ante oculos nil fœdium se confert.

Esther. 4. 2.
Daniel. 1. 4.

S. Bonau.

Eucharistiæ quãtus honor mortalia non delere.

Suarez.

A *tum institutum fuit per viam Medicinæ, & sicut animæ medicina per os à nobis sumitur. Medicina autem non resuscitat, nec mortuo vitam dat. Vnde licet in Christo secundum se sit virtus ad omnia peccata expellenda, noluit tamen per se ipsum, quatenus est sub hoc Sacramento applicari, nisi ad effectus huius Sacramenti consentaneos, qui sunt deletio venialium, & præseruatio mortalium; quasi medicina & pharmacum à leuioribus morbis curans, & præseruans à grauioribus.* Hæc ille, ibi notandus, *Noluit tamen per se ipsum*; Quem præcessit Bellarminus lib. 4. cap. 19. de Eucharistiæ Sacramento; ex cibo & medicina hoc conflans argumentum; *Quia venialia tantummodò debilitant spiritum, & languorem quendam ac lassitudinem animi inducunt; cibus autem id proprium habet,*
B *vt vires reficiat, & lætitiam atque alacritatem adferat; hinc intelligimus, cur liceat accedere cum peccatis venialibus, non autem cum mortalibus; quia nimirum homines debiles comedere solent, mortui autem nullo modo; & peccata mortalia occidunt animam, veniala non occidunt.*

Bellarmin.

Venialia cur peccata cũ Eucharistia tolerẽtur, mortalia nullo modo.

39. Vnde illa non exilis cessabit difficultas; Cur tantum Sacramentum, quod aliorum princeps est, illorum non contineat in se effectus omnes; cum tamen Christi Passio redemptio vera fuerit pro culpis vniuersis sufficiens cum excessu, & Eucharistia Passionis, vt viua, sic & plena sit prorsus repetitio, ac iugis renouatio; in tantùm vt D. Thom. in sua. p. 3. q. 79. art. 1. & 8. & q. 81. ar. 1. ad. 3. huiusmodi loquatur; *Quidquid est effectus Passionis Christi est effectus Eucharistiæ.*
C Quare ergo non tam vtilis, vt fuit Christi Passio, sicut iustũ & rationale suapte videbatur? Hoc quærit Bonauent. eodem lib. 4. d. 2. q. 3. n. 17. qui ita rem dissoluit. *Quamuis in Eucharistia significetur Passio, & contineatur Christus, in quo est gratiæ totius plenitudo, non tamen significatur Passio secundum omnem suum effectum; nec continetur gratiæ plenitudo ad omnem gratiam infundendam, sed specialiter ad effectum cibationis.* Videlicet, vt cibi officia perutilia exerceat versus animam; qui quamuis cibus Regius non ideo à cibi terminis vllatenus egreditur; & vt cibus tam Regalis munditiam secum dat, sed eam prius exigit.

Passionis cur effectua non omnes in se habeat Eucharistiæ Sacramentum, secunda cum sit Passio.

D. Thom.

S. Bonau.

D

Folium secundum & illa quæstio, an per accidens & casu hanc primam vitam donet.

40. TOstatus super Genes. cap. 3. q. 6. cum proximè sequenti hoc fuit arbitratus, etiam homine priori in culpam non labente, hæredes posse eius mortaliter peccare; de quo infra quidquid mihi probetur, patefaciam; Quo supposito licebit non male coniectare, posse arborem vitalem vitam animæ per accidens hominibus non dare. Nunc autem vice versa subintrat inquirendum; An arbor Eucharistica deficiens à se ipsa, seu ab illa institutione cui fuit ordinata & à Christo destinata, vt proximè

Tostatus.

ximè explicaui, ne vitam primã daret, hanc ſaltem det per accidens; quod à propria non eſt adeo natura declinare, quantùm potius ad ſupernaturalem pręſtantiã ſibi propriam leuari, & reuocari. In qua quidem q. communis eſt opinio, per accidẽs Euchariſtiam priorem vitam dare, & hominem à peccato mortali liberare, quoties facto ſufficiente examine culparum, & craſſa in pœnitentia omiſſione nulla data, de omnibus quæ ſibi venerunt in memoriam confeſſionem veram habuit: quo caſu nunquam poteſt cum culpa remanere, qui culpam quo ad potuit ſtuduit propulſare; nec etiam cum mortali ad panem vitæ ire, dum mors cum vita ipſa commerciũ non exercet; quapropter elongatis humanis adiutoriis, diuina, quæ non deſunt, tunc protinus adueniunt, succurrunt, & accedunt; & peccatum per Euchariſtiæ effectum remouetur. D. Thom. cum communi q. 78. & in 4. Sent. d. 9. q. vnica.

Vi mortuis vitam det Euchariſticum Myſterium.

D. Thom.

Nec officit quod cibus defunctum non exſuſcitat per accidens quodcũnque; *Quia (iuxta opinionem Suarez paulo ſupra in 1. ſect.) id verum eſt de cibo materiali, qui conuertitur in ſubſtantiam aliti; ſecus verò de cibo, qui alitum in ſe conuertit: hic enim etiam mortuum, ſi alioquin non reſiſtat, ad vitam ſuſcitabit; præſertim cum ita mortuus non ſit, quin poſſit aliquẽ actum vitæ exercere, & manducare cibum, non tam materialiter, & corporaliter quam potius ſpiritualiter, ſuſcipiendo illum Fide, reuerentia, & diſpoſitione debita.* Quod tradiderat Bellarmin. lib. 4. cap. 19. ibidem memoratus. In cuius rei figuram, nimirum quia vitam per accidens largitur, nonnullis olim mortuis in ſanguinis ſpecie infusũ puto ore fuiſſe hoc Sacramentum; præoccupati quando morte accipere non poterant Diuinum Chriſti corpus; vt lib. 8. cap. 4. §. 7. de Euchar. Henriquez teſtis eſt; etſi verius exiſtimauerim ab hæreticis aliquibus hoc ſolum factitatum; vt infra n. 13. pateſcet in Præcepto.

Suarez.

Qui cibus poſſit mortuis dmare vitæ halitum.

Folium tertium, cum quæſtione, An alios per effectus eandem vitam primam concedat indirectè.

41. PRobabile, ſeu potius indubitabile videtur, vt arbor quę vel vmbra exiſteret proficua, & foliis nimis vtilis ad Gentium ſanitatem, non paucis vltra fructus præſtantiam ſui viis donaret vitæ bonum. Sicque noſtrum Sacramentum vltra proprium ſuum effectum, qui vitam non eſt dare, hanc tribuit multifariam; vel permodum impetrationis, contritionem, qua mortalia delentur, impetrando; vel per modum præſeruationis ab illis præſeruando; vel pœnas remittẽdo; quæ vt reliquiæ peccatorum relaxari bene poſſunt per iſtud Sacrificium, & eo abire animæ ad vitam paradiſi. Quo ſenſu intelligendi ſunt quiqui Sancti Patres, per illud dum affirmant ingentia tolli crimina, vt dicitur in Sacro

A Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. & in Epiſt. 1. Alexandr. 1. qui flutuit circa annum. 119. ac in Cyrillo ſup. Ioan. lib. 4. cap. 17. dum *Non ſolum mortem* (ait) *ſed & morbos omnes pellere*; ita nanque interpetrandum apparet ex contextu, in quo additur ſtatim; *Sedat ſæuientem membrorum legem*: videlicet, vel malam concupiſcentiam refrenando, vel à malis concupiſcendis vi ſua præſeruando; niſi aliter exponatur de remiſſione venialium: hæc enim quò ad culpam, qua verè ſunt peccata, abolet Euchariſtia, vt ſæpe dictum eſt. D. Thom. 3. p. q. 78.

D. Thom.

B *Folium quartum & eius quæſtio, vt ab illo vitæ ligno hæc vita donaretur; an ne ſemel manducatum, vel ſæpius frequentatum.*

42. QVatuor extant qualitates, quæ primæ nuncupantur; è quibus quæ præcipuæ humiditas, & calor, mortalem vitam noſtram componunt & conſtituunt: nec immeritò, cum humiditas humectet, & impinguet, ac pariter fœcundet; calor autem maturet, perficiat, & conſummet ſubſtantias corporales; interiori quo ad vique & iugi controuerſia ad inuicẽ exeduntur, & prorſus conſummuntur, ac corpora cum illis ex illis concreata. Calor enim naturalis, quem ab initio conceptionis, vnde dicitur naturalis, natura nobis indidit, humiditatem radicalem huiuſmodi vocatam, quia à radice vitæ noſtræ nobiſcum ſemper C creſcit, & viuit, atque decidit, aſſiduè labefactat; cuius quidèm humiditatis quotidiana deperditio detracta per calorem, per alimenta reparatur. Verùm quia ſubſtantia forinſecus aſcita in vigore nunquam ſui æquatur naturali, inde factum, quòd hæc temporis decurſu minuatur, animantis donec vita excidio terminetur.

An ne viuã lignum vitæ comeſtum ſemel daret, vel ſæpius manducatum.

Humi... radicalis calor naturalis quæ duæ qualitates.

Quo præiacto duæ celebres hîc ſunt opiniones. Auguſtini quidem prima antiquior & frequentior, quæ ad ſenium propulſandum, atque hominem renouandum, & à Senecta ad pueritiam eundem reuocãdum, vitale lignum fore exiſtimat & tenet; ita vt illo manducato, virore iuuenili, ac primo, veſtiremur, & à carie ſenectutis ad florem iuuentutis perfectũ rediremus. Sic ille D lib. 6. cap. 25. & lib. 8. cap. 5. & lib. 1. cap. 3. de peccatorum meritis; ac etiam lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 20. & cap. 23. & lib. 14. cap. 26. quo loci ſic breuiſſimè; *Aderat ei cibus ne eſuriret, potus ne ſitiret; lignum vitæ ne ſenectus illum diſſolueret.* Quem Scholaſticæ copioſior Theologiæ manus ſequitur. Secunda verò Bedæ, apud Magiſtrum lib. 2. diſt. 17. lit. F. quæ à pleriſque viris doctis nunc verior reputatur; & placuit inter veteres tam Strabo, quam Ruperto; qui vltimus in Gen. lib. 3. cap. 30. huiuſmodi ſe habet; *Nequaquam nonnulli arbitrantur, frequentandum eſſe neceſſariò lignum, tanquam perpetuandæ vitæ tranſitiuum medicamentum, ſed ſemel hoc ſumpto vinceret corpus in æternum.* Quos

S. Auguſt.

Vitalis ligni fructus, effectus qualis fuerit.

Strabus. Rupertus.

S. Bonau. clariùs in Sentent. libro 2. d. 29. lit. G. Bonauentuta noster sequitur. *Vnica tantum comestione vitam afferret; quoniam frequens comestio ponit hominem in statu animalitatis, necessitatis & mortalitatis; quia quantò frequentius manducare tenemur tantò ampliùs necessitatem nostræ mortalitatis confitemur* Quocirca rem sequenti absoluit consequentia. *Ergo si vnica comestio non poterat facere immortalem, videtur pari ratione, quod nec frequentatio* Accedit D. Thom. in sua. 1. p. q. 98. art. 4. in fine. Bellarmin. Et ex modernis Bellarminus, de gratia primi hominis cap. 18. quo ille argumentatur; *Ex quo sequitur, vt quemadmodum arbor scientiæ, quæ erat arbor mortis semel gustata necessitatem attulit moriendi, sic etiam arbor vitæ semel gustata æternitatē esset allatura viuendi.* Quæ ratio multùm valet; nam si arbor mortis hominum semel tantùm manducata expleuit totum munus, cui fuerat delecta, & viribus iussionis Diuinæ destinata, cur etiam vitæ arbor singulariter gustata non daret vitam illam pro qua fuerat studiosiùs à Deo procreata? Fauores amplandi. Daret vtique, & tam certius, quam recto iuris tramite libentiùs & faciliùs fauores ampliantur. Cap. *In pœnis*; de *Regul. iuris* in sexto Cap. *Pœna*; de *Pœnitentiis*; d. 1. L. *Cum quidam*; iuncta Glossa, de *Liberis & posthumis*; L. *Quæsitum*; de *In ius vocando*. Quod tamen confirmatur ex ore ipsius Dei, dum Adamum à paradiso Gen. 3. 22. exterminans sic ait; *Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de vita ligno, & comedat, & viuat in æternum.* Vnde clarè per quancúmque comestionem comprobatur, fortuitu etsi casu, & manu semel missa, ac fructu manducato; immortalem vitam inde hominibus venturam. Hoc enim verba indicant; *Ne fortè*; cum sequentibus.

Folium quintum & bona quæstio, an per fructum vitæ homo præseruaretur à peccatis & lapsibus omnimodis.

43. EX proximè agitata hæc venit agitanda; An homo semel edens de fructu ligni vitæ, immortalis non tantummodo sed simul impeccabilis exinde redderetur. In qua ego affirmatiuā ex Diuina prohibitione recenter memorata non parum certam reor: noluit enim pius Dominus vt immortalitas cum peccato (ne immortaliter pateretur peccati summa mala) in homine maneret; vt infra loco apto patebit multò clariùs. Vnde sequitur, quod fiante piaculum commissum, ex ligno vitæ sumeret, exiret immortalis; hic nanque effectus eius, qui nulla posset via frustrari & retardari; & inde non peccaret, quia contra Dei intentum huiusmodi probabile, peccator ille foret, & simul immortalis. Impeccabiles an homines ex ligno vitæ forent: vt forent immortales. Quod ex dæmonis astutia & modo tentationis Adami constabilio. Nā si ille existimaret post etiam vitæ cibum peccare Adamum posse, non quæreret tot artes, nec tenderet tot laqueos

A ad illum irretiendum; *Nequaquam moriemini. Eritis sicut dij. Aperientur oculi vestri*; Gen. 3. 5. quibus posset inimicus ab homine cognosci, & in furto, prout dicunt, offendi & deprehendi, nisi effectu iam superbiæ, & carnis in consortem dilectam quæreretur; sed suaderet ad comedendum de bono ligno primùm, vt factum tum securum faciliùs innodaret, & solo peiùs daret. At nebulo peruersus contrariū est opinatus; sicque de ligno malo prius hominem tentauit, quàm sumpto ligno vitæ veniret immortalis, & simul impeccabilis. Quibus accinit Bonauent. lib. 2. Sent. d. 17. n. 7. vbi hæcce duo ligna propterea sibi esse vicina meditatur; S. Bonau. *Vt Adam faciendo abstinentiam ab vno mereretur refectionem sufficientem ab altero.* Quæ refectio tam sufficiens, non alia quam à lapsu videtur

B præseruatio, & iugis præmunitio: non enim posset dari sufficiens nutrimentum, peccati contra ligni mortale detrimentum, nisi ab omni occasione peccandi præseruaret. Nec etiam satis esset victoriam reportare, nisi hostis in perpetuū maneret superatus; quò forsitan respexit Theodoretus sup. Genes. q. 26. dum ait de his lignis; Theodoretus. *Lignum vitæ positum fuisse in medio paradisi, iuxta lignum prohibitum, tanquam præmium obedientiæ.* Ergo præmio consequuto, si de illo manducaret, statim victor foret, & victoria illius esset omnino perdurabilis; ac ideo nunquam postea in malum posset labi. Quod iterum Bonauentura in 2. Sent. d. 29. confirmat per hæc verba; S. Bonau. *Adam gustando lignum vetitum, se reddidit indignum ad gustandum lignum vitæ.*

C Vnde valde verisimile, quod gustando lignum vitæ tam dignus inde fieret, vt mortis lignum, & mortem nullatenus gustaret. Vlteriùs quia & istud putauit D. Tho. Sent. D. Thom. lib. 2. d. 20. q. 1. art. 3. & Scotus ibimet; Scotus. quos refert, & non sequitur Pererius super Pererius. Gen. tom. 1. lib. 5. disp. 2. q. 4. permotus illis verbis; Gen. 2. 17. *In quacúnque die eum comederis, ex to morte morieris*; vbi putat deambulatoriam per omnem vitam Adæ futuram pugnā illi, tentationisque discrimen, certamen, & palestram. Sed fallitur, ni fallor; in eo quia dies non accipitur pro die indefinitè, & sine termino quocúnque dilatato, sed pro die conflictus, qualiscúnque, seu quicúnque hic dies tandē esset præcisè definito. Nam vt aiunt Dei eloquia in lib. Sapientiæ; Sapient. 10. 12. *Certamen dedit ei vt vinceret.* Ergo vnicum, non

D multiplex; & multò minùs iuge, ac nunquam terminatum: nec etenim innocentis hoc verè vita foret, sed potius mors nocentis, qui in vita secum ferret portatile sepolchrum, & necem intolerabilem.

Firmatur ex oraculo Diuino 1. Reg. 1. Reg. 13. n. 13. *Dixit Samuel ad Saul stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus Regnum super Israel.* Vbi vnico obedientiæ certamine & examine, probare & approbare Deus voluit Regem suum, seu Regem sui populi, sicut populi vniuersi homo primus citra dubiū ab eo est Rex creatus. Nam si vnica probatio peccatori satis

esset,

essies, cur non vna viatori tã Sancto redundaret? Nec obest è contrario quod gratiæ certitudo cum statu viatoris nõ potest simul dari, vt asseric Pererius. Supponit nanque falsum; cum aliqui Sanctificati ex ventre matris fuerint; & Apostoli confirmati in gratia, è quibus vnus huiusmodi dicebat; *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita* (cum multis rebus aliis) *poterit nos separare à charitate Dei.* Et iterum ad Timoth. *Reposita est mihi corona iustitiæ*; id est, in loco tuto, & extra dubij aleam.

An homines impeccabiles post vitæ ligni esum.

Rom.8 38.

2 Tim 4 8.

Hinc constat quod Adamus comesto semel ligno non solùm non peccaret, sed & posteros illius nascituros confirmatos in gratia sit probabile; ex Anselmi coniectura lib. 1. cur Deus homo cap. 18.. Gregorij super Iob. lib. 4. cap. 36. indirectéque Tostati antepenultimo sub num. à nobis allegati. Quamuis proximè Pererius natiuitatem tantùm in gratia, non autem firmitatem tum temporis agnoscat & clarè fateatur; vt qui semel delinquendo fragillimos nos genuit; ita etiam non delinquendo fortissimos nos ederet.

Anselmus. Gregorius. Tostatus.

B

Sextum folium, & ea quæstio, An homo ad consequendam hanc vitam ex vitæ ligno, præcepto obligaretur; & in quibus hoc præceptum cum Eucharistico conueniat.

44. EX præmio obedientiæ à Theodoreto memorato, & ex hominis certamine à Sapientia decãtato, deducitur non solùm non comedendi ex malo ligno, sed etiã comedendi ex bono ipsum fuisse à Deo lege duplici eodẽ fine lata, firmissimè obligatum. Nam cùm aliquis pro præmio iubetur dimicare, vtrúmque simul facere certissimè iubetur; vt dimicet, & vincat, ac præmium consequatur; vt agone in Christiano nos docuit D. Paulus; *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*; quasi pugna atque corona sint pariter præcepta; & ipsa Sapientia in verbis allegatis; *Certamen dedit ei vt vinceret*; ac si tantùm pro victoria certamen illi dederit, & principium tam funestũ pro illo pulchro fine; vnde magis ipse finis, finalis tanquam causa, hìc venit sub præcepto, quàm causa initialis; cum illa maior sit ex regula Aristotelis Poster. lib. 1. *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.* Quare malo si de ligno tenebatur homo primus nequaquam manducare, prius edere teneretur de ligno bono alio, cũ hoc illius præmium, victoriáque existeret; qua parta pugna mox maneret terminata, & hostis superatus. Nec mirum, cum in Paulo Eucharisticum præceptum sub vno duplex sit; vt culpa per Confessionem Sacramentalẽ conteratur; *Probet autem seipsum homo*; & vt panis Sacro-Sanctus statim comedatur; *Et sic de pane illo edat* Quod si modò prius pugna peccata confitendi, Adamo verò ex ligno vitali manducandi victoria primo loco à

Præcepto affirmatiuo edendi ex ligno vitæ an homo teneretur.

2.Tim.2 5.

Sap.10 11.

Eucharisticum præceptum vt vnum sit & duplex.

1 Cor.11 28.

C

D

A Deo fuit posita; hoc temporibus diuersis sic fieri conueniens; vt in tempore innocentiæ præcederet victoria, ne culpa sequeretur, at in tempore peccati ipsorum præeat dolor Sacramentaliter ostensus, vt malis ablegatis tunc bonum manducetur. Sed iam in quo conueniant præceptum ligni vitæ & Eucharisticum dicamus.

Dico verò Diuinum vtrúmque verè esse; nec non vtrúmque in vita dumtaxat semel obligans; illud quidèm quia semel comestus vitæ fructus, & vitam & firmam gratiam, vt proximè explicaui, præstaret in æternum; hoc autem quia quamuis præcepto Ecclesiastico quotannis ad hunc panem edendum teneamur, ex Diuini tamen vi prolati per hæc verba; *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis*; in vita semel tantùm hoc facere compellimur, vt constat ex DD. post pauca referendis.

Præceptum communicandi, & olim ex ligno vitæ, quot vicibus nos obligans.

Ioan.6.53.

At in hoc præceptum vnom ab alio differebat, quia illud ante omnia in ipso vitæ initio Adamum vinciebat; hoc autem non astringit, diuinitus, vt dico, ni tantùm in fine vitæ, & in cunctis vitæ finis periculis notoriis, quæ enumerat Victoria in libello de Sacrament. q. 86. nunquam enim sumeretur in fine vitæ nostræ, nisi in vitæ discriminibus finem ipsum minitantibus à nobis sumeretur: Victoria modò datus; D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 3. Paludanus super 4. d. 9. q. 1. Soto eodem lib. 4. d. 12. q. 1. art. 11. Suarez diffusissimè in tomo de Eucha. disp. 69. sect. 3. Bellarminus tom. 3. de gratia primi hominis cap. 18. Henriquez de Euchar. lib. 8. cap. 4. §. 5. etsi Glossa interli. cap. 3. lib. Genesis ad n. 22. in fine vitæ omnium gustandum vitæ lignum, vt homines per illud ad cælum transferrentur clarissimè testetur; quod dictum minus solidum quam decet, ego reputo. Diuersitatis verò ratio cur illud in principio & istud Eucharisticum nos obliget in fine, non vana, sed hæc est; nimirum, quia tanquam spiritualis vitæ finis proponitur & datur Eucharisticum Mysterium, & ideo solùm in fine tenemur eius legi; & etiam vt fine isto in ipso vitæ fine acerbo defendamur; lignum autem vitæ priscum, vt initium eiusdem vitæ præfixum fuit homini, quo in Christum fides nostra exinde semper tenderet; quapropter ab initio incepit obligare. Quemadmodum Baptismus in principio vitæ obligat, vbi eiusmet notitia, atque vsu sufficienti rationis quisque pollet; nam iuri ex tunc illius subduntur omnes gentes, eo quod ipsius vitæ Christianæ, quam omnigeni coguntur profiteri principium sit, & porta. Cur autem per Ecclesiam multiplicetur hoc præceptum in vita semel obligans, inferius enodabitur Enarrat. de Præcepto.

Victoria.

D. Tho. Paludanus. Suarez.

Bellarmin. Henriquez.

Præceptum communicandi cur semel tantùm obliget, & hoc in fine vitæ, diuinũ dum existit.

Sed etiam in hoc præceptum à præcepto dissidebat, & cibus ab hoc cibo, quia ille semel sumptus tam vitam quam & gratiam perpetuò conseruaret, noster verò cum sit maior, infinitiésque distantior, istorum neutrum tribuit. Sed quænam rei tam ma-

Eucharistia ligno vitæ in gratia & vita danda, cur valde sit inferior.

gnæ conueniens erit ratio? Duæ sanè, & per quamoptimę, quę sunt in istum modum. Prima quidèm ex prælibata doctrina concinnata; videlicet quia pugna & victoria cibi primi à principio eum pependerit, & vt vitæ spiritualis principium data fuerit, in principio mox tropheum præberet consummatum; at secundi conflictatio à fine cum dependeat, & vt finis spiritualitatis concessus sit Fidelibus, in finali tantùm bello à nobis superato hanc vitam dat perennem in cælum reseruatam. Secunda verò ex temporum discrimine aucupata; innocentiæ nanque in illo quæ alia posset dari victoria, nisi vt homo in culpam non procumberet, & pro illa non peccandi possibilitate, qua pollebat, se ipsum præmuniret in sæcula ventura; in isto autem culpæ, actualisque peccati, tam actu quam origine in nobis propagati, quis modus sic vincendi, vt ille, qui peccatorum actualitatem refrenaret, compesceret, & freno virtutum contineret. Sed hoc optime inuenitur in nostro Sacramento; ergo concinnè & sanctissimè res vtraque ordinata.

Cur Christi in Eucharistia contactus pro vt olim non multos sanet homines.

Dices, Christum in mundo isto visibiliter versantem multos carnis suæ tactu in integrum sanasse, non solum à morbis corporis, sed etiam à malis animæ, ne iterum peccarent, vt in lib. de vera ac falsa pœnitent. testatur Augustinus. Cur ergo cato Christi sub pane delitescens hęc neutiquam operatur? Quia oportebat eo temporis vt eius Fides cresceret, & ideo carnis suæ miracula non pauca perspicuè viderentur, nunc verò vt ipsa Fides, qua dempta non est salus (vt infra demonstrabitur) firmetur robustissime, proptereàque à cunctis Christicolis credatur, visibilem salutem nullatenus conferre ex suimet natura, & modo latitanti Eucharisticum contactum, sed istam posse dare, vt donat quando vult, & sæpius scimus datam. Deinde, quia Christus in carne tum clarescens, debebat nihilminus clarere per miracula, ac latens sub hoc cibo, latentes quoque ibi effectus exercere. Vlterius, quia tactus eum esset tunc exhibitus in propria humanitate, maiores longe vires quam aliena sub specie decebat eum prorsus & palam in mundo facere; & maximè, cum illi, quos hodie vocatione Deus tangit efficaci, efficaciter permaneant in mala insuperabiles. Ac tandem, quia Christus potentiæ suæ neruis, si ita fari liceat, tunc homines tangebat, seu hominibus tangendum ad minus se præbebat; nunc verò ab impotentia, eneruatione que humana, quæ valde sunt distantia, contingitur dumtaxat.

Infirmitas cur sanis facilius se communicet, quam sanitas infirmis.

Quo loco pro munimine præsentis veritatis inter Medicos hæc quęstio difficilis & grata sub intrat ventilanda. Nimirum, cur facilius infirmitas infirmi communicetur viris sanis, quam sani valetudo hominibus infirmis; & ægrotus perquàm citius inficiat virum sanum, quàm sanus virum ægrum afficiat sanitate; etsi in Medicina neoterica sit verum, mitigari sępe morbum visitationibus carorum, & istorum valetudinem aliquantulum sanitatis ęgrotantibus conferre. Nec mirum, nam quemadmodum fascinatio mala datur; vt tangit Sapientia. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona*; ac etiam D. Paulus; *O insensati Galatæ quis vos fascinauit non obedire veritati?* & Poëta sapientissimus sic canens in Bucolicis;

Sap 4. 12. Galat 3. 1.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos? Est nanque fascinatio malignitas aliquorum luminibus ingenita, & oculis innata; qua rebus à se visis non parum sæpe nocent; quantumlibet Vallesius cap. 66. in Sacra Philosophia, hęc omnia inficietur, ad morésque tantummodo hęc loca interpretetur; sic etiam bonos oculos suapte salutares oportet esse aliquos, qui tribuant sanitatem. Io qua quidem quæstione ne viri curiosi ieiuni prorsus maneant, Lyranum nostrũ videant in Aggæum cap. 2. n. 14. & Aristotelem ex professo in suis problematibus sect. 7. problem. 4. interrogantem, Cur nam morbi communicentur naturaliter sanitas autem minimè. Cui ille more suo respondet inquirendo, an istud hac vel illa contingat ratione, quæ satis sunt obscuræ, & potius rem negrantes, quam eam elucidantes; qua propter Medicinæ & Mediolani clarum iubar Septalius in hunc locum operosè sese habet, & propositam quęstionem resoluit hisce verbis. *Morbus dicit suo nomine priuationem mediocritatis, id est, naturæ temperatæ. Ad tollendum autem morbum non adhibemus sanitatem, id est, mediam temperiem, sed contrarium; quia contraria se mutuo destruentia medium constituũt; medium autem ad extrema non habet tam oppositionem, qua possit deducere extremum ad medium, vt dicebat Aristoteles, de iis qui signa distorta dirigunt; trahunt enim & flectunt in oppositam partem, vt recta fiant.*

Virg. eclo. 3. Fascinatio quidnam sit, & virum vera detur.

Lyranus. Aristoteles.

Ludou. Septalius.

A qua sanè quęstione hęc obiter exposita, non minimè difficultas Eucharistici contactus ordinariò non sanantis, dissoluitur, & pellitur; ideo enim Christi corpus in Eucharistia multi tangunt, qui n vtique sanentur, & melius habeantur, quia infirmi tangunt sanum, à quo parum meliorantur; iuxta terminos & vires eiusdem quæstionis; cum infirmi per quam rarò à sanis sospitentur, videlicet per visum, visitationes, & consolationes, tam oris, quam & tactus: imò potius ob delictum commissæ irreuerentiæ, in ipsa infirmitate plus solito grauantur, vt sani ab ægrotantibus læduntur, & in febrim non paucies excitantur. Et etiam quos hic Christus contingit, non medetur, quia sanus ægros tangit, quos rarò sanos facit.

Folium septimum, & quæsitum de excessu quem Eucharistia ad lignum vitæ habet.

45. MAgnum esset dictum ligoum semel tantùm manducatum perpetuam vitam dare, à culpis præseruare, & gratiam consequenter perennem secum ferre; omissis multis aliis de illo iam expositis; sed gratiæ forte augmentum nullatenos donabat; non solum iuxta mentem illorum qui dixerunt,

Eucharistia quantùm præcedat lignũ vitæ in gratia largienda.

dixerunt, ad humiditatem radicalem restaurandam solùm datum; quo sensu noster Busto in Rosar. 2. p. serm. 14. ei pręfert Eucharistiam, in istum modum loquens; *Plus restaurat de gratia, quam culpa posset consumere; quod per se patet; nam homo potest in cælum intrare cum maiori gratia, quam in Baptismo adeptus fuit; qua gratia non acquiritur, nisi per Eucharistiæ Sacramentum*; vt Sacramentum pro augmento prædicto destinatum. Sed etiam iuxta illos, qui semel manducato attribuunt semper vitam; quia vitam semper daret, sed corpus semper neutiquam augmentis dilataret, vt animam dilatat Eucharisticum conuiuium; de quo P. Suarez auctoritatis magnæ vir, disp. 63. in 1. sect. scribit huiuscemodi: *Cibus corporalis etiam quando nutrit, & viuentibus prodest, non semper auget, quia viuens non semper est in statu augmenti. At verò in hoc Sacramento, idem est nutrire quam augere per gratiam; quia gratia nunquam remittitur, & vbicunque est nutritio, seu additio sine remissione, necesse est fieri augmentum.*

Busto.

Suarez.

Quoniam autem talis gratiæ creberrima augmentatio quamualde debet crescere in iis qui frequenter accedunt ad hanc mensam, cum tamen nisi paucies, in facie exteriori, hoc ita videatur, quod multorum conscientias non parùm terrefacit, ideo eiusdemmet Suarez disput. præced. in 9. sect. nonnulla tibi verba hic volo recitare, è quibus huius causam facillimè comperies. *Vnum est hic aduertendum pro consummatione huius veritatis, & consolatione piorum hominum, qui conscientias timoratas non rarò habent. Non esse cur tristentur, aut nimium timeant, si fortasse dum communicant nec feruorem illum charitatis, nec dulcedinem ac suauitatē illam sentiant, quam dicimus esse effectum huius Sacramenti; qui quamuis dignè communicent, possunt non recipere hunc fructum; vel quia fortuitò tunc illis non expedit, præsertim quatenus id interdum redundat in inferiorem appetitum; vel, quia etiam sine peccato graui potest hic effectus impediri, quia homo negligenter accedit; aut quia naturaliter distractus est* De quo latiùs Deo dante in locis plus idoneis.

Suarez.

Consolatio pro omnigenis, qui ex frequenti communione solamen non accipiunt.

Octaui folij quæstio hoc loco non tam mota, quemadmodum de quæstionibus & foliis dici solet, quàm firma & valde constans, de excessibus Eucharistiæ ad dictum lignum vitæ.

46. NOn adeo quæstio folij præsentis hic mouetur, quam potius quietatur, tranquillisque encomiis Eucharistiæ præferentia à multis decantatur; quos inter Busti vox sic sonat paulò supra; *Deinde cibus iste lignum illud vitæ superat, non solum in nutrimento, sed & in modo nutriendi; quia illud conuerteretur in substantiam & carnem humanam, sed iste cibus animam conuertit in Deum, qui omnium viuentium vera vita est, iuxta August. in Confess.* Non tu me mutabis in te, sed mutaberis in me. O quantùm fructus iste pręcedit illum vitæ! cum ille mutaretur in hominem mortalem, hic verò nos immutet in Dominum immortalem; in ipsum fontem vitæ; & vitam originariam; de qua Ioannes ait; *In ipso vita erat*, & Augustinus lib. 4. d. 12. relatus à Magistro; de cibo nostro quatuor obseruans excellentias, contrarias cuique cibo; per consequénsque etiam & illi vitæ arboris; qui Sanctus sic eloquitur: *Non occiditur Christus, vt manducetur, sed mortuos viuificat quando manducatur. Reficit, & non deficit; viuit enim manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducatur partes de illo facimus, quamuis in Sacramento ita fiat.* Verba quidem ingeniosa, & motiua ingeniosis præclara secum dantia, quæ ideo non expendo, sed alia Iustiniani in serm. de Eucharistia adiungo persimilia; *Mira Sapientia Diuina dispensatio, miráque prudentia, vt illius tentationes à tentatione te liberent, eius te sanet infirmitas; ipsius obedientia te obtemperantem faciat; te viuificet mors, te spiritualem eius efficiat caro.*

Bustus.

Excessus Eucharistiæ nonnulli ad lignum vitę & omnes cibos alios.

S August.

S. Laur Iust.

Vt mala Christi Do. nos liberent à malis.

Folium nonum & nona quæstio, An Eucharistia multiplicata multiplicetur eius gratia.

47. QVod quæritur hîc est; vtrum nam multiplicatè accepto hoc Sacramento, seu in multis indiuiduis eiusdem speciei, nimirum in multis Hostiis, seu duplici in specie, in quibus consecratur, maiorem secum gratiam propterea nobis conferat; quam si in vna, eáque parua specie exciperetur. Suarez de Euchar. disp. 63. sect. 5. adhęret negatiuæ; vel etiam quia hæreticis istius tempestatis hęc multo sit infestior; dum mordicus propugnant Communionem sub vtraque. Sententia cuius tamen ob solum hoc fundamentum non valde mihi placet; quare magis verum puto quod asserit Viualdus in fine de hoc Sacro: *Nota pro totius materiæ complemento, quod licet secundum sententiam. D. Tho. & communiorem, non plus gratiæ recipiat, qui hostias multas, quam qui vnam solam recipit, per accidens tamen iste effectus maior est in illo, qui plures, quam qui vnam quis habet in pectore per longius temporis spatium realem & corporalem præsentiam D. N. Iesu Christi, qui ibidem est, dum species Sacramentales ibi durant. Quibus fructibus consideratis dicebat David*; Accedite ad eum, & illuminamini; *& Ignatius ad Hebræos*. Festinate frequenter accedere ad Eucharistiam & gloriam Dei. Nec ideo hæreticorum delirium plus iuuatur; maiores nanque fructus proueniunt ex Communione sub vna tantùm specie, si isti essentialiter à nobis ponderentur, quàm accidentaliter sub vtraque, vel etiam sub maiori vnius quantitate. Hi etenim sunt paruuli, at illi valde magni, sub vna solùm forma, vt in locis de hoc propriis res cunctis est vulgaris. Quòd si Ordo in quouis Ordine diuersam præbet gratiam, hoc ita,

Suarez.

Viualdus.

Communio sub vtraque, & sub maiori quātitate an sit maioris gratiæ.

Cur Ordo sit tam vnicus, quam multiplex in gratia,

quia conditi pro rebus ſunt diuerſis, & variis miniſteriis.

Folium decimum, & eius quæſtio de tempore huius gratiæ.

Paludanus. Gabriel.

48. A Caietano putant aliqui exortam hanc quæſtiooem, quia increbuit eius opera, & notior facta eſt. At verò longe antea hoc quęſiit Paludanus Sent. lib. 4. d. 17. q. 8. n. 30. & Gabriel ſuper Can. lect. 85. Qua in re à Sacramento diſcordat Sacrificium, & valde ſunt contraria; dum iſtud nullo modo ſpeciem poſcit vnicam, vt maneat conſummatum; quantumuis poſſit fieri, vt vna tantum ſpecie dumtaxat conſecrata perſiſtat Sacrificium; proficiátque & illis, pro quibus immolatur; quo caſu ſumpta Hoſtia ab homine Sacrifico, ſtatim dictis proderit; & puto quod nec ſumpta, ſi per aliquam raritatem contingeret non ſumi, & Sacrificium modo ſolito nequaquam conſummari; nam verum eſt Sacrificium, & nunquam poteſt ſuo effectu ſpoliari; non obſtante noſtro Caſtro, verbo Miſſa; hær. a. adoerſus omnes hæreſes; & Suarez de Euchariſtia diſp. 75. ſect. 6. Sacramentum verò nunquam expoſcit biuam ſpeciem, quantumlibet aliquando, nimirum vt Regi Galliæ, in duplici donetur; quapropter ſumpto cibo mox veniet eius gratia.

Caſtro. Suarez.

Quo tempore Euchariſtiæ perceptio donet gratiam & etiã quãto tempore.

Illud magis dubitandum, quo tempore ſit vtilis ad gratiam ſuam dandam huiuſmodi comeſtio. Soto putat quod tantummodo ventriculum cùm tangit; cum etenim applicetur per viam manducandi; *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Accipite, & manducate*; manducationis ſolum in fine hic pullulat effectus; cui tacitus accedit Gregorius de Valentia in 3. D. Tho. q. 79. puncto 1. Verumtamen hoc placitum non tantùm mihi durum, ſed pariter iniuſtum ex eo magis fit, quia Chriſti miſericordiæ immenſam latitudinem, ad vnum quaſi punctum reducit Mathematicum. Quare abſque lite credo per idem fundamentum, ab initio comeſtionis, vbi primum ſacræ ſpecies incipiunt deglutiri hanc gratiam poſſideri; quia vera iam comeſtio ibidem reperitur, & non eſt cur manducantibus promiſſio à Chriſto facta, auarè retardetur. Nec officit quod Vnctio in vltima vnctione effectum ſuum obtinet; illa enim quæ in vſu Sacramenta ſolùm ſunt, in fine ſolo agunt; quando ſcilicet Sacramenti perfectio terminatur; hoc autem quod vel etiam remoto quouis vſu, eſt verum Sacramentum, & iam in primo initio huiuſmodi actionis, tam totum quàm perfectum omnimodè applicatur, totam etiam ſuam gratiam, iuxta noſtram diſpoſitionem in nobis operatur.

Soto. Ioan. 6. 58. Matt. 26. 26. Valentia.

Hæc vtique de gratiæ principio dicta ſint; de fine nanque reor hanc gratiam nobis tandiu ſpecies dare Sacras, quandiu illæ in noſtro pectore perdurant incorruptæ; vt ait Caietanus in 3. D. Tho. q. 79. art. 1. permotus illis verbis: *Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi.* Vnde optimè Suarez diſp. 63. ſect. 7. exiſtimat cum omnibus recentioribus Doctoribus, quod communicans indignè, ſi adhuc dum in ſe contentum Chriſtum habet, idoneè conteratur de culpis anteactis, Euchariſtiæ proculdubio effectum conſequetur. Pia ſanè coniectatio, & à Suarez piè ac doctè æqualiter tractata; quamuis inde ſubſequatur periculum timendum, & nimis præcauendum; videlicet, Sacrilegium committere è contrario, qui dum continet ſpecies mortaliter delinquit. Nam licet panem Sanctum manducare benè cœperit, finaliter non bene, ſed malè manducauit; vt adnotat Meuriſſe in opere de Euchariſtia cap. 10. q. 1. concl. 4.

D. Tho. Ioan. 9. 5. Qui ſtatim poſt communionem peccauerit, quid facit. Meuriſſe.

Folium vndecimum cum quæſtione de diſpoſitione neceſſaria ad noſtri ligni gratiam.

Diſpoſitio quæ neceſſaria ad gratiam Sacramenti habendam, vel augendam. Suarez.

49. SI gratia prima fuerit, vt à n. 36. inuenies explicatum, tunc in homine ſuſcipiente requiritur attritio, non adeo proficiſcens ex actu merè humano naturaliter producto, ſed diuinitus & impulſu elicita cæleſti; ac etiam quæ coniuncta cum bona fide detur; à Suarez ſicut latiùs ſupremo loco dato 2. ſect. peroptimè explicatur. Si autem gratia fuerit augmentum tantùm gratiæ, requiritur quòd ſuſcipiens mortali culpa careat, & in gratia prius habita perſiſtat Deo gratus. Quia gratia non augetur, niſi prius habeatur; ſed habita adaugetur ſuſceptis Sacramentis, quæ gratiam per ſe conferunt; iis quidem qui huic bono non ponunt vllum obicem; obex autem non opponitur per culpas veniales, nec per alia conſimilia, quibus aliqui DD. plus iuſto inquietantur. Ita clarè D. Tho. q. 79. ar. 8. & Bonauent. lib. 4. d. 12. q. 3. à n. 68. *Nam gratiam cum non tollant (ſcribit Sanctus iſte) nunquam poſſunt irritare effectum huius Sacramenti, neque antecedenter faciendo fictum; neque conſequenter euacuando fructum; poteſtque fructus huius Sacramenti non omnia peccata delere; ſed alijs remanentibus alia remittere, ſecundum quod ſe homo melius diſponit.* Quæ doctrina tantò verior, quantò etiam viros Sanctos non paucæ latent culpæ; quæ non niſi cum ſingultu Prophetico expiantur; *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Bene & breuiter Victoria q. 76.

D. Tho. S. Bonau. Pſal. 18. 13. Victoria.

Folium tandem duodecimum, quo totum vitæ lignum defenditur, & tegitur.

50. PEr miraculum eſſet vita ab eo ligno danda, & iugiter ſeruanda; quia ratio & efficacia naturalis non ſufficeret effectui tam mirando; vt præced. Enarrat. à nobis dictum eſt, & à Valleſio cap. 6. in Sacra Philoſophia. Hæc igitur eſt veritas, & ſummitas rei huius, quibus vtiq; teguntur,

& vt

Miracula multorum Eucharistiæ nutrimento dumtaxat seruatorum.

& vt frondibus vestiuntur de arbore tam mira quæcunque quæstiones. Cui in hoc assimilatur Eucharisticū Mysterium, quod vitam corporalem miraculo tuetur, defendit, & extendit. Sic de S. Ogniacensi, & de Senensi Catharina scribitur à Surio die Aprilis 29. & Iunij 23. per dies quadraginta hoc cibo tantùm sumpto eibatas perdurasse. Quemadmodum de heremitis Erone atque Ioanne testatur Paludanus; & de suomet parente iam animam exhalante ad vitam miraculosè hoc cibo reuocato in Orat. de hoe propria Nazianzenus testis est. Sed quia sum in Gallia, exemplum dabo Gallicum, quod de Rege Ludouieo huius nominis secundo in eo fert Guaguinus. *Cum Princeps iste à medieis iam esset desperatus, ex illis vnus impius, qui Hebræus in maligno consilio demonstratur, conflictanti Regi dixit, vt horis matutinis, infantuli alienius potaret viuum sanguinem, ab ipso egredientem; viuaces nanque insunt puerilis spiritus; quippe qui iuxta fontem ipsius vitæ sunt, exordia cuius illi respirant & inspirant. Acquieuit Rex carnifiei, qui innocentis morte pueri, peccatori vitam iniustè & prauè promittebat. At eius mox intentum in melius commutauit, considerans pijssimè, & secum sic rem voluens. Hic natura vires callens, viuificum esse* A *sanguinem infantium protestatur, vt eorum, qui in primo versantur vitæ halitu. Quid moror? cum non adeo infantuli pueruli, quam perfecti viri Christi, omni sanguine vitalior, in Eucharistia sanguis adsit? Hunc ego quouis sano amoto infanticidio hilariter potabo Quare prauia confessione idoneè præparatus Christi corporis & sanguinis huic compos factus est, & remediis medicorum fortitudine ealcatis, sanitati suæ, vt primo, completè restitutus.* Hæc ille; à Marcellino relatus Capucino in sua Encyclopedia in festo de Euchar. sect. 4.

Guaguinus.

Quis halitus vitalis infantium sit in sanguine.

En folia nostri ligni; meliora quàm quæ erant ad Gentium sanitatem in lib. Apoc. Apoc. 22. 2. B Nā illa in solo ligno vitali possent esse mortalium vtilitati; ex eo quia vt dixi Enarrat. præcedent. nequaquam tale lignum in alio quouis loco contingeret renasci, vel arte replantari; at folia ligni huius, quæ verba Christi sunt, per quoslibet præcones probatæ vitæ & mentis, eximij sunt effectus; hanc puto Lyræ mentem & sonum in eo loco; Lyra. *Per folia intelliguntur verba, etiam secundum modum loquendi. Ergo folia ligni sunt verba Christi in Euangelio contenta, quæ sunt ad sanitatem Gentium. Nam per prædicationem Euangelij gentes per orbem dispersa conuersa sunt ad Christum.*

Quæ folia ligni vitæ.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ
ENARRATIO DECIMA, ET TERTIA DE HISTORIA TERRESTRIS PARADISI;
In Figura Vocati Hominis ad ipsum Paradisum; nimirum ad Dei Ecclesiam.

Super Gen. verba cap. 2. n. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Et Ioan. 6. n. 27. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis; hunc enim Pater signauit Deus.* Quæ ad n. 24. concordia colligantur.

De continuatione Numerus I.

Oleaster.

A VERE pium parentem & Dominum clementem, vt notat Oleaster, Deus agit in hoc loco. Nam domo ciboque Adamo præpararis, ad hæc eum possidenda forinsecus adducit, & forsan ex longinquo; ac hominé in figura à sæculo in Ecclesiam; ab illa longitudine, de qua Propheta Regius; *Longe à peccatoribus salus*; In dilectæ suæ portum & gremium vocans eos, qui eius vocem audiunt, vt dicitur à Glossa. Et à Tertulliano, cuius verba in istum sensum optima n. 69. Enarrat. sunt octaua.

Adam cum suis posteris vocatus ad Ecclesiam.

Psal. 118. 155.

B Adamus verò alius in omnibus excelsior, sub vmbra illius primi vocatus fuit priùs ad ipsam Dei Ecclesiam; per eumque locatus in Virginis visceribus; quæ Virgo est Paradisus conclusus, atque fons mirificè signatus, in quo hominem Deus posuit, & melius quam prioré in terræ paradiso; nam illîc illum condidit per manus Angelorum; hîc verò per se hunc; adiuncto quoque Angeli decenti ministerio; iste nuntium & legationem Diuinam deferendo; *Missus est Angelus Gabriel à Deo*; ille autem verba Angeli ineffabiliter implendo; *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Nisi etenim Diuinum Deus hominem in paradiso Virgineo constitueret, nullus homo in viri nescia hoc posset operari. Ita Glossa valdè breuiter, sed longiùs aliquantulum Richardus S. Laurentij, de laudibus Mariæ, octauo dicens libro. *In paradiso etiam, id est, in vtero Mariæ positus est Christus in Incarnatione, quando mulier circumdedit virum, vt operaretur in ea fæcunditatem, & custodiret illæsam virginitatem.* De quo optimo paradiso non possum non vulgare quæ scribuntur ab Vssuna 1. p. in Missus est cap. 12. *Plantauit Deus in Virgine aliam meliorem paradisum, in qua operatus est spiritualiter omnia quæ corporaliter fecerat à principio, vt secundus Adamus in meliori paradiso esset; corpore quidem in corporali, anima verò in spirituali, plusquam cælesti paradiso; in quo meliùs quàm in primo congruit locus eum locato, vt dicitur in Cant.* Dilectus meus mihi & ego illi. *Cui paradiso contulit Deus irriguum tam superius, quàm humile & inferius; vt Angelica atque humana natura in semetipsa totam gratiam contineret. Solo tamen serpente & ligno malo caruit; neque etenim serpens in Matrem Dei intrauit, quæ contriuit eius caput. Nec arbor mala potuit in illa radicari, quæ habuit in se omnium plantatum lignum vitæ, Diuinum Verbum insitum, quod potest saluare animas nostras.* Et cap. sequenti. *Quemadmodum Isaac adueniente Rebecca matris suæ defuncta dolorem temperauit,*

Conclusus paradisus Maria, & fons signatus.

Luc. 1. 26. & 35.

Richardus à S. Laur.

In Virginia paradiso vt homo sit locatus.

Vssuna.

Maria paradisus terreno multò melior, descriptióque illius.

Cant. 2. 16.

Iosue 15. 19.

Iacob. 1. 21.

Gen. 24. 67. Aggei. 2. 10. Esther. 1. 11. & 12.

temperauit, ita Deus Domina ista priorem paradisum obliuioni tradidit, maior nanque secundi quam primi fuit gloria. Si nimium latabatur Assuerus in decore Vasthi; quæ noluit ad honorem Regis ostentare gloriam suam, amplius latabitur Deus in decore Mariæ, quæ totam gloriã suam Regi sæculorum affert; memoriam nempe Patri; intellectum Filio; voluntatem Spiritui Sancto, mundissimum ventrem Christo suo; Angelis virginitatem, peccatoribus protectionem; hominibusque iustis profectum Sanctitatis.

Cur Adamus in paradiso à Deo collocatus, ad Ecclesiámque per illum signatam sit vocatus.

2. HOc soluitur ex verbis expressis sacræ paginæ, quæ istam causam reddunt; *Vt operaretur, & custodiret illum.* Quorum tamen duplex sensus huiusmodi formatur; vel, vt homo operaretur & custodiret paradisum; vel vt Deus operaretur, & custodiret ipsum hominem in eo collocatum; ad cælestem donec tandem eum gaudio & sine morte gustata transferretur. E quibus prior literæ Hebraicæ congruẽtior, propterea quòd in ea pronomen fœmininum, paradisum tantùm referens hoc loco reperitur; Latinè verò & Grecè prunomen dictum *Illum*; & hominem & paradisum æqualiter complectens. At hæ duæ opiniones in vnam solam coeunt; dum enim operaretur Adamus paradisum, & illum custodiret, Adamum Deus ibidem per operum bonorum operationem atque custodiam, in cultura paradisi ab ipsomet factorum, perfectè operaretur, & rectè custodiret. Nam opera virtuosa quę agit quisque homo, operantur ipsum hominem, perficiunt, & custodiunt. Quia licet Dei præcepta, quorum vnicæ obseruantiæ cohærent bona opera, custodiat probus homo, magis tamen præcepta custodiunt ipsum hominem, & cum probum faciunt, vt dicitur in Prouerb. *Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiant.* Et iterum in Eccles. *Qui custodit præceptum, non experietur quidquã mali.* Sed clarius in Eccles. *Si volueris mandata conseruare, conseruabũt te.* Sunt qoippe Dei mandata vt mœnia ciuitatum, quę homines conseruant seruantes ipsa mœnia; custodientes se custodiunt; defendentes se defendunt, ac ab omnibus hostilibos incursibus conseruant. Quare vbi nos habemus; *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*; Ambr. & Chaldæi hoc legunt in actiua, *Custodire nimis*; sicut enim custodiuntur, sic illa nos custodiunt, impensúmque laborem rependont æquilibrio.

Operatio atque custodia Adami qualis foret terrenus in paradiso.

Prouer. 3. 1. Eccles. 8. 5. Eccles. 15. 16.

Præcepta custodita custodientes se custodiunt.

Psal. 118. 4. S. Ambros.

Ergo labor & custodia corporalis primi hominis eum penitus in spiritu à malis custodirent, & corporea exercitatio in exercitium spirituale eidem verteretur. Quod S. Augustinus lib. 8. cap. 8. de Genes. literaliter in dicto bino sensu exponit satis latè; addens hominem agricolaturum, vt eius verbo vtar, non esse cum labore, sed operaturum cum dulcore, tam animi, quàm corporis; ac etiam cum suaui contemplatione Diuinorum, & actione gratiarum assiduè Dei honori per ipsum solutarum. Quodque Vssuna noster 1. p. in Missus est cap. 3. super verba quibus fuit à paradiso Adamus relegatos; *Emisit eum Dominus à paradiso voluptatis, vt operaretur terram*, peroptime collegit, in istum modum loquens; *Vnde infertur, quòd si dum exul erat tenebatur operari terram, dum Dominus fuerat operaretur cælum; quod faceret per agricolationem voluptuosam paradisi, & per contemplationem & considerationem beneficiorum Creatoris. Hoc modo custodiret, quod non operando perdidit.*

S. August.

Labor hominis in paradiso quàm valde delectabilis.

Genes. 3. 23.

Vssuna.

De aliis moralitatibus, ob quas in paradiso Deus hominem locauit.

3. CVm paradisus verè fuerit deliciarum pulchra domus; sponsi dulcis thalamus; scientiæ diues aula; & ciuitas magnifica; illustréque palatium, ac templum Sacratissimum; Religionis Monasterium, & cælum terræ orbis; ac terra velut cælum; nec non militans iam tunc Ecclesia Iesu Christi, vt supra Enarrat. 8. dictum fuit à n. 14. & n. 29. nil dubij, quin Adamum in eo Deus locarit, vt amicum ad oblectamina quæcúnque capienda; vt sponsum ad decubandum in thalamo pudico; vt Sapientem ad differendum in aula sapientiæ; vt ciuem ad habitandum in vrbe paccatissima; vt Regem ad præsidendum in aula nitidissima; vt Sacerdotem ad immolandum in templo florentissimo; vt Religiosum ad persistendũ in conclaui conuentus; hoc etenim est Religio, vocata à religandu; quemadmodum Religio sine iugi & vigilanti recollectionis persistẽtia prophanitas est maxima; vt cælicolam terrestrẽ, ad cælum iam in terra vtcúnque nanciscendum; vt terrigenam cælestem, ad cælũ post hanc vitam, sine morte pręcedente, sed imò ingenti gaudio perpetuò possidendum; atque tandem vt Fidelem in Ecclesia belligerante ad fideliter & legitimè pugnandum contra dæmones; solus enim qui legitimè & fideliter decertat, coruna decoratur.

Paradisi elogiorum breuissima narratio.

Ad quę homo in paradiso per Deum constitutus.

2. Tim 2. 5.

Vt amicum in omnis generis delieiis hospitatum, quò haberer pro delieiis Dei esse perdilectum, & Domini delicias; nec etenim tam bonum sperare quidquid aliud habebat fœlix homo; si tam citò sibi notam, quam serò in mundo scriptam hanc voluens veritatem; *Et delitia mea esse cum filiis hominum*; contrario modo diceret; *Et delitia mea esse cum filio Dei*; à quo mihi tot & tanta proueniunt beneficia, vt possim enuntiare. *Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum; Deus cordis mei; & pars mea Deus in æternum.*

Virgilius Eclog. 2.

Psal. 72. 25.

Vt sponsum in dulci thoro, quò sponsam pulchritudine & virtutibus Diuinam, Diuinitatem amplexaretur; vel dicens cum dilecta; *Tenui eum, nec dimittam*; vel etiã cum auctore & amatore Sapientiæ; *Hanc amaui,*

Cant. 3. 4.

Sapien 8. 2.

& exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.

Vt sapientem in sapientiæ ditissimo gymnasio, quò nullius rei ignarus, præsertim Dei & sui notitia ditaretur. Dei vtique, cujus scientia, *Est sensus consummatus*, sui autem; qui solitarius in illo viridario humilitate semetipsū leuaret supra se; ad Deúmque conscenderet peruiam humilitatis, sicut cecidit ab eo per aliam elationis; quo ductu vt solitarius ex threnis Ieremiæ taceret ad humana, quæ sciret plus in Deo, & cū Deo de Diuinis materiis loqueretur.

Sapien, 6 16

Thren. 13. 28.

Vt ciuem in ciuitate, quò vnitatem conseruaret. Nam ciuitas à ciuiū vocatur vnitate Cap. *Si ciuitas*; de *Sentent. Excommun.* Ciues verò ad vnitatem non possunt congregari, nisi præuio Sacrificio, vt ait Augustinus lib. 19. cap. 11. in Faustum Manichæum. Ergo etiam à fortiori Eucharistia mediante, quia vnicum Sacrificium nunc est in toto orbe; quod alia quæque prisca dumtaxat figurarunt, & vt vnicū fuit viuicè in illo vitæ ligno Adamo præsignatum. Præterea quòd cruenta diuisionem faciebant, dum pueri & molieres ab illis exulabant; quapropter solum nostrum inseruit vnitati; qua de re satis diffusè Enarrat. de Arithmetica.

Sacrificium nostrum vnit, & prisca quam econtra

Vt Regem in tam mirabili palatio constitutum, quò Regi superiori ad vnguem obtemperaret; ad hoc enim in loco fuit Regali collocatus, vt Regi omnipotenti omnino obsecundaret; sicut S. Bonauent. lib. 2. Sent. d. 17. indigetat, sic aiens; *Quoniam Deus præsciebat hominis casum, voluit eum in paradiso locare; quatenus homo per eiectionem suam de loco tam voluptuoso, cognosceret, quanta sit differentia inter eum qui Deo obedit, & eum, qui inobediens est eidem.* Plus nanque Reges debent parere Dei imperio, si optant in imperio subiectos continere. Exēplum Adami caro ei protinus rebellis, vbi primum in Deum ipse superbia rebellauit.

S. Bonau.

Vt Sacerdotem in suo templo, quò Sacrificium, tanquam primum officium Sacerdotum, sedulitate quanta posset, offerret Dei honori. Foit etenim Adamus Sacerdos mundi primus, testante Moyse Barcepha. p. 1. cap. 28. de terræ paradiso, qui elucidat in sensum præsentem verba Psaltis; *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam*; impositione quippe manuum confertur Sacerdotium; sic ille manus Dei impositionem interpetratur. Accedit D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 1. ad. 2. vbi Adamum primū orbis constituit Sacerdotem; nec malè cū carere non posset vlla gratia, inter quas Sacerdotalis præcipua reputatur. Bolducius lib. 1. in Oggio Christiano lucum illum paradisi affirmat primum templum; hincque ortam consuetudinem in lucis immolandi; vnde & primum Sacerdotem, & Pontificem ac Monarcham Ecclesiæ vniuersalis parentem primum asserit.

Adam Sacerdos primus.

Moyses Barcepha.

Psal 138. 5.

D. Thom.

Bolducius.

Vt virum Religiosum deuotione suo claustro assiduè religatum, quò Deo cohæreret per viam contemplandi; *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino meo spem meam.* Et per opus laborandi à cultura paradisi, ne otio turpi caderet, nullatenus cessaret. Est nanque prauum otium malorum scaturigo; quamobrē Deus Adamum vt operaretur paradisum, in eo posuit eum, ac reputat Chrysostomus. Et Franciscus Dei imago, laborem manuum bis, in regula & testamento præcepit verbis seriis, ac valde ponderosis; volens quòd Religiosi in Religionis paradiso omnino laborarent, nescientésque addiscerent, honestum laboritium, ne otio contabescerent.

Psal. 72 28.

Quam magnum malum otium, vel etiam in paradiso, & domibus Sacratis.

Vt cælicolam terrestrem, quò instar Angelorum, continuas Deo gratias & laudes personaret. Non enim prædo erat nocturnus eo temporis, qui poma furaretur; sed erat pertimendum, ne causa ingratitudinis amitteret rem tantam; cum omnes hoc vitio perdantur naturaliter; vt infra dissëretur. Et lib. 6. sup. Ioan. Rupertus obseruauit.

Vt terrigenam cælestem, quò terræ agricultara, à cælo fructus carperer; nam sicut Ferus inquit in istum locum Gen. *Si neque paradisum nisi sub conditione homini Deus dedit, quanto minus cælum.*

Ferus.

Vt Fidelem in militante Ecclesia collocatum, quò fortiter & cautè in vita agonizaret, Fidelium nanque est conflictus valde anceps, dum ex culmine victoriæ ruina sæpe accidit; lib. 19. cap. 17. in opere morali dicente sic Gregorio; *Oportet & bona semper agere, & nos in ipsis bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem eleuent, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. Eleazarus in prælio elephantem feriens, strauit, sed sub ipso quem extinxit, extinctus simul fuit; Sunt enim qui vitia superant, sed sub ipsis quæ subiiciunt, superbiendo succumbunt.* Quo vtili & pulcherrimo beneficiorum decenario Adamum Deus præuenit, honoréque excepit; priusquam illum præceptorum decalogo grauaret. Non equidèm, quòd decem Decalogi illi dederit; sed sanè quod in vno, vel tribus ipsi datis, tribuerit hæc clam contenta in illis paucis; & ipso modo tacito, naturæ sub dictamine, non malè promulgauerit; vt dicam paulo infra. Enarrat. de Præcepto.

Humilitas cum deest, & virtus sub se perit.

Vt Adamus nil istorum ob suam culpam fecerit, & an culpa illius fuerit, vel esse ex se potuerit initio venialis. Si verò venialis quotnam specierum; quæ omnes reducuntur ad vnam ingratitudinis.

4. AD hæc omnia in paradiso locatus homo primus, vt videlicet per ea operaretur & custodiret commissum sibi hortum. Quo tamen non peracto, sed potius vilihabito, eum anima sui ipsius oblita

posset

Cant. 1.6.

A lamis quàm mutatus in terræ paradiso.

Psal 114. 3. Psal 54. 16.

possit dicere; *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui*; cum, scilicet, in vineis Fidelium vniuersorum concreditis tunc ipsi, ex Angelo custode diabolus euasit, peremptor ex parente; & ex Domino huius mundi, inferni vilis seruus; de quo conqueri valemus cum Rege concentore; *Circundederunt nos dolores mortis* (in patre vniuersali) *& pericula inferni inuenerunt nos.* A quo vtique viuentes ex illo descendentes descenderunt in infernum. En totum paradisi amœnum viridarium in virus iam conuersum.

Gen 3.1.

Ferus. Serpentis an tentatio initium culpæ Adæ, vel alia prior causa.

Cur acciderit hoc illi, subintrat exquiquirendum; cum nec nobis eius culpę species patens sit, nec tentatio serpentina videatur prima causa ruinæ protoplasti, nam coniunctio quam assumit diuinus Enarrator; *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, pręcedentium rerum ibi copulatiua clarè est, quæ in phrasi Scripturarum sæpissimè tacentur, & ex aliis subsequentibus dumtaxat innotescunt, sicut cap. 11. n. 28. inuenies in Ioanne. Ergo differens occasio in lapsu protoplasti præcessit illam colubri; vt optimè ad hęc verba notauit noster Ferus: *Quid enim aliud sibi vult, quod non simpliciter dicit*, Sed serpens erat callidior; *sed interposuit, coniunctionem, & dixit*, Sed & serpens; *Quid inquam aliud per hoc ostendit, nisi vt sciamus initium peccati vel tentationis non cœpisse ab exteriore tentatione serpentis. Hoc igitur tacitè innuit, cum addit*; Sed & serpens.

Peccatum veniale in tempore innocentiæ an foret res possibilis.

D. Tho.

Alensis. Bonauent.

S. Bernard.

Hinc liquet culpam aliam fuisse Adamo ansam priurem serpentina; & cum ea nullo modo extiterit mortalis, tunc enim prius caderet quàm dicitur à Deo, venialem ipsam fuisse hinc clarè demonstratur; Scholastici etsi multi existiment contrarium; è quibus D. Tho. 1. 2. q. 89. ar. 3. ad 3. ob nimiam perfectionem status innocentiæ, hoc esse incōpatibile firmissimè tuetur, & cum vtriusque pręceptore Alensi, vir Seraphicus sent. lib. 2. d. 21. ar. 3. q. 1. & lib. 3. d. 38. quo loci superaddit. *Verbum otiosum fuisset Adamo mortale, propter statum eius perfectionem; vnde quod dicitur frequenter aliquod esse peccatum ex genere suo veniale, hoc intelligendum est respectu natura lapsa.* Tempore enim tam perfectu vel nullæ prorsus essent imperfectiones veniales, vel ex hoc ex venialibus mortalia redderentur; quemadmodum de Sacerdotum imperfectionibus communibus, quantumuis hyperbolice, de præcepto & dispensatione nunc æstimat Bernardus; qua via Bonauenturam loquutum certum credo.

Scotus. Gabriel. Almaynus. Augustin.

D. Tho.

Scotus alio tramite diuerso viam carpit lib. 2. Sent. d. 21. q. 1. quem Gabriel ibi sequitur d. 12. q. 1. art. 3. in fine; & Almaynus in moral. tract. 3. cap. 22. quos ante multa sæcula pręcessit Augustinus lib. 14. cap. 13. de Ciuit. Dei. Quorum mihi vel ex eo iudicium valde placet, quia placuit in re simili & ipsi D. Thomæ 3. p. q. 41. ar. 4. C. docenti quoque & dæmonem in tentatione Redemptoris cœpisse à rebus minimis, & simul hunc stylum in tentationibus cunctorum tenere semper solitū; qui quidem prius nutant, & cæspitant, ac sępius impingunt, quam labantur; sic enim vel naturæ libramine atque ordine succedit frequentissimè; qua de re vide Lyram ad vocem mali colubri; *Scientes bonum & malum*; Venialem igitur hominis fuisse primam culpam ex istis non ambigitur. Nec officit perfectio status innocentiæ, vt in eo venialitates non essent congruentes; hoc etenim procederet, cum hominem post pugnam in gratia confirmatum nec criminum venialium deceret esse compotem; de quo n. 19. redibit nobis sermo; non verò quādo ictibus patebat aduersarij; tunc enim non turbari, moueri, & titubare, credibile non esset. Illud autem quod peccata speciem suam mutent, & de venialibus in mortalia contingat transformari, hoc prorsus impossibile, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 89. ar. 3.

Lyra. Geo. 3. n. 5.

Venialia an commutetur in crimina mortalia.

D. Tho.

D. Tho. Bellarmin.

Venialia quanā forma perducāt ad mortalia.

Adami quod peccatum.

D. Tho.

Quocirca veniale non trahit in mortale, cogendo, & impellendo, sed hominem tantummodo aptando & disponendo; D. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 3. Bellarminus lib. 1. de amissione gratiæ cap. 1. Ac ideo valde rarò committitur mortale, quin aliqua & frequenter non pauca venialia id ipsum non pręcedāt. Ergo crimen Adami, cum tale & tantum fuerit, multis aliis venialibus præuentum non negandum. Fuit illud, prout creditur communiter, superbiæ, Tho. 1. 2. q. 89. ar. 3. ad 2. & 2. 2. q. 105. ar. 3. sed superbiæ, deformitatibus quammultis stipatæ; vt tradit idem Sanctus 1. 2. q. 82. ar. 2. ad 1. & 2. 2. q. 63. ar. 3. o. Quare minimè inficiandum, peccatum quod multiplices enormitates in se habuit, etiam multas occasiones affectionésque nocentes, vt lapides & iacula coniecta in semetipsum, in homine habuisse; amore Dei & sui, vt vndis maris duplicis ad inuicem obuiantis, non paucies fluctuante.

Philo. D. Tho.

Quæ istæ tandem fuerint nunc restat explicare. Et quidem non addubito fuisse ingratitudinis. Primo sanè, quia superbia peccatum fuit Adæ, hæc autem ingratitudinis est filia apud Philonem in lib. de Charitate; & D. Tho. 2. 2. q. 107. & 162. ar. 4. ad 3. Neque hominis ruinæ non congruit hoc peccatum; cum de cælo ingratitudo eiecerat iam Angelum; vt quæ spiritus de paradiso cælesti deturbarat, hęc homines de terrestri vi ipsa propulsaret.

Vallesius.

Secundò, quia ad hoc creatus homo fuerat, & per Deum in viridario terreno collocatus, vt gratias Deo ageret; prout etiam Medicinæ Vallesius honos sensit, in sacra Philosoph. supremo dicens cap. *Si igitur alia omnia facta sunt propter hominem, ipsum hominem necesse est factum esse propter Deum; atque ordine quodam extitisse alia propter alia; postremò verò omnia propter Deum; vt prata irrigua propter pabula; hæc propter pecora; pecora autem propter hominem: hominem tandem propter Deum.* Clarior verò sicut pressior pręsentis rei scriptor, Hilarius in opusculo de Gen. ad Leonem.

S. Hilarius.

Ergo hominem pleno perfectum munere, terris

Præponit, Genitor, rerum cui tradis habenas;
Cuncta habeat, subdatq; sibi, viuatq; perennis,
Telluris famulus tuus; arbiter omnia mundi
Possideat, tantùm Domino tibi seruiat vni.

Et Alcimus, Auitus initio lib. 1. quem metricam ob dulcedinem, vt tædium releuetur, extensum plusquam vellem, hoc tibi loco dabo.

Auitus.

Ergo longa nouam ne fœdent otia terram,
Nunc formetur homo, summi quē tangat imago
Numinis, & nostram celso donatus honore
Induat interius formosa mente figuram.
Hunc libet erectis sublimem incedere plantis,
Qui regat æternū subiectum pondere mundum,
Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat;
Astra notet, cælique vias, ac sydera norit;
Discat & inspectis discernere tempora signis;
Subiciat pelagus sauum, ingenióque tenaci
Possideat quæcunque videt, cui bestia frendens
Seruiat, & posito discant mansueta furore
Imperium immensa pati, iussique ligari
Festinent trepidi consueta in vincla iuuenci.
Quóque etiam natura hominis sublimior extet,
Incipiat rectos in cælum tollere vultus;
Factorem quærat proprium, cui mente fideli
Impendat famulam longæuo in tempore vitam.

Vbi iterum post hominis formati mentionem, sic redit ad rem nostram.

Postquam nascentem solers prudentia sensum
Imbuit, & puro rationis lumine fulsit;
Surgit, & erectus firmat vestigia plantis.
Tum varias cæli species, mundique figuras
Mirantem, tali compellat ore Creator.
Hæc, quæ mundani coram pulcherrima cultus
Incrementa vides, ornatum extensa per orbem
Solus habe, solisque prior dominare fruendo.
Tu mihi, cuncta tibi famulentur: maximus ordo
Te parere pio, tibi qui dedit omnia, Patri.
Non species vlla nec numina vana colantur,
Vsibus ista tuis, non cultibus esse memento
Præcellis factis? Factorem pronus adora.

Quare ideo à paradiso debebat relegari, qui illud propter quod in eo fuit positus, nullatenus seruauit. Sed sic est, quod ad gratias, vt constat ex prędictis, reddendas ibi positus, ergo ob istas non solutas, exinde merebatur iustissimè amandari. Vnde nihil demirandum, si homines ab homine ingrato descendentes, cum peccato originali originariam ingratitudinem hęreditariam secum trahant; quam Prudentius in Hamartigenia deplorat per hos versus.

Prudentius.

Nemo animum summi memorem genitoris in altum
A *Excitat, ad cælum mittit suspiria nemo.*
Nec recolens apicem solij natalis ad ipsum
Respicit auctorem, nec spem supra æera librat.
Sed mentem grauidis contentus sternere curis
Indigno subdit domino, pereuráque pronus
Diligit, & curuo quærit terrestria sensu.
Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert
Ludicra, commendat quod perniciosa voluptas,
Quod velut excitus difflato puluere ventus
Præterit, exēplo tenuis quod transuolat vmbra.

Ingratitudo & Dei obliuio quàm insita mortalibus.

Tertio quia in paradiso ad decalogum beneficiorum paulo supra recensitum fruendum collocatum, nullas gratias eapropter egisse comperimus, sed potius hęcce omnia obliuioni tradidisse, & in pelagus lethæum desidiæ proiecisse; vt deducitur apertè ex Psalmo tam permodico, quàm hominis muneribus mirandis ipsi Vati, qui ideo admi-
B tatione eadem repetita & incipit, & finit, non modicè repleto; *Domine, quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?* cum verbis subsequentibus, & Adamo plusquam omnibus perspicuè inseruientibus. Agit enim de animantibus subiectis eius pedibus, & de eius nihilominus in tantis beneficiis, obliuione versus summum illorum largitorem. Nam sententia. *Quid est homo, quod memor es eius?* à Genebrardo & multis aliis, huiusmodi transcribitur, nimirum, *Quid est Enos?* Enos autem obliuiosus ab ipsis explicatur; quasi hominis incuria concerret cum Dei cura in ipsum plus oblitum, & tædio consepultum; *Domine quid est obliuiosus, quod memor es eius?* quasi hominis ingrati memoratus Deus extiterit, homo autem Dei oblitus à primo mundi initio. Quocirca ingratitudinem cir-
C ca decem beneficia n. 3. recensita omnino veram credo, & pręcipuè circa quartum, ac sextum, octauúmque, quæ quidem ad communionem Sacramenti nostri pertinent, & Sacrificij oblationem, ac pariter pro vtróque solutionem gratiarum. Cui quamuis homo primus ex multis teneretur, magis tamen pro tam magno Sacramento & Sacrificio deuinctus palam erat. Vnde in tribus rebus istis primi hominis ingratitudinem peculiariter considero; videlicet in omissione actionis gratiarū pro donis tam eximiis, sed maximè pro tanto Sacramento & Sacrificio, quæ communicare & sacrificare quamcitò cogebatur. Ad singula accedamus.

Psal. 8. à n. 5.

Genebrard.

Homo Dei obliuiosus, & ipsamet obliuio.

DE ADAMI INGRATITVDINE ad actionem gratiarum.

6. CELEBERRIMA de hoc est Ruperti meditatio lib. 2. cap. 39. in Commentar. sup. Gen. vbi tria, eáque magna à Deo beneficia; nimirum creationem, in paradiso collocationem, & consortis formationem, ac cum ea desponsationem collata primo homini; & ab ipso neque ver-
D bum pro gratiis tanto Domino prolatum benè ponderat; silentium illius vocans ingratum & obstinatum; vnde prius in ingratitudinem & postmodum in superbiam delatum sic enarrat. *Hic tandem animaduertendum est, quam pertinaciter homo primus, homo terrenus à Creatoris laude mutus perstitit, quam obstinatis labiis ab omni gratiarum actione abstinuit,*

Rupertus.

Ingratitudo Adami quanta.

nuit, & ingratum Domino silentium dedit. Formante Deo, & inspirante spiraculum vitæ, factus in animā viuentem, non suspirauit eodem spiraculo vitæ in Creatoris sui faciem, vt adoraret, & eum glorificaret, & ei gratias ageret. Item ab eodem Domino Deo positus in paradiso voluptatis, nullas ei gratias egit, & taciturna ingratitudine, tantum, tamque facilem deliciarum Dei locum, quasi rapinam arbitratus occupauit. Ecce nunc tertiò diuinæ dignationis locupletatus est in eo, quod fecit ei adiutorium simile sibi, vt crescere & multiplicari posset, & de se vno propagata felici progenie terram viuentium repleret. Tribus plané Diuinæ beneficentiæ dilatatus muneribus, tacet adhuc, & nihil quod laudi Diuinæ resonet, eloquitur, nec vllum dilectionis vel gratiæ verbum in ore eius fuisse testatur. Qui ergo gratiam Dei non agnouit, non mirum, quod ad hoc pertinet, vt & peccaret, & peccatum suum non agnosceret; quia res vicina est: eodem quippe intuitu & suum malefactum, & Diuinum erga se cognoscit homo beneficium. Hæc ille; propter quam omissionem gratiarum mortaliter deliquit; nam vt ait S. Bernardus Dom. 6. post Pentecost.

Ex ingratitudine peccatum, & peccatum non agnoscere.

S. Bernard.

Ingratitudo quam nociua, & Deo quàm odibilis.

Peremptoria res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis; nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, quemadmodū ingratitudo; vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit. Quem in lib. de amicitia Cassiodorus sic preuenit; *Ingratitudo res est peremptoria salutis, ipsa est flatus aspidis, virus animi, vredo virtutum, ventus pestilens, & aura corrumpens stillicidia pietatis; rorem gratiæ, & misericordiæ fluenta desiccans.* Hinc homini Deus aruit, cum & hominum statuta humanitatem proesus omnem ingratis intercludant. Paternam nanque filiis notatis hocce vitio abscindit L. *Si patrem*, Cod. de *Alendis liberis*; iuncta Gloss. marginali §. *Promeruerit*; vbi dicitur ad alimenta ingratorum liberorum parentes non teneri; & à re cui vrgentissimè arctantur à natura à iure liberari; iniuria quippe fiet cuicunque iuris normæ; si ingratis, quamuis filiis, donetur alimonia: imò decet cum dedecore eisdem cunctam eripi, & ipsos ab anteactis concessis longe pelli, ac in vltimas terrarum prouincias ablegari; nam vt ait de beneficiis lib. 2. Cordubensis; *Qui gratè beneficium accipit, primam eius pensionem soluit.* Vt econtra, qui nō soluit pensionem gratiarum collata sibi gratia meretur abdicari. Ingratus enim bonis indignus cunctis est, & dignus tantùm vt iis acerbè spolietur; D. Th. 2. 2. q. 107. ar. 4. o. & q. 122. ar. 5. ad 4. Et verò non hac causa solummodo cōmuni à paradiso fuit iustè terrigena amandatus; sed ob multas circūstantias ingratitudinem eius animi summoperè aggrauantes, quæ ita; ni decipior, valebunt computari.

Cassiodor.

Ingratitudo quam odibilis in iure Romanorū aduersus ipsos liberos.

Seneca.

Ingratitudo spoliari, & gratitudo cumulari quam digna beneficiis.

D. Tho.

Prima, ex Dei imitatione, qui intuitu gratiarum sibi ipsi propter omnia creata soluendarum sanctificauit diem septimom, & gratias iam expectans, pro se & rebus cunctis tam largè sibi datis, ab homine creato, in illo requieuit; quasi ab omnibus creaturis in illo primu die post omnia procreata, hoc ipsum gratitudinis attenderet obsequium; vt ait Theodoretus ad illa verba Gen. *Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Beneficia* (inquit) *sunt magis grata, cum magis sunt completa; ac ideo, quia die septimo omne opus Deus compleuit, meritò illum memoriale nobis fecit, & seruitium in illo petiit; ideo sanctificauit illum, id est, sanctitati deputauit, & cultui sancto, & in ipso grates, & laudes requirit.* Et Caietanus paulò clariùs; *Ad recolenda diuina beneficia illo die consummata, describit diem septimum sanctificatum & benedictum; par enim est, vt post accepta beneficia agnoscamus benefactorem quandoque; imò statim.* Quam quidem gratitudinem cum animantia & inanimata modo suo vniuersali Factori non negarint, solus homo mentis compos, & vocis ac sermonis, nec animo nec verbis hanc soluit tanto Domino. Quod secundus Adam Christus, hanc Patris sui Dei expectationem recognuscens, tam optime adimpleuit, vt ipse primus fuerit, qui in pagina Diuina per hoc verbum *Gratias agere*, has agere sciatur; ac de gloria Trinit. lib. 8. cap. 10. Rupertus obseruauit.

Die septimo cur Deus requieuerit ob gratias.

Gen. 2. 3.

Theodor.

Caietanus.

Gratias prius per hoc verbum *Gratias agere* quisnam egerit.

Rupertus.

Secunda ex gratiarum conditione naturali; hæ nanque beneficiorum sunt fructus, & prouentus; vnde sicuti froctus nō possunt suam arborem vtcunque denegare, sic diues beneficiis datorem non laudare. *Qui beneficia inuenit, compedes inuenit*; dicebat olim Seneca; & qui compedes hos saltem in mente non inuenerit, non sanæ mentis erit, sed amens, atque solus præ cunctis mente captos, qui non capitur benefactis catenis animarum; qui beneficentia bonos viros vincienti non deuincitur; qui vinculis diamantinis bonorum non constringitur; quapropter in Didas. sic Hugo lib. 1. *Vide homo, dicit mundus, quomodo amauit te, qui propter te fecit me; quia factus sum propter te; vt seruias illi qui fecit te, & me; me propter te, & te propter se. Si sentis beneficium, redde debitum; si accipis dignitatem, redde charitatem* Perpende *Redde debitum*; quia debitum est naturæ seruitia ob beneficia, quasi propter rem mercatam pecuniam numerare.

Beneficia quales cōpedes.

Seneca.

Hugo S. Victor.

Tertia ex valde matutina solutione gratiarum. Non enim solùm solui, sed ante Solis ortum ad primū locis roseæ, vt auium cantilenæ in veris primo tempore, hæ debent decantari. De manna sic reperies in lib. Sapientiæ; *Quòd ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat.* Itaque quod flammigero calore non liquescens, à Sole vel permodico difflueret facillimè, & plusquam ros inanis confestim dispareret. Hoc autem cur nam factum? ibidem respondetur. *Vt notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire Solem, ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare. Ingrati enim fides tanquam hibernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.* O verba pro hac re, in illis *Ad benedictionem tuam*; & in aliis *Ad orientem lucis te adorare*, quamualde singularia! è quibus clarè patet ob vitium ingratitudinis dissolui cibum illum. Nec malè qui ad cibum diuinum morabantur, in moræ suæ pœnam, cum à se diffu-

Sap. 16. 27.

N. 28.

Quam festinas & matutinas oporteat esse gratias.

gientem, floentem, & diffluentem dumtaxat offendebant, quem offenderant desidia, qua illum requirebant. Res congrua primo homini, qui ad panem Sacramentalem in figura ligni vitæ iam sibi ministratum haudquaquam manicauit, sed potius vsque ad mortis lethargũ dormitauit. Quod sententia mutuata à Psalte nobis inquit Richardus Victorinus lib. 1. cap. 13. de hominis eruditione, in istum modum loquens; *Studeamus semper in ipso exortu reuelantis gratiæ, in ipsa innocatione illuminatæ intelligentiæ, digna Deo laudum præconia referre*; Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.

Richard. Victor. Psal. 80. 4.

Et ne verbi *Neomenia* superesset difficultas, prosequitur, & ait; *Neomenia est luna noua, quo tempore festum tubarum celebrari iubebatur. Quid est autem luna noua, nisi intelligentia innouata, & diuinitus aspirata? Scimus quod luna lumen à seipsa non habet, sed à Sole accipit, vt lucere possit. Sic sanè humana intelligentia diuinitus accipit, vt veri luminis radiis renitere possit. Quoties igitur nouos radios dictæ illustrationis accipimus, & aliquid quod humanam intelligentiam excedit cognoscimus, debemus statim in gratiarum actionem assurgere, & magnificentia tuba in Diuinæ bonitatis præconia reboare.* Qua in re quandam valde horrisonam & terribilem scribit D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 6. & in 2. sent. d. 42. q. 1. ar. 5. ad 7. quem sequitur Nauarrus cap. 11. n. 8. in suo Manuali; & Toletus lib. 4. cap. 9. n. 9. in summa conscientiæ, cum aliis viris doctis; videlicet, quòd homo simulatque rationis potitur primo vsu, de donis sibi à Deo gratoitò largitis, peculiares illi gratias, actione propter id dumtaxat ordinata, referre libentissimè tenetur sub mortali. Quoniam autem cum ratione omninò perfectissima creatus Adam fuerat, ingens certè non solùm imperfectio, sed piaculum ipsius verè extitit, Creatori & benefactori tam magno non confestim immensas grates agere. Vnde & corruit à fastigio gratiarum, quibus eum Deus pius sublimauerat. Secundus mundi parens Noëmus vbi primùm ex arcæ & maris carcere ad auram venit liberam, *Ædificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.* Quamobrem Deus placatus, & odorem suauitatis gratissimum odoratus, vt illic memoratur, eidem benedixit; *Nequaquam vltra maledicam terræ, propter homines.* Fidei pater Abraham quaterna vice ad Deum excipiendum domi suæ festinus conuolauit, vt in lib. de Sacrif. Abelis & Caini notatur à Philone; qui tamen de hoc vltimo, filiorum atque malorum cunctorum primicerio, in opere producto considerat hæc verba: *Et factum est, post multos dies obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino*; quæ ille sic exornat; *Duplex se ipsum amantis crimen, vnum quòd post multos dies, non continuò gratias egit Deo; alterum quòd de fructu obtulit, non de primo fructu, quas deriuato nomine, primitias nuncupamus.* Sic fecit primus filius; sic etiam primus pater qui in Deum ingratitudine peremit cũctos natos.

Neomenia quid antiquitus & hodie in Dei Ecclesia.

D. Tho.

Nauarrus.

Toletus.

De agendis Deo gratiis sententia pertimenda.

Geo. 8. 20.

Noëmus & Abrahamus quàm grati versus Deũ.

Gen. 18. 6.

Geo. 4. 3.

Philo.

Cainus quã ingratus.

7. Quarta ex valde commendata repetione reddendatum à nobis gratiarum; quas sanè non tantummodo iubemur semel reddere, sed simul & quotidie; in illo pane meritò de nostro interpetrato; *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Et in manna illius vmbra, de quo in lib. Exodi; *Colligite per singulos dies.* Sed cur singulis diebus, & minutia singulari à Deo donabatur, cum vbertim & non minutim Dei proprium sit largiri, & munera concedere? ibidem Regni mei præclarus Oleaster; *Vt nullus transeat dies, quo Dei circa se homo non sentiat beneficia, & ob id saltem sint semper eius memores.* Filius enim cui alimonia à patris vigilantia quotidiana designatur, faciliùs & frequentiùs parentis recordatur; quocirca superaddit; *Dignum inquisitione est, cur Domine non dedisti eis panem ad mensem, vel saltem ad hebdomadam, sed ad singulos dies. Vult Dominus nos semper à sua prouidentia pendere; quoniam nos non adituros eum, nisi egentes cognoscebat; qua in re melior est pauperum, quam diuitum conditio; sunt enim singulis diebus oculi pauperum ad Deum, vt illorum misereatur, & necessaria saltem ad illum tribuat diem; nullúsque etiam dies sic transeat, quo Dei circa se non sentiant beneficia.* Vbi circa conditionem indigentium meliorem, occurrit Vaticinium mirabile non parum; *Omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite.* Nam quomodo properabunt, & venient cum fiducia, ac sine argento vllo valebunt cibum emere, qui nihil prorsus habent, si nihil sunt qui nihil in isto mundo possident, & vtique non adeo tam prope permittantur, quam procul abigantur; iuxta celebrem Ouidianam, etsi aliò destinatam, sententiam peruulgatam;

Matth. 6. 11.

Exod. 16. 4.

Quotidianus panis vltrò quotidianas poscit gratias.

Oleaster.

Feliciores quantùm pauperes diuitibus in Deum.

Isai. 55. 1.

Tam propè Deum pauperes, quàm procul à diuitibus.

Ipse licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Ouidius.

Respondet noster Hector disertus Lusitanus, explanans huncce locum; *Vult Deus iis verbis significare, eos non bene currere, qui sunt argenti pondere onerati. In Gen. 13. vbi nostra versio habet*; Erat autem Abraham diues valde in possessione auri & argenti; *habet litera Hebraica:* Erat autem grauis valde. Grauis fuit Adam, multò magis quam Abraham; quantò ditior ille erat ex donis paradisi; solent etenim diuitię ad Deum remorari, & ditibus inferni mortales copulare; nam dæmones & diuites vocabulo Latino vocantur æquè dites, eodem prorsus nomine; vt vocibus concordent, qui fine non dissentiunt.

Hector Pintus.

Geo. 13. 2.

Vt diuites ad currendum post Deum sint prægraues.

Vt diuites sint dæmones.

Quinta ex iugi continuatione ipsarum gratiarum, quas per totum vitæ cursum offerri Deo decet; dicente indefinitè Doctore cæli tertij; *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite; gratias agentes Deo, & Patri per ipsum*; Qui clarissimè demonstrat vel operando, vel loquendo, vel etiam cogitando in vita facienda, regerenda cuncta esse in laudem Conditoris. Quoniam autẽ somnum capere est magnum vitæ opus, non solum periucundum, sed valde necessarium; proindéque in donis Diuinis numeratum; vt patet ex Poëta;

Coloss. 3. 17.

Æquales vitæ cursui oportet esse gratias.

Tempus

Virgilius.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.

Vt Gratiæ Deo debitę vel etiam à dormientibus.

Hinc sequitur quòd etiã dum somno mancipamur, non actu sed virtute, & habitu morali, gratiarum Deo victimas tenemur immolare, dicentes cũ Sponso in lib. Cant.

Cant. 5. 2.

Ego dormio & cor meum vigilat. Secundũ D. Tho. ad dictum locum Pauli, & 2. 2. q. 16. art. 2. ad. 4. quærentem io eo loco, an homo vel cum dormit ad aliquid cogitandum de Deo constringatur. Sicut igitur in cælis Seraphini semper cantant Trinitatis summo Numini Propheticum trisagium, ita homines in terris cãtare semper debent lætissimum Deo gratias. Sunt illi nanque Spiritus præ omnibus ardentes, qui perpetim Diuino feruore comburuntur; ex quo iugiter fauillas eiiciunt gratiarum; quarũ actio fornax est fauillas fulgentissimas ad cælum mittens vsque; has autem è corde nostro perenniter effundi Deus voluit, cum præcepit; *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies.* Ad quæ verba Bonauentura S. Laurentij serm. 1. per ignem, gratiarum actionem subintelligit; per ligna beneficia, à Deo dilargita; per manè verò gratias pro ipsis beneficiis à puero solutas; vbi quiuis rationis decentem vsum obtinet.

Gratiarum fornax actio, & flãmis quibus ardens.

Leuit. 6. 12.

Adamus vt iam Christum in ligno crucifixerit, & quilibet peccator.

At quoniam primus parens cum ratione procreatus, nullas gratias Deo egit, quas vtique legamus; & legerentur si fuissent ab eo persolutæ, ideo cecidit à gratia, & in lignis beneficiorum crucifixit Deum manè, id est, in mundi initio; ac Christum Crucis lignò defixit in prohibito; de illo quando contra ipsius voluntatem fatalem cibum sumpsit; æternum nanque ignem Dei nutriunt beneficiis, quicúnque Deum offendunt, & Dominum tam magnum his lignis crucifigunt; dicente eodem Sancto; *Sed lignis istis, videlicet Dei beneficiis, & maximè temporalibus, peruersi ignem Diuini amoris non nutriunt, sed potius iterum in lignis Dominum crucifigunt, dum ipsi Deum offendunt, & eius beneficiis, insaniunt contra eum.* Cui similis est etiã opuscul. 58. cap. 18. Angelicus Scriptor, huiusmodi se habens. *Istorum* (id est indignè Eucharistiam manducantium) *maxima est ingratitudo; quæ enim potest esse maior, quam si quis habens Dominum, à quo accepisset quidquid haberet boni, & ipsum morte sua de suspendio liberasset, eundem Dominum in immundissimum inimici sui stabulum traditione duceret, & ibi conculcaret, ac insuper occideret. Tanta ingratitudine peccant, qui corpus Domini sumunt in mortali; Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Adamus in mortali non sumpsit Sacramentum, sed sumere contẽpsit; & laudibus ingratitudine, obliuionéque calcatis, se morti præparauit; à qua igitur, vt nos possimus liberari dicamus cum Viguerio in Institut. cap. 16. §. 1. vers. 7. *Iugiter gratias Deo nostro in Eucharistia persoluamus; ad hoc enim nos hortatur Ecclesia mater, dicens. Lauda Sion Saluatorẽ, lauda ducem & pastorem in hymnis & canticis. Quantum potes, tantum aude, quia maior omni laude, nec laudare sufficis. Laudis thema speciale hodie proponitur;* Vt ipsum thema laudibus perpetuis exornemus. Hoc enim verbum *hodie* significat, non semel; *Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*; i, semper, & perpetuò ei laudes decantando.

S. Bonau.

D. Thom.

Eucharistiã malè sumere quam magna ingratitudo.

Psal. 108. 5.

Ioan Viguerius.

Psal. 94. 8.

8. Sexta ex facili & perutili solutione gratiarũ, quæ vno tantũ verbo vt in Psal. 132. scribit August. breuissimè soluũtur. *Is gratias agit Deo, qui dicit ei Deo gratias.* Et etiã ad Marcellinum. *Quid melius & animo geramus, & animo promamus, aut calamo scribamus quàm vtique Deo gratias? Hoc nihil dici breuius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.* Cui quidem verbo sufficit Dei Matris esse inuentum, vt omni bono polleat; illa etenim adinuenit hunc modum in rebus ægris se Deo conformandi, salutandi, & salutationibus inter viros Religiosos frequenter respondendi, quamplurimùm vsitatum; vt testantur Bonauent. in meditationibus cap. 3. & Antoninus 4. p. tt. 6. §. 2. Nec mirum quòd hoc verbum scateat bonitatibus; nam quemadmodum ingratitudine, vt supra visum est, quæcũnque deperduntur, sic & voce Deo gratias tam spiritualia quàm corporalia eregionè quæque bona completè reparantur. Spiritualia iuxta Philonem de plantatione per hæc verba; *Omnis virtus sancta est, gratitudo verò sanctissima.* Et Theodor. cap. 7. in Synodo Ephesina; *Solet gratia illis viris vberior obuenire, qui grato animo gratiam accipiunt.* Et corporalia iuxta ipsum ibidem prosequentem; *Cum de accepto dono donatoris benignitatem grata recordatione agnoscis, non modo pro acceptis fecisti satis, verùm ad maiorem quoque beneficiorum elargitionem donatorem astrinxisti.* Ita vt gratiis persolutis à Virginis parentibus, hæc Domina quæ omnium beneficiorũ summa est, ipsis fuerit à Deo largissimè donata; vt in eius Præsentatione Germanus Sanctus ait.

S. August.

Verbum istum *Deo gratias* quã magnæ vtilitatis.

A Virgine adinuentum.

S. Bonau.

S. Antonin.

Gratitudo fons bonorum, tam animi quã corporis.

Philon.

Theodor.

Ob gratias Deo actas Maria in mundo nata.

Septima autem ex decimarum diuisione in lege veteri, ob perpetuam Dei memoriam in nobis conseruandam, ab illo notantissimè præscripta & ordinata; sic enim de primitiis Sacerdotum Philo inquit; *Vt dum assuescunt semper alimenti partem Deo decidere, nunquam in eius obliuionem veniant; quare nihil in vita potuit felicius homini contingere, quam decimas Deo soluere.* Quas quidèm tam primitias, quam decimas Adamus ex fructibus melioribus terreni viridarij soluendas tenebatur, & Deo in Sacrificio vlteriùs immolandas. Sunt nanque duo ista, Sacrificare & decimare de iure naturali, quod naturæ primum caput, & apicem, ac Doctorem nequaquam subterfugeret. Quid ergo demirandum, si ideo deturbetur!

Philo.

Cur decimę sint Dei perpetua recordatio, & ideo sequestratæ.

Octaua ex gratiarum conditione naturali, quæ certè nihil aliud natura sua sunt, quã quædam nimis gratę rationalésque sagittæ; nimis gratæ, dum per gratias, & sanè summo gaudio traiiciunt ipsum Deum, qui cadit hisce ictibus, in eum iaculantes; rationales, dum à rationalibus torquentur creaturis. Ergo penitus ab Angelis, hominibúsque debitæ; & hoc ex illo officio, cui ve-

Officium sunt Diuinum; sagittæque Dei grates.

lut supta dixi, à prima rationis lanugime obligamur; quod officium nec mechanicum, nec ita humanum est, quin mag[illegible] sit diuioum; vt illud quod Altissimo Ecclesiastici persoluunt communiter vocatur. Hoc enim nisi laudes pro acceptis beneficiis, & pro accipiendis preces fusas contentas sub se habet; & ideo in septem horas quamaptè distribuitur, vt rebus vniuersis diebus septem factis respondeant actæ gratiæ; provt doctus Bellarminus de operibus lib. 5. cap. 10. testatur; qui vocat hoc officium tributum Sacerdotum; hincque instar tributorum ab ipsis solui dicitur, cum Deo recitatur. Ad quod certè tam officiom, quam tributum necessariò Adamus arctabatur, ex eo quia primus, vt supra dictum manet, extiterit Sacerdos. Quapropter sicut ille, officium qui non soluit beneficij soi fructibus priuatur ipso iure; sess. 9. §. *statuimus*; in Concil. Lateran. sub Leone 10. sic Adam à paradiso iustissimè ablegatur, qui horas matutinas antelucanæ gratitudinis, non solum non exoluit, sed etiam fastu malo superbiæ vili habuit.

Cur horis septē constet officiū Ecclesiasticum.

Bellarmin.

Adamus quia officiū Diuinum non persoluit, prolapsus, & extorris.

9. Nona ex hominis creatione, qui ad nihil oisi vt Deum laudaret, est creatus, vt in fine n. 3. notaui cum Ruperto. Et patet multò clarius ex lib. Eccles. dum dicitur de primo; *Deus creauit de terra hominem, secundum imaginem suam fecit illum*, & de eiusinet consorte ex illo fabricata; *Creauit ex ipso adiutorium simile sibi*; de vtróque verò simul ad gratias exhibendas formatis, istiusmodi; *Posuit oculum ipsòrum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent; & gloriari in mirabilibus illius. vt magnalia enarrent operū eius.* Præterea, quòd & homo ex gratiis quibus fuit quammultis exornatus, ac veluti splendoribus & radiis illustratus, maiores Deo gratias litare tenebatur, vt de tempore ser. 126. scribit Augustinus; *Gratias agere debent, qui gratias accepire.* Et terra ex qua plasmatus communis parens fuerat, hoc eum perdocebat, nam terra cum vsura acceptum granum reddit; vt Ambrosius in Hexam. lib. 6. cap. 8. appositè obseruauit.

Ad gratias Deo agendas vt homo procreatus.

Eccles. 17. 1.5.7.

S Augustin.

Vt terra grata sit & homo terrę ingratus.

S. Ambros.

Decima, ex corporis humani dispositione versus cælum erecta & ordinata; qood ad laudes decantandas Diuinas, vel Gentiles cum Ouidio Enarratione 2. memorato, sic factum celebrarunt, & Philo per hæc verba in lib. *Quod deterior.* *Solam enim* (scribit ille) *in terris cælestem plantam Deus hominem composuit. Cæterarum in terra defixit capita: omnes enim humi caput habent, soli homini sublime dedit, vt alimenta cælitus incorruptibilia quærat; non terrena ista corruptioni obnoxia: quapropter corporis nostri partem insensatissimam, longè à ratione secretam, pedes seu radices ad terram applicuit, sensus autem mentis satellites, & hanc ipsam longissimè à terra iussit habitare, & ad ætheris, cælique nunquam interituros alligauit ambitus.* Christus oculos in cælum solebat eleuare, cū gratias Patri suo persoluere volebat, vt ex locis Euangelij non paucis est notorium. Matth. 14. Marc. 6. Luc.

Humani forma corporis vt laudes Dei supponat, induceat, & intonet.

Philo.

Matth. 14. 19.

A 9. Ioan. 6. & iterum in vndecimo: ex liturgia S. Iacobi vbi præsens eleuatio refertur oculorum: & ex eius coætaneo S. Clement. lib. 1. Constit. Apostol. cap. 17. ex Tertulliano in Apolog. cap. 30. ex Ambros. de Sacrament. lib. 4. cap. 5. & ex Cap. *Cum Martha de Missarum celebratione*; in quo 3. Innocen. boc doctè ponderauit. Et rectè quia sufficit videre cæli laminam, vt gratię summæ dentur rei tantæ Creatori: sic enim sentiebat Propheta, qui dicebat. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* At verò Christus gratias non ideo referebat, quòd cælum aspiciebat, sed oculos leuabat in cælum nostri causa, vt oculos in cælum nos tollere doceret, & gratias illi agere, & bona quæque ab ipso fidentet postulare: ac simul, vt cælestes & B grates peringentes, pro magnis beneficiis mox nobis conferendis, ab eo tunc solutas, facilius nosceremus. Quod locis in duobus præcipue factum cernimus: & dum Lazarum ex sepulchro ad vitam reuocauit, & dum mirum sui corporis edulium consecrauit. Nec absque ratione, cū illîc mortuum hominem ad vitam suscitauerit, hîc verò per quam omnes ad vitam suscitantur, vt Paulus de Palatio in cap. 26. Matth. pensitauit, donarit alimoniam. Hincque tria ni decipior, colligere licebit. Primum, orbis genitores non solum in cælum oculos, sed nec in lignum vitæ gratáter sustollisse, imò potius tanquā illos ingratissimos fuisse, de quibus Rex Propheta. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Et in terræ emo- C lumenta, nocētia, ac pereuntia. Secundum, summo iure à vita corruisse, quibus cæli, ligníque tam rari pulchritudo nec oculos allexit, vt scirent hac de causa in laudes Dei resolui. Tertium, nihil siue visu, siue gratibus tam dignum, quam illud vitæ lignum figuram nostri cibi, cuius maximis Deus gratiis initia celebrauit: in quo iterum ingratitudo Adami confirmatur, dum nec oculos leuare ad bonum tantum voluit.

Marc 6 41. Luc 9 15. Ioan. 6. 5. & 11. 41.

Cur Christus sæpe oculos leuauerit in cælum.

Psal. 18. 5.

Psal. 16. 12.

10. Vndecima ex peccati detestatione ingrati animi, quod maius longe est, quam paucis verbis possit à nobis explicari. Illud interim sufficiat, ingratum Dei honorem & cultum pessum dare: vt colliges ex nostro Seraphico Doctore, de pręparat. cap. 5. quo ille sic eloquitur. *In gratus beneficiis quantum in se est, euacuat diuinum cultum, & latriam* D *Creatori debitam, vnde dicitur in Numer.* Si quis mundus est (*scilicet à peccato mortali*) & in itinere non fuerit (*nempe aliter non impeditus*) *& non fecerit phase, anima illa de populo suo exterminabitur; quia Sacrificium non obtulit Deo Domino in tempore suo.* Quem in lib. de Sacrifi. Abelis & Caïni præcessit Philo dicens. *Ergo si de medio sustuleris oblitionem, ingratitudinem, amorem sui, & horum matrem arrogantiam, non amplius amittemus cunctando germanum cultum Dei.* Vbi *ergo* consequentię notandum verbum est, appositum in principio, & *cultum Dei* in fine: quasi ab hominis ingratitudine Dei cultus lapsus pēdeat. Hæc maior in conuiuiis vbi equidem inuenitur

Ingratus cultum Dei conculcat, & honorem.

S. Bonau.

Num. 9 13.

Philo.

Quàm gratus bonus latro, & Iudas quam ingratus.

nitur & largitas in epulis & hospitium iure obligans ad magnam gratitudinem: sicut maxima econtrariò gratitudo est quæ perdurat in ipsismet suppliciis; quare summus proculdubio ingratus ille fuit, qui in mensa summa omnium, & cæna Christi vltima despexit tantum Dominum; summè vero gratus qui, in Crucis laniatibus, iniuriis, & despectibus aspexit ipsum Christum, agnouit eum Regem; vt in Psal. 39. Ambrosius annotauit; *Ad istorum omnium condemnationem latro crucifixus absoluitur; quia ille Christum in supplitiis agnouit suis, quem isti in beneficiis agnoscere noluerunt. Latro in Cruce regnum Domini conspexit, quod in Christi conuiuio Iudas aspicere contempsit.* At Iudæ non absimilis primæuus mundi parens, qui in mensa paradisi conuiuatorem & Creatorem

S. Ambros.

B piissimum ablegauit, dejecit, conculcauit; vnde iustè ab eo loco projectus cum dedecore, exilióque omnigenis laboribus insigni, rectissimè damnatus.

Duodecima ex ligni vitę æstimatione singulari, propterea quòd diuitiæ totius mundi foret & pariter deliciæ, lætitiáque completa, quo læta & immortalis mortalitas existeret; quæ aliter haudquaquam sic posset conseruari. Amorem demirandum poscebat arbor mira, & quòd homo, ac si esset, amore illius captus, affectū & nomen suum in eius blando cortice tenerrimè exararet, in more velut semper amasiis fuit omnibus, vt canit Mantuanus in Eclog. suprema;

Adami ad vitæ arborem amores quales debiti.

Virgilius.

——*Tenerósque meos incidere amores*
Arboribus; crescent illæ, crescetis amores.

Et Ouidius in Epist. Oenonis missa Paridi.

Et quantum trunci, tantū mea nomina crescunt;
Crescite, & in titulos surgite rite meos.

Arboribus inscribere amantium mos antiquus.
Ouidius.

C Quódque arbore cum muta amanter loqueretur, & stipite cū insensibili experte amoris mutui, amores commisceret, & sensus sui aculeos eidem contorqueret. Nam cum homo præsciuisset Eucharistiæ Sacramentum, & Christum in eo fore pro nobis reponendum, ac simul dictum lignum in figuram tam eximij mysterij sibi datum; vt octaua Enarratione n. 15. & 16. & nona n. 9. ostendi cum vndecimo; quis hoc callens non accederet ad arborem felicem, tantarum rerum pignus? amorésque continuos non ipsi decantaret? & carmina componeret? ac quælibet amatoria libenter ei persolueret? quæ possent sic componi, proferri, & dulcè cani. Tu arbor es salutis, & vitæ binæ meæ; non tantùm ad degustandum, & cibum ex te sumendum, à Deo mihi data, quantùm pariter ad gaudium vniuersale tecum ipsa perpetuò consequendum: non arbor, sed mei amor; nec adeò lignum oris, quàm potius cordis mei; vbi meum Conditorem pro me homine non solum præuideo factum hominem, sed etiam in cibo alio ad gratiis me ditandum oblatum freqoentissimè. Omissis rebus aliis, prædictis non minoribus, in quarum summo loco, vel solùm ob ipsum nomen futuri Sacramenti, iam illi ligno vitæ debebat omnes grates; Eucharistiæ nanque nomine, quod Græcè est

Quæ verba vitæ arbori deberet homo dicere.

Eucharistię quantùm

A bona gratia vocaretur Sacrū istud, cui quia fontem gratiæ concludit in se ipso, colludunt quæque laudes, debentur cunctæ gratiæ. Vnde olim iam Psalmographus contemplans hoc Mysterium, mirabilium Dei memoriam id ipsum nuncupauit, sed Confessionem & magnificentiā quæ verba plena sunt omnimodis præconiis, præmisit, vt notauit de Euchar. n. 3. Romanus Catechismus; *Confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus escam dedit timentibus se.* De quo aliquid Origenes lib. 8. contra Celsum; & lib. 6. cap. 34. præclarus Irenæus; sed melius ipse Christus, qui priusquam hunc panem charitate & potestate immensa conse-

gratiæ sint debitæ suapte.

Catechism. Roman.

Psalm. 110. 3. & 4.

B crarer, tā gratias suo Patri solemniter peregit, quàm oculos in cælum æqualiter leuauit, vt sublimes & eleuatas hîc gratias prærequiri huiusmodi signaret; sic claret ex Matthæo, & Marco, ac S. Luca rem istam describentibus.

Matt. 26. 27. Marc. 14. 23. Luc. 22. 17.

Quapropter si Adamus posterior & superior; *Pridie quam pateretur (vt dicitur in Canone) accepit panem in Sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cælum, ad Deum suum Patrem omnipotentem, gratias agens, benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis dicens; Accipite & comedite; Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur; Accipite atque bibite; Hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum;* Ita prior & inferior, non pridie quam pateretur, exi-

C lium paradisi, sed eodē primo die, ad ipsum quo translatus, & in eo collocatus misericordia summa fuit, tenebatur vitæ arboris egregium fructum illum in sanctas & insontes accipere suas manus, & oculis in Cælum ad Deum suum Plastem & pium Conditorem gratitudine eleuatis, ei gratias dulces agere, & fructum benedicere, ac ori admouens eum, & tribuens Euæ suæ, hæc verba subsequentia, vel alia persimilia profundere, atque dicere. Hoc, Domine, figura eximia est tui corporis, quod mei amore captus, tu capies aliquando; in panéque retribues, vt ita te sumamus; qua mente fructum istum accipio lubentissime, vt ille tam pro me, quàm pariter pro cunctis descendentibus à me, ex nunc iam computetur in

Ad fructum vitæ arboris quid homo primus diceret.

D perpetuam præseruationem nostrorū peccatorum. Quod Adamus si gratus huiusmodi fecisset, à gratia non excideret; at cecidit, quia figuram tam magni Sacramenti recipere neglexit; in quo sanè ingratitudine digna gratiam eripiendi, culpabilem se præbuit. Hoc autem iam minutim, & breuiter tengamus.

De Adami ingratitudine ad Sacramenti perceptionem.

11. PRæmisimus in n. præcedenti remissè, & vberrim in iis locis ibidem memoratis, Eucharistiæ vnicam vmbrā fuisse

lignum vitæ, atque vnicum Sacramentum pro tempore innocentiæ; ac ideo soli homini pro alimonia spirituali præcipoe destinatum. Nam Sacramenta pro hominibus tantummodo ordinantur; non pro Angelis, qui non egent auxiliis cõsimilibus; vel corporibus assumptis edendi verè & proprie capaces esse possunt; nec pariter pro brutis, quæ (per accidens quantumuis manducare prorsus valeaot, Echaristiæ Sacramentum) nihilominus non queunt Sacramentaliter, videlicet, intelligendo quod deglutiunt, accipere, & comedere. Ergo homines dumtaxat rei ista sunt idonei, quod in eorú non volgarem redundat excellentiam. Quare ex sui dignitate, singularitatéque personæ, qua vnus solus homo in mundo tunc extabat, plus ille adstriugebatur ad fructum vitæ ligni quam primùm manducandum, & gaudio excipiendum; vnde eius ingratitodo ex ista circunstantia, quam humanæ dignitatis appello, nimis creuit; Videatur si libuerit Alensis 4. p. q. 45. membr. 1. art. 1.

Quæ Adamum ad communicandum de vitæ ligno cogerent.

Alensis.

Ex Secunda, quæ puritatis humanæ dici potest, & puerilem Baptismalem uon parú superabat, hoc ipsum confirmatur; nam adeo purus erat Adamus ante culpam, vt S. Clemens Alexandr. aduersus dicat Gentes; *Primus homo, quando in paradiso erat, ludebat solutus, quoniam erat Dei puer*; id est, diuina quadam pueritia, & innocentia non terrena, sed cęlesti egregiè sublimatus, quę illum nihil minus ad opus de quo agimus eogebat, impellebat. Si etenim eleuatis infantulis ex fonte Baptismi mens daretur, prius panem nostrum peterent, quam pueri communem exposeunt multis precibus, vt colligo ex Bellarmino lib. 1. eap. 6. de Eucharistia per hæc verba; *Et quia omnis qui nascitur naturaliter appetit cibum, ideo etiam illi qui in Christo renascuntur, appetunt cibum renatorum; suo tamen loco & tempore percipiendum.* Quem pręcessit D. Tho. in sua p. 3. q. 73. art. 2. vnde forsan Augustini sententia peruulgata initium suum habuit; qua dicitur, sicut ventreaesuriunt panem alium, sic mentes esurire hunc panem Christi corporis, qui suapte filiis suis Fidelibus debetur. Nec autem quia puer tunc erat protoplastus, vt pueruli baptizati à prædicta Communione arceri tenebatur; hi nanque remouentur præcepto Eeelesiastico, ex eo, quia cibum à cibo non distinguant, vt decet tantum cibum, quem fide iacta in Deum, intellectúque subiode oportet manducari; Adam verò, qui in puritate, & nullatenus in puerili ætate consistebat, huic fructui comedeodo obstrictús magis erat. At quia in pueritia tam pura cibum quoque purissimum neglexit, puritatem totam ipsam, vel in sua posteritate, in fausta clade perdidit; vnde S. Bernardinus tom. 3. ser. 43. p. 3. ad vitæ lignum in alio figuratum, parentes eirca filios in pueritia & iuuentute huiusmodi adhortatur; *Hoc Sacramento augetur deuotio, & ideo vos ô matres inducite filias vestras & filios vestros ad confitendum & ad sumendum Christi corpus; alioquin non speretis quod vnquam boni sint.*

S. Clement. Alexandr

Adamus qualis puer mox vbi à Deo factus.

Bellarmin.

Puerili Baptizati vt panē Christi appetant.

Proficuus quantùm pueris sit cibus Eucharisticus.

S. Bernardinus.

Ex tertia, quæ commoditatis est temporis vocanda, hæc veritas vrgetur, & amplius roboratur; Nam etiamsi post Cænam sit condita Eucharistia, ob ea quæ inuenies in 3. D. Tho. art. 12. ad. 3. & q. 74. art. 4. non tamen nisi mane, à virísque ieiunis ex more coætaneo Ecclesiæ manducatur; de quo vetus Tertullianus ad vxorem lib. 2. sic fatur quinto cap. *Non sciat maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes*; & Augustinus ad Ianuarium Epistol. 100. *Placuit Spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti, prius in os Christiani Dominicum corpus intraret, quam cibi alij; ideo mos ille vbique seruatur* Quod etiã in ligni vitæ comestione Sacramentali placitorum Deo fore non possum non putare; quò cibus inter omnca longissimè primarius, ante omnes primo loeo ei debito ederetur. Claret hoc à displicentia, quam de aliter re facta Deus babuit quando dixit; *Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*; non quia vellet homini comestionem tanti ligni, de industria ab eo illi tam largè prius dati, concessi, & imperati, vt ipsi plus hæreret, reuocata voluntate, absolutè denegare, & prorsus prohibere; sed quia pium Dominum de ordine præpostero qui in cibo manducato pareoti nostro fuerat, quàm iustè pœniteret; quocirca à paradiso Adamus amandatur, vt cum sudore vultus sui vescatur pane suo, qui noluit sine labore Dei panem manducare.

D. Thom.

Ieiuni cur dumtaxat manducent Eucharistiã vel etiam à ligni vitæ figura per antiqua Tertullian. S. August.

Gen. 3. 22.

Gen. 3. 19.

Ex quarta eircunstantia ingratitudinis illius, quę pręceptę veritatis, seu veritatis sub præcepto quã rectè nuncupabitur, hoc idem communitur; sub præcepto nanque Deus mandauit primo homini de vitę ligno edere, provt n. 44. Enarrationis pręcedent. inuenies delibatum, & tractatum in mox sequenda n. 4. cum sequenti. Quare nihil demirandum si præcepto ligni vitę oblito & prætermisso ipse homo obliuioni Diuinę datus fuerit; nam vt ait Bernardinus serm. 1. in Cæn. Dom. art. 3. eap. 1. *Sicut necesse est subtracto cibo corporali corpus deficere, & languescere, sic animam subtracta alimonia spirituali perire & expirare, dicente Rege Vate; Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panē meum.* Quod si semel, & in mortis periculo tantummodo Diuino iure ligat Eucharisticum præeeptum, sicut n. 44. Enarrat. vitę arboris remansit explicatum, in hora mortis erat ex opposito præcepto Adamus constitutus; *In quocúnque die enim comederis, ex eo morte morieris*; vnde factum quòd non solum contempsit Sacramentũ, sed simul & Viaticum; quapropter illi eontigit quod ait Bonauentura, de præparatione quinto cap. *Item abiicit viaticum suæ peregrinationis, exponens se periculo mortis, quia nisi recipiat alimentum corporis Christi, & vita vegetationem, efficitur sicut aridum membrum, ad quod non transmittitur corporalis cibi alimentum.* Quæ mors per dictum verbum quotidianum & instantaneum acerbè minitata ex situ paradisi ad plagam orientalem plus hominem terrebat; quia iuxta Seuerianum in Cathe.

S. Bernardinus.

Psal. 101. 5.

Adam in hora mortis vt fuerit creatus. Gen. 2. 17.

S. Bonau.

Seuerianus

Lippo.

Lippo. *Deus hominem ibi primum habitare voluit, vnde principium lucis exoritur; nam quemadmodum sydera ab ortu egredientia contendunt in occasum, sic hominem oportebat à vita properare in mortem sui metam, & ab illa cito cadere* Quæ collatio tantò melior præsenti loco seruit, quantò sydera quotidie deueniunt in occasum, & homo vitæ lapsu quotidie in mortis falcem; quod vtique concordat cum verbis Dei pręcepti; *In quocunque die enim comederis, ex eo morte morieris.* Neque tantùm Diuino, sed etiam Ecclesiastico ad esum vitæ Adamus pręcepto cogebatur; tempus enim quo Eucharistico per illud figurato Fideles obligamur, Paschale sanè est, vt à nobis ostendetur Enarrat. subsequenti; quod Pascha propter flores coronatum quibus venit, communi voce hominum iam floridum vocatur; quo festo & Christi caro refloruit, de qua dicitur *Refloruit caro mea.* Sed quæ florida festiuitas, vt illa paradisi; vbi omnia viridantia, florigera, & fructifera perpetuò collucerent? Vtroque ergo præcepto ingratitudine perfracto, quid mirum si exilium, suppliciúmque ob id accepit legisfractor?

Quotidiana mortis pœna vt vera sit in homine, & etiam in cæli astris.

Psal. 27. 7.

Ex quinta, cui ex Dei consiliis nomen tribuo, res ista terminatur. Nam in fructus vitæ ligni obliuione multa homo illius fregit monita, quæ præscius pius Dominus addiderat præceptis, vt facilius possent hęc & melius obseruari. Primum quidem in paradiso ponendo patrem omnium, vt amore tanti loci, ne ipsum culpa perderet, peccatum foret illi maiori longe odio; quemadmodum Basilius in hom. de paradiso testatur in hunc modum; *Alibi creatum primum tandem paradisi habitatorem constituit, vt inter extraneam vitam & paradisi conuersationem, ex vtriusque collatione & differentia cognoscat melius homo pulchritudinis excellentiam.* Secundum verò ligno viuifico mortiferum eregionè componendo; *Ne obliuisci sui possent* (vt scribit contra Iulianum Cyrillus lib. 3.) *& per istud ad recordationem legis semper vocarentur, & viderent præcipientis excellentiam, & non ignorarent ipsum legislatorem, ac Dominum.* Tertium tandem vitæ arborem in meditullio paradisi terreni producendo; *Vt in medio paradisi homini conuersanti proximior esset reliquis, maiórque etiam ingratitudo si ex illa non gustasset;* Quemadmodum Procopius aduertit sup. Gen. Quæ omnia primus vir ingratè conculcauit, dum oblitus est de ligno vitali manducare. Iustissimè ergo pœnis iam ille flagellatus, conqueritur per Psaltem; *Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Nam de Adamo & Eucharista latente in vitæ ligno, intelligi hanc querelam & Glossa testis est, & Iacobus de Valentia exponens Psalmum istum, & S. Bernardinus hîc proxime allegatus. Vbi rectè fructum illum appellat panem suum terrigena conquestus, quia sibi procreatum, præceptum, & commendatum consiliis salutaribus, ad vtranque simul vitam quietè perennandam vt summè necessarium, intelligentiæ claræ oculis apertis

Consilia quędam Adæ indicta cum præceptis.

S Basilius.

Cyrillus Alexand.

Procopius.

Psal. 101. 5.

Vt Adamus magis fuerit ob cibũ non comestum, quam ob alium manducatũ percussus tam atrociter.

A cognoscebat; quare malum cum morsellum euomere non posset, ab illo ipse remorsus plorabat, & dicebat; *Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Quam quidem sectionis præsentis veritatem cum Philone volo adhuc expressè coronare, dum allegorico suo more, de opifico mundi ad finem in terminis his loquitur: *Id indigne ferens ille Pater (merebatur enim iram facinus, quandoquidem neglecta vitæ immortalis arbore, hoc est, virtute absolutissima, vnde longæuam ac beatam vitam carpere potuerant, breuem mortalémque non dico vitam, sed tempus ærumnosum pertulerunt) pœnæ meritæ sententiam eis intulit.* Hæc ille; quibus nulla pro nobis meliora.

Philo.

B *De Adami ingratitudine ad Sacrificij oblationem.*

13. HVius sanè circunstantiæ cum proximis cohærent. Obligatio nanque prima, qua homo in innocentia sacrificare ligabatur, ex illius dignitate fluebat naturaliter; homo quippe, & non mulier, vt postea semper viguit, Sacerdos tantùm erat. Mulier enim Sacrificij offerendi non est capax de iure naturali, sicut 4. sent. d. 21. communis fert sententia. In quo certè Sacrificij præminentia longe maior quam alia est Sacramenti; omnes etenim ad Sacramentum indifferenter admittuntur, at verò ad Sacrificium non alius præter hominem. Ergo homo, quia vnicus in mundo tunc viuebat, & vnicè debebat litare Sacrificium, de C illóque consorti donare partem aliquam, iuxta Christi Sacrificantis exemplar, de quo dicitur; *Benedixit ac fregit, deditque discipulis suis;* Etsi ista distributio de necessitate & Sacramenti essentia nunquam fuerit, velut omnibus cum doctis statuit Bellarminus lib. 6. cap. 10. de istomet Mysterio. Quo casu si mulieri de Sacrificio diuisisset, quod de fructu ligni vitæ, vt dixi in eo, foret, mulier vtique de fructu ambobus interdicto nequaquam viro suo dedisset, sicut dedit; quia vterque recreatus, armatúsque vitali, nec alium peroptarent, nec flebiles clamarent; *Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum.* Præterea, quòd Adamus inter gratias gratis D datas, statim fuit infulis decoratus Sacerdotij, & mox in paradiso, vt in templo illius temporis ditissimo, locatus; sicut locis aptioribus superius demonstraui; vnde magis hoc intuitu ad officium Pontificale exercitandum tenebatur; *Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus* (vt ait D. Paulus) *pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Et ideo Sacerdoti cùm Ordo summus datur, eidem enuntiatur; *Accipe potestatem offerendi Sacrificia, & Missas celebrandi pro viuis & defunctis in nomine Domini.* Cesset igitur admiratio si propter hunc defectum defecit pater orbis.

Adamus ante culpam ad offerendum Sacrificium quot modis obligatus.

Bellarmin.

Adam primus mundi Pontifex, & quale primum munus Pontificis sit hominis.

Hebr. 5. 1.

Secunda primi hominis obligatio ad of-

ferendum quæ aſſerit Apoſtolus, ab eius planè oritur eximia puritate, qua Sacerdos modò careat piaculo mortali, Sacrificium Deo ſemper offerre coarctatur, incurrere ni velit in illud quod de Miſſæ præparat. quinto cap. ſcribit vir Seraphicus; *Hic quantùm in ipſo eſt priuat Trinitatem laude & gloria; Angelos lætitia; peccatores venia; iuſtos ſubſidio & gratia; in purgatorio exiſtentes refrigerio; Eccleſiam Chriſti ſpeciali beneficio; & ſe ipſum beneficio & remedio contra quotidianas infirmitates.* Quamobrem de quocunque pro Sacrificiis deputato Sacrificare negligente, & Creator & Creaturæ, & in pœnis purgatorij acerbè patientes, querimonias valent mæſtas formare ſummo iure. Quo vltimo, videlicet, animarum cruciatus ignitos ſuſtinentium, Adamus in ſe ipſum crudelis valde extitit; in camino dum ardenti præcepti conſtringentis, & examinis atque acris certaminis vrgentis, contempſit celebrare. Noë valde inferiore ditatos puritate, à Baptiſmi quantumcunq; clariſſima figura recenter emundatus, Sacrificium tamen illico in gratias Deo obtulit; Adam vero à tenebroſis non entis lucidatus, fulgoribúſque plurimis præ omnibos adauctus, nil ſimile peregit, ac ideo iuſtè cecidit.

S. Bonau. Sacerdos non impeditus non celebrans quid agat.

Gen. 8. 20.

Tertia ex temporis commoditate non male ſic conflatur; quia tempore matutino fit noſtrum Sacrificium, figura cuius illud & prima & maior erat; quocirca primo mane offerri congruebat, vt vmbra ſuæ luci perfectius reſpondetet. Multa poſtea Sacrificia litauit vir terrenus, ſed omnia veſpertina poſt culpæ ſuæ veſperam; non autem matutina in ortu ipſius gratiæ; cum tamen matutina, vel etiam in lege Moyſis, Sacrificiis veſpertinis præſtarent longo tractu. Vlterius, quòd in anni feſtiuitatibus maioribus ad actum celebrandi tenentur Sacerdotes; qood autem feſtum nunc ei valet comparari, virtutes vbi cunctæ tripudia factitabant, homo verò cum Angelis cantabat dulces modos, omniáque oblectamenta ſoluebant ei tributa; & vitia ſola illic non ſolum non mutire, ſed potius obmuteſcere ſciebant per quamoptimè. Non demiror cur in culpam corruerit Adamus, cum omiſſio Sacrificij in ſolemnioribus diebus, ſecundum D. Tho. in ſua 3. p. q. 82. quod ego non diſcepto, mortalem ſecum trahat: hoc autem non ſolummodo ex neceſſitate perurgenti præcepti naturalis, quod inſtinctu ſuo valido, & cunctis pluſquam noto ad Sacrificia nos compellit, ſed ſimul ex Diuini; vt modò palam faciam.

Cur Adamus veſpertina, non autem matutina Sacrificia Deo obtulerit, cum ſint hæc meliora.

Exod. 29. 38. Num. 25. 9.

Sacerdos quot diebus ſacrificare teneatur.

D. Tho.

14. Quarta ex vario & omniformi præcepto deriuatur, quo Sacrifici pro re Diuina conſtringuntur; videlicet, æterno; Diuino; naturali; & inſuper humano; iſtæ enim legum ſunt diuiſiones principales, quę officium Sacrificandi pręceptis ſuis augent, & vrgent nimis fortiter; de quibus D. Th. 1. 2. q. 91. ar. 1. & Salon de Iuſtitia q. 57. ar. 1. Lex æterna eſt Diuina ac firma prouidentia, qua ab ipſa æternitate res cunctas Deus prouidit, & eas nunc gubernat. Lex

Præceptorũ, legúmque, quam varium ſit diſcrimen.

D. Tho. Salon.

A Diuina, quæ à Deo in vtroque teſtamento egregiè fuit condita; ſeu ſcripta, ſeu reuelata hæc ſaltem cogitetur, & Patrum traditione immemorabili firmata. Lex naturalis, quam naturaliter Deus cordibus mortalium inſeroit ab initio, vt naturę ductu proprio à cunctis agnoſcatur, & apprimè ſeruetur. Lex humana, quæ per homines deducta à naturali, humanis ſanctionibus munitur, ampliator, quæ quidem ſanctiones vel Canonicæ & Eccleſiaſticæ, pro Eccleſiaſticis perſonis, vel pro ciuibus ciuiles, diuiſione ſatis nota, vocantur frequentiſſimè.

Lex æterna quænam ſit, & etiam quę Diuina.

Quæ naturalis, & humana.

Præceptis quarum legum ad Sacrum faciendum impellitur Sacerdos in feſtis grandioribus. Præcepto ſanè æterno in verbis
B Regis Vatis; *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*. Nam licet hæc æternitas de duratura ſit ætate, ob æternam voluntatem, explanari rectè poteſt, de tota æternitate, quæ *Vita interminabilis eſt integra poſſeſſio*; apud Boëtiom lib. 5. de conſol. Philoſoph. non quòd actio Sacrificandi æternitati miſceatur, & extra tempora ſæcularia vtcunque prolongetur, ſeu tam ante quàm poſt mundum finibilem extendatur, ſed quia ab æternitate Deus voluit Sacrificia; & maximè Euchariſticum, qood modo meliori amoto tandem velo, in cælis Chriſti corpore conſpecto, perennabitur. Diuino, nihil minus in manuum impoſitione, qua Deus priorem hominem, vt tertio dixi numero, creauit Sacerdotem; & in multis Sa-
C crificiis, quæ antiquis Sacerdotibus ſub lege Moyſis dedit, quorum ratio iam à mundi initio militabat. Et in præcepto obligatorio quod ſuis Chriſtus poſuit; *Hoc facite in meam commemorationem*; Sacrificandi nanque vim ab Eccleſię fundamentis ineſſe verbis iſtis, oſtendit in hunc modum ſeſſ. 22. cap. 1. Concil. Trident. *Chriſtus Apoſtolis, quos tunc noui teſtamenti Sacerdotes conſtituebat, corpus ſuum vt ſumerent, tradidit eiſdem; eorúmque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit per hæc verba*; Hoc facite in meam commemorationem; *vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit, & docuit.* Facitque Bonauentura de Præparatione quinto capite, tam pro iſto Sacrificandi pręcepto nobis dato, quam pro culpa primi hominis Sacrificium magno damno & clade relinquentis, huiuſmodi ſe
D habens; *Sacerdos ſolutus à culpa mortali, qui non vult celebrare contemnit Chriſti præceptum, quod ideo ipſe tradidit comminatoriis verbis*; Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis; *vt nobis ſuggereret in obſeruatione huius præcepti conſiſtere vitam noſtram.* Naturali, in eo iure, naturæque dictamine, à quo munus immolandi dimanat naturaliter. At verò cum natura, & Deus nil fruſtra faciant, vt in 5. Phyſicorum ſcribit Ariſtoteles, ad Sacrificium in paradiſi ſolemniſſimis diebus Adamus cogebatur; fruſtranea quippe dignitas exiſteret tam magna Sacerdotibus collata, ſi diebus ſolemnioribus hanc illi non explerent; quemadmodum

Quot præceptis ad Sacrificandum Sacerdos obligetur.

Pſal. 109. 4.

Æternitas quid ſit. Boëtius.

Luc 22 19.

Conc. Trid.

S. Bonau.

Ioan 6. 53.

Ariſtoteles. Sacerdotes magnis diebus ſacrificare cur obſtricti.

Suarez

Suarez. Henriquez.

Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 80. sect. 1. & Henriquez lib. 9. de Missa cap. 23. non malè argumentantur. Præcepto tandem humano, Ecclesiastico, & ciuili, seu etiam iuris gentium, quoscunque mundi ciues & viros amplectente; quia Ecclesia sacrificare in multis iubet legibus; & nullæ gentes vnquam fuerunt tam ac leges, ex prorsus inciuiles, quæ officio Sacrificandi grauissimo caruerint, imò etiam quæ hoc ipsum non summo sumptu egerint; vt ait noster Castro verbo Missa hær. 2. & de Romanis satis latè Brissonius lib. 1. de formulis eorum, vt de populis tam barbaris quam pariter vrbanis per orbem dissipatis, notissimi sunt restes & Druidæ inter Gallos, & Dryopes in Græcia; & Brachmanes in India, & adusti Gymnosophistæ in tetra, fœda, & mæsta caligine Æthyopiæ; quorum pietas ex prouinciis ab eis remotissimis, magno eos tam videndi, quàm inuisendi desiderio, vt auctor est Hieronymus in epistol. ad Paulinum, pertraxit Apollonium. Quocirca in tanto cultu, ac etiam inter Gentiles Sacrificandi cura maxima, & maxima frequentia, vltra tantas præceptorum dictorum rationes, ex scandalo peccabit qui in festis celebrioribus Sacrificare recusauerit, vt doctè atque deuotè in Instruct. Sacerdot. tract. 7. cap.

Castro. Brissonius.

Sacrificandi quæ frequentia & cura inter Gentiles; vbi agitur de multis illorum Sacerdotibus. Hieronym.

Ex non Sacrificando cùm graue fit scandalũ.

A 8. §. 1. Molina Pater notat; qua doctrina plus Adami omissio duplicatur.

Molina.

Quinta & vltima obligatio rem Sacram faciendi diuinis ex consiliis, præfatis aggregatur; consilia nanque multa & adiutoria perutilia Deus primo dedit homini, quò posset non procumbere, superius delibata; quibus debet illa dulcis harmonia copulari, in opere sex dierum descripta per Arnaldum, qua ille ād vitæ ligni conuiuium inuitabatur: *Ne auditui* (fatur iste) *deesset quæ mulceret dulcissima melodia, supernè in ramis cedrorum vel aliarum arborum Phœnix viuax psallebat, ac psitacus, & multiplici concinnentium nuium vna erat consonantia. Huiusmodi ad mensam Protoplasti excubabant tibicines, talésque cytharistas haberet illa originalis antiquitas.* B Quémadmodum è contrario ad ligni mali esum serpentis tantùm sibilus, & verba venenata, quæ hominem naturali horrore deterrebāt, & dæmonem ostendebant, audita sunt ab eo. Quapropter maior fuit Adami ingratitudo, in Deúmque iniuria; vt 2. sent. d. 23. q. 2. in fine sic concludit Seraphicus Præceptor; *Diabolus Adamum inuasit, non ex defectu Dei custodientis (qui enim tot præsidiis armauerat & sepierat) sed potius ex ingratitudine hominis custoditi*; qui taliter custoditus, se noluit custodire.

Adamum quæ cogebāt ad esum ligni vitæ, & ab alio deterrebant.

Arnaldus.

Adamo quinam Musici ad mensam illius luderent.

S. Bonau.

DE SACRIFICIO CVI ADAMVS IN innocentia teneretur, vbi interni externíque primigena & præcipua libatur distributio.

15. VIso quomodo Sacrificium Adamus non obtulerit, videamus, quod Sacrificium offerre tenebatur; & quod offerrent homines, si illa fœlix vita perenniter durasset. Quæ quęstio tanquam ad tempus innocentiæ verè pertinens, ante positum præceptum, hîc sibi locum vendicat; nam vtique post datum, inculpam mox contendere incepit miser homo.

Prima igitur & radicalis Sacrificiorum distributio à cunctis in internum, externúmque formatur; cum Angelico D. 2. 2. q. 85. ar. 2. C. & 2. ad 3. & 3. p. q. 22. ar. 2. C. & q. 82. ar. 1. ad 2. E quibus primum est nobilius, & vtilius, propertereáque communius, ac magis necessarium in foro conscientiæ; ad quod omnes propter istas relaras qualitates tenentur Christiani, cum ipso D. Tho. 2. 2. q. 85. ar. 4. Quo sensu à D. Petro Fideles quiqui latè dicuntur Sacerdotes; *Vos autem genus electum regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*; quantumuis hoc hæretici de Sacrificio exteriori tam perperam quam prauè non timeant explicare. Secundum verò externum solemnius ex se est, ac magis necessarium in foro Ecclesiastico. Ratio vera cur nobilius, vtilius, & communius sit primum Sacrificium videlicet internum, hæc aliis prior est, quia pertinet ad actionem internam gratiarum;

D. Tho.

Sacrificia in interiora, & exteriora diuiduntur.

1. Petr. 2. 9.

Internum Sacrificium externo cur nobilius, vtilius, & cõmunius.

C quæ anima est quodammodo cuiusque Sacrificij, vt lib. 1. cap. 18. contra aduers. legis & Proph. attingit Augustinus. Deinde, quia spectat ad virtutes Theologales, maiores cunctis aliis, in actum producendas, & interioribus impulsibus primariò conseruandas. Tandem autem ad deuotionem generaliter acceptam, quæ bonorum vniuersorum spiritualium fons est prima, & cordis immolatio, atque viscerum nostrorum Sacrificatio præcellentior; in qua non alienus, sed proprius sanguis funditur; nec pecudes irrationales, sed ratio, mens, & anima spiritualiter mactatur; & quantùm nos excedimus brutales animantes, Sacrificium D tantùm internum externum supergreditur; vnde P. Damianus lib. 8. epist. 14. pijssimè profatur; *Pias lachrymas, profundos gemitus, alta suspiria offerto. Vltro etiam quidquid sapitis, quidquid potestis, quidquid viuitis, quidquid est quod spiratis, in ara vestra deuotionis imponite; & sic vos Deo, quod holocaustis omnibus maius est, Sacrificium adolete.* Hinc fit, vt Sacrificium internum & inuisibile complaceat sine alio visibili & externo, sed visibile absque inuisibili nequaquam Deum placet; sicut homini impedito ad operandum, sine operibus voluntas eius valet, sine voluntate vero opera nil vnquam valuerunt; & hinc, vt sit postremò tam magis necessariũ, quam pariter communius in foro conscientiæ; ni-

S. August.

S. P. Damianus.

mirum quia vtilius exiſtit naturaliter; quæ enim res eſt melior communior ex ſe eſt (nam bonum eſt diffuſiuum) ac ſimul neceſſarior. Ratio autem propter quam ſolemnius eſt externum ac magis neceſſarium in foro exteriori, quo iudicat Eccleſia, hæc ſanè tam germana, quam vera ſeſe offert, quia Sacrificium ex ſuamet intrinſeca ſubſtantia, oblatio eſt Deo facta viſibilis & nota; vnde dicitur *Sacrificium*; vel ſecus *Sacrum factum*; ſeu potius *Sacrifactio*; & expreſſius *Sacrificatio*; quo nomine fortaſſis appellaretur multò meliùs, vt indicat Magiſter d. 13. in ſuo lib. 4. & Gregorius in cap. *Multi* 5. q. 1. Idem autem ſacrum facere, quàm Deo rem offerre, hanc prius conſecrando, & in ſacram ex ſæculari, benedictione tranſmutando, quod non niſi in re externa contingere ex ſe poteſt; D. Tho. 2. 2. q. 85. ar. 3. Nec Eccleſia quæ de notis ſententiam ſolùm fert, habere tantùm poſſet, & acceptare pro Dei cultu internum Sacrificium, vt lib. 10. cap. 5. de Ciuit. Dei ſcribit Auguſtinus. Quæ ambo Deo offerre Adamus tenebatur, tam actionem gratiarum interius efformatam, beneficia propter ſumma hucuſque recenſita, quam externam oblationem corporeæ rei cuiuſuis, vt Eccleſiæ, cuius caput, & primus erat Pontifex, per externum Sacrificium deuotionem, ſui internam anteſtatam demonſtraret.

Externum Sacrificium ad extra cur vtilius ac magis neceſſarium. Sacrificium quid vox ſonet. Magiſter. D. Tho. Eccleſiæ cur non ſatis internum ſacrificium. Auguſtin.

De alio Sacrificio, cui in ipſo puro ſtatu vir primus arctaretur; vbi de alia diuiſione in cruentum & incruentum memoria celebratur.

16. OCcurrit nunc quærendum, externum quodnam Sacrum, cruentum, an incruentum offerret mundi parens; quorum primum ſine cruore & ſanguine litatur, vnde & nomen incruenti obtinuit hac de cauſa, ſecundum verò niſi cruore diſſipato, vnde dicitur cruentum, à priſcis agebatur. In qua ego quæſtione ignotum nulli puto, incruentum proculdubio tunc fore Sacrificium; quia licet carnem humanam, vt ſupponimus cum Scoto, aſſumeret Dei Filius, non ideo moreretur; at cruenta propter hoc à Deo ſunt præcepta, vt Nati ſui mors totius vitæ fons, ad viuum ſignaretur, expectatáque hac forma viſibilis plus eſſet. Ita Henriquez lib. 1. cap. 5. §. 3. de Sacrament. in gen. Additur autem per Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 75. ſect. 6. quòd ſi eo fortè temporis inſtitueretur Euchariſtia, nullatenus ea iſteret ſpecie ſub vtraque; dum diuiſio ſpecierum diuiſionem Chriſti corporis, ſeu ſanguinis à corpore proponit ante oculos, vt docet D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 2. ad 3. ſed tantummodo ſub pane; ſemper enim panis foret, qui reſpectu Diuinitatis deſcenderet à cælo. Nec diſplicet quod iungit Meuriſſe de Euchariſtia cap. 2. q. 2. concl. 1. non in memoriam Paſſionis; cum neutiquam tum Chriſtus pro nobis pateretur, ſed in memoriam amoris eius celebratum ſolum iri huiuſmodi Myſterium. Nec etiam Sacramentum, Sacrificiumve huiuſmodi pro fomite mitigando peccati conderetur; quia homines haudquaquam in culpam laberentur; multorum iuxta mentem, quorum placitum libatum Enarrat. præcedent. num. 43. præ aliis mihi placet, vt placuit & Alano Cardinali perquam docto, de Sacrament. in gen. cap. 27. Quantumuis ſi peccaſſent, vt aliqui econuerſo probabile opinantur, nil dubij ſacrificio Sacramentóque fuiſſe ad veniam reducendos.

Sacrificia in incruenta, cruentaque diſſecta. Incruentum ſacrificium cur tempore innocentiæ. Henriquez. Suarez. D. Tho. Meuriſſe. Vt Chriſtus carnem ſumeret, & Euchariſtiã conſtitueret, in tempore innocentiæ. Alanus.

Quod illud tandem foret offerendum Sacrificium; & an fuerint conducibilia tunc plura vel tantummodo Sacrificium verè vnicum, & valde ſingulare; & an iſtud primus homo obtulerit, necne.

17. HVcuſque patefeci innocentia perdurante externum & incruentum Sacrificium Deo eſſe Adamum litaturum; quod autem Sacrificium, hoc ego non aperui; niſi paulò ſuperius octaua Enarrat. ad n. 16. & nona n. 11. ſententiæ cuius nunc oblitus nullo modo, non ſolum vires eius intactas hîc relinquo, ſed etiam plus confirmo; tam cum S. Auguſtino ibidem recenſito, quàm cum Angelo ſcholarum 3. p. q. 61. ar. 2. & 3. ac tandem cum Alano recenter allegato, vbi externum & incruentum innocentiæ Sacrificium fructum illum vitæ ligni firmiſſimè tuetur; vnde vnicum futurum, bis colligo & adiicio non vanis argumentis. Primùm, quia vitæ arbor, vt in eius Enarrat. oſtendi ſatis latè in mundo tantùm vna. Deinde, quia ratio ob quam tot Sacrificia & Sacramenta poſt peccatum Deus homini conceſſit, hæc fuit, vt mortales remediorum tam multorum, quæ gratiam (cum tot eſſent) non niſi in Chriſti fidem venturi conferebant, infirmitatem recognoſcerent, neceſſitatémque humanam acutius introſpicerent; quæ ſubſidiis tam diuerſis egebat non ſolummodo, ſed etiam ad ſanitatem nec ipſis remeabat; ac tandem vt medicinam venturi Redemptoris & illius Sacrificium ac Sacramenta ſalutifera, ſub priſcis occultata, ardentius ſuſpirarent; ſecundum quod exiſtimat B. Auguſtinus lib. 1. cap. 11. de peccator meritis, & lib. 2. cap. 25. de peccat. origine; & lib. 1. cap. 8. ac 3. cap. 4. contra epiſt. Pelag. & ſcribens ad Hieronymum epiſt. 19. At tempore innocentiæ & integræ naturæ, Sacrificium tantum integrum hominibus ſufficeret, tum ad Chriſtum patientia dulciſſima expectandum, quàm ad commoda Sacrificiorum, poſt pauca delibanda, idoneè capeſſendum. Ergo vnicum, non plura in tẽpore innocentię. Tandémque quia Auguſt. lib. 13. cap. 20. de Ciuit. Dei Sacramentum lignum vitæ diſertis verbis aſſerit; *Tanquam cætera ligna alimento ſolum eſſent, & illud Sacramento.* Ergo

In tempore Innocentiæ quod foret ſacrificium. Auguſtinus. D. Thom. Alanus. Sacrificia & Sacramenta cur olim tam multigena. S. Auguſt. S. Auguſt.

vnicum

vnicum Sacramentum: non enim reproduci, vt dixi in paradiso, vitalis posset arbor, nec homines Sacramenta valerent instituere; nam cum gratiæ promissioné annexam à Deo habeant, ab ipso solo queunt disponi, & ordinari, in quo quidèm non permodice à Sacrificiis distinguuntur. Hæc nanque ex semetipsis, nisi aliquid obstaret, vt

Suarez.

asserit Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 73. sect. 4. à nobis condi possent. Et sicut lignum vitæ Sacramentum foret vnicum, sic etiam illius temporis Sacrificium tantum vnicum existeret in orbe; quemadmodum de paradiso Enarra. demonstraui. Nunc secundam quæstionem, an congruerent Sacrificia, vel saltem quoduis vnicum in tempore innocentiæ, pro modulo soluamus; nam congruisse Sacramenta hîc dixit Augustinus; nosque dicemus latius, hoc iterum Elimando, ad numerum vigesimum.

Sacrificia an plura licita in tempore innocentiæ.

18. De primo an essent multa decentia Sacrificia lib. 4. sent. d. 1. q. 2. art. 2. negantem Sotus tenet, quam multis & operosis confirmat rationibus. At verò affirmatiua, quæ hodie magis arridet, indubitabilis est mihi ex istis cógruentiis. Prima sanè, quòd

Sacrificia ex semetipsis de iure naturali.
Augustinus
Chrysosto.
D. Thom.
Bonauent.
Venetus.
Aristoteles.

Sacrificia de iure sunt naturæ, vt habet Augustinus Epist. 29. Chrysosto. apud Glossam ad istum locum Genes. D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 1. Bonauentura sup. 4. d. 1. q. 3. n. 73. & in Harmonia mundi Venetus Cant. 3. ton. 3. cap. 8. cum sequenti; vbi testem validissimum adducit Aristotelem; qui semel atque iterum Pulitic. lib. 7. cap. 8. & 8. Ethic. cap. 9. hanc tenuit veritatem; nec etenim vel Gentes hoc latuit fundamentum, vel ipsas prorsus mundi efferatas nationes, indicatas paulò supra sub n. 14. quæ deposita feritate, inciuilique natura, per Sacrificia summum Numen placandum existimarunt, quoniam sicut Dei vnius Creatoris & Seruatoris vniuersalis creaturæ hominibus est cunctis cognitio naturalis, ita illum pio cultu venerandum & respectandú natura cunctos docuit. Secunda, quia primò & principaliter

Sacrificia non ob vitia curanda primo loco, sed ob Deum venerandum & quare stabilita.

Sacrificia nó adeo sunt creata in culpę medicamen, quàm potius atque priùs in humilitatis versus Deum subiectionisque iodicium; & actionis gratiarum eidem solutarum, ob sua multa in nos & crebra beneficia. Beneficia verò culpa nullatenus extante maiora valde essent; ergo etiam Sacrificiis decenter gratulanda. Tertia, quia constans homo ex anima atque corpore, etiam corpore teneretur exteriùs adorare, & Sacrificiú in rebus simul externis immolare. Quarta, quia ex sese homo est animal sociabile, politicéq; viuens, quod meliùs tum contingeret, dissidio nullo pacem humanam conturbante; nemo auté in religionem, vel rempublicam cum aliis diuersis congregatur, nisi per aliquem Dei cultum visibilem & externum, vt contra Faustum Manich.

Augustinus

lib. 9. cap. 11. scribit Augustinus. Quinta tandem, quia Ecclesia dumtaxat spiritualis non esset illo tempore, sed etiam corporalis, visibilis, & nota, quapropter necessariò

A per notas conspicabiles debebat ab Ecclesia dignosci triumphante, & per signa visibilia in vnum copulari; vt de Hierar. Eccles. cap. 1. testis est Antistes Parisinus. Præsertim

S. Dionys.

cum in cælo externus famulatus, in gestibus decentibus, tam corporis, quam oris, sit Deo persoluendus. Multò igitur congruentiùs in Ecclesia citra culpam in mundo victitante; prout optime considerat Alanus allegatus; Suarez de Euchar. disp. 3. Valentia in 3. p. ad q. 61. Henriquez lib. 1. de Sacrament. in genere. cap. 5. §. 3. & omnes frequentissimè.

Sacrificium tantùm vnicú ex fructu ligni vitę in tépore innocentiæ.

De secundo puto ego ob status tam eximij perfectionem singularem, non plura, sed tam vnicum quàm optimú Sacrificium futurum vitæ ligni mirandum fructum illum; B vt sæpius indicaui; quem Adamus tenebatur ex arbore decerpere; deinde Deo offerre; ac vltimo comedere, & dare suæ fœminæ, quò etiam manducaret. Omne etenim quod Deo in Sacrificium collimatur, per modum sibi idoneum consumi decens est; tum ob aliam rationem inductam post peccatum, de qua simul cum materia vniuersa de Sacrificiis loquemur in Abele; tum quia condecebat, vel tempore innocentiæ huiusmodi consumptio; est nanque Sacri-

Sacrificia cur cósumi decéti modo debeát.

ficium subiectionis versus Deum suprema protestatio; at suprema protestatio, quę etiá tunc daretur, non solum rerum vsum, sed etiam rerum finem, excidiúmque supponit; quam vtique Sacrificij significat consumptio; etsi pariter sit signum, quàm Deo sint accepta humana Sacrificia; quæ ideo à cæli C flammis non paucies sunt absumpta. Quod Adamus cum non fecerit, propterea iustè cecidit. Sed iam tertiam quæstionem in titulo præfixam, an ille in paradiso de ligno vitæ ederit, examini tradamus.

Gen. 3. 22.

19. In hac quidèm negatiua Dei ore asseueratur; *Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Nec ille in interuallo dierú tam paucorum de rebus tam aduersis, vt de Deo

De fructu ligni vitæ an homo primus ederit.

venerando per tale Sacrificium, & cibum à se consumptum; ac de Deo despiciendo, in culpa quam commisit, tractare simul posset; nec diabolus cum homine tam citò Deum apprimè colente & reuerente, auderet dimicare, nam olla quæ feruescit, à muscis nó inuaditur. Non quòd homo vitę lignum vbi erat non cognosceret, sicut leui fundamento lib. 3. sup. Genes. cap. 29. insignis D planè vir Rupertus Abbas credidit; nimirum, nec Adamum, nec dæmonem nouisse,

Rupertus.

vbi erat in paradisu plantatam vitæ arborem; nam & homo post peccatú de illa mox acciperet, vt viueret æternus; & dęmon ad id hominem, vt miser esse posset in annos sempiternos, ardentius incitaret. Ná quamuis ille in verbo. *Ne fortè sumat de ligno vitæ,*

An vitæ ligni locum ignorauerint cum Ruperto Adamus, & diabolus.

videlicet fortuitò, & casu, non accessu ad ipsum destinato, hanc ponat ignorantiam; non probabilis, sed falsa tam in homine, quam in dæmone hęc penitus videtur; tum ex placito communi, cui desipit in hac re doctissimus Rupertus; tum ex omnibus huc úsque de ligno celeberrimo à nobis euul-

gatis; tum deníque ex ſententia qua ille tale ratus, diuersè ponderata; non enim dixit Deus; *Ne fortè ſciat ille, quo loco lignum vitæ, ac fructum ſumat eius, & viuat in æternum.* Sed *Ne forte ſumat de ligno vitæ*; quod ipſius cognitionem patenter præſupponit, expulſionémque à Deo fuiſſe maturatam, ne tempore tranſacto doloris tum concepti, de ligno tali ſumeret. Quòd ſi dicas, cur de eo nõ illico comedit, vt viueret perpetuò, tam multiplex quam facilis occurrit de hoc ratio; quia, ſcilicet, tunc rerum quam magna perturbatio, & ſubita mutatio, ac pariter nuditatis acerrima confuſio, & propriæ ſuæ carnis rebellis agitatio, cum multis quę non poſſunt ſermone comprehendi, inhabilem ipſum prorſus ad ſimiles conatus tentandos contra Deum, & à dæmone audiendos mirando ſpaſmo redderent. Vlterius, quòd diabolus, nec de omnibus quę vult humanos ſemper tentat, vt docet Iob hiſtoria. At tempore excurrente perculſus homo poſſet viuendi deſiderio, impulſibúſque aliis de ligno vitę edere. Et ſimul quia neutiquam valebat præcognoſcere, quàm magnum malum eſſet, poſt culpam miſerũ eſſe, & ſimul immortalem; vnde quia neſciebat hoc malum funeſtiſſimum, & edens per ignorantiã de illo ſic euaderet, propterea dixit Deus, vel puniens clementiſſimus. *Ne fortè ſumat de ligno vitæ & viuat in æternum.*

Sacerdotes quot & quales in tempore innocentiæ.

20. Quoniam autem Sacrificia Sacerdotes per ſe exigunt, quot & quales Sacerdotes futuros eo tempore, nunc intrat explicandum. Qua in re viros omnes hoc munere functuros hac propter verũ credo, quia vtique naſcerentur repleti cunctis gratiis, in quibus hancce illis deeſſe non poſſibile, vt tertio dixi numero; inſinuátque Henriquez in ſuo lib. 1. cap. 5. §. 7. de Sacrament. in genere; vbi etiam ſine cælibatu, vt ſanè per ſe patet, victuros auctor eſt. Nec debet prætermitti obſeruatio ſummò vera, & valida in hæreticos; videlicet, quòd Adam Sacerdos ſemper fuit, vel tẽpore, quo ſolus cum Eua victitabat; ſed mulier in Sacrificiis non poteſt opem ferre, ergo ſolus ſine miniſtro offerre tenebatur, quin eius Sacrificiũ hac cauſa caſſum foret, vt neq; Miſſa eſt, quantumlibet priuata, etiam in caſu, quo acolythus non adſit Sacerdoti, quo tamen non obſtante Eccleſiæ verum & publicum eſt Miſſa Sacrificium, quia publicus Eccleſiæ Miniſter eſt Sacerdos, & Miſſa ſemper publicum, vel etiam cum recondita, Eccleſiæ Sacrum factum; de quo Epiſtol. priori ad Tim. hom. 6. & lib. 6. de Sacerdotio Chryſoſtomus legatur; Auguſtinus de Eccleſiæ dogmatibus cap. 30. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 6. Bellarminus lib. 6. cap. 9. cum ſequent. de iſto Sacramento; Suarez de hoc ipſo diſp. 87. ſect. 1. & lib. 2. cap. 6. aduerſus Regem Angliæ. Nec ſolùm primi hominis exemplo hoc roboratur, ſed Abelis & Caïni qui Sacrificium Deo Soli ſine aliquo coadiutore non paucies obtulerunt; & Abrahami, qui huiuſmodi aſcendit montem ſolus, vt filium iugularet.

Henriquez.

Vt Miſſa plus priuata Sacrificium ſemper publicum exiſtat, & quapropter.

Chryſoſtomus. Auguſtinus Conc. Trid. Bellarmin. Suarez.

Gen. 22, 5.

A 21. Solent autem Sacrificia in templis celebrari; at de templis innocentiæ dicendum quid ſupererit? Ego ſicut Sacrificiũ & Sacramentum illius temporis vitale pomum reor, ſic Templum paradiſum futurum verum puto, vt dixi eodem numero, hîc proximè allegato, & 8. Enarrat. ſub n. 16. ad quod homines concurrerent è cunctis mundi finibus; vt eadem Enarrat. vigeſimo ſecundo eſt numero explicatum. Non deeſſent tamẽ alibi quammulta pulchra nemora, pro aliis Religionis agendis exercitiis; quemadmodum in Iudæa, & extra Regnum idem plures erant per Iudæos extructæ Synagogæ, at verò pro ſacrificio dumtaxat paradiſus, vt poſtea fuit templum Ieroſolymis conſtructum; in quo tibi ne fortaſſis B temerarius ego videar, maiora multò audi, quæ valde doctus habet Alanus Cardinalis de Sacrament. in Gen. cap. 27. ad calcem illius dicens; *Nec quidquam facit contra hæc, quod quidam obiiciunt, hac ratione & templa & Sacerdotes tum futuros neceſſariò; quod primò negari poteſt, cum hæc tunc liberè à quouis & vbiuis fieri potuiſſent. Tum verò ſi Sacerdotes & templa illis temporibus conceſſerimus, non erit abſurdum; non magis, quam quod reſpublicas & ciuitates credimus tum futuras; cum homo etiam tunc fuiſſet animal ſociabile; nec haberet vtique aliam nobiliorem cauſam conſtituendæ reipub. & ineundæ ſocietatis, quam nomen religionis & diuini cultus.*

Futura quęnam templa in tempore innocentiæ.

Alanus Cardinal.

Innocentia perdurante an forent ciuitates.

C *Idem quæritur de Sacramentis in tempore innocentiæ, An forent illi ſtatui felici congruentia; & an aliquod Adamus tum temporis acceperit.*

22. HÆc quæſtio paulò ſupra ad n. 17. Et alibi non ſemel à calamo Auguſtini iam fuit reſoluta, dicentis fructum arboris vitalis Sacramentum fuiſſe primo homini; proindéque & reliquis, ſi culpa non admiſſa perſiſterent in gratia. Nunc tantùm rationem illius ponderemus, an recta ſit, & concinna, & Sacramenta congruentia pro tempore innocentiæ: cũ enim non ad Deum laudandum, vt Sacrificia; ſed D ad hominem ex peccatorũ colluuie eripiendum, & gratia veſtiendũ hæc fuerint creata, videtur, quòd ſi omnes gratioſi Deo forent, inſtrumenta quæque gratiæ ſuperflua redderẽtur; ſed abſit hoc putare: eſſent enim Sacramenta, vel etiam tunc proficua, ex iis quæ ſequuntur, non vanis rationibus. Prima, vt gratiam ſuperadderent, quod etiam perfectiſſimis conduceret quamualde. Secunda, vt ad maiorem deuotionem prouocarent, ad quã ſigna exteriora ſubſeruiunt maximoperè; qua ratione exiſtimatur, & homines tum temporis ſignorum non tantummodo huiuſmodi inuentorum, ſed imaginum, & literarum adminiculis vſuros, vt loquerentur cum longinquis, & ægram ex ſemetipſa abſentiam perchatorũ, linirent, temperarent.

In tempore innocentiæ an congrua Sacramenta, in quibúſque vtilia.

Imagines & literæ in tempore innocentiæ an essent exercendæ.

temperarent. Fuisset enim tunc hæc veluti nunc est, communis imperfectio, quod nemini præsentes res omnes esse possent, imò tantùm quę à sensuum haberi captu valent. Tertia tandem, vt longè clariùs venturum Christum Dominum atque eius Sacramentum futurum designarent; quò à cunctis mundi Gentibus desideratus sic existeret, quemadmodũ in scriptura est postea nuncupatus. Quòd quia lignum vitæ, non aliud exhiberet, ideo solùm illius temporis hoc puto genti optimæ futurum Sacramentum; ac ideo totum ipsum Eucharisticũ, & gratiarum actionibus repletũ; nihil sanè morticinij vel cædis, repræsentans; quia nullum tum excidij vestigium cerneretur. Hoc autem non sumpsisse, & inde ab innocentia Adamum cecidisse non paucis demonstraui. Alensis videatur, Scotus, & Durandus quos sequitur Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 3. sect. 3.

Gen. 49. 10. Aggei. 2. 8.

An homine non peccante & gratia perdurante, institueretur Eucharistia; & ante Christi aduentum institui verè posset. Anque Christus superueniens alia nostra Sacramenta, quæ extant, institueret.

Scotus.

23. EX fine præcedentis conflatur præsens quæstio; in qua supponi debet cum Aquila Scholarum, vel homine non peccante humanam semper carnem sumpturum Christum esse. Et patet, vltra multa, quæ secunda Enarr. à nobis dicta sunt, quia Virgo Beatissima ante culpam Originalem prævisam, in eius Matrẽ electa planè fuit, vt multis & non parum egregiis argumentis, in suo Vita Christi disp. 1. sect. 3. Suarez palam facit. Nulla igitur præhabita peccati ratione, naturam semper nostram induceret Dei Filius: nec etenim oblitutum mysteriũ tam permagnum, & vtile, est credibile; attributa in quod Diuina certatim conuenire, & hominum excellentias, ac rationis congruentias patescit his principiis; Incarnationem, & institutionem Eucharistici mysterij à culpa independentem, testantibus non malè.

Christus semper & quapropter humanam carnem sumeret.

Primum, quia summum bonum, summè etiam communicabile, vt ait D. Tho. 3. p. q. 1. quamuis ille opinionis contrarię sit assertor, natura sua est. Non autem summo modo Incarnationis interuentu, communicauit sese Deus; omne quippe quod est summum, suapte est singulare, in genere de quo agitur; sed illud in hoc tantùm est prorsus singulare, quod cũ singulis indiuiduis humanis colligatur: hæc enim sũt capacia cum Deo copulari; non igitur in dono Incarnationis suæ Sanctæ, sed in Sacræ Communionis, quæ indiuidualis Incarnatio appellatur à Chrysostomo, hæc vnio summa fuit veraciter completa.

D. Thom.

Eucharistia vtrum nam esset Adamo non peccante.

Secundum, quia ad gratiam augendam deseruiret, & ad maius charitatis, quo in- A gentiùs deuotionis incendium excitaretur, & tutiùs foueretur, ligamen contrahẽdum; quòd hominibus appetibile, & sẽper conducibile, atque ipsi Sacramento infusum & naturale; cum illud non primatiò ad culpam remouendam, sed ad gratiam nutriendam, augendámque sit datum.

Tertium, quia sicut Angeli Incarnatione celebrata multa à nostra humanitate vnita Verbo Dei arcana didicere, sic magis expediret, vt homines tum temporis per eandem humanitatem vnitam huic Sacramento perficerentur in notitia consiliorum Diuinorum.

Quartum, vt homines haberent perfectum pignus gloriæ, quod ipso auctore gloriæ, ac dicitur in antiphona, haberi tantùm B potest.

Quintum, quia Omnipotentiam, ac reliqua attributa Diuina nil expandit, quemadmodum Eucharistia, quæ certè Dei magnalium, sub velo quamuis Fidei, clarissimum est speculum, & ideo semper decens in publicum proferri, vt melius per hoc abdita cælestia viderentur; & maximè cum Eucharistia non ita, sicut nunc, existeret obscura; sed pro tẽporis magnitudine coruscans magna luce, seu saltem magno indicio Deitatis occultatæ; modo eo quem Deus scit, ego autem præter illud quod suspicor his verbis vlterius prorsus nescio.

Sextum, vt fructus ligni vitæ admirabilis figura & verè adimpleretur, & per cibum ac veritatem maiorem vinceretur: debent etenim aliquando figurę consummari, C verificari, & à veritate quam ipsæ præfigurant non parum superari.

Septimum, vt homines gratiarum ac laudum perfectissimum haberent Sacrificium, in quo Deo ipsius Filium perpetua & præcellenti oblatione deuouerent. Quapropter nulla via ambiguum mihi est, institutum semper iri hoc nostrum Sacramentum; non equidem in memoriam Passionis Redemptoris, quæ nulla tunc daretur; sed in memoriam dilectionis eximiæ versus nos, qua semper vreretur; de quo n. 16. in hac Enarrat. & n. 46. in quarta verba fecimus.

24. An ante Christi aduentum, Incarnationémque completam, hæc posset Christi carnis contingere institutio, res est, quæ primus omnium Scotus patefecit, credibi- D lémque reddidit lib. 4. sent. d. 10. q. 4. art. 1. corol. 1. cum alio subsequenti; quia præsentia Sacramẽtalis à corporali non dependet; & ex aliis rationibus, quæ ibi & in Suarez disp. 47. sect. 2. & in Meurisse de Eucharistia cap. 2. q. 3. videri cuique licitum; quas ego lubens taceo, ob multa quæ irretiunt & secum met deuoluunt certamina scholastica. At verò quod de Dei absoluta potestate dubitare non est fas, de facto posse ita vllatenus impleri non est cur concedatur; cum in ista matutina & inuersa institutione, nulla prorsus vel vtilitas vel necessitas conueniens appareat demonstrabilis, vt tom. 3. in 3. p. disp. 3. sect. 3. Suarez obseruauit.

Eucharistia ante Incarnationem an posset bene cõdi. Scotus.

Suarez. Meurisse.

Suarez.

Sacramenta nostra an forent Ada mo non peccante.

Vbi ille de Eucharistia institutodam semper esse, vel nemine peccante, affirmat probabiliter; de Baptismo; Pœnitentia; & Vnctione inficiatur; ex eo, quia culpam supponunt, quæ non esset; de Confirmatione nutans est, cum ordinetur primo primùm ad Fidem nostram robore maiori confitendam; & sic de Matrimonio; cum ad carnem refrenandam & ad onera coniugij ferenda, sit creatum; quæ omnia tunc deessent. De Ordine propendet, vt seruit Eucharistiæ. Ego autem solam istam, tanquam finem & perfectionem humanæ disciplinæ, futuram Sacramentum, & gratiam largituram; ac forte Matrimonium habiturum vim eandem, vt tam animæ quam corpori per hæc duo Sacramenta prouisum plenè esset diiudico probabile; sicut dixit Bonauent. à B nobis allegatus Enarrat. 8. n. 16. De ordine idem posset ratione sua dici; at de aliis nihil est, cur tale existimetur.

25. Quoniam autem priusquam Dei Filius factus homo, hæc de corporis illius conuiuio disputauimus, non et it extra chorum attingere econuersò, vt triduo mortis suæ, quo desiit esse homo, ac ait D. Thom. 3. p. q. 50. art. 4. ipsius posset corpus decenter consecrari. Cui breuiter dicendum, sic esse consecrandum, quemadmodum tunc erat; quàuis etenim præsentia Sacramẽtalis non dependeat ab alia corporali, esse tamen Sacramentale à naturali suâ habet connexam dependentiam; vel, hoc esse naturale, vt absens attendatur in q. præcedenti; vel vt præsens & existens in ista nunc præsenti.

D. Thom. In triduo mortis Christi vt posset eius corpus in mundo consecrari.

Vnde in Cæna quia Christus mortalis verè extabat, mortale corpus suum & passionibus subiectum, in illa consecrauit; immortali tamen modo, quia non poterat sub speciebus extraneis quidquã pati; cum ipso D. Tho. nisi forsitan cum Glossa dicamus ad Cor. Epist. 1. cap. 11. immortaliter suum corpus duodecim dedisse, quia non erat corpus eius naturaliter mortale, nec naturaliter passiuum, sed tantũ voluntariè; & Discipuli sui Domini sumpserunt planè cor- A pus, vt ipsum corpus erat; oimirum modo dicto, verissimè immortale; non dum etenim appropinquauerat, seu venerat omnino ipsius mortis hora; qua est mortuus per voluntatem, non autem per naturam.

D. Thom. Glossa.

In triduo mortis Christi consecraretur corpus mortuum, exanime, & exsangue, vt erat de præsenti; ita vt corpus solùm esset sub panis accidentibus; & sub vini, sanguis tantũ à carne separatus. Si verò Christi corpus ante lateris apertionẽ fuisset consecratum, tunc sanguis quem habebat, à pane non abesset; nec sanguis post effusus à vini speciebus. Quod si vsque ad diem tertium Resurrectionis seruarentur species consecratæ, tunc sub illis Christi anima inciperet adesse, vt docet D. Tho. 3. p. q. 81. art. 3. & 4. D.D. lib. 4. d. 10. & Scotus eo in loco ad 4. q. Sotus verò in ipso lib. d. 12. q. 2. art. 4. assertum tale addit; potuisse quidem fieri de absoluta Dei potentia, vt anima per mortem separata à Christi corpore, in Sacramento posset corpori, ac viuus Christus esset, vnita permanere. Qua etiam ratione per ipsam Dei potentiam, in cælo viuus poterit efficere Dei Filius, vt corpus suum mortuum & ab anima separatum, vt sentit Bellarminus lib. 4. cap. 21. de Eucharistiæ Sacramento, quam rectè consecretur. Modus tamen, quo in mundo perpetuò consecratur, est sicut est in cælo; tam viuos, quam ab omni mortalitate segregatus.

Modi omnes quibus Christus consecrari posset; breuissimè explanãtur.

D. Thom. Scotus. Sotus.

Bellarmin.

C Quid autem si contingeret annihilari Christi corpus? in huiusmodi impossibili eo ipso in Eucharistia æqualiter deficeret, & species quæ à Christi humanitate non passiuè sed actiuè sustentantur, hæc sine quauis mora ad nihilum redirent, & illico euanescerent. At verò si dimitteret Dei Verbum corpus suum? tunc certè in Eucharistia nullatenus maneret; quia ex inde iam non verum affatum Christi esset; *Hoc est enim corpus meum.* Ita Henriquez de Euchar. lib. 8. cap. 27. sub §. 2.

Henriquez.

DE GRATITVDINE ET ACTIONE GRATIARVM *ob Eucharistiam, quæ optima est illius, Enarrationisque præsentis finalis terminatio.*

26. **Q**VONIAM homo ingratitudine vitalem cibum perdidit, gratiarúmque is esset, quo gratiæ gratis datæ, & gratum facientes, iuxta modum iam expositum in nobis seruarentur, operæpretium fore puto de actione gratiarum Eucharistiæ debitarum, non nihil subligare. Est nanque cibus iste per illum figuratus, Eucharistia nuncupatus; quod Græcè bona gratia & actio gratiarum æquali voce sonat. Et conuenit rei Ethymon huiusmodi mysterio: dum enim Christus gratiæ in illo fons existit, est verè bona gra- D tia; & dum gratiæ pro beneficio debentur tam eximio, est actio gratiarum; quas quidèm non exiles, nec simplices sed potius multiplices & magnas omnino solui decet. In cuius signũ Christus bis istas Patri reddidit; semel ante institutionem, quando oculis eleuatis in cælum ad Deum suum Patrem, ibidem plusquam in re quacúnque omnipotentem, gratias agens, benedixit assumptum in manus panem; iterum autem post eiusdem deuotã sumptionem, hymno prius decantato, in montem cùm discipulis exiuit oliuarum; Qui hymnos fuit actio præclara gratiarũ: at qualis hymnus fuerit, hoc

Eucharistiæ quale Ethymon.

Eucharistiæ binæ gratiæ exemplo Christi debitæ. Matt. 26. 30.

Baronius.

hoc asserit Baronius annn Christi 34. n. 65. quod alibi ex professo nos fusiùs explicabimus.

Quid autem demirandum, cum cibo in naturali hoc ipsum videatur; de quo vtique in frumenti Eucharistici præconium 2. p. serm. 14. Rosarij Bustus ait: *Pro quouis materiali cibo debemus duplices gratias agere, quando eum manducamus; quarum prima sunt laudes, quæ decantantur aut recitantur ante benedictionem cibi, seu cum ipsa benedictione; secunda verò post cibi sumptionem, in beneficij gratitudinem. Quæ duplices gratiæ deducuntur ex text. in Cap.* Non liceat; 44. *dist. vbi Clericis iubetur, quod nequaquam manducent, nisi Deo duabus his gratiis persolutis. Idem in hoc cibo sanctissimo obseruandum est, sicut in ligno cibi vitæ obseruandum erat, quamuis iste longe inferior. Ille etenim inanimatus hic viuens cibus est; ille de humo productus, iste de cœlo delatus; ille vitam temporalem & corporalem conseruabat, iste verò cœlestem, æternámque largitur, vnde maiores, & multò plures exposcit ex se gratias.* Nec immeritò, cum antonomasticè sit laudis Sacrificium, vt dicitur in Canone; *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis.* Quamuis enim nomen hoc pro quacunque gratiarum accipiatur actione (quemadmodum vsurpantur dictiones subsequentes; nempe, hostiæ spirituales; vel hostiæ vociferationis; vel vituli labiorum; & iustitiæ Sacrificia) nisi tamen quoduis aliud epitheton addatur, de cibo nostro agitur; vt de Missa lib. 2. ad cap. 21. testatur Bellarminus; qui etiam superaddit; *Ideóque appellatur Sacrificium laudis, quia per hoc Sacrificium magnopere laudatur Deus, & gratiæ illi aguntur, pro summis eius in nos beneficiis; vnde & Sacrificium Eucharisticum, id est, gratiarum actionum iustissimè appellatur.*

Busto.

Gratiæ duplices vel etiam pro cibo quouis dandæ.

Quid laudis Sacrificium significet ex se, & qualiter Eucharistia hoc sit antonomasticè.

Bellarmin.

Et verò ista Sententia non solùm humanum est, sed & placitum Diuinum à Vate decantatum; *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Et iterum post pauca; *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Quo loci Lyræ calamus; *Per hoc Sacrificium laudis Eucharistiam intelligit, de qua Dominus præcepit,* Hoc facite in meam commemorationem; *sicut præcipit in hoc Psalmo,* Immola Deo Sacrificium laudis; *id est, Eucharistia, quæ sumitur cum laudibus diuinis. Quia autem peccator indignus est minister huius Sacramenti, ideo subditur;* Peccatori autem dixit Deus; Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum. Quod magis innotescit ex phrasi ipsius Psalmi, dum claram & perillustrem antithesim constituit, inter binum Sacrificium, visibile & inuisibile; cruentum & incruentum; quorum primum reprehendit, rescindit, & excludit; secundum verò laudat, admittit, & extollit; quod bis laudis Sacrificium appellat hac de causa: vt ipsum confirmatis encomiis plus collaudet; ac Sacrificium quod perducit ad laudes sempiternas; ad æternámque salutem de qua secundo loco; *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Nam post gratiam in hac vita donatam cibo isto, ad aliam nos transmittit virtute sua propria, quam Lyræ nostri sonus intonat in hunc modum; *In virtute enim huius Sacrificij ostenditur nobis salutare Dei, id est, vita beata, in qua est salus nostra.* Vlterius, quòd permulti de istomet edulio exponunt hæcce verba; Augustinus lib. 1. contra aduers. leg. & Prophet. Chrysostomus, Hezichius, ac Zeno Veronensis; Dionysius Carthus. Genebrardus, & Valentia; Horontius, Turrianus, Agellius, Bredembachius. Aignanus atque Aquila; qui vltimus Eucharistiam pro *laudis Sacrificium*; in suo textu vertit; ac Patres plures alij, cuicunque satis obuij.

Psal. 49. 14.

N. 23.

Lyranus.

Peccator Eucharistiæ indignus ministrator.

Tam gratia, quàm & gloria ex sæculo Eucharistico, Lyra.

Augustin. Chrysost. Hezichius. Zeno Veronens. Dion. Carthus. Genebrard. Iacob. de Valentia. Horontius. Turrianus. Agellius. Bredembac. Aignanus. Aquila.

De aliquibus motiuis, quæ ad gratias Eucharistiæ nos arctant & constringunt; quæ septem sunt, & primum; vt custodiamus paradisum.

27. AD hoc hominem Deus posuit in tanto viridario vt ipsum operaretur, ac operibus virtuosis custodiret illud sibi, & illi semetipsum; quod non nisi per gratias tam magni beneficij effectum sortiretur; vt multis supra diximus, & dicitur à Chrysostomo in Commentar. sup. Matth. hom. 26. *Optima beneficiorum custos, est ipsa beneficiorum memoria, & perpetua gratiarum actio. Propterea veneranda ac salutaria mysteria, quæ in omni Ecclesiæ congregatione celebramus Eucharistia, id est, gratiarum actio nuncupantur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, capútque ipsum Diuinæ erga nos charitatis ostendunt; nósque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere.* Quid melius tam pro gratiis, quàm pro isto Sacramento ingenitè connexis?

Chrysost.

Gratitudo beneficiorum custodia naturalis.

Huc venit explicandum secundum nostrum thema; *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam,* id est, *operibus meremini*; vt ait Interlinea. E quibus sanè operibus primum omnium, quo custodia seruatur reliquorum, iuxta proximè Chrysostomum, & neruos rationis, est actio gratiarum. Hac igitur non pereuntem, sed in æternum permanentem operabimur hunc cibum, Sanctissimam Eucharistiam; quæ vtique non perit, vt cibus naturalis, qui perit, atque perimit, si ipse in se non prius deficiat, & intereat; nam in sua propria forma non nutrit, sed incommodat, vt Lyra ponderauit. Neque tantùm non perit, sed permanet in æternum, quia æternam nobis vitam natura sua tribuit, non autem temporalem; quemadmodum Chrysostomus obseruat in hunc locum. At sequitur in themate; *Quem filius hominis dabit vobis*; id est, Christus dum humana natura sola constat; non quòd constet solùm ista, vel ista sine alia diuina possit dari; sed quia quòd in ara à Sacerdote ex vi verborum, vt dicunt, consecratur, humanitas est eius, non anima, vel Deitas, quæ per corporis concomitan-

Ioan. 6. 27.

Cibus perit vt sit cibus; at cibus Eucharisticus, non perit, sed & permanet, & quare in vitã æternam. Lyra.

Cur cibus ſit ſignatus Euchariſtiæ Sacramentum.

tiam ibidem inueniuntur. *Hunc enim Pater ſignauit Deus*; nimirum ab aliis cibis longiſſimè diſcreuit; qui non magis quam creatura cum ſuo Creatore, cum noſtro cibo poterunt vtcunque comparari, ita Gloſſa, atque Rupertus, qui ſuper iſtum locum: *Hunc enim cibum ſignauit Deus; hoc eſt, a communibus cibis diſtinxit, vt cum alios bonis ac malis fecerit, hunc ſolùm nunquam dare voluit, niſi dignis.*

Rupertus.

Secundum, vt nullo modo amittamus beneficium.

Buſto. Ingratitudo priuat bonis, & etiam ſeruum liberum obtenta libertate.

28. DE hoc ait noſter Buſto ſupremò à me citatus; *Debemus poſt Communionem gratias referre de tanto beneficio nobis collato, vt dicitur in Clement.* Si Dominum, *de* Reliquiis & venerat. Sanct. *Aliter priuari merebimur beneficio accepto; quod reuocari poteſt per ingratitudinem;* § Sciendum; *Inſtitut. de* Donationibus; *& cap fin. extr. eodem tt. & cap. fin. Cod. de* Reuocand. donat. *Adeò, quòd ingratitudo etiam retrudit ſeruum manumiſſum in priſtinam ſeruitutem, Cap.* Epiſcopus qui mancipium; *& Cap.* Liberti Eccleſiæ. 12. *q. 2. Quilibet enim debet priuari illo commodo, contra quod agit; L.* penul. *ff. de* pœnis. Hæc ille; è quibus ego ad alia quæ ſequuntur, præjacio fundamenta hinc colligens, præceptum edendi ex ligno vitæ Adamum deuinxiſſe, & iſtud ſicut aliud præceptum negatiuum, nimirum ex mortis ligno neqoaquam manducandi, coniunctim à ſummo Domino nil minus accepiſſe: nam ideo à paradiſo relegatus per Dei clarũ vulgatur teſtimonium, ne ſumeret de ligno vitali, & eo ſumpto æternus permaneret; *Ne forte ſumat de ligno vitæ & viuat in æternum* Ergo ille proculdubio deliquit, & peccatum in lignum vitæ fecit. Priuatur enim ipſo; & ſi quiſque bono illo priuatur, quod offendit, huic ligno contrainit, in ipſum crimen egit; proindéque ex hinc præceptum affirmatiuum, ſumendi ex eius fructu probatur accepiſſe; nam ſecus contra illud delinquere non poſſet.

Gen. 3. 22.

Præceptum affirmatiuũ edendi ex ligno vitæ à quanam ſe collectum.

Tertium autem, vt imitemur tam magnum Sacrificium.

29. QVoniam laudis Sacrificium hoc dicitur Myſterium, ei laudes dignum eſt perennes immolemus; ne de nobis conqueratur Seraphicus Antiſtes, dum in lib. quod vocauit *Itenerarium mentis in ſe*; 2. p. fatur. *Nota de Sacramento, quod Dominus propter nos ſemper totus ibi eſt, & nos rarò, vel nunquam ibi toti ſumus propter eum. Item, quod ibi eſt paratior ad liberandum nos, quam nos à miſeria liberari. Item quod ipſe ardens ad ſalutem noſtram inſtituit hoc Sacramentum, nos vero tepidi, imo toti frigidè, hoc conſecramus. Item, quod ipſe ibi eſt cum Angelorum frequentia, nos cum magna cordis irreuerentia. Item, quod ipſe ibi feruens eſt pro noſtra dilectione, nos ibi remiſſi in gratiarum actione.* Nam ſicut Chriſtus hic amore concrematus Sacrifi-

S. Bonau. Amore Chriſti & noſtri in eius Sacramento diſcrimen, & antitheſis.

A cium ſeſe voluit efficere pro nobis, ſic nos illi efficiamur Sacrificium gratiarũ, & holocauſtum gratitudinis carbonibus exardens. Et etiam ſicut hic pro noſtro emolumento Sacramentum curatiuum ſe fecit delictorum; ſic nos in Sacramenti eiuſdem ſumptione, illius pro obſequio fiamus Sacramentum, Euchariſticum, atque gratiis omnimodis repletum, ad quod natura eiuſdem nos vocat Sacramenti; ex eo quia Chriſtus ſub illo deliteſcens manducat quam ueraciter ſe ipſum manducantes. Si verò nobis ille primariò corpus tradit, & animam concomitantiæ ſuffragio ſecundariò; nos illi prius animam, & corpus concomitanter humiliter ſubdamus. Si ille ſine pane, accidentia panis offert; & Deum ſine B Dei viſibili apparentia, nos illi demus carnem ſine carnis accidentibus, & hominem in quo nulla humanitas appareat, ſeu prauæ humanitatis affectio criminoſa; vt ſic demùm correſpondeat Sacramentum Sacramento, & Sacrificium Sacrificio. Qua de re ſuper illam Apoſtoli ſententiam; *Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem*; ſerm. 118. Chryſologus legatur; ſecundùm cuius ſenſum cum hoſtia in Sacrificio non poſſit viuens dari; nec viua poſt officium mactandi ſupereſſe, vtrumque in Sacerdote mirificè coniungens, hanc auri fundit vocem: *O inauditum Chriſtiani Pontificatus officium! quando homo ſibi ipſi eſt hoſtia, & Sacerdos; quando homo non extrinſecus quod Deo eſt immolaturus; inquirit, quando homo ſecum, & in ſe, & quod pro* C *ſe eſt, Deo ſacrificaturus, apportat; quando eadem manet hoſtia; idem permanet & Sacerdos; quando hoſtia mactatur, & viuit; & Sacerdos neſcit occidere quod litabit. Mirum Sacrificium, vbi corpus ſine corpore, ſanguis ſine ſanguine offertur.* Obſecro (*inquit*) vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem: *Fratres hoc Sacrificium, Chriſti deſcendit ex forma, qui corpus ſuum pro vita ſæculi mortaliter immolauit, & verè ſuum corpus fecit hoſtiam viuam, quia viuit occiſus in Sacramento iſto. In tali ergo victima mors expenditur, hoſtia permanet, viuit hoſtia, mors punitur. Eſto igitur tu & homo Dei Sacrificium & Sacerdos. Non amittas quod tibi Diuina conceſſit authoritas. Induere ſanctitatis ſtolam; præcingere baltheum caſtitatis; ſit in velamento capitis tui Chriſtus; Crux in frontis tui munimine perſeueret; pectori tuo appone Diuinæ ſcien-* D *tia Sacramentum; odorem thymiama ſemper orationis accende; arripe gladium ſpiritus; altare cor tuum pone; & ſic corpus tuum admoue ſecurus ad victimam.* Quid melius pro re iſta? Enarratio 24. n. 24. de ipſa videatur.

Sacramentum debet fieri recipiẽs Sacramentum, & Sacrificium quiſque offerens Diuinum Sacrificium.

Rom. 12. 1.

S. Petrus Chryſol. Vt detur Sacrificium quod viuum ſit, & mortuum, & homo qui in vnum Sacerdos ſit & hoſtia.

Vt hoſtia Chriſtus viuens ſit ſuo in Sacramento.

Quartum, vt vitium traditoris ſeuerius deteſtemur.

30. DE Iuda poſt buccellam intraſſe in eum dæmonem Ioannes teſtis eſt; quantumuis conſecrata, vt alibi eſt dicendum, buccella non extiterit, ſed Euchariſtiæ male ſumptæ appoſita indicatio; vt ait Auguſtinus relatus à Pagnioo lib. 10. cap. 23. Iſago

Ioan. 13. 27.

23. Isago sup. Bibl. *Per panis tinctionem significans fictionem.* Sed quare post buccellam in eum ingressus hostis? Quia summo beneficio ingratum se prestiterat, in panoe, qui per illum intinctum notabatur; Augustinus super Ioan. tract. 62. & Cyrillus lib. 9. cap. 16. *Et quia tot beneficiis ingratus à suo malo proposito non destitit. Beneficium enim ingrato nocet; non ex se, sed ex ingratitudine accipientis; animus enim iniquus beneficio efficitur peier.*

S. August.

Ingratitudo Iudæ malũ, & crimen quo damnatur.

S. Cyrillus.

Ingrato beneficium venenum cur reddatur.

Cur autem tunc ingressus, cum antea dictum sit; *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas*; quia prius, vt traditionem cogitaret solùm intrauerat, sed postea vt consummaret; prius, criminis vt tanti inciperet flagitium, postea verò vt peccatorum cunctorum longè summum, accipiendo malè Christum, fastigium transuolaret; à quo veluti in cacumine peccandi constitutus, statim miser lapsus. Augustinus in Pagnino hîc proxime relato; *Intrauit autem Sathanas post hunc panem in Domini traditorem, vt sibi iam traditum amplius possideret, in quem prius intrauerat, vt deciperet. Cum homini ingrato intrasset panis in ventrem, hostis intrauit in mentem; id est in mente eius supremam mansionem Itaque cum Dominus panis viuus panem mortuo tradidisset; & panem tradendo panis traditorem ostendisset, quod facis, inquit, fac citius.* Nemo etenim velocius Dei potest esse traditor, quàm tradens panem istum; neque mortem faciliùs inferre vitæ ipsi; quam panem qui vitalem mortali culpa recipit. Psalmistæ vocem audi. *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem*; id est, summam atque magnificam traditionem in me exercuit. Hinc factum, quòd tam primus istius cibi traditor quantumuis figuraliter, quàm veraciter secundus, Adamus, nempe & Iudas, vterque pari casu, fortuna licet impari, miserrimè est collapsus. Quapropter ne cadamus, in actiones gratiarum perennes erigamur; nec quaslibet sed planè stupendas Deo hîc has ipsas referamus; quemadmodum à Ludolpho 2. p. vitæ Christi cap. 56. huiusmodi incitamur: *Obstupescite meditando illam charissimam dignitatem & dignatissimam charitatem, qua nobis Christus tradidit & reliquit, semetipsum.*

Ioan. 13. 2.

Cur dæmon bis intrauit in pectus traditoris.

S. August.

Peccare in Eucharistiã peccandi quale signum.

Psal. 40. 10

Ingratus in Eucharistiã quis primus & secundus

Ludolph. Carthu.

Quintum, vt Christi nobilissimum hospitium gratulemur.

31. OB magna magnæ gratiæ conuiuia semper debitæ; quale verò hoc Conuiuium, & quales sint ob ipsum reddendæ Deo gratiæ, hoc asserit Viguerius in Institut. cap. 16. §. 3. vers. 18. quo rectè etsi diffusè, ad verba Regis Vatis, *Parasti in conspectu meo mensam*; profatur in hunc modum; *Quam mensam? Primam quidèm communem & naturalem ad corpus nutriendum; secundam verò Sacramentalem ad animam cibandam. Naturalis terra & aqua sunt cibis cunctis plena; quam mensam à mundi origine Deus homini proposuit, & de illa ad manducandum in Gen. incitauit. Ideo debemus gratias agere, & non esse similes porcis, qui comedunt glandem, & non respiciunt arborem ex qua hæc ipsis prouenit. Si esset aliquis hospes, qui sine pretio bene tractaret, & nihil quæreret, nisi post refectionem gratiarum actiones, qui gratiis non solutis recederet ab illo, dignus esset vt et hospes ob nimiam ingratitudinem plicaret mensam suam. Sic nos de terra fructibus si non gratias habeamus, Deus mensam complicabit, mittendo sterilitatem; à qua si volumus præseruari, & vita bonis vti, reddamus Deo gratias. Sacramentalis mensa est, quam Dominus instituit in nocte vltima Cœna, ad quam Fideles omnes his verbis inuitauit;* Accipite, & comedite; Hoc est corpus meum, *Hæc est mensa nobilis & regalis, in qua vassallus comedit cum Rege, de eodem cibo, & in eodem catino; in quo Deus super omnia honorauit hominem. Si Rex ad suam mensam, vbi non comedunt nisi Principes rusticum aliquem inuitaret, magnum certè & non obliuiscendum ei faceret beneficium; de quo ille frequentissime narraret, & gratias ageret, diligerétque Regem & seruaret mandata eius. Sic debemus mensa huius inuitati quique facere; cuius figura quondam fulsit 2. lib. Reg. vbi Dauid volens ostendere amorem quem habuerat in Ionatham iam mortuum, quæsiuit, an esset illi aliquis filius; responsumque est ei, vnum esse Miphiboseth vtroque pede claudum; quia cum esset paruulus nutrix eius ebria, cadere eum fecit in terram; qui ideo coram Rege erubescebat apparere, de quo tamen bonus Rex in istum modum dixit:* Miphiboset comedet super mensam meam, quasi vnus ex filiis Regis. *Dauid Christum repræsentat; Ionathas mortuus primum hominem; Miphiboset quemlibet nostrum, qui claudicamus vtroque pede intellectu, & voluntate; quia nutrix nostra, scilicet, Eua, ebria vino adulationis, formata per serpentem, proiecit nos in terram, & cadere nos fecit in foueam peccato originalis. Christus verò volens ostendere amorem quem habebat versus Adamum iam defunctum, & eiusmet progeniem, ordinauit vt comederemus super mensam suam istam, ac filij tanti Regis. Sed Regis qui sunt filij? sunt Angeli, atque homines, de quibus simul dicitur;* Panem cæli dedit eis; panem Angelorum manducauit homo; *illi clarè sine velamine; nos verò sub specierum claudente tegumento.*

Psal. 22. 5.

Viguerius.

Gen 1. 29. & 9. 3.

2. Reg 9. 11. & 13.

Sap. 16. 10.

Sextum, vt viam plurimorum sectemur exemplorum.

32. SVfficiat nunc miraculum Macedonianæ sectæ fœminæ, cuius vir errore ipso in annos implicatus, Chrysostomi concionibus ad rectæ Fidei normam se iterum recepit; qui dolens de consorte antiquæ pertinaciæ, fallaciæque hæreote, amore atque terrore, quæ duæ sunt mulierum fortissimę catenæ, dilectam ligat coniugem, vt se ad frugem eandem resticuat meliorem. At illa primæ matri progenies valde similis, officium boni viri ingratitudine rependit. Promisit nanque falsò se ita rem facturam; quod autem falsò protulit verissimè adimpleuit. Accessit enim fictè ad sanctam Christi mensam, qui particulam permisit

Miraculum Eucharistiæ in lapidem conuersæ, ingratæ & duræ fœminæ.

ingratæ & duræ fœminæ in lapidem durissimum in ore suo verti. Quo illa consternata cucurrit ad Episcopum, & lapidem ei ostendit; qui dentes tam inflictos, quam insolitam materiam, & colorem non communem, sed nouum referebat. Qua culpa pœnitentia salutari satisfacta, concorditer cum marito deinceps diu vixit, lapis verò Constantinopoli Ecclesiæ inter thesauros Sozo- (Sozomen.) meni tempestate perdurans visebatur; qui in histor. Eccles. lib. 8. cap. 5. præsentem (Baronius.) rem exarat; Baroniúsque post illum ad annum 400.

Septimum tandem, ne à brutis in ista re vincamur.

(Vt homines iumenta, iumentaque sint homines.) 33. INfaustam rem hominibus de primo Dauid ait; in iumentum versum esse humana mente præditum, & in pecudem gregariam egregiam creaturam; (Psal. 48. 13.) *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Iumenta verò in homines feliciùs immutata (Isai. 1. 3.) scribit maior Vatum; *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit.* Mutemus ergo vices, & quoniam panis hic hominibus iumentis est natus inter paleas, huiusmodi nos granum sub illis palliatum petamus cum fiducia, quæramus cum amore, atque ore deuotissimo idipsum comedamus, vt verbis quam prædulcibus mellifluus auctor affert; *Hinc* (S. Bernard.) *est, quod panis Angelorum factus est fœnum positum in præsepio, appositum nobis tanquam iumentis. Verbum quippe caro factum est, & iuxta Prophetam* Omnis caro fœnum; (Isai. 40. 9.) *Ecce igitur cibus hominis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu tristis & lachrymosa mutatio; vt homo paradisi accola, terræ dominus, cœli ciuis, domesticus Domini Sabaoth, frater beatorum spirituum, & cœlestium cohæres virtutum, repentina se conuersione inuerterit in iumentum; & propter infirmitatem iacentem in stabulo; & propter pecorinam similitudinem indigentem cibo; & propter indomitam feritatem præsepio religatum. Agnosce ô bos possessorem tuum, & tu ô asine præsepe Domini tui. Cognosce pecus, quem non cognouisti homo, adora in stabulo quem fugiebas in paradiso. Honora præsepium, cuius contempsisti imperium; comede fœnum, quem panem, & panem Angelorum fastidisti.*

(In iumentum versi hominis suauis declamatio, & inuitatio ad relinquendam speciem iumentinam.)





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VNDECIMA, AC QVARTA DE PARADISO IN. FIGVRA PRÆCEPTI, ET PRIMÆ LEGIS LATÆ.

Super Gen. verba cap. 2. n. 16. ac etiam 17. *Ex omni ligno paradiſi comede. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque die enim comederis, ex eo morte morieris.* Et Ioan. 6. n. 53. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Quæ ſuo loco concordantur n. 5. cum ſeqq.

De continuatione de præcedentia, & de mundi celebrioribus legiſlatoribus antiquis. Numerus I.

Legiſlator quinam primus; & primi multi alii legiſlatores memorati.



VBI homo figuraliter vocatus ad Eccleſiam, & in eius paradiſo piiſſimè locatus, non ſolum gratitudine ad Sacramentum vitæ ligni deuotè accipiendum, & ad idem Sacrificium offerendum Creatori naturali obligatione ligatus verè extitit; ſed illico præcepto & lege Omnipotentis, quò pondus tantæ rei apertiùs noſceretur, compulſus quoque fuit. Quæ lex vt mundi prima, ſic primus legiſlator illius manſit Deus; quamuis S. Iſidorus in cap. *Moyſes*, diſt. 7. hoc aliter conſideret, legiſlatorem primum orbis conſtituens S. Moyſem; humanas quippe leges lex eius anteceſſit; quem poſtea legiſlatores illuſtres ſunt ſequuti: nimirum Phoronæus in Græcis primicerius; Mercurius Trimegiſtus primæuus in Ægypto; Athenis primus Solon; Licurgus item primus Lacones inter homines; & Numa inter Romanos, præ reliquis inſignes. Etſi populus poſtea, ſeditione concitata, à Magiſtratibus ſemotus, Athenas decem viros, tranſcribendi & deferendi Græcorum leges cauſa, quorum nomina offenduntur in cap. allegato, trāſmiſit prudentiſſimos; qui ſcriptas à Solone, donatas voce Latia, in tabulas duodecim redactas exportarunt; quæ vſque ad noſtra tempora antiquum nomen illud duodecim tabularum conſeruant illibatum.

S. Iſidorus.

Duodecim tabularum quæ leges nuncupatæ.

A Sed fallitur, ni fallor, Antiſtes Hiſpalenſis, dum Moyſem legiſlatorem priorem cunctis facit; cumtamen Aſſyriorum Rex Ninus eo ſenior non poſſit dubitari, quin regno ſuo leges condiderit nonnullas, ſunt quippe Lex & Rex gemelli duo fratres; vt regimen & regnum, quod ſine legum nexu ligari vel ſtare, nec ſemel vnquam viſum; ac ait L. 2. ff. de Legibus; vndeci. que §. de *Rerum diuiſione*. Et Cicero pro Cluen. & lib. 5. cap. 11. institut. Orat. Orator Cordubenſis. Quod licet non fuiſſet, Deus legem primus omnium impoſuit abſque lite; non quidèm quando ipſe ponebat legem aquis, vt illa quæ ratione carentibus non ponitur, ſed quando primo homini iniecit legis vin-B cula, ne exlex & ſolutus à rationis moderamine cum dedecore ſpeciei humanæ videretur. Vnde legum in præconium, auditor priùs legum, hoc ego nunc obſeruo; Legum nempe ſcientiam, quam ſcientiam confiteri recuſant viri plures, antiquiorem longe eſſe ſcientiis vniuerſis; à priori & ſuperiori Imperatore concinnatam, ac apptimè ordinatam; & à maiori Iuriſperito prudenter inſtitutam, à primarióque Lectore, & Sapientiſſimo Doctore, ſeu ab ipſa Sapientia Diuina & increata, tam ſeriò promulgatam, quàm ſimul in minuta expreſſione ipſarum legum non parum elucidatam. *Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientia boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis, ex eo morte morieris.*

Gemelli Rex ac Lex, vt regimen & regnum.

Cicero. Quintilian.

Scientiæ legum laudes ab homine leguleo breuiſſimè libatæ.

Gen. 2. 17.

CVR HOMINI TAM LIBERO PRÆCEPTVM Deus indixerit; & homini quem ſciebat præceptum paulò poſtea in ſui & mundi cladem funeſtam perfracturum.

a. INTELLECTV ſatis facilis quæſiti pars eſt prima; nam cum homo rationalis exiſtat natoraliter, rationis debet iuxta dictamen ſeſe regere;

Definitio legis qualis.

ac ideo iuxta legem ſeipſum moderari; lex enim nihil aliud, quam rationis eſt expreſſio, deſumptio, & recollectio; vnde de Legibus lib. 1. ſic dixit M. Tullius. *Lex iubet ea quæ facienda ſunt, prohibétque contraria*; qoem ſequitur L. *Græca*; ff. de *Legibus*; & cap. *In conſuetudine*; d. 1. ac etiam D. Tho. in ſua 1. 2. q. 90. art. 4. quare ratio legis anima, & meritò vocatur; vt ait L. *Cum ratio*; de *bonis damnatorum*.

Tullius.

D. Thom.

Ve ratio legis anima.

Præceptum & lex cur homini qui iſta breui ſolueret.

Deinde cum arbitrio plenario voluntatis creatus homo fuerit, non poſſet ille ſanè quod erat, verè eſſe, niſi haberet quod eligeret omnino voluntariè, & cum præmio atque periculo electionis exerceret. Itaque, quòd excellentiam creationis ſuę perderet, ſi exercitio libertatis probandæ priuaretur, vnde ad einſmet decorem præceptum decens erat; Videatur Bonauent. lib. 2. cap. 56. Comp. Theologici.

S. Bonau.

Præterea, condecebat, vt homo rerum Dominus cunctarum ſibi imperium in illis verbis traditum; *Vt præſit piſcibus maris, &c.* perpetuò obedientiæ ſubiectione retineret. Creatoræ nanq; nemini obedient aliquando, ni Præſul ipſe prius obediat Creatori; hincque ſenes Apoc. ad pedes Agni Regias coronas proſteroebant. Verè ſenes prudentes, & cæli ſapientes; qoia neutiquam corouam amittit ille propriam, qui mittit eam humilis ad pedes tanti Domini; nec deponic ſed potius imponit Regum infulas, qui ad plantas Agni crimina tollentis voiuerſi (cui vtique ſeruire regnare verum eſt) conſtituit caput ſuum. In quo Gallici lox Sceptri B. Ludouicus exemplũ fulgens eſt; nunquam enim tam pacatè potius regno fuit, quàm cùm diſſitus à Regno & Galliæ territorio, vbi plures aliquando infeſtos ſibi hoſtes ex proceribus expertus, pro Chriſto dimicauit. Nec ſolùm Ludouicus, ſed cuncti mundi Reges, in quos raro inueniemus vaſſallos rebellaſſe, quin Deo prius ipſi rebelles vita fuerint, & moribus peruerſis. Quos pręceſſit Angelorum & hominum Regina, Deipara Maria, quæ ad Filij ſui pedes coronam matris eius celſiſſimam promeruit; *Ecce ancilla Domini; Fiat mihi ſecundum verbum tuum*; id eſt, dignitas maternitatis ipſius mihi famulæ maiori illius veniat; cui etiam carnis dedit coronam, de qua dicitur io lib. Cant. *In diademate, quo coronauit eum mater ſua*; iuxta Bernardi explicationem egregiam pro re noſtra.

Apoc. 4.10.

Qui ſeruiũt Chriſto, Reges.

Maria humilitate Regina ſit cæleſtis.

Luc. 1.38.

Cant 3.11.

Ad hæc; prætet Deum nemo voluntatem

A ſuam propriam quocúnque modo babet; quam homo ſi baberet Dei culmen conculcaret, coronáqoe ei debita auctoré & cooditorem cunctorum exauthoraret; vt in lib. de Similitudinibus cap. 8. cui eſt titulus; *Quod propria voluntas ſoli Deo conueniat*; Anſelmus annotauit; qui ait ſic in corpore; *Solus Deus quidquid vult, debet velle propria voluntate, ita vt aliam quam ſequatur non habeat ſupra ſe. Cum igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem, Deo aufert quaſi ſuam coronam. Sicut enim corona ſoli Regi competit, ſic propria voluntas ſoli Deo. Et ſicut Regem aliquem inhonoraret, qui ſuam coronam ei auferret, ſic homo inhonorat Deum, qui aufert ei*

S. Anſelm.

Volantas quare propria conueniat tãtùm Deo, & eius ſit corona.

B *propriæ voluntatis priuilegium, habendo, quod ille debet habere ſolus. Sed ſicut propria voluntas Dei eſt origo totius boni, ſic propria voluntas hominis totius eſt exordium mali.* Quò forſitan reſpexit Propheta quando dixit; *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*; nam & ſemper Dei voluntas eſt bona naturaliter, & corona illius capitis, qua ipſe ſolus poteſt ſuapte coronari; quantumuis enim oos affirmet coronatos, ſcuto, & non corona diuinæ voluntatis, hoc aſſerit impletum; ac ideo Dei præceptis, quæ inſtar ſcutorum inualidos obumbrant vt tangam paulò infra; & portio ſunt à Dei procedens voluntate; quapropter hæcee propria Adamo

Pſal. 5.13.

C non licebat.

Vlterius, non vt homo à Deo reſiliret, ſed cum Deo ſe vniret, ac magis copularet, ei fuit lex impoſita; cum qoo veluti maiori immenſè à ſe remoto non poterat ligari (vt tamen congruebat) niſi humili ſubiectione ad pedes Dei, ſeo eius Diuinitatis partem infimam, deuolueret ſeipſum; quo medio ſecum Dao inooluit homo vilis; & forſan hac de cauſa lex ita nuncupatur; non tantùm quia ligat & obligat ad res præſcriptas peragendas, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. C. ſed quia nos cum Deo per viam præceptorum veriſſimè connectit, coniungit, & conſolidat. Omiſſo, quòd

Humilitas vt homines ad Deum ſummè alliget.

Lex quare ſic dicatur.

D. Thom.

D & Deus ſuper hominem cui tam multa donarat beneficia, illa parua penſione, homagiíque tributo, dominium conſeruauit; & etiam ſibi hominem hoc modo ſociauit; de quibus eſt videndus in Pſal. 70. Conci. a. B. Auguſtinos; & in Pſal. 34. Conc. 1. nec non cap. 30. Rupertus ſuper Gen. *Dicat aliquis, cur non abſque vlla conditione poſuit illum in paradiſo? Non ne melius fuiſſet, nullum dediſſe præceptum, quam poſitione præcepti facere præuaricatori locum? ſed vnde homo copularetur Deo ſi non illi ſubligaretur obedientiæ iugo? Si non acciperet commiſſum, in quo deberet fidelis exiſtere Deo?* Qua in re affatum illud fundatur Auguſtini lib. 8. cap. 11. de

Rupertus.

Obedientia Deo ligat, & Deo plus ligatos, plus liberos noe reddit.

Geo.

S. August. Gen. literaliter; *Dominatio Dei non ipsi, sed homini vtilis est; Deus enim nostra seruitute non eget; nos autem fine eius dominatione esse non possumus.* Et Hieronymi ad Celantiam huiusmodi scribentis; *Neque enim obsequio nostro indiget Deus, sed nos illius indigemus imperio.* S. Hieron.
Tertullian. De quo lege Tertullianum lib. 2. cap. 14. aduersus Marcionem; vbi habet excellentiam humanam summam esse actari Dei præceptis, & istis ei ligari; à quo aliter rationales soluti & dissoluti per vitia iaceremus.

Postremò, vt per præceptum Deus hominem seruaret, ne sicut malus Angelus superbia laberetur, & in dæmonis sodalem hoc modo verteretur. Vnde Vates de hominibus elatis deprecatur; *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt* Non ergo quidquam mali in lege data homini, nam lex custodit omnes, qui ipsammet custodiunt; *Si volueris mandata seruare, conseruabunt te* Quod Salomon cognoscens, beatos iam appellat custodientes legem Dei; *Qui custodit legem beatus est;* quia hominis beatitudinem custodia legis affert; & Paulus ad Timo. concludens hanc doctrinam; *Bona est lex, si quis ea legitime vtatur.* Ergo vsus malus legis, non lex Adamo obfuit. Quare Deo obediamus, & præcepto manducandi ex Eucharistia pareamus; nam & mensa propositionis in gyro duas habuit coronas interrasiles; quia duplici seu multiplici corona decorabitur, qui mensæ nostri panis & firmiter crediderit, & decenti obedientia humiliter accesserit.

Psal 9.21. Eccle.15.16. Prou.29 18. 1.Tim.1.8. Vt coronæ qui in gratia manducant, decoretur. Exod 25.25.

3. Quæstionis pars secunda ex dictis innotescit: præceptum namque datur præceptum perfractuto ob eius excellentiam, & maximam indigentiam, ad quæ omnes præcedentes conueniunt rationes. Nam cum homo minor Angelis, sed eis quàm vicinus, & etiam quàm persimilis fuisset procreatus, vt Angeli, qui præcepto (Enarrat. iam 2. nobis explicato) eo quod caruerunt, præcepti quoque debuit certamine probari, & ita nobiliori triumpho decorati; de quo fatis latè Venetus in Hatmo. Caut. 3. ton. 6. cap. 6. & gloria ac sibi innato honore coronati; innatum nanque homini libertate sua regi; libertas verò nisi per legem locum habet; nam aliter vt eligeret, qui eligendum nil haberet? & quomodo gauderet bonore sibi proprio, si propriis suis actibus, voluntariis atque liberis contingeret priuari? certè brutis esset homo inferior & deterior, si actionibus naturalibus & suis frauderetur, vt notat Augustinus; de corrept. & grat. cap. 10. & lib. 7. cap. 30. de Ciuit. Dei. Et Bonauent. lib. 2. cap. 65. Comp. Theologici. Ac etiam vt de inimico per pugnam triumpharet; ad hoc etenim permisit Deus hominem tentari, vt vinceret cum gloria, si vellet, sicut poterat, & velle tenebatur, quò locū amici Dei illæsum, conseruaret. Ita S. Augustinus lib. 11. cap. 14. de Gen. literaliter. Quæ omnia breui epilogo dicuntur à Psalmista, huiusmodi scribente; *Minuisti eum paulo minus ab Angelis;*

Venetus. Præceptum Adamo qualiter tam. gloria, quam coronæ? Augustin. Bonauent. Psalm 8.6. & 7.

En homo per præceptum quod Angelis non defuit, humilitatus & minutus, quò tutius vitam ageret. *Gloria & honore coronasti eum;* En iterum præcepto, libertatis suæ nota, eximiè coronatus; *Et constituisti eum super opera manuum tuarum; omnia subiecisti sub pedibus eius, &c.* En de omnibus triumphans, & omnia pede calcans, si vellet malum dæmonem, non Deum supplantare.

Nec obstat, hoc fuisse in cladem vniuersalem, fuit quippe in vniuersi non minus mundi gloriam. Primò, quia sic decebat ad mundi pulchritudinem, qui ex nimia varietate quam valde venustatur; vt de libero arbitrio lib. 3. cap. 9. scribit Augustinus, & Bonauentura loco vltimo, oppositorū iuxta se ad inuicem lucentium adducens tritam regulam. Secundò, quia honori fauebat futurorum, vt diabolus vincendo patentem vniuersorum cum laude excellsiore Sanctorū vinceretur; maius etenim est deuincere victorem gloriosum, quam hostem superatum. Augustinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 27. & de corrept. & grat. cap. 12. Vlterius, quia ipsorum exemplo conducebat, vt aduersus tentationes se melius præpararent; idem Sanctus de Gen. ad lit. lib. 11. cap. 6. Tertiò, quia propter hoc, ex culpæ occasione, ordinata nobis fuit Redemptio Saluatoris, per quam bona multò plura, maioráque accepimus, quam olim amiseramus; vt canit vox Ecclesiæ; *ô felix culpa; qua talem meruit habere Redemptorem.* Et Apostolus cap. 5. Epistol. ad Rom. cum Patribus non paucis.

Adami vt nam præceptum. subseruiat mundi gloriæ. S. August.

Sed prius istis omnibus, vt laudes Conditoris quę orbis creationis sunt radij principales, in ipsum copiosius & clarius refundantur; dum per hominis præceptum attributa cuncta Dei lucidiùs innotescunt. Omnipotentia, primo loco, quia inde solus Deus inuertibilis agnoscitur; at verò creatura vertibilis & varia; sicut ait Bonauentura supremo loco datus. Deinde, Sapientia, quæ maxime resplendet, de malis quando bona maiora eliciuntur; de malis nanque maius est bona suscitare, quā mala non permittere è quibus bona veniant; nam malis obuiare humanæ est diligentiæ, sed ista in bonum vertere Dei tantùm sapientiæ; vt latè & satis doctè ostendit Augustinus de corrept. & grat. cap. 10. & in Enchit. cap. 11. & cap. 27. Præterea, misericordia, quæ quidèm Sole clatior in Christi morte fulsit; de qua agit Bonauent. in loco nunc relato; & 2. cantu Venetus ton. 4. cap. 5. Post ista, Dei iustitia; Quia in gratia conferenda, futura non Deus criminia, sed aptitudinem præsentem ad eam accipiendam considerat dumtaxat; vt docet idem Sanctus in 2. sent. d. 29. n. 18. quamobrem non respexit futuram culpam hominis, quò ipsi non conferret quam gratiam posset capere. Tandémque misericordia connexa cū iustitia, dum sola ex vna massa & liberat & punit, pro meritis diuersis; vt aiunt Bonauentura & S. Augustinus hic proximè allegati: & pro Dei prædestina-

Bonauent. Attributa cuncta el quemadmodum resplendeant ex hominis præcepto. S. August. Venetus.

tionis primatia ratione, quæ noſtras longè ſuperat, quantumlibet ſit iuſtior, quam alia quæuis ratio; vt humiliter de ſe fatetur Auguſtinus lib. 11. cap. 4. de Gen. literaliter; quem præceſſit Scriptura in locis quibus Dei iudicia vera vocat; & Paulus ad Roman. materiam prædeſtinationis altiſſimam concludens; *o altitudo diuitiarum, sa-* A *pientia & ſcientiæ Dei, quam incomprahenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius! Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Vbi verbis peregregiis ad finem tam mirabilem & ipſe quoque finit; *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula. Amen.*

S. Auguſt.

Rom. 11. 33.

DE PRÆCEPTO, SEV PRÆCEPTIS parenti primo datis.

4\. QVAMVARIE penes doctos res præſens agitatur. Alij enim tantùm vnum exiſtimant præceptum, huiuſ- B modi prolatum. *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*; Alij duplex, etſi valde diſſentiant in ſecundo; dum alteri hoc affirmant in illa affirmatiua. *De omni ligno paradiſi comede*; alteri verò in imperata propagatione liberorum. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*; quarum triũ ſententiarum communior prima eſt, ſicut reliquæ hac tempeſtate propemodum exoletę. Quo tamen non obſtante plus tertia mihi placet: non adeo quia magis conducit meo operi, ſed potius quia amplius ni mea mens me fallit, ob iſtas quæ ſequuntur, cohæret rationi.

Gen. 2. 17. Gen. 2. 16. Gen. 1. 28.

Præcepta Adamo tria, & qualia ſint impoſita.

Prima, quia verbis ipſis, & modo impetitandi, vulgatæ ſunt à Deo ſententiæ memoratæ, quod autem imperitatur, hoc vti- C que præcipitur: quia præcipere & imperare non bina ſed res vna: at verò quod præcipitur præceptum verum eſt. Pro quo facit Eccleſiaſticus Cap. 15. n. 15. de Adamo in feliciſſimo ſtatu non præceptum, ſed præcepta illi fuiſſe impoſita, ſic dicens. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua.*

Eccleſ. 15. 14. & 15.

Secunda, quia ex illis duobus reprobatis de pręcepto comedendi plus ſolet controuerti; hoc autem ex coniunctione non malè comprobatur; *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*; coniunctio nanque ligat orationis partes varias, vt æquæ inueniantur; quapropter D. Tho. in ſua 1. p. q. 9. ar. 3. & opuſcul. 3. cap. 188. hanc tradere D opinionem nullatenus veretur. Nec obeſt, per inutile pręceptum reputari, quod datur manducandi, cum ipſomet naturæ inſtinctu neceſſario hoc prorſus impleatur; nam vt ait Auguſtinus lib. 4. cap. 14. aduerſus Iulianum; *Non contemptibiles diuini eloquij tractatores nullo victu tunc homines indiguiſſe crediderunt, vt ea ſola in paradiſo alimonia exiſtimetur, qua delectantur, & aluntur corda Sapientium.* Quod licet ab hoc Sancto duntaxat referatur, bene poſſet prædulcedine & loci pulchritudine, ac ſimul intermixta contemplatione Diuinorum, obliuio circa cibum contingere tam magna, vt pręcepto ad manducandum egeret homo quiſtis; cum aliquibus tormento fuiſſe cibum & potum, ex hiſtoria Sacroſancta in Moyſe, Elia, & aliis perſpicuè reſciamus; quod ſanè in paradiſo vt loco long optimo, daretur multò meliùs. Sed equit, hoc omiſſo, pręcepto affirmatiuo, ex ligno vitæ illo proficuo manducandi; quia in eo primi hominis tam ſpirituale, quam corporale remedium conſiſtebat, vt in propria Enarrat. illius patefecimus, & quia manducatio huiuſmodi pręcepta ſignabat Euchariſtiam, vt paulò poſt dicemus.

D. Thom.

S. Auguſtinus.

An cibus in paradiſo fuiſſet neceſſarius, vel ſatis contemplatio.

Tertia, quia condecebat, pręceptum non edendi ex ligno nocentiſſimo, ab alio manducandi ex ligno probatiſſimo, (quod contrarij ſuis viribus venenum cohiberet, ac etiam propulſaret) antidotum per iuſtitiæ libramen compenſari. Antecedens notum eſt, tum ex luce rationis, tum ex ſimili argumento penultima Enarrat. ad n. 42. formato à Bellarmino. Conſequentia verò C patet ex ligni tanti robore, de quo multa Enarrat. eadem reſerauimus. Pręceptum Adamus ergo edendi ex illo habuit; vt ibi dictum fuit num. 44. & penult. Enarrat. num. 25.

Bellarmin.

Quarta, quia illa pręceptio de prole ſuſcitanda pręceptum verum fuit, vt appellatur à Cypriano de habitu Virg. tract. 2. ab Auguſtino lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 22. à D. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 2. & ab Aquila Scholarum Scoto lib. 4. d. 26. Nil igitur mirandum, ſi indiuidui ſui cauſa æternùm perdurandi acceperit pręceptum, qui aliud quoque habuit reſpectu ſpeciei perpetuò conſeruandæ. Quod pręceptum multiplicandi, ac genus propagandi, per eandem rationem pręceptum ſimul erat replendi to- D tam terram, & illam ſubigendi, diuerſum quin præceptum in hoc inueniatur, vt conſiderant qui partem tuentur aduerſariam. Qui tamen à multiplicatione animantibus indicta haudquaquam (pro vt ipſi exoptant) adiuuantur, vt per legem quam non poſſunt accipere iumenta, illam hominum deludant, & penitus aboleant; nam & ea quæ rationis omninò ſunt expertia, obediunt Creatori; non certè intelligendo, ſed Domini tam magni iuſſionibus parendo; quod hominibus impoſitam nequaquam labefactat, ſed potius firmam reddit.

Cyprianus. Auguſtinus. D. Thom. Scotus.

Animantia quanam via præcepti ſint capacia.

Quinta, quia in tribus iſtis præceptis explicatis, adeſt partium (prout dicunt) completa numeratio, & recta æquiparatio ad decem legis Moyſis, quæ poſtea Deus per

Præcepta Adamo data Moſaycis in decalogo quamualde reſpondentia.

per illum Hebræis intimauir. Illa enim ex affirmatiuis, negatiuisque conflantur, quæ Deum planè & hominem, ac proximum concernunt. Et hæc eodem modo; quorum primum, ſicut decet, ad Deum pertinebat; (Gen 2. 16.) *De omni ligno paradiſi comede*, magnus etenim Dei cultus fuiſſet proculdobio, & optima religio, de illo manducare, quod erat, vt aperui Sacrificium & Sacramentum tam ſanctę tempeſtatis. Secundum verò ad hominem in ſe conſideratum, qui mortem deuitaret euitans lignum vetitum; (Gen 2. 17.) *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis, ex eo morte morieris.* Tertium autem ad eius proximũ ſub verbis latitantem; (Gen 1. 28.) *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.*

Vlterius, quòd & primum ad corpus ſuſtendandum per cibum reſpectabat; (1. Cor. 15. 46) *De omni ligno paradiſi comede* (Non enim quod ſpiritale, ſed potius quod animale, Apoſtolo teſtante, in nobis prius eſt) per corpuſque ad animam perenniter ſeruandam, vt ait vir Seraphicus in proximo allegandus. Secundum verò ad animam in gratia retinendam. Tertium autem ad generationem humanam protegendã, & ſimul dilatandam. Quæ equidem diuiſio ſufficiẽs & perfecta apparet vndequaque, velut (S. Bonau.) S. Bonauent. in 2. Sent. diſt. 19. n. 8. & lib. 2. c. 63. Theologici compend. apertè viſum fuit. In quibus locis ille de tribus his præceptis amplectitur, quod ego; & etiam modo alio, relato valde ſimili, ibidem paulò ſup. diſt. 17. n. 7. ab ipſo elucidato, vbi arbores trifariam diſtinguit paradiſi; in omnes, quæ ad corporis edulium pertinebant; (Omnes arbores paradiſi fructiferæ vt diuiſæ in trinam differentiã.) *De omni ligno paradiſi comede*, in vnam quæ ad animæ emolumentum conducebat, ſi ab illa vellet, ſibi proſpiciens, abſtinere; *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Et in aliam, quæ vt arbor vitalis abſolutè, abſolutè vitam noſtram vtramque conſeruaret. Hæc ille; cui ſubſcribunt in Catena Lipom. (Seuerianus Procopius.) Seuerianus & Procopius. Pulchra rerum diſtributio, præſertim ſi hæc verba *De omni ligno comede*; dumtaxat vitæ ligno hic Sanctus attribuerat; quod primarium tanquam lignum præceptum primum hauſit. Res mihi valde firma, & ſupra delibata; quæ ex rebus ſubſequendis robuſtiùs confirmabitur.

Præceptum quantùm primùm duo alia præcelluerit, & vt verba De omni ligno, *de vitæ tantùm arbore prolata intelligantur.*

(Præceptum ex ligno vitæ edendi primum & maximũ, vt Deum diligendi ex toto corde & anima. Matt. 22. 38)

5. EX præhabita doctrina Seraphici Doctoris, præceptum conſtat primum edendi ex vitæ, ligno duo altera tam verè quam rectè pręceſſiſſe; dum in eius obſeruantia tam animæ quam corporis ſtaret vita omnis; ac ideo prolis Adæ non ſolum propagandæ, ſed etiam in perfectione virtutum conſeruandæ principium & fundamentum. Quocirca nihil dubij, hoc longè primum & maximum, ad quod alia recurrebant, fuiſſe

A tunc mandatũ, vt nunc ad primum nouem ſequentia reducuntur. Vnde certum, quòd pręcepta *De omni ligno comede* & *Diliges Dominum Deum tuum*; reſpiciunt ſe ad inuicem, & primũ velut vmbra ſecundi datũ fuit. Hincque non demireris, ſi cibus pręfigurans Monarcham Omnipotentem omnimodus dicatur; *De omni ligno paradiſi comede*, ſed clariùs & diſtinctiùs rem iſtam videamus, vt de ligno ſolo vitæ hęc verba proloquantur; & de illo primo homini indicta ſatis conſtet.

Prima ratio ſit, quòd fructus illius vitæ ligni ſapores in ſe vno omnigenos claudebat; (Vt omne lignum Geneſis ſit tãtum lignum vitæ.) pro vt 9. Enarrat. ad n. 23. vbertim elucidaui: ergo rectè ligni omnis merebat nomen amplum, quod ſapores vniuerſorum lignorum referebat. Quibus fauent quæ di-B cuntur eadem Enarrat. ad n. 44. & expreſſe in Vaticinio Prophetę Ezechielis vocantis hocce lignum tam omne, quàm & vnicum, & inſuper per menſes duodecim pomiferum: *Ex vtraque parte eius omne lignum pomiferum, quod per ſingulos menſes afferebat primitias*; (Ezech. 47. 12) vt pateat omne lignum cuiuſque ſpeciei, & quouis anni tempore producens fœtus proprios, in illo vitæ ligno compendio contineri; & de illo ſubintelligi præceptum *De omni ligno*; quod homini Deus dedit.

Secunda, quia Deus creaturis ſemper ſuis conuenientem cibum tribuit; ſicut optime docetur à Gloſſa Magiſtrali Num. 23. & à ſancto Ferrarienſi in octaua Chriſti corporis; (Gloſſa. S Vinc Fer.) quod probat ex Pſalmiſta; *Oculi omnium* C *in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno*; (Pſal. 144. 15.) opportunitate & capacitate eiſdem conſentanea. Angelis enim qui creaturæ ſunt merè ſpirituales, cibum merè ſpiritualem dulciſſimum conceſſit; *Ego cibo inuiſibili & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor*; (Thob. 12. 19.) quo loci Laudunenſis; *Meus cibus eſt panis, qui de cælo deſcendit; ſcilicet per Incarnationem: Angeli enim cum ſint merè ſpirituales, paſcuntur Diuinitate Filij Dei, quæ eſt etiam ſpiritualis.* (Anſelmus Laudunenſ.) Brutis verò, quæ ſunt entia dumtaxat corporalia, dum ſpiritu rationali omninò ſunt carentia, cibaria quoque dedit omninò corporalia. (Creaturis cunctis cibos quàm congruè Deus impertiat.) At homini, qui corporalis & ſpiritualis ſimul eſt, corporalem & ſpiritualem indulſit alimoniam. Quod poteſt modo duplici veriſſimè explicari. Vel primo, quia Deus paradiſi cuncta ligna D Adamo ſit largitus, & pro anima ac ſpiritu, illam ſolam vitæ arborem; quæ in effectu miraculoſo ſpiritualis planè erat; tum quia res futuras ſpirituales præferebat; tum quia vt Sacramenta corporalem & ſpiritualem, hoc eſt, vim ſupernaturalem materiæ corporali coniunctam, continebat; quo ſenſu verba iſta *De omni ligno paradiſi comede* numero proximè præcedent. expoſuit D. Tho. & etiam Bonauent. productus primo loco: (D Tho. Bonauent.) ita vt demum ligna cuncta cõmunia & vſitata ad corporalem vitam eſſent; & vitæ ſpeciale ad ſpecialem vitam animæ; qua via iam pręceptum edendi ex vitæ ligno quantumuis generaliter cum reliquis admixto, habemus pro comperto. Vel ſecundo, quia

Deus pro eorpore & ſpiritu, æqualiter & vnà perfecte ſuſtentandis, ſingulare vitæ lignum parenti noſtro dederit; vt lignū corporalis, ſpiritualiſque ſubſtantiæ; quo dato nullum aliud pręceptum manducandi niſi tantum ex vitæ ligno accepit mundi parens; & in iſto iuet tenore loquendi nobis fauet, videtúrque locutus, in loco ibi ſecundo, Seraphicus Pręceptor. Quam ego opinionem veriſſimam diiudieo, & ex rebus attexendis efficiam fortiorem.

S Bonau.

Tertia, quia ſicut homo ſpiritualis & corporalis natura ſua eſt, ſie erat vitæ arbor, ac ideo valde Adæ pro eibo eorreſpondens. Et manebat eo temporis huiuſmodi pręceptum inter duo verè extrema comedendi ex omni ligno, & ex nullo eomedendi, explicata paulo ſupra, rectiſſimè locatum; nam rectum ferè ſemper eſt quidquid tenet medium; vt a. & lib. 8. Metamurph. eanit dulcè Naſonis modulamen.

Quæ medio ſint pręcepta.

Medio tutiſſimus ibis
Inter vtrumque vola.

Ouidius.

Quo fretus Ariſtoteles Politicor. lib 4. in iſtum modum fatur. *Quantò magis aliquid accedit ad medium, tantò eſt melius; quantò magis autem diſtat à medio tanto eſt peius.* Nee nouum, eum in medio conſiſtat virtus ipſa; quamuis forſitan aliquando & vitus ibi ſedeat; de quo vulgari dicto Angelicus ſeriptor 1. 2. q. 64. ar. 1. o. & art. 4. ad 1. eum ſequenti. Sicque homini tunc foret vitale lignum congruum, vt hac ſola ratione exiſtimet Chryſoſtomus explanans hęcce verba *De omni ligno comede*, illud tantùm pro menſa Adamo datum eſſe, & reliqua pro brutis; quod ſi Doctis non diſplieeat, habemus quod intendimus; Chryſoſtomus nunc audi, *Cogita, obſecro, honoris eminentiam, qua illum proſequutus eſt. Data eſt illi menſa propria & ſegregata tu paradiſo, vt ne putaret eandē ſibi & iumentis iuſtitui; ſed haberet quaſi Rex in paradiſo agens deliciarum copiam, & quaſi Dominus aliam, quam miniſtri habitationem ſortiretur.* Nee illa generalitas *De omni ligno comede*; quid facit in contrarium; nam maius eſt quod dicitur à Rege concentore; *Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum*; eum tamen neq; fœnum, nec herba ſit pro homine; ſed ſolùm pro iumentis illius miniſterio ſuapte deputatis, & ipſumet adiuuantibus; vnde etiam ab adiuuando eis venit hoc vocabulum. Cuius iterum congruentiæ vitæ arboris eum hominibus & aliarum eum animantibus aſſertor valde nobilis eſt doctus Bellarminus lib. vnieo cap. 15. de gratia primi hominis, in ſuo tom. 3. vbi bruta in paradiſo futura confitetur, & ad dubium quo de ligno vitali poſſent edere, reſpondet in his terminis; *Nec verò metuendum erat, ne animalia ſumerent de fructibus ligni vitæ, & immortalia fierent. Nam neque illa cibos ſumerent natura ſua non congruentes; neque ſi fructibus ligni vitæ veſci potuiſſent, immortalitatem vlla ratione conſequerentur, ſiquidem lignum non ex natura ſua, ſed ex occulta vi, veluti noſtra Sacramenta effectum ſuum operaretur.* Et paucis interiectis. *Quare quemadmodum animantia bruta ſi forte Sacratiſſimam Euchariſtiam guſtarent, nullum inde fructum ſpiritualem conſequerentur, ita neque ex ligno vitæ immortalitatem adipiſci vlla ratione potuiſſent.* Et verò nec ob iſta perſuaſum tibi vellem, edendi è eunctis lignis genetica licentia Adamum earuiſſe; non etenim perceptio vnius imperati abrogaret permiſſionem iacentem reliquorum; inter quę hanc differentiam exiſtimo interfuſam; vt primum in pręceptione; ſecundū in prohibitione; cætera autem in permiſſione fuiſſe primo homini à Deo deſignata. Nam vt lib. 35. moral. cap. 10. Gregorius magnus aſſerit: *Qui ab vno quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat, ne obedientiæ mens funditus intereat, ſi à bonis omnibus penitus repulſa ieiunet. Omnes autem paradiſi arbores ad eſum Dominus conceſſit, cum ab vna prohibuit, (& alteram, poteſt addi, peroptimam præcepit) vt creaturam ſuam quam nolebat extingui, ſed proueht, tantò facilius ab vna reſtringeret, quantò ad cuncta laxius relaxaſſet.* Vnde diſcant Prælati, & qui leges ſuis condunt, ſuauem & dulcem modum in illis obſeruare, pręceptis ne quos volunt à lapſibus eruere, eiſdem ipſos obruant, occidant, & ſepeliant.

In medio virtus eſt; & vitus aliquando. D. Tho.

Chryſoſt.

Arbor vitæ an pro homine, & reliquæ pro brutis.

Pſal. 103. 14

Iumenta ab adiuuando.

Bellarmin.

An bruta in paradiſo.

An vitæ ligni fructus à brutis mā̄ducatus eis vitam æternam daret.

A

Paradiſi ligni in triplici, quò ad præceptum differentia.

S.Gregor.

B

Prælati verſus ſubditos vt debeant leges ferre.

Quarta, quia conuenientia & oppoſitio mortis ligni rem iſtam poſtulabat, ſi enim Deus ſub vno indixit mortem Adæ, ſub altero pręcepto conueniens prorſus erat, vt illi vitam promeret, quæ ligni vel ex nomine, cum vitę diceretur, elariſſimè lucebat. Cum veneno ſemper Deus antidotum ligauit, & vnum prope aliud locare conſueuit, vt faciliùs ſuccurreretur mortalium infirmitatibus. Quo eirca exitiali ſub mortis pœna vetito, ſalutare rectè lignum colludit vitam offerens. Quo pręceptum manducandi manebat non inutile, quamuis eſſet adimplendum naturæ ipſius ductu, vt ſupra dubitaueram; nam licet manducare res eſſet neceſſaria, non eſſet hoc neceſſe de ligno vitæ baiulo. Vlterius, quòd expoſitus infauſtæ Adamus arboris perieulis tunc eſſet, in iaculáque eius, iuſtitiæ eitra normam, non modicè exarmatus. Sub Dei ergo pręceptione vtramque datam teor, in quo fauet mihi Vſuna 1. p. in Miſſus; eſt dicente ſexto cap. *Iuxta iſtam arborem vitæ, lignum ſcientiæ boni & mali erat. Meritò has duas arbores ſtatuit ſimul Deus; nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Et ſic poterat homo ex altero ligno deuenire in cognitionem alterius, quoniam ex priori vita ei promiſſa eſt, & ex poſteriori mors euenit.* Cuius vltimam ſententiam, nimirum in illis verbis *Ex priori vita ei promiſſa eſt*, oportet ponderari; ac etiā in ſubſequentibus. *Et ex poſteriore mors euenit*; videlicet, non caſu; ſed quia caſus legis, ſecundique pręcepti, oppoſiti priori, ad vnguem impletus eſt; & inſuper adiungi Angelieum Doctorem opuſcul. 58. qui quidem 8. cap. huiuſmodi ſe habet; *Sicut enim Dominus in ſtatu innocentiæ lignum vitæ ad edendum conceſſit, & in ſtatu culpæ prohibuit, ſic nobis in bono ſtatu corpus Chriſti conceditur, & in malo prohibetur*: Verbum etenim *conceſſit* obligationem & impulſionem hic denotat pręcepti, dum præceptum eregionē

Cum veneno ſemper Deus antidotum, & cur liget.

C

Vſſuna.

D

D.Tho.

gionè præcepto contraponitur.

Quinta, quia figuratio Eucharistici Mysterij hoc simul exigebat, ex eoquòd illius antiquum vitæ lignum figura fuit vnica; vt 8. Enarrat. n. 16. & 22. & 9. n. 11. abundè demonstrauimus. Quamobrem cum præcepto Eucharistiæ coarctemur, de quo agitur ex professo in themate 2. [Ioan. 6. 53.] *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; decebat & præceptum vitalis ligni esse, quo homo astringeretur; vt figura in figuratum directè iaceretur. Si verò hoc fuit Adæ, quod aliud esse potuit, quàm illud de quo dicitur in themate priori, *De omni ligno paradisi comede*. Quod Ambr. de paradiso exornat nono cap. hæc verba, & Eucharistiam, ac præceptum manducandi præscriptum ex ligno vitæ coniungens in hunc modum; [S Ambros.] *Non terrenum & corruptibilem hunc cibum esui fuisse possumus æstimare; sed illum de quo dicitur*; Ecce A qui seruiunt mihi manducabunt vos autem esuritis. [Isa. 65. 13.] *Hic est enim cibus, in quo vita definitur æterna; quo quisque fuerit defraudatus, morte morietur; quandoquidem panis viuus atque cælestis ipse est Dominus, qui vitam dat huic mundo, & ideo de se dixit* Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. *Erat ergo panis aliquis quem incolis paradisi præscripserat edendum? Quis ille? Accipe quem dicat*; Panem Angelorum manducauit homo. [Psal. 77. 25.]

At verò, quamuis obiter, aduerte pro coronide, non bibendi sed edendi tantummodo fuisse præceptum de quo verba hucusque multa fecimus, contra illos qui ad Communionem impellunt sub vtraque; de quibus D. Thom. 3. p. q. 80. ar. 12. & Caietanus ipso loco in 3. q. quamiustè sic se inuehens; [Cõmunio sub vtraque tam hodie quàm à tempore Adami coargu-ta. D. Thom. Caietanus.] *Fortassis in pœnitentiam huiusmodi imprudentiæ, incautelæ, & irreuerentiæ, communicandi, scilicet, sub vtraque specie, diuino iudicio schismatici sunt populi, qui hodie sic communicant.*

LIGNI VITÆ ET EVCHARISTIÆ PRÆCEPTA æquiparantur. Vtrumque affirmatiuum, amore atque timore à Deo diuulgatum; & insimul mandatum tam maximum, quàm primum, & penitus Diuinum; ac etiam præceptorum reliquorum contentiuum, non paucis comprobatur.

6. Irifica inter cibos hos duos quos versamus, præcepti consonantia. Illud enim affirmatiuum sub verbis dictis fuit; *De omni ligno comede*, & nostrum sub sequentibus; [Ioan. 6. 27.] *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Nam etiam si ab aliis secundi nostri thematis, [Ioan. 6. 53.] *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*; frequentiùs Eucharisticum præceptum colligatur, non potest dubitari, hoc datum iam fuisse, in illis quibus Christus affirmatè prius dixerat; [Præceptum affirmatiuũ, non autem negatiuum, Eucharisticum cur sit, & etiam ligni vitæ.] *Operamini non cibum qui perit*; licet postea consummatum negatiua tandem fuerit, qua addidit Redemptor. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis; &c.* Id verò, quia vtrumque præceptum amoris erat; quæ per verba comminatoria & negatiua non conduntur; sed potius per amatoria, suauia, & allectiua.

Si autem à me quæratur, cur primo affirmatiuo, & ideo demulciuo, præceptum Deus secundum terrificum, adhibuerit, tam olim in vitæ ligno, quam hodie in Eucharistia; [Præcepto affirmatiuo Eucharistiæ & ligni vitæ cur aliud negatiuum terroris superadditũ.] *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas; in quocunque enim die comederis, ex eo morte morieris. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* In primo credo loco, cum Seraphico D. 8. Enarrat. ad n. 25. eapropter hoc fuisse, vt amor ex terrore Adamo acueretur, & ille ad iussionem de ligno manducandi (quod solummodo, præceptum tam volitum quam iussum, aliud enim non tam iussum quam inhibitum & prohibitum à Deo verum puto) calcaribus ac si esset Diuinis concitatus, ar- B dentiùs raperetur. In secundo verò vt post Eucharistiæ laudes multas ibidem decantatas, in quibus cibus permanens, & permanens in æternum, non periens nuncupatur; [Ioan. 6. à n. 27 vsque ad 53.] & manna tam mirandum non parum supergrediens; de cæloque descendens, & cælum nobis tribuens, ac suscitans à mortuis, verborum tunc illecebris in verbera mutatis, eloquio minitanti Iudæos Christus traheret, quos dulcibus sermonibus, promissionibúsque optimis adducere non poterat; *Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Quo loci Maldonatus n. 123. duplicato iuramento nimirum Amen, Amen, præceptum hoc communitum huiusmodi notauit; [Maldonat.] *Cur non dixit, Si* C *manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem; sed* Nisi manducaueritis; *illa promissio erat, hæc comminatio. Expertus ante fuerat promissionibus ad fidem allici auditores non posse, conatur minis trahere.*

Hæc ita in Eucharistiæ prædictione initiata, quæ postea in institutione illius sunt firmata, dicente Christo Domino; [Matt. 26. 26.] *Accipite & manducate; Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Vbi Christus suum corpus dum asserit exhibitum, sub eo cuncta bona supponit distributa; dum verò esse tradendum in mortem pro mortalibus, exponit omne malum, tam in illis, quæ pro homine hic Dominus est passus, quam in aliis, quæ indignè accedens ad hanc mensam enormia perpetratur. Et tandem consummata in Apostolica doctrina, & traditione Ecclesiastica, de qua in D. Paulo; *Itaque quicunque* [1. Cor. 11. 27.]

A *manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini*; cum verbis ſubſequentibus; quibus locis ſemper mors cum vita copulatur.

Cur mortis non inferni Adamo pœna expoſita.

Quare autem non infernus, ſed mors parenti omnium, & indebitè communicantibus à Deo fulminatur? Quia infernus ſola fide concipitur à nobis; at mors fide, & ratione, ac ſenſu exteriori, quæ plurima vi pollent.

Hebr 9. 27.

Fide ſanè, quia dicitur epiſt. ad Hebr. *Statutum eſt hominibus ſemel mori*; ratione, quia illa quæ ex rebus dimicantibus, & obuiis componuntur, non poſſunt non diſſolui perenni controuerſia; ſenſu verò, quia vbique horrenda mortis facies, quam omnium terribilium terribiliſſimum non malè moral. lib. 3. ad caput eius ſextum vocauit Ariſtoteles; Horatiúſque tam Reges quam pedites viliſſimos ex æquo territantem, in lib. 1. Carm.

Mors quantùm ſit terribilis. Ariſtoteles. Horatius.

B

Pallida mors æquo pulſat pede
Pauperum tabernas Regúmque turres.

7. Nec ſolum affirmatiuum, amoréque, & ſimul timore magno plenum, ſed maximum atque primum mandatum fuit planè vtrumque de quo agimus. Tale nanque illud eſt, in pagina Matthæi, quod Dei amorem & cultum primariò veneratur; quæ quidèm lignum vitæ, cum fuerit Innocentiæ Sacramentum & Sacrificium; & Sacrificium tam mirificè venturum Deum exprimens, hæc duo in ſemetipſo egregiè continebat; & Euchariſtia à fortiori, maiori cum exceſſu. Cultum ſanè cum ſit vnicum Eccleſiæ Sacrificium, non Deum perſignificans, ſed ipſum verè exhibens; amorem verò Dei, cum non ſolùm non penuria, ſed abundans penuaria Diuinæ charitatis in eo dignoſcatur; de qua iuxta Genebrard. in Cant. profertur; *Introduxit me Rex in cellam vinariam; ordinauit in me charitatem*; id eſt, in cellam vini inebriantis charitate, vbi chari reconduntur; & *charitiæ* ſicut dicimus in verbo Luſitano, charorumve delitiæ vberrim diffunduntur; in omnéſque vt ordo expoſcit meritorum, iuſtiſſime ordinantur, & ordine donantur. Quapropter hoc Myſterium eſt inter Dei mandata tam maximum, quàm primum; in quo certè tanquam maximo ſunt omnes Dei amores; & etiam à quo, vt primo hi omnes diſpenſantur. Quæ cuncta iam Deus noſtro parenti promittebat, dum illi ſic dicebat; *De omni ligno paradiſi comede*; hoc eſt, de ligno omnia compendio continente, & omnia ex ſe compendij virtute profundente. Quod Chriſtus clarè dixit ſub illis paucis verbis *Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum*: vt corpus quod ſublimiùs, & eminentiùs in ſe omnia proficua concludebat.

Matt 22. 38. Euchariſtiæ & ligni vitæ mandatum primum, & maximum. C Genebrard. Cant. 2. 4. Euchariſtia amoris cella, & ordo charitatis. D

Fuit pariter præceptum de ligno manducandi, à Deo tanquam datum, Diuinũ proculdubio; & tale eſt Euchariſticum, in illis verbis cæptum, *Operamini non cibum qui perit*; in illiſque finitum; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*: quemadmodum de ſecundo affirmat. D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 11. & in 4. ſent. d. 6. Durand. eo in loco q. 2. n. 7. Gabriel q. 1. ar. 1. Richardus art. 6. q. 1. Claudius reper. 6. cap. 5. Nauarrus in Manuali cap. 21. n. 45. In quo præcepta hæc duo Moſayca longe ſuperant; illa nanque verè à Deo fuerunt ordinata, at verò niſi tantùm per hominem prolata; at iſta per Dei Filium hominibus vulgata; *Ex omni ligno paradiſi comede*; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* Per filium nanque ſuum, in mundi iam principio, principaliter & principalia agebat Deus negotia, qui per ipſum Filium ſuum *Principium* nuncupatum, creauit vniuerſa, vt in 1. Enarrat. ad illa verba diximus. *In principio creauit Deus cælum & terram. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* Si verò in toto nobis rigore ſit loquendum, præceptum ſolùm noſtrum Euchariſticum eſt Diuinum; hoc enim fuit tantùm per ipſum Deum traditum; cum antiquæ apparitiones, locutionéſque Diuinæ per Angelos ſint factæ, iuxta celebrem doctrinam Gregorij lib. 8. cap. 2. ſuper Iob. quam ad Galatas ſcribens tradiderat Apoſtolus. Vlterius, quòd eſt etiam præceptum Eccleſiaſticum in cap. *Omnis vtriuſque ſexus*; de *Pœnitent. & remiſſionibus*; ac item naturale, vt dicam paulo infra; in quo vtrique conſentit cum aliis decem Muyſis; quæ ab ipſo ſunt naturæ dictamine, collecta, expreſſa, & ordinata. Nec debet prætermitti, tam præceptum ligni vitæ, quàm præſens Euchariſticum vtrumque vitæ eſſe perpetuæ promiſſiuum; primum ſanè in aduerſatiua his verbis occultata; *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas; in quocunque die enim comederis ex eo morte morieris.* Secundum verò clariùs in ea negatiua, ſub aliis reſerata, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.*

Præcepta ligni vitæ, Euchariſtiæq; Diuina. D. Tho. Durandus. Gabriel. Richardus. Claudius. Nauarrus. Gen. 1. 1. Ioan. 1. 1. Euchariſticum præceptum tantummodo Diuinum, & Moſaica ſemidiuina, loquendo rigurosè. S. Gregor. Gal 3. 19. Infra n. 10.

Quòd præceptis ſub duobus ad eſum pertinentibus habuerit iam decem quæ continet Decalogum, Adamus mundi parens; econtrà verò nos in ipſiſmet Decalogi tam edendi, quàm & ſimul à cibis abſtinendi præcepto careamus, perſpicuè demonſtratur.

8. DIco amplius, ſub præcepto de ligno manducandi præcepta Dei omnigena in vnum tantum colligi, & ad illud quæque alia Diuina reuocari. Nec immeritò cũ fuerit, vt manet explicatum, præceptum diligendi; proptereáque tam primum quàm maximum mandatum, quod funditur per reliqua; cum quo etiam cuſtodito, cuſtodiuntur quæ ſuperſunt, vt noſter P. Vega in Conc. Trident. peroptimè adnotauit. Et certè nemo poteſt amore Deum proſequi, ac illum culpis tradere. Quare Deum vel nos, vt

Amore quãtùm ſolo Dei lex adimpleatur. Andreas de la Vega.

vt pręcepta custodiamos diligere debemus, vel omnia custodire, vt Deum diligamos.

Tertullian.

Nam secundum Tertulliannm cap. 2. contra Iudęos. *Si Dominum Deum suum primi parentes dilexissent, haudquaquam contra eius præceptum deliquissent* Vnde tria recto filo existimo sic etui.

Primum quidèm sub primo pręcepto affirmatiuo secundum negatiuum contentum latuisè, non autem vice versa; vt deducitur ex doctrina auctoris nunc citati lib. 4.

Præcepta negatiua sub affirmatiuis occultata; nō autem vice versa.

cap. 16. aduersus Marcionem. Vnde abstinens homo ab arbore mortifera, nec mortem ille videre, nec gratiam posset perdere; at in gratia propterea non posset confirmari, quemadmodum si ederet ex illo vitę ligno edulio demirando, quod vitę binę lucem perpetuùm largiretur; vt ex serie prædictorum, doctrinęque pręiactę Enarra. 9. n. 42. perspicuè demonstratur.

Secundum verò in illis duabus sanctionibus Adamum tot præcepta à Deo recepisse, quot postea nos ab ipso habuimus in lege

Decalogi vt præcepta Adamus iam habuerit, nosque præcepta illius dumtaxat habeamus.

Decalogi vocata; ne vt magis grauati in Deum conqueramur, vel Adamum proferamus maiori immunitate fuisse cumulatum. Nam in primo affirmatiuo accepit illa tria, quæ Deum planè in Moysis concernunt prima tabula. Primum, Deum diligendi, in Communione illius pomi, & in eius oblatione, quod gratissimum Sacrificium, vt ego sæpe monui, inficiari quisnam poterit? Secundum, nomen Dei in vanum non sumendi, quod falsum est iniurandum, mendacium seu iuratum, hoc autem non committeret, si de ligno comedisset, videlicet, vitali, & in veritate perstitisset. Tertium verò sanctificandi quietem diei septimi; nam ista in paradiso, si homo non peccasset, perennis semper foret. At in alio negatino exeepit illa septem, quæ in tabula secunda respiciunt bonum proximi. Deberent nanque se cunctorum genitores ad inuicem honorare. Progeniē dein suam nec opere nec verbo necare, & vulnerare. Vel etiam intęmperanter ad inuicem habitare, quod species adulterij, in ipsis coniugatis putatur ab Hieronymo. Non furtum ligni vetiti (quod alienum solùm eis) quocùnque modo facere. Nec etiam contra proximos, quos fallere non possent, testimonium loqui falsum, vt vterque post peccatum in alium malè fecit. Nec vltimò vel lignum, vel mulierem alienam, seu à mente alienatam, (vt eam Adam deperiit) omninò concupiscere.

Itaque quod Adam duobus in præceptis, edendi, & non edendi Mosayca decem habuit; vt dicitur per syncopam in libro Eccle. dum ait esse data parentibus prioribus præcepta Dei & proximi. Dei sanè per hæc

Eccles 17.7.

verba; *Posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen Sanctificationis collaudent.* Proximi autem per seqoentia; *Et mandauit illis vnicuique de proximo suo.*

N. 12.

Sed clarius ipso in loco per ista, inter relata, huiosmodi intertexta; *Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hære-* A *ditauit illos. Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus eorū.*

Eccles. 17. 9. & 10.

Nam addita disciplina, quam Deus Adamo dedit; significat non solùm præcepta duo magna, ad quæ alia reducuntur, amoris Dei & proximi, sed omnia legis Moysis, quæ orbis sunt doctrina, & morum, per Synderesim naturæ, disciplina; hæc verò bene & clarè deducitur ex hinc, non tantum insinuata & tacitè explicata, implicitéque tradita fuisse protoplastis, sed prorsus explicata, ac duobus sub prædictis explicitè iam data; & addita ipsis legibus.

Disciplina quæ generice dicatur in Dei verbis.

Lex autē vitæ illa, quam hæreditauit eos Deus, hoc clarius manifestat. Est enim vitæ lex quæ ab ipso mundi initio, principióque viuendi B perduxit semper homines ad vitam sempiternam; quę quidèm non est alia quam ipsa lex naturæ inclusa sub Mosayca, & tandem terminata, consummata, & coronata in lege Christiana; vt asserit hîc Glossa Lyrana, & Ordinaria; Lyranáque superius cap. 15. n. 15. quo loci videatur.

Decalogi præcepta Adamo clarè tradita.

Lex vitæ quæ dicatur Lyra.

Testamentum verò æternum quod Deus in loco isto cum illismet constitoit, hoc prodit multò adhuc expressiùs & lucidiùs. Est quippe testamentum æternum hîc appellatum, lex semper obseruata à cunctis viris probis, vel instinctu naturali, vel Mosayca expressione, & Christiana illuminatis. Quia lex legislatoris testatio mentis est, vnde nomen testamentum exordium suum habuit; æterna verò qoia à mundi natalitiis vsque ad eius finem vltimum hæc fuit, est, ac erit, tam C vnica, quam eadem; Adamo primùm data; deinde scripta Moysi; ac tandem in Euangelio per Christum confirmata.

Lex Dei cur Testamentum, æternúmq; dicatur, & ipsa lex æterna.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata; quæ protinus enumerat, tam ibi, quam inferiùs sic dicens de duobus maioribus præceptis; *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.*

Matt 19.17. Cap. 22.40.

Quia quęque lex Diuina in ista semper perstitit, vel etiam à primo homine, qui fuit primus mundi Propheta, de quo dicitur, *Qui à sæculo sunt Prophetarum eius*; nam à sæculi principio quis esset Prophetia conspicous nisi ille, qui solus tunc extabat?

Adam Propheta primus

Luc. 1. 70.

Accepit ille ergo Decalogi præcepta; hocque, quod maius est, non generalitate qua nos ipsa addiscimus Christicolæ, sed potius minutissima specialitate qua Iudæi agnoscebant vltra decē Decalogi præcepta, moralia (quia ad mores attinebant) nuncopara; quammulta ad iudicandum & populum regendum à Deo destinata; quæ propterea iudicialia præcepta dicebantur; & alia ad Sacrificandum, quæ cæremonialia ob cæremonias Dei cultus, vocabantur; de quibus super Exod. ad cap. 21. egregiè Lyræ sonus.

Præcepta quæ moralia, iudicialia; & cæremonialia; & vtrum primus homo hæc omnia iam acceperit. Lyranus.

D

Detribus nanqoe rebus in verbis allegatis perspicuè satis agitur. De lege, nempe, vitæ, & æterno testamento, quod idem prorsus est; de iustitia & de iudiciis ostensis mundi Patribus; & de magnalibos honoris Dei eisdem reuelatis. Vbi Lyra per testamentum æternum & legem vitæ, intelligit præcepta Decalogi, & moralia; per

ingratæ & duræ fœminæ in lapidem duriſſimum in ore ſuo verti. Quo illa conſternata cucurrit ad Epiſcopum, & lapidem ei oſtendit; qui dentes tam inflictos, quam inſolitam materiam, & colorem non communem, ſed nouum referebat. Qua culpa pœnitentia ſalutari ſatisfacta, concorditer cum marito deinceps diu vixit, lapis verò Conſtantinopoli Eccleſiæ inter theſauros Sozomeni tempeſtate perdurans viſebatur; qui

Sozomen.

in hiſtor. Eccleſ. lib. 8. cap. 5. præſentem rem exarat; Baroniúſque poſt illum ad annum 400.

Baronius.

A

Septimum tandem, ne à brutis in iſta re vincamur.

B

Vt homines iumenta, iumentaque ſint homines.

33. INfauſtam rem hominibus de primo Dauid ait; in iumentum verſum eſſe humana mente præditum, & in pecudem gregariam egregiam creaturam; *Homo cum in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Iumenta verò in homines feliciùs immutata ſcribit maior Vatum; *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit.* Mutemus ergo vices, & quoniam panis hic hominibus iumentis eſt natus inter paleas, huiuſmodi nos granum ſub illis palliatum petamus cum fiducia, quęramus eum amore, atque ore deuotiſſimo idipſum comedamus, vt verbis quam prædulcibus mellifluus auctor affert; *Hinc eſt, quod panis Angelorum factus eſt fœnum poſitum in præſepio, appoſitum nobis tanquam iumentis. Verbum quippe caro factum eſt, & iuxta Prophetam* Omnis caro fœnum; *Ecce igitur cibus hominis mutauit ſe in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu triſtis & lachrymoſa mutatio; vt homò paradiſi accola, terræ dominus, cæli ciuis, domeſticus Domini Sabaoth, frater beatorum ſpirituum, & cæleſtium cohæres virtutum, repentina ſe conuerſione inuerterit in iumentum; & propter infirmitatem iacentem in ſtabulo; & propter pecorinam ſimilitudinem indigentem cibo; & propter indomitam feritatem præſepio religatum. Agnoſce ô bos poſſeſſorem tuum, & tu ô aſine præſepe Domini tui. Cognoſce pecus, quem non cognouiſti homo, adora in ſtabulo quem fugiebas in paradiſo. Honora præſepium, cuius contempſiſti imperium; comede fœnum, quem panem, & panem Angelorum faſtidiſti.*

Pſal.48 13.

Iſai.1,3.

S.Bernard.

Iſai.40.7.

In iumentum verſi hominis ſuauis declamatio, & inuitatio ad relinquendam ſpeciem iumentinam.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VNDECIMA, AC QVARTA DE PARADISO IN FIGVRA PRÆCEPTI, ET PRIMÆ LEGIS LATÆ.

Super Gen. verba cap. 2. n. 16. ac etiam 17. *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocúnque die enim comederis, ex eo morte morieris.* Et Ioan. 6. n. 53. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Quæ suo loco concordantur n. 5. cum seqq.

De continuatione de præcedentia, & de mundi celebrioribus legislatoribus antiquis. Numerus I.

Legislator quinam primus; & primi multi alii legislatores memorati.



VBi homo figuraliter vocatus ad Ecclesiam, & in eius paradiso piissimè locatus, non solum gratitudine ad Sacramentum vitæ ligni deuotè accipiendum, & ad idem Sacrificium offerendum Creatori naturali obligatione ligatus verè extitit; sed illico præcepto & lege Omnipotentis, quò pondus tantæ rei apertiùs nosceretur, compulsus quoque fuit. Quæ lex vt mundi prima, sic primus legislator illius mansit Deus; quamnis S. Isidorus in cap. *Moyses*, dist. 7. hoc aliter consideret; legislatorem primum orbis constituens S. Moysem; homanas quippe leges lex eius anteecssit; quem postea legislatores illustres sunt sequuti: nimirum Phoronæus in Græcis primicerius; Mercurius Trimegistus primæuus in Ægypto; Athenis primus Solon; Licurgus item primus Lacones inter homines; & Numa inter Romanos, præ reliquis iosignes. Etsi populus postea, seditione concitata, à Magistratibus semotus, Athenas decem viros, transcribendi & deferendi Græcorum leges causa, qoorum nomina offenduntur in cap. allegato, trāsmisit prudentissimos; qui scriptas à Solone, donatas voce Latia, in tabulas duodecim redactas exportarunt; quæ vsque ad nostra tempora antiquum nomen illud duodecim tabularum conseruant illibatum.

S. Isidorus.

Duodecim tabularum quæ leges nuncupatę.

A Sed fallitur, ni fallor, Antistes Hispalensis, dum Moysem legislatorem priorem cunctis facit; cum tamen Assyriorum Rex Ninus eo senior non possit dubitari, quin regoo suo leges condiderit nonnullas; sunt quippe Lex & Rex gemelli duo fratres; vt regimen & regnum, quod sine legum nexu ligari vel stare, nec semel vnquam visum; ac ait L. 2. ff. de Legibus; vndeci. que §. de *Rerum diuisione*. Et Cicero pro Cluen. & lib. 5. cap. 11. institut. Orat. Orator Cordubensis. Quod licet non fuisset, Deus legem primus omnium imposuit absque lite; non quidèm quando ipse ponebat legem aquis, vt illa quæ ratione carentibus non ponitur, sed quando primo homini iniecit legis vin-
B cula, ne ex lex & solo tus à rationis moderamine cum dedecore speciei humanæ videretur. Vnde legum in præconium, auditor priùs legum, hoc ego nunc obseruo; Legum nempe scientiam, quam scientiam confiteri recusant viri plures, antiquiorem longe esse scientiis vniuersis; à priori & superiori Imperatore concinnatam, ac apprimè urdinatam; & à maiori Iurisperito prudenter institutam, à primarióque Lectore, & Sapientissimo Doctore, seu ab ipsa Sapientia Diuina & incteata, tam seriò promulgatam, quàm simul in minuta expressione ipsarum legum non parum elucidatam. *Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. In quocúnque enim die comederis, ex eo morte morieris.*

Gemelli Rex ac Lex; vt regimen & regnum.

Cicero. Quintilian.

Scientię legum laudes ab homine leguleo breuissimè libatæ.

Gen. 2. 17.

CVR HOMINI TAM LIBERO PRÆCEPTVM *Deus indixerit; & homini quem ſciebat præceptum paulò poſtea in ſui & mundi cladem funeſtam perfracturum.*

2. INTELLECTV ſatis facilis quæſiti pars eſt prima; nam cum homo rationalis exiſtat naturaliter, rationis debet ioxta dictamen ſeſe regere; ac ideo iuxta legem ſeipſum moderari; lex enim nihil aliud, quam rationis eſt expreſſio, deſumptio, & recollectio; vnde de Legibus lib. 1. ſic dixit M. Tullius. *Lex iubet ea quæ facienda ſunt, prohibétque contraria*; quem ſequitur L. *Graca*; ff. de *Legibus*; & cap. *In conſuetudine*; d. 1. ac etiam D. Tho. in ſua 1. 2. q. 90. art. 4. quare ratio legis anima, & meritò vocatur; vt ait L. *Cum ratio*; de *bonis damnatorum*.

Definitio legis qualis. — Tullius. — D. Thom. — Vt ratio legis anima.

B

Deinde cum arbitrio plenario voluntatis creatus homo fuerit, non poſſet ille ſanè quod erat, verè eſſe, niſi haberet quod eligeret omnino voluntariè, & cum præmio atque periculo electionis exerceret. Itaque, quòd excellentiam creationis ſuę perderet, ſi exercitio libertatis probandæ priuaretur, vnde ad eiuſmet decorem præceptum decens erat; Videatur Bonauent. lib. 2. cap. 56. Comp. Theologici.

Præceptum & lex cur homini qui ista breui solueret. — S. Bonau.

Prætetea, condecebat, vt homo rerum Dominos cunctarum ſibi imperium in illis verbis traditum; *vt præſit piſcibus maris, &c.* perpetuò obedientiæ ſubiectione retineret. Creaturæ nanq; nemini obedient aliquando, ni Præſul ipſe prius obediat Creatori;

C

hincque ſenes Apoc. ad pedes Agni Regias coronas proſternebant. Verè ſenes prudentes, & cæli ſapientes; quia neutiquam coronam amittit ille propriam, qui mittit eam humilis ad pedes tanti Domini; nec deponit ſed potius imponit Regum infulas, qui ad plantas Agni crimina tollentis voluerſi (cui vtique ſeruire regnare verum eſt) conſtituit caput ſuum. In quo Gallici lox Sceptri B. Ludouicus exemplũ fulgens eſt; nonquam enim tam pacatè potius regno fuit, quàm cùm diſſitus à Regno & Galliæ territorio, vbi pluresaliquando infeſtos ſibi hoſtes ex proceribus expertus, pro Chriſto dimicauit. Nec ſolùm Ludouicus, ſed cuncti mun-

D

di Reges, in quos rarò inueniemus vaſſallos rebellaſſe, quin Deo prius ipſi rebelles vita fuerint, & moribus peruerſis. Quos pręceſſit Angelorum & hominum Regina, Deipara Maria, quæ ad Filij ſui pedes coronam matris eius celſiſſimam promeruit; *Ecce ancilla Domini; Fiat mihi ſecundum verbum tuum*; id eſt, dignitas maternitatis ipſius mihi famulæ maiori illius veniat; cui etiam carnis dedit coronam, de qua dicitur in lib. Cant. *In diademate, quo coronauit eum mater ſua*; iuxta Bernardi explicationem egregiam pro re noſtra.

Apoc. 4. 10. — Qui ſeruiũt Chriſto, Reges. — Maria humilitate Regina ſit cæleſtis. — Luc. 1. 38. — Cant 3. 11.

Ad hæc; præter Deum nemo voluntatem

A

ſuam propriam quocúnque modo habet; quam homo ſi haberet Dei culmen conculcaret, coronáque ei debita auctoré & conditorem cunctorum exauthoraret; vt in lib. de Similitudinibus cap. 8. cui eſt titulus; *Quod propria voluntas ſoli Deo conueniat*, Anſelmus annotauit; qui ait ſic in corpore; *Solus Deus quidquid vult, debet velle propria voluntate, ita vt aliam quam ſequatur non habeat ſupra ſe. Cum igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem, Deo aufert quaſi ſuam coronam. Sicut enim corona ſoli Regi competit, ſic propria voluntas ſoli Deo. Et ſicut Regem aliquem inhonoraret, qui ſuam coronam ei auferret, ſic homo inhonorat Deum, qui aufert ei propriæ voluntatis priuilegium, habendo, quod ille debet habere ſolus. Sed ſicut propria voluntas Dei eſt origo totius boni, ſic propria voluntas hominis totius eſt exordium mali.* Quò forſitan reſpexit Propheta quando dixit; *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*; nam & ſemper Dei voluntas eſt bona naturaliter, & corona illius capitis, qua ipſe ſolus poteſt ſuapte coronari; quaotumuis enim nos affirmet coronatos, ſcuto, & non corona diuinæ voluntatis, hoc aſſerit impletum; ac ideo Dei præceptis, quæ inſtar ſcutorum inualidos obumbrant vt tangam paulò infra; & portio ſunt à Dei procedens voluntate; quapropter hæcce propria Adamo non licebat.

S. Anſelm. — Voluntas quare propria conueniat tãtùm Deo, & eius ſit corona. — Pſal. 5. 15.

Vlterius, non vt homo à Deo reſiliret, ſed cum Deo ſe vniret, ac magis copularet, ei fuit lex impoſita; cum quo veluti maiori immensè à ſe remoto non poterat ligari (vt tamen congruebat) niſi humili ſubiectione ad pedes Dei, ſeu eius Diuinitatis partem infimam, deuolueret ſeipſum; quo medio ſecum Deo inuoluit homo vilis; & forſan hac de cauſa lex ita noncupatur; non tantùm quia ligat & obligat ad res præſcriptas peragendas, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. C. ſed quia nos cum Deo per viam præceptorum veriſſimè connectit, coniungit, & conſolidat. Omiſſo, quòd & Deus ſuper hominem cui tam multa donarat beneficia, illa parua penſione, homagiique tributo, dominium conſeruauit; & etiam ſibi hominem hoc modo ſociauit; de quibus eſt videndus in Pſal. 70. Conci. 2. B. Auguſtinus; & in Pſal. 34. Conc. 1. nec non cap. 50. Rupertus ſuper Gen. *Dicat aliquis, cur non abſque vlla conditione poſuit illum in paradiſo? Non ne melius fuiſſet, nullum dediſſe præceptum, quam poſitione præcepti facere præuaricatori locum? ſed vnde homo copularetur Deo ſi non illi ſubligaretur obedientiæ iugo? Si non acciperet commiſſum, in quo deberet fidelis exiſtere Deo?* Qua in re affatum illud fundatur Auguſtini lib. 8. cap. 11. de

Humilitas vt homines ad Deum ſummè alliget. — Lex quare ſic dicatur. — D. Thom. — Rupertus. — Obedientia Deo ligat, & Deo plus ligatos, plus liberos nos reddit.

Geo.

S. August.

Gen. literaliter; *Dominatio Dei non ipsi, sed homini vtilis est; Deus enim nostra seruitute non eget; nos autem sine eius dominatione esse non possumus.*

S Hieron.

Et Hieronymi ad Celantiam huiusmodi scribentis; *Neque enim obsequio nostro indiget Deus, sed nos illius indigemus imperio.*

Tertullian.

De quo lege Tertullianum lib. 2. cap. 14. aduersus Marcionem; vbi habet excellentiam humanam summam esse arctari Dei præreptis, & istis ei ligari; à quo aliter rationales soluti & dissoluti per vitia iaceremus.

Postremò, vt per præceptum Deus hominem seruaret, ne sicut malus Angelus superbia laberetur, & in dæmonis sodalem hoc modo verteretur. Vnde Vates de hominibus elatis deprecatur;

Psal. 9. 21.

Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt

B

Non ergo quidquam mali in lege data homini, nam lex custodit omnes, qui ipsammet custodiunt;

Eccle. 15, 16.

Si volueris mandata seruare, conseruabunt te Quod Salomon cognoscens, beatos iam appellat custodientes legem Dei;

Prou. 29 18.

Qui custodit legem beatus est; quia hominis beatitudinem custodia legis affert; & Paulus ad Timo. concludens hanc doctrinam;

1. Tim. 1. 8.

Bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Ergo vsus malus legis, non lex Adamo obfuit. Quare Deo obediamus, & præcepto manducandi ex Eucharistia pareamus;

Vt corona qui in gratia manducat, decoretur.

Exod 25. 25.

nam & mensa propositionis in gyro duas habuit coronas interrasiles; quia duplici seu multiplici corona decorabitur, qui mensæ nostri panis & firmiter crediderit, & decenti obedientia humiliter accesserit.

C

5. Quæstionis pars secunda ex dictis innotescit: præceptum nanque datur præceptum perfracturo ob eius excellentiam, & maximam indigentiam, ad quæ omnes præcedentes conueniunt rationes. Nam cum homo minor Angelis, sed eis quàm vicinus, & etiam quàm persimilis fuisset procreatus, vt Angeli, qui præcepto (Enarrat. iam 2. à nobis explicato) nequaquã carueerunt, præcepti quoque debuit certamine probari, & ita nobiliori triumpho decorari; de quo satis latè Venetus in Harmo. Cant. 5. ton. 6. cap. 6.

Venetus.

& gloria ac sibi innato honore coronari; innatum nanque homini libertate sua regi; libertas verò nisi per legem locum habet; nam aliter vt eligeret, qui eligendum nil haberet? & quomodo gauderet bonore sibi proprio, si propriis suis actibus, voluntariis atque liberis contingeret priuari?

Præceptum Adamo qualiter tam gloria, quam corona?

D

certè brutis esset homo inferior & deterior, si actionibus naturalibus & suis fraudaretur, vt notat Augustinus; de corrept. & grat. cap. 10. & lib. 7. cap. 30. de Ciuit. Dei.

Augustin.

Bonauent.

Et Bonauent. lib. 2. cap. 65. Comp. Theologici. Ac etiam vt de inimico per pugnam triumpharet; ad hoc etenim permisit Deus hominem tentari, vt vinceret cum gloria, si vellet, sicut poterat, & velle tenebatur, quò locũ amici Dei illæsum, conseruaret. Ita S. Augustinus lib. 11. cap. 14. de Gen. literaliter. Quæ omnia breui epilogo dicuntur à Psalmista, huiusmodi scribente;

Psalm 8. 6. & 7.

Minuisti eum paulo minus ab Angelis;

A

En homo per præceptum quod Angelis non defuit, humiliatus & minutus, quò tutius vitam ageret. *Gloria & honore coronasti eum;* En iterum præcepto, libertatis suæ nota, eximiè coronatus; *Et constituisti eum super opera manuum tuarum; omnia subiecisti sub pedibus eius, &c.* En de omnibus triumphans, & omnia pede calcans, si vellet malum dæmonem, non Deum supplantare.

Adami vnam præceptum subseruiat mundi gloriæ.

Nec obstat, hoc fuisse in cladem vniuersalem, fuit quippe in vniuersi non minus mundi gloriam. Primò, quia sic decebat ad mundi pulchritudinem, qui ex nimia varietate quamualde venustatur; vt de libero arbitrio lib. 3. cap. 9. scribit Augustinus, &

S. August.

Bonauentura loco vltimo, oppositorũ iuxta se ad inuicem lucentium adducens tritam regulam. Secundò, quia honori fauebat futurorum, vt diabolus vincendu parentem vniuersorum cum laude excelsiore Sanctorũ vinceretur; maius etenim est deuincere victorem gloriosum, quam hostem superatum. Augustinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 27. & de corrept. & grat. cap. 12. Vlterius, quia ipsorum exemplo conducebat, vt aduersus tentationes se melius præpararent: idem Sanctus de Gen. ad lit. lib. 11. cap. 6. Tertiò, quia propter hoc, ex culpæ occasione, ordinata nobis fuit Redemptio Saluatoris, per quam bona multò plura, maioráque accepimus, quam olim amiseramus; vt canit vox Ecclesiæ; *ô felix culpa; quæ talem meruit habere Redemptorem.* Et Apostolus cap. 5. Epistol. ad Rom. cum Patribus non paucis.

Sed prius istis omnibus, vt laudes Conditoris quę orbis creationis sunt radij principales, in ipsum copiosius & clarius refundantur; dum per hominis præceptum attributa cuncta Dei lucidiùs innotescunt. Omnipotentia, primo loco, quia inde solus Deus inuertibilis agnoscitur; at verò creatura vertibilis & varia; sicut ait Bonauentura supremo loco datus.

Bonauent.

Attributa cuncta el quemadmodum resplendeant ex hominis præcepto.

Deinde, Sapientia, quæ maxime resplendet, de malis quando bona maiora eliciuntur; de malis nanque maius est bona suscitare, quã mala non permittere è quibus bona veniant; nam malis obuiare humanæ est diligentiæ, sed ista in bonum vertere Dei tantùm sapientiæ; vt latè & satis doctè ostendit Augustinus de corrept. & grat. cap. 10. & in Euchir. cap. 11. & cap. 27.

S. August.

Præterea, misericordia, quæ quidèm Sole clarior in Christi morte fulsit; de qua agit Bonauent. in loco nunc relato; & 2. cantu Venetus ton. 4. cap. 5.

Venetus.

Post ista, Dei iustitia; Quia in gratia conferenda, futura non Deus crimina, sed aptitudinem præsentem ad eam accipiendam considerat dumtaxat; vt docet idem Sanctus in 2. sent. d. 29. q. 18. quamobrem non respexit futuram culpam hominis, quò ipsi non conferret quam gratiam posset capere. Tandémque misericordia connexa cũ iustitia, dum sola ex vna massa & liberat & punit, pro meritis diuersis; vt aiunt Booauentura & S. Augustinus hîc proximè allegati: & pro Dei prædestina-

tionis primaria ratione, quæ noſtras longè ſuperat, quantumlibet ſit iuſtior, quam alia qoæuis ratio; vt humiliter de ſe fatetur Auguſtinus lib. 11. cap. 4. de Gen. literaliter; quem præceſſit Scriptura in locis quibos Dei iudicia vera vocat; & Paulus ad Roman. materiam prædeſtinatioois altiſſimam concludens; *o altitudo diuitiarum, ſa-* A *pientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprabenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius! Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Vbi verbis peregregiis ad finem tam mirabilem & ipſe quoque finit; *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula. Amen.*

S. Auguſt.

Rom. 11. 33.

DE PRÆCEPTO, SEV PRÆCEPTIS parenti primo datis.

4. QVAMVARIE penes doctos res præſens agitatur. Alij enim taotùm vnum exiſtimant præceptum, huiuſ- B modi prolatum. *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*; Alij duplex, etſi valde diſſentiant in ſecundo; dum alteri hoc affirmant in illa affirmatiua. *De omni ligno paradiſi comede*; alteri verò in imperata propagatione liberorum. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*; quarum triũ ſententiarum communior prima eſt, ſicut reliquæ hac tempeſtate propemodum exoletę. Qio tamen non obſtante plus tertia mihi placet: non adeo quia magis condueit meo operi, ſed potius quia amplius ni mea mens me fallit, ob iſtas quæ ſequuntur, cobæret rationi.

Gen. 2. 17.

Gen. 2. 16.

Gen. 1. 22.

Præcepta Adamo tria, & qualia ſint impoſita.

Prima, quia verbis ipſis, & modo imperitandi, vulgatæ ſunt à Deo ſententiæ memoratæ, quod aotem imperitator, hoc vtique præcipitur: quia præcipere & imperare non bina ſed res vna: at verò quod præcipitur præceptum verum eſt. Pro quo facit Eccleſiaſticus Cap. 15. n. 15. de Adamo in felieiſſimo ſtatu non præeeptum, ſed præcepta illi fuiſſe impoſita, ſic dicens. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua.*

Ecclef. 15. 14 & 15.

Secunda, qoia ex illis duobus reprobatis de pręcepto comedendi plus ſolet controuerti; hoc autem ex coniunctione noo malè comprobatur; *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*; coniunctio nanque ligat orationis partes varias, vt æquæ inoenian-tur; quapropter D. Tho. in ſua 1. p. q. 9. ar. 3. & opuſcul. 3. cap. 188. hanc tradere opinionem nullatenus veretur. Nec obeſt, per inutile pręceptum reputari, quod datur manducandi, cum ipſomet naturæ inſtinctu neceſſario hoc prorſus impleatur, oam vt ait Auguſtinos lib. 4. cap. 14. aduerſus Iulianum; *Non contemptibiles diuini eloquij tractatores nullo victu tunc homines indiguiſſe crediderunt, vt ea ſola in paradiſo alimonia exiſtimetur, qua delectantur, & aluntur corda Sapientium.* Quod licet ab hoc Sancto dumtaxat referatur, bene poſſet præduleedine & loci pulchritudine, ac ſimul iotermixta contemplatione Diuinorum, obliuio circa cibum contingere tam magna, vt pręcepto ad manducandum egeret homo quiſtis; cum aliquibus tormento fuiſſe cibum & potum, ex hi-

D. Thom.

S. Auguſtinus.

Aneibus in paradiſo fuiſſet neceſſarius, vel ſatis contemplatio.

ſtoria Sacroſancta in Moyſe, Elia, & aliis perſpicuè reſciamus; quod ſaoè in paradiſo vt loco long optimo, daretur multò meliùs. Sed eguit, hoc omiſſo, pręcepto affirmatiuo, ex ligno vitæ illo profieuo manducandi; quia in eo primi hominis tam ſpirituale, quam corporale remedium conſiſtebat, vt in propria Enarrat. illius patefecimus, & quia manducatio buiuſmodi pręcepta ſignabat Euchariſtiam, vt paulò poſt dicemus.

Tertia, quia condecebat, pręceptum non edeodi ex ligno nocentiſſimo, ab alio manducandi ex ligno probatiſſimo, (quod cootrarij ſuis viribus veneuum cohiberet, ac etiam propulſaret) aotidotum per iuſtitiæ librameo compenſari. Antecedens notum eſt, tum ex loce rationis, tum ex ſimili argumento penultima Enarrat. ad n. 42. formato à Bellarmino. Conſequentia verò C patet ex ligni tanti robore, de quo multa Enarrat. eadem reſerauimus. Pręceptum Adamus ergo edendi ex illo habuit; vt ibi dictum fuit oum. 44. & penult. Enarrat. num. 25.

Bellarmin.

Quarta, quia illa pręceptio de prole ſuſcitanda pręceptum verum fuit, vt appellatur à Cypriano de babitu Virg. tract. 2. ab Auguſtino lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 22. à D. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 2. & ab Aquila Scholarum Scoto lib. 4. d. 26. Nil igitur mirandum, ſi iodiuidui ſui cauſa æternùm perdurandi acceperit pręceptum, qui aliud quoque babuit reſpectu ſpeciei perpetuò conſeruandæ. Quod pręceptum multiplicandi, ac genus propagaodi, per eandem rationem pręceptum ſimul erat replendi to- D tam terram, & illam ſubigendi, diuerſum quin præceptum in hoc ioueniatur, vt conſiderant qoi partem tuentur aduerſariam. Qui tamen à multiplicatione animantibus indicta haudquaquam (pro vt ipſi exoptant) adiouantur, vt per legem quam oon poſſunt accipere iomenta, illam hominom deludant, & penitus aboleant; nam & ea quæ rationis omoinò ſunt expertia, obediunt Creatori; non certè intelligeodo, ſed Domini tam magni iuſſionibus parendo; quod hominibus impoſitam nequaquam labefactat, ſed potius firmam reddit.

Cyprianus.
Auguſtinus
D. Thom.
Scotus.

Animantia quanam via præcepti ſint capacia.

Quinta, quia io tribus iſtis præceptis explicatis, adeſt partium (prout dicunt) completa numeratio, & recta æquiparatio ad decem legis Moyſis, quæ poſtea Deus per

Præcepta Adamo data Moſaycis in decalogo quamualde reſpondentia.

per illum Hebræis intimauit. Illa enim ex affirmatiuis, negatiuisque conflantur, quæ Deum planè & hominem, ac proximum concernunt. Et hæc eodem modo; quorum primum, sicut decet, ad Deum pertinebat; Gen. 2. 16. *De omni ligno paradisi comede*, magnus etenim Dei cultus fuisset proculdubio, & optima religio, de illo manducare, quod erat, vt aperui Sacrificium & Sacramentum tam sanctę tempestatis. Secundum verò ad hominem in se consideratum, qui mortem deuitaret euitans lignum veritum; Gen. 2. 17. *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis, ex eo morte morieris.* Tertium autem ad eius proximũ sub verbis latitantem; Gen. 1. 28. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.*

Vlterius, quòd & primum ad corpus sustendandum per cibum respectabat; 1. Cor. 15. 46 *De omni ligno paradisi comede* (Non enim quod spiritale, sed potius quod animale, Apostolo testante, in nobis prius est) per corpúsque ad animam perenniter seruandam, vt ait vir Seraphicus in proximo allegandus. Secundum verò ad animam in gratia retinendam. Tertium autem ad generationem humanam protegendã, & simul dilatandam. Quæ equidem diuisio sufficiēs & perfecta apparet vndequaque, velut S. Bonauent. in 2. Sent. dist. 19. n. 8. & lib. 2. c. 63. Theologici compend. apertè visum fuit. S. Bonau. In quibus locis ille de tribus his præceptis amplectitur, quod ego; & etiam modo alio, relato valde simili, ibidem paulò sup. dist. 17. n. 7. ab ipso elucidato, vbi arbores trifariam distinguit paradisi; in omnes, quæ ad corporis edulium pertinebant, *De omni ligno paradisi comede*, in vnam quæ ad animæ emolumentum conducebat, si ab illa vellet, sibi prospiciens, abstinere; *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Et in aliam, quæ vt arbor vitalis absolutè, absolutè vitam nostram vtramque conseruaret. Hæc ille; cui subscribunt in Catena Lipom. Seuerianus & Procopius. Pulchra rerum distributio, præsertim si hæc verba *De omni ligno comede*, dumtaxat vitæ ligno hic Sanctus attribueret; quod primatium tanquam lignum præceptum primum hausit. Res mihi valde firma, & supra delibara; quæ ex rebus subsequendis robustiùs confirmabitur.

Omnes arbores paradisi fructiferæ vt diuisæ in trinam differentiã.

Seuerianus Procopius.

Præceptum quantùm primùm duo alia præceluerit, & vt verba De omni ligno, *de vitæ tantùm arbore prolata intelligantur.*

Præceptum ex ligno vitæ edendi primum & maximũ, vt Deum diligendi ex toto corde & anima. Matt. 22. 38

5. EX præhabita doctrina Seraphici Doctoris, præceptum constar primum edendi ex vitæ, ligno duo altera tam verè quam rectè pręcessisse; dum in eius obseruantia tam animæ quam corporis staret vita omnis; ac ideo prolis Adæ non solum propagandæ sed etiam in perfectione virtutum conseruandæ principium & fundamentum. Quocirca nihil dubij, hoc longè primum & maximum, ad quod alia recurrebant, fuisse tunc mandatũ, vt nunc ad primum nouem sequentia reducuntur. Vnde certum, quòd pręcepta *De omni ligno comede* & *Diliges Dominum Deum tuum*; respiciunt se ad inuicem, & primũ velut vmbra secundi datũ fuit. Hincque non demiteris, si cibus pręfigurans Monarcham Omnipotentem omnimodus dicatur; *De omni ligno paradisi comede*, sed clariùs & distinctiùs rem istam videamus, vt de ligno solo vitæ hęc verba proloquantur; & de illo primo homini indicta satis constet.

Prima ratio sit, quòd fructus illius vitæ ligni sapores in se vno omnigenos claudebat, pro vt 9. Enarrat. ad n. 23. vbertim elucidaui: ergo rectè ligni omnis merebat nomen amplum, quod sapores vniuersorum lignorum referebat. Quibus fauent quæ dicuntur eadem Enarrat. ad n. 44. & expresse in Vaticinio Prophetę Ezechielis vocantis hocce lignum tam omne, quàm & vnicum, & insuper per menses duodecim pomiferum: *Ex vtraque parte eius omne lignum pomiferum, quod per singulos menses afferebat primitiua*; Ezech. 47. 12 vt pateat omne lignum cuiusque speciei, & quouis anni tempore producens fœtus proprios, in illo vitæ ligno compendio contineri; & de illo subintelligi præceptum *De omni ligno*; quod homini Deus dedit.

Vt omne lignum Genesis sit tãtum lignum vitæ.

Secunda, quia Deus creaturis semper suis conuenientem cibum tribuit; sicut optime docetur à Glossa Magistrali Num. 23. & à sancto Ferrariensi in octaua Christi corporis; quod probat ex Psalmista; *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno*; Psal. 144. 15. opportunitate & capacitate eisdem consentanea. Angelis enim qui creaturæ sunt merè spirituales, cibum merè spiritualem dulcissimum concessit; *Ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor*; Thob. 12. 19. quo loci Laudunensis; *Meus cibus est panis, qui de cælo descendit; scilicet per Incarnationem: Angeli enim cum sint merè spirituales, pascuntur Diuinitate Filij Dei, quæ est etiam spiritualis.* Brutis verò, quæ sunt entia dumtaxat corporalia, dum spiritu rationali omninò sunt carentia, cibaria quoque dedit omninò corporalia. At homini, qui corporalis & spiritualis simul est, corporalem & spiritualem indulsit alimoniam. Quod potest modo duplici verissimè explicari. Vel primo, quia Deus paradisi cuncta ligna Adamo sit largitus, & pro anima ac spiritu, illam solam vitæ arborem; quæ in effectu miraculoso spiritualis planè erat; tum quia res futuras spirituales præferebat; tum quia vt Sacramenta corporalem & spiritualem, hoc est, vim supernaturalem materiæ corporali coniunctam, continebat; quo sensu verba ista *De omni ligno paradisi comede* numero proximè præcedent. exposuit D. Tho. & etiam Bonauent. productus primo loco: ita vt demum ligna cuncta cōmunia & vsitata ad corporalem vitam essent; & vitæ speciale ad specialem vitam animæ, qua via iam pręceptum edendi ex vitæ ligno quantumuis generaliter cum reliquis admixto, habemus pro comperto. Vel secundo, quia

Glossa. S. Vinc. Fer.

Anselmus Laudunens.

Creaturis cunctis cibos quàm congruè Deus imperciat.

D. Tho. Bonauent.

Deus pro corpore & ſpiritu, æqualiter & vnà perfectè ſuſtentandis, ſingulare vitæ lignum parenti noſtro dedit; vt lignū corporalis, ſpiritualiſque ſubſtantiæ; quo dato nullum aliud præceptum manducandi niſi tantum ex vitæ ligno accepit mundi parens; & in iſtomet tenore loquendi nobis fauet, videtúrque locutus, in loco ibi ſecundo, Seraphicus Præceptor. Quam ego opinionem veriſſimam diiudico, & ex rebus attexendis efficiam fortiorem.

S. Bonau.

Tertia, quia ſicut homo ſpiritualis & corporalis natura ſua eſt, ſic erat vitæ arbor, ac ideo valde Adæ pro cibo correſpondens. Et manebat eo temporis huiuſmodi præceptum inter duo verè extrema comedendi ex omni ligno, & ex nullo comedendi, explicata paulo ſupra, rectiſſimè locatum; nam rectum ferè ſemper eſt quidquid tenet medium; vt a. & lib. 8. Metamorph. canit dulcè Naſonis modulamen.

Quæ media ſunt præconia.

Ouidius.

Medio tutiſſimus ibis
Inter vtrumque vola.

Quo fretus Ariſtoteles Politicor. lib. 4. in iſtum modum fatur. *Quantò magis aliquid accedit ad medium, tantò eſt melius; quantò magis autem diſtat à medio tantò eſt peius.* Nec nouum, cum in medio conſiſtat virtus ipſa; quamuis forſitan aliquando & vitus ibi ſedeat; de quo vulgari dicto Angelicus ſcriptor 1. 2. q. 64. ar. 1. o. & art. 4. ad 1. cum ſequenti. Sicque homini tunc ferè vitale lignum congruum, vt hac ſola ratione exiſtimet Chryſoſtomus explanans hęcce verba *De omni ligno comede*, illud tantùm pro menſa Adamo datum eſſe, & reliqua pro brutis; quod ſi Doctis non diſpliceat, habemus quod intendimus; Chryſoſtomum nanque audi, *Cogita, obſecro, honoris eminentiam, qua illum proſequutus eſt. Data eſt illi menſa propria & ſegregata in paradiſo, vt ne putaret eandem ſibi & iumentis inſtrui; ſed haberet quaſi Rex in paradiſo agens delitiarum copiam, & quaſi Dominus altam, quam miniſtro habitationem ſortiretur.* Nec illa generalitas *De omni ligno comede*; quid facit in contrarium; nam maius eſt quod dicitur à Rege concentore; *Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum*; cum tamen neq; fœnum, nec herba ſit pro homine; ſed ſolùm pro iumentis illius miniſterio ſuapte deputatis, & ipſúmet adiuuantibus; vnde etiam ab adiuuando eis venit hoc vocabulum. Cuius itetom congruentiæ vitæ arboris cum hominibus & alia tum etiam animantibus aſſertor valde nobilis eſt doctus Bellarminus lib. vnico cap. 15. de gratia primi hominis, in ſuo tom. 3. vbi bruta in paradiſo futura confitetur, & ad dubium quo de ligno vitali poſſent edere, reſpondet in his terminis; *Nec vero metnendum erat, ne animalia ſumerent de fructibus ligni vitæ, & immortalia fierent. Nam neque illa cibos ſumerent natura ſua non congruentes; neque ſi fructibus ligni vitæ veſci potuiſſent, immortalitatem vllâ ratione conſequerentur, ſiquidem lignum non ex natura ſua, ſed ex occulta vi, veluti noſtra Sacramenta effectum ſuum operaretur.* Et paucis interiectis. *Quare quemadmodum animantia bru-*

In medio virtus eſt, & vitus aliquando.

D. Tho.

Chryſoſt.

Arbor vitæ an pro homine, & reliquæ pro brutis.

Pſal. 103. 14

Iumenta ab adiuuando.

Bellarmin.

An bruta in paradiſo.

An vitæ ligni fructus à brutis mādu catus eis vitam æternam daret.

A *ta ſi fortè Sacratiſſimam Euchariſtiam guſtarent, nullum inde fructum ſpiritualem conſequerentur, ita neque ex ligno vitæ immortalitatem adipiſci vlla ratione potuiſſent.* Et verò nec ob iſta perſuaſum tibi vellem, edendi è cunctis lignis generica licentia Adamum caruiſſe; non etenim perceptio vnius imperati abrogat et permiſſionem iacentem reliquorum; inter quę hanc differentiam exiſtimo interfuſam; vt primum in præceptione; ſecundū in prohibitione; cætera autem in permiſſione fuiſſe primo homini à Deo deſignata. Nam vt lib. 35. moral. cap. 10. Gregorius magnus aſſerit: *Qui ab vno quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, ſi à bonis omnibus penitus repulſa ieiunet. Omnes autem paradiſi arbores ad*

Paradiſi ligni in triplici, quò ad præceptum differentia.

S. Gregor.

B *eſum Dominus conceſſit, cum ab vna prohibuit, (& alteram, poteſt addi, peroptimam præcepit) vt creaturam ſuam quam nolebat extingui, ſed proueh, tanto facilius ab vna reſtringeret, quantò ad cunctas laxiùs relaxaret.* Vnde diſcant Prælati, & qui leges ſuis condunt, ſuauem & dulcem modum in illis obſeruare, præceptis ne quos volunt à lapſibus eruere, eiſdem ipſos obruant, occidant, & ſepeliant.

Prælati verſus ſubditos vt debeant leges ferre.

Quarta, quia conuenientia & oppoſitio mortis ligni tem iſtam poſtulabat, ſi enim Deus ſub vno indixit mortem Adæ, ſubaltero præcepto conueniens prorſus erat, vt illi vitam promeret, quæ ligni vel ex nomine, cum vitę diceretur, clariſſimè lucebat. Cum veneno ſemper Deus antidotum ligauit, & vnum prope aliud locare conſueuit, vt faciliùs ſuccurreretur mortalium infirmitati-

Cum veneno ſemper Deus antidotum, & eut ligat.

C bus. Quo circa exitiali ſub mortis pœna vetito, ſalutare tectè lignum colludit vitam offerens. Quo præceptum manducandi manebat non inutile, quamuis eſſet adimplendum naturæ ipſius ductu, vt ſupra dubitauetam; nam licet manducare res eſſet neceſſaria, non eſſet hoc neceſſe de ligno vitæ baiulo. Vlterius, quòd expoſitus infauſtæ Adamus arboris periculis tunc eſſet, in iaculáque eius, iuſtitiæ citta normam, non modicè exarmatus. Sub Dei ergo præceptione vtramque datam teor, in quo fauet mihi Vſſuna 1. p. in Miſſus; eſt dicente ſexto cap. *Iuxta iſtam arborem vitæ, lignum ſcientiæ boni & mali erat. Meritò has duas arbores ſtatuit ſimul Deus; nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Et ſic poterat homo ex altero ligno deue-*

Vſſuna.

D *nire in cognitionem alterius, quoniam ex priori vita ei promiſſa eſt, & ex poſteriori mors euenit.* Cuius vltimam ſententiam, nimirum in illis verbis *Ex priori vita ei promiſſa eſt*, oportet ponderari; ac etiā in ſubſequentibus. *Et ex poſteriori mors euenit*; videlicet, non eaſu; ſed quia caſus legis, ſecundique præcepti, oppoſiti priori, ad vnguem impletus eſt; & inſuper adiungi Angelicum Doctorem opuſcul. 58. qui quidem 8. cap. huiuſmodi ſe habet; *Sicut enim Dominus in ſtatu innocentia lignum vitæ ad edendum conceſſit, & in ſtatu culpa prohibuit, ſic nobis in bono ſtatu corpus Chriſti conceditur, & in malo prohibetur*: Verbum etenim *conceſſit* obligationem & impulſionem hîc denotat præcepti, dum præceptum eregionē

D. Tho.

gionè præcepto contraponitur.

Quinta, quia figuratio Eucharistici Mysterij hoc simul exigebat, ex eoquòd illius antiquum vitæ lignum figura fuit vnica; vt 8. Enarrat. n. 16. & 22. & 9. n. 51. abundè demonstrauimus. Quamobrem cum præcepto Eucharistiæ coarctemur, de quo agitur ex professo in themate 2. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; decebat & præceptum vitalis ligni esse, quo homo astringeretur; vt figura in figuratum directè iaceretur. Si verò hoc fuit Adæ, quod aliud esse potuit, quàm illud de quo dicitur in themate priori, *De omni ligno paradisi comede.* Quod Ambr. de paradiso exornat nono cap. hæc verba, & Eucharistiam, ac præceptum manducandi præscriptum ex ligno vitæ coniungens in hunc modum; *Non terrenum & corruptibilem hunc cibum esui fuisse possumus æstimare; sed illum de quo dicitur;* Ecce

Ioan 6.53.

S Ambros

A qui seruiunt mihi manducabunt vos autem esuritis. *Hic est enim cibus, in quo vita definitur æterna; quo quisquè fuerit defraudatus, morte morietur; quandoquidem panis viuus atque cælestis ipse est Dominus, qui vitam dat huic mundo, & ideo de se dixit* Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. *Erat ergo panis aliquis quem incolis paradisi præscripserat edendum? Quis ille? Accipe quem dicat;* Panem Angelorum manducauit homo.

Isa.65.13. Psal.77.25.

At verò, quamuis obiter, aduerte pro coronide, non bibendi sed edendi tantummodo fuisse præceptum de quo verba hucusque multa fecimus, contra illos qui ad Communionem impellunt sub vtraque; de quibus D. Thom. 3. p. q. 80. ar. 12. & Caietanus ipso loco in 3. q. quamiustè sic se inuehens; *Fortassis in pœnitentiam huiusmodi imprudentiæ, incautelæ, & irreuerentiæ, communicandi, scilicet, sub vtraque specie, diuino iudicio schismatici sunt populi, qui hodie sic communicant.*

Cõmunio sub vtraque tam hodie quàm à tẽpore Adami coarguta.

D. Tho. Caietanus.

LIGNI VITÆ ET EVCHARISTIÆ PRÆCEPTA æquiparantur. Vtrumque affirmatiuum, amore atque timore à Deo diuulgatum; & insimul mandatum tam maximum, quàm primum, & penitus Diuinum; ac etiam præceptorum reliquorum contentiuum, non paucis comprobatur.

6. Mirifica inter cibos hos duos quos versamus, præcepti consonantia. Illud enim affirmatiuum sub verbis dictis fuit; *De omni ligno comede.* & nostrum sub sequentibus; *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Nam etiam si ab aliis secundi nostri thematis, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*; frequentiùs Eucharisticum præceptum colligatur, non potest dubitari, hoc datum iam fuisse, in illis quibus Christus affirmatè prius dixerat; *Operamini non cibum qui perit*; licet postea consummatum negatiua tandem fuerit, qua addidit Redemptor. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis; &c.* Id verò, quia vtrumque præceptum amoris erat; quæ per verba comminatoria & negatiua non conduntur; sed potius per amatoria, suauia, & allectiua.

Ioan.6.27.

Ioan.6.53.

Præceptum affirmatiuũ, non autem negatiuum, Eucharisticum cur sit, & etiam ligni vitæ.

Si autem à me quæratur, cur primo affirmatiuo, & ideo demulciuo, præceptum Deus secundum terrificum, adhibuerit, tam olim in vitæ ligno, quam hodie in Eucharistia; *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas; in quocunque enim die comederis, ex eo morte morieris. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* In primo credo loco, cum Seraphico D. 8. Enarrat. ad n. 25. ea propter hoc fuisse, vt amor ex terrore Adamo acueretur, & ille ad iussionem de ligno manducandi (quod solummodo, præceptum tam volitum quam iussum, aliud enim non tam iussum quam inhibitum & prohibitum à Deo verum puto) calcaribus ac si esset Diuinis concitatus, ar-

Præcepto affirmatiuo Eucharistiæ & ligni vitæ cur aliud negatiuum terroris superadditũ.

B dentiùs raperetur. In secundo verò vt post Eucharistiæ laudes multas ibidem decantatas, in quibus cibus permanens, & permanens in æternum, non periens nuncupatur; & manna tam mirandum non parum supergrediens; de cæloque descendens, & cælum nobis tribuens, ac suscitans à mortuis, verborum tunc illecebris in verbera mutatis, eloquio minitanti Iudæos Christus traheret, quos dulcibus sermonibus, promissionibúsque optimis adducere non poterat; *Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Quo loci Maldonatus n. 123. duplicato iuramento nimirum Amen, Amen, præceptum hoc communitum huiusmodi notauit; *Cur non dixit, Si* C *manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem; sed* Nisi manducaueritis; *Illa promissio erat, hæc comminatio. Expertus ante fuerat promissionibus ad fidem allici auditores non posse, conatur minis trahere.*

Ioan. 6. à n. 27 vsque ad 53.

Maldonas.

Hæc ita in Eucharistiæ prædictione initiata, quæ postea in institutione illius sunt firmata, dicente Christo Domino; *Accipite & manducate; Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Vbi Christus suum corpus dum asserit exhibitum, sub eo cuncta bona supponit distributa; dum verò esse tradendum in mortem pro mortalibus, exponit omne malum, tam in illis, quæ pro homine hic Dominus est passus, quam in aliis, quæ indignè accedens ad hanc mensam enormia perpetratur. Et tandem consummata in Apostolica doctrina, & traditione Ecclesiastica, de qua in D. Paulo; *Itaque quicunque*

Matt 26.27.

1.Cor.26.17.

vt pręcepta custodiamus diligete debemos, vel omnia custodire, vt Deum diligamus. Nam secundum Tertullianum cap. 2. contra Iudęos. *Si Dominum Deum suum primi parentes dilexissent, haudquaquam contra eius præceptum deliquissent* Vnde tria recto filo existimo sic erui.

Tertullian.

Primum quidèm sub primo pręcepto affirmatiuo secundum negatiuum contentum latuissè, non autem vice versa; vt deducitur ex doctrina auctoris nunc citati lib. 4. cap. 16. aduersus Marcionem. Vnde abstinens homo ab arbore mortifera, nec mortem ille videre, nec gratiam posset perdere; at in gratia propterea non posset confirmari, quemadmodum si ederet ex illo vitę ligno edolio demirando, quod vitę binę lucem perpetuùm largiretur; vt ex serie prædictorum, doctrinęque pręiactę Enatra. 9. n. 42. perspicue demonstratur.

Præcepta negatiua sub affirmatiuis occultata; nō autem vice versa.

Secundum verò in illis duabus sanctionibus Adamum tot præcepta à Deo recepisse, quot postea nos ab ipso habuimus in lege Decalogi vocata; ne vt magis grauati in Deum conqueramur, vel Adamum profeteramus maiori immunitate fuisse cumulatum. Nam in primo affirmatiuo accepit illa tria, quæ Deum planè in Moysis concernunt prima tabula. Primum, Deum diligendi, in Communione illius pomi, & in eius oblatione, quod gratissimum Sacrificium, vt ego sæpe monui, inficiari quisnam poterit? Secundum, nomen Dei in vanum non sumendi, quod falsum est insiurandum, mendacium seu iuratum, hoc autem non committeret, si de ligno comedisset, videlicet, vitali, & in veritate perstitisset. Tertium verò sanctificandi quietem diei septimi; nam ista in paradiso, si homo non peccasset, perennis semper foret. At in alio negatiuo excepit illa septem, quæ in tabola secunda respiciunt bonum proximi. Deberent nanque se cunctorum genitores ad inuicem honorare. Progeniē dein suam nec opere nec verbo necare, & vulnerare. Vel etiam intęmperanter ad inuicem habitare, quod species adulterij, in ipsis coniugatis putatur ab Hieronymo. Non furtum ligni vetiti (quod alienum solùm eis) quocunque modo facere. Nec etiam contra proximos, quos fallere non possent, testimonium loqui falsum, vt vterque post peccatum in alium malè fecit. Nec vltimò vel lignum, vel mulierem alienam, seu à mente alienatam, (vt eam Adam deperiit) omninò concupiscere.

Decalogi vt præcepta Adamus iam habuerit, nosque præcepta illius dumtaxat habeamus.

Itaque quod Adam duobos in præceptis, edendi, & non edendi Mosayca decem habuit; vt dicitor per syncopam in libro Eccle. dum ait esse data parentibus prioribus præcepta Dei & proximi. Dei sanè per hæc verba; *Posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen Sanctificationis collaudent.* Proximi autem per sequentia; *Et mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Sed clarios ipso in loco per ista, inter relata, huiusmodi intertexta; *Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus eorū.* Nam addita disciplina, quam Deus Adamo dedit; significat non solùm præcepta duo magna, ad quæ alia reducuntur, amoris Dei & proximi, sed omnia legis Moysis, quæ orbis sunt doctrina, & morum, per Synderesim naturæ, disciplina; hæc verò bene & clarè deducitur ex hinc, non tantum insinuata & tacitè explicata, implicitéque tradita fuisse protoplastis, sed prorsus explicata, ac duobus sub prædictis explicitè iam data; & addita ipsis legibus. Lex autē vitæ illa, quam hæreditauit eos Deus, hoc clarius manifestat. Est enim vitæ lex quæ ab ipso mundi initio, principióque viuendi perduxit semper homines ad vitam sempiternam; quę quidèm non est alia quam ipsa lex naturæ inclusa sub Mosayca, & tandem terminata, consummata, & coronata in lege Christiana; vt asserit hîc Glossa Lyrana, & Ordinaria; Lyranáque superius cap. 15. n. 15. quo loci videatur. Testamentum verò æternum quod Deus in loco isto cum illismet constituit, hoc prodit multò adhuc expressiùs & lucidiùs. Est quippe testamentum æternum hîc appellatum, lex semper obseruata à cunctis viris probis, vel instinctu naturali, vel Mosayea expressione, & Christiana illuminatis. Quia lex legislatoris testatio mentis est, vnde nomen testamentum exordium suom habuit; æterna verò quia à mondi natalitiis vsque ad eius finem vltimum hæc fuit, est, ac erit, tam vnica, quam eadem; Adamo primùm data; deinde scripta Moysi; ac tandem in Euangelio per Christum confirmata. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*; quæ protinus enumerat, tam ibi, quam inferiùs sic dicens de duobus maioribus præceptis; *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Quia quęque lex Diuina in ista semper perstitit, vel etiam à primo homine, qui fuit primus mundi Propheta, de quo dicitur, *Qui à sæculo sunt Prophetarum eius*; nam à sæculi principio quis esser Propheta conspicous nisi ille, qui solus tunc extabat?

Eccles 17.7.

N. 12.

Eccles 17. 9. & 10.

Disciplina quæ genericè dicatur in Dei verbis.

Decalogi præcepta Adamo clarè tradita.

Lex vitæ quæ dicatur. Lyra.

Lex Dei cur Testamentum, æternúmq; dicatur, & ipsa lex æterna.

Matt 17.19.

Cap. 22.40.

Adam Propheta primus

Luc. 1. 70.

Accepit ille ergo Decalogi præcepta; hocque, quod maius est, non generalitate qua nos ipsa addiscimus Christicolæ, sed potius minutissima specialitate qua Iudæi agnoscebant vltra decē Decalogi præcepta, moralia (quia ad mores attinebant) nuncupata; quammulta ad iudicandum & popolum regendum à Deo destinata; quæ propterea iudicialia præcepta dicebantur; & alia ad Sacrificandum, quæ cæremonialia ob cæremonias Dei cultus, vocabantur; de quibus super Exod. ad cap. 21. egregiè Lyræ sonus. De tribus nanque rebus in verbis allegatis perspicuè satis agitur. De lege, nempe, vitæ, & æterno testamento, qood idem prorsus est; de iustitia & de iudiciis ostensis mundi Parribus; & de magnalibus honoris Dei eisdem reuelatis. Vbi Lyra per testamentum æternum & legem vitæ, intelligit præcepta Decalogi, & moralia; per

Præcepta quæ moralia, iudicialia, & cæremonialia, & virum primus homo hæc omnia iam acceperit. Lyranus.

iuſtitiam atque iudicia, iodicialia nominata; & per magnalia Dei honoris cæremialia vocitata. Quod quidem quam peroptimè ab illo dictum ſit, à cunctis poblicabitur; vlterius quòd firmatur à ſimili notitia, quã ante legem datam de illa fuit Abrahæ, de quo in rextu Sacro. *Benedicetur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abraham voci meæ (id eſt, legi non ſcriptæ, mentaliterque datæ) & cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea; & ceremonias, legeſque ſeruauerit.* Nam tria hîc memorantur; præcepta, atque mandata; videlicet moralia; ceremoniæ, quæ præcepta ceremonialia dicebantur; & leges, quæ legalia. Quapropter cum Abraham acceperit hæc omnia, de Adamo cur non idem tenendum prorſus erit? Sic grauis Tertullianus cap. 2. contra Iudæos, in iſtummodum loquens; *in hac lege Adæ data omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ pullularunt data per Moyſen. Primordialis enim lex data eſt Adæ & Euæ in paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei, quæ poſtea germinarunt. Eiuſdem eſt enim poſtea docere legem, qui ante præmiſerat præceptum; quoniam & ipſius eſt erudire poſtea, qui ante iuſtos formare inſtituerat. Quid enim mirum, ſi is auget diſciplinam, qui eam inſtituit? ſi is perficit, qui incepit?* Et Raulinus de Conceptione ſerm. dicens tertio. *Eam præcepta quæ tangunt proximum implere non poterat. Neque enim tunc poterat honorare parentes, cum eos non haberet, nec colere Sabbathum, cum omnibus diebus eſſet et requies à labore, & terra ſponte daret fructus ſuos. Nec homicidium perpetrare, cum ſolus eſſet, cum vxore ſua nimium ſibi dilecta. Nec furtum facere cum omnia ſua eſſent. Nec mœchus eſſe poterat, cum ſola vxore Eua. Nec teſtis iniquus, cum nullum haberet, qui ei aduerſaretur. Voluit ergo Dominus tenere locum proximi, & hoc fecit arborem ſibi reſeruando, quam non contingeret Adam.* Qui celebres auctores quantumlibet de præcepto loquantur negatiuo, ad quod reliqua reduci tam doctè proteſtantur, ego magis de affirmatioo hoc puto ſentiendum; quia amor & affirmatio naturaliter ſunt prius, quàm timor & negatio; atque etiam quia ſolùm præceptum amoris Dei, non antem amoris proximi, poteſt eſſe ſuapte tam maximum, quam primum, vt appellatur à Matthæo; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; Hoc eſt maximum & primum mandatum*; Et tale quod hæc propter contineat ſub ſe reliqua; nam præceptum amoris proximi per ſimilitudinem dumtaxat, & relationem ad Dei amoris præceptum tali fruitur ſupremo priuilegio; quocirca Euangeliſta hæc verba ſuperaddit; *Secundum autem ſimile eſt huic; Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Amandi verò Deum præceptum quæque alia eximiè ſub ſe continet, non per ſimilitudinem pront illud, ſed per ſuammet naturam, & proprietatem natoralem. Quapropter quæ hi dicunt de omnibus præceptis ſub vno tantum clauſis, non de præcepto negatiuo, non edendi ex ligno vetito,

Gen. 26. 5. Abrahamus ante legem iam Moyſis legem habuit.

Tertullian.

Vt matrix præceptorum præceptũ Adæ fuerit.

Raulinus.

Adamo loco proximi cur lignum malum fuerit.

Matt. 22. 38.

N. 39. & 40.

A ſed de alio affirmatiuo edendi ex ligno vitę oportet explicari. Et ea Raulini modo allata ſententia confirmatur; nam ſi Adamo loco proximi conceſſum lignum vetitum, eidem loco Dei conceſſum lignum vitæ; ſub præcepto cuius tantùm latebant quæque alia.

Quo addito ad explicandos auctores pręcedentes, & ad præceptum ligni vitæ, vt decet plus ornandum, & Euchariſticũ tuendum, hoc pluries certum eſt, Adamum tot pręcepta habuiſſe, quàm nos hodie habemus Chriſtiani; illa autem vetè incluſa ſub vno vitæ ligno, vt noſtra iacent clauſa ſub vno Dei amoris, quod planè eſt Euchariſticum; vt nec pater filiis ſuis immunior videatur, nec filij plus grauati; quantùm omnes obligati ad verum vitę lignum amore B proſequendum manemus neceſſariò, cum iſtud loco Dei parenti primo fuerit; nobis verò non Dei loco, ſed loco ligni Deus realiter tam pręſens, quam latens noſtris oculis ſub panis inuolucris.

Tertium autem quod colligitur ex pręhabita doctrina, eſt, in primo affirmatino, pręcepta cuncta decem fuiſſe nimis impiè per hominem perfracta; ſi diuina beneficia in eum intueamur; ſi pręcepti facilitatem, & capacitatem ſiue potius diuerſitatẽ manducandi ex cunctis horti lignis vtcúnque meditemur; & ſi Dei ſeueritatem in legiſfragum parentem attentè contemplemur; cui tamen propter hoc, nec ſcientiam neque veniam poſt culpam denegauit; vt dici- C tur in cap. eodem Eccleſ. *Non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitatem illorum.* Et paucis interiectis; *Pœnitentibus dedit viam iuſtitiæ, & confirmauit deficientes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis.* Nunc Adę cur pręcepta duo fuerint in cibo, & nobis nullum in cibo pręceptom ſit impoſitum, iuxta tituli promiſſionem ſuccedit explicandum.

9. A Gerſone tom. 4. p. 21. lit. H. quęſtionem in modum iſtum inuenies explicatam; *Per gulam homines tranſgrediuntur præcepta legis, & ideo non habet præceptum ſpeciale, quod eam prohibeat, quia omnia ſunt ei contraria, & ipſa omnibus.* Vnde patet cur Adamus pręcepta quo ad victum, abſque decem quę Chriſtiadę habemus deprę ſenti, acceperit expreſsè, & nos decem, quin de victu D illorum quoduis agat. Nam ille noſtra decem habebat in duobos, ita vt in illis verè, ſi ea cuſtodiret, & omnia cuſtodiret; ſicut ipſa violando, & omnia violauit. Nos verò in noſtris decem habemus illa duo, edendi & non edendi, latenter interpoſita; videlicet, edendi ex vero vitę ligno in ferculo Euchariſtico, vt infra patefaciam; ac etiam non edendi ex arbore prohibita, quę arbor non eſt alia, quam gula, ſeu ingluuies effrenis, & excurrens per reliqua peccata. Vel gula accipiatur pro gula & appetitu pręcepta cuncta Dei calcandi, & infringendi, vel ſimpliciter pro gula literaliter accepta; dum voracitas impatiens & ſeruens cum exceſſu, obſeruantię mandatorum cunctorum contraponitur; vt vel gula

sit

Adamo loco Dei cur lignum vitæ datum.

Amorem ligno vitæ quàm magnum debeamus.

Quã grauis Adæ culpa, in illa quam contẽptus, ſeu ſaltem prauæ incuriæ in lignum vitæ habuit.

Eccleſ. 17. 17. & 20.

Gerſon.

Vt Gula ſit in omnibus ac nullo Dei præcepto.

Gula qualiter oppoſita præceptis Dei omnigenis.

ſit frenanda, quò omnia non frangantur, vel omnia attentione ſeruanda vigilanti, quò gula non ſoluatur, & abſque freno vllo per cuncta Dei præcepta calcanda debacchetur; quemadmodum de charitate, cum Vega paulo ſup. cootrario dixi modo.

Philip 3 19

Dolia guloſorum expreſsè effigiata.

Quomodo enim, quorum Deus eſt venter, Deum diligent? quomodo etiam non periurium committrent frequentiſſimè, qui linguam vino madidam, volubiléinque verſant? quorum Miſſa matutina ientaculum eſt feſtinum cum luce prima exoriens? Sacerdotes, comedones; Miniſtri, tam coquinæ, quam menſæ miniſtrantes; adſtantes, viri omnes honorarij, qui irreligioſæ interſunt actioni; altare, verò menſa; tá alta, quàm plus ipſis altaribus exculta; ornamenta, linteamina ſtrata ſuper eam; at lampades, non oleo ſed vino reſplendentes, liquoris huius phialæ hilariter fulgentes; thura, ſpecies aromaticæ, quæ cibis admiſcentur, cremantúrque ad meoſam, vel odor ibi io aquis ſuauibus aſperſus; cantus prouocans in cælum, laſciuæ cantilenæ, tripudiáque in cænum & Venerem tendentia. Aut quomodo hooorare parentes ſuos poterit, qui maiorum & propinquorum ſuorum tam eſt vera, quàm ipſa in honoratio, & iugis exprobratio? talis nanque eſt quicúnque ſe ſuo ventri tradit. Et quomodo non occidet,

Epheſ 5.18.

qui vino tot illuſtrium virorum extirpatore pro gladio ſemper vtitur? vel quomodo non mæchabitur, qui vino in quo eſt turpis luxuria inebriatur? Quomodo furtum non admittet, qui ſoli ſuo gutturi nil furti vult committere? Quomodo etiam teſtimonium non falſum dicet ſæpe, cui vinú teſtis adeſt? Vel quomodo ſupremò tam in bonis quam in vxoribus non concupiſcet aliena, qui ad furandum & luxuriandum prædictis à me modò non caruit fundamentis?

Bonauentura valde ſimilé proponit quæſtionem, quæ ad præceptum, in quo nunc ſumus edendi ſummè pertinet, conſiderans Adamum in coitu & in cibo, ſeu in potentia nutritiua & generatiua, non in aliis, vel viſiua, vel odoratiua, vel alia qualicúnque, Euchariſtiæ & Matrimonij (quantumuis in figura) Sacramenta à Creatrice tam Sancta quã excelſa ſumpſiſſe Sapientia. Quod quærit cur nam factum, & vltra ea quæ in 4. Enarrat. n. 4. de re præſenti dedimus, ſuper. 4. Sent. diſt. 26. n. 6. per hæc verba quæſitum tale ſoluit. *Reſpondeo, quia iſta fuerunt in tali vſu, qui manifeſtabat indigentiam ipſius Adami; nam Adam nec per ſe poterat conſeruari abſque aliqua cibo, nec per ſe poterat generare abſque aliqua conſorte; & ideo indiguit aliquibus, quibus vteretur. Et etiam quia vſus & indigentia exterioris hominis manifeſtabat ſimilitudinem interioris; quia anima non per ſe poteſt viuere, niſi reficiatur à Chriſto, nec ſimiliter per ſe bona opera poteſt facere, niſi fæcundetur ab ipſo. Idea patet, quia Sacramenta non fuerunt primitus inſtituta penes alios ſenſus niſi penes cibationis & fæcundationis actus.*

Præcepta & Sacramenta Adamo cur impoſita ſolummodo in potentiis cibandi & generandi.

S Bonau.

Quid verò mulier habet cum gulę quadrans vitio, vt duo in cibis homo acceperit mandata, & tertium in re habenda cum fœmina conſorte? Multùm quidem, & ſopra modum, quia mulier eſt guloſa, & ipſa prorſus gula; tantò magis concupiſcens, & ſimul concupita, ſatiabilis quantò minus eſt eius appetitus, vt ait Rex expertus; & quia, vt vinum, homines apoſtatare & declinare à Dei amure facit, in lib. Eccle. Et tandem, quia in ea, ruina præceptorum, cuſtodia ve illorum conſiſtit hac de caoſa, quia omnia propter eam facillimè franguntur; & qui iſta propter fœminam nullatenus infregerit, cuſtodiet benè omnia, & vir beatus erit; vnde dicitur de homine vxoris bonæ ſocio; *Mulieris bona beatus vir*. Vel etiam, quia prope venrralia, & genitalia; & pro ordine membrorom eſt ordo vitiorum; viciniáque illorum, vt aſſerit Hieronymus.

Quàm mulier ſit guloſa, & ipſa prorſus gula.

Prou 30.16.

Eccleſ. 19 2.

Eccleſ. 26 1.

S. Hieron.

DE VTRIVSQVE VITÆ LIGNI figuratiui & figurati præcepto neceſſario.

10. IN præceptis duplex eſt illorummet neceſſitas; Altera finis, ſiue medij ad finem conſequendum omninò neceſſarij, quo ſine finis vltimus beatitudo nempe cęlica non valet comparari. Præcepti verò altera, quæ tantùm vi præcepti eſt nobis neceſſaria; ita vt demum, ſi ceſſaret impoſitum præceptum, ceſſaret & neceſſitas. Quo ſuppoſito, præceptum edendi è vitæ ligno, fuiſſe primo homini de medij neceſſitate omninò neceſſarium, ex dictis ſatis liquet, & ex verbis quæ Henriqnez lib. 8. cap. 3. §. 3. de Euchar. in iſtum modum fatur; *Adam præter cibos, quibus vitam conſeruaret, habuit ſpeciale præceptum ſumendi ad tempus optimum illum cibum ligni vitæ (qui fuit ſecundum Innocentium III. typus Euchariſtiæ) vt vitam in eo ſtatu innocentiæ conſeruaret immortalem, ſiue cuius vſu, tanquam medij neceſſarij, vitam non perpetuaret, ſed periret, & corpore, & anima.* De Euchariſtia manducandi præceptum magis anceps, de eiuſque eſt triplex neceſſitate iudicatio; Prima, ſcilicet, nec in re, nec pariter in voto neceſſarium nobis eſſe huiuſmodi præceptum; quam mordicus Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 40. ſect. 1. cum proxime ſequenti defendere conatur; quo in placitu ſic ille exceſſit fines debitos, vt ad huius Sacramenti deuotionem & pietatem nil aduerſam opinionem efficere contendat; inconſulti cuius dicti mox ibi pœnas luit, dum ſub finem ſect. 2. ſibi aduerſus amplectitur contrarium, non tantummodo conuictus auctoritate D. Thom. vt ipſe pro-

Neceſſitatis quæná duplex præcepti differentia.

Henriquez.

Præceptum ligni vitę ex medio, ſiue ex medij neceſſitate neceſſariè.

Suarez.

ceſtatur, quam potius ratione. Secunda toto cælo extremam viam carpens, de medij neceſſitate Euchariſtiam neceſſariam propugnans totis viribus; quā quidem tenet Soto lib. 4. Sent. d. 8. q. vni. art. 3. & Henriquea lib. 8. eap. 3. §. 2. de Euchar. ſic ſe habens; *Quia cum Christus id instituit per modum cibi animæ, voluit ita eſſe neceſſarium, ſicut cibus ad vitam corporis diu conſeruandam neceſſarius eſt.* Quibus verbis eo in loco non pauca ſuperaddit; & alia cap. 4. §. 4. ac lib. 1. cap. 4. §. 1. de Sacrament. in genere.

Soto.
Hēriquez.
Euchariſtiæ qua neceſſitate præcepti teneamur.

Tertia verò quæ eſt media & melior præcedentibus, medium eſſe neceſſarium Sacramentum noſtrum docens; non autem re & opere, ſed voto & deſiderio. Cuius ſanè prior pars per Conci. Tridea. ſeſſ. 21. cap. 4. & Can. 4. per hæc verba dilucidè probatur; *Si quis dixerit, paruulos, antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anathema ſit.* Poſteriórque nil minus per ductū rationis. Chriſtianæ nanque vitæ eſt finis Euchariſtia, in 3. D. Thom. q. 63. finis autem in intentione principio prior eſt, in quo & antequod iā finis præoptatur, in votiſque præcocibus habetur cordis noſtri; vt tradit idē S. 1. 2. q. 1. ar. 1. ad. 1. Ergo ad vitam Chriſtianam ingreſſus nulli patet, qui prius omni initio hunc finem non exoptet; quare omnibus Chriſtiadis in votis & optatis ineſſe non ambigitur; adultis ſubintellige (qui compotes ſunt mentis) in voto verè explicito; at pueris ſine mente, dumtaxat in implicito. Vnde paruuli recenter abluti ſacrò fonte, pro apto ſibi tempore, Euchariſtiæ votum habent implicitum in Baptiſmo quò tandem fini ſuo ſic Chriſto aduniantur; quod illud bonum eſt, de quo Propheta Regius; *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Et bonum neceſſarium ex ore ipſius Dei, eum dixit piæ hoſpitæ, obſequio ſui ſedulò feruenti & ſatagenti; *Porro vnum eſt neceſſarium.* At verò neceſſarium non amplius quam in voto; quod votum in Euchariſtia, in qua eſt verè Chriſtus, impletur conſentaneè. Fruſtra nanque votum eſſet huiuſmodi Myſterij, & fini nobis proprio in eo cohærendi, ſi nunquam adimpleretur; vt docet Auguſt. lib. 1. eap. 2. de peccat. merit. & lib. 1. cont. duas Epiſt. Pelag. cap. 22. & etiam à Gratiano relatus in Decreto, de *Conſecr.* d. 4. cap. *Nulli*; Et à Magiſtro lib. 4. d. 9. Cyprianus lib. 4. ad Quirinum cap. 25. Innocent. Papa III. Epiſtol. 26. D. Thom. 3. p. q. 73. art. 3. & q. 79. art. 1. ad. 1. & q. 80. ar. 11. cum proximè ſequenti. Suarez, qui vt ſolet (vel renuens) multa congerit, ad loca hic recenſita Angelici. D. Valentiáque ibidem lubenti ſatis animo; quos omnes Bernardinus tom. 4. ſerm. 2. de iſto Sacramento art. 1. cap. 1. in iſtum modum ſupplet. *Omnes de neceſſitate ſalutis tenentur, ſaltem ſpiritualiter Dominicum corpus manducare, quia hoc eſt Chriſto incorporari, & in eum caput noſtrum, tanquam legitimum membrum transformari. Talis nanque manducatio includit in ſe votum, &*

Conc. Trid.
D. Thom.
Euchariſtia vt habeatur in voto tam implicito, quam pariter explicito.
Pſal. 72. 28.
Luc. 10. 42.
S. Auguſt.
Cyprianus.
Innoc. III.
D. Thom.
Suarez.
Valentia.
Bernardin.

A *deſiderium percipiendi. Propterea ſine voto percipiendi hoc Sacramentum non poteſt homini eſſe ſalus. Sed fruſtra eſſet votum, niſi opere adimpleretur, cum opportunitas adueniret. Et idem homo obligatur hoc Sacramentum ſumere, etiam ſi de hoc præceptum aliter Eccleſia nullum daret, cum datum fuerit à Domino, Ioan. cap. 6. Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vnde colligo hoc præceptum non ſolùm eſſe Diuinum, ſed etiā ſuo modo non parum naturale; non tantùm quia naturalia Decalogi ſunt decem, cum quibus fuit noſtrum ſuperius comparatum & ipſis adæquatum; ſed etiam quia naturaliter hic cibus à Fidelibus optatur & appetitur; in cibóque eſt datus, & ſimul ante hominem priorem procreatum, in cibo figuratus. Qua de cauſa à Chriſtianis tantopere

Sine Eccleſia vt Euchariſticū præceptum nos conſtringat.
Præceptum de Euchariſtia quamobrem naturale.

B eſt amatus, vt mos in ea vetus & celebris viguerit, ægrotis præ langore, vel morbi trucuentia communicare non valentibus, Euchariſtiam nihilominus adorationis & deuotionis intuitu ſimpliciter, vt ab ægris deoſcularetur, per Parochos deferri; qui mos à Pio V. ſublatus dudum fuit; vt teſtantur additiones Concil. Trident. 1625. Redemptionis noſtræ anno Pariſiis prælo datæ. E quibus noſtri panis præceptum in voto obligans munitum ſatis manet.

Infirmis Euchariſtia deuotionis tantū ergo quo tempore delata, & tandem mos ſublatus.

11. Nec obſtat argumentum de cibi æqualitate adductum per Henriquez; nam iuxta D. Thom. 3. p. q. 73. art. 3. ad. 2. *Hæc eſt differentia inter alimentum corporale & ſpirituale, quod corporale conuertitur in ſubſtantiam eius, qui nutritur, & ideo non poteſt homini valere ad vitæ conſeruationem, niſi realiter ſumatur. Sed alimentum ſpirituale conuertit hominem in ſeipſum, ſecundum Auguſtin. in Confeſſ. Vnde aliquis poteſt in Chriſtum mutari, & ei incorporari voto mentis, ſine huius Sacramenti perceptione; & ideo non eſt ſimile.* Vlterius, quòd in vita (vt patet) corporali, à contrariis ſemper corpus vexatur qualitatibus; quocirca cibo indiget, vt eo contra vim caloris naturalis ad tempus fulciatur; at in vita ſpirituali, cum nulla ſit infantibus interna contrarietas, non egent hoc edulio, vt egent viri grandes, quibus ipſum non in voto, ſed re, ob indigentiam eſt planè neceſſarium.

C

D. Thom.
Vt viuere ſine Euchariſtia poſſibile ſit nobis nō verò ſine cibo.
Euchariſtia cur infantibus ſuperflua ſit in re, at voto neceſſaria.

Nec quidquam magis officit eiſdem verbis eſſe Baptiſmum & pœnitentiam, ac Communionem commendata, præſcripta,

D & imperata; *Niſi quis renatus fuerit denuò non poteſt videre regnum Dei. Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vnde ſicut Baptiſmus, Pœnitentiáque ſunt media ad vitam neceſſaria, ſic ſimul Euchariſticum conuiuium dici poſſet, donatum cum prædictis, in ipſa illorum forma. Præceptum nanque etſi inducant hæ ſententiæ, non ideo ęquale eſt in tribus his Myſteriis; nam verbis legis neutiquam, cum aliud de re conſtat, oportet inhęrere; L. *Non dubium* Cod. de *Legibus*; L. *Contra* eodem tt. in libris Digeſtorū. Quod ex verbis Achaz impij Iſai. cap. 7. & ex

Ioan. 3. 5.
Luc. 13. 3.
Ioan. 6. 53.
Iſai. 7. 12.

& ex aliis locis sacris clarissimè probatur. Quapropter cum necessitas Eucharistica sit voti superiùs explicati; nil amplius concedeodom.

Baptismum & Eucharistiam cur tantùm ex Sacramen tis suscepe rit Dei Mater.

Sed neque tandem obest, quòd de medij necessitate peccatores ad pœnitentiæ tenentur Sacramentum; at Baptismo & Eucharistiæ vel viri innocentissimi, vt Christus & Maria, qui duo hæc Sacramenta, non alia suscepere. Pœnitentiam igitùm ergo excedit Eucharistia, & æqualis cum Baptismi necessitate perseuerat. Quibus accinit Suarez in suo vita Christi disp. 18. sect. 3. cur Virgo tantùm ista acceperit Sacramenta, hanc reddens rationem; *Quia vsus huius Sacramenti est in præcepto Diuino, quod eadem ratione, qua præceptum Baptismi Virginem comprehendebat.* Non etenim Deiparam hæc duo Sacramenta ob Diuini vim præcepti directè vinciebant: nam & præceptum pœnitentiæ, qua illa longe cauit, Diuinū certò erat, sed quia illius summæ munditiæ congruebant. Sunt quippe Sacramenta nonnulla quæ sic gratiam impertiunt absolutè, vt nec etiam fragilitatem (cuiusmodi est Baptismus & Sanctissima Eucharistia) vllatenus supponant, quemadmodum supponunt Pœnitentia & Confirmatio; quidquid dicat de secundo Angelicus scriptor in sua 3. p. q. 84. ar. 6. Quare nimis hæcce duo non alia qualiacunque Dei Matrem coodecebant; Iuxta oraculum Diuinum relatum per Ioannem, *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Dices, vitæ Christianæ principium sinémque hoc modo recensito Deiparam habuisse, medio tamen necessario, nimirum, pœnitentiæ, omnino prętermisso, vel nunquam pertransito; quo alicui deficiente, non poterit prout dicitur Physic. lib. 6. de vno quidem extremo ad alium transmeare. Sed istud tantùm militat in modo naturali; supernaturali nanque licet Angelicis virtutibus, de fine ad finem verè transire sine medio, vt tenet D. Tho. in sua 1. p. q. 53. ar. 2. quapropter multò meliùs & Dominæ Angelorum. Præterea, quòd hoc fuit in illa prorsus rarum; rarum autem in iutis nomanon facit quidquam ratum; nec exceptio facit regulam sed regulam declarat; *L. Nam quod liquidè.* §. fin. in fine. ff. de *pœnis*; vt hinc valde declaratur Dei Matris innocentia, quæ fuit singularis, & singulari specialitate à genere remota, & longè separata. Vnde tria hæc Sacramenta in suis rectè manent naturis, & essentiis; Baptismus nanque vt vitæ spiritus principium, omnino præterequiritur, vt re accipiatur; quia nihil sine principio existere est possibile; pet accidénsque sit vt flaminis Baptisma in voto solo satis. Pœnitentia eodem modo, salutis tanquam medium tequiritur in re; nil quippe sine medio extremum poteft tangere, & finem possidere; per accidénsque etiam sufficiens est in voto. Euchatistia verò secus, cum animæ sit finis, naturam iuxta finis, in voto tantùm sufficit; non enim deest vnquam optatus rebus finis, cum media dantur apta; quod in rebus spiritualibus

Suarez.

D. Tho.

Apoc. 22. 11

Vt Virgo sine medio attigerit extrema, quæ tamen sine medio non possunt copulari.

Aristot.

D. Tho.

Nec ratum facit ratum, nec res prinata regulam, sed ipsam metdeclarat.

Maria vt singularis, à genere elongata.

permaximè procedit, in quibus habet locum tritissimum axioma; *Facienti quod in se est, Deus non denegat auxilium.* Quapropter est per accidens, præcedentium viceuersa vt re ipsa accipiatur Eucharistiæ Sacramentum; de quo ita Caietanus in 3. D. Thom. q. 73. art. 3. & Sotus lib. 4. d. 8. q. vnica ar. 3. Caietanus. Sotus.

12. His tamen explicatis, vt mecum non discordem, sententiam quartam adhuc adiiciam præcedentibus. Videlicet, hoc tantùm Eucharisticum mysterium de medij necessitate natura sua esse; quantumuis non per se, sed per alia Sacramenta sit medium salutare; vnde accidit Eucharistiam per accidens tantummodo de medij necessitate non esse necessariã; quemadmodum in Baptismo Pœnitentiáque succedit, ex medij necessitate necessitatem illorum esse. Probatur primo loco ex ore D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 11. ad 2. docentis per hæc verba, Baptismi & Eucharistiæ, quò ad homines adultos necessitatem æquiparari; *Quia per accidens est, vt Baptismus in paruulis sit necessarior, quam Eucharistia.* Secundò, ex re superius à nobis explicata; Eucharistiam, nempe, solam, quantumcunque non per se, sed per alia Sacramenta donare primam gratiam; ita vt istã non donare in illa sit per accidens, sicut in aliis econuersò per accidens hanc ipsam existat secum dare; quod eisdé fundamentis, ex iis quæ in 9. Enartat. dicta sunt à n. 36. huc potest retorqueri. Tertiò autem ex quęstione ibidem enucleata; qua diximus Sacramenta à corpore Sacramentato, non verò à Christi corpore in cælis collocato haurire donum gratiæ. Vnde consequens, Sacramentum, ex quo hæc tantùm prodit, manere necessarium, velut multis argumentis hoc valet confirmari. Quartò tandem ex collatione Baptismi & Pœnitentiæ cum cibo Sacrosancto. Ratio enim propter quam de medij necessitate sunt illa necessaria, est, quia in mundum nascimur peccato maculati, & postea multis aliis frequentet inquinamur; quare decet, vt per vnum à peccato originali, & per aliud ab actualibus lauemur, & mundemur, quò ita ad cibum tantum accedere sit fas. Nam si mundos & adultos, vt creatus est Adam, nos vulua parturiret, statim panem istum, absque præuio purificante quocunque Sacramento, manducare teneremur; sicut absque qualicunque præparatione Sacramentali de Sacramento ligni vitæ comedere Deus iussit parenti vniuersali.

Præceptum de Eucharistia vt medij necessarij.

D. Tho.

Quas liget nunc personas, ligauerit-ve vnquam Eucharisticum Præceptum.

13. A Ligando legis ethymon; ac ideo lege exposita, quos liget exponamus. Ligat autem creaturas capaces intellectu; è quibus primi Angeli, qui inuisibiliter hoc cibo vescuntur in Thobia; post Angelósque homines; his enim dictum fuit; *Nisi* Cur lex ita dicatur. Thob. 12. 19

manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis, & primo ſub figura; *De omni ligno paradiſi comede*. At homines non mortui, ſed vita potiuntes; hi nanque ſoli homines, & eſui ſunt accommodi. Quod dico, ad excludendum errorem hæreticorum, qui in ora defunctorum communicare nequientium, ſpeciem ſaltem ſanguinis, ſacrilegè, vel inſciè (vt minimum) infundebant. Qui error tamen fuit exploſus à Conciliis Carthag. 3. cap. 6. Altiſiodor. Can. 12. Matiſconenſ. & Conſtantinopol. 6. Can. 83. vt in 3. D. Tho. diſp. 6. q. 1. Valentia teſtis eſt: etſi Gregorius Magnus in vita Benedicti ſcribat, Euchariſtia, ſuper tumulum defuncti, qui tumultibus terrificis quam ſæpius apparebat, impoſita, non ampliùs viſionibus duraſſe; hoc enim ſicut patet diuerſum valde eſt: niſi forſitan hi mortui Communione digni, ſint, qui ante Chriſtum in Chriſto quietè deceſſere; quos Chriſtus ſecum ipſo ad inferos deſcendens, communicauit, prout ait Rupertus in Pagnino lib. 10. cap. 17. Iſagogæ ſuper Bibliam.

Quae homines nunc liget, ligaueritve vnquam Euchariſticum præceptum.

Gregor. de Valent.

Euchariſtia fuit mortuis antiquitus tributa. Et mortuis vt lemuribus ſit eadem proficua.

Rupertus.

Homines verò non tantummodo qui Euchariſtiam ſunt ſequuti, ſed etiam cibo iſti idonei & obligati, qui ipſam præceſſerunt: *Turba (enim) quæ præcedebant, & quæ ſequebantur Chriſtum, clamabant dicentes; Hoſanna filio Dauid; Benedictus qui venit in nomine Domini*; id eſt, ad nos ſaluandos; ſic etenim Hoſanna Hebraicè interpetratur. Quod meritò præcedentes clamabant, & ſequentes; vtroſque nanque Chriſtus credentes in ſe ipſum, & in tempore acceptabili de culpis pœnitentes, piiſſimè ſaluauit, vt inquit cum communi Angelicus ſcriptor D. Tho. 3. p. q. 45. ar. 3. C. Vnde aſſerit Rupertus in loco nunc producto; *Nemo eſt, qui dubitet, omnes Sanctos ab origine mundi expectaſſe hunc Redemptorem; nec aliter potuiſſe eos paradiſo reſtitui, niſi veniſſet prius hic Agnus Dei tollere peccata mundi*. Et infra ſic ſcribens; *Eandem cauſam habuit cur veniret, quam habuit in paradiſo, cur primum hominem requireret; ſcilicet, vt cibo, per quem homo periit, oppoſitum daret*. Et tandem rem concludens: *Ideo non alio remedio conſummati ſunt Sancti, & alio ſubuenitur nobis; ſed eodem, quo ſanguine cum aqua profluente de latere Chriſti emundata eſt vniuerſitas illorum in Paſſione Domini, eodem nos emundamur ſinguli: eodem nanque ſanguine & aqua lauauit nos Chriſtus (vt inquit Ioannes) a peccatis noſtris*. E quibus cibo iſto in votis ſolùm habito ſaluatos liquet Patres. Quod non ſolùm intelligendum de Patribus Hebraicis, ſed etiam de Gentilibus; nonnulli quorum ſemper venturum mundi bonum in Chriſto peroptarunt, & ſic modo non infirmo manducarunt Chriſtum ipſum; de quo in rem præſentem ſic ait textus ſacer; *Et ipſe erit expectatio Gentium. Et veniet deſideratus cunctis Gentibus*. Vltra multa quæ appoſitè Richardus Victorinus in ſuo Emmanoele; cui congruit D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 3. & illud D. Petri; *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*,

Matth 21.9.

Cur Chriſtus inuocatus à præcedentibus, & ſequentibus.

D. Tho.

Rupertus.

Vt Patres ante Chriſtum communicarint Euchariſtiã.

Gentiles quonãmodo, & boni an ſemper aliqui.

Gen. 49.10.

Aggæi 2.8

Richardus Victor.

D Tho.

Actor. 4.12.

Hoc autem ad præcedentes Euchariſtiæ Sacramentum; nam quantùm ad ſubſequentes, non ſolùm ipſi teneri Fideles baptizatos, ſed etiam, qui Baptiſmum nullatenus ſompſerunt, ita vt iſtum deſiderare, quò noſtrum panem poſſint abluti iam comedere, omnino compellantur, tom. 3. in 3. p. diſp. 69. ſect. 2. Suarez auctor eſt; ex eo quod non tantum ad homines credentes, ſed ad omnes, qui præſentes tum temporis adſtabant, & per illos ad vniuerſos futuros & abſentes intonuit Chriſti vox; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*.

Suarez.

Infideles quanam via conſtricti ad Euchariſtiã.

14. Hucuſque verò iſta per nos elucidata, de obligatione quæ à præcepto Diuino proficiſcitur, intelligi, ipſo loco Suarez proteſtatur. Nam præcepto Eccleſiaſtico, in Cap. *Omnis vtriuſque ſexus*, de pane noſtro dato, ei ſoli ſubiugantur Fideles baptizati. Vnde viri Catechumeni, quantumlibet ſint iuſti, & in Chriſtum perardenti abrepti deſiderio, atque ipſum ſpiritualiter edentes quàm frequenter, non poſſunt tamen noſtrum edulium manducare; quia adhuc foris ſunt, de quibus nil ad nos; vt ait D. Paulus; & adhuc non ingreſſi Sacramentorum portam vnicam, videlicet, Baptiſmum; paſſiua in quo potentia ad Sacramenta ſuſcipienda imprimitur charactere; vt in Ordine econuersò imprimitur actiua ad Sacramenta miniſtranda. Quare nec ad Matrimonium, in quantùm eſt Sacramentum, admittitur Catechumenus, quantumuis à contractu illius non abhorreat; quantò magis ad Euchariſtiam, quæ tanquam cibus animæ, ab homine, qui non ſit regeneratus, non accipitur, quemadmodum nec cibus ab homine non genito. Quibus minimè reluctant Innocentius Papa 3. in cap. *Veniens de Baptiſmo*; & Marſilius ſup. 4. q. 6. ar. 2. Innocentij nanque iſte ſequutus mentem eſt; Innocentius verò ibi ſolutionem ſecum portat. At non omnes Baptizati, ſed ſoli qui adulti & diſcretionis ſufficientis iam compotes effecti, per ipſum Cap. *Omnis*, Euchariſtiæ ſunt idonei. Quocirca baptizati phrænetici perpetuò, vel perpetes Energumeni, delirium licet eos occupauerit in gratia, non pane tanto digni. Non quidem quia illi ſuapte ſint indigni; ſed quia dare amentibus quod mente ſimul editur, indignitas eſt maxima; dicente cæli tuba; *Iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini*; & communi cum ſententia Angelico Doctore in ſua p. 3. q. 80. ar. 9. & Victoria ſatis bene q. 84. Nec malè, cum & iſtos infantes plus habendos, quàm homines adultos, perſpicuum ſit, & patulum.

Euchariſticum præceptum quoa obliget diuinitus, & quos Eccleſiaſticè.

1. Cor. 5. 12.

Matrimonij Sacramentũ Catechumenis an licitum.

Baptizati ſoli adulti, & compotes iudicij, idonei ad Euchariſtiã.

Furioſi & dæmoniaci cur etiam vel in gratia Euchariſtia ſint indigni.

1. Cor. 11. 29

Hinc quæſtio decidetur, tantoties agitata. An apti ſint huic cibo infantes Baptizati, ac illis dari debeat. Cuius certè prior pars affirmatiua verè eſt; quia obicem non ponentibus dant gratiam Sacramenta; atqui paruuli non ponunt obſtaculum quodcunque, ergo habiles ex ſe. Deinde promiſſiones de pane tanto factæ; *Qui manducat me, viuet propter me; In me manet & ego in*

Euchariſtiæ vtrum capaces infantes baptizati.

Ioan. 6 57.

eo;

ce; in illis locum habent; præsertim cum &
istæ, manducationi corporali, à qua pendet
spiritualis, primariò sint indultæ; & maxi-
mè, cum manducatio spiritualis actualis in
ipsis vel adultis sæpissimè sit absens, habi-
tualis verò in pueris perpetuò præsens sit.
Et tandem quia infantibus dat gratiam Con-
firmatio; cur autem non hoc faciet Eucha-
ristiæ Sacramentum? Imò sicut Confirma-
tio infantulis hanc auget, nil dubij quòd
hoc ipsum efficeretur Eucharistia, si eis præ-
beretur. Iuuat etiam consuetudo Ecclesiæ
perantiqua rem istam permittentis, ob iu-
stásque tunc causas 8. Enarrat. n. 68. à no-
bis indicatas, frequenter factitantis. Ergo
infantes ex se apti ad ferculum Eucharisti-
cum. Nec officit vllatenus Apostolicum
1.Cor.11.28. præceptum; *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat*; hoc etenim de adultis
dumtaxat intelligitur. Vlterius, quòd te-
nelli probati & approbati iudicio sunt Ec-
clesiæ; & cibus de quo agitur, conuertendo
in se Fidelem, enutrit manducantem; & sic
illis spiritualem effectum suum confert;
quod sufficit, vt ab eo, qui spirituali vita vi-
uit, non malè sumi possit. Posterior verò
Conc.Trid. pars per Concil. Trident. sess. 21. cap. 4. &
sess. 13. Can. 9. nouissimè explicatur; vide-
licet, infantibus, ex eo quod non valeant
amittere tum gratiam, nunquam escam Sa-
Infantibus an liceat Eucharistiã ministrari. crosanctam fuisse necessariam. Nam quod
olim in hoc effecit diuersum Dei Ecclesia,
vrgentia propter aliqua, in loco nunc pro-
ducto, 8. Enarrat. fecisse demonstraui; qui-
bus vtique cessantibus, rem talem suscita-
re, sacrilegium magnum foret; vt aiunt pau-
lò sup. D. Tho. & Victoria; cum suis in-
terpetribus, qui fusè eodem loco. Nec ca-
tulis fidelibus, infidelibus nedum (quid-
Matth.15.27. quid dixerit plus deuota, quam docta Ca-
nanæa) ob mentis egestatem, cælestis men-
sæ panis vtcunque dari licet. Quod si ali-
qui videntur contrarium existimare, meta-
phoricè loquuntur; de iure, & de iustitia;
seu de animæ munditia, & dispositione
quam propterea ad escam talem habent pue-
roli innocentes, iustitia baptismali munda-
Caietanus. ti & præparati: Caietanus in D. Tho. q. 73.
art. 3.

Cur autem dicti paruuli capaces sint Bã-
ptismi, & incapaces Eucharistiæ, ex for-
ma, atque materia, & vtriusque Sacramenti
institutione clarè patet. Ex forma, quia
Baptismus est datus, vt natiuitas; *Nisi quis*
Ioan 3.3. *renatus fuerit*: nasci verò, vel renasci infan-
tulis est proprium; vnde illis perquàm de-
cens Baptismi Sacramentum, quò cum vitæ
corporalis initio simul sumant spiritualis
natalitium, & basim, ac fundamentum; Dio-
Infantes cur Baptismi nõ Eucharistiæ sint capaces. nys. cap. vlt. de Cæl. Hierar. D. Tho. 3. p.
q. 68. art. 9. & Concil. Trident. sess. 7.
can. 12. At Eucharistia cum sit tradita, vt
vera manducatio; *Nisi manducaueritis car-*
Ioan. 6. *nem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*;
plus conuenit adultis, qui egent cibo solido,
quàm illis quibus diu lac tantùm cibus est.
Ex materia, quia generatio ad vitam neces-
saria existit absolutè, alimentum verò so-
A lùm ex hypothesi, qua vita subsistit alimo-
nia. Et sic etiam Sacramentum in esca col-
locatum absolutè solis iis probatur necessa-
rium, qui iam vitam spiritualem, & vires
huiuscemodi peccando possunt perdere; at
cæteris in voto implicito in Baptismo suffi-
ciens, & conueniens. Ex institutione verò
tandem & administratione ac exercitatione
vtriusque Sacramenti; quia ista in Eucha-
ristia in actione sita sunt; vnde viris qui
actiones viriliter exercent, tantummodo
est idonea; sed contra in passione Baptis-
mus hæcce habet, & ideo ad functiones pas-
siuas aptis paruulis plus debitum atque pro-
prium salutis est lauacrum.

B *De modis quibus obliget, obligaue-rítque veteres Eucharisticum præceptum.*

15. MVltifariam solet homines ligare
lex humana, & multiformiter lex Communicandi quotnam modi de obligatione sint hominibus, & esse casu possint.
eosdem innectit Eucharistica; qui triplici-
ter ligantur huiusmodi præcepto; & Eucha-
ristiam nihilominus accipiunt quadruplici-
ter, seu possunt eam totidem diuersis modis
sumere. E quibus primus dicitur *Sacramen-*
taliter tantum; cum quilibet in mortali com-
municat Fidelis; cum enim sub Sacramento
in Christum verè credat, sacramentaliter
manducat; sed cum gratiam non exinde sed
culpam solùm hauriat, & incommoda pro
commodo, ac sacrilegium pro re sacra, des-
C pecta, & vilihabita, non accipit spirituali-
ter; sed sacramentaliter dumtaxat; quia Sa-
cramentum, at Sacramenti effectum nul-
lum percipit; textus in Cap. *Quid est.* de
Consecr. d. 2. & Apost. ad Corint. *Qui enim* 1.Cor.11.29.
manducat & bibit indignè, iudicium sibi mandu-
cat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Se-
cundus verò è contra *Spiritualiter tantum*;
Fidelis quando quisque non valens re exci-
pere Eucharistiæ Sacramentum, hoc facit
desiderio; quod quidèm si elicitur ab illo
cuius anima Dei gratia tunc potitur, aug-
mentum fert istius; & veraciter hæc actio
spiritualiter est edere, ac spiritum fouere;
augere, & roborare; Cap. *Vt quid paras*; de
D *Consecrat.* d. 2. & Augustinus in sententia S.August.
communiter iactata; *Crede, & manducasti.*
Tertius autem *Sacramentaliter, spiritualitér-*
que vnà; cum spiritum Sacramenti & Sacra-
mentum simul accipit Fidelis quisque gra-
tus; cuius gratia inde percepta illius vincit
gratiam, qui spiritualiter solummodo com-
municat hoc Sacrum. Nam & verè man- Communio Sacramentalis spirituali per se maior.
ducanti promissio fit illius; *Qui manducat*
me, viuet propter me; & sola talis gratia est il-
la quæ vocatur ex opere operato; spiritualis
verò alia ex opere operantis; quo fit, vt
vna ex hominis, & altera ex Sacramenti
(quod proprium illius est) effectu deriue-
tur; vt adnotat Suarez tom. 3. in 3. disp. 62. Suarez.
sect. 1. Quartus tandem qui realis & mate-
rialis debet solùm propterea nuncupari,
quia nec Sacramentaliter nec spiritualiter
hic cibus manducari potest vnquam à tribus

subsequentibus, nimirum vel à bruto, vel ab homine infideli; vel pariter à Fideli, quantumuis viro iusto, qui oblatum sibi panem Sacramentatum non agnoscat. In quibus quatuor modis impletur illud Patrum prouerbium celeberrimum; *Manducans, non manducat*. id est, Sacramentaliter; *Non manducans, manducat*, hoc est, spiritualiter; *Manducans manducatur*; videlicet, Sacramentaliter & spiritualiter coniunctim; *Nec manducat, nec manducatur*; nimirum modo vltimo materialiter & realiter; de quibus lib 4. d. 8. q. 3. Scotus videatur; & Sotus ibimet d. 12. q. 1. ar. 1. & iubar Aquinatum opusc. 58. cap. 20. quamuis iste 3. p. q. 80. ar. 1. vt per accidens contingentem excludat quartum modum.

Scotus. Sotus. D. Tho.

16. Hoc de modis manducandi; quorum primo qui Eucharistiam Sacramentaliter tantummodo prior omnibus comederit non potest certò nosci; præsertim si Theophylacto, vt decet, demus aures; qui Iudam, de quo vera res ista videbatur, Sacramentũ non sumpsisse in Cœna, sed seruasse; vt ipsũ per ludibriũ, (possibilitatem Christi corporis in eo non concedẽs, sed negans & subsannans) ostenderet Iudæis affirmat singulariter; quapropter nec sacramentaliter hunc cibũ manducauit. vel quia reseruauit, & panem non comedit, vel quia sine fide, vt brutum seu infidelis edulium sacrum edit. Prior verò, qui secundo, vel fuit primus Angelus, ex illis qui manserũt, & ostensum sibi Christum vt 2. Enarr. n. 13. dictum fuit, humilitate, & Fide iacta in eum manducarunt; vel potius primus homo; dum in suis Sacrificiis oblatis post peccatum desiderauit & manducauit futurum Redemptorem, vt lib. 5. cap. 28. de terræ paradiso videtur Moysem Barcepham sensisse per hæc verba; Adamum expulsum inde testantia propter hoc; *Donec tandem de arbore vitæ posset edere, ipso Christo, qui mystice est vera vitæ arbor*. Qua via & prisci Patres ederunt Saluatorem, iuxta Apostoli sententiam dicentis ad Cor. *Patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducauerunt*; & Bernardum sic loquentem serm. in Cæn. Dom. *Virtualiter hoc Sacramentum quodammodo gustauerunt omnes saluati & iusti ab origine mundi; atque hodie gustant quicunque veri Christiani*. Etsi propriè neque Angelus, nec ante Christum homo eum potuit modo isto spiritualiter accipere; quia manducatio Spiritualis sacramentalem præsupponit, in mente. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 11. C. Vlterius, quòd & Angeli à mãducatione spirituali perpetuò sunt exclusi, eo quòd materialem in corporibus assumptis non possint exercere; cum huiusmodi manducatio non actio corporalis existat, & vitalis, sed non amplius quàm mutatio localis, de qua agit relatus modo Sanctus art. 2. Prior autem, qui Eucharistiam suscepit modo tertio, hic fuit sanè Christus, de quo satis ipse Doctor art. sequenti; & q. 84. art. 7. ad. 4. Post Christum verò omnes probati Christiani, sicut conuenit ætatibus & statibus illorum; de quibus sic Rupertus adductus à Pagnino lib. 10. cap. 21. Isag. sup. Bibliam. *Non iudicatur apud Deum non manducasse, nisi qui manducare noluit. De voluntatibus enim iudicat Deus; quæ in infantulis edentibus malæ esse non possunt; nec in huiusmodi Confessoribus, qui moriuntur confitendo Christum; qui cum bonæ sint voluntatis non fraudantur effectu, quia manifestè Christi communicant passionibus*. Prior tandem qui hunc panem deglutiit modo vltimo, vel neutiquam rescitur, vel fuit Iudas impius, de quo diximus superius & brutum & infidelem fuisse in tantum cibum. Et profectò qui Redemptorẽ vt decet, non agnoscunt, & toto cordis ambitu non intimè amplexantur Fideles, vel infideles, verissima sunt bruta; Fideles præoccupati velamine ignorantiæ; de quibus dici potest; *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentibus insipientibus, & similis factus est illis*. Infideles vero nimia brutali feritate, de quibus vera redditur aduersus talem escam Psalmistę lamentatio; *Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam*. Singulare nanque est commissum tantę culpæ, de qua Angelus scriptor 3. p. q. 80. art. 5. & 6. exterminator autem vineæ præ cunctis singularis, qui vinum fundit illud tam valde singulare; quam singulariter de eo sic ait textus sacer. *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?*

Iudas quid communicando de pane sancto egerit.

Qui Eucharistiam modis singulis sumpsere primi omnium.

Moyses Barcepha.

1. Cor 10. 3.

Bernardus.

D. Tho.

An Angelis mãducatio spiritualis vel corporalis conueniat Eucharistiæ.

Rupertus.

Quàm brutale & singulare peccatum in Eucharistiã.

Psal 48. 13.

Psal. 79. 14.

D. Tho.

Zachar 9. 17.

De temporibus quibus obliget, & obligauerit antiquitus huiusmodi præceptum.

17. OBligauit primùm Angelos in illo primo puncto, quo ipsis tunc creatis ostensio nostri cibi futuri facta est, & optio nihil minus hoc ferculum adorandi, pro pugna & simul prætio metendi cæli gloriam (vt 2. Enarrat. minutim elucidaui) eisdemmet rectissimè librata & designata.

De temporibus in quibus obligauerit, & obligat Eucharisticum præceptum.

Deinde, primum hominem in suo primo prælio, quod ipsi pro palæstra virtutis exercendæ, & gratiæ cunfirmandæ, proposuit rerum Conditor.

Ad hæc, Christi legem homines quoscúnque præcedentes, in rationis primo vsu patenter consequuto, & inuitæ suæ cunctis periculis notoriis; vt vitæ charæ initio & fine se cum Christo, qui principium rerum omnium & finis est præclarus in lib. Apoc. pro viribus vnirent; in principio ob gratitudinem ab eo vitæ haustæ; in fine ob fortitudinem aduersus mortis technas, & tenebras ignotas, quamualde necessariam, secundum quæ præiecimus Enarrat. præcedent. n. 6. cum vndecimo & alio subsequenti; & penult. Enarrat. ad n. 44. in quorum loco vltimo Eucharistiam in mortis transitu dumtaxat coustringentem auarè multi faciunt; in primis verò etiam (vt priscum vitæ lignum) in primo vitæ limine, & halitu intellectus. Quod certè tam verissimum, quàm adhuc parum est; præsertim

Apoc. 1. 8.

ſertim cum nos preſſiùs, quam noſter primus parens naſcamur hora mortis; & pueri vbi primùm regenerati ſunt in Chriſto in iſto cibo Chriſtum exoptent manducare; vnde adultis priſco tempore poſt aquā Baptiſmalem ſtatim ſacer panis de more tradebatur; vt panis cui Baptiſmatis lauacrum ordinabatur; quemadmodum in producto vndecimo à me numero; & n. 66. cum ſequentibus duobus 8. Enarrat. abundè reſeraui. Subſcribit D. Thom. ſæpiſſime allegatus; dicens, noſtrum Sacramentum aliorum finem eſſe, quò cætera contendunt, quapropter naturaliter recenter baptizatis debetur Euchariſtia; præceptum cuius propter hucúſque recenſita, initio & fine vitę, vt minimum bis ligat.

D. Thom.

Quot vicibus in vita Euchariſticum præceptum Diuinum nos compellat.

Homines autem legis Chriſti promulgationem ſubſequentes eodem modo duplici, & quidem poſt Baptiſmum & diſcretionis functionem, Diuini ob vim præcepti his verbis intimati; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Quòd an pluries verum ſit, & pluries hoc præceptum Diuinum nos compellat, nunc breuiter libemus. Et in primis Petrus Soto in 9. lect. de Euchariſtico myſterio mirabile quid ait; nimirum tam ex Diuino quam ex præcepto Eccleſiaſtico teneri nos quotannis ad noſtrum Sacramentum; quia Eccleſię munus eſt, Diuinas quaſque leges, vt ſint intelligendæ, docere, & declarare. Atqui ſingulis hoc annis Eccleſia faciendum expoſuit, & decreuit, ergo etiam ad hoc Diuino præcepto vinculamur; quantúuis hæc Sententia diſp. 63. in 3. ſect. Suario non probetur; ſed tantúmodo per ſingula triennia; aut quadriennia Euchariſtici præcepti ligamen nos vincere; quod multis ille firmat; etſi Soti rationi nil afferat æquale. Quæ quidē poteſt amplius annuarum penſionum pro bonis alienis locatis ſolutarum, exemplo roborari. Quid etenim mortalibus, quàm vita eſt alienus? Quid verò ex ſe decentius, quam pro vita tam aliena, quotidie, non quotannis à Deo locitatam, & iugiter donatam, hęc propter ei poſt annum in iſto Sacrificio, quod gratias voce ſonat, has paruulas & ſemel in anno celebrare? Et ab illa conſuetudine in mundo frequentiſſima, nec minus vulgatiſſima in pagina Diuina, qua ſingulos per annos conuiuia ſolemniſſima in procerum natalibus ab ipſis inſtaurantur hoc valet confirmari. Nam ſi iſta pro mortali & vita corporali ſolemniter aguntur, pro æterna & ſpirituali in anima repoſita quid debet factitari? Vel cur ad Dei conuiuium, ob gratias perſoluendas, inter alias rationes largitum & inſtitutum, hilariter non deceat quotannis properare, litare, & Deo noſtri Auctori piè tradi? Fauet S. Bernardini aſſertum to. 4. ſerm. 2. de Euchar. art. 1. cap. 6. & ſerm. 43. huiuſmodi ſe habens; *Non poteſt dici, illum habere animam, qui ſaltem ſemel in anno non accepit corpus Chriſti*

P. Soto.

Suarez.

S. Bernardinus.

Hæc hactenus de præcepto Diuino dicta ſint; de Eccleſiaſtico ſimiliter philoſophan-

A dum nobis eſt. Solos igitur Baptiſmi ablutos ſacro fonte, diſcretionis poſtquam claram notitiā comparauerint, innodat hęcce lex; id eſt, illos, quibus ratio non ſolùm tunc exoritur, ſed potius iam illuſtrat, & ſplendorem mentis ſuę incipiunt iaculari; de quo patres & Confeſſures quęrendi ſunt illorum; quamuis inter annum decimum, & quartumdecimum pro captu impuberum hoc contingat; quò tandem melius cibum diiudicent ab aliis, & ad illum ſe decentius accingant, atque ferant. Quod examen vbi mortis inſtiterit diſcrimen, facilius iudicetur, & pro pueris decedentibus benigniùs abſoluatur; ſic etenim colligitur ex Cap. *Omnis vtriúſque ſexus*, rei huius capitali. Vbi etiam tempus dicti pręcepti Eccleſiaſtici,

Quę diſcretio ad accipiendam Euchariſtiā neceſſaria.

B in Paſchate quo Agnus antiquus edebatur, pręcisè deſignatur; ſed exponitur à die Dom. Palm. vſque ad Paſchatis octauam; ex Eugenij quarti mente, hoc bene ponderantis, vt panis noſter azymus concurrens cum antiquis, ac corpus vmbrę ſocium, id ipſum tempus habeat, ſed dies duplicatos; vt corpus vmbram ſuam dupliciter excedat; quantumlibet in Hiſpania & Mediolani ditione ex priuilegio Clementis 7. per totam Quadrageſimam pręceptum adimpleatur. Et iterum in probabili periculo mortali, quo obligat, vel illum qui die pręcedente à morbo liber adhuc, ſuſcepit Euchariſtiā. Secus ipſo prorſus die: hoc enim prohibetur, per tex. in Cap. *Conſ... ſti*; de *Celebr. Miſſ.* & in Cap. *Sufficit*; de *Conſecr.* d. 1. An verò hęc obligatio, vel nulla, vel in

Quo tempore ex Eccleſia tenemur Euchariſtiæ.

C debita Confeſſione pręcedente, à nobis impleatur, incerti iuris eſt; quod ego non diſcepto; cum certum talem animam inferni pœnis tradi; Videatur D. Thom. t. 2. q. 101. art. 9. & Sotus de iuſtitia lib. 2. q. 3. art. 10. nec non etiam Couaſruuias in cap. *Alma mater*; 1. p. §. 5. Vtrum autem eodem anno, pręcepto prętermiſſo, in alio quouis tempore oporteat adimpleri, problematica res eſt, ſed verior quę affirmat; quam Suarez de Euchar. diſp. 70. ſect. 2. non modicè confirmat. Vnde conſtat, Confeſſionem amarè & benè factam debere ſemper panem pręcedere Diuinum, & Agnum figuratum; ſicut agnus atque azymi edebantur priſco tempore cum lactucis agreſtibus, quę pollent amarore; ſed nec ideo de Con-

Præceptum confitendi ... mala Confeſſione ... ... poſt ... malam oporteat bonam ſequi

D. Thom. Soto. Couaſruuias. Suarez.

D feſſione quid dicam in loco iſto; de illa nanque in proprio abundè pertractabo.

Pręceptum reſtat noſtrum miraculis firmare; quorum primum per Henriquez in Faſciculo Ciſtercienſi lib. 1. diſt. 26. cap. 58. narratur in hunc modum. *Canonicus quidam Regularis, cum in præſentia B. Vvaleni Abbatis celebraret, aranea in Calice circa Agnus Dei cecidit, & metum, horrorémque celebranti incuſſit. Vvalenus autem hoc viſo, fuſa oratione & data benedictione, imperauit, ut araneam cum ſacro libamine in nomine Domini ſumere non dubitaret. Ille verò Patris præcepto deuotè obtemperans, cum magna conſtantia, magnáque Fide totum ſumens, nullam ſoſpitatis iacturam, vel nauſeæ prouocationem ſenſit. Sedentibus poſt re-*

Chryſoſtu. Henriquez.

Miraculum ad obedientiam præcepti confirmandam.

fectionem in clauſtro fratribus, Canonicus ille digitum confricabat, & tumor turgens in digito apparebat. Nec mora; aranea, rupta cute, viua egreditur, & cunctis miraculum obſtupentibus, & mirantibus, iubente Priore viua comburenda traditur.

Surius.

Secundum refert Surius Nouembris die 26. anno noſtrę Redéptionis 935. de Epiſcopo Conſtantienſi in iſtum modum loquens; *Paſchalis (inquit) dies aduenit; in qua S. vir Conradus Epiſcopus Agnum verum inter Miſſam Deo Patri obtulit. Accepto ergo Corporis Dominici Sacramento, venit ad ſanguinis eiuſdem participationem. Ecce aranea vita liquori illapſa cernitur. Animal mortis exitium homini exteriori minatur, ſed interim poculo immortali animatur. Quid fecit miniſter cæleſtis Conuiuij? Summa accinctus Fide, nihil in hac re mortale, nihil ducit exitiale; A dius conſumit, & quod Sacramenti, & quod extermiņy ſuis, non immemor antiqui ſerpentis venenum antidoto Paſsionis Dominicæ enecatum. Cerneres miniſtery huius cooperatores palleſcere; imminens Antiſtiti, vt ſuſpicantur, necis periculum circumſtantibus innuere. Ab omnibus in commune triſtatur, ac timetur; dies gaudij in mœrorem vertitur. Tamen peracta Communionis diſtributione, vltra omnem ſpem, ad menſam artus ieiunijs attenuatos refecturus accedit, ſed non guſtando cibum, aliquandiu ſedit. Percontatur ſecretius, quid eſſet acturus. Expecto (inquit) hoſpitem in proximo venientem. Et reclinato ſuper menſam capite, exitum araneæ aperto præbet ore, quæ nec mors in homine Dei, nec mortem potuit inferre. Tum quanta conuiuarum exultatio, quanta Dei viri ſubſequitur admiratio?* Cum vtraque nos ad aliam Enarrationem tranſeamus.

Miraculum præcedenti perſimile in materia, in forma prædulciſſimũ; in cunctiſq; mirabile.

Aliena quantum mors in viris Dei exiſtat.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENAR·RATIO DVODECIMA, ET QVINTA DE PARADISO IN FIGVRA FIDEI.

Super Gen. verba Cap. 2. n. 17. *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocúnque die enim comederis ex eo, morte morieris.* Et Ioan. 6. n. 29. *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.* Quæ quidem suo loco n. 21. & 22. promiscuè maritantur.

De continuatione Numerus I.



SVb lege Fides latet; nemo etenim adimplebit impositum præceptum, qui sibi hoc imponenti, iubenti & commonenti non firmiter crediderit, & Fidem plenam dederit. Vnde & homo legislator quod prius cunctis exigit, est fidei in eum iactæ securitas tranquilla, & firma in eius verba, ac dormiens confidentia. Nec homo solum hoc, sed etiam Deus id ipsum à primo petit homine, dum ait in præsenti; *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocúnque die enim comederis ex eo, morte morieris.* Hinc dixit Augustin. de Spiritu atque litera; *Quod Imperatorum lex minando imperat, hoc Fidei lex credendo impetrat.* Vbi quidem lex Fidei cum lege mundi ambulat; hæc fidem minis obtinens; illa obtinens virtute credendi in A verbum Dei; nam Fides debet credere eloquiis Dei iubentis, quò possit Fides esse; & lex atque Diuinum præceptum non fraudari. Vna imperat minando, & Fidem eliciendo, alia impetrat credendo, & Fidem Dei mandatis vltroneè subiectando. Tantoperéque impetrat credendo Dei sermonibus, vt mundi vniuersale impetrauerit remedium in Virgine Beata; de cuius (hîc & semper exordium dicendorum) sic fide Lucas ait; *Beata quæ credidisti; perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.* Et accinit Richardus lib. 6. de eius laudibus, Mariæ scitè Fidem, cum infidelitate matris Euę coniungens, & insinuans, quòd ista sub præ- B cepto occlusam Fidem habuit. Richardus sic se habet. *Hæc est mulier fidelis, per cuius Fidem saluatus est Adam cum omni prole sua; vir infidelis, quem fefellerat infidelitas primæ mulieris, vnde Apostol. ad Corint. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem.*

Præcepto Fides hæsei.

S. August.

Luc. 1. 45.

Richardus à S. Laur. Vt mundus Fide saluus in Virgine Sanctissima.

DE FIDEI CITRA DVBIVM CVM *mundi natalitiis antiquitate, & veritate.*

Ab ortu mundi Fides.

2. PRo Fidei antiquitate sufficiunt præcedentia de Fide sub Adami præcepto latitante. Nunc ipsummet oportet diffusius explicare; & dico, quod non tantùm sub præcepto negatiuo, vt creditur communiùs, latebat hæcce virtus; sed primò & principaliter sub primo affirmatiuo; *De omni ligno paradisi comede;* Et quidèm circa istud primario ponderatum; quia mandatum fuit primum & maximum superius Enarrat. præcedent. quod

Adamo vt Fides fuera tribota ſub præcepus.

ideo debet alij præire in cunctis rebus. Circa verò duo ſimul coniuncta & combinata, quia via dioerſitatis præcepta tam dioerſa non diuetsè ſed vniuocè hoc ipſum poſtulabant; tam propter qoòd præceptum præcepto reſponderet; nam quemadmodum in ſecundo Deus mortem minitatus, ſic vitam iuſtè fuit pollicitus in primo; vt hinc præclari ligni (& hoc ptiori loco: niteret inuitatio, illinc verò ligni mali freoaret, & dererreret tremenda minitatio; quò arbor ſanè arbori, præceptúmque præcepto, ac præmium magno prælio ad inoincem obuiarent; tam propter quòd vttúmque duorum præceptorũ egebat fide maxima; quis enim ſine Fidei ſuffragio peringenti induceret in mentem, vel arborem naturaliter caducam ex ſeſe ipſa daturam vitam iugem? vel aliam vice verſa laturam binam mortem, cum omnibus quibuſcúnque profectis inde malis, & ærumnis tam multimodis in mundo toleratis, ac ſemper tolerandis? Magnam Fidem duo iſta profectò requirebaot; præſertim poſtquam homo de fructu comedentem non mortuam vidit Euam; quorum primum roboratur ex Ariſtotelis ſententia 8. Enarrat. ad n. 24. à nobis memorata; Secundum verò ex rebus inferiùs referendis Enarrat. 17. n. 25.

Quàm magna Fides Adæ inſio neceſſaria.

En Fidei antiquitatem enatam mundi ortu, & ortam in manducandi de vitæ ligno iuſſo; nam illinc primus Fidei, tot rebus iam perſpicuus, ſplendor radiauit. maiori quò in vmbra, antiquiori, & clariori Euchariſtici conuiuij, quod Myſterium Fidei eſt, vt dicitur in Canone, iam Fides naſceretur; vbi enim naſceretur decentius Fidei lux quam ſub vmbra illius cibi, qui Fidei eſt conſummatio, compendium, & recollectio; & qoi etiam quando fuit realiter exhibitus, & conditus à Chriſto, præuentus eſt à Fide; dum Chriſtus illis ſolùm prædixit Euchariſtiam, quos Fide præmunierat; *Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.* Et iterum ipſo capite; *Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ.*

Vt Fides orta fuerit in mundi natalitiis, cum Fidei Sacramento, Sanctiſſima Euchariſtia.

Ioan. 6. 28. & 29.

N. 47.

3. Qua etiam re poſt habita non malè à mundi initio, cũ operibus omnigenis tum temporis creatis, illuxit Fides noſtra; vt enim Vates inquit; *Omnia opera eius in Fide.* Non quippe beuè opera Diuina credi poſſunt, niſi fidem Omnipotentiæ Dei amplam præbeamus; & ideo Rex Propheta, non aliqua Dei opera, ſed omnia planè in Fide iodicio ſummo ponit; qoia & opus Creationis de qoo ibidem agirur, & Saluationis orbis terræ Noemi tempeſtate, & conſeruationis inceſſantis in omnibus ætatibus, nec non etiam Redemptionis pro omnibus mortalibos, & glorificationis pro electis, condemnationiſque pro impiis, hæc ſanè ab intellectu hnmano longe volant, ni Fide iacta in Deum conſtanter radicentur. Quis nanque mundum tantum, & verbo, ac ſolo nutu, ſeu mera voluntate, tam varie fabricatum? Quis ſaluatum

Pſal. 32. 4.

In Fide cur nam opera Dei cuncta Pſaltes ponat.

A naue vna, tot ſarcinis onuſta, tot vndis conquaſſata? Quis iugiter ſeruatum & amplè conſeruatum tam multis neceſſitatiis, & inſuper ſuperfluis deliciis vniuerſis, quæ à tot viris tam absũptæ non ideo conſumuntur? Quis Deo facto homine, & homine contumeliis, ac plagis ſupra modum omnigenis repleto, redemptum mundum iri putaret, atqoe crederet? Quis ve hominẽ mirabiliter ex puluere formatum, & in puluerem, vel in nihil, poſt puluerem redactum, ad gloriam, vel ad pœnam perpetuam ſuſcitandum, adiutus niſi Fide ingenti verum diceret? Quod minoribus de rebus, ac minimis præ iſtis, Sanſonis nempe vulpibus, & aliis perſimilibus poſſemus affirmare. Sed ne aliquid excedamus à verbis Regis B Vatis, & ea comprimamus, certè rerum creatio de qua prefatus Pſalmus, valde mentem tranſcendit, & Fide ſola capitur, ſicut cap. 3. lib. 3. de Eochariſt. notauit Bellarminus; quare additur ibidem. *Timeat Dominum omnis terra; ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem*; id eſt, timeant, non diſcutiant; ab eoque in eum timore moueantur, & humilimo ſtupore in ipſum rapiantur, ne ab illo in partem aliam contingat declinare, confringi, diſſipari, & clade ſumma perdi quoſcúnque mundi accolas.

Iudic 15. 4.

Bellarmin.

Et vt omnia pro inſtituto Euchariſtiæ collimemus, myſterium nullum ei approximat tam valde, quàm orbis procreatio; de qua ibi immediatè hæc verba connectuntur; *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe* N. 9.
C *mandauit, & creata ſunt*; Quæ quidèm ad noſtrum panem dumtaxat dicto Chriſti mutatum & conſecratum, ſic aptat inter multa quæ affert lib. 4. cap. 4. de Sacrameot. Ambroſij ponderatio. *Ergo ſermo Chriſti hoc conficit Sacramentum. Quis ſermo Chriſti? Nempe is, quo facta ſunt omnia. Iuſſit Dominus, & factum eſt cælum; iuſſit Dominus, & facta eſt terra; iuſſit Dominus, & facta ſunt maria; iuſſit Dominus, & omnis creatura generata eſt. Vides ergo quam operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erant, quantò magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur?* Mirandúmque in modum hæc duo ſe conſpiciunt, creatio, & inſtitotio Euchariſtici miraculi; nam in prima Deus D de nihilo creauit vniuerſa, & in ſecunda rem creatam in aliam commutauit, ac ferè recreauit, & ad nouam atque maiorẽ creationem ſublimauit; quod longè factibilius & creditu facilius, vt Sanctus hic aduertit. In prima ſine ſubiecto produxit primam lucem, ſicut 1. Enarrat. abundè demonſtraui; in ſecunda ſine ſubiecto conſeruat accidentia; ſub quibus vini & panis, abſcondit lucem ſuam. In prima magna corpora ex nulla procoldubio materia ſuſcitauit; in ſecunda corpus ſuum ad nihilum propemodum viſibilis materiæ, & corporis arctauit, materiam nanque voco huiuſmodi accidentia; non quia ſuam priſtinam materiam tum contineant, ſed quia vt res communes participes materiæ, videntur, & palpautur.

S. Ambroſ.

Creatio & Euchariſtia quàm valde ſymbolizẽt.

palpantur. In prima rei quæ rei nil penitus habebat, vnde loci cuiuſcunque non capax ex ſe erat, in mundo tot & tanta diſtribuit ipſe loca, in ſecunda verò loci vnius naturaliter capaci ſuo corpori, tot loca ſupernaturaliter conſtituit, & perpetua conceſſit facultate, quot ea ſunt in quibus conſecratur & ſeruatur Myſterium Sacroſanctum.

Hæc quatuor noſtri cibi, vt plurimi obſeruarunt, arcana obſcuriora; & hæc quæ in creatione videmus primùm facta; quare vel his miraculis hæretici ſubdantur; vel incredulos ſe ipſos ad noſtrum fateantur. In quo tamen ne perſiſtant cum maxima iactura, Ildefonſum ſanctum audiant, de virginitate & parturitione Mariæ diſputantem; in qua ſanè duo corpora in vno loco & tempore ſunt prorſus adinuenta; vbi maior difficultas ex quatuor præcedentibus, nimirum corpus vnum in locis multis eſſe, egregiè elucidatur, nam vnum & idem eſt, eſſe duo in vno loco, quam vnum in multis locis. Vir tantus ſic profatur: *Quapropter cogitent iſti diſputatores naturarum leges; cogitent & diuinarum rerum virtutem; quia non ex natura rerum diuina leges pendent, ſed ex Diuinis legibus naturæ rerum, & leges manare probantur.* Viden quomodo creatio adhæreat Euchariſtiæ? Ergo bene à creatione Myſterium Fidei cæpit, vnde Fidei valde manet antiquitas munita, oſtenſa, & commendata.

Vnum corpus in multis locis qua via confirmetur.

S. Ildefonſ.

4. Eiuſdem ſumma veritas, quæ tituli eſt pars altera, hinc patet, & firmatur. Quoniam autem hæc iam probata directo modo eſt, & clarè, ac poſitiuè, oraculo Pſalmographi; *Omnia opera eius in Fide*; nunc idemmet obſcurè ſuppoſitiuè & indirectè perſpicuum faciamus; quod vtique ex Adami præceptis innoteſcet; vt à meta curſus noſtri nequaquam fugiamus. Quæret aliquis cum Fides tam vera ſit, & vetus, ac inſuper tam vtilis, vt dixi, & dicam latiùs; cur de ea nullum Adæ præceptum datum fuerit, ſed illa duo ex lignis edendi & non edendi? Reſpondeo, quia Fides vt verum & primum omnium, ac ideo per ſe notum in Deum fundamentum, de ea nullum extitit præceptum ſpeciale, ſed tantùm in illo duplici affirmatiuo & negatiuo incluſa & non occulta priori manſit homini, & cunctis conſequenter ab eo naſcituris; quia huiuſmodi principium, vt primum & per ſe agnitum, non exponi, ſed ſupponi, conueniens ſemper fuit. Accedentem nanque ad Deum oportet firmè credere; vt aſſerit Apoſtolus. Quamobrem nec in illis Decalogi Moſayci, eſt aliquod de Fide, vel de Spe, aut Charitate (cum tamen ſint virtutes Theologales præ omnigenis quamualde ſingulares) expreſſè enuntiatum; quia prima in quibuſcunque ſcientiis fundamenta, & capita, ac principia non adeo declaranda, quam potius amplexanda à cunctis ſunt diſcipulis; vt docet D. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 4. ad 1. & q. 104. art. 3. & 2. 2. q. 6. art. 1. cum multis locis aliis, quæ firmat & confirmat Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.

Præceptum cur Adamo de Fide nullum datum.

Hebr. 11. 6.

Fidei, Spei, & Charitatis cur nullum ſit præceptum.

Principia cur ſcientiæ ſupponant, non exponant.

D. Tho.

Conc. Trid.

A Fouetur hæc ſolutio ex alia quæſtione; cur, nempe, cor & cerebrum in priſcis Sacrificiis non Deo litabantur; ſeu potius litabantur, hoc eo non iubente; quantumuis ſæpe idem præceperit de renibus, & iecore atque adipe Sacrarum Victimarum, & etiam, quod eſt amplius de fibris minutiſſimis cum iecore commixtis, quæ tamen ſi cum corde & cerebro tu compares, nil ferè remanebunt. Cur ergo cor & cerebrum non iuſſa Deo offerri, ſed tantùm non prohibita; & ſimul non obſcurè permiſſa in holocauſtis, in quibus pelle excepta, & fimo nihil aliud ab aris exulabat; quod Philo demiratus in lib. de Sacrif. Abelis & Caini ſic ait verſus finem; *Tria video in Sacrificiorum ordinatione præcepti, vt offerantur præ cæteris victima partibus; adeps; renes; fibra iecoris; nuſquam cerebrum; nuſquam cor, quæ ante alia conſecrari oportebat.* B Ex dictis patet ratio; quia iſta vt duo membra potiſſima inter reliqua; vnum quidem fundamentum vitalium functionum, aliud verò ſenſibilium; nam à cerebro omnis ſenſus; à corde vita omnis; vt talia fundamenta, principiáque notiſſima, non illis opus nota, vel ſigno, ſeu præcepto, vt ea Deo offerrent; & rata hæc duo fulcra, ac polos noſtri corporis Altiſſimo immolarent.

Cor & cerebrum in Sacrificiis cur lege nõ præcepta.

Exod. 29. 14.

Philo.

Sed attende moralitatem hinc vltro profluentem. Fidem cerebrum ſignificat; quia etſi ab intellectu non poſſit comprehendi, ab eo irradiato nil dubij benè capi; Vnde *Crede, & manducaſti*; non *Dilige & manducabis*, C ſcribit Auguſtinus; quia magis intellectui, quam voluntati aut charitati adhæret Chriſti Fides; cum volitum non ſit aliquid, quod prius non ſit cognitum, de quo in lib. 4. diſt. latè nona Seraphicus Præceptor. Et tantoperè intellectui adhæret Fides Chriſti, vt cerebrum intellectus ſubiectum ſit tam vnicum, quam vnicè adæquatum; & intellectus Fidei etiam ſubiectum ſingulare, ſingularitérque aptum; Fides autem conſummatio & culmen intellectus; ex eodem lib. 3. d. 31. q. 1. n. 22. quare debet inceſſanter in ara Dei cremari; quin præcepto peculiari quocunque compellamur; non enim lege indiget, quod lege mentis conſtat. Cor autem voluntatis, ac ideo charitatis, quæ ex vulua voluntatis ſuapte generatur, D figura & ſedes eſt; quare ſine iuſſione offeratur Deo cor conflagrans charitate, licet aliquo charitatis præcepto non ligemur; ſeu potius iubeamur; nam tanquam legis Dei principium primum & notum, non fuit hoc expreſſum; vt docet D. Thom. 1. 2. q. 100. art. 3. & Lyra in Deuteron. cap. 6. num. 3. Quod de Adami ſanctionibus, quo ad Fidem & intellectum dicendum quoque eſt.

Quantùm cerebrum conueniat cum Fide & intellectu.

S. Bonau.

Intellectus Fidei baſis; & Fides intellectus perfectio, & conſummatio.

D. Tho.

Lyra.

Optima ſanè quibuſcunque hæreticis doctrina, ſi velint ſuæ propriæ ſalutis non incurij, tam cerebrum, quam cor; intellectum & voluntatem, quæ Fides ſunt, & opera; duo quidem principia tam cognita & celebria, vt pro primo principio Dei legis ſupponantur; litare tanto Domino. Vnde & Fidei

veritatem pro primo fundamento hoc loco collocaui, & cum illa per transennam charitatem copulaui, quemadmodum naturaliter in cordis hac secunda proprietate copulantur; nam cor, quod domus est, & mansio charitatis, nil minus Fidei agit præclarum simulacrum; quia cor iuxta Philosophum quod viuit primum est, & vltimum quod moritur; sicque Fides debet esse primigena, & perpetua; vt ipsa benè incipiat, & nunquam prorsus desinat. Quas personas Fides obliget, obligaueritve vnquam, ex eadem q. quam Enar. præced. de præcepto disputaui; patebit plusquam satis.

Cor Fidei simulacrū, in eo quod sit primum quod viuit in mortalibus, & vltimum quod moritur.

De vnitate & necessitate eiusdem veræ Fidei.

5. EX Fidei veritate illius patet vnitas; nam veritas est vna, & vnica tam valde, quòd nesciat duplicari; nec verò solum vna, sed etiam pro re animæ quam summè necessaria; nam & vnum tam proficuum suapte est necessarium, vt vnitas est numeris; & necessarium simul vnum, prouentus tam eximij; vt de illo dicat Christus ad Martham solertissimam; *Porrò vnum est necessarium*; & etiam immediatè; *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Scorsim nunc de Fidei necessitate, & vnitate.

Luc. 10. 42.

De ista clarè loquitur illius definitio: *Est autem Fides sperandarum rerum substantia; argumentum non apparentium*; nam quemadmodum substantia est vna in rebus cunctis, accidentia verò multa, quæ accidunt & accedunt substantiæ fundamento; sic in vita spirituali virtutes multæ Fidei accedunt sustentaculo, vt possint esse tales; Fides autem singulariter consistit in se vna, vt Fides sit probata; quæ quidem velut anima non potest vnquam diuidi; & tanquam nostri cor non potest quidquid scindi, vel pūgi quamuis leuiter, quin subitò mors veniat. Nec Paulus ad Ephesios obscuriùs est loquutus, affirmans voce grauida; *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma.* Ex qua constat, quòd sicut est vnus tantùm Deus, sic etiam Fides vna; & sicut Fides ista coniuncta cum Baptismo, sic etiam Fides vera non alia à mundi initio, quàm Fides Christiana, quæ Baptismi ablutionem & recipit, & prædicat. Ita tandem quòd hic Dominus sit Dominus Iesus Christus Saluator noster pius; cuius spiritus in principio ferebatur super aquas, & ad aquas Baptismales iam omnia referebat.

Quæ Fidei definitio. Hebr. 11. 1.

Quàm vnica sit Fides.

Quàm Fides cor & anima.

Ephes. 4. 5.

Gen. 1. 2.

6. Hinc constat Christi Fidem cum mundo natam esse, prout n. 2. in fine delibaui; & Fidem quæ ab orbis præfulsit rudimentis non alteram fuisse; in quem credentes omnes à primo deriuatos iecerunt Fidem suam, hunc semper præstolantes & anxiè peroptantes in bonū vniuersale. Quo fit vt Christiani & prisci Patres fuerint, & ita dici debeant, si de illorum fide in Christum memoria, pro vt decet, & ratio, contexatur. Qua doctrina nulla verior, vel senior in Ecclesia, aut etiam roboratior. Hanc enim docet Paulus 11. ad Hebr. de Fide Christi agens, & per illam cunctos iustos saluatos ab initio exponens luculenter. Iustinus ad Antoninum; Origenes lib. 2. in Euang. S. Ioan. & 2. contr. Celsum. Eusebius lib. 1. cap. 1. suæ histor. & lib. 1. cap. 5. demonst. Euangelicæ. Nazianzenus in Orat. de SS. Machabæis. Augustinus in tot locis quæ tædium secum ferrent, si essent alleganda; quamobrem multis missis sufficiat 3. cap. in lib. de qq. vtriusque testamenti, vbi à mundi natalitio Fideles vult omnigenos vocandos Christianos; & Retract. lib. 1 cap. 13. clarè dicens, Religionem in mundo semper fuisse Christianam; & de Catechis. rudibus cap. 19. scribens inter multa; *Quod si homo dum nascitur præmittat manum, vt nonnullis ex Patriarchis in huius signum accidit, non ideo manus prior est capite, sed corpori toti vnita, & cum omnibus illius membris capiti cohærens.* Beda in Glossa super verba; *Et non est in aliquo alio salus*; atque Hugo à S. Vict. de Sacrament. lib. 1. D. Tho. 1. 2. q. 106. ar. 1. ad 3. & q. 107. ar. 1. ad. 3. Scotus lib. 3. d. 25. q. 1. Quibus Bustus in Rosar. p. 1. ser. 14. & Hosius 1. p. cap. 41. Catechis. Pij 5. cap. 3. sect. 4. & Baronius in apparatu subscribunt libentissimè. Sed ante tres postremos Spina in Fortalitio lib. 1. ar. 2. Fidem Christi lege Moysis antiquiorem, & stabiliorem, perfectiorémque considerans. Antiquiorem, quia in præputio Deo placuit Fides Abrahæ; *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Et in eodem prorsus tempore Circuncisionem præcedente, de Christo ex se venturo promissionem firmam habuit; *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Quæ promissio per Dei calamum ad Galat. de Christo dumtaxat explicatur. Stabiliorem, quia iuramento hæc eadem promissio munita fuit Abrahæ; *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.* Quod circa legem Moysis sic factum non inuenimus. Perfectiorem, quia Moysi infirma lex est data; vt homines agnoscentes infirmitates ipsius legis, ad meliorem se disponerent; *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt*; ad Medicum, videlicet, qui vt verus Samaritanus, custodiénsque adueniens, vulneratum in Adam hominem oleo & vino sui sanguinis, ac gratiæ sospitauit; cum tamē huncce hominem Sacerdos & Leuita, Sacerdotium & lex Mosayca immisericorditer transierint. Qui etiam tanquam alter & verus Heliseus corporaliter incumbens Sunamitidis super filium, eundem suscitauit; quem prius eius puer cum baculo non potuerat, id est, Moyses cum duritie & virga legis veteris ad vitam reuocare. Hæc Spina Frater noster in Fidei Fortalitio.

Ab ortu mūdi Christus vt homo quantùm fulgeat.

Christiani quanto iure antiqui Patres fuerint Adami descendentes. Hebr. 11. Iustinus. Origenes. Eusebius. Nazianz. Augustin.

Actor. 4. 12. Beda. Hugo. D. Tho. Scotus. Bustus. Hosius. Catechis. Fortalitium Fidei.

Gen. 15. 6.

Gen. 12. 3. 18. 18. 22. 18.

Galat. 3. 16. Luc 1. 73.

Lex Christi lege Moysis antiquior atque firmior, & pariter perfectior.

Psal 15. 4.

Luc. 10. 33.

Vbi mihi per quam dignum notatu quid videtur; nimirum, non tantummodo Fideles Patriarchas Abrahami descendentes, & posteros Adami, qui vsque ad tempus Abrahæ non impiis adhæserunt, nouisse Fidem Christi,

Gentiles ante Christum an Fidem illius nouerint.

A

Christi, & eam tenuisse, sed & nostros progenitores Gentiles perantiquos, non paucos agnouisse & eam coluisse, vt ait D. Tho. 2. 2. q.2. ar.6. cum sequenti, quo loci de Gentili, super pectus auri lumina sepulto verbis istis in eamet ioscriptis; *Christus nascetur ex Virgine, & ego credo in eum. O Sol, sub Irena & Constantini temporibus iterum me videbis;* Constantinopoli reperto, illustrem casum refert. Quod Pompilius Numa Rex studiosissimus rei Sacræ, odorans, templum Fidei, vt Deæ præ numinibus omnigenis perutili, ac summè necessariæ, in Vrbe consecrauit; quemadmodum testantur Plotarchus & Halycarn. in vita ipsius Numæ; Festus; Plinius, atque Liuius relati per Heoriquez lib. 1. cap. 5. §. 7. de Sacrament. in genere; & ex Christianis Augustinus lib. 4. cap. 20. de Ciuit. Dei; nec non Clemens Alexand. Stromat. lib. 5. An autem salui fuerint Gentiles illi tres cunctorum celeberrimi, Socrates, Plato, & Aristoteles, vt multi viri, & rebus enarrant magni ponderis, hoc mihi non patescit; affirmat nanque Xistus Bibliotec. lib. 5. & Nicetas in Naaianzen. Orat. de Resurrect. sed negat Bellarminus de Christo lib. 4. cap. 16. cum aliis Scriptoribus vtrinque rem voluentibus.

D Tho.

Gētilis auri lamina, inscriptione demiranda Constantinopoli quo tempore inuentū corpus fuerit.

Templum Fidei Romę erectum Pompilij Regis tempore.

Socrates, Plato, & Aristoteles, an salui facti sint.

Xistus Sen. Nicet. or. 2. Bellarmin.

7. Illud autem enucleandum accedit explicatis, quam Fidem Patres illi Gentiles & Hebræi de Christo tunc habuerint. In quo S. Bonau. Sent. lib. 4. d. 1. q. 3. ad n. 70. pro Hebræis, non pro aliis, hoc tradit satis latè; affirmans à communibus & vulgaribus hominibus implicitè & confusè fuisse Fidem habitam; at verò à viris doctis in legéque versatis tripliciter explicitam, & notam, & cultam esse; nam Creatoris, & Redemptoris & Remuneratoris differentiam in Deo percallebant; vt Enarrat. 22. inuenies explicatum. Quod circa primos, nempe, indoctos Hebraiaantes, Gregorius de Valentia 3. tom. in D. Tho. fol. mihi 305. ex impressione Lugdunensi, ad minus fidem Christi implicitè intellectam, de medij necessitate necessariam tunc fuisse, existimat non malè. Vnde licet coniectare hoc ipsum militasse in Patribus Gentilibus; vt, scilicet, populares non valde illuminati implicitè expectarint futurom Redemptorem; quod sufficit, vt illa oracula sint vera, in ipsisque impleta; *Et ipse erit Expectatio Gentium. Et veniet desideratus cunctis Gentibus.* At verò viri docti notitia collustrati præfato modo triplici crediderint in Christum. Nec enim minus poterant vel credere Sybillæ, vel ille qoi cum bractea recenter memorata se iussit tumulari.

S. Bonau.

Quem Fidei gradum Patres habuerint antiqui; Hebræi, atque Gentiles Gregor. de Valent.

Gen. 49. 10. Aggæus 2. 8

Quod ego circa vtrusque de Fide in Eucharistiam dicendum non abnuerim; per ea quæ 2. Enarrat. n. 13. inuenies indicata; & etiam per rem illam notabilem in hoc valde; quòd lignum vitæ fuit pro tempore Innocentiæ præclarum Sacramentum, & futuri ac melioris figura Sacramenti, vt duabus Enarrat. 8. cum sequenti abundè patefecimus. Res quidèm, quæ præ sui eximia dignitate non posset vnquam labi ab hominum memoria; præsertim cum Gentilium tam Nectar, quam Ambrosiam ob illam vitæ arborem conficta iam dixerimus. Et tandem per exemplum Melchisedechi Regis Salem, qui in lege naturali, Hebræorum quò ad lineam supremus fuit Pater; vel meliùs secundom alios Dynasta Chananæus; qui tamen Eucharistiæ figuram clarè egit; à quo viri tum Gentiles, & per eos multi alij hunc ritum didicere; & etiam à Noë sancto, qui naturæ legis Sacra in incruentis oblationibus frequentiùs vsitata, postquam docuit in Iudæa, in Italia pro vt dicam in suo loco proprio, hæc ipsa propagauit. Quibus fauent tam Bolducius in Oggio Christiano, & in opusculis de Ecclesia; incruentum Sacrificium, in Eucharistici figuram, in mundo semper vigens affirmans, atque probans; quàm Gregor. de Valent. in 3. D. Thom. disput. 6. q. 3. punct. 1. §. 19. scribens in hunc modum; *Sicut Fideles tenentur suo tempore communicare, ita etiam tenentur explicitè credere veritatem huius Sacramenti.* Atqui Patres antiquissimi implicitè dumtaxat hunc cibum manducabant, vt visum à nobis est Enarrat. pręcedenti; implicitè ergo etiam in illum met credebant. Sed melius Maldonatus in Ioan. cap. 6. ad n. 90. de Communione spirituali hęc aptè verba faciens: *Hoc interest inter sumptionem Christi in Sacramento, & extra Sacramentum, quòd in Sacramento sub specie panis solum Christi corpus per se sumitur, Christus autem totus propter corpus. Extra Sacramentum autem per se sumitur totus Christus, corpus autem Christi propter Christum. Cum enim Fide Christum apprehendimus, non figimus Fidem primum in corpus, sed in Christum; deinde in singulas eius partes. Quemadmodum, cum visu hominem longe cognoscimus, non prius singulas partes, deinde totum ipsum hominem, sed prius totum hominem, deinde singulas eius cognoscimus partes.* Vnde colliges, quod Patres à Christo distaotissimi implicitè & confusè in isto Sacramento videbant & credebant futurum Redemptorem, exceptis, qoi vel præuia diuioa lectione, vel luce Dei pręuenti ei magis accedebant. Hi nanque Deum propiùs vel modo iam prolato per Seraphicum Doctorem, vel alio excelsiori, vt de Moyse de Dauide, de Isaia, deque multis non malè credi debet, cernebant Saluatorem.

B

Bolducius.

Valentia.

Maldonat.

C

In communione spirituali, & corporali quā diuertè accipiatur Christi corpus.

D

8. De Fidei hæc [illegible]nitate. De necessitate quæ sunt dicta ad illa verba Psaltis *Omnia opera eius in fide*; numero tertio satis latè huc possunt inseruire. Sed & Fidei definitio; *Est autem Fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Nam de rebus inuisibilibus pertinentibus ad Deum, inuisibilis, & scientia à Deo reuelata, in Deumque reiecta, & ipsi tota fidens, debebat esse aliqua, vnde sequitur ibidem; *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Ergo Fides de Dei tebus quamualde necessaria. Quod non solum ab altitudine cęlesti comprobatur, sed etiam à vilitate terrena & ordinaria, vt nihil sit quod Dei sc[i]entiam reuelatam non astruat, & confirmet. Si enim res terrenas nequa-

Hebr. 11. 1.

N. 6.

Ex Fide mundi vita, & hominū commercia.

quam crederemus, nil prorsus ageremus, periret mundi vita & hominum commercium, ac nexus expirarent; quemadmodum Augustinus lib. 6. cap. 5. in Confess. notauit.

S. August.

Hineque viris vel ignotis, vel sæpe in verbis suis infidelibus & subdolis, non paruam fidem damus; cum nemo sine fide hanc vitam possit viuere. Quare optimè Gregorius dialog. lib. 4. sie cap. 2. *Sine fide neque infidelis viuit.* Hoc vtique in negotiis, hoc amplius in scientiis; præsertim in Medicina, de qua quidem Plinius verè & falsè diuulgauit lib. 24. cap. 1. Imperatoribus imperare, & sapientes super quosuis impetium administrare; vel etiam quando Medici indocti sunt, & nescij, quis enim fidem eis non adhibet libenter? nec credit horum dictis, quantumuis nihil dicant, & sæpe culpa ipsorum mortalis sit ægrotis? Nec tantùm in arte ista, sed etiam in cunctis aliis hoc iugiter contingit, præceptis quarum Reges submittunt colla & cristas regalis intellectus; illarum quando regulas exoptant comparare. Quod si rebus naturalibus tam magna fides datur, quæ danda rebus fidei supernaturalis & Diuinæ? vbi possibilitas concertat cum Dei omnipotentia, & omnipotentia captum nostrum immenso tractu superat? Ita fere D. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 3. in fin. Vnde queritur Antonios splendor Lusitaniæ sermone mihi oblito, quod Prisciano valde creditur in regulis Grammaticæ; at Christo malè creditur in normis Christianis.

Vt fides vel in homine resplendeat infideli.

Plinius.

Medicina Imperatoribus præ cunctis quātùm imperet, & reliquę scientiæ.

Scientiarũ mater Fides.

D. Tho.

S. Anton.

Quam obedientiam ad addiscendum scientias necessariam cognoscens Aristoteles, Physicorum libros magno dicauit Alexandro, hoc titulo eos prænotans; *De Physico auditu, Aristotelis liber primus.* Oportet nanque audire, & credere præceptis, quæ tradunt præceptores. Quocirca eundem Principem in cythara addiscentem, & cytharæ quandoque præcepta contemnentem, corripuit aliquando magister ludi huios; cui iuuenis Monarcha, ac lusor dixit ludens; *Quid interest, si cytharam tantillum non intendam?* Sed seriò & sapienter præceptor ei respondit; *Imperatori nihil interest, at cytharædo multùm refert.* Et ideo hanc veritatem, vt notam, firmam, & validam Bernardinus to. 3. serm. 44. p. 2. per hæc verba accommodauit Eucharistiæ: *Hoc Sanctum Sacramentum, quantò plus credit, tantò magis intelligit; sicut accidit in magistro Scholarum, cui quantò plus credit discipulus, tantò plus addiscit; quia si non crederet sua doctrina, nunquam addisceret. Ita accidit in curioso infideli, quia si nunquam credit, nunquam poterit intelligere; sed quantò plus scrutatur, tantò fit durior, quia potentia Diuina non potest concludi sub nostris rationibus. Est enim hominis sapientia stultitia apud Deum; vnde oportet, quod simpliciter, sicut puer addiscens, credas.* Quamobrem Deus initio, & mundi, & Euangelij à nobis fidem petiit; vt ait idem Sanctus tom. 2. serm. 1. ar. 3. cap. 2. feria 5. in Cœna Dom. *Ideo Christus in hoc Sacramento se velatum reliquit, propter fidei fundamentum. Cum enim demeritum humani generis cepe-*

Alexander ille qualiter edoctus à magistris, Aristotele, atque alio.

S. Bernardinus.

A *rit à credulitate, qua Eua credidit falso testimonio diaboli, suadentis de cibo mortis ac dicentis.* Nequaquam moriemini; *ideo conueniens fuit, vt meritum hominis a credulitate initium sumeret, credentis in hoc Sacramentum Christo dicenti, & suadenti cibum vitæ, Ioan. 6.* Qui manducat hunc panem viuet in æternum. *Et sicut demeritum culpa capit in homine ex diaboli auditu, mortis pabulum suggerentis, ita vita gratiæ reformari debebat per verbum Christi, vitæ cibum veraciter proponentis.*

9. E quibus non tam Fidei necessitas iam patet, de qua in loco isto, quàm simul & facilitas. Si enim naturale in cunctis est scientiis habere fidem illis, supernaturalis ex se Fides hinc manet naturalis, & facilis, ac leuis, & genio nostro garriens. Quamobrem B Christus leuem vocauit suam legem, à Fide totam pendulam; sed leuem, & iugo simul, quod ponderat ceruicibus, ligatam & vinculatam; *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* At iugum leue quomodo, quæ quidem iuxta Paulum captiuat intellectum? & grauitat in mentem, quam premit, atque onerat. Premit sanè, sed tantummodo vt doceat legem Dei, & pressura naturali ad ad alias disciplinas sciendas necessaria, supernam nobis tradat, quod placet in minoribus, nec oppressio est violẽta, sed plana, & genialis; Caietanus in Matth. *Fides qua vna via valde est grauis, alia proculdubio valde est leuis, quia valde naturæ conformis est, & solum quod natura complacet, arridet. Quod autem nobis Fides connaturalis sit, ex eo deprehenditur, quia naturale est homini vitam actionésque suas ducere, & dirigere, non scientia, sed Fide.* C Et ideo Fides Crucem, non nisi in non credendo, crudelem suam habet; credendo nanque Crux illius bene tollitur, suauiter portatur, dulcore baiulatur, vt patet ex Dei ore. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Negare nanque se, negare sensum est, & propriam suam mentem, qua quisque solet Dei mandatis repugnare; quo negato conclusiones mox Christi conceduntur, & apprimè creduntur, facilitate iucundissima; vt inquit Bernardinus tom. 4. serm. 1. ar. 2. de Eucharistia; in ea affirmans ibi hoc optimè adimpleri; & afferens sententiam, qua Christus dixit Thomæ; *Quia vidisti me Thoma, credidisti; Beati qui non viderunt & crediderunt.* D Nam quod creditur in Eucharistia, in ea non videtur; & tamen qui hoc credunt beati nuncupantur; proindéque felices, iucundi, læti, faciles in ipsomet credendo; vt alij suo modo, videndo sunt in cęlis. Vlterius, quod hoc dicitur in verbo *Tollat Crucem*, videlicet, tam leuiter, & facilè, ac negauerint amorem sensus sui. Quemadmodum infidelitas intolerabilis Crux est, non solum viris ipsis infidelibus & impiis, sed piissimis quandoque; cum huius malæ crucis tormentis crucientur, spinis configuntur, ac ferreis plusquam clauis, seu scrupulis in cerebri patibulo affiguntur. Vnde Apostolu infideli mulierem fidelem, quæ Christum fide sua summopere oblectauit; serm. 35.

Vt Fides iugum leue.

Matt. 11. 30.

Caietanus.

Vt Fides naturalis, iucunda sit, & facilis.

Matt. 16. 24.

Ioan. 20. 29.

S. Bernardinus.

Infidelitas est Crux, & Christo, & Christianis.

Chrysologus

S. Petrus Chrysol.

Chrysologus sic præfert; *Thomas Apostolus* (inquit ille) *vt Christum Deum crederet, immisit manus, iniecit digitos, patefecit vulnera; & vt Christum crederet, iterum pati compulit Christum* Nam infidelitas in bina crudelitatis suæ facie, in vnum crucifigit & Christum, & Chtistianum.

De Fidei sublimitate.

Excelsa quantùm Fides.

10. HInc Fidei iam sublimitas patenter innotescit; nam si ista necessaria vt Deum capiamus, & cęlum penetremus; non altior esse potest, quę transit totum Cęlum, & tangit ipsum Deum; seu potius in illius substantia conquiescit; *Qui solus habet imortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Porrò illa disciplina sublimior ęstimatur, quę subiectum ęstimabilius, nobiliúsque pertractat; vt de anima lib. 1. & 8. Topi. docetur à Philosopho. Subiectum verò Fidei non aliud pręter Deum; ipsum tradit, & euoluit; ipsum respicit, & versat; si versari, vel euolui Diuinum numen patitur; quod de loco nullo modo in aliū commutatur, etsi in vno magis, quam in alio videatur. Ergo omnibus sciētiis euectior vna Fides; ex mente. D. Tho. 1. 2. q. 67. art. 3. & Richardi sup. Sent. in proem. lib. 1. q. 5. ita vt actus Fidei sit Dei opus singulare, & vt opus singulare, nullatenus commune, sed vnicum, atque rarum; quemadmodum verissimè notauit Bellarminus lib. 6. de iustificatione cap. 16. quod ipse bene roborat ex verbis Saluatoris, Iudęis quando ab eo de operibus Diuinis curiositate percontantibus. *Quid faciemus, vt operemur opera Dei;* respondit in hunc modum; *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.* Nec solùm Fides vnicum & operum Dei altius, sed opus sine quo non datur bonum opus; vt in Cap. *Firmissimè* de hęreticis probatur, & in Cap. *Firmiter* §. *Vna est*, de *Summa Trinitate.*

1. Tim. 6. 16.
Scientia quæ nobilior.
D. Thom. Richardus.
Bellarmin.
Fides operum Dei vnicum, & valde singulare.
Ioan. 6. 28. 29.
Fides opus sine qua non datur bonū opus.

Ob quam quidèm sublimitatem terram deserens Chrysologus, ad Fidémque conscendens, sic loquitur de ea serm. 58. *Qui Fidem quærit, rationem non quærit. Qui Diuinam postulat, supponit humanam.* Et alio mox sequenti; *Credere licet, discutere non licet. Credere conuenit, non conuenit perscrutari. Nam ob hoc Omnipotentem Deum dicimus, vt Dio impossibile nil putemus.* Et serm. 60. *Credo si dicis, quomodo credis si discutis. Si putas impossibile, omnipotentiam, quam confessus es, sustulisti.* Et tandem 62. *Si interrogas, Finem denegas, quam fateris.* Vnde etiam summo iure de Mysti. Theologia cap. 1. perantiquus & pius Dionysius inuehitur in illos, qui in quæstionibus Diuinis humanis rebus hærent, & nihil præter corporum substantiam meditantur; quin potius arbitrantur, hac posse rerum fece comprehendere illum Dominum, qui latibulum domicilium vocare suum voluit, & hoc in lucis tenebris, fulgoribus immensis obscuritatem efficientis, & aquam ex sese claram reddentis tenebrosam. *Et posuit tenebras latibulum suum,*
A *in circuitu eius tabernaculū eius; tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Quid enim magis clarum, quam aqua sic vocata, & facta naturaliter? Quid verò magis tetrum, horrendum, & pertimendum, quam ipsamet in nubibus, cum ventis sibilantibus, & minantibus ac stridentibus fulgetris & procellis ligata, vt dissoluatur in terras subiacentes; vbi omnes sub præfatis timoris argumentis expectant & precantur à Deo vitæ veniam; cum tamen hæcce omnia, aër, nubes, aqua & ventus ex clarioribus sint rebus, quas fecit mundi Conditor.

P. Chrysol.
Vt Fides credi debeat.
S. Dionys.
Diuina per humana exponere quod malum.
Psal. 17. 12.
Cognitio Dei quàm tetra, & simul luminosa.

Sic etiam nihil clatius, obscuriusue in mundo eodē Conditore, qui sibi tale exemplum compegit per Psalmographum; nil clarius quam rescire omnino Deum esse;
B nil verò tenebrosius quam scire qualis ipse existat in seipso. Et Athanasius in Epistol. apud Syno. Nyce. vinum aqua commiscere, & altari, ab eo ignem summopere alienum, inferre putat esse, per terrenas res cælestes probare, & declarare. Seu viuentia inter mortifera labore infructuoso. perniciosóque exquirere; vt inquit Nazianzenus Orat. de Theologia. Nec immeritò, cum Scriptura vocetur liber vitæ in lib. Ecclesi. *Hæc omnia liber vitæ, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis*; vbi Glossa libros reliquos appellat libros mortis; quæ quidem vt vitæ liber à Deo vitæ fonte descendit, atque fluit; quocirca in eum refluit & salit Fidei aqua; dicente sic de quouis Fideli Dei Dilectus; *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*; præsertim quæ in
C Symbolo non habet locum proprium. Vnde Fides de Eucharistia, quam ibi non inuenies, reducitur ad primum Omnipotentiæ Dei articulum, cum Angelico Doctore a. 2. q. 1. art. 8. ad. 6. Etsi alij ad Incarnationem, & ad Ecclesiam tandem alij hanc dicant attinere.

S. Athanas.
Nazianzen.
Ecclesi. 24. 32.
Scriptura liber vitæ, & alij libri mortis.
Ioan 4. 14.
Ad articulum quem Symboli pertineat Eucharistia; D. Thom.

11. Sed dices Fidem hinc cortuere Eucharisticam; hæc faciens argumenta, quæ aliis Fidei rebus sic possunt cōtraponi. Primum, nostrum Sacramentum intelligi non posse, cū illud supra posse, & intellectus sit spheram; intellectui nanque à sensu principium intelligendi, vt docet Philosophia; atqui sensus præter species nil sentit in hoc Sacro; ergo illud nullo modo ab intellectu capi poterit. Secundum, nullum posse de illo bene loqui, quia sermo ab intellectu exor-
D dium suum habet, quapropter hoc deperdito, & sermo deperdetur. Tertium, pariter de eo non solum non licere vtcúnque disputare, sed esse rem inanem impossibilem & incommodam; cum Fides sit credenda, vt diximus recenter, non autem enucleanda.

An valeant Fidei res cognosci, & disputari.

Hæc dubia vir Seraphicus lib. 4. Sent. dist. 10. q. 1. n. 55. hoiusmodi excitauit; & satis ibi facit. Primo quidèm duo genera intellectus nobis asserens; humanū tantùm vnum, Fidei verò luce alium fulgenti irradiatum; de quorum primo solùm procedit argumentum, non ita de secundo; vt ex infra elucidandis patentiùs innotescet.

S. Bonau.

Secundo, bene posse intellectu illuminato direćtiùs & illustriùs quã ingenio quouis hominum, (etsi de cibo tanto) nos multa & benè loqui: non enim iam humanitus, sed diuinitus profamur. Tertio tandem non peccato obnoxiam rem existere argumentari de re hac, dum tamen non agatur ad Fidem generandam, sed tantùm ad nutriendam, vel aliquid per ignorantiam dicatur ei contrarium; imò esse necessarium & vtile Eucharistiæ, cui insunt multa dubia; vt melius hæc soluamus, errores caueamus; & in eius veritate solidiùs persistamus, adhoc enim confertur huiusmodi argumenta. Nec discors est Magister in suo lib. 4. d. 11. in cuius frontispicio. *Mysterium Fidei recte discutere salubriter potest, inuestigari non potest.* Discrimen nanque habent inuestigatio & disputatio; è quibus hæc ad Fidem tuendam non illicitum, illa verò ad inuestiganda illiusmet secreta, soluenda, & temerario conatu aperienda, hoc maximum piaculum, dū homo vult audacia stulta reserare, quod Dominus ob fines ignotos atque cognitos, curauit occultare. Qui aliter rimatur, superbia vera cadit, dum erigitur ad culmen, quod attingere non valet. Ita S. Bonauentur. cui vel in hoc beneuolus Angelic. est Thomas 1. q. 1. art. 8. vbi ad Fidem roboran-

Argumentari de re hac fidei an licitum & proficuum.

Magister.

D. Thom.

A dam hoc credit salutare, & omnes ad hoc opus ancillantes & humanas scientias compellandas, vt ad mænia ciuitatis & arcem Fidei veniant; quemadmodum Rex Salomon indocit in Prouerbiis. Ergo rebus naturalibos corroborare Fidem licet, ac etiam velut vario colore decorare; Fidei quippe naturalia suapte famulantur; vt illa quæ adiumento infirmis fuot hominibus, robustis verò viris mirando oblectamento. Nec officit Gregorij sententia vulgatissima; *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.* Hoc enim locum habet, cum Fides principaliter innititur his fulcris, vt habet idem Sanctus promotor quæstiunis lib. 3. Sent. d. 24. q. 2. n. 33. Addamus, quòd stellis est lumen sibi proprium naturaliter ingenitum, quin lumini hoc à Sole B infuso eisdem astris in aliquo aduersetur, & sic homini Deus dedit luminaria rationis, luci Fidei à Deo solo, ac Sole venienti, non solum non aduersa, sed potius arridentia. Vlterius, Fides illa quæ suot ineffabilia, affatu digna facit, & ideo benè instructus in ea, potest verba de illa multa fari; dicente Rege Vate; *Credidi, propter quod locutus sum.* Et Apostolo ad Corint. *Credimus, propter quod loquimur.*

Prouer. 9. 3. Rationibus naturalibus an Fides declaretur.

S. Gregor.

S. Bonau.

Psal. 115. 1. 2. Cor. 4. 13.

DE QVADAM AD PRÆCEDENTIA confirmatione ex ratione, & locis Scripturæ, breuitate ac bonitate non modicè efficaci.

12.  E veritate, & vnitate, nec non Fidei sublimitate, cum nonnullis rebus aliis ibidem colligatis per tres integras lectiones præmissas disputauimus; nunc epylogo breuissimo hæc omnia coonectamus. Nam veritas à mendaciis, & semita atque via ab erroribus cognoscitur. Cum autem tot & tales in mundo sint errores, non potest via ad cælum, quæ quidem Fides est, non esse nisi vera, & vna, & valde alta; via nanque petens cælum sublimis est, & supra quoscunque mundi apices. Vt vera summè vna; nam veritas non duplex; vt vna summè alta; nam vnū strictum est, & vnum ad summa tendens, quàm summè acuminatum, sublime, releuatum. Hincque miseri tot homines per omnes mundi ætates erroribus ingentibus & cladibus funestis à via hac cecidere. Si enim talis via non esset valde vera, non forent sane errores doctrinæ quæquæ aliæ; deinde, si non esset tam vna quam stricta, sed lata & nimis facilis, non caderent ab ea quicunque vias malas & latas volunt terere; sed à valde stricto calle deciditur quamfacilè. Et tandem si non esset sublimis supra modum, quantumuis esset arcta, non possent tot ruinis, calamitatibus & damnis, io quæ deuenti omnes, qui hæresim amplexantur, ab illa prorsus cadere.

En cuncta præcedentia probata ratione;

Probatio valde potēs pro Fide Christiana.

C sed neque à textu sacro abhorret hæcce ratio; nam ita dixit mundi & veri summus Doctor; *Arcta est via quæ ducit ad vitam;* proindéque tam vera, quam veri via est, & vna, quia via, non viæ in multitudine; sed demum arcta, & alta; è quibus primum dicitur, secundum verò later, cum rendat in cæleștia, quo loci vita residet. Et iterum in Ioanne; *Ego sum via, veritas, & vita;* nimirùm, via vera; & vna quia veritas oon potest duplicari, vlterius quia in singulari hæc via memoratur; & tandem valde alta, vt pergens & perducens ad vitam sempiternam. Quomodo via non verissima, quæ veritas est ipsa? Vel quomodo non vna quæ vnica est suapte? quapropter dixit Christus; *In viam Samaritanorum* (hæreticorum) D *ne abieritis.* Et Moyses ad Hebræos. *Non declinabitis ad dexteram, neque ad sinistram; sed per viam quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis,* vt vaccæ quæ Dei arcā nequaquam declinando, portarunt in Bethsames, id est in domum Solis perpetuò resplendentem; Aut quomodo non alta & arcta supramodum, quæ omnem modum humanæ transcendit rationis, & ratio plus subtilis non illuc potest ire, vel ibi pedem figere; à qua oculus intellectus & deficir, & facit audentes de se cadere. Quæ veritas firmatur à Rege Concentore; dum ait de Atheistis, plus timidis, quàm sunt hac nostra tempestate. *Dixit insipiens*

Matth. 7. 14

Ioan. 14. 6.

Vt via Dei sit vna, ac ideo simul arcta, & vera, ac nimis alta.

Deuter. 5. 33

1. Reg. 6. 12.

Psalm.13.1. *insipiens in corde suo* (nam ore non est ausus) *non est Deus*; post dictum nanque à via tam deuiom vetitatis, subiungitur hoc modo; *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Nam post tale præcipitium à via tam verissima, arctissima, & altissima, quid boni potest facere, qui tantum casum fecit? aut quomodo per abomioationes noo omnes cooquassari, qui abominatus veritatem reliquit eios viam, negauit ipsum Deum? De Deo cousрectore istorum miserorum, A & ab alto viæ suæ euntes suos piè vidente & animante ibidem superadditur; *Dominus de cælo prospexit super filios hominum*; id est, N. 2. humanis ausibus à via Dei cadentes. *Vt videat si est intelligens, aut requirens Deum*; vel opera Diuina placentia Deo ipsi, quæ nullus requirebat; quamobrem à via Dei de istis declinantibus huiusmodi connectitur; *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* N. 3. Pro quo etiam Dauid facit in Psalm. 118. à n. 33.

DE FIDEI CLARITATE, EX ALTERO argumento nil minus confirmata.

13. POST tanta Fidei & taliter allata testimonia, non malè Fidei claritas tam multis iam tefulgens, subintrat in hoc loco, quam tamen sylogismo tam facili, quam grato hîc volo roborare; osteudens quantùm Fides prespiciat plusquam oculi, & hoc quidèm binam istam propositiooem sic componens, & quærens à quocùnque contrarium existimante. Quidnam erit ex duobus sequentibus plus verum; An quod Fides ex se cæca & obuelata, nihil videns, res videat vi Diuina; an verò etegionè quòd visus naturalis, io quouis perspicatior, obiecta bene videns, ex humana fragilitate & infirmitate inseparabili non videat qoæque videt. In promptu est argumentum, præ oculis dilemma adurgens non permodicè; vttamuis cuius partem incredulus assumpserit, ac gladio iu se admisso, cui ipsemet incumbat, occisus remauebit; si enim primum dixerit, loquetur contra se; si secundum, primum ego coucludens demonstrabo, illius voce loquens.

Probatio non infirmior pro ipsa Fide Christi.

Dicet enim Atheistarum discipulus zelotes, hæc duo nimis falsa; sed tamen ex doobus secundum verius esse; nam de visus infirmitate quam multa verè scimus, de Deo verò nihil; deinde naturalem infirmitatem visus esse, supernaturales verò res nullatenus constare, an ipsæ sint, uee ne; qoate tandem contra me assumptum retorquebit; sed vnde me conuincit, exinde vincam eum. Nam si dantur naturalia, & natura rerum mater, à fortiori debet dari supernaturalis intelligentia, quæ naturalia procreauit; vnum aliud præsupponit; naturale nempe opus supernaturaleiu productorem, sine quo per se subsistere naturæ nihil valet; quemadmodum sine opifice non substant opificia, nec simul esse possunt; aut creatura sine respectu pendente à Creatore. Iam ergo patet Deus Creator vniuersi; qoo dato noo negabitur præiacta argumentatio. Nam si veriùs & securiùs, quòd visus naturalis ob humanam fragilitatem res videns, has non videt; inde optimè probatur per regulam Philosophiæ *Contrariorum eadem est natura*; quòd Fides ex se cæca B ob virtutem supernaturalem, Diuinam, & Creatricem, non videns melius videat; quandoquidem Dei virtus in infinitum maior est, quam fragilitas humana. Si ista verò facit, vt videntes non videamus, faciliùs illa faciet, vt videamus, non videntes, & nihil intuentes.

Vt visus nostræ Fidei probetur à non visu

Contrariorum eadem est natura.

Consequentia per se claret. Antecedens verò liqoet ex triplici priocipio; nimirum ex Philosophia Diuina Sacri textus. Deinde ex natutali Peripatetica, & communi. Et tandem ex experientia, quæ mater est, & foos totius Philosophiæ. Ex Diuina, quia Isaias & Christus sic profantor, quò ab vtroque testamento præualeat argumentum; *Ex cæca cor populi huius, & aures eius* Isai. 6. 10. C *aggraua; & oculos eius claude; ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* Christus autem per Matthæum, Isaiæ nunc producti præmittens mentionem. *Auditu audietis & non intelligetis: & videntes videbitis, &* Matt. 13. 14. *non videbitis*; & iterum per Marcum cap. 4. n. 12. per Locam 8. n. 10. per Ioannem 12. n. 40. per Paulúmque in Actis cap. 28. n. 26. & ad Rom. 11. n. 8. quo ab omnibus Euangelistis, & Apostolica doctrina patescat hæcce veritas; quæ resumitur in hoc; loquendo verbis Lucæ; *Vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant*; nimirum res easdem, quas vident actualitet, & intelliguot in actû. Vbi debet ponderari attentione vigilanti, quòd agitur in hoc loco D de viso, & intellectu; *Vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant*; quæ eqoidem tam corporis quam animæ sunt oculi, vt de nullo visu nostro quid dubij remaneret; nam intellectus visus animæ, vt oculus est corporis. Ex humana verò & nobis oaturali Philosophia, ob celebrem & communem Aristotelis sententiam, qua hominum intellectu inconstantius nihil asserit; & potentiam intellectiuam suapte nimis variam, ac super quæque nostra vicissitudinibus obooxiam; ita vt illud quod ei modò mirandum in modum placet, eidé mox displiceat, & tædium secum afferat; quod quidèm tes est simul videre & non videte, intelligete & non intelligere eodem prorsus tempote. Et tandem ex quotidiana ac

Marc 4 12. Luc 8 10. Ioan 12 40. Actor. 28 26 Rom. 11. 8.

Oculus animæ intellectus.

Aristoteles de anima.

Intellectus inter hominum potentias mutabilior,

iugi experientia, qua singulis momentis videmus oculatim hanc ipsam verificari Philosophi doctrinã, in multis qui argumentorum effecti bene conscij, & arbitri quæstionum, fundamenta, quarum capiunt, & terminos percallent, nihilominus adhærent deteriori rationi, & putantes bene facere, peiorem partem eligunt, & meliorem longè respuunt. Ergo videntes hi non vident, & intelligentes non intelligunt. Hoc sanè in visu mentis. Quod etiã in visu corporis nil minus verũ est; nimirum in multis rebus subtilibus, vel deuiis; quas certè viri ipsi præ manibus vel oculis clarissimis habentes, vel ex nimia subtilitate, vel ex sufficienti longinquitate ad aciem deludendam, diuersas valdè putant ab illis quę sunt verè, & alias longe dissitas ab ipsarũ quam inspiciunt & palpant veritate; qui videntes proculdubio hoc modo nihil vident, & intelligentes non intelligunt.

Quid igitur tam subtile, remotum, & elongatum quam nobis est cognitio Diuina, & Dei notitia, de qua in eius verbis;

Ecclesi. 1. 2. & 3.

Altitudinem cæli quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Et tandem per Apostolum.

Iob. 11. 8.

Rom 11 33.

O altitudo diuitiarum Sapientiæ & Scientia Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Quod vltimum ipse repetit cum aliis multis optimis scribens ad Cor. Nec minus Eucharistia subtilis & remota ab hominum conspectu. Ergo duo deducuntur ex medio per me sumpto. Primum, nullum posse hominem videre Dei essentiam, vel modum quo est præsens in isto Sacramento; vt ait locis Exodi omissis, D. Paulus sic dicens ad Timot. *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem; quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* Secundum verò Fidem, fidendo, & verbis Dei credendo, bene posse hæc omnia conspicari; nam hominibus Deus potest arcana reuelare; homo autẽ reuelata & credere, & cognoscere. Sic enim dixit Christus; *Beatus es Simon Bar-Iona; quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.* Et Paulus ad Cor. *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est; vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Quid melius in rem istam? Multò clariùs Fides igitur virtute Dei arcana non videns eius videt, quam visus nostri corporis infirmitate naturali quæ videt sæpesæpius non videt, nec agnoscit. Firmatur hoc ex multis Diuinis visionibus in somniis Sanctis pluribus, sub vtróque testamento, propterea resetatis; vt constet carnis oculos nil esse ad res cælestes omninò contemplandas; & istas visas neutiquam Diuina vi videri, multò certius quam terrestres humana infirmitate plus visæ non videntur; istæ enim quando oculis apertis non videntur, ad minus vident oculi quod ipsas res non vident; illæ autem à dormientibus hominibus videntur, cùm oculi nil vident; vt clareat quantùm virtus Diuina in re præsenti humani visus aleam & terminos transcendat.

Cor. 12. 16. 1. Tim. 6 16. Matt. 16. 17. 1. Cor. 2. 12.

De Fidei firmitate.

14. POst Fidei claritatem tam multis iam micantem quis eius firmitatem negare potens erit? Firmatur verò ista ex illa ratione, quia Theologia inter scientias est certior vniuersis; à Fide nanque pendet; Fides autem non principiis naturalibus, quæ fallunt, vt vulgò circunfertur; *Ars longa; vita breuis; iudicium difficile; experimentum fallax.* Sed potius vires omnes naturæ superantibus; quæ quidem vt sunt Diuina, indubitata simul sunt, ac super omnem mundi certitudinem firmata: de quibus sic Ioan. *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est.* Et caput Dei Ecclesiæ. *Habemus firmiorem Propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris.* De quo latè lib. 1. cap. 2. de Trinit. Richard. Victorinus, qui inquit inter multa. *Nihil certius tenemus, quam quod Fide apprehendimus; sunt ea nanque Patribus cælitus reuelata, & tam multis, tamque miris prodigiis confirmata, vt genus sit dementiæ in illis dubitare.* Nam licet euidentiæ certitudo non sit ista, est longo tractu maior: vt illa quę Diuinę vocatur inhęrentię, & in ipsa veritate Diuina radicatur: quapropter bene profert Philosophus Secundus relatus per Lyranum in cap. 12. prioris ad Corint. *Fides est ignota rei admiranda certitudo.* Et quamuis demonstrari non queat Fides nostra, nil potest demonstrabile afferri aduersus eam, quod non aliqua sufficienti solutione dissoluatur: quo maius iam in Fide non restat exoptandum: secus etenim scientia, non Fides illa foret: Alensis 1. p. q. 1. art. 2. D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 8. & opuscul. 59. quo loci perquamdoctè. Bonauent. que in 3. d. 23. art. 1. q. 4.

Theologia quantùm certa. Quæ Fidei sint principia. Ars longa, vita breuis, &c. 1. Ioan. 5. 2. Petr. 1. 19. Richard. Victor. Dementia qualis Fidei de rebus dubitare. Secundus. Alensis. D. Thom. S. Bonau.

Et verò hęcce principia à Deo exorientia, in terra à septem frontibus clarissimis rumescunt, & nobis innotescunt: videlicet, à Scriptura, seu à Verbi Dei scripti miranda auctoritate. A traditionibus Apostolicis, seu ab ipso Verbo tradito, non chartis commendato. A definitionibus Pontificum, in iis quę de Fide assistente Sancto Spiritu hauddubiè decreuere. A Conciliis ipsomet Spiritu ductore, & ab hominibus quamplurimis collectis, & per maxima integritate celebratis. A Doctoribus Ecclesię tam variis in prouinciis, quam in ritibus, & linguis, vno tamen solùm ore quò attinet ad Fidem certatim proloquentibus, & mirè concordantibus. A communi tot Fidelium, è quibus penè immensi, vel Martyres clarissimi, vel Virgines purissimi, & homines castissimi, vel Doctores scientissimi: vel Confessores mortificationibus & macerationibus insignes, antiquissimo & vnanimiter firmissimo consensu: quos quidem

Principia Fidei in terra à quibus intumescant.

ob

ob multiformes illorum probitates, vt falli Deus permitteret, res esset impossibilis; imò certum non in vanum voluisse tam vrgentia & tam multa testimonia ex eis superesse, ipsorum prout sunt miracula tam plura, & ea tam fulgentia, vt hæretici non in totum hæc audeant denegare. Et tandem à veritatibus & rationibus humanis nonnullis per se notis rei nostræ suffragantibus, quibus veritas quæcunque accedat nostræ Fidei;

Argumentũ vt theologicum euadat, quibus indiget.

nam quod aliquam ex præmissis, maiorem vel minorem ex Fide non assumit, hoc vtique argumentum Theologicum non est, nisi tantùm in Theologiæ obsequiũ & ministerium; de quo vide D. Tho. 1. p. q. 1. ar. 2. & ibi Caietanum; ac Valentiam satis latè; & summo loco Canum; qui integrum de hoc librum communis iuris fecit.

15. Sed nota ista scientiæ Theologicæ principia, vt alia quarumcunque scientiarum terrenarum per alia excelsiora principia non probari, principia namque alia principia è quibus ipsa egressum suum ducant habere non permittitur. Verbi gratia, duo binaria constituunt quaternarium; & diapason ex diapente, diatesseronéque constatur, quemadmodum Arithmeticis & Musicis est notum; cur autem hoc ita sit, à nemine explicatur; vnde adagium promanauit, quo iure summo dicitur; *Contra negantem prima principia non est argumentandum*; de quo agit Aristot. lib. 1. cap. 5. in sua Metaphys. ibidémque Fonseca; & Collegium Conimbricens. lib. 1. cap. 5. à q. 2. Et sic pariter Theologiæ ex priori & sublimiori principio quouis alio principia non probantur; nihil etenim vel prius, vel altius Christi Fide; hæc quippe ex Deo est: quid autem sic excelsum, vel priscum dari potest? præsertim cum ad homines processio prima Dei sit actus eius Fidei, vt constat ex prædictis.

Principia virum probentur in aliqua scientia.

Quare primus qui Adamo à Deo venit radius, ipsius Fides fuit; quæ postea per præcepta apparuit explicata, seu potiùs lege tradita; nam magnam prius habuit notitiam sanctæ Fidei; quæ ab eo per antiquos Patriarchas deriuata, est vnica, atq; ipsa, quam hodie nos habemus, vt tradit cum communi Gregorius de Valentia in 2. 2. fol. mihi 98. At verò ex his principiis principia sæpe alia ostendit & confirmat Theologica palestra; vt accidit Apostolo, cum ex Christi resurrectione vniuersalem comprobauit. Vlterius, quòd, vt dixi, ex rationibus humanis principia hæc roborantur; nam Fidei & intellectus mirabilis est vnio; quo Fidei & rationis auxilium fit commune, & mutuò sese adiuuans. Quare Fidei principia neganti respondere, vel cum eo litigare de huiusmodi materia, non licet vllo modo; sed tantùm decet dubia illius enodare; cum enim sint contraria supremæ veritati, non possunt non dissolui.

Fidei radius primus Dei ad homines dilapsus.

1. Cor. 15. 22 & 23.

Sed nec ideo putes opera Diuina, quæ cum Psalte in Fide cuncta sunt, carere ratione; nam vt optimè Volusiano scribit Augustinus; *Tota ratio facti est potentia facientis.* Quam sententiam in argumentũ robustum

Vt ratio in factis Dei illius sit potentia. Augustin.

A coaptauit Chrysologus serm. 141. in istum modum loquens; *Fide percipe; quia ne minima quidem operum Dei assequi poteris sine Fide; dicente Scriptura*; Omnia opera eius in Fide. *Sed tu totum hic vis de ratione constare, vbi totum consistit ex Fide. Quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratione Dei, non tua, homo. Quid tam rationale, nisi vt Deus quidquid voluerit, possit? Qui quod vult, non potest, Deus non est.* Quod prosperè S. Prosper Episcopus in Gallia Epigram. 45. concinnuit in hac forma;

Chrysolog.

Psal. 32. 4.

Quod Deus Omnipotens promittit, perficit ipse,
Nec proprium externis viribus implet opus.
Hinc secura Fides sperat quod credit, amatque
Auctorem, qui quod spondet, id efficiet.
Nam si quæ Dominus promittit non operatur
Sed solum humanum prauidet arbitrium.
B *Non hæc dona eius, sed sunt prædicta vocanda*
Ceu quisquam ex proprio sit bonus absq; Deo.

S. Prosper, in Aquitania Episcopus Rhegiensis.

Et Arator Subdiaconus Ecclesiæ Cardin. in Acta Apostol. ad vers. 520. & postea circa versum 950.

——— *Quid non credentibus offert*
Indubitata Fides? Cui nunquam munera tardant,
Nec faciunt Diuina moram. ———

Arator.

Imò ratio comparata à Dei omnipotentia, & à nostra insufficientia, quò ipsum Deum videat, visibilis existit; iuxta concinnam sententiam Gregor. lib. 9. Moral. cap. 11. *Qui in factis Dei rationem non videt, & infirmitatem suam videt, cur ipse non videat, rationem videt.* Vis scire vt videantur Dei opera, atque Fidei, videntur quando manet Fidelis absque oculis? Audi iterum Aratorem, ibidem C paulò supra, ad versum 700. de Paulo ex equi dorso prostrato, & excæcato.

S. Gregor. Qua via operum Dei visibilis fit ratio.

——— *Discit de corpore lapso*
In mentis iam stare gradu; cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit; cælique agnoscitur auctor
Discedente die: quantùm meruere tenebræ;
Post oculos maiora videt, mirabile feclis
Exemplum dedit alma Fides. ———

Sine oculis quantopere perspiciant Fidei oculi.

Vis pariter videre, quantùm nostræ infirmitatis benè agnitæ conspectus feratur supercælum, & eius mirabilia plus abdita introspiciat? Augustini verba lege lib. 4. de Trinit. in cuius ille initio, meliùs nobis multùm esse humilitatem scire nostram, quam cæli celsitudinem diiudicat, & meritò; cum homo possit cadere à cæli celsitate; qui à sua nunquam potest, si eam bene nos- D cat fragilitate deturbari. Credamus ergo cunctis operibus Dei nostri. Nam vt cap. 1. Catdin. ait Hosius. *Prima vox eius, qui se Christianum profitetur, est credo; hinc est, quod non Philosophi, sed Fideles appellamur.* Quod in nostrum Sacramentum cap. 5. sui lib. de non scrutanda Dei natura, iam dixerat Ephren. *Noli scrutari inscrutabilia, nam si ista curiosè rimaris, non iam Fidelis vocaberis, sed curiosus. Esto Fidelis, & innocens; participa de immaculato corpore Domini, Fide plenissima, certus quod Agnum ipsum integrum comedis.* Et rectè tam securè & firmiter credendum, cum Fides iacta in Deum sit tantæ firmitudinis, vt maris vndas faciat plus labiles & fluxas, non gelu, sed vt petram ad gressus obdures-

S. August. Humilitas vt celsior & firmior sit quam cælum.

Hosios. Vt homini Fideli sit Credo prima vox.

S. Ephren.

Ex aqua fides petram, & ex petra eius defectio vt faciat aquam labilem.

A

cere, deiecta ſicut Fides molleſcere & deficere vel ipſam Dei Eccleſiæ coëgit ſummam petram; ſicut optimè de Petro ſuper aquas Fidei robore ſecurè gradiente, ſed poſtea hac titubante, & ipſomet labente, ac mergi incipiente, attingit ſic Iuuencus Euang. lib. 3.

Matt. 14. 30.

Iuuencus Presbyter.

—— Nauem mox linquere Petrus
Audet, & innixus figit veſtigia Ponto.
Verum vbi tantarum mentem miracula rerum
Terrificant, ventique minas crebreſcere cernit,
Paulatim cedunt dubio liquefacta timore,
Quæ validum Fidei geſtabant æquora robur.

Hæc propter vt ſecuritas plus Fidei colluceret, non per aliam creaturā, vel per hominem dumtaxat; quàm per Chriſtum Filium ſuum inſtitui Deus curauit Euchariſticum Myſterium, vt habens Deum auctorem, nil dubij tunc haberet, ſed dubia quæque eminus hac via propulſaret; quemadmodum Venetorum Iuſtinianus clarum iubar, de agone Chriſti cap. 4. teſtatur per hæc verba. *Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem, cœnam fecit, non ſicut Herodes funeſtus, vt Innocentum ſanguinem funderet, ſed vt corporis & ſanguinis ſui Sacramenta miniſtraret. Potuiſſet planè mentis acies infidelitatis obtenebrari caligine, atque ab illuminata Fidei reſilire ſplendore, ſi creaturarum qualibet tanti Myſterij fieret inſtitutor. Abiecit itaque omnem dubietatis opinionem, omniſque argumentum erroris, quando per ſemetipſum hoc voluit conſummari. Nihil hoc Sacramento verius, nihil certius credi poteſt, cuius inſtitutionis Deus auctor eſt.* Quare nihil dubitandum de Fidei firmitate; ſed potius amplexandum, ſectandum, & quoquo euentu firmiſſimè tenendum illius directorium; quod vt meliùs, & ſuauiùs, ac ſimul copioſiùs in pluribus hominibus contingat bonum tantum, dulciſſimi, & prudentiſſimi Prudentij tibi hymnum aduerſus Infideles maiorem partem hîc non ſolum non negabo, ſed dabo, & dando illum qui tacitus ſe laudat, lubenter commendabo. Vox eius ſic intonat.

B

S. Laurent. Iuſtin.

Euchariſtiæ cur Deus auctor, non mera creatura.

C

Prudentius.

Eſt vera ſecta? te magiſter conſulo.
Rectam ne ſeruamus Fidem?
An viperina non cauemus dogmata,
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas.
Tam multa ſurgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua quà ſe conferunt diuortia
Hinc inde textis orbitis.
Quas ſi quis errans, ac vagus ſectabitur
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foueam ruet,
Quam fodit hoſtilis manus.
Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
Quid non malorum pruriat?
Statum laceſſunt Omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Vt quiſque lingua nequior.
Soluunt, ligantque quæſtionum vincula
Per ſyllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis,
Væ verſipelli aſtutiæ.

Pro fide mirum carmen.

D

Eloquentiæ hæreticorū malignitas depicta.

A

Nodos tenaces recta rumpit regula,
Infeſta diſſertantibus.
Idcirco mundi ſtulta delegit Deus,
Vt concidant Sophyſtica
Deque imbecillis ſubiugauit fortia,
Simplex vt eſſet credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt,
Impingat in quem vanitas
Signum cauente, non cauentis ſcandalum;
Hunc ſternit, illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus incerto gradu
Incurrit in quod obuium eſt.
Fax ſola Fidei eſt præferenda greſſibus,
Vt recta ſint veſtigia.

Cur ſimplices in Fidei Doctores Deus vocarit.

Fax ſola Fides animæ.

De Fidei vtilitatibus, & laudibus nonnullis.

B

16. SEmper domibus fundamentum ſtabile eſt perutile. Quantum autem domui animæ vtilitatis ſecum ferat, quod Fidei nunc aptaui, inuictus, atque aureus, quantumuis voce ferreus, Dominica 5. tempore Paſchæ S. Vincentius Ferrarienſis attribuit ei hoc modo. *Qui dubitat in Fide, ſimilis eſt fluctus maris qui à vento circumfertur; Iacobi 1. quia rationibus & argumentis hinc inde agitatur, & nihil à Deo obtinere poteſt. Firmus autem in Fide eſt ſicut rupes in medio maris, quæ omnium fluctuum agitatione firma, & inconcuſſa manet; vnde dicitur in Apoc.* Eſto Fidelis vſque ad mortem; *id eſt, ſuper omnia bona vitæ; nam ſuper vitam, diuitias, & famam tenenda eſt Fides. Experientia nanque ſæpe eſt fallax, ſiue in diſpoſitione ſubiecti, ſiue obiecti, ſiue medij; ideo tenenda eſt Fides ſuper omnia bona vitæ, poſt quam nobis corona melioris vitæ repromittitur;* Et dabo tibi coronam vitæ. *Quæ corona eſt de qua dicitur in ipſa Apocal.* Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. *Mulier nanque eſt qualibet Fidelis anima, quæ per veram Fidem induit Solem Chriſtum, & Lunam Philoſophiæ habet ſub pedibus; quia qui ſecundum principia & regulas Philoſophiæ ſe vellet gubernare, in his quæ Fidei ſunt caderet. Dicit enim Philoſophia, quod multiplicatis ſuppoſitis multiplicantur & eſſentiæ; ſub pedibus ponatur; quia non tenet in Creatore, qui trinus eſt in ſuppoſitis, & vnus in eſſentia. Item, quod finiti ad infinitum nulla eſt proportio; fallit in Chriſto, Deo, & homine. Item, quod locus & locatum debent proportionari; fallit in Euchariſtia. Item, quod impoſſibile eſt Deum mori, ſed fallit in Chriſti morte; Deus enim erat, qui ibi mortuus eſt; licet non in quantùm Deus. Sicque de multis aliis: vnde ait Apoſtol.* Videte, ne quis vos ſeducat per philoſophiam, & inanem fallaciam; *ſcilicet, logicam. Ex hac autem firmitate datur in alio mundo corona ſtellarum duodecim. Sicut enim ſunt duodecim articuli Fidei, ſic corona gloriæ eſt duodecim beatitudinum eis correſpondentium; quarum duodecim ſtellarum tres à parte anteriori ſunt credere in Deum Patrem; credere in Deum Filium; credere in Deum Spiritum ſanctum: tres à parte ſiniſtra credere Chriſti Incarnationem; Chriſti Paſſionem, & Chriſti ad inferos deſcenſionem, pro Patribus liberandis;*

S. Vincent. Ferrar.

Iacobi 1. 6.

In vndis, rupes Fides; & Fide in firmus vnda iactatus animæ motu.

Apoc. 2. 10.

C

Apoc. 2. 10.

Apoc. 12. 1.

Vt Fides mulier ſit ex libro Apoc.

D

Coloſſ. 2. 8.

Corona Fides gloriæ, duodecim ſtellarum, ſeu Fidei articulorū.

randis; tres à parte dextra, credere Christi Resurrectionem; Christi Ascensionem; & Ecclesiæ Catholicæ per Sacramenta gubernationem: tres à parte posteriori, credere quod Christus venturus est iudex; quod omnes resurgemus; quod omnes secundum merita iudicabimur, & præmiabimur. Quid melius tam pro Fidei confirmanda veritate, quàm pro eius vtilitatum & laudum fundamento constantet inciendo?

17. Hæc maxima est vtilitas & laus Christi Fidei, quæ amplius roboratur à definitione ipsius Fidei, & postea à suppositione eiusdemmet virtutis. A definitione, quæ sic habet; *Est autem Fides sperandarum rerum substantia; argumentum non apparentium* Nam si Fides est substantia, accidentia sunt profectò cum illa comparatæ virtutes quæquæ aliæ; hæc domina, illæ subditæ, hæc regina, illæ tributa soluentes Fidei nostræ; quod quidèm intelligendum respectu fundamenti; nam fastigij ratione est cunctis maior Charitas. A suppositione, quia Fides virtutum tanquam basis nec in præceptis primo homini, nec Moysi fuit posita (vt supra iam explicui) in omnibus Decalogi; sed supposita, tanquam fulcrum conctorum præceptorum, quæ constant & dependent à Fidei sustentaculo; vnde eruitur quòd Fide seruata sicut decet, præcepta rectè omnia diuina seruabuntur, vel econtrà quòd custodienda præcepta sunt omnigena, vt Fides quæ à Prudentio in Martyris Romani supplicio Virgo dicitur;

Hebr. 11. 1.

Vt Fides in virtutibus substantia illarum sit, & reliquæ accidentia.

Vt Fides sub se omnia contineat Dei præcepta, & illa sit sub omnibus.

Forêsque virgo primas custodit Fides.

Prudentius.

Fides Virgo matérque virtutum vniuersarũ.

Illæsa conseruetur; quia velut virgo debet perpetuò conseruari, ne vnquam temeretur.

Munitur hoc ex tribus egregiis satis rebus; quarum prima velut adamas tam breuis est, quam pretij nequaquam abbreuiati, quam Dom. 19. & secunda Conci. post festum Trinitatis sic affert vir Seraphicus; *Ex toto corde non credit, cuius vita à corde discordat*; id est, à Fide Christi, quæ corde debet condi, vt inde ad vitæ opera, quæ à corde egrediuntur, deueniat eius virtus; quo fit, vt qui virtutes non prodit in operibus, à corde venientibus, ex toto corde credere hic nequaquam credatur. Vnde à Fide cuncta opera pendere palam est; & etiam Fidem cordis, in viro Christiano, primariam vitam esse, à quo omnes vitæ eius reguntur actiones, & pro Fidei dispositione hæ simul disponuntur. Secunda modo alio rem istam plus confirmat, & comparatione concinnata ex notis animalibus, hoc infert animabus, in Ioannis Geminiani funeralibus sermonibus dist. 4. serm. 9. quo loci prudentissimè; *Si Fides vera esset in te, plus timeres Deum, quam omnes creaturas, & non offenderes eum in peccatis tuis, sicut non offendis vnicornem; vel leonem, propter timorem; quia aliàs bene offenderes, & caperes eos, si non timeres. Si autem dicas, quod times Deum, & tamen quotidie offendis eum, assimilas te dæmonibus, qui timent Deum, & mala facere non cessant.* Tertia autem quæ Burgensis in additionibus ad Galatas cap. 3. sita est, exemplo magni ponderis, ex præceptis Iudæorum ingeniosè ruminatis, hoc tandem ratum facit, dum fatur in huuc modum: *In doctrina cuiusdam Rabbi Clambarita ab eo ponitur, quod sexcenta & tredecim præcepta data sunt Moysi, in iis omnibus, quæ continentur in lib. Pentateu. tam affirmatiua, quam negatiua. Venit autem Dauid, qui in vndecim constituit omnia præcepta in Psal. 14.* Domine quis habitabit; *vbi vndecim conditiones contenta inueniuntur, quæ sufficiunt custodita, vt homo in tabernaculo Dei inhabitare possit. At post Dauidem Isaias venit, qui omnia præcepta Mosayca ad sex tantummodo redegit, in cap. 33. n. 15.* Ambulans in iustitiis; *&c. Isaiæ verò successit Michæas, qui omnia in tribus clausit; cap. 6. n. 8.* Indicabo tibi ô homo quid sit bonum; &c. *Rursus Isaias in duobus illa omnia collocauit. cap. 56. n. 1.* Custodite iudicium, & facite iustitiam. *Donec venit Habacuc, qui ad vnam tantum conditionem cuncta præcepta reuocauit cap. 2. n. 4.* Iustus autem in Fide sua viuet. *Vnde constat, quod omnia præcepta Mosayca in sola Fide continentur. Quod valde consonat Apostolo ad Rom. 1. n. 17.* Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex Fide in Fidem; sicut scriptum est: *Iustus autem ex Fide viuit.* Quid melius, vel germanius ad Fidei vtilitates?

S. Bonau.

A Fide cuncta opera.

Vt homini cor Fides, & vita cordis eius.

Defectu solo Fidei peccatur, & quamobrẽ non peccet Fide integer.

A

Burgensis. Præcepta Moysi numero quo fuerint indicta.

Ad Fidem vt redigantur quæcunque Dei præcepta.

Isa. 33. 15.

Miche 6. 8.

B

Isai. 56. 1.

Habac. 2. 4.

Rom. 1. 17.

18. Ad laudes, primas obtinet, quam in vita Sapientis, vel lib. 1. de Abraham Hebræus Philo tradidit, eò magis dignam Fide, quò ab homine generato ex stirpe parum fida, in Fidei tamen gloriam ad finem lib. affert; *Solum igitur certum, firmúmque bonum est Fides, qua Deo creditur; vitæ solatium, bonæ spei supplementum, depulsiuum calamitatum, fœlicitatum conciliatiuum, superstitionis ablegatio, pietatis assertio, prosperitatis hæreditas, profectus in bonis omnibus; ipsíque profectus fultus vniuersorum auctore, qui potest omnia, vult tantum optima. Quemadmodum enim per lubricum incedentes, labuntur fallente vestigio, qui verò per siccam gradiuntur, certo gradu iter faciunt, sic qui per corporis externáque bona ducunt animam, nihil aliud, quam cadere illam assuefaciunt; hæc enim lubrica, & parum firma sunt; sed qui per virtutem contemplationem (quæ contemplatio virtutum ex fide proficiscitur) tutum, inconcussúmque iter dirigunt; vt nihil verius dici possit, quam quòd quisquis illis rebus credit, Deo non credit; contra, qui Deo credit, illis non credit. Denique Fides virtutum Regina est, & virtus quæ fecit, vt Abraham inter omnes maiores suos longe ipso seniores, ipse senex tantummodo ab Scriptura nominetur.* Hæc ille elegantissime; cui similis Augustinus de verb. Apost. serm. 1. *Nulla sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi maior substantia, quam est Fides Catholica; quæ peccatores saluat; cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, Fideles iustificat; pœnitentes reparat; iustos augmentat; martyres coronat, virgines, viduas, & coniugatos casto pudore conseruat; Clericos ordinat, Sacerdotes consecrat, Regna cælestia præparat in æterna hæreditate; cum Angelis Sanctis communicat.* Quid amplius de re ista? Multæ à multis proferuntur, quæ præcedentibus & sequentibus superfluæ videbuntur.

Philo. Fidei plurima & pulcherrima præconia decantata.

C

D

Cur senex primus omnium dicatur Abraham.

S. August.

Nam si ego vitæ animæ perspexero principia, ei Fides vitam influit, vt asserit Ioan-

Ex Fide vita animæ.

Ioan.11.25.

nes; *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vinet*; virtutum tanquam Sol, calore cuius plantæ spiritus respirant. Post vitam verò

Tentationúmque victoria.

infusam, vitæ omnes tentationes prosternit ingruentes; *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; & hac est victoria, qua vincit mundum, Fides nostra.*

Ioan.5.4.

Vbi à Deo Fides nata, & mundi illecebrarum eximia superatrix vocatur velut sæpius inuenies in Dei pagina; dicente D. Paulo; *In omnibus sumentes scutum Fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignea extinguere.*

Ephes.6.16

Et etiam D. Petro; *Cui resistite fortes in Fide.*

1 Petr.5.9.

Et nitor ... stimoniæ.

Isai 11.5.

Ita vt in castitate, quæ bello sæuiori frequentiorique quassatur; *Fides cinctorium renum eius*; quo loci vide Glossam; & illud S. Petri; *Fide purificans corda illorum.*

Actor.15.9.

Suffragatur Cap. *Verum*; dist. 4. & Apostolus ad Hebræos, vbi Fide Sanctos omnes vicisse regnum dæmonis, operatósque iustitiam & gloriam consequutos concludit per hæc verba: *Sancti per Fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.*

Hebr.11.33.

Cum aliis mulris Fidei ibidem non communiter, sed summè visu dignis.

A

Miraculorum Fides mater; non alia virtus quæuis.

Si mediis, iisque celebriotibus attendero, Fide omnia sunt in mundo miracula patrata, vt Paulus inquit nobis hîc proximè relatus; & communis Theologorum doctrina, qua docetur, miraculosa quæque opera ad fidem, non ad alias virtutes, pertinere, & illa cuncta fieri; quemadmodum sine Fide miraculum non datur. Ita vt etiam magnum illum Macedonem Alexandrum, cum esset infidelis, in Fide veri Dei, credendo eius potentiæ, miraculum aliquando fecisse inueniatur; quod refert in Rosar. 1. p. serm. 15. probatus auctor Busto:

Miraculum Alexander infidelis fide fecit. Busto.

vbi pariter de homulo Armeno, sed fideli, prodigium magnum memorat; videlicet, tam illum, quam multos Christianos (in quibus Sacerdotes & Episcopi non pauci) ab vno suæ patriç Tyranno truculento fuisse semel magno terrore tremefactos, eo quod illius acri iussione premerentur, vt secundum Christi verbum per Marcum recensitum, in mare quendam montem transferrent coram ipso, ni vellent mortis aleam ditissimam experiri.

Marc.11.23.

Pauebant viri probi, tam laici, quam Ecclesiæ Ministri, tantæ rei angustiis conflictati, non adeo mortis falcem, quàm potiùs Fidem argui de falsitate quauis posse ab Ethnicis, timentes; nisi Christi promissionem coram illismet præsentibus testatam demonstrarent; cuius tamen solutioni non de Christo dubitantes, sed de se ipsis, quos immeritos & impares pro negotio tam magno reputabant, sua pre diffidentes, timore quatiebantur.

Miraculum atque Fidei portentum excellentissimum.

Ecce autem, quod homuncio tam pauper, & exilis, quàm Fide valde inclytus, percutiens montem malleo, & proferens hęc verba; *In nomine Domini nostri Iesu Christi, & virtute Fidei Christianæ, præcipio tibi, mons, vt proiicias te in mare*; in æquoreum montem illum profundum deturbauit. Vbi aliud cæci nati à Paulo illuminari quo Dionysius se ad Fidem finaliter recepit, hac tantùm voce factum miraculum testatur; *O cæce, præcipio tibi in virtute Fidei Christi, vt visum recipias.* Sed est hîc ponderandum, miraculi huius Fidem, & aliorum persimilium, debere cunctam esse, ex qua prorsus inconcussa fiducia deriuetur; ac pater ex Apostolo; *Si habuero omnem Fidem, ita vt montes transferam.*

1. Cor.13.2.

Quæ Fides ad miracula maiora requiratur.

Vnde claret Fidem omnem, seu omnem Fidei gradum ad miracula tam magna requiri necessariò, de qua Iacobus ait; *Postulet in Fide, nihil hæsitans.*

Iacob.1.6.

B

Et si finem loco summò pependero ipsius vitæ, Dei filios Fides facit, vt notat Bernardinus tom. 2. serm. 2. fer. 5. in Cæn. Do. ar. 2. hoc probans ex Ioanne; *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.*

Ioan.1.12.

Dei filios parit Fides.

Et ideo nos Christicolæ Fideles appellamur; non solùm quia Fidei sectamur documenta, sed quia filij Christi per eius Fidem sumus, vt Bustus hîc vicinus ex Paulo sic collegit; *Omnes Filij Dei estis, per Fidem Iesu Christi.*

Gal.3.26.

Quapropter Fides filios ex Deo sic progenitos ad Patris sui tandem conducit lætam faciem, perducit ad cælestia; *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

Apoc.2.10.

Ergu omnes efferuescant in Fidei desiderium. Hæretici, vt è canibus mordentibus res Fidei, in filios amatores illius conuertantur; cum Chananæa, de qua extat Sedulij lib. 3. huiusmodi memoria;

Matt.15.26. & 27.

Sedulius.

——Mulier Chananæa rogabat,
Se canibus confessa parem, qui more sagaci
Semper odorata recubant ad limina mensæ,
Assueti reliquas dominorum lambere micas:
Vox humilis, sed celsa Fides, quæ sospite nata
De cane fecit ouem, Gentisque in sentibus ortā
Compulit Hebræas de gramine vescier agri.

C

Catholici, vt acutiùs & lætiùs Fidem videant nam de primo S. Prosper Epigram. 81. in istum modum canit;

S. Prosper.

Per quę omnes calles errat Sapientia mundi,
Et tenebris addit, quæ sine luce gerit.

De secundóque Iuuencus Euangel. lib. 3.

Iuuencus.

Pulchra Fides, animū lætanti in pectore firmat.

Et omnes, vt cum illa fiuantur bonis cunctis; de Fide nanque psallit Ennodius Ticinensis.

S. Ennodius.

Qui cupit cælo sociare terram,
Linquere fluxæ vitium parentis,
Me petat certum decus & coronam
Muneris alti.

D

Ille nec dirum metuit tribunal,
Nec per vrbanos volitat potentes,
Conscius recti tenet inter vndas
Stagna salutis.

Fides fida & perquāsita ad bona vniuersalia.

Barbarum quamuis timeat Gelonum;
Parthica & lata moritur figura
Omne quod mundi rabies susurrat,
Despicit, arcet.
Intrat excelsi penetrale Regis,
Diuitum tutis manet in ruinis,
Ille nec legem patitur sepulchri
Nec mala vita.

D 2

DE FIDEI INTEGRITATE, CVM iungitur operibus.

Ex facio & dico Fides descedit, & quamoptimè.

19.  Æc Fidei laus superest, quę vt vltima & suprema, supremum locum obtinet. Est autem plusquam certa; cum Fides sinè operibus, nec integra, nec viua; sed manca sit, & mortua. Primum claret, quia *Fides* (vt ait noster Sanctus Antonius Lusitanus Domin. 24. post festum Trinit.) *componitur ex duplici verbo, facio & dico: si enim facio quod dico, & apprehendo quod tango, tunc est Fides, & talis Fides saluat.* In quo ille valde Fidei se nomini adaptauit; cum Fides duas syllabas, ex Facio & dico ductas, vel eis non absimiles, contineat sub se ipsa. Ergo factis deficientibus deficiens erit Fides, & manca siue trunca; nam mancum est B sine manibus, quas illa tunc non habet; & truncum sine capite, quo pariter tum caret, & sanè magis trunca, quam manca Fides talis; nam cum Fides componatur ex Facere, atque dicere; facere manet eius caput: dicere autem illius pedes; Fides verò siue operibus, acephala, atque trunca; & truncus sine brachiis, è quibus fructus prodcāt.

S. Anton. Lusitanus.

Quàm mā ca & trunca Fides, cum claudicat operibus.

Sine operibus quàm mortua.

Iacob 2.26.

Vssuna.

Secundum, quia opera sunt Fidei Christi anima, & Fides sine operibus duntaxat corpus mortuum, de quo Iacobus ait: *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & Fides sine operibus mortua est.* Et Vssuna disertissimè in p. Occidentali ser. Sexages. *Quid tibi prodest ô homo quod credas, nisi operibus Fidem viuifices; cum dæmones credant, & contremiscant?* C *Ergo fidem nec tu dæmonis attingis huiuscemodi; quia ille credit & contremiscit, tu verò quocùnque postposito timore, falsa quotidie securitate peccas; quia de illis es, de quibus dicitur:* Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. *Ex quo sequitur, quod ille qui cum peccatis credit, non verè omnino credit; nam de vere credente scribitur in Luc.* Fides tua te saluam fecit. *Etetiam in S. Marco.* Qui crediderit, saluus erit. *Cum tamen diabolus saluus esse non possit, qui contremiscit, & credit. Ergo multò minus saluabitur ille, qui credit, & non contremiscit: ac ideo Fidem veram non habet, qui etiam veræ Fidei promissionibus non fruitur. Imò habet Fidem mortuam; cum Fideli talis Fides vitam gratia non communicet:* D *& tandem Fidem quæ ad non Fidem, quàm ad Fidem magis vergit; sicut cadauer & homo mortuus magis appropinquant ad non hominem. Et ratio huius est: quia Fides mortua per dilectionem non operatur, sicut nec cadauer per vitam qua caret. Sed fortè gloriaris, quia saltem credis: habes Fidem, quamuis mortuam. Nemo vsque hodie de re mortua gloriatus est. Cadauer in domo importabile est onus, fœtore eam replet, sepulchrum eam facit. Vide ergo ne glorieris de morticinio, quo domus animæ tua adimpleta est.* Fides igitur sine operibus nec integra, nec viua; nam hoc muto & antemurali vallatur

Peccatorū fides quare diabolica deterior.

Ecclesi.8.11.

Luc.7 50.

Marc.16.16.

Peccatorū quantùm Fides plus vergat in non Fidem.

A Dei Ecclesia, respirat Dei sponsa: saluatur iusti anima; de quo Hieronymus in Isai. cap. 26.

Hieronym.

20. Hæc est, & fuit semper Catholica sententia, quam aberrantes à veritate, quantumlibet in cassum, conantur demoliri; præsertímque Lutherus pudoris omnis inscius, quem in quadam Conc. de præparatione ad Eucharistiam anno nostrę Redemption. 1518. ab ipso declamata, hoc dicere non puduit. *Optima dispositio est, qua pessimè es dispositus, & tunc pessimè disponeris, cum optime es dispositus* Cui filo suo proprio sic posset responderi. Doctrina certè tua, cum optima, tunc pessima: & tunc pessima, cum optima vocatur à te ipso. B Et in lib. quem inscripsit de Captiuit. Babylo. in cap. de Euchar. quo de illa, & contra illam scribit istiusmodi. *Soli illi dignè communicant, qui tristes afflictas, perturbatas, confusas & erroneas habent conscientias.* Et paucis interiectis. *Fides sola est pax conscientia, infidelitas sola turbatio;* vbi secum miser pugnat, & perperam colliditur, dum & Fidei tranquillitatem, & peccatorum perturbationem ad Communionem prærequirit; in quo Fidem, & infidelitatem (etsi aliud volens dicere, & nesciens verum dicat) coniuncta simul petit; nam quam optat turbationem, infidelitatis natam ait. *Infidelitas sola turbatio.* Perturbationem desiderauit, perturbationem semper habuit. *Non est fraudatus à* C *desiderio suo. Desiderium cordis eius tribuit ei Dominus, & voluntate labiorum eius non fraudauit eum. Secundum desideria cordis sui ibit in adinuentionibus suis.* Verùm tanti peccatoris periuit desiderium; quoniam, *Mentita est iniquitas sibi.* Nec mirum: nam vt dicitur in lib. Sapient. *In maleuolam animam non introibit Sapientia; nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus suis, quæ sunt sine intellectu; & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus Sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis.* Qui quidèm semet ferit, dum multa sanæ menti, ac suæ, etsi insanæ, contraria sæpe blaterat. Videntur tales Fidem D habere sine Fide in nostro Sacramento; per Fidem Christum in illo (vt dicunt) apprehendentes; qui tamen neque Fidem in Sacrum tantum habent, nec Christo in illo Fidé quamcúnque prorsus adhibent, quemadmodum dicebat Episcopus Osorius in Hadonum Elizabethæ Britanicæ Reginæ Ministrum lib. 3. *Epulum Diuinum appellas, quem tamen Diuinitate spoliare conatus es?*

Lutherus.

Lutheri circa Fidem & præparationem ad Eucharistiam delirium, & impudentia.

Psal.77 29.

Psal.20.3.

Psal 80.13.

Psal 111 10.

Psal.26.12.

Sapien.1 4.

Vt fides sine fide hæreticis sit vitis, seu fides infidelitas.

Osufus.

Quæ hæresis, quantumuis per nouatores innouata, non recens in Ecclesia, sed à tempore tam longo in ea malè fœtens, vt per Magum iam Simonem in Christi gregem venerit; is nanque siue operibus iustificare

Fidei valide sine operibus ex quādo nata hæresis.

Fidem docuit, cuius error in Samaria incepit adolescere: tanta enim semper infidis, ac impiis Fides data. Testantur Irenęus lib. 1. cap. 20. Et Augustinus cap. 14. de Fide cũ operibus. Vnde Apostoli primarij Thaboris gloriæ testes, contra luem tam mortiferam animosè insurrexere; ac se & sua scripta antidota fecere; in suis hoc Epistolis diffusè conuincentes: & maximè Iacobus, qui in operum commendatione disertus est, & multus; profluuio sæuo carnis iam tunc exuberanti, velut aggerem fortissimum opponens suam Epistolam: in quos etenim libidinis apertos latè campos quacúnquè debacchantis, libertas non discurreret, qua improbis sine quouis labore corporali esset potius prostituenda, quam meritis præstanda cælestis illa patriæ felicitas tranquilla, æternúmque secura; nisi à viris tã egregiis ab incunabulis Ecclesiæ ei itum foret obuiam? Hoc sufficit, vt error tam crassus agnoscatur, & vltimum in exilium à cunctis ablegetur: quî enim potest fieri, vt Fides de sublimibus à Deo rebus data, ad vilia se deiiciat, & ad homines scæleratos inseruiat efformandos? Qua de re cũ quampluribus hoc ipsum concernentibus diffusè noster Venetus Cant. 1. ton. 4. à cap. 12. qui vsque ad Iudæorum absurdum tam peruersum reduxit tempestatem; & posset vsque ad dæmonem cum Eua colloqueurem, parẽtibus cùm primis, sine operibus in vita perenni conseruandos, vt Diuósque beandos mendaciter promisit. Sed rectè dimanauit ab origine mendacij, quod virtutem & veritatem à mundo profligabat; & quod mendax ex seipso inspicientibus apparet.

Venetus.

21. Verùm ista, quæ aliquibus dicendis rebus indigent, ex à nobis iam prædictis non parum per se corruunt; cum ab Adamo Fidem & opera petierit Creator; Fidem quidèm, vt per Arborem, vel vitam, vel interitum nacturum non ambigeret, sed crederet firmissimè; opera verò dum alimoniam ab altera colligeret, ab altera abstinentiam. Nec ille sanè Fidem cum gratia simul perdidit; nam seductio à qua Paulus excludit primum hominem. *Adam non est seductus, sed Eua*, non de eo (prout patet) decepto circa Fidem, sed de fragili circa opera intelligi est necesse; sicut S. Paschasius de Euchar. cap. 7. declarauit, & edulio Diuino accommodauit. *Arbor ligni vitæ nunc Christus est in Ecclesia, cuius imago in paradiso arbor illa fuit. Nam si homini ex illa, semper Dei seruatis mandatis, edere licuisset, nunquam mori potuisset. Multò melius ex hoc ligno corporis Christi quicúnque spiritualiter comedunt, si mandata obseruauerint, nunquam in spiritu mortales erunt.* At operibus deperditis & mundum totum perdidit, vt hæretici perspiciant venenum quod extollunt.

Ab Adamo cum operibus vt Fidem Deus exegerit.

1. Tim. 2. 14.

S. Paschas.

Deinde Fides opus, vt asserit Apostolus, suapte est primigenium. *Confidens hoc ipsum, quia qui cæpit in nobis opus bonum, perficiet, vsque in diem Christi Iesu.* Non vt opus hoc Fidei sufficiat per seipsum; sed vt Fides sine operibus deficiat, atque corruat: quemadmodum de Fide & lege naturali Chrysostomus pòst dixit in quadam Concione. Non enim sine operibus non potest expirare, quæ opus pro spiritu, vt animam sui propriam, adintra Fides habet. Vnde statim de charitate sine offensa Christi habita, de fructúque iustitiæ repleto & consummato ibidem subinfertur. *Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora; vt sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ, per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei.* Vniuersis nanque bonis repleri decet illam, quæ animæ vniuersorum bonorum est fundamentum; non vt istud fundamentum virtutum omnigenarum easdem labefactet, sed potius vt conseruet, & erectas supra se (tutissimum præsidium) efficiat fortiores. Hoc quippe petit ratio; illud verò hæreticorum sensualis, & nil minus brutalis aberratio; qua Fide volunt Fidei ex virtutibus compactum destruere ędificium. En qualis sit illorum, mens, sensus, atque anima.

Philip. 1. 6.

Fides opus per se primum, sed nihil sine operibus.

N. 9. 10. & 11.

Et tandem Fidei vox non parum suffragatur, dum Musica instrumenta per chordas bene sonant, quæ *Fides* nuncupantur. Non enim rebus credere, nisi valde attemperatè prudentibus est congruum, nam si citò credens aliquid vocatur leuis corde, in lib. Eccles. hoc credens nimis tardè, tam durus, quàm & tardus iustissimè appellabitur. Vt ergo circa Fidem resultet consonantia, tanquam fides Musicorum attemperetur Fides nostra; fides autem vel intendere, vel remittere excessiuè non erit vnquam licitum perito citharœdo. Et sic Fides neque multùm à nobis eleuetur, vt dicamus, hanc sufficere operibus exclusis, neque adeò relaxetur, vt Fides deprimatur, & necessitas illius non maneat necessaria; cum dicat cæli tuba. *Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora sæcularia.* At verò quod propositum his verbis memoratũ, nisi vt Fide in Iesum Christum, operibúsque nostris cum gratia illius factis, ad cælum perducamur. Sic fiet harmonia, qua nulla potest dulcior in plectris resonare; si Fidem cum operibus, & opera cum Fide, in vnum, velut chordas cum ligno copulemus; quo accidet, vt cælestia non dentur sine pretio: cum neque semper vilia donentur benè gratis. Qui aliter diiudicant, non faciunt consonantiam. Sed dicent, semetipsos cantare Deogratias, & misericordiam sigillatim, dum solius misericordiæ, & gratiæ Dei existit gratuitò saluare: at inscium tale dictum; nam Paulus ad salutem electus, & in gratia iam Christi confirmatus, castigat corpus suum; & crucifigere cum vitiis Fidelium carnem vult, vt viuant in spiritu; & Cantor Dei secundum illius cor formatus, in istum modum canit; *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Qua eadem modulatione Aggæus concinnebat, cum vtique dicebat. *Factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ.*

Cur fides chordæ musicæ Latinè vocitentur.

Eccles. 19. 4.

2. Tim. 1. 9.

Consonantiam quantam Fides efficiat cum operibus.

1. Cor. 9. 27.
Galat. 5. 24.
Actor 13. 22.
Psal. 110. 1.
Aggæi 1. 1.

Non

Dei verbum vbi nam sonet, an in auribus, vel in manibus. 1. Esd. 7. 14.

Non enim tam in auribus, quàm in manibus Dei Verbum perfectum sonum edit, vel in auribus per manuum consortium comprobatis; de qoo Glossa super Esdram exponens illa verba. *In lege Dei tui, quæ est in manu tua*

Eucharistiæ quantùm Fides & opera coniuncta.

aa. Hunc pariter concentum secundum reddit thema, & etiam tantò melius, quantò opera non solum cum Fide coniunguntur, sed pariter cū Fide Eucharistici Mysterij, quod summitas est Fidei, & operum cunctorum. Vtrumque vis ne hîc videre nimis clarè? *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.* En opera. *Hoc est opus Dei*; En fides, & post opera, vt notaui paulo supra cum Antonio Lusitano, prudenter collocata. *Vt credatis in eum, quem misit ille*; quò operum necessitas lucidiùs innotescat. Vis autem cum Eucharistia hæc duo contueri? Audi quæ ad ista verba annot. 15. Toletus superaddit. *Opus Dei quod acquiritur, est fides Eucharistiæ; petit autem Dominus Fidem, non quod opera excludat, sed quod opera nihil ad cibum obtinendum faciant, nisi Fides hæc, quæ fundamentum est, adsit.* Et super verba Christi inferiùs colligata. *Ego sum panis vitæ; qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me non sitiet vnquam.* In istum modum loquens. *Panem agnoscite, sed panem quærite; modum autem habetis consequendi panem; nempe, si ad me veniatis; si in me credatis.* Quod tamen Iudæi illic præposterè fecerunt; dum non quidem per Fidem venerunt ad Spem, quæ incitat ad opera; sed potiùs vice versa per Spem ad Christi Fidem, constricti panis lucro; vt notat idem Auctor ad verba de hoc pane per eos postolato. *Domine da nobis semper panem hunc.* Quo loci satis breuiter. *Allecti spe tanti panis quandam concipiunt fidem* Non enim sine Fide, operibúsque bonis hoc opus Eucharisticum vteúnque dari potest.

Ioan. 6. 29. — Vt prius Fide opera. — Cardin. Toletus. — Ioan. 6. 35. — Ioan. 6. 0. 34

Nec discors est Apostolus, corripiens sic Corint. *Non potestis calicem Domini bibere, & dæmoniorum*: id est, istud Sacrificium, & mala Sacrificia, seu opera peruersa, quæ Sacra sunt diaboli, æqualiter offerre; nam esset cum adulteris portionem Dei locare, aduersus Dei sententiam descriptam per Psalmo-

1. Cor. 10. 21.

A graphum. Quod etiam existimauit, qui vituli tenerrimi, butyri, & lactis dedit conuiuium celeberrimum; nam vitulus tenerrimus obediens fuit Christus, ceruicis valde mollis ad iugum obedientiæ, seu iugum durum legis ac Crucis tolerandum; lac autem cum butyro, quæ eadem est materia, eiusdem Christi Fides operibus connexa; seu etiam lex ipsius, & legis obseruatio; quod idem prorsus est, & dictū per Ambrosium; cui consonat Eucherius; Ambrosius sic se habet. *Quia nec corpus Domini, quod est vitulus, sine lacte legis esse potest. Optimum condimentum ad edendum Christum, obseruantia legis est.* Et tandem hoc reputabat, qoi ita ad suam mensam amicos inuitabat. *Comedite amici; inebriamini charissimi.* Nam paraphrasis Chaldaica hanc ibi vocem effert. *Venite*
B *Sacerdotes diligentes præcepta mea; comedite quod relictum est de oblationibus, & delectamini bonis, quæ præparata sunt vobis.* Nec sanè amicus est, qui operibus non diligit, vt asserit Ioannes. Hioc illis, qui operibus victores sunt promittitur deserti cibus cælicus; nimirum Christi corpus, de cælo ad mundi huius desertum retrogrediens; iuxta Paschasium cap. 7. de isto Sacramento. Et sicut Ioseph Sanctus facientibus vendebat fromentum, quo egebant. *Ite ad Ioseph. & quidquid vobis dixerit, facite.* Sic Iesus indigentibus & operantibus hominibus, cæleste vendit triticum, pro pretio ipsorum operum; de quo non Rex Ægypti; sed Rex æternus dixit. *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite*; ac ita fatus esset. *Quidquid vobis ipse dixerit, hoc*
C *vos libenter facite* Quod & Regina cæli expressit in conuiuio conuersione vini ex aqua Eucharisticum signante, in eo quando homines ibidem ministrantes instruxit huiuscemodi. *Quæcúnque dixerit vobis, facite.* Atqui ille nobis dixit in vltimo conuiuio. *Accipite, & comedite; Hoc est corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem.* Ergo nihil dubitandum, sed operibus agendum, vt opera, atque fidem, & Eucharistiam colligata, vt ea sunt, & saluant, in nobis coniungamus.

Gen. 18. 8. — Sine operibus ad mensam vt Christi non eatur. — S. Ambros. — Cant. 5. 1. — Paraphras. Caldaic. — 1. Ioan 3. 16. — Apoc. 2. 7. — Gen. 41. 55. — Matth. 17. 5

DE FIDEI CONFORMITATE CVM nostris Sacramentis.

23. AT Fides non dum sufficit cum operibus cooiuncta, nisi pariter habeatur cum Ecclesiæ Sacramentis, in voto saltem sumptis. Post Christum nanque verum quod ait per Ioannem. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei.* Et ante Christi aduentum, immediatè post peccatum necessaria Sacramenta; vt in 1. dist. Magister palam docet; & Hugo Victorinus lib. 1. de Sacrament. p. 9. cap. 3. ac etiam D. Thom. 3. p. q. 61. art. 1. Nec tantùm necessaria Sacramenta in generali, sed Christi Sacra-
D menta, per Fidem saltem in voto implicitè apprehensa, dum absque Christi Fide in mundo nunquam salus; D. Tho. 3. p. q. 61. art. 3. & q. 68. art. 1. & nuper atque doctè Concil. Trident. in decreto de iustificatione sess. 6. cap. 7. vbi ad istam, trium rerum, Fidei, operum, & Sacramentorum concursum prærequirit; ita vt Fides sit illius primarium fundamentum; pœnitentia & Dei dilectio eiusdem dispositio; Sacramentáque postremò, quæ gratiæ vasa sunt, & eius instrumenta, iustificationis consummatio. Vnde optimè Valentia in 3. D. Tho. disp. 3. q. 3. sic ait puncto. 1. *In hominis iustifica-*

Ioan. 3. 5. — Magister. — Hugo Victorinus. — D. Thom. — Ab ipso mundi initio necessaria Sacramenta, & Christi Sacramenta. — Gregor. de Valentia.

Duę manus Dei & hominis quauiá in Sacramentis.

tione quaſi duplex manus interuenit. Altera Dei offerentis, & quaſi porrigentis gratiam; altera hominis gratiam capientis. Manus illa Dei eſt promiſsio Diuina, atque Dei Sacramenta, quibus, tanquam ſymbolis ſeu ſigillis externis promiſsio illa nobis diuinitus obſignatur. Manus autem hominis eſt Fides cum operibus, qua operibus informata, nobis ſimul per Sacramenta peccata remittuntur Nec mirum, ſi nec Fides nec opera iuſtificent à Sacramentis ſeparata i eum

A

Quàm magna Fidei ſit, & Sacramentorum colligatio.

& opera ſub Fide, & Fides Chriſti ſub Sacramentis occluſa dignoſcantur; & Fides ſine ſigno proteſtata exteriori prodeſſe oihil poſſit; ſignum autem Sacræ rei ſanctificantis pios homioes Sacramenti eſt definitio; at verò Sacramentum ſine operũ diſpoſitione (qoibus factis ſuper Fidem infunditur Dei gratia) valorem nullum habet.

B

Ergo Fides cum operibus, & Sacramentis ad iuſtificationem Fidelium neceſſaria. D. Tho. 2.2. q.1. art.1.

D. Thom.

Fides quãdo Sacramentum.

Præterea, quòd & Fides pro oaturæ legis tempore, Sctiptæque pro aliquo, Sacramentum fuit fere, & verè modo illo, dum legis talis paruuli (quomodocúnque hæc attendatut; vel longior in Gentilibus, vel reſtrictior in Iudæis, vt iu præfatione delibaui, quorum primis Circunciſionis remedium non obuenerat; &

Fœmellæ Iudæorum & paruuli gentilium quo medio liberati à culpa originali.

vel etiam poſt Circũciſionem Fœmellis Iudæorum, quæ carnali Circunciſione omnimodè carebant) hi omnes Fide tantùm in Chriſtum iam præiacta, per parentésque illorum pro ipſis applicata (ipſi enim non dum poterant ad Deum ſe conuertere) à culpa mundabantur.

C

D. Thom. Suarez.

D. Tho. 3.p.q.60.art.5. ad.3. & q.61. art.3. ad.3. Et Suarez de Sacrament. diſp. 4. ſect. 2. cum proximè ſequenti. Nec obſtat, quod cum Fide huiuſmodi applicata, applicabant & parentes quocúnque Sacrificium, ſeu externum Sacramentum, vt loquitut Suarez; quia antiqua Sacramenta (Circumciſione vel incluſa) quæ illorum maiot erat, non dabaot ex ſe gratiam; niſi in Fidem tantùm Chriſti,

D. Thom.

vt latè D. Tho. 3.p. q.62. art.6. ad.3. Ergo fides eo temporis Sacramentum ooo tam ferè, qoam verè prorſus extitit, provt dicitur ab Hanriquez de Sacrament. in genere,

Henriqoez

cap. 8. §. 8. ac ideo valde Fides accedit Sacramentis, qui terminus eſt præſens.

D

Addatur, Sacramenta cum Fide ſic ligari, vt nihil Fides faciat, quod non faciant Sacramenta; vnde magna ſimilitudo eorum deſignatur, & inſuper probatur, nunquam Fidem valuiſſe, niſi in Chriſti Sacramenta à Patribus coniectam, atque pariter illorum nil valuiſſe Sacramenta, niſi in Fidem Chriſti iacta; vt proximè explicaui. Vnde ortum, quòd de Fide Redemptor mundi dixit.

Luc. 7. 50.

Fides tua te ſaluum fecit. Et de Baptiſmo D. Petrus.

1. Petr. 3. 21.

Vos ſaluos fecit Baptiſma. Et de Fide, ac Euchariſtia æqualiter promittitur.

Ioan. 5. 24.

Qui credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam.

Ioan 6. 58.

Qui manducat hunc panem viuet in æternum. De Fide purificatio his verbis prædicatur.

Actor 15. 9.

Fide purificans corda eorum. De Sacramentis per ſequentia.

Epheſ. 5. 26.

Mundans eam lauacro aqua in verbo vitæ. De Fide iuſtificatio huiuſmodi vulgatur.

Rom. 5. 1.

Iuſtificati ergo ex Fide De Sacramentis in hunc modum.

Ioan. 3. 5.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non introibit in regnum Dei. Bellarminus lib. 2. cap. 3. cum ſequentibus de Sacrament. in genere.

S. Auguſt.

Verborum; *Crede & manducaſti*; communis explicatio.

Nec officit obiectio deducta ex Auguſtino tract. 26. & 27. ſup. Ioan. in ſeotentia cui perfidia adhæret pertinaciter. *Ad quid paras dentem, & ventrem? Crede & manducaſti.* Et iterum ſimiliter. *Credere in eum, hoc eſt manducare corpus eius.* Vnde Fidem ſine Sacramento ſufficere deducit hæretica obſtinatio. Nam de Iuda tractat ille; corpus ſui Redemptoris manducante Solo corpore, vel ſolùm corporaliter; vnde tandem manducationem noo pellit corporalem, ſed

B

præfert ſpiritualem his verbis indicatam; velut etiam per Oſeam antiquitus eſt dictum.

Oſeas 6. 6.

Miſericordiam volo, non Sacrificium. Non quòd ſibi valde grata Deus reſpuat Sacrificia; ſed quòd iſta ſine ſucco pietatis & charitatis nullatenus ei placeant.

De Fidei vniformitate cum Euchariſtiæ Sacramento.

Euchariſtiæ quanta ſit identitas cum Fide.

24. PEruenimus ad Fidei & Euchariſtiæ identitatem, quæ adeo verè & clarè Fidelibus pateſcit, vt in verbis Conſecrationis *Myſterium Fidei* hoc Sacrum antonomaſticè dicatur. Nametſi in Euangelio hæc verba non legantur, nil dubij, quin à Chri-

C

ſto extiterint prolata, vt habetur ad Satietatem in cap. *Cum Marthæ*; de *Celebrat. Miſſ.* Et apud D. Tho. q.83. art.4. ad. 2.

D. Thom.

Adeóque hoc Sacramentũ cum Fide commiſcetur; vt Fidem nullam habeat, qui Fidem illius perdidit; quemadmodum probatur ex B. Tho. de Villa Noua in indice ſerm. dum

B. Thom. de Villa Noua.

Fidem ad Euchariſtiam pręparatiooem primam ait; & Fidem in Euchariſtiam plenariam Fidem vocat. Cur autem Fidei nomine donetur hoc Myſterium ex tribus ſatis liquet.

Quare Fidei Sacramentum vocetur Euchariſtia.

Primum, quia ſola Fide, non ſenſu, ſiue mente percipitur à nobis; in quo plurimum negotij offendit intellectus; vt ſanè in re à terminis diſcurſus remotiſſima, & ſimul in qua ſenſibus perpetuò reclamantibus, ſo-

D

lius Fidei munus altiſſimè exercetor; ſicut habet Catechiſmus in tract. de Euchariſt.

Catechiſmus. D. Thom.

ſect. 23. & cap. *Non turbatur*; 24. q. 1. D. Thom. 3. p. q. 75. art. 1. & Hymnus huios Feſti.

Et ſi ſenſus deficit,
Ad firmandum cor ſincerum
Sola Fides ſufficit.

Et paucis interiectis.

Præſtet Fides ſupplementum
Senſuum defectui.

In Miſſæque Sequentia.

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat Fides,
Præter rerum ordinem.

Euchariſtię quantum

Ita demum quòd Myſterium hoc Fidei vocitatur; non quidèm quia Fides hîc vacua veritate,

Fides superferatur inte lectui, & sensibus humanis.

A veritate, sed potiùs quia in eo est verum Christi corpus, cum magno Fidei exemplo, & perpeti ac supremo illius exercitio; vt doctè pertractatur in Cap. *Cum Marthæ*, & in Angelico Doctore 3. p. q. 78. ar. 3. ad 4. cum proximis duobus.

Baptismus & Eucharistia cur Fidei Sacramenta.

Secundum, quia Eucharistia est Fidei consummatio. Vnde etiamsi Baptismus Sacramentum quoque Fidei dicatur aliquando, hoc est, quatenus fundamentum existit & initium scholæ Christianæ; at Eucharistia quatenus finis, & vltimum fastigium; prout proximè Catecbismus, & Bonauent. lib. 4. d. 3. q. 2. n. 13. & 15. patenter asseuerant: quibus etiam suppositiuè accedit D. Tho. 3. p. q. 63. ar. 6. cum aliis moltis locis, vbi nostrum Sacramentum Mysteriorum vniuersorum perfectionem summam

Catecbism. S Bonau. D. Tho.

B asserit. Ergo sicut mysteriorum est vltima perfectio, sic Fidei necessariæ ad illa capessenda est apex, & cacumen; & sicut quæque alia antiqua Sacramenta ad istud sunt disposita, sic omnis mundi Fides ad Fidem cibi huius directa & ordinata, quò perueniens ad Eucharistiam, tanquam nacta perfectionem omnimodam quiesceret, & amplius non ascenderet. Non enim potest Fides hinc altius eleuari, vbi finis, atque Fidei est vertex eleuatior. Quapropter ob hęc omnia *Sacramentum Fidei* rectè hoc ferculum vocatur.

Fidei vertex Eucharistia, & vltima perfectio, a qua non potest fides excelsiùs eleuari.

Si autem à me exquiras, cur in Calicis consecratione non panis sic dicatur, tripliciter respondendum, in eiusmet encomium, opinor istiusmodi. Ante omnia, ad extol-

Cur Fidei Sacramentum vocetur Eucharistia cùm Calix consecratur. Suarez.

C lendam Mysterij nostri Fidem; Suarez iuxta mentem tom. 3. in 3. p. disp. 60. sect. 3. dicentis de re hac; *Vt altitudo vtriusque speciei exinde demonstretur; vel certè quia in consecratione sanguinis expraßiè repræsentatur Paßio Christi, quæ est maximum Mysterium, à sæculis absconditum, & in omnibus veteribus Sacrificiis figuratum; in isto verè oblatum, & in sanguine quò ad effusionem mirabiliter repræsentatum.* Deinde ad Fidem nostram hac via Passionis Dominicæ firmandam & ampliùs roborandam; vt colligo ex Vissuna serm. 45. in p. Occident. *Ideo Dominus iuxta Crucem hoc instituit Sacramentum, vt Apostolis Fidei accrementum ad tolerantiam cumularet, ne omnes illum negarent.* Vnde in horto Petri feruor, at postea magnus tepor in domo Sacerdotis; nam

Vissuna.

D quandiu in eius pectore species perdurarũt, alacrior, atque fortior; postquam autem digestione consumptæ sunt in eo, remissior & debilior se antea factus est. Et hinc orta consuetudo, qua in Ecclesia primitiua Martyriũ perpessuris hic cibus donabatur; quamuis enim Fides maxima illorum sit Heroum, qui vitam propter Fidem profundere non timent; benè tamen ab Eucharistia in Fide iuuabantur, cum omnis Fidei inclytæ sit terminus & meta. Tandem verò, ad Sacramenti, & Fidelium, propter ipsum, plus Fidem dilatandã; quæ longè creuit hic, quam quauis in re alia. Nam licet minor Fides plerumque inueniatur vbi plurima miracula à Deo efficiuntur, hîc tamen multò plu-

Fortitodo Petri in horto à ferculo Eucharistico.

Martyriom perpessuris Eucharistia cur donata.

A ra, quàm alibi visuntur, & Fides maior hominum; ita vt pariter miracula, quæ Fidei sunt portenta, hoc crescant Sacramento, & Fides quoque nostra excrescat pari passu. Vissunæ est cogitatio in loco iam producto loquentis in hunc modum. *Aliquando dixit Dominus*, nisi signa & prodigia non videritis, non creditis. *Vnde signa maiora in Christo, signum erat minoris Fidei in ipsis. Sed ne nobis desint signa, ea multò maiora in Eucharistia fecit,* vbi Innouat signa, & immutat mirabilia. *Tamen, quia Fidem Gentium sæpe miratus est, ea tali modo hic facere decreuit, quòd non solum Fidem minimè minorassent, sed magnum ei impenderent augmentum. Et ideo in consecratione Sacramenti Altaris, ipsum Sacramentum vocatur Mysterium Fidei, vbi plura miracula credimus, quàm*

Vt Fides modo duplici excrescat Eucharistia

Vissuna.

Eccl 36.6.

Fidei augmenti per Eucharistiam mirabilis probatio.

B *alibi fecerit Deus. Verùm, quia in Mysterio abscondito fiunt, occasionaliter Fidem augent; ita vt nullibi plus mereamur, quam ibi in credendo, vnde ait Augustinus*; Crede; & manducasti. Quæ optima expositio verborum prędictorum. Hæc nostri sodalitij, Dei cultu, & sacræ paginæ lectura vir insignis.

Verborum *Crede & manducasti*, peroptima explicatio.

25\. Tertium, quare huic Sacramento obuenit nomen Fidei, est, quia nostræ Fidei quæcunque Sacraměta occludit sub se ipso; vt tangit D. Tho. 3. p. q. 83. art. 4. & clarè Rex Propheta; *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Vnde nascitur, quòd omnis qui feruidè & perfectè crediderit in hoc, mysteria cunctaFidei perfectè profitebitur; at frigidè & imperfectè, sic reliqua amplexabitur; qui verò ipsum negabit, & omnia

Mysteria cunctaFidei in Fidei Sacramento.

Psal 110.4.

C denegabit; ac eò quisque erit hęreticus insanior, quò in istud Sacramentum furentiùs debacchauerit. Sed iam breuiter videamus, vt hocce Dei arcanum comprehendat sub se alia doctrinæ Christianæ, & ea, quod est ampliùs contineat eminenter, id est, modo eminentiori, & faciliori ad intellectum, quàm reliqua in se ipsis sint cognitu capacia; quocirca hoc Sacramentum & Fidei nuncupatur, quòd credito, tunc cætera credantur excellenter; quemadmodum & despecto, despectui cuncta erunt.

Infidelitas & Fides ab Eucharistia quantùm pendeant.

Primum, ordine creaturæ, Creatio fuit mundi, quæ quamoptimè deliteat sub nostro Sacramento, abundè à nobis septima Enarr. dictum fuit. Nolo iterum rem actam cum tædio renauare.

D Secundum, est Incarnatio, in qua equidem in duabus naturis tam perfectis, quàm inuicem distinctis, personam tantùm vnam & hypostasim fatemur. Sed sic est, quod intimior est vnio quæ intercidit inter hypostasim & naturam, quàm illa quæ inter locum, locatúmque offenditur, cum prima sit intrinseca & essentialis absolutè, secunda verò extrinseca, & accidentalis rei locatæ. Ergo rectè inspicienti admirabilius sese offert hypostasim vnam esse naturis in duabus, quam vnum corpus in duobus, ac proinde in multis locis. Præterea, quòd hypostasis, de qua hîc nobis sermo, cum ipsa Deĩ natura identificatur summo modo, & intimè nihilominus vnitur cum humana; quæ

Incarnatio quasi emphasi confirmet Eucharistiam.

FFF

realiter & formaliter separatur à Diuina. Ex quo fit incomprehensibile, vt naturæ non confundantur, in vnitate tam mirifica; vel vt hypostasis non diuidatur in diuisione tam distincta. Ergo idem in Eucharistia, cuius maior difficultas est, vt corpore non diuiso ei loca diuidantur, diuisáque signentur.

Resurrectio & partus Virginis qoantopere hoc corroborent.

Tertium, Christi est Resurrectio, quæ optimè hoc confirmat; nam in ea locus vnus eodem prorsus tempore obtinuit duo corpora; quin locus fit diuisus, vel corpora coofusa. Ergo poterit vnum corpus replere duo loca; nec corpore diuiso, nec locis vnum factis. Consequentia satis patet, ex ęqualitate qua se habent, tam locatum versus locum, quam locus ad locatum. Antecedens verò claret exemplis Scripturæ, in egressu Christi corporis ex sepulchro suo clauso; ex vulua intemerata; & ad discipulos ingressu dum forent essent clausæ. Et potest idem argui ex resurrectione mortuorum, io qua maximè difficile, & mirum valde est, vt bis vnum, & initerabile indiuiduum producatur. Si autem bis, cur etiam non duplici actione? Aut si forsitan actione, confiteamur, duplicata, cur duplex non effectus, cum effectus ab actione vt terminus dependeat? Quod pressiùs locum habet in accidentibus abolitis, quæ tamem prorsus ipsa, tam numero, quàm specie ad vitam reducentur.

Et etiam quantùm sanctæ Mysterium Trinitatis.

Quartum Sanctæ Trinitatis, qood Lutherus & Caluinus nobiscum contestantur; in qua tribus in Personis distinctis inter se, naturam solam vnam substantiámque agnoscimus; quod longè est mirabilius, quam vnum corpus esse in multis simul locis; quia natura in Trinitate realiter & formaliter identificatur cum Personis; corpus autem nullo modo cum locis vnum fit. Si ergo vna natura identificata cum Personis realiter distinctis, potest benè non dissolui ab ingenita vnitate, cur non poterit vnum corpus extrinsecùs coniungi cum locis separatis, quin aliquid à se ipso propterea separetur?

Mysterium æternitatis rei ipsi quàm conueniens.

Quintum verò vitæ ęternæ Mysterium pręoptatum; in qua vnicum atque perpetuum durationis solum instans, tam semper, quam & semel in temporibus diuersum, existit tantùm vnicum, quod magis est, quàm esse in multis locis corpus. Fluunt etenim tempora, & neutiquam possibile, vt prętęritum & futurum subsistant aliquando, cum tamen loca simul perdurent naturaliter, quantumlibet sint verè ad inuicem distincta. At æternitas non fluens, sed semper vnum substans durationis instans est, ex prętęrito & futuro suapte coalescens; quin instans hoc in tempora vtcunque diuidatur, vel tempora misceantur, & secum confundantur; qnod captum longo tracto mortalium supergreditur. Nec & cęlum, in quo vita ęterna possidetur, Eucharistiam non confirmat, dum corpos sine loco supremum Cęlum est, ex eo quod à corpore ambiente res locatas nullatenus ambitur, quod

Cur cælum summum omnium sit corpus sine loco.

A prorsus pręrequiritur, vt corpus sit in loco; quemadmodum cum Philosopho lib. 4. Physicor. cap. 5. tex. 45. communiter asseritur. A mysteriis ergo omnibus Christianæ disciplinæ, & Fidei Iesu Christi firmatur hoc Mysterium; quapropter bene ei nomen Sacramenti Fidei obtigit.

Fidei articuli duodecim subscribunt Eucharistiæ, & latitant sub ea.

26. Si verò Fidei sint colligenda Sacramenta ex articulis duodecim in symbolo contentis, & à numero duodenario oporteat numerari, adhuc ea sub Eucharistia inuenies latitantia. Nam primus sic intonat, *Credo in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem cæli & terræ*; Et Eucharistia ad omnipotentiæ articulum reducitur, vt in fine n. 6. superiùs indicaui: vnde quando fuit condita, quò istud signaretur; ad Deum suum Patrem Omnipotentem leuauit Christus oculos: vlteriùs, quòd & valde Creationi assimilata Enarrat. fuit 7. Secundus sic profatur; *Et in Iesum Christum, Filium eius vnicum, Dominum nostrum*; cuius corpus sine pane in pane hoc continetur. Tertius illud confitetur; *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine*; At Eucharistia saocti Spiritus eloquiis consecrata, vt in Virgine Sanctissima, concipitur quotidie, & ex mundissimis præ omnibus speciebus esibilibus enascitur; vt ab eius visceribus sacratis; Quattus autem tradit Christi hęc tria quæ sequuntur; *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Et hic panis, ille est, qui quo tempore institutus sub ipso eodem Pręside, tam passus, quàm crucifixus, tam mortuus, quam sepultus amore nostro fuit in isto Sacramento; de quo latè Enarrationes de centro, & de sepulchro. Quintus ait in hũc modum; *Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.* Et certè panis hic descendit cum Dei Filio de cęli celsitudine, vt inferos inuiseret, & ad inferos descendeotes io cęlum reuocaret, vt diximus in Centro. Sextus loquitur huiusmodi; *Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis* Christus verò de hoc cibo, vt alibi explicaui, sic fuit proloquutus; *Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo,* quò iterum descendat in nubibus visibilis, qui hodie delitescit sub panis accidentibus, ad homines cibandos, ac etiam roletandos; quemadmodum tuuc veniet ad eos iudicandos; nam de se quatenus homo iudicium tale astruit; *Et potestatem dedit ei, etiam iudicium facere, quia Filius hominis est*; vt est in Eucharistia, ad quam hominis ratione ex vi verborum veoit. De quo equidem iudicio in septimo est articulo; *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos*: & quò attinet ad Eucharistiam in verbis Apostolicis; *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Octauus sic se habet; *Credo in Spiritum sanctum*; at de isto Sacramento testatur Christi vox; *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Nonus sonat istiusmodi; *Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem*; Quæ communio in nosttocibo veraciter ostenditur, cuius effectu coadunatur

Ioan. 3. 13.

Ioan. 5. 27.

1. Cor. 11. 29.

Ioan. 6. 36.

dunatur Ecclesiæ corpus mysticum. Decimus continet, quam promittit; *Remissionem peccatorum*, Et istam multis modis, ac multis quoque locis hîc diximus donari. Vndecimus hoc profert *Carnis resurrectionem*; quæ vtique inuenitur in pane de quo dicitur; *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die*; Duodecimus concludit; *vitam æternam. Amen.* At de Christo sub speciebus illius occultato sic

Ioan. 6. 55.

A ait ipse Dominus; *Qui manducat hunc panem habet vitam æternam.* Viden quomodo sit Fidei reale Sacramentum, quod Fidei sub se omnes articulos connectit? Hinc à S. Bernardino tom. 2. serm. 1. feria 5. in Cœn. Dom. fundamentum nostræ Fidei, & vt Fides ædificaretur relictum asseueratur, quod Hugonis Victorini sententia firmum reddit.

Eucharistiæ nostræ Fidei quàm verum fundamētum. S. Bernardinus.

VT IN HOMINI PRIORI PRÆCEPTIS INTIMATIS non solum Fides data, sed etiam Spes, & Charitas.

27. VERISSIMVS est titulus præsentis sectionis, si ab vltima virtutum istarum, quæ est Charitas, initium capiamus; easdem nanque tacitè sub duplici præcepto indixit Deus Adamo; quantumuis non à Fide incipiens, & post desinens in altam charitatem; sed incipiens à Charitate & desinēs in Fidem; ita vt à Charitate per medium Spei ligamen iretur tunc in Fidem; quemadmodum nunc itur à Fide in Charitatem, per ipsammet Spem, quæ manet semper media. Et rectè pro temporibus hæc facta permutatio. Nam tempore omnis gratiæ perbellè à Charitate quæ tota dulcis est, principium somebatur, & in Fidem per se duram spiritualis vitæ hominum fastigium, siue finis peraptè desinebat, vt finem sui exitus, si à charitate vellet cadere, Adamus intelligeret; at tempore omnis culpæ benè à Fide eiusdem vitæ auspicia desumuntur, & in Charitatē finem nostrum per opera eleuantur, si ista boni tanti capacia faciamus. Vlteriùs, quòd & homo à culmine virtutum verissimo descendens, à Charitate in Fidem vsque, per Spem interiacentem debebat declinare, vt posset tum peccare, at contra nunc ascendens ab infimo peccati, à Fide in Charitatem per iter Spei mediæ, quò possit non delinquere, oportet vt conscendat; ac contigit de facto; nam Adam de Charitate Factori suo debita, cui vnicè adhærere propterea tenebatur, quia factor suus erat, ei adeo liberalis, in prauam Spem descendit, non iactam super Dominum, sed potius super dæmonem, sperans in hæc verba; *Eritis sicut Dij.* de diabolique spe in malam fidem cecidit, tam Deo diffidendo, quam dæmoni fidendo; *Nequaquam moriemini.* Quoniam autem primus homo huiusmodi descendit, contrario modo nos si Deo frui volumus, ascendere opus est; Ruperti iuxta mentem lib. 2. cap. 31. de Trinit. cum operibus, quam ille sic expromit; *Tria duxit digna imperare maiestas Trinitatis. Ex omni ligno comede; & de hoc ne comedas; & in quocunque die comederis, ex eo morte morieris. His tribus propositionibus tres ab homine virtutes exigens; id est, Charitatem, Spem, & Fidem; quas nunc reciproeato ordine à nobis exigit eadem Trinitas vnus Deus, Fidem, Spem, & Charitatem; vt quia ille cadendo descendit, nos resurgentes à Fide per Spem*

Vt Adæ sub præceptis præceptæ simul fuerint virtutes Theologicæ.

Vt virtutes Theologicas habeamus modo inuersū, quā habuit primus homo.

Rupertus.

B *ad Charitatem Dei ascendamus.*

Has verò tres virtutes, quæ maximè sub præcepto affirmatiuo & Eucharistico, iuxta ea quę prælusimus Enarr. pręcedenti, haud dubiè latitabant, sub Eucharistico reali occludi non negabis. Nam Fides illic claret; *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille*; & infra per hæc verba; *Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis viuus*; Spes autem paulò infra, in iis quæ sic dicūt; *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et Charitas supremò in aliis quæ concludunt; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Quas ipsas tres virtutes sedentes ad hanc mensam collegit vir Seraphicus ad verba Regis Vatis; *Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu* C *mensæ tuæ*; quæ ille in Concione de Philip. atque Iacobo exornat in hunc modum. *Isti comparantur nouellis oliuarum, quæ fortiores Fide, viridiores Spe, nobiliores Charitate. Filij ergo debent esse non hostes: & filij oleati, non aridi, sed pingues, quicunque de mensa Domini debent refici.* Nec malè Deus ab homine exegit has virtutes in prisco vitæ ligno, & nunc in Eucharistico à quouis Christiano expostulat easdem, cum ipse in ligno alio, istorum velut fonte, maiori cum labore persoluerit hoc ternarium perutile animabus & gratum Trinitati, de quo pręfatus Abbas ibidem paulo infra, *Quid ergo dicit Scriptura*; Omnia quęcunque voluit Dominus, fecit in cælo, & in terra? *Quomodo ergo omnia quæcunque voluit,* D *fecit Dominus, qui nec illud quod præcepit (quod vtique nisi fieri voluisset, nequaquam præcepisset) ad effectum perducere valuit? Etenim in isto plasmate suo, Fidem, Spem, & Charitatem, secundum præceptum suum non inuenit. Sed nequaquam frustratum est consilium, vel propositum Dei. Valenter enim de trunco illo virtutes illas reflorescere fecit. Nam ille quidem ad hoc opus mancus extitit, & contra opus vel præceptum Dei manus incontinentes per concupiscentiam extendit, sed inuentus est de genere eius homo secundum cor Dei, qui contentas ab omni concupiscentia manus ad pœnalem sibi obedientiam in ligno Crucis extendit, & sub pedibus suis conculcato peccato legenda virtutis exempla multis millibus sequentium se proposuit.*

Ioan. 6. 29. & 47.

N. 52.

N. 56.

Virtutes Theologicæ iouentæ in Eucharistia.

Psal. 127. 3.

S. Bonau.

Psal. 113. 3.

Rupertus.

Theologicæ virtutes in Cruce quantùm inuentæ.

Verè dixit Augustinus de Rudibus catechis. & etiam in Enchirid. tria esse, quæ in Scriptura Diuina continentur, videlicet, Mysteria, promissiones, & præcepta, quæ

In Scriptura nihil aliud quàm Theologicæ virtutes.

res credendæ ſunt, ſperandæ, & faciendæ, quibus Fides, Spes, ac Charitas reſpondent, ex diametro. Vnde conſtat hæc in mundo perpetuò viguiſſe, & Adæ in ligno vitæ impoſita fuiſſe, quemadmodum in Euchariſtieo impoſita ſunt hodie. Et bene vtrique ligno ligantur hæ virtutes, ſed Charitas przertim; nam Charitas eſt ignis; ab igneque vox lignum, id eſt, arbor areſacta, ad ignem iam diſpoſita; ſicut arbores dicuntur, quæ virides exiſtunt, & aruis ſic inhærent; vt

Cur lignum vitę lignum non arbor nũcupetur, & vnde voces iſtę, tam arboris, quam ligni.

A Iſidorus vult in lib. ethymol. 17. quid verò magis igne exardens Charitatis, quam lignum vitæ primum, & noſtrũ vitæ lignum? De noſtro ſic prædictum; *Ignis in altari meo ſemper ardebit.* De illóque nil minus hoc ipſum dici poſſet, cum altate foret vnicum pro tempore innocentiæ; vt 8. Enarrat. abundè dictum manſit. Sed de iſtarum nunc virtutum neceſſitate delibari à nobis decet aliquid, cum Deus hominem abſque illis in terris non conſenſerit.

S. Iſidor.

Leuit. 6. 12.

CVR HOMINI THEOLOGICÆ VIRTVTES neceſſariæ, & iſtas Deus à primo exegerit in cibo.

Quare homini Theologicæ virtutes neceſſariæ.

28. NIHIL magis creaturam aliquando Deo ſuo fruituram condecebat, quàm vt valde Deo ipſi perſimilis euaderet; quò meliùs hoccemodo cum illo iungeretur. Quare ſicut ex naturæ Deus conſtat vnitate, & Trinitate Perſonarum, ſic homo ex vnitate naturæ, & trinitate potentiarum diuerſarum componitur quamaptè; quæ potentiæ rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis, non aliæ verò quæuis debebant prorſus eſſe; nam tribus his affectibus perfectus manet homo, & quaſi velut pedibus mouetur eius anima; nempe vel intelligendo, per potentiam rationalem; vel aliquid concupiſcendo, amando, & amplexando, per aliam concupiſcibilem; vel tandem reiiciendo & odio rem habendo per vltimam iraſcibilem; vltra quarum circunferentiam nec pedem mouet homo.

Potentiæ cur tres animæ, & iſtæ rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis.

Rationalis voce alia vocatur intellectus, ex eo quod ratiocinando intelligit & fungitur intelligendi facultate. Concupiſcibilis memoria, quia rerum memorata, per multa quaſi glutino concupiſcentiæ ſibi hęrentia, & per illa quæ concupiuit, amauit, ſiue amat, libeotius diuagatur. Iraſcibiliſq; demum voluntas appellatur, quia iraſcendo ſibi vult, vel reſpuit quæ non vult. Ecce quomodo his potentiis, quò attinet ad corpus, perficitur vir omnis. Quoniam autem plus eſt anima quam fabrica corporea, & anima intra corpus per illud tantum agit, hinc etiam Deus ad hominem in anima excolendum, tres dedit ei virtutes, in tribus his potentiis, vt naturaliter per ipſas agendo & operando, ſe ibi conſummaret. Nam potentiæ rationali & iotellectui, Fidem dedit, quæ pertinet & reducitur ad intelligendi qualitatem. Concupiſcibili ac memoriæ, ſpem concopiſcentem, & cum gaudio ruminantem quęcunque ſibi arrident. At iraſcibili poſtremò & voluntati, Charitatem, quę affectu valde charo proſequitur quæ vult, & odit quæ non vult; nam ex amore circa bonum reſultat mali tædiũ, & odium quod perfectum Pſalmiſta nuncupauit; *Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.* E quibus iam perſpicuum, potentiæ quantùm hominis tam ad corporis quam ad animæ

Potentiæ quantùm ſimiles & naturaliter affines Theologalibus virtutibus.

Pſal. 138. 22.

B ſoluendas functiones ei fuerint neceſſariæ, & quantum iſtæ virtutibus Theologalibus cohærent.

Quæ potentiæ Diuinitati altiſſimæ nos vniunt, & cum Deo, qui à Theos in Gręco Deus, vocatur, quodammodo vnũ faciunt; idque in rebus quatuor, quæ iſtam valde fulciunt, & pariter exornant. Videlicet, in ſubiecto virtutum prædictarum, obiectóque illarum; & in effectu, atque profectu exinde egredientibus. In ſubiecto, quia Fides intellectui accommodatur, & ibi collocatur; dum in ſummam veritatem credendo, mentem inſtruit, & eam ſimul dirigit. Spes ſedet in memoria, dum ſummam arduitatem, ſperat ſuperare, & cogitat tranſcendere. Charitas autem in voluntate, dum C ſummam bonitatem & vult, & charam habet. Vnde Fides Deo facit libenter aſſentire; ſpes Deo confidere; & Deum tandem Charitas diligere quammaximè. Vlteriùs, quòd & Fides cũ intellectu copulata Deum Patrem Creatorem vniuerſalem perſuadet, & fontem rerum omnium; Spes verò cum memoria Deum Filium Redemptorem, & veniam peccatorum; Charitas autem cum voluntate Spiritum ſanctum purificatorem quotidianum delictorum; quos abluit multifariam. In obiecto, quia Fides verſatur circa verum; Spes circa difficile; & Charitas circa bonum, quæ ſi benè perpendantur, virtutes ſunt predictæ; nam veriſſima Creatio, D Redemptio difficillima; & iuſtificatio dilectiſſima fuerunt proculdubio. In effectu, quia Fides Deum vtique cognoſcit, vt ſummam veritatem, Spes illum concupiſcit, vt certam æternitatem, & Charitas eum diligit, vt vltimam & ſupremam omninò bonitatem. In profectu, quia Fides in præſenti Deum ſequitur; Spes in cælum vſque aſſiduè comitatur, & Charitas in gloria perenniter amplectitur. Ita ferè Bonauen. lib. 5. cap. 18. Comp. Theologici.

A Theos Theologales virtutes nuncupatæ.

Virtutes Theologales in quot, & rebus quaibus, nos Deo ſumme vniant.

Viden' iam vtilitatem neceſſitatémque propterea virtutum prædictarum? Hoc ipſum fuit olim in templo figuratum, quod portas tres habebat, ad partes mundi tres, excluſa occidentali; Sanctorum nanque Sancta manebat verſus iſtam; quæ vt cæli repræſentatio non portam ad tranſeundum

Tres portę, & quæ nam fuerint in templo Salomonico.

in

in aliam quamuis partem, sed locum tantùm clausum ad homines intra se excipiendos continebat; de quibus sanè portis Gregorius sic scribit Hom. 19. in verba Ezechielis. *Sancta* (inquit) *Ecclesia, id est, spiritualæ ædificium, vt ad secreta gaudij pertingat, tres solummodo portas habet, Fidem, Spem, & Charitatem. Vnam ad Orientem; aliam ad Aquilonem: tertiam ad meridiem. Porta quippe in Oriente est Fides; quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad Aquilonem est Spes: quia vnusquisque in peccatis positus, si de venia desperauerit, funditus perit. Vnde necesse est, vt qui per iniquitatem suam extinctus est, per Spem ad misericordiam reuiuiscat. Porta ad meridiem est Charitas, quia vi amoris ardet. In meridiana enim parte Sol in altum ducitur, quia per charitatem lumen Fidei in Dei & Christi dilectionem subleuatur. Tribus igitur portis ad internum atrium tenditur, quia per Fidem, Spem, & Charitatem ad gaudia secreta peruenitur.* Vnde meritò de virtutibus suapte ad Cælum vsque Fideles perducentibus, & beatos facientibus, Epigram. 46. scribit Sanctus Prosper.

S. Gregor. (margin)

S. Prosper.

Nec prodest quidquam recti sapuisse malignis
Si verum & summum non coluere Deum.
Vna Fides igitur, Spes vna est, atque amor vnus,
Quo fiat iustus, fitque beatus homo.
Nam bona quæ prauis naturæ ex dote supersunt,
Augent peccati pondera, non minuunt.

In cibo Theologales virtutes cur locatæ

29. Cur autem Deus in cibo virtutes has posuerit, ex nono patet numero Enarrat. præcedentis; vbi quare Deus in cibo imposuerit præcepta inuenies rationem. Solum etenim præceptum edendi ex ligno vitæ, dignũ erat vt coleretur eximia Charitate & grata voluntate; vtrũque verò simul edendi & non edendi, vt memoria & spe iugi ad vnguem seruarentur; ac omnia Dei Sancita intellectu & Fide hominis perpetuò crederentur. Hincque præceptis illis fuerunt hæ virtutes à Deo attemperatæ, eodem prorsus ordine, quem calamus Ruperti, incipiendo à charitate, superiùs obseruauit. Nam tempore quo homo percharus Deo erat, initium ab hac virtute omnino condecebat, quemadmodũ in incredula & infideli tempestate, à Fide & credulitate oportet auspicari. Adam positus in fastigio ab illo viam cæpit, & nos funditus euersi à fundo & fundamento credendi nunc incipimus. In quo sanè cum Adamo aliquatenus æquamur; nam quantumuis in qualitate sit Fide maior charitas, Fides tamen in necessitate est maior charitate; & etiam modo aliquo in ipsa qualitate, dum potentiam nobiliorem, videlicet, intellectum, subiectat Dei obsequio vt Busto I. p. serm. 15. testatur in Rosario. *Nec mirum si & Fides tam chara Deo est; nam per ipsam homo se totaliter subijcit ei, in eo, quod est præcipuum in ipso, scilicet, in intellectu; dum credit ea, quæ sunt super capacitatem intellectus humani.* Quas virtutes post peccatum in cibo Deus reposuit, & verè reformauit, vt creationi recreatio, vulnerationique curatio è regionè responderent. Nunc qualiter in hoc cibo inueniantur, videamus.

In quo Fides atque Charitas adinuicem se vincant.

Busto.

Quantùm Fides Eucharistiæ naturaliter adhæreat.

30. POscebat rerum ordo vt Fides hîc daretur, iuxta ea quæ Rupertus lib. 3. cap. 12. in Comment. sup. Exod. scribit satis clarè. *Vt de spirituali cibo & potu tentemur, æquum est. Tentatus enim est homo à diabolo, & victus est. Tentatus post à Deo, vt illius tentatoris fraudem vincat, & tali antidoto, iuxta naturam morbi competenter vita suæ subueniat. Tentati, inquam, sunt primi parentes à diabolo dicente.* Comedite, & eritis sicut dij; *Et crediderunt ei plusquam Deo dicenti.* In quacunque die comederis, ex eo morte morieris. *Proinde tentemur à Filio Dei dicente de pane & vino* Comedite, Hoc est corpus meum; hic est sanguis meus. Comedite & eritis Filij Dei. *Credamus ergo verbo eius, plusquam oculis carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis & vini speciem intuemur; & ita inquam credulitatem parentum nostrorum pia credulitate in nobis euacuemus.* Hæc ille; qui in varia tentatione manducandi, vim magnam, nec immeritò sententiæ suæ ponit; quæ quodam loco celebri eiusdem lib. Exod. videtur explicanda, videlicet cum Deus sic dixit Sancto Moysi. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo; egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non.* Sed quare Deus in cibi expressa iussione, non verò in prohibitione; & cibum etiam concedendo, non autem denegando, tentauit gentem illam? cum tamen rerum sitim maiorem semper excitet illatum met vetatio, secundum veram & scitam Poëticam sententiam.

Rupertus.

Eucharistiæ quantùm Fides adhæreat naturaliter.

Exod 16.4.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Ouidius.

In promptu sese offert, & quidem duplex ratio. Prima, quia cibus ille Eucharistiæ gessit vmbram, ac ideo affirmatiuum præceptum ei congruebat, vt etiam fuit datum in nostro Sacramento, & olim in vitæ ligno Enarrat. præcedent. abunde elucidatum. Secunda, quia nullum præceptum negatiuum tam magni fuit ponderis, vt est affirmatiuum de pane Sacro-Sancto, quo credimus sub esca tam parua & contemptibili, & vitam æternam esse, & verum Christi corpus; quapropter benè dicitur de cibi tanti vmbra. *Vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non.* Quod contigit æqualiter in prioribus præceptis, edendi & non edendi, facilius nanque creditu præceptum negatiuum, indictum mortis pœna (nam multa sunt quæ mortem important manducantibus) quàm fuit affirmatiuum promittens vitam ingem: quis enim bonum tale, per medium tam commune futurum posset credere?

Cur de manna datum fuerit præceptum affirmatiuum.

Vt homines in manna extiterint tentati.

Sed Deo quis tentanti non dabit Fidem integram? Non ne homini grauissimo, & sæpe mendacissimo, de rebus difficilibus & planè incredibilibus apertas aures damus? & illius narrationibus acquiescimus non solùm, sed etiam ab eius ore manemus quasi

penduli? Sic accidit quotidie. Quid autem vilis homo Factori suo immenso, cui omnia sunt facilia, deueniet comparatus? Crede igitur Redemptori Fidelibus dicenti. *Accipite, & comedite; Hoc est corpus meum.* Hoc granum est Euangelicum, quod sulcis debet Fidei sincere à nobis ingeri, vt fructum multum afferat; sicut ait Abbas Franco de gratia rom. 3. Hoc est munus propter Fidem Ecclesiæ Dei concessum, provt inquit Iustinianus in Conci. de Euchar. *Tale profectò munus decebat, vt tribueretur Ecclesiæ, quæ summæ innititur veritati; de qua per Prophetam Dominus inquit. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Quod si munus Fidei est; dignum vtique vt pro eo soluamus Deo grates, & istas in re ipsa in qua donatum fuit, videlicet in Fide; quò verè tunc relatæ, ac redditæ sint gratiæ; nam hasce tum reddemus cum Deo crediderimus in cibo nostræ Fidei. *Non vt aliquam speciositatem exterius videamus, aut aliquam dulcedinem in ore sentiamus, sed vt per Fidem Solam gustemus Christi corpus;* vt monet idem Sanctus de agone Christi cap. 4. Per Fidem nanque Deus in vmbra degustatur, & mirus eius sapor, palato Fidei sano, cui soli Deus est sapidus; vt in Psalm. 95. scribit Augustinus. Qua Fide præsupposita dicebat Dei amasia. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Matt. 26. 26.

Sub Fidei sulcis granum est ferax Eucharisticum.

S. Laurent. Iustinian.

Ob Fidem datum Ecclesiæ est munus Eucharisticũ.

Palato Fidei sapidũ quantopere Eucharistia.

Cant. 2. 3.

Spes qualiter cohæreat Eucharistiæ Sacramento.

31. SPei radix Eucharistia vocatur non immerito à Vincent. Ferrar. de Epipha. serm. 2. quod etiam radix erit præsentis sectionis. Sed radix cur Spei? habet enim magnam emphasim huiusmodi vocabulum?

S. Vincent.

Cur radix spei sit Eucharisticum Mysterium.

Ego puto Spei radicem in primo loco esse, quia à radice mundi conditi Mysterij tanti spes in illo vitę ligno est indita mortalibus. Vnde ad verba Regis Vatis. *In te Domine speraui non confundar in æternum.* Sic ait interlinea. *Ego iam in Adam confusus sum, sed in Christo non confundar*, idest. Adami fidem diabolo credentis, proptereáque confusi manentis in perpetuum, non sequar modo vllo, sed potius Christi Fidem nullatenus fallentis, dum dixit ad Discipulos. *Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum.*

Psal. 70. 1.

Interlin.

Matt. 26. 26.

Secundo, quia radix suaptè occulta est, vt simul est spes, de qua in Psal. 6. stylus Augustini. *Iustus sentit se non videre quod cupit, & tamen sperare non desinit: spes enim quæ videtur, non est spes.* Quid verò tam occultum, quàm ille de quo maior affirmat Prophetarum. *Verè tu es Deus absconditus*; videlicet, non solùm sub carnis indumento, vt ait Interlinea: tanta enim mirabilia in ea est operatus, vt verè Deus absconditus non verè sit in ea; sed magis sub hoc carnis eiusdem Christi cibo, vbi taliter humanitatem & Diuinitatem suam clausit, quòd omnes demirentur; & ipse Dei Dilectus, ab eius vir secretis, scribat demiratus. *Verè tu es Deus absconditus*, si hoc *verè* Prophetale cum illo copulemus. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus*; id est sub cibo & potu occultum corpus meum. Et si *absconditus* de quo hîc cum illo coniungamus. *Vincenti dabo manna absconditum.* De cibo nanque illic Diuino prorsus agitur, vt cõstat ex sequentibus. *Quod nemo scit, nisi qui accipit.* Qui cibus non est alius, quam corpus Redemptoris, quod absconditum & figuratum in prisco manna fuit. Testatur eo in loco Anselmus Laudunensis. Nec malè confirmatur ex Paulo sic dicente. *Mihi omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à sæculis in Deo*; id est, à mundi initio: quod quidèm non tam facilè ab Adæ lapsu currit, quàm sanè à rerũ ortu, & horto, ac ligno vitæ, sub lege affirmatiua Adamo commendato. Nam etiam sine culpa Deus carnem nostram sumeret, & iuxta à nobis dicta, hunc cibum carnis suę nil minus institueret; quo solo modo à sæculis absconditus est datus, hoc est, in eo Sacro, quo ipse sic absconditur, per lignum figuratus. Sed clariùs ad Coloss. vbi nostri Sacramenti prę omnibus absconditi, & præ omnibus à sæculis in publicam spem dati, scribit in hunc modum. *Cuius factus sum ego Minister, vt impleam verbum Dei, Mysterium quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est Sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ.* Hoc autem in Eucharistia, quæ gloriæ pignus est in officio Ecclesiastico, ac ideo cæli spes, & arrha, provt alibi inuenies in hoc opere, & etiam in qua in nobis, vt loquitur hic Paulus, est Christus *spes gloriæ.*

Spes occulta radix.

S. August.

Isai. 45. 15.

Absconditum vbi Deum prędicat Isaias.

Ioan. 6. 55.

Apoc. 2. 17.

Ephes. 3. 9.

A sæculo Eucharistia donata in Dei oraculis.

Coloss. 1. 26

De abscondito Mysterio Eucharistico quid narrum.

Tertio, radix spei nostræ, quia huiusmodi conuiuium Fidelium radix est; nos verò illius rami, qui fructum producemus, si à Christo, quem principium & finem recognoscimus, initium, vt à radice bonorum capiamus; & in eum tanquam in verticem supremum desinamus; à Christo nanque in Christum feliciter transibimus, & ipsi cordis nostri radicibus hærebimus; quò respicit Guerricus in Benedicti. P. sui secunda Concione. *Non potest arbor facere permanentem fructum, nisi sursum in cælestibus radicem figat, vt quæ sursum sunt, non quæ super terram quærat, & sapiat. Quod enim Physici dicunt, hominem esse arborem inuersam, illo sensu interpetror, quod radicem amoris, & desiderij figere debet in cælo, in summo vertice rerum, capite nostro Iesu Christo.*

Guerricus.

Inuersa est arbor homo, & quomodo fructifera.

Quartò, quia semper arbori à radicibus est fructus, vt nobis erit plurimus, si in Domino speremus; nam vbicunque nostra spes ponatur extra Deum non dabit vllum fructum, sed potius mortem feret; vt plorat Augustin. in Psal. 36. *Heu spes caducam mortalium! speras in pecunia, speras in honore, &*

S. August.

Spes humana pe-

sublimitate

ſtis, quæ perimit dum ſtat, & flatu ſuo necat.

ſublimitate aliqua humanæ vanitatis, ſperas in aliquo amico potenti. In his omnibus cum ſperas, aut tu expiras, aut ſi viuis, omnia perenas; & ſic in ſpe tua deficis, ac cadis. At verò in Deo poſita perpetuò ferax omnibus. *In te ſperauerunt Patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos. Ad te clamauerunt, & ſalus facti ſunt, in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.* Quod latiùs Mathathias non paucis verbis dixit quamualde viſu dignis 1. Macha. cap. 2. & Pſaltes ſub initium Pſal. 77. nec non Moyſes in ſuo Canti. Deuter. 32.

Pſalm. 22. 5. & 6.

1. Mach 2. 61

Non autem ſolùm ſpes, ſed etiam pignus gloriæ, vt dicitur in antiphona, eſt ferculum Chriſtiadum. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Nam etiamſi ſpes bonorum futurorum non valeat pignerari, vt dicitur in iure; per textum in L. *Spem* Cod. *Quæ res pignori obligari poſſunt*, hoc verſi de ſpe vana bonorum mundialium: quis enim res inanes; & ipſas immaturas, futuráſque firmabit? vt queat has ſub pignore alicui conſignare? Verumtamen de diuitiis cæleſtibus, & certis, Euchariſtia benè pignus, quæ ipſum cæli Dominum occludit atque continet. Vnde ait Bonauent. in Miſſæ expoſit. hancobrem nos in cælum leuare corpus Chriſti, cum facimus rem ſacram, vt Angelis & Beatis ſuperiùs habitantibus, deſideratis tanquam ſociis, ac nos deſiderantibus hoc modo proteſtemur. *Quod vita æternæ noſtri iura eſt, & ad hoc confirmandum, eleuamus priuilegium noſtrum, id eſt, Chriſtum pro nobis paſſum.* Quid autem pignus dico? Eſt etiam inueſtitura ipſius Regni cælici. Ita S. Bernardinus ſerm. in Cæn. Dom. *Vt ſecuri ſitis, Sacramenti Dominici corporis & ſanguinis inueſtituram habeatis.* Pro quo aduertas præcor, in iure inueſtituram introductionem poſſeſſionis exiſtere actualem quę nihil mirum ſi aliquatenus in cibo tanto detur, cum Rex in eo gloriæ realiter ſit præſens; & gloriæ detur ille veſtitus præclariſſimus, quem filio dedit perdito, illius clemens Pater. Miſerrimi, qui ob laceras, ac veſtes vitiorum breuiſſima dulcedine præcordia lacerantes, abſque veſte nuptiali, quæ charitas dignoſcitur, ad iſtam menſam veniunt. Sed iam de Charitate.

B

Bonorum futurorum quæ poſſit ſpes nobis ſub pignore obligari.

Vt priuilegium cur in Miſſa Dei corpus eleuetur.

S. Bonau.

S. Bernard.

Non ſolùm pignus gloriæ, ſed etiã inueſtitura Euchariſtiæ Sacramentum.

Quantùm Charitas inhæreat eidem Sacramento.

32. HAnc nomen Charitatis, in panémque cupiditas, facillimè ſuadent. Nam à *Charis* quod eſt gratia, tam Euchariſtia, quam & charitas ſumpſerunt ſibi nomen; & à cupiditate verſus panem charitatem & deſiderium in noſtrum deprehendes. Nihil etenim amabilius in vita pane eſt, quo ipſa ſtabilitur. Amantur quidem honores, diuitiæ, voluptates, ſed omnia citra panem, quo ſine friget Venus, Mamona ſterileſcit, vileſcítque ſuperbia, & faſtus temporalis. Solus cibus expetitur tantopere, quàm vita, eo quòd humiditate illius ſuſtentetur, & vnicè ſeruetur; vnde à

Cur panis tam optatus, à pueriſque maximè.

A pueris, qui nulla concupiſcentia diſtrahuntur, ardenter concupiſcitur; & ab ipſis qui non dum pro aliis cruciantur, ita innato cruciatu optatur, & exquiritur, vt iſta ſæpe ſomnient, cum alia nec per ſomnium tum temporis exoptent. Hinc mater ſuo paruulo appetitu manducandi admouenti terram ori, quod rarò non contingit, in manus panem tradit, quò infans à terrena, mortiferáque eſca, in epulum viuificum traducat vota ſua, cui illa plus ſcienter affectat lucrum vitæ, quàm ipſe neſcienter. Quid melius pro Diuino parēte, & noſtro genere? quod poſtquam terræ bonis, & eius deſideriis, tam prauis quam mortiferis, per ſæcula quam multa, & hoc fame inſaturabili adhæſit immobiliter. *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra; conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Et cibis tam nocentibus eſuriie plus confectum quotidie ſe inueniens, pro noſtro cæli cibo, aduentúque Dei ſui cum lachrymis orauit; vnde ſequitur in Pſal. ſuſpiriis iſtis pleno. *Exurge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.* Quade cauſa Incarnatio dilata quoque fuit, vt homo magis mundi inediam recognoſcens, pro cibo tam Diuino clamaret operoſius, iuxta S. Bonauent. Sent. lib. 3. d. 1. art. 2. q. 4. donec Pater poſtremò compaſſus filiorum, eis cibum ſui corporis miſericorditer induſit, vt tangit Gloſ. in Pſalm. eundem nunc productum. *Qui terræ hæſerant, eruti & pænitentes redduntur Chriſti corpori.*

Pſal 43 25.

N. 26.

Incarnatio cur dilata.

S. Bonau.

Gloſ. Intell.

C Ergo cibum terrenum in cælicum mutemus, & illum iſtins clauo trudamus, propulſemus; quod feruore vehementi aſſiduè faciamus, nec ob cibi inuiſibilitatem in eum torpeamus, cum ob iſtud inter multa remanſerit occultus, vt à Fidelibus deuotis quæratur diligentiùs; nam vt ait Paſchaſ. de Corp. Dom. cap. 13. *Auidius requiritur quod latet, & pretioſius eſt quod cum Fide quæritur; & ideo ſic hoc debuit Myſterium temperari, vt & arcana Secretorum celarentur infidis, & meritum creſceret de virtute Fidei.* Quod & S. Gregorius lib. 5. cap. 4. Moral. ad illa verba. *Quæſiui illum, & non inueni*; prædixerat hac forma. *Abſcondit ſe Sponſus, cum quæritur, vt non inuentus ardentius quæratur; & differtur quærens Sponſa, ne inueniat; vt tarditate ſua capacior reddatur, & multiplicius quandóque inueniat, quod quærebat.* Vbi Richardus Victorinus calcaria charitatis ad amorem perurgentia latibula iſta vocat; cum panéque Eliæ ad iter peragendum, & amore atque feruore æquali conſummandum, quàm ſummo iure confert.

Cur Chriſtus obuelatus in ferculo Euchariſtico.

S. Paſchaſ.

Cant. 3 2.

S. Gregor.

D

33. Quamobrem viam iſtam iucundè arripiamus, & ad Chriſtum in cibo tali quærendum ferueamus; nil de Fide Myſterij tam magni dubitantes, ſed illi obtemperantes, & vitam, ſi oportuerit, pro ipſo profundentes; quod miraculo percelebri adiuncto confirmemus.

In Ordinis S. Hieronymi lib. 2. cap. 9. de F. Petro de *Cauanuelas* Priori poſtea Gadalupenſi hoc Chronico narratur, quòd

Miraculum pro Fide Eucharistię roboranda.

fuerit circa Fidem Eucharistici Mysterij miserrimè afflictatus, donec Dominus sic eum ab afflictione liberauit. Sacrificium die Sabbathi in Virginis Deiparę celebrabat semel laudem, cum post factam Consecrationem inclinans se ad verba, *supplices te rogamus*; nubecula descendit, quæ texit Sacramentum; quo casu valde obstupuit, pauoréque concussus, ac lachrymis perfusos in tanto rei euentu Diuinam pro virili pietatem sibi flectere oratione conabatur. Ecce adhuc non remisso angore, nec mœrore, disparuit nubes illa, paulatim attenuata; sed nube disparente apparuit nouus terror; nam Hostia, sanguisque discooperto prorsus calice, nullatenus sunt visa. Reuertitur ad preces, & profluuium copiosius amariorum lachrymarum, tam Dominum, quàm eius in eo templo Matrem miraculis insignibus quotidie radiantem, de venia, si qua culpa, de nubilóque ipsum mæstitia obtenebrante, suppliciter exorans; quoúsque vi angustiæ arictans Dei A opem, in fulgida patena desursum descendente, & calici insidente, Diuinam vidit Hostiam, ex qua guttulæ sanguineæ defluere cœperunt, quæ priorem quantitatem specierum vini æquantes, tunc fluere cessarunt; & statim loco solito se Hostia collocauit, patena ad dextram partem suapte redeunte, & calice integumento, quo prius tegebatur, contecto sicut antea. Hæret tamen Sacerdos, & dubius valde nutat, donec voce dilapsa tremendum munus sumit, & perficit rem Sacram. Minister præ- B ter lachrymas, & tremorem Sacerdotis, ac moram inusitatam, nil vidit, nec audiuit, Sacerdos verò monitus de silentio in vita sua, nec verbum de hoc protulit; at moriens rem scriptis curauit commendare, vt miraculo tam magno legentes erudiret, in Fidéque firmaret, & Deum de tam miro beneficio sibi facto firmissimè credendum, & iugiter colendum, vel etiam vita functus, hac via tamen adhuc inter homines superstes, perpetuò collaudaret.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ
ENARRATIO DECIMATERTIA, ET SEXTA DE PARADISO IN FIGVRA MATRIMONII.

Super Gen. verba cap. 2. n. 24. *Erunt duo in carne vna*; & Ioan. 6. n. 56. *In me manet, & ego in illo*; Quæ mox n. 1. vtrinque coaptantur.

De continuatione Numerus I.



HOc in loco post hominem locatum in paradiso, Eucharistiam in ligno vitæ egregiè indigitatam, præceptúmque de illa eidem viro datum, & tantorum mysteriorum exactam ab eo Fidem, de mulieris creatione, & desponsatione simul facta pertractat Sacra pagina; quia vt bene Catharinus obseruat in præsenti, longè à more fœminarum, desponsata fuit prima, ac simul est creata; *Ex illo autem tempore fuit inter Adam & Euam copula Matrimonij omnino indissolubilis, quæ non talis est in aliis, priusquam carnaliter copulentur, quia non sunt vna caro, sicut illi erant.* Vbi nostrum primum thema Matrimonio iam inseruit, ab ipso primo puncto, quo mulier est formata; *Erunt duo in carne vna*; Et eadem ratione Eucharistiæ Sacramentum vbi primum est Sacramentum, est etiam Matrimonium; ad hoc etenim consecratur, vt cum hominibus iungatur; *In me manet, & ego in illo*; quod autem solum fit vt ita coniungatur, coniugium sese probat.

Cùm mulier est creata mox fuit desponsata Catharin.

Eucharistia vt consecrata, mox nobis desponsata.

Hinc deducitur Adamum extra locum paradisi, & Euam in paradiso fuisse procreatam; cum ille in paradisum forinsecus translatus, & ista in paradiso ab vna illius costa extiterit creata; quidquid dixerint Iosephus lib. 1. cap. 1. de antiq. Iudæor. & Tertull. lib. 2. aduers. Marc. quorum primus in paradiso creatum neutrum facit; secundus verò vtrumque. sed vterque fundamentis plus iusto infirmioribus. Cur autem in paradiso mulieris creatio, & eius desponsa-

Iosephus Tertullian.

A tio, multiformiter à DD. in 2. sent. d. 18. literaliter exponitur. In qua quidem q. non pro loco, nec persona; sed pro tempore & negotio iudicium mihi est. Pro negotio, quia mulieris creatio & desponsatio Matrimonium verum fuit; quantumuis non extiterit vt hodie Sacramentum, sed Sacramenti Matrimonij, & Eucharistici figura, vt paulò post clarebit; & rem hoc bino capite tam cultu Dei refertam, non nisi in paradiso Ecclesiæ Dei effigie decebat celebrari. Pro tempore, quia in illo iam homo Sacramentum vitalis ligni nouerat; præceptúmque de eo edendi iam acceperat; & Fidem iam in duplici edendi, & non edendi præcepto degustauerat; post quæ omnia summo iure creata fuit mulier. Nam re vera Sacramenta, secretáque Diuina non debent mulieri-

Eua cur in paradiso & foris Adam factus.

B bus, quæ euomunt humana, quocunque modo tradi, nec item coram illis vllatenus expandi, & simul quod est amplius, non solùm non præsente sed etiã non extante, nec muliere creata, si esset pro vt tunc, possibile nunc idem, deberent reserari; vt à multis tam festiuè, quàm verè est decantatum; inter quos vrbanitatis patronus videatur Antonius de Gueuara in variis sui locis. Nec legũ sanctiones sunt illis committendæ, quò magis Fidei nostræ articuli supremi; nisi tantùm per viros, parentesve illarum, spirituales, seu carnales; quo pariter hoc modo addiscant obedire, & nolle perdocere; vt docet noster Lyra cum Apostol. ad Timot. *Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est; deinde Eua; & Adam non est sedu-*

Mulieribus secreta, & grauia vt diuulganda.

Gueuara.

1. Tim 2 11.

ctus; mulier autem seducta in prauaricatione fuit. Vnde colliges hunc sensum non solummodo moralem, sed etiam literalem præsentis esse loci. A quo priùs quam nos aliò sermonis vela demus, mulieris, quæ Virgo, vt virgo semper esset, & alia emolumenta virtutum compararet, coniugij vitam subiit, auxilium nunc captemus; & hoc ipsis rationibus, quibus fuit in Matrimo-

Cur Virgo desponsata futura semper Virgo.

A nium Iosepho collocata; videlicet, *Vt honoraret Virginitatem, & Matrimonium, contra hæreticos insultantes duabus his virtutibus.* Ita D. Angelicus 3. p. q. 29. ar. 1. & pariter, vt Matrimonium non carnale sed Sacramentale Christi Do. cum Ecclesia in hoc vltimo Matrimonio Patriarcharũ signaretur; iuxta D. Basilium de Christi gener. ho. 25. quem sequitur Vssuna 1. p. in Missus est, cap. 26.

D. Tho. S. Basilius. Vssuna.

DE DVPLICI RATIONE CVR MVLIER SIT creata, & viro copulata.

2. PRIMA magis literalis, seu quæ talis à peritis communiter habetur, est, in hominis iuuamen fuisse procreatam, ac homini ligatam. Nec potest hoc negari cum dicat Dei oraculum; *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*; & in lib. Eccles. *Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se*; de qua quidèm solitudine hom. 14. Chrysost. in Gen. Quod verba ipsius hominis mulierem videntis, cum eaque loquentis appositè corroborant; incipiunt nanque sic; *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Quæ à Glos. Interl. huiusmodi explanantur. Hoc quod video de præsenti quamualde mihi placet, non verò quæ quæ videram; *Quia in cæteris adiutorium simile sibi non inuenerit.* Vnde constat, in adiutorium, iuuamen, & solamen Adami factam Euam; quod graphicè Dracontius in opere sex dierum descripsit per hos versus.

Eccles. 4. 10. Cur Eua sit creata & Adæ copulata. Gen. 2. 23. Glos. interl.

Dracontius.

Viderat Omnipotens hæc illum corde mouentem
Et miseratus ait, demus solatia facto,
Participem generis, tanquam si diceret Auctor,
Non solum decet esse virum, consortia blanda,
Coniugium se quisque vocet, dulcedo recurat
Cordibus innocuis, & sint sibi pignus vterque,
Velle pares, & nolle pares, stans vna voluntas,
Par animi concors, paribus decurrere votis:
Ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles,
Et quicunque detur casus, sit casus duorum.
Nec mora, iam venit alta quies, oculósq; supinat
Somnus, & in dulcem soluuntur membra soporem.
Sed cum iure Deus nullo prohibente, valeret
Dimere particulam, de quo prius ipse pararat:
Attamen ablato iuueni ne costa doleret,
Redderet & testem, subito quem lædere nollet:
Cur opifex vult esse suus? nam posset alumnam
Puluere de simili princeps formare puellam.
Sed quò plenus amor toto de corde veniret,
Noscere in vxorem voluit sua mēbra maritum.
Diuiditur contexta cutis, subducitur vna,
Nam iuuenis de parte breuis formatur, adulta,
Virgo, decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugij, sobolisq; capax, quibus apta probatur,
Et sine lacte pio crescit iam infantia; pubes
Excutitur somno iuuenis, videt ipse puellam
Ante oculos adstare suos; patet inde maritus
Non tantùm ex coitu genitor, sed coniugis auctor, &c.

B Verùm tale iuuamen pro filiis generandis, alendisque dumtaxat videtur necessarium, cum in reliquis plus vir à viro quouis alio, quam à muliere iuuetur, sicut clarè demonstrauit B. Augustin. lib. 9. cap. 3. cum alio subsequenti de Gen. litteraliter; vnde & animal occasionatum vocatur à Philosopho. Et quod magis obseruandum, nec pro ipsa generatione esset mulier adiutorium omnino necessarium, si Deus aliter vt poterat, hoc vellet ordinare. Nam & Deus ex se progignit Personas Sacrosanctas, & apes sine coïtu; & plantæ, quarum vim tam castè quam & doctè describit D. Tho. 2. 2. q. 26. & ad Ephes. cap. 5. lect. dicens decima; *In qualibet generatione est virtus actiua & passiua, sed in plantis vtraque simul est in eo-* C *dem subiecto; in perfectis autem viuentibus distinguuntur, quapropter eo tempore, quo animalia sunt in actu generationis, ita sunt vnum, sicut omni tempore sunt plantæ.* Quibus homo si factus æqualis extitisset, certè mulier non necessaria fuisset, sed superflua. Quare istis, & incommodis à muliere profectis attentè ponderatis, durum mihi repræsentatur putare necessariũ muliebre adiutorium; nisi hoc interpretemur de cumulo bonorum, quem fructu ventris sui nobis protulit, quæ mulier perpetuò Virgo peperit; de qua contra Marc. lib. 2. cap. 4. in huiusmodi adiutorium Tertullianus sic eloquitur; *Sciebat illi sexum Mariæ profuturum.* Et Ambros. æquè breuiter de paradiso cap. 10. *Etsi mulier peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura.* Qua via sensus iste à literali D non recedit; imò valde coalescit ex ratione iam sequenti.

In quibus viro mulier adiutorium necessariũ. S. August. Mulier animal occasionatum, & quare nuncupatum. D. Tho. Tertullian.

Secunda verò ratio, quæ & literæ non infimè insistere videtur, est, mulierem hac de causa creatam & copulatam fuisse primo homini, vt Christi cum Ecclesia coniugium pingeretur, & in prima eaque maxima coniunctione signaretur. Probatur ex sequentibus eiusdem viri verbis; *Hæc vocabitur Virago, quia de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna.* Nam quod dixit fuit vera, ac mera Prophetia, non alibi quàm in somno ac ecstasi præhabita diuinitus adepta; vt probat hîc Lyranus, Isidorúsque in Glossa & Augustin. loco vltimo lib. 9. cap. 19. Et ideo à viro eam

Gen. 2. 23. & 24. Lyranus. Isidorus. Augustin.

eam sui nominis participem (vt erat & substantiæ) Viraginem appellauit, quemadmodum in hæc verba Rab. Maurus ait; *Quia & Dominus noster Iesus Christus, Ecclesiam, quam per sui corporis redemit, & adoptauit in sponsam, participium sui nominis dedit, vt à Christo, videlicet, Christiana vocaretur.* Cui omnis PP. churus subscribit lubentissimè. Et modus quo Adam hoc dixit de futuro; *Erunt duo in carne vna*, non de præsenti Matrimonio inter se & suam fœminam sinebat rem intelligi, sed de alio iam tam pridem & mirè prophetato, illo celebri & priori celebriore non vulgariter. Quod postea D. Paulus nos docuit accuratiùs, non passus quemquam posse errare in luce tanta, dum Adami Prophetiç elucidator ipse factus, sic dixit ad Ephes. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Quam Christi Matrimonij prioritatem D. Tho. ibidem sic notauit, & valde notam fecit; *Quadam sunt in veteri testamento, qua tantum dicuntur de Christo, sicut illud Psal.* Foderunt manus meas, &c. *in Psalm. 21. & illud Isai. in 7. eius cap.* Ecce Virgo concipiet. *Quadam verò de Christo & aliis exponi possunt, sed de Christo principaliter, de aliis verò in figura Christi, sicut prædictum exemplum adductum per Apostolum, & ideo dixit;* Vnusquisque vxorem suam diligat; *q. d. de Christo dicitur principaliter, etsi non singulariter; quia exponendum & implendum est in aliis in figura Christi.* Hæc ille satis clarè; quæ adhuc clariora, si sententia paulò supra à Paulo memorata, quam supponit D. Tho. hoc loco coniungatur,

Rab. Maur. A viro nomen fœminæ Virago ductæ quondam, à Christóque Ecclesiæ vocatæ Christiana.

Matrimonium, mundi primum Eucharistici figura. Ephes. 5. 30.

D. Tho.

A *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.* Est enim comparatio; quæ de Christo primo loco, de aliis verò omnibus, ac per consequens vel etiam de homine priori, secundo enuntiatur.

N. 25.

Hinc magnum Sacramentum in verbis Apostolicis vocari Matrimonium affirmat idem Sanctus, quia Christi cum Christianis coniunctionem longè exprimit; quamuis quatuor Sacramenta suapte magna esse, vocarique debere ibidem magna doceat; Baptismum propter effectū; Eucharistiam propter contentum, Confirmationem propter Ministrum, & Matrimonium propter quod expositum iam est. In quo falli tantus Doctor videtur hac de causa, quia & Ordo propter Ministrum, & Pœnitentia B propter effectum hac ipsa ratione vocari magna poterunt. Quare nomen hoc solummodo duobus istis maneat; Eucharistiæ, quia continet magnitudinem cunctorum, & quia à cunctis PP. hoc modo nominatur; Matrimonio, quia ex Sacramentis strictior est figura Eucharisticæ vnitatis, & quia propter hoc à Paulo magnum dicitur; hocque in primo homine; cuius equidem coniugium plus Christi Matrimonium, quam suum figurauit. Quod clariùs innotescet, si ostendam de Matrimonio nec esse, nec potuisse Sacramentum prorsus esse, nisi tantùm in Eucharistiæ Sanctissimæ respectum, obsequium, famulatum; res sanè quæ nunc intrat, sed quinto tandem numero manebit absoluta.

Magna quatuor Sacramenta, sed pressiùs duo tantùm, Eucharistia, & Matrimonium.

MATRIMONIVM IN EVCHARISTIÆ FAMVLATVM, Sacramentum; ita vt aliter Sacramentum existere non posset.

3. HÆRETICI qui nil Fidei fiuerunt incorruptum, etiam carni periucundum corruperunt & diruperunt Ecclesiæ Matrimonium; ac à numero Sacramentorum effrontes abiecerunt; dicentes hoc tam magnum affatum D. Pauli *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*; de Christi cum Ecclesia Matrimonio spirituali intelligi tantummodo, Matrimonium verò hominum commune atque carnale (etsi foret Sacramentum) non posse magnū esse. Sacramentum nanque est, res sacra, atque Mysterium occultum sub re alia: at verò quod Mysterium, & insuper res Sacra, si mulier viro suo carnaliter iungatur, cum quotidie vel in bestiis hoc frequens sit, & actus dumtaxat naturalis? Ita Erasmus hanc sententiam explanans, seu inquinans, & deprauans, ac destruens. Vbi ratio tanti viri? Vbi mens in intelligendi acumine tam volans? Vbi in auro tam venustè quàm concinnè dicendi os illud valde tutilom? Vbi lumen atque numen ingenio quammultorum, qui eum nimis colunt? dum verba satis clara turba- C uit ex industria; non enim textus ait; *In Christo cum Ecclesia*; sed *In Christo, & in Ecclesia*: quasi dicat Matrimonium semper magnum Sacramentum, tam in Christo spiritualiter à nobis cogitatum; quàm in Ecclesiæ quouis filio (dum tamen temperanter) carnaliter exercitum. Quod non solùm Christianismi, sed etiam Paganismi innotuit viris doctis; qui Matrimonij definitiunem huiusmodi componunt; *Matrimonium est Diuini & humani iuris communicatio, inter virum & fœminam indiuiduam vitæ consuetudinem continens*; vt in §. 1. *de patria po-* D *testate* & etiam in L. 1. ff. de *ritu nuptiarum*; est tritum & celeberrimum. Vbi verbum *ius Diuinum* non accipitur pro numinibus, quæ à qualibet familia, familiaria Sacra veteres, ac etiam Deos Lares, Penatésque vocabant; vt volunt tam Brissonius, quàm nuper Ioan. Kahl in Lexic. Iuridico; quamuis sæpe de his Sacris in iure fiat mentio; de qua agit L. 2. *Cod. de bonis qualib.* & L. *Filia* 12. Cod. de *Collat.* L. pen. Cod. de *Adopti.* & L. vlt. eodem Cod. de *In off. test.* quibus accinit M. Tullius de Legibus secundo, & Valerius lib. 7. cap. 7. rei eidem suffra-

Ephes. 5. 30.

Erasmus in Matrimonij materia sugillatus.

Matrimonij definitio.

Familiaria quidnam Sacra, & Lares, ac Penates.

Tullius; Valer. Maximus.

gium non negantes. Nam cum ius Diuinum hîc humano præmittatur, quod humanum nihilominus in orbe toto viget, non benè ante reſpectum tam ſacrum & generale illa Sacra peculiaria familiarum pooetentur; ſed aceipitur pro ipſis Diuinis ſaoctionibus, & pro lege naturali exinde deriuata; è quibus venit ius, quod gentium nominatur, inter quas per totum mundum latiſſimè diffuſas diuinus atque ſacer eſt ritus Matrimonij; non adeò, quia à Deo in loco ſolemniſſimo, & modo celeberrimo, ante alia quæque munia humana eſt celebratum, hoc enim paucis notum; ſed quia ſatis erat contractui Mattimonij fontem eſſe & conſeruationem totius prolis hominum, filiorum legitimorum ſuſcitationem ſingularem, & eorumdemmet natorum educationem nimis vtilem, honeſtatis incitationem, continentiæque poſtremo ſtadium, & hortamentum, vt diuinum, & ſacrum etiam quammultis plenum laudibus à priſcis diceretur, cum dicant Dei oracula; *Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ*; Vnde factum, quod oppreſſio mulieris alienæ violatio nominarur; Iſai. cap. 13. n. 16. & Ezech. 18. n. 6. & 15. & cap. *Si quis ſponſam*; 27. q. 2. Quod tamen ſolum dici de rebus valde ſacris, & templis eſt nororium; Amos 2. n. 7. Actor. 2. n. 28. & 1. Corint. 3. n. 17. Nec malè, cum non raro Dei templa vocet Paulus eos qui ab immunditiis ſe ſeruant illibatos. Ergo ſacra, atque Diuina obſeruatio Matrimonij; cum inter res Diuinas & ſacras computetur licet oculis Eraſmi cōtrarium videatur. Imò etiam nuptiarum Sacrilegus adulter in iure nuncupatur L. 30. §. 1. Cod. *Ad legem Iuliam de adult.* Quæ vox tantùm de Sacrorum temeratoribus & prophanatoribus hominibus effertur. Vnde nomen *Adulterium*, ad alterius quaſi thorum acceſſus dimanauit; thorus autem lectus eſt coniugatorum pudicorum; Paralipom. lib. 1. cap. 5. n. 1. & L. 20. eodem tt. *Ad legem Iul. de adult.* cui forſitan propterea hoc inditum vocabulum, vt quemadmodum thronus debetur rebus ſacris, ſic thorus coniugatis cohabitantibus honeſtè. Quibus poteſt obmuteſcere garrulitas, & inanis dicacitas illorum, qui iudicant diuerſum, ſeu diuerſum diiudicare oſtendunt in eloquiis, vt illis labefactent, iu pecudúmque vertant, irrationale, vagum, & publicum, commercium maritale. Qui verò de hac re maiora concupierit, multa inueniet apod Viualdum in materia de Matrimonio n. 14. cum ſequenti; plura in docto Bellarmin. lib. vni. cap. 2. de eodem Sacramento, plurima verò in Chaſſaneo de cōſuetud. Burgund. & Tiraquello ad Connubiales; quibus poſſunt ſuperaddi P. Ludouicus Legionen. in perfecta maritata; & alius argumenti eiuſdem doctus liber, à quodam viro nobili viuente & diſertiſſimo, ac peritiſſimo Latinè, ex regno Luſitaniæ, quem ille de vxoratis, vxoratus quamuis malè, & ideo plus expertus communis iuris fecit; ſed cunctis præponendus egregius Bernardinus tom. 1. ſerm. 17. cum alio ſubſequent. & ſerm. 48. qui eſt de Domina honeſta. At verò Sacramenti iſtius ius ſacratum ex tribus ponderemus, è quibus Sacramenta Chriſtiana compinguntur; vt ſunt Dei inſtitutio; rei ſacræ ſignum aptum, & gratiæ ſanctificantis promiſſio Sacramentis diuinitus connexa. Hęc enim Matrimonio non poſſunt denegari; vnde conſtat & Sacramentum, & Sacrum verum eſſe.

Quàm valde in mundo ſacer ſit ritus Matrimonij.

Matrimonij plures laudes & maximæ præſtrictæ.

Eccl. 26 20.

Matrimoniū Sacrum eſt, & ideo vt res ſacrata, ac templa violatur.

Adulterium vnde nam dictum.

Coniugatorū cur nam lectus dicatur ſimul thorus.

Viualdus.

Bellarmin.

Chaſſaneus.
Tiraquell.
Ludouicus Legionen.

S. Bernardinus.

A

B

4. Inſtitutio ſanè Dei videtur in Matthæo; *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet*; iunctis verbis quæ ex Gen. ibidem repetuntur; *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*; quæ quidem, vt Vaticinium loquuntur de futuro; nec enim de præſenti Adamo congruebant, cum nec patrem neque matrem, quos relinqueret, haberet, qui erat protoplaſtus. Ergo ſolùm Prophetatum tunc fuit hoc Myſterium, & ſimul indicatum, fore vt aliquo tempore in ſæculis futuris à Deo conderetur; quandoquidem Deus ipſe paranymphum primum geſſerat in illamet figura, quæ aliquando à tanto Domino debebat adimpleri. Et tandem ſic euenit; nam poſtquam Deus in mundum & carnem noſtram venit, Sacramentum Matrimonij inſtituit de præſenti, ſed quia de futuro Adam loquutus fuerat, & Chriſtiani de futuro hoc Sacro vſuri erant, ideo Chriſtus rei vtrique ſe optimè cōformans, ſic dixit de præterito reſpectu primi hominis quem ipſe coniugauerat; & de præſenti reſpectu ſui, qui de præſenti dedit tunc coniugij ſancti normam, ſub forma Sacramenti; ac de futuro reſpectu omnium, qui erant coniugandi in domo Eccleſiaſtica. *Quod Deus coniunxit*, de præterito, & de præſenti, *Homo non ſeparet*; nimirum de futuro, poſtquam quilibet Chriſtianus hunc ſumpſerit ſtatum. At Paulus qui iam illum inuenit frequentatum, ſic ait de præſenti; *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico, in Chriſto, & in Eccleſia.*

Matt. 19 6.

Gen. 2, 24.

Matrimonium à Deo conditum, quod optimè explicatur.

C

Ephes. 5. 32.

Viden huius Sacramenti ſuauem conſonantiam? Quæ deeſt non eſt minor; nam meritò Sacramentum *in Chriſto, & in Eccleſia*, tantummodo vocatur, quia in Eccleſia Matrimonium Sacramentum ſolùm eſſe à nemine ignoratur, vt dicitur in 4. quo loci D. Tho. d. 26. q. 2. ar. 2. & Bonauent. ar. 2. q. 2. nec non Scotus eo in loco q. vni. concl. 4. ſi vacat videantur. Ante Chriſtum Matrimonium non erat Sacramentum, ſed merè iuris hominum politicus cōtractus, vt hodie quoque eſt in viris infidelibus; in quibus, quod, vt plurimùm, contractus poteſt iſte à nobis appellari, eſt Chriſti cum Eccleſia coniunctionis ſacrum ſignum, vt appellatur ab Henriquez lib. 1. cap. 7. §. 3. de Sacrament. in genere. Omnes autem qui aliuſmodi loquuntur de re hac, ſunt latè interpretandi; vt Auguſtin. cap. 18. de bonis coniug. & cap *Gaudemus de Diuortiis*, in iure Pontificio. In Eccleſia verò Chriſti Sacramentum eſt Matrimonium,

D

Matrimonium Sacramentum dumtaxat in Eccleſia; D. Tho. S. Bonau. Scotus.

Matrimonium in Infidelibus, & ante Chriſtum quid vocandum.

nium, quod non parum patrocinatur præsenti intentioni, dum à Christo hac ratione rantopere dependet, vt non possit sine Christo considerari, nequedari in forma Sacramenti. In tempore Innocentiæ & integræ naturę, in naturæ simul fuit officium, ad propagandum, donatum Matrimonium. In corruptæ verò statu, in remedium contra peccatum; at in statu legis gratię, in Sacramentum donans gratiam; vt docet D. Tho. lib. 4. Sent. d. 26. q. 2. art. 2.

Ad quid datum in innocentia; in culpa; & lege gratiæ

D. Thom.

Nec debet prætermitti in vltimam concordiam Adamicæ figuræ, & institutionis Christianæ coospectæ in Matrimonio, quod asserit Matthæus. *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Vbi debet ponderari, quod de Deo verbum illud *Et dixit*, affirmatur. *Et dixit; Propter hoc dimittet homo, &c.* Quî ergo Deus hoc dixit, si potius hoc dixisse Adamum ex lib. Gen. clarissimè patescit? In promptu nitet ratio, ex modo, quo coniugium frequenter celebratur. Solent etenim Parochi, ad portam cùm Ecclesiæ in Matrimonium iungunt aliquos, vtriúsque ritè manus assumere inter suas, ad illósque proferre. *Loquimini nunc mecum: Ego N. te despondeo in coniugem dilectam; & ego eodem modo despondeo te in coniugem.* Qua via mundi factor in eius natalitio, quod porta sanè fuit Ecclesiæ Christianæ, parentes mundi primos in Matrimonium colligauit; quorum manibus inter suas assumptis in effectu, id est, amore vinctis, hæc verba satis mystica eisdem fecit dicere; quapropter quæ in Gen. profatus est Adam, à Deo per Matthæum prolata enuntiantur. Quibus rutilat non modicè institutio Matrimonij.

Math. 19. 5.

Vt dixerit Deus verba, quæ tuæ Adamus dixit.

5. Rei autem sacræ signum, nil minus, cum significet coniunctionem, quæ est Christo cum Ecclesia longè arcta, & modo summo intima; quam quidem nec hęretici sunt ausi denegare. Et hinc prouenit Matrimonio, in Christianis esse vinculum omnino indissolubile; cuius magna insolubilitas referri nequit aliæ primariæ & certæ causæ, quàm isti tantùm signo coniunctionis Redemptoris, cum suamet Ecclesia; cui de bono coniugat. Augustinus sæpesæpius attribuit hoc ligamen. Nam si quatenus naturæ officium tu consideres statum Matrimonij, creatúmque solummodo ad sobolem excitandam, difficilè erit ratio, cur ob causam sterilitatis hic nexus non soluatur, & ad nuptias experiendas secundas atque tertias non liceat transmigrare? Si quatenus remedium contra peccatum & passionem luxuriæ necessarium, cur non poterit perenni languescens morbo vxor pro alia commutari? Ergo manet in Matrimonio Sacramentalis tantùm ratio, quæ nec ipsis rationibus naturæ refragantibus solubilis efficitur; vt ait Augustinus de bon. coniug. cap. 18. & de fide & operibus cap. 7. nec non iubar Aquinatũ lib. 4. Sent. d. 33. q. 2. art. 1. Præcipuè, cum

Matrimonium signũ Sacrum, atque Christi cum Ecclesia coniunctionis magnum signum.

Matrimonium Christianũ cor neutiquam solubile.

S. Augustin.

D. Thom.

A connubium contractum ante Baptismum, hoc postea adueniente tollatur, dissoluatur, nisi coniuges cohabitare sine contumelia Creatoris, vt antea, simul velint; quo supposito Sacramentum inseparabile immediatè exoritur in eis, vt traditur in 4. d. 39. Cuius sanè diuersitatis non potest reddi causa, nisi quia post Baptisma est Christi cum Ecclesia coniunctionis verum signum, ac ideo indissolubile, vt firmum Sacramentum; quo remoto, in cunctis aliis Fidelium & infidelium æquale proculdubio probatur Matrimonium. Quapropter si ex Christi hoc venit ratione, quę maxima & suprema in Eucharistia reperitur, hinc patet sic ab ea pendere Matrimoniom, vt neque sit, nec esse Sacramentum posset vn- B quam, nisi in gratiam & famulatum Eucharistici conuiuij, cui nuptias per hæc omnia paramus fundamenta.

6. Promissio verò gratiæ clarissimè dignoscitur ex Paulo sic dicente. *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret.* Et alibi ad Timo. de bona coniugata. *Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in Fide, & dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate.* Quid clariùs loco isto, vbi quatuor memorantur, quæ in quouis Matrimonio perfecto inueniuntur; nempe, fides sine adulterio, dilectio sine discordia; Sanctificatio sine immunditia in actu coniugali; & sobrietas sine ebrietate; seu temperantia sine excessu in domus moderamine; & omnia hæc coniugati recipiunt in coniugio; vnde ait *Si* C *permanserit*; id est, in istis gratiis relatis, & acceptis in ipso Sacramento; in quibus, si persiterit, saluabitur quæcúnque persona copulata. In tantúmq; hæ gratiæ accipiuntur in connubio, vt in gratia & amicitia per totum vitæ cursum arctissima perdurent quamplures coniugati, qui antea vel auorum, vel regnorum, vel geniorum omnino diuersorum dissidiis, neque paucies, nec parum concitatis inimici sibi erant adinuicem infestissimi. Quod si bene perpendatur, Mysterium magnum est, vt ad verba Sancti Pauli sic ponderat Chrysostomus. *Et benedixit Apostolus; magnum est hoc Mysterium. Re vera nanque Mysterium est, & magnum Mysterium, relicto eo, qui genuit, eo qui aluit; etiam ea qua peperit, quæ miserè & cum labore parturiuit, adhærere vir mulieri, quæ antea neque* D *visa sit, atque hanc omnibus præferre. Vere mysterium est; & parentes etiam cum ista fiunt, non offenduntur.* Vide nunc cui sit Fides, Chrysostomo, an Erasmo securiùs adhibenda? Nec immeritò Chrysostomus putauit hoc Mysterium; Mysterium quippe est, esso hominem tota vita mulieri alligatum, quin per aliquam solutionem, dispensationem ve iuridicam dirumpi possit laqueus, quo viuunt innodati; nimirum, vxore prima in viuis existente, & nullo intercedente impedimento dirimente; quantumuis hæc deformis, obscæna, fœtulenta, morbosa, pauper, humilis, incuria, nihil sedula; imò negligens, & oscitans, gulosa, dissipatrix, &

Ephes. 5. 25.

1. Tim. 2. 15.

In Matrimonio quales gratias recipiant coniugati.

S. Chrysost.

Mysterium quale sit coniugium naturale.

Mulieris coniugatæ, non castæ, descriptio.

Prouer.14.1 quæ destruat suis manibus, ab alia ipsi contraria, extructam bene domum; rixosa, fallax, dura; elata, varia & vaga, iniuria, atque zelotypa existat naturaliter; & quod magis est dolendú, ac maximè plorandum, proh dolor! non tantummodo non casta, neque cauta, sed etiam in Solis oculis, & omnis domus suæ, multoties illustrissimę, quę pestibus similibus non paucies inquinantur, patenter dissoluta; ita vt dicere de ea maritus eius possit, quod de Eua vir illius, ac vidit eam, dixit; Hebraicam iuxta

Genes 2. 23. literam, quę vbi nos inuenimus; *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea*; in istum modum legitur. *Hac vice, os de ossibus meis, &c.* quo fretus Caietanus ingeniosè satis inquit, Adam more deceptorum coniugatorum sępe hominum, circumuentum quasi se, & quidem tam diluculo, in Matrimonio sentientem, vxori sic loquutum. *Hoc nunc*; seu *Vice hac os de ossibus meis, & caro de carne mea*; quemadmodum si diceret; hac vice, cum à Deo constringat ad nubendum, & ego tuus ero, & tu dilecta mea; quòd si iterum erari, vel nubere liberiùs obuenire mihi posset, nullatenus delicias, plus caras, quam charissimas vxorias concupiscerem, sed potius fastidirem. Quod licet vir frequenter de vxore nunc depicta quàm verè posset dicere, amore tamen illam prosequitur extremo, non sine facti nexus, & gratię in eo datę notissimo mysterio. Nam opus magnę gratię prudentibus & seriis, mulierem est petulcam, insanam, & vertigineam in thoro sustinere.

Matrimonium an ne Adamus cōspecta vxore oderit.

Matrimonij vis & gratia mulierem intolerabilem nō paucies tolerare.

Quam doctrinam à viris grauibus nonnullis ego accepi, hoc vinculo irretitis; iudicium quorum tantò ostenditur selectiùs, ex mediis quantò erant, nobilibúsque illis, quos Salomon in rep. feliciores atque reli-

Viri medij feliciores & meliores in republica.

Prouer 30 8 quis probatiores iudicauit. Nec falsa citra litem eorum existimatio; nã opem ad onus tantum ac iugum supportandum, in necessariis qui non deest, negate Deus nequiret; nec rem adeò pergrauantè instituisset pius Dominus, nisi ad eam superandam auxilium contulisset. Vlteriùs, quòd lex noua, cum iugum sit suaue, & onos Christi leue, seuerior in hoc foret, quam extitit lex vetus; in qua licuit aliquando tam multas simul ducere, quam ductas iam vxores repudio à se dimittere; etsi istud ob virorum duritiem sit concessum, vt omnes cum Mat-

Repudium cur concessum.

Matth.19.8 Magister. theo, & Magistro lib. 4. d. 33. communiter sunt testes. *Non vt concederetur dissidium, sed vt tolleretur homicidium.* A multis nanque essent vxores occidendę, si remedium dimittendi indultum non existeret. Magna igitur est gratia, quę medium tam mortiferum,

A coniugio & vitę hominum societate grata ex se, rependit magno fœnure.

Addatur, Matrimonium, dum subsidium contra luxurię est flammam destinatú, non paruum certè gratiam ad istam compescendam suapte postulare, cum dicat cæli Doctor de viris coniugatis. *Tribulatio nem tamen carnis habebunt huiusmodi*; nam quemadmodum vicinior incendio sæpe est, qui ignem manu tractat, sic etiam in Matrimonio faciliùs homo vritur, quam longè ab hoc statu: sicut enim cum muliere peccatu. aliena, sic vtique peccatur à procacibus cum propria; imò sicut vino dolij, & domus suæ sæpius inebriantur illi miseri, qui vini sunt sequaces, sic pariter timendum, quòd intra domum suam, cum vxore sibi licita plus aliis submergantur, qui carni sunt obnoxij; vt sanctè & valdè scitè Ægydius P. N. Seraph. Francisci Sodalis dixit cuidam. Frequentiùs maior igitur luxuria in vxoratis, vel quando contubernij præsentia quatiuntur, vel quando charæ sociæ absentia excrutiantur; vnde constat Matrimonium conferre magnam gratiam, iis omnibus qui in eo sectantur continentiam; quamuis vndique sit multis periculis vallatum ad istam consetuandam.

1 Cor 7.28.

B

Verum virgines vel coniuges luxuriæ plus laborent.

Quod quadam re percelebri ex nostro primo themate deducta confirmemus; in eo nanque Adam & os & carnem suam, vxorem suam vocat; illud forte, quantùm patitur fragilitas humana; hæc fragilis & corruptioni subiecta supramodum; illud durum hæcce mollis, mollitiéque de animis triumphans robustissimis. Nam licet in coniugio de quo Adamus fatur, sint causæ delinquendi per viam luxus carnei, sunt aliæ non minores ibidem resistendi, & carnem superandi, per gratiam Matrimonij. Pro quibus est Galfridus citatus à Tilm. de bonis coniugatis, Deo, sibique Fidelibus, dixerimus quod ille de anima fideli scribit in hunc modum. *Os ex ossibus Christi est qualibet anima fidelis, vt sit pudica; caro de carne, vt sit amica; os ex ossibus, vt resistat vitiis; caro de carne, vt respondeat beneficiis; os ex ossibus, vt custodiat fortitudinem, caro de carne vt obtineat pulchritudinem; & in vtroque dignatissimi Sponsi dignam præferat similitudinem. Sicut enim ille decorem induit, & fortitudinem; sic de illa legimus, quia fortitudo & decor indumentum eius; vnde & subditur. Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Nec immeritò fidelis anima, dum resistit viriliter, virago nuncupatur; de viro siquidem sumptam esse, & à viro vires sumpsisse probatur; alioquin nihil de similitudine eius haberet, nisi de plenitudine eius acciperet.*

C

Matrimonium quam sit molle & forte naturaliter.

Vt anima sit carnea & offea Dei virtute. Galfridus.

D

EVCHARISTIA

EVCHARISTIA SOLA VERVM probatur Matrimonium.

Eucharistia Matrimonium quàm solum sit, & verum.

7. EX hactenus scriptis in numeris præhabitis olfacies Matrimonij Euchatistiam solam esse, non quòd ista Matrimonium deiiciat, ac disperdat; sed potiùs quòd sustentet, perficiat, & præcedat non modico interuallo; iuxta regulam Philosophiæ communem & triuialem, Poster. lib. 1. *Propter quod vnumquódque tale, & illud magis* Nec obstat, coniugatos non posse initiari, nec sacris initiatos non posse coniugari; ex quo vltimo Eucharistia non manet Matrimonium, cum illi pugnax sit, & ex primo Matrimonium non manet Sacramentum, cum Eucharistiæ Sacramento, à quo dependent reliqua, suapte sit contrarium; sicut assolent hæretici vtendo nostro B gladio, ex Eucharistia, cui non credunt, in Matrimonium argumentari. Nam de iure Diuino non pugnant inter se hæc duo Sacramenta: erant enim in Synagoga Sacerdotes coniugati, & hodie possent esse, vt tenent & scribunt Catholici. D. D. Vxorati veròècontra de altrinseco consensu Religionem ingrediuntur, & Ordines suscipiunt, quin votum continentiæ ab ipsis iam emissum, & ritè persolutum, dissoluat primum vinculum connubij celebrati. Imò vtrùmque Sacramentum tunc manet Matrimonium; hoc, nempe, quò ad vinculum ex sese indissolubile; illud autem, quò ad actum, & effectum, de quo dicitur. *Erunt duo in carne vna. In me manet, & ego in illo.*

Genes. 2. 24. Ioan. 6. 56.

8. Illo tamen (licet magno) discrimine intersuso, quod Sanctissima Eucharistia est altius Matrimonium, vt initum cum carne Dei Filij, ex vna parte; ex aliàque cum anima seruante Christi dogmata. *Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo*; vbi statim matris Euæ exemplum subligatur. *Timeo autem, ne sicut serpens Heuam seduxit astutiâ sua; ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo*; quò robustiùs ex Matrimonio firmetur Matrimonium miraculi Eucharistici.

2. Cor. 11. 2.

N. 3.

Hinc factum, quòd superius inferioris vsum impedit, at inferius superioris non impedit effectum, & actualem veritatem. Quod non malè ex consuetudine Ecclesiæ roboratur, Sacerdotibus dũ vsum, vel etiam coniugatis, matrimonialem non permittit, & nuptias tribus anni temporibus non finit cum pompa celebrari; videlicet, in Aduentu, qui Natalis est vigilia; cum Natalis festo integro, Epiphaniam comprehendente; à Septuagesima vsq; ad Pascha, inclusiuè cum octaua; & à diebus rogationum, vsque ad octauam Pentecostes; vt habetur. 33. q. 4. quia in istis festiuitatibus Christiani primo tempore Eucharistiæ tenebantur, quemadmodum ex Conci. Agathensi notũ est cap. 18. Solemnes autem nuptiæ cum iocis &

Temporibus in quibus prohibitæ sint nuptiæ; & istud qua de causa.

Conc. Agathen.

A conuiuiis, quæ solent secum trahere, non decent Eucharistiam. Vnde vltima festiuitas, nimirum Pentecostes, per Conci. Triden. sess. 24. cap. 10. iam nuptiis non resistit; ex eo quia pauci communicant tunc hodie; duabus tamen primis vi sua perdurantibus, quia in prima ex obligatione communicant omnigeni, & in secunda ex deuotione ferè omnes Christiani.

Conc. Trid.

Hincque etiam Matrimonio Eucharistico repugnat, etsi licita, atque Sancta coniunctio corporalis; sicut dicitur. 33. q. 4. & lib. 4. cum Magistro d. 32. Quæ enim semper licent, nec semper sic expediunt; præsertim loco, & tempore notabiliter motatis; vt asserit Apostolus, & S. Bernardinus to. 1. serm. 18. *Si enim in morte filij, aut patris à tali actu fit cessatio, quomodo eadem non fiet in sumptione Sacramenti, quod est memoriale mortis Christi.* Diebus quot sit congrua coniugij separatio, in iis qui ex deuotione, accedunt Eucharistiæ, non quidem sub præcepto, sed tridui sub consilio, adinstar Israëlitarum cum legem receperunt, & Dauidis sociorum, cũ ederunt panes sacros, scriptum circunfertur; in cap. *Omnis*; iuncta Glossa d. 2. quamuis aliqui, quos refert idem S. Bernardinus, hoc fuisse de præcepto, pro vno saltem die, vt verum reputauerint. Iudicio boni viri relinqoitur hæc lis; qui probus si extiterit, hoc faciet multò meliùs; sciens magnam irreuerentiam, & culpam, C etsi ex leuibus, committere se aliter, si ex carne naturaliter fœtulenta & petulanti, ad carnem Filij Dei, & Virginis pertranseat, cui puritas omnimoda debetur naturaliter.

Eucharistiæ quantùm copula repugnet coniugalis.

1 Cor. 6. 12.

S. Bernard.

Exod 19. 15.
1 Reg 21. 4.

Communicans à copula quot dies abstinebit.

Sed iuuat pro Mysterij Diuini Matrimonio, vt in fine, sectionis præsentis, quam discutimus, eandem fulciamus, qood de arbore vitali lib. 4. Sent. d. 26. non procul à principio exquirit vir Seraphicus; videlicet, cur Adam consortem tantùm vnam & vnum lignum vitæ habuerit, non plura. Nam si illod vitæ lignum Eucharistiæ fuit clara præ cunctis figuratio, & illius adæquatio cũ vxore & Matrimonio à viro tam eximio, & igne Dei conspicuo, prudenter combinatur; hinc patet Eucharistiam Ma- D trimonium verum esse, & Matrimonium viceuersa imaginem Eucharistiæ, & arctissimi coniugij in ea collocati; maioris eò carneo, quò carneum fuit vmbra solummodo Eucharistici. Ita ex Sancti responsione dicentis huiuscemodi. *Quia in actu coniugij intelligitur coniunctio Christi & Ecclesiæ, & Christus est Sponsus vnicus, & Ecclesia Sponsa vnica: Ideo viro vnica mulier in Matrimonio est coniuncta, sicut vnicum lignum vitæ ei fuit promissum in Sacramentum.*

Cur vna tantùm mulier, & vnum lignum vitæ Adamo fuit donata.

S. Bonau.

Cur molier ei remanserit, non verò lignum vitæ, interrogat inferiùs, & ita facit satis. *Quia Adamus per peccatum amisit con-*

Cur mulier mansit homini, non verò lignum vitæ.

Maria lignum vitæ probatur modo lepido.

ſeruationem indiuidui, non tamen conſeruationem ſpeciei. Ideo remanſit ei Matrimonium, ſed non remanſit lignum illud Benè quidèm literaliter; ſed moraliter in muliere remanſit lignum vitæ; venturi Chriſti ſpes; futuræ vitæ radix; donec frugifer hic tandem viſibilis apparuit, & ſponſam ex qua progeniem vitalem ſuſcitaret, Eccleſiam deſponſauit; quod quando factum ſit, nunc intrat explicandum.

De tempore, ex quo cœpit Euchariſtiæ Matrimonium.

9. AB initio ſemper Deum Eccleſiam ſibi charam, licet aliter, atque aliter, pro temporibus diuerſis, vxorem copulaſſe, eſt doctis cunctis patulum.

Ex quo tẽpore ſibi Deus Eccleſiã deſponſauerit.

Matth. 9. 18

Innocentiæ quidem tempore tantopere anguſtaro, vt filiam dilectiſſimam; non aliunde conquiſitam, ſed genitam ex ſeipſo, & gratiis omniformibus ornatam ac decoratam; de qua ſublata breuî, cum Iairo ad ſe Deus poſſet in iſtum modum dicere. *Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni (per Incarnationem, vt ait Interlinea;) impone manum tuam (tua potentia & miſericordia) ſuper eam, & viuet*: nã realiter reuixit, vbi Chriſti ſui ſponſi per Matrimonium manus tetegit; qui fuit totus innocens, & etiam quô ad carnem innocentis Matris filius.

Lex innocentiæ citò mortua, & quando ne reuixerit, in Virgine, & in Chriſto.

Naturæ verò tempore, poſt culpam iam commiſſam, vt meram concubinam, quæ amatoribus cum multis ſic fuit proſtituta, vt tam cauſa idolatriæ extiterit, quàm cladis diluuij vniuerſalis. Quæ tamen vxor vera, Dei fuit proculdubio; ſed vxor minor aliis, principalibus, & licitis ex proprio Dei imperio, antiquis Patriarchis; vt patet apud Gen. & Gloſ. Interlin. cap. 30. n. 4. ſicut pariter fuerunt permiſſæ concubinæ Gentilibus Romanis, per text. in L. 144. ff. de *Verborum ſignificatione*. Et text. in L. 56. de *ritu nuptiarum*; & in L. *Cum tabulis*. 16. de *his qua vt indig*. Quod tamen in Romanis intelligendum tantùm eſt, de viris à coniugio ſolutis, atque liberis, nam vxoratis hoc prohibitum; vt deducitur ex L. 1. Cod. de *Concubinis*; vbi Magnus Conſtantinus prohibitionem renouauit; & ex L. vlt. Cod. *Commun. de manum.* vbi Iuſtinianus rem eandem inhibuit ſeueriſſimè; dicens, neque iuta priſca hoc vnquam in ciuitate Romana permiſiſſe.

Lex naturæ concubina ſed vxor Dei veriſſima; & concubinæ quę vxores.

Tempore autem legis ſcriptæ, Synagogę ſubter nomen, vt Sponſam dilectiſſimam; quæ vxor vera eſt, quantumuis de futuro; vnde à Spondeo, ſeu promitto, promiſſa tantùm vxor per verba de futuro, eſt illa, quę directè ſponſa nuncupatur; & ſponſalia promiſſiones futurarum nuptiarum; per textum in L. 1. ff. de *Sponſalibus*. Quòd autem Synagoga per legem Deo fuerit quàm verè maritata, probatur, quia mariti vxoribus dant leges, & ideo nubunt ipſis, vt eiſmet imperitent; prout inquit magno ſpiritu Apoſtolus ad Epheſios; & ad Timot. cum

Lex ſcripta & Synagoga dilecta Dei ſponſa; & vnde nomen ſit ſponſæ deriuatum.

Epheſ. 5. à n. 22.

A exemplo Adami & matris Euę; quapropter dixit Deus his primis coniugatis; *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*. Deus autem donans legem Hebraïcæ nationi, eiuſdem ſe maritum conſtituit, atque fecit; & ideo Synagogę ac ſimul legem dedit, vt vetus iam maritus, quibus ſolùm zelus quadrat, zelauit eam verbis in Exod. ſic habitis. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, &c.* Sed quòd fuerit Synagoga non vxor, ſed ſponſa, in poſterum promiſſa, ſeu à tempore & ſtatu futuro in Dei Eccleſia, vxore illius, pendens, ex Paolo notum eſt; dum legem in monte Sinai Iudæis datam referens, matrimonia duo promit; vnum illic cum ancilla muliere cõtractum; alium verò Ieroſolymis cum libera peractum.

1. Tim. 2. à n. 11.

Geneſ. 3. 16.

Exod. 20. 5.

De iſto mox dicendum; de illo autem di- B co fuiſſe legem veterem; nam lex vetus in deſerto, peregrinationéque conceſſa, aliam legem in quietudine, & ciuitate Hieroſolomytana, quæ pacis nomen habuit, expreſsè denotabat; tranſitoria nanque erat lex illa Iudæis data, & alterius permanſuræ perpetuò figuratio. Quæ ideo non Dei vxor, ſed eius fuit tantùm ſponſa temporaria, ſpondens ſecum aliam, in finem mundi vſque aſſiduè duraturam; non tamen proportionaliter honeſtior concobina; cum dicant Dei oracula de iſtamet ſponſa. *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Donec tandem legis gratiæ felici & ſummo tempore vxorem ſibi propriam Eccleſiam ſociauit. Hæc vxor nanque eſt, quæ ex nominis ethymologia dum- C taxat Deo congruit; ab vngendo, quippe vxor, quaſi vncta ſoror dicta, manauit nomen vxor; ex eo quòd inunctæ & mirè delibutæ pretioſiſſimis vnguentis, vt etiam Sacra pagina enarrat ſæpeſæpius, deferebantur ad Sponſum. Quæ verò tam ſuauibus vnguentis delinita, quàm illa quæ tam aqua, quam vino, & Sacro oleo Sacramentorum diuerſorum introducitur ad Chriſtum?

Ierem. 2. 20.

Vxoris nomen vnde, & vxor Dei quæ vera.

Hæc vxor, quæ Hieroſolymis non alibi eſt ſuſcepta; tum quia nomen pacis huic erat ciuitati, & Eccleſia coniux eſt, quę perenni pace Chriſto narratur copulata. *Sponſabo te mihi in ſempiternum*; tum etiam quia Ieroſolyma Eccleſię fuit vmbra; nam quemadmodum Dei populus extra illam D ciuitatem ſolatij nil habebat, ita populus Chriſtianus extra Eccleſiam nihil habet, quod optet, niſi in cœlis, in quibus tandem ſponſo libetiùs perfruetur; & tandem quia Ieroſolymis, vt ſequenti dicam numero, Matrimonium fuit iſtud, per ipſum Chriſtum ritè completum, & celebratum.

Oſeæ 2. 19.

Nec obſtat quod hęc fuerat, in Gentibus peruerſa, per cultúmque deorum corrupta & deprauata; nam vt aſſerit Hieronymus ad iſtum Oſeę locum. *Homo cum vxorem acceperit, de virgine mulierem facit. Deus autem cum meretricibus copulatur, eas mutat in virgines.* Et ideo virgo mãſit ac pulchrior prę-cedentibus, hęc vltima Dei vxor. De qua forſan dubitabis, cur eam Deus tam ſerò

Matrimonium Dei in Virgines corruptas vertit animas. S. Hieron.

aſſumere

assumere cunctauerit, & alias per tot sæcula
inferiores tolerauerit. Respondet vir Sera-
phicus lib.4. sent. d.2. q.2. n.14. pro ma-
teria Sacramentorum huiusmodi se habens:
S.Bonau. *Quæ sunt in pulchritudinem & ornamentum, &*
ideo debuit ea Christus illi sponsæ dare, à quo nun-
quam separari deberet; & quia talis fuit Eccle-
sia, non Synagoga, quæ ipsum deseruit & nega-
Magister. *uit, ideo septem Sacramenta Ecclesiæ dedit.* Ma-
gister eod. lib. d. 27. hanc præbet ratio-
nem. *Ne vilem habeat maritus dotatam, quam*
suspirauit sponsus dilatam. O pulchrum &
nimis firmum Ecclesiæ Matrimonium!
Quando fuerit omnino confectum, & con-
summatum, nunc limæ committamus.

De tempore quo Eucharistiæ est ratum Matrimonium, & etiam consummatum.

Quando ratum & consummatum Eucharistiæ Matrimonium.

10. IN Cruce hæc duo facta à multis
euulgantur, pro quibus valde mili-
tat, quòd ibi in lecto florido ex Nazareni
viri corpore, sponsus mansit Christus, &
brachiis perextentis, vt vxoris posset suæ
amplexibus potiri, & dulci contubernio;
ac simul quòd in ea Matrimonium consum-
mauit, cùm dixit pōderanter; *Consummatum*
Ioan.19.30. *est.* Vlterius quòd ibidem reliquit Patrem &
Matrem, hanc tribuens sancto Iuueni, &
illum à se remotum agnoscens illo gemitu;
Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? vxo-
Matt.27.46 ríque dilectæ adhæsit clauis ferreis, nec non
Esdræ 3. 4.21 in manus eius remisit charā animam, vt di-
Suarez. citur in Esdra. Sed placet cum Suarez in suo
vita Christi disp.37. sect.4. non nisi in Cœ-
na vltima fuisse hoc Matrimonium, & no-
uum testamentum firmatum Christi carne,
ac fuso primùm sanguine. Nā ibi & se nu-
dauit, vt pedes suæ vxoris breuissimè ad-
mittendæ ad cubitum Cænaculi, lauaret
suis manibus; & ibi consummauit mysteria
legis veteris extrusa vero Agno, quem eis
superposuit; ac etiā perennauit mysterium
legis nouæ; *Hoc facite in meam commemoratio-*
Luc.22.19. *nem.* Et ibi quoque Patrem deseruit, atque
Matrem, vt esset cum Ecclesia; ac tandem
in carne vna, quod defuit thoro Crucis, fue-
runt duo homines, diuinus & terrenus, in-
nocuus, & iniquus; Redemptor & pecca-
tor indignus eius venia.

Et ideo tanquam pressus coniugij vigi-
lantia, zelare cæpit omnes iniurios huic
sponsæ, Sanctissimæ Eucharistiæ. Iudam
Matt.26.24. enim proditorem præsentem terrefecit; *Væ*
autem homini illi, per quem Filius hominis trade-
tur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.
Ioan.13.27. Et postea exagitauit; *Quod facis, fac citius;*
violatoréſque futuros per Paulum est mi-
1.Cor.11.28. nitatus; *Probet autem seipsum homo, & sic de*
pane illo edat, & de calice bibat; qui enim man-
ducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat
& bibit, non diiudicans corpus Domini. Cui
zelo cuncta facta tunc Christi responde-
runt; & ideo in zeli domo, quod Cana in-
Ioan.2.1. terpetratur, inter dapes nuptiarum pro mi-
raculo priori in vinum vertit aquam; vt
ostenderet in vltimis amoris sui nuptiis à se
A conuersum iri in suum sacrum sanguinem
illud vinum, quod ex aqua conuerterat in Vignerius.
vinum; vt Viguerius in Institut. cap. 16.
§.3. v.7. adnotauit. Ergo in domo zelus Dei
amore summo Cristus comestibilem se fe-
cit, dicente Rege Vate; *Zelus domus tuæ co-* Psal.68.10.
medit me. Pro quo opere tam magno susti-
nuit quod attexitur; *Et opprobria exprobran-* Quis zelus atque amor instituentis Eucharistiā.
tium tibi ceciderunt super me. Hocque tanta
alacritate & patiendi desiderio, vt impatiēs
videatur dixisse per Ioannem in nuptiis Ioan.2.4.
memoratis; *Nondum venit hora mea:* Si hæc
verba coniungamus cum aliis Sancti huius;
Sciens Iesus quia venit hora eius, hoc est; *vi-*
num transmutandi in proprium suum sanguinem,
omni vino dulciorem. Vt inquit Turrianus
apud Barradas tom. 4. lib. 3. cap. 7. & in-
B super cum illis ex 3. Canticor. *In die despon-* Cant.3.11.
sationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Vn-
de constat hoc connubium magno cordis
sui iubilo fecisse, & consummasse. Quod
Ghislerius eo in loco exponit de Euchari-
stia, hæc addens quæ sequuntur; *Et ideo ait* Ghislerius.
sponsa, in die lætitiæ cordis illius, ac si nullibi tanto
gaudio delibutus sit Christus, quàm cum se sponsæ
suæ præbuit manducandum, eamque non tam sibi
vniuit, quàm in se formauit. Seu potiùs trans-
formauit, & transformatione consummata
conuertit in seipsum.

De qua quidem consummatione Eucha-
ristiæ Matrimonij amore summo plena,
Guerrici potest illud in serm. filij prodigi
appositè explicari; *Cùm sic super eum affe-* Guerricus.
ctabat, quid agebat amplectens, & osculans, nisi
C *illum sibi, vel se ipsum illi insinuabat, seque illi* Vnitati Christi & nostri in Eucharistiæ Matrimonio celeberrimum quid seruiens.
inspirabat, vt adhærendo sibi, vnus secum fieret
spiritus, sicut adhærendo meretricibus, vnum cum
eis corpus fuerat effectus. Parum erat illi viscera
sua miserationis non claudere miseris, in ipsa sua
eos viscera trahit, suisque inserit membris. Non
poterat nos sibi arctius astringere, quam vt incor-
poraret sibi, & sicut charitate, sic virtute ineffa-
bili, non solùm assumpto corpori, sed etiam ipsi
couniret spiritui. En bina & perfectissima,
tam in corpore quàm in spiritu connubij
Christi in nos ostensa consummatio; de qua
audi circa corpus Theodoretum sic loquen-
tem, ad verba nunc producta ex lib. Can-
ticor. *Edentes sponsi membra, & bibentes eius* Theodor.
sanguinem, nuptialem ipsius communionem asse-
quuntur. Et circa spiritum, Athanasium, Vnus spiritus cum Christo vt omnes sint Fideles, quos Patri commendauit.
D apud Catec. D. Tho. Luc. 22. asserentem
in suo spiritu vniuersos Patri Christum Fi-
deles commendasse; *Pater in manus tuas*
commendo spiritum meum; dum Communione
præcedenti, vnus erant omnes illi spiritus Luc.23.46.
cum Christo; *Commendabat vniuersos morta-*
les vinificatos; nam sumus membra eius secun- S.Athanas.
dum D. Paulum; Omnes vnum estis cum Christo.
Nam quanam re dicendi vinificati sunt
Christiadæ quàm carne Christi sui, & ci-
bo vitæ baiulo; cuius quidem Matrimonij
consummatio cum non possit sublimiùs ele-
uari, cum verbis Regis Vatis, Eucharistiæ
in Arithmeticæ figura accōmodatis *Omnis* Psal.118.96
consummationis vidi finem; volatum demitta-
mus; videamúsque in quibus hoc Matrimo-
nium cùm communi efficiat consonantiam.

EX PARTIBVS MATRIMONII
Eucharisticum firmatur.

11. PARTES voco Matrimonij, quas supra delibaui; in officium datum esse naturale, & necessarium, ad sobolem excitandam, & prolem pereonandam: In remedium contra luxuriam, ad istam iusto coïtu frenandam & temperandam; Ac in verum Sacramentum, ad gratiam consequendam. Hæc autem cuncta habere sanctissimam Eucharistiam huiusmodi probatur. Nimirum, quia officium naturæ suæ propriæ, quæ naturalis nullo modo, sed supernaturalis planè est, ad filios vitæ gratiæ gignendos in se habet; vt in arbore vitali non paucis rebus patuit. Contra peccatúmque remedium tam vnicum, quam aptum, & prorsus salutare; cum ipsa sit medela, & pharmacum salutis, ac insuper res media (remedij nomen vnde) ad homines cum Deo amore mediandos; & pace componendos. Atque tandem Sacramentum sex aliis longè maius; & finis, ac illorum perfectio, & consummatio.

Tres partes Matrimonij vt sint in Eucharistia.

Vbi priorum ex istis partibus occasione prouocatus, Lectori satis gratam proponam quæstionem cum B. Bonauent. sent. lib. 4. d. 26. quærenti sexto num. *Quare non licuit Adamo cum omni muliere coire, cum tamen ei licuerit de omni ligno manducare?* Quod dubium vires sumit, dum liberis gignendis & luxuriæ compescendæ, quæ duo sunt priora, polygamia plus consultum, quam monogamia videbatur. Respondet idem S. in sensu literali; *Quia ibi fuit continua deperditio per calorem naturalem, & ideo frequens debebat fieri restauratio de multis lignis.* Ego autem sicut ex partibus duabus Matrimonij proposui nodum istum, sic illum soluam ex alia; quæ tertia in illis est. Nam cum mulier, vt Sacramentum, & figura Sacramenti Adamo data fuerit, ideo coïtus cum alia non fuit ei permissus, quia Sacramenta variare, vel in materia, vel in forma, non licet cuiquam hominum.

S. Bonau.

S. Bonau. Cur præceptum de omni ligno & non præceptum de omni fœmina Adamo datum fuerit.

C

Vnde exemplum celeberrimum pro hominibus deducitur coniugio copulatis; debent enim qui Sacramentum huiusmodi pertractant, vt ministros Sacramenti pudicos atque graues habere se in eo; quin materia, siue forma ipsius varietur; quod accidit in materia, cum persona pro persona nequaquam cōmutatur; in forma verò quando communis obseruatur. O si talis cogitatio præstringeret hanc gentem, quàm altera à se foret! quàm mundior! quàm felicior! & mundus totus melior! Addatur, quod notauit Magister lib. 4. dist. 26. tam pestilens ex se luxuriæ crimen esse, vt vnum sit in eam donatum & institutum Ecclesiæ Sacramentum, nimirum Matrimonium; quod in alio speciali peccato non videbis.

D

De grauitate coniugatorum in actu coniugali peroptima obseruatio.

Magister. Sacramentum quare semper contra luxuriā deputatum.

A

Et quod idem vir Seraphicus obseruat lib. 4. d. 1. q. 2. n. 88. *Circuncisionem fieri tantum in membro genitali, in signum repressionis concupiscentiæ, vt significaretur quid sit agendum, seu potius à quo sit cessandum.* At Circuncisio quondam fuit illustre Sacramentum, ergo semper contra se luxuria Sacramentum obtinuit collimatum, vnde effrenis huius vitij libertas coniectatur, & cunctis intimator; qui si bene hoc obseruaoeriot, non bestialiter, sed rationaliter se gerent in coniugio. Et gerent, si aufugerint conspectum nuditatis; est enim hæc deuiatio præsidiom continentiæ, quemadmodum contrarium ruina castimoniæ, & via per quam breuis ad sordidum adulterium.

S. Bonau.

Circuncisio cur in membro præcepta genitali.

Nuditatis quamuis licitæ pericula quæ visæ.

B

Qua in re illi exemplis peroptimis monentur. Primo quidèm sub hoc iugo priorum contentorum, qui videntes sese nudos obstupoerunt demirati, & foliis nuda corpora confestim cootexere; non gaudentes sed trementes de pudendæ nuditatis conspectu inuerecundo, opprobriisque repleto; quem multigenis repagulis natura in cunctis prouida, studuit occultare; *Cognouerunt se esse nudos, & consuerunt folia ficus, feceruntque sibi periZomata.* Secundo, Iacob sancti Sacramenti Matrimonij Ministri consummati, & prorsus iotegerrimi; quippe qui amore summa Rachelis suę flagrans, tota nocte cum Lia sorore illius cubans, non ideo quam fouebat agoouit, nisi ioanè; quod certè temperantiæ ipsius signum magnum, & mira commendatio. Castitatis naoque est perrarum testimonium, eandem non cognoscere quam actu cognoscebat; nec absentem præsentire, quam septennij bini absentia & separatione sibi duta, etsi leui pro amoris ipsios magnitudine, ardenter deperierat. Tertio, Regis, qui senecta confecti nullo modo valebat calefieri, puellæ donec fuit consortio calefactus; in quam tamen, iam caloris illius compos factus, nullatenus exarsit; quod non solum cum Hieronymo puellæ attribuendum, ad Nepotian. sic dicente; *Quæ est ista vxor & virgo, tam feruens vt frigidum calefeceret, tam sancta vt ad libidinem non prouocaret;* Sed etiam casto Principi, qui multos post amores, contempsit tandem istos, vt exemplū quondam malum cum muliere aliena, rependeret cum propria, & redderet cum fœnore in normam continentiæ.

Quam ægra probis oculis sit nuditas corporea.

Gen. 3. 7.

Gen. 29. 24.

Iacobi qualis castitas in actu coniugali.

3. Reg. 1. 4.

S. Hieron. Dauid cum Abisag quæ castitas, & laus.

Adami ante peccatum obiicies nuditatem, de qua in lib. Gen. *Erat autem vterque nudus, & non erubescebant.* Sed hoc erat innocentiæ effectus longè maximus, vt de Gen. literaliter lib. 11. cap. 1. scribit Augustinus; *Nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum.* Et ideo tunc in visu non erat quid obscænum, quia obscæni-

Gen. 2. 25. Nuditatis in innocentia quæ ratio, & commendatio. S. August.

tas

tas non erat: nunc verò quando ista tam frequens est in mundo, qui oculi non velo claudentur verecundæ, ad prauos motus indices peccati originalis? superbiæ primi hominis? & culpæ, atque cupiditatis (vt bestialis, consumibilis) interiùs comburentis, vastãtis, & ad inferos misertimè Dei opera, ac filios impellẽtis? Nec dicas, castos oculos vestita semper membra videre nuditatis, vt scitè & minus certè à quodam dictum legi, cuius nomen in me edax obliuio sepeliuit: hoc nanque intelligendum in visu repentino, si aspectus illecebrarum citissimè auertatur; nam hæret culpa oculis, qui hærent eius causæ, & velociter per fenestras ascendit volans mors; nimium pœnis illis, quæ cruciant in tormentis. Longè veriùs affirmarunt Ambrosius & Rupertus Adamum in nuditate vestitu sanè optimo indutum & decoratum; vt ille, qui non vestibus sed virtutibus eximiis, ac omnibus nitebat. Et rectè quia virtus suapte nudos contegit egregiæ famæ habitu; splendido vel etiam in ipsismet opprobriis; vitium autem veste omni spoliat plus vestitos, infamiæ vi notabili, quæ nudos atque notos indutos reddit meliùs. Vlteriùs, quia vestes pro castis tantùm occulis occludunt nudos artus; & non rarò præ multiplici lasciuiæ vanitate, lacessunt ipsos castos. Sic hodie passim fit; quare tanquam Sacramentum, Sacramentum (in quo nunc sumus) tractetur Matrimonij.

An nuda membra tecta aspiciãt casti oculi.

Ierem 9 21

Virtutum qualis vestis, & vestes quales sint virtutibus sublatis.

Ex perfectionibus Matrimonij munitur Eucharisticum.

12. FIdes, proles, & Sacramentum perfectiones sunt notoriæ status coniugalis. Fides sanè, vt vicissitudine alterna rependatur, & semper conseruetur; proles, vt ad cultum Dei deuotè nutriatur; Sacramentum, vt nullo tempore hic nexus dissoluatur, & gratia in eo semper Diuina comparetur; quæ omnia in Eucharistiæ inuenies Matrimonio. Primùm Fidem cum operibus, quæ vera Fides est, & verè in esca datur, quæ solum viris Deum timentibus donatur; *Escam dedit timentibus se*; & illis qui ibidem intelligendi & faciendi sunt præditi intellectu; *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*; Vnde azymos post panes, qui Pascbate edebantur; *Septem diebus vesceris azymis*, hæc verba subsequuntur; *Et erit quasi signum in manu tua.* Non tantùm propter iugem memoriam beneficij concessi in illo festo, sed simul propter facta & opera, quæ erant celebraturis necessaria; in ceremoniis quibus agnus comedebatur demonstrata. Deinde prolem in textu Ioannis commendatam; *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Quæ receptio de Sacramentali à multis explicatur. Præterea, quòd in culpam non lapso primo homine, nascerentur soli homines electi, & vegetandi, ac saluandi suo modo per esum ligni vitæ, iuxta placitum

Fides, proles, & Sacramentum perfectiones Matrimonij.

Psal. 110.5. & 10.

Exod. 12.7. & 9.

Ioan. 1 12.

Qui homines nascerentur Adamo non peccante.

A commune, de quo optimè Rupertus lib. 2. de Trin. cap. 22. at Eucharistia saltem in voto implicito pro insciis, accepta saluat omnes à mundi natalitiis; ergo in illa proles sancta Dei omnium filiorum. Et tandem Sacramenti ligamen insolubile, quia nec deserit species, dum manent incorruptæ, nec mundum vsque ad consummationem illius derelinquet; ita vt mulier liberetur per mortem viri sui à lege Matrimonij; at verò hoc Sacramentum à lege Sacramenti per mortem nisi sęculi extremam liberabitur. Mirum certè viri Christi, in Ecclesiam sui vxorem Matrimonium, & testimonium.

Rupertus.

Matt. 28. 20. Rom. 7. 3.

Ex nominibus Matrimonij Eucharisticum probatur.

B

13. TRibus video Matrimonium frequentiùs insigniri; nimirum, Matrimonij, coniugij, & nuptiarum; quorum ethymon est tale. Matrimonij à matris munere in filiis educandis; laboris cuius causa soluendi, & compensandi, à matribus, non à patribus, vocatur Matrimonium; id est, matrum munus proprium, nam si à patribus diceretur, tunc esset patrimonium. Seu vt ait cap. vlt. de *Conuers. Infidel.* à doloribus quos sustinent in partubus natorum; & addamus loco tertio, à matronarum subiectione, quam viris suis debent, dicente Dei præcone; *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Vnde species captiuitatis vocatur Matrimonium; per text. in L. 2. ff. de *lib. hom. exhib.* à qua fortè captiuitate deuenit Matrimonium, vt in vocibus triumpharent, quæ parent in operibus; quantumuis hoc non verum sit hodie frequentissimè, cum mulieres hoc intuitu non mereantur de pręsenti cognomen Matrimonij. Quod tamen pro ærumnis, & illarum captiuitate, in iis quæ hac fulgent, est iusta compensatio, honoratio, & obligatio ad fidem coniugalem. Non enim mater erit, nec nutrix, sed nocentior quam feræ venenatæ, quæ nouerit impudenter progignere ex duobus, si forsan non ex pluribus susceperit infantes in cladem sui status, qui labitur hoc modo, & caret suo fructu, per factum tam nefarium. Nec quidèm matres istæ, sed lamiæ sunt dicendæ; nimirum, filios suos in frusta laniantes, nam laniant atque diuidunt, quos generant diuisæ ab vnitate Matrimonij; de quibus in Propheta; *Lamiæ nudauerunt mammam*; quia à castitate denudarunt & improbè exuerunt lactandi munus proprium: *Lactauerunt catulos suos*; non autem vt tenebantur, suorum maritorum. Et certè ad minùs canis, impudensve catella, est mulier, sic delinquens, & habens hacce via tam vultum solùm fœminæ, quàm corpus bestiale, vt habent ipsæ lamiæ in filios tru-

Matrimonium cur à matribus, non à patribus vocatum.

C

Ephes. 5. 22. 23. & 24.

Matrimonium captiuitatis species reputatum.

D

Quæ matres nõ tam matres, quã lamiæ sint vocandæ.

Thren. 4. 3.

Quæ fera dicta lamia.

culentæ; in mundóque exemplum malarum fœminarum.

Coniugium vnde vocarum.

Coniugij à coniungendo, & ab illa coniunctione quæ ſub vno quaſi iugo portatur à duobus, ethymologia dimanauit.

Cur nuptiæ ſic dicantur.

Nuptiarum verò tandem à verecundia qua puellæ tradendæ quondam nuptui, obnuptæ & obuelatæ ad viros veniebant, Rebecca ſicut venit, de qua Ambroſij calamus lib. 1. de Abraham ſic ait nono cap. *Non otioſum fuit, quòd viſo Iſaac deſcendit de camelo, & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptias præire debere; inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia nuptæ ſe obnuberent.* S.Ambroſ.

In nuptiis qualis pudor.

Diſcite ergo virgines, ne intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iam deſponſata deſignatum maritum aperto capite non putauerit videndum. Qui mos in filiabus remanſit ruſticorum; vrbanorum namque filiæ, vt filiæ Babylonis, quæ miſeræ dicuntur, & confuſionibus ſunt plenæ, non ſolùm intortis crinibus oſtendunt nudum caput, ſed etiam ab interiori ad extra reuolutum, & cerebro peroacutum, ac planè deſtitutum; & corpus tanto luxu, ſtudióque compoſitum, vt huiuſmodi contectum, tam corpus, quàm & cor illarum reſeretur, & omnibus ſit patula illarum magna leuitas, ac, faxit Deus, non pariter notoria petulantia.

Mulierum compoſitio quammagna incompoſitio, & publica immodeſtia.

Nunc omnia ſigillatim Euchariſtiæ accómodemus. Benè illi Matrimonij colludit appellatio; quoniam *Verbum [illegible] & pater, & mater, & altor.* Sicut ait Alexandrinus Pedag. ſexto cap. Pater ſcilicet, vt generet Fideles ſuos ſuos filios, cum magna voluptate, qua funditur in nos: Mater verò, vt cum doloribus continuis ipſos patiat in iſto Sacramento, à multis vilihabito. At altor, vt tam alat, quàm doceat ipſos liberos quod facit pane hoc; vt dixi quò ad docendum 8. Enarrat. & quòad alendum in loco iſto, poſt pauca referabo.

S. Clem. Alex.

Matrimonij quàm nomen conueniat Euchariſtiæ.

Pater igitur, quia amoris actiuitate ſui generat, de qua S. Auguſt. lib. 1. cap. 13. Confeſſionum, in mentem noſtram; *Deus lumen cordis mei, & panis oris intus animæ meæ, & virtus maritans mentem meam.* Cuius ideo operatiuo effectu nobis indidit, non adeo ſui corporis & ſanguinis materiam diſpoſitam imperfectè, vt accidit in generatione communi & corporali, ſed corpus perfectiſſimum; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

S.Auguſt.

Vt pater Euchariſtia.

Luc 22.19. & 20.

Vt etiam mater noſtra.

Mater, quia in Paſſione immenſis cum angoribus, & olim nos parturiit, & hodie quoque parturit, in cibo eiuſdem Crucis præſentiam renouante; de cuius ſic doctrina ad Galatas Apoſtolus; *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Ergo Chriſtus nos enixus eiulatibus, & lachrymis, quas fudiſſe pro redemptis Chryſoſtomus & Lyra ſunt teſtes in hunc locum. Et non tantùm cruciatibus externis ſuæ Crucis, quantùm potius excruciati pro nobis valde animi, qui anguſtiis & afflictionibus repletus Patrem orans, in homines, miſericordiam illius ſummè flexit;

Galat 4 19.

A *Preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſaluare à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Sed quomodo exauditus, & ibi ſaluus factus, qui inibi conſoſſus atroci morte obiit? Exauditus verè eſt, ſed quidem in ſuis filiis, quos ſpiritus ſub nomine, ac ideo dilectiſſimos, & ſpiritu viuifico illius reſpirantes, æterno Patri obtulit, cum dixit pientiſſimè; *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*; ſicut n. 10. in fine dictum manſit. Hoc modo verus Moyſes concepit atque peperit Fidelium multitudinem; quia Chriſto ſoli erat conueniens tale opus; vlteriùs, quòd & iſtos in ſinu ipſe portauit, quod Moyſes ſimul refugit. Sed iam de hoc ſeorſim.

Hebr 5.7.

Vt Chriſtus ſibi vitam habuerit in Cruce, & ſaluus ibi factus.

Luc.23.46.

Num.11.12.

B Altor verò & nutritius diligentiſſimus ſuorum, quia eos ſuo corpore ſuſtentat, atque nutrit; & faſciis beneficiorum inuoluit, ac componit, ab ipſo primo homine; *In funiculis A[illegible] trahamcos in vinculis charitatis*; & portat inter vlnas; ac brachiis portitoribus amoris amplexatur; *Ego quaſi nutritius Ephr[illegible] port[illegible]bam eos in brachiis meis, & neſcierunt* (præ ingratitudine) *quod curarem eos.* Ac etiam in pedes erigit; *[illegible] ambulent in lege Domini* Quod nullibi ita facit, vt iſto in Sacramento; quapropter immediatè Propheta ſuperaddit; *Et ero quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt veſceretur*; id eſt, iugum, quod habebant impoſitum maxillis, vt ad vilia quæque criminum deprimerentur alimenta, & cæno C ſeu obſcœnis cibariis veſcerentur, ab illis ego auferam; & ad ipſos declinabo, vt ipſi declinati pro cibo meme habeant. Ita ſeſe S. Hieronym. explanans huncce Vatem, quamuis Gloſ. Interl. non de Deo declinato, vt cibus noſter eſſet, ſed tantummodo de Manna, ſitu ſuo ſuper terram collectores ſui homines declinare faciente, intelligat hoc ipſum; quæ inde nobis fauet, quia poſtea pluſquam manna prædictum declinauit, qui dixit per Ioan. *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet non morietur.* Quod melius nutrimentum? quæ dulcior alimonia? cibatio? D & enutritio? De hac Chryſoſt. ad Neophit. hom. ſatur tertia; *Ipſe nobis ſubſtantia, & nutrimentum eſt. Nam ſicut mulier affectione naturæ cogente, genitum alere ſui lactis fœcunditate feſtinat, ſic Chriſtus, quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine ſemper enutrit.* Cui nihil eſt inferior Alexandrinus cap. 6. in ſuo Pedag. Et ne pueris enutritis in aliquo deficiat, hos laſſos atque ſenio confectos vitiorum, in humeris conſtituit, cum ſuſtinet in Cruce, ac Crucis Sacramento illorummet peccata; & ſicut aquila ad volandum ineptos pullos ſuos amore ſummo proocat, ſic Chriſtus ad exempla altiuola nos prouehit, *Vt vbi fuerit corpus, illic congregentur & aquilæ.* Sed corpus huius aquilæ nidificat in Cruce, ad Crucis ergo nobiles exceſſáſque virtutes nos vocat auis regia, quæ clangit in Ioanne; *Et ego cum exaltatus*

Vt nutrix atque altrix Euchariſtiæ Sacramentum.

Oſeas 11.4.

Ibidem 11 3.

Pſal.118 1.

Oſeas 11.4.

S Hieron. Gloſ.Interl.

Ioan.6 49.

Chryſoſt.

Deut 32.11.

Matt 24 28.

Ioan. 12. 32

tatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

Liquores quinã tres in Christi sint vberibus.

Nec solùm dicta tria diuisim Christus habet in ferculo Eucharistico, sed simul, quòd non paruam admirationem secum affert, est altor tribus rebus, quæ cælum & terram lactant; nempe, melle, vino, & lacte, quibus dulcibus liquoribus, non alia quàm ipsius turgescunt tantùm vbera; vnde suos nuncupauit hos latices in Cant. *Comedi fauum meum cum lacte meo, bibi vinum meum cum lacte meo; Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Meum nanque, siue suum, mel, vinum, & lac appellat, amicis propinata; quare supra primo cap. meliora vino esse hæc vbera profertur: non enim solum lac, ac vinum clarè habent, sed etiam mel occultè, inferiùs reserandum. Mel, videlicet, Diuinitatis, & animæ tam dulcis suauisque in Christo, quàm ipse Sanctus erat, & Deo amaritudinem in vita nullam intulit, sed semper Deum vidit; lac verò carnis suæ, quia ex carne lac procedit, & vinum sui sanguinis, quod sanguini cohæret in multis qualitatibus adinuicem similibus, & congruis naturaliter. Melle autem nutrit Angelos Diuinitate satiatos; at vino viros fortes, virtutibus, & ecstasibus, ac miraculis insignes; sed lacte tantùm homines fragilitatibus infirmos, quibus lac facilioris doctrinę solùm conuenit in verbis D. Pauli. Quos omnes vera mater Eucharistia secum nutrit, & ad vltimos alendos de cælo in terram venit, vt in Psal. 33. scribit Augustinus. *Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant superna virtutes, manducant igitur & saginantur; & integrum manet, quod eos sanat. Quid autem homo posset ad cibum illum? oportebat ergo, vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos pertineret.* Et infra per hæc verba. *Quod mater manducat, manducat infans, sed quia minus idoneus est infans, qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humilitatis mammillæ & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pascit nos Sapientia Dei? Quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Hæc de munere materno, vnde nomen Matrimonij exortum existimatur.

Cant. 5. 1.

Mel, viuũ, & lac in Christo, & qualiter, ac quales enutriat rebus istis.

S. Augost. Eucharistia vt se humiliet, & aptet pro humilibus.

Per matrẽ lactẽs edit, & nos Patris Dei substantiã per Matris Eucharistiæ suaue lacticinium.

Coniugij quantùm nomẽ conueniat Eucharistiæ.

14. Coniugij verò nomen, quod duos simul iungit, nil minus certè conuenit eidem Sacramento, quod duos, atque plurimos, si benè accipiatur, concordes mirè facit; quemadmodum econtrariò concordia Matrimonij discordiam sæpe parit, & inimicitias satis ægras ex fomite amicitiæ. Quod ferè necessarium, cum friget pudicitia, vel viget in consortibus duritia naturalis. Primum pacis Eucharistiæ non rarò dictum est; nunc congruum, quòd de bello occurrẽte Matrimonij nonnihil afferamus. De isto Bernardinus tom. 1. serm. 49. art. 1. cap. 2. huiusmodi se habet. *Ducit quis vxorem forma decoram, magna fit lætitia, magnus ibi ornatus, & apparatus multus. Sed inter illos animorum concordia quam rara sit, quis ignorat? Imò sæpe contingit, vt Matrimonium, quod concordiam generare debuerat, odij & discordiæ fomitem subministret; & tantò iam intolerabilius viuere incipiunt, quantò & discordes ab inuicem separari non possunt. Hinc rixa quotidiana, & iurgia crebrescunt, post dura verba, dura sæpe verbera subsequuntur. Neuter alterum effugere potest: vna domus: vna mensa: vnus lectus, & quo nihil durius est, nec concordem socium, nec hostem separatum habere possunt. Nam sicut his, qui in charitate mens est vna, nihil obstat, etiam si corpore separati sint, ita magnum tormentum est his, qui corpora iter sociati sunt, si animo conuenire non possunt.* Nec mirũ, cum in nuptiis figura vniuersarum descriptis à Ioanne, defecerit quod corda exhilarare vinum solet, solatium seu humanum, quod ibi cito perit, vt dicitur à Glossa. Sed quid aliud est defectio solaminis humani, mæstitiæ quàm inceptio, cũ extrema læti gaudij tristitia luctus occupet? In nuptiis filij Iambri hilariter saltantes necati sunt à Ionatha, & filij dæmonis à Christo; amaricans nanque dies interpretatur nomen Iambri. De talibus in Iobi sententiis inuenitur. *Tenent tympanum, & ad inferos descendunt.* In quibus certè nuptiis non aqua in vinum vertitur solatij Christiani, sed tantùm vinum fatuum lasciuiæ temporalis in aquam æterni planctus; vt in serm. nuptiarum testatur vir Seraphicus.

S. Bernard.

Quàm maior sit discordia in hoste inseparabili; ac ideo in Matrimonio, si coniuges discordent in moribus, & genus.

Ioan. 2. 3. In nuptiis vt nam vinum deficiat, & vertatur in aquam diri fletus.

1. Mach. 9. 39. & 40.

Iob. 21. 12.

Præsenti rei adsimilem aduertit D. Tho. 1.2. q.102. art. 3. ad. 14. videlicet, in omnibus antiquis Sacrificiis offerri semper thus, ad necessariam deuotionem Sacrificantium & offerentium exteriùs demonstrandam; excepto tantùm tristi, acerbo, & insuaui Zelotypiæ Sacrificio, in quo neutiquã suauitas incensi adolebatur, quia ex mala suspitione, non autem ex deuotione vxorum procedebat. Res mira, quòd incensi sint viri coniugati, & tamen Deo incensum non possint immolare; quod igne valde tosti, & thus litare nequeant; thus, inquam, quod columbas suffitu suo congregat, sed sulphur quod fœtore natura sua disgregat, vel candidos, & animos suapte columbinos. At in nostro Matrimonio deuotionis cuncta sunt incendio fumigantia, ardentia & resplendentia, quo vtique Fideles quamualde concordantur, & in vnum tantum cor deuotum solidantur. Vnde factum, solam vnam hîc psallere concordiam, ac vnã solam audiri coniunctionis consonantiam; & quemadmodum coniunctio est pars orationis, quæ ordinat, & ligat sententias differentis, sic esse hoc Sacramentum, deuotionis non tam partem coniunctionémque ligantem, quàm totum ipsum ligamen, quo nectitur & iungitur coniugium plurimorum, iam spiritualiter iam corporaliter ligatum & solidatum. *Vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus.*

D. Thom.

Thus quare non cremarum in Sacro Zelotypiæ.

Coniunctio deuotionis non orationis Eucharistia.

1. Cor. 10. 17

15. Sed & nomen nuptiarum Eucharistiæ soli conuenit, in ea quippe obnubitur sponsus animarum, quin per aliquem nostrorum cognosci sensum valeat; prodigiũ in sponsabus hucúsque non expertũ, nec vnquam experiendum, cum per sensus comprehendantur quæcúnque res humanę, & sensibus expositæ; at verò in hoc subseruiens Eu-

Eucharistiæ quantùm nomẽ conueniat nuptiarum.

charistico Mysterio, quod velamē in amantibus amoris signum est, subtractus dum aspectus exacuit desiderium, & venustas palliata ingenerat amorem, quem maiori cum respectu defigit in præcordiis; & sic Christus in hoc cibo occultus esse voluit, vt animam Dei auidam ardentiùs excitaret, blanditiisq; sub velo gratioribus peractis eandem ad se pertraheret, homo autem cum timore accederet tantummodo, non autem cū periculo notorio vitæ charæ, quā Christum si videret iactura magna perderet; quò Laurent. Iustin. de casto connubio cap. 24. dirigitur, dum ait. *Taliter in hoc Sacramento se voluit exhibere, vt forma opertus visibili non videretur, & à Fidelibus præsens esse haudquaquam dubitaretur, sed sepposito seruili timore ardentiùs sumeretur. Si enim qualis est, humanis intueri voluisset aspectibus, nullum omnino esset, qui Dominicum auderet manducare corpus.* Et paucis interiectis. *Prudentissimo igitur Diuino consilio perspicuè claret, cur se Verbum corporaliter dedit hominibus, sed accidentibus velatum; quatenus ex præsentia nosceretur charitas, & per operimentum visibili forma, humana ad ipsum accedere valeret infirmitas. Dignum quippe fuit, vt institutio hæc Sacramentalis potius ad charitatis promotionem, quam ad timoris ordinaretur timorem.*

Cur Christus ob amorē maiorem sit sub velo.

S. Laurent. Iustin.

Timori præit amor in ferculo Eucharistico.

Nec solummodo velatus, vt amori & non timori maiorem locum daret, sed simul vt delicta suorum non videret; & meliùs condonaret, remansit hîc Sponsus præsentis Matrimonij. *Nescit* (etenim) *delicta videre vis amoris*, vt set. suo. 4. testatus est Chrysologus. Quocirca sæpe à nobis abscondit suam faciem, ne videat delinquentes, cogatúrque in puluerem redigere mortales, cum viderit mortifera peccata, atque flagitia ab ipsis perpetrata. Sed & insuper Deus ipse dum crimina non videt, criminosos ad se vocat tenerrimis eloquiis. *Vulgò dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad*

Chrysolog.

Velatur Christus ideo, ne videat nostra crimina, & vindicet, atque puniat.

Ierem. 3. 1.

A *eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te.*

Sed ne confisus hoc, liberiùs quis offendat, audi tandem cur Sponsus hîc manserit sub velo; vt fidem, vel perfidiam Sponsæ speculetur; vnde inducitur appositè in verbis Isaiæ, *Opertus pallio zeli*; nam vt ait Antoninus 1. p. tt. 6. cap. 2. §. 6. *Zelotypus alium assumit habitum, vt quasi cognoscatur alius esse, & mulier videatur esse magis libera, ad maium peragendum, si vult.* Et in Canticis Symbolicè. *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Cancelli nanque sunt craticula, atque ligneum fenestrarū retiaculum, quod in nostra Lusitania vocatur *Zelozia*; eò quod B adhibeatur à viris zelotypiæ aculeo terebratis; ne vxores à transeuntibus per viam videantur. Quos cancellos non immeritò Ghislerius ibi reputat species Eucharistiç; per quas Christus accommodatè diligentiam, vel desidiam suorummet introspicit; hincque Richardus lib. 11. de laudibus Mariæ. *Quemadmodum zelotes sub alieno pallio explorat fidem, vel adulteria vxoris, sic & Christus fidem, & adulteria animarum, & ad hoc velat se in Sacramento, sub speciebus panis & vini.* Videat igitur Communicans periculum quod edit, discrimen quod manducat, & piaculum quod traiicit ad viscera infelicia. De manna eius figura prædicitur in Num. *Coloris esse bdellij*; quo loci sic Hebraïcè. *Et oculus eius, sicut oculus bdellij*; C quod indicat fuisse ocellatum, seu multoculum, & quasi fauum mellis ocellis totum plenum; quibus homines manducantes attentè intueretur, & rimaretur de munditia. Væ eis qui videntem excutientes cibum sumunt; videbunt nanque quando remedium nullum prosit, vindictam super se diuinam excandescentem, & omnia populantem.

Quam zelotypus sit Christus in ferculo Eucharistico.

Isai. 59. 17.

S. Antonin.

Cant. 29.

Ghislerius.

Richard à S. Laur.

Num. 11. 7.

EX SIMILITVDINIBVS MATRIMONII finitur Eucharisticum, cuius prima similitudo habetur hocce numero.

16. SI primū Matrimonij principium repetatur, ex mulieris formatione manasse notum erit; ex viri quippe latere, vt fuit efformata, mox fuit ei coniuncta per nexum maritalem; & sic à Christi latere per septem Sacramenta, sed maximè per duo, tā sanguinis quàm & aquæ, Ecclesia facta est, quæ mansit Christo illico perpetuò coniugata; Augustini iuxta mentem lib. 66. qq. q. 64. *Sicut dormienti Adæ costa detrahitur, vt coniux efficiatur; sic & Christo morienti de latere sanguis effunditur, vt Ecclesia construatur. Communicans nempe corpori & sanguini Christi efficitur Ecclesia Christi coniux.*

S. August.

Vt Eua ex viri latere, sic etiam ex Christi facta Ecclesia vniuersalis.

D Illa tamen differentia notabili interposita, quòd Adamus patrem & matrem, cum istos non habuerit, ob Euam non reliquit, etsi Deum quem parentum habebat clarè loco, miserrimè pro sua consorte deseruerit, Christus verò non miseria, sed misericordia summa motus, Patrem suum & Matrem suam dimisit pro Ecclesia; vt describitur eleganter ab Alcuino & Isidoro; sed elegantiùs à Iustiniano de Eucharistia sic dicente in quadam Conci. *Reliquit Christus Patrem, quando in forma inferiori qui Patri æqualis est, carnem assumpsit humanam. Reliquit Matrem, videlicet, Synagogam; de cuius patribus secundum humanitatem natus est; & adhæsit vxori Ecclesiæ, de Gentibus, scilicet, congregatæ;*

S. Laurent. Iustin.

quam

Vt Christus cum Ecclesia contraxerit coniugium, & Patrem Matrémque reliquerit pro ea Luc. 22. 15.

te; quam sibi annulo Fidei desponsatam coniunxit in sponsam; vt non tantùm in Castissimo Virginali vtero, sed etiam in corporis & sanguinis sui Sacramento essent duo in carne vna; si tamen spiritualiter manducetur; quoniam qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo. Et de triumphali Christi agone cap. 2. commentans illa verba. *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Eloquia ista* (scribit ille) *de cellario ardentis pectoris ideo Mediator protulit, vt in amorem sui Sanctam excitaret Ecclesiam, traheret ad se, & copularet sibi. Illam siquidem nimium diligens corporis sui pabulo saginare cupiebat; quatenus indissolubilis charitatis pace firmata, Sanctissimi connubij celebrarentur insignia, fierêntque duo in carne vna; quemadmodum ab ipso mundi exordio per vaticinium factum fuerat.*

Et etiam differentia secunda interiacente, quia Adamo fuit coniux de proximo coniuncta, sponsa verò Christo adducta de longinquo, vt tangit Augustinus de verbis Dom. 41. serm. Sic ptu nobis. *Ecce inter cætera Filius Virginis venit ad nuptias, qui cum apud Patrem esset, instituit nuptias.* In qoo Christi super hominis, dilectio demonstratur: elegit enim summo affectu prouocatus Ethyopissam veram Moysis, & alienigenam Sansonis, vt ex huius vilitate sublimitas & charitas illius agnoscatur. Nec debet præteriri de Adamo dormiente hoc ortum Sacramentum; magna qoippe Sacramenta, & pressiùs Eucharisticom, quod figuratum in Matrimonio ibidem præcognouit, non nisi clausis oculis videri à nobis possunt. Augustinus in Lippom. Cate. de hoc somno. *Vt particeps fieret per ecstasim Angelicæ curiæ, & intrans in Sanctuarium Dei, intelligeret nouissima.*

S. August.

Sacramenta à dormientibus, & quare videantur.

Similitudo secunda.

17. VEl eminus, vel cominus spoosa deligatur, statim de Matrimonij contractu conuenitur, cum quibúsque ad nuptias venire bonis debeant, hioc inde pactum fit; quod duplex esse solet; vel per dotem, atque arrhas, vt asserunt nostrates, quæ arrhæ sunt in iore donationes inter sponsum sponsámque contractæ, & ad libitum contrahentium in quantitate & qualitate iuridicè firmatæ; vel per chartam dimietatis, seu per bonorum communicationem; vt dicam rem Latiniùs; qui modos est germanior, ac ideo frequentatior. Sicque Christus in Eucharistia per bonorum communicationẽ contraxit Matrimoniom, vt tangit. D. Tho. opuscul. 57. *Quod de nostro Christus assumpsit, totum nobis contulit ad salutem*; nam corpus suum & sanguinem ab hominibus acceptom, hæc tantùm ex vi verborum eisdem dat io ara, vt asserit Chrysostomus hom. 61. ad popu. Antiochiæ. *Volui frater vester fieri, carni propter vos & sanguini communicaui, vobis vicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus vester factus sum, trado.* Nec non cum arrhis fuit & dote celebratum ipsius Matrimonium; cum Eucharistia immortalitatis sit arrha & pignus celebre, in caotu Ecclesiastico. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*, in vocéque multorum, per idem nomen arrha; inter quos est Antoninus 3. p. tt. 13. cap. 6. & Hugo Card. in Ioan. 6.

Eucharistiæ Matrimonium qua forma iuris factum.

D. Thom.

S. Chrysost.

Eucharistia immortalitatis quod pignus, atque arrha.

S. Anton.

Hugo Car.

Similitudo tertia.

18. MAtrimonij pactione solemniter peracta confestim contrahentes per verba de futuro alternè se promittunt; quæ promissio in Matrimoniis, carnali, & Eucharistico nullatenus defecit, cũ pluries sit peracta in multis Dei oraculis. Ratificatur hęc sponsio & renouatur tribus vicibus, per tres illas denuntiationes, & præconia, quæ de iure præcedunt Matrimonium; quarum mentio in Scriptura, quò ad duo Matrimonia carnale & Eucharisticum haudquaquam subiicitur. Nam priùs quam à Christo vtrúmque conderetur, ante legem, sob lege, & in lege ipsius Christi fuerunt promulgata, prædicta, & nuntiata.

Matrimoniũ in Eucharistia præconiis tribus factum.

Eucharisticum ante legem, videlicet, scriptam in arbore vitali, & in Regis Melchisedech libamine incruento; sub lege, id est, scripta, in Agno & manna inclyto; duę maximæ, & præclaræ figuræ nostri cibi; & tandem in lege Christi, in eius concione descripta per Ioannem.

Carnale verò æquè ante eandem legem scriptam in Adæ Matrimonio; sub lege in Matrimoniis à Patriarchis celebratis; & pręcipue in celeberrimo Isacci cum Rebecca; qui quidem sicut fuit figura Christi in aliis, sic etiam in re præsenti; cum fuerit monogamus, vt etiã fuit Christus cum vnica consorte; de quo Glossa super Genes. ad cap. 24. in illóque Sansonis, cum alienigena contracto; cuius tres denuntiationes probantur Augustino fuisse dies tres, quibus eius commensales ænigmaticum nequiuere problema reserare; donec tandem die septimo, vxoris interuentu, intelligentiam compararunt. Ecclesiæ, nempe, & septem Sacramentorum magisterio, vt in prolog. de Spiritu Sancto, non procul à principio existimat Ambrosius; & etiam in anno tertio conuiuij Regis Persiæ, de quo in Hester Glossa. Ac demum in lege Christi, in illo quod Ioannes Herodi prædicauit. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*: dum enim vxorem illicitam prohibuit, quamuis aliam decere publicauit, & auctoritate Præcursoris Diuini confirmauit; & in nuptiis, quibus Christus præsentia sua robur & finẽ summum dedit; quarum etiam denuntiationes putauit Augustinus à Glossa memoratus, fuisse diem tertium, quo factæ recensentur. *Et tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ*: vbi vtrúmque Matrimonium coniunctum inuentum est; in demiranda conuersione pro Eucharistia figuranda à Domino patrata, vt ait S. Maximus in festo Epipha. serm. 1. *Quod aqua nouo sunt ordine in vinum mutatæ, noui nobis poculi prælibatum est Sacramentum.*

Figura Christi Isaac in iugo monogamiæ.

Glossa.

Iudic. 14. 14.

Hester. 1. 3.

Marc 6. 18.

Ioan. 2. 1.

Similitudo quarta.

19. DVm per verba de futuro coniugium præparatur, quatuor solent factitari à viris desponsatis; conuiuia inter cognatos; indumenta, & quiqui alij connubiales apparatus; & dona vel munuscula pro viris congregatis; hilaritatésque omnimodæ; de quibus sigillatim.

Conuitiis cur non paucis Redemptor interfuerit.

Conuiuia ex præcedenti non malè patent numero; vltra illa, quæ præcesserunt Eucharisticum conuiuium; ad quæ Christus tam libenter quàm sæpe veniebat, nō adeo vt manducaret; quàm potiùs vt peccatores pertraheret ad se, & ad sui manducationem in nuptiis Eucharistiæ iam inde conuocaret. Ita Chrysologus in serm. 148. sed meliùs in rem nostram nuptialem & conuiualem ser. 41. quo inquit inter alia. *Qui quærit sponsum, seuma seponit; relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus, totus amabilis, totus festiuus incedit; & facit totum, quod sponsæ tenera requirit affectio. Christus ergo, qui tunc Ecclesiam desponsabat, indulgebat mensis, conuiuantibus se non negabat, humanum, comem, blandum, se pia charitate reddebat, donec Diuina humanis coniungeret, & faceret de terrena societate cæleste commercium.* Vnde ad cap. 15. Matth. sic Hieronymus. *Cum frequenter pergere ad conuiuia describatur, nihil refertur aliud, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit.* Non autem quid comederit: de se enim manducando, non de rebus manducandis Dei Filius pertractabat.

S. Petrus Chrysolog.

S. Hieron.

Similitudo quinta.

In cōuiuiis nuptialibus quæ vestes requisitæ & olim consuetæ. Philo.

20. VEstimenta tā decora, quam etiam pretiosa connubiis & conuiuiis fuere semper propria; quæ *Cænatoria & Candidaea* antiquitus vocata, hoc duplici cognomine traduntur à Philone in lib. quem vulgauit de vita theoritica. Quam vestem Cænatoriam, sepositis pro interim quotidianis indumētis, in Cæna Christus sumpsit, Apostolique etiam, vt anno 34. n. 39. Baronius demonstrauit. Vnde iure à conuiuio & nuptiis exturbatus, qui ad ipsas sine veste ingressus est decenti & planè nuptiali. *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Et rectè condemnatus huiusmodi amentatus; nam vt asserit Chrysostomus Hom. 41. in opere imperfecto. *Homo itaque aut secundum locum eligat vestem, aut secundum vestem eligat locum; id est, aut secundum opera eligat professionem, aut secundum professionem faciat opera.* Quid aptius Eucharistiæ, quæ pariter conuiuiū, connubiúmque existit? Bene quidèm necessaria vtrobi vestis candida; nam candidos oportet conuiuas cunctos esse ad nuptias inuitatos, ne oculus lasciuus offendat nouos nuptos, vel sub nomine amicitiæ amici inuitatoris periclitet mūdities in oculis extraneis. Quamobrem si aduertas infelix nunc productus exclusus à conuiuio, & clausus in inferno; quia amicus cum fuisset: sic etenim voca-

Baronius Cænatoria veste Christos & Apostoli sunt vsi.

Matt. 22. 12.

Circa habitum Monachorum & Sacerdotum animaduersio. S. Chrysostomus.

A tur; *Amice quomodo huc intrasti, &c.* amici noluit vestem deferre attēperatam tam candido conuiuio. Quod sicut viros quosque, & Ecclesiasticos præsertim aculeo suo pungit, sic eos, faxit Deus, compungat & deterreat, vt cum habitu decenti, interiùs & exteriùs ad mensam tantam veniant, & calcaribus dextrorsum, sinistrorsúmque infixis ad istam congregentur; motiuo nempe dextro, & pariter sinistro; vt cursus noster exeat directè consummatus; sinistro ex casu tristi producti modò hominis; dextro verò ex consuetudine percelebri antiquorum, qua pueri, cum primùm ad Eucharistiam veniebant, à parētibus recentissimis, nitidissimísque vestibus ornati ducebantur; vt testis Biel est serm. 5. in Cæn. Do. B quò cesset valde iusta Chrysostomi querela, dum ait in Matth. Hom. 52. *In Ecclesia apud multos hanc videmus consuetudinem, vt studeant mundis ingredi vestimentis, sed vt Deo mundam exhibeant animam, nullam habent rationem.* Atque Petri Damiani opuscul. 18. dissert. 1. cap. 4. quo loci sic pro nobis. *Si is, qui nuptialibus non ornabatur indumentis, manuum, pedúmque loris addictus in tenebras proiicitur vltionis, quid illi sperandum est, qui cælestibus tricliniis intromissus, non modo non est spiritualis indumenti decore conspicuus, sed vltro etiam fætet, sordentis luxuria squalore perfusus?*

Qui mos in indumentis antiquitus seruatus, in pueris qui primùm ad Eucharistiā veniebant. Gab. Biel.

S. Chrysost.

S. P. Dami.

Quare pura cum veste, ac insuper purpurea, quæ pura & rubra est, munditie & igne lucens, vnde à lucis puritate, teste Ioanne de la Ianua, ei venit nomen, purpura, amore concremati veniamus cum Sponsa, & C ad mensam chari sui cum illa sic dicamus. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Id est, floribus me cingite, fulcite, & sustentate; amore namque diffluo ob corpus mei amasij, quem per flores atque mala intelligi in hoc loco exinde satis patet, quòd in verbis præcedentibus vocatur tam flos cāpi, quàm ligni mali fructus, sponsus tam suauis ac totus Eucharisticus. Et fauet textus idem Hebraica voce sonans. *Fulcite me lagenis vini*; hoc est, vino intra lagenas contento & occultato; quia sanguis communicantibus non datur extra species, sed potius in lagena illarum, modo vobis incognito contectus. Cui operi castitatis nos zona præcingamur, & torque fortitudinis æqualiter armemur: hæc etenim solemnia in nuptiis antiquorum, de quibus D Philis plorat in cantu Ouidiano:

Quod purpuræ sit ethymon.

Cant. 2. 5.

Cui mea virginitas auibus libata sinistris,
Castáque fallaci zona recincta manu.
Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis,
Et cecinit mæstum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris,
Suntque sepulchrali lumina mota face.

Ouidius Epist. 2.

Zona, torques, atque faces in nuptiis consueta.

Faces enim cum aqua tunc nuptis tradebantur, in votum generandi, & prolemque calore humiditatéque suscipitur, vbertim suscitandi; vt canit idem Vates Fastorum lib. 4.

An, quia cunctarum contraria semina rerum
Sunt duo, discordis ignis & vnda Dei:
Iunxerunt elemēta Patres, aptúmque putarunt
Ignibus,

Aqua & ignis vsitata in nuptiis antiquorum

Ignibus, & sparsa tangere corpus aqua.
Au, quod in his vita causa est, hæc perdidit exul;
His noua fit coniux, hæc duo magna putant.

Quæ etiam nobis erunt, si flamma Dei amoris, & aqua suæ gratiæ ab illo fœcundemur; ornemúrque in vultu candore atque rubore, tam olim, quam & hodie proficuè decotantibus; de quibus lib. 2. Thebai. sic Statius;

Statius. Mulieribus quisnam candor, & rubor necessarius.

Ibant insignes, vultúque habitúque verendo
Candida purpureum fusa super ora ruborem
Deiectaque genis tacita subit ille supremus
Virginitatis amor. ———

His enim sic in animæ pulchritudine crescemus, vt illam formam Iphis tam puerum quam puellam decore superantem, longissimè vincamus, de illa etsi Ouidius lib. 9. Metamorph. fabul. vltima perquàm lepidè in istum modum canat.

De pulchritudine quid pulchrum

— —— *Facies quam siue puellæ*
Siue dares puero, fieret formosus vterque.

Pro quo etiam Sacerdotalibus tegamur indumentis, de quibus Rex Propheta; *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, nam virtus generatim Ethic. lib. 5. iustitia nuncupatur; vnde & iusti nominantur virtutibus conspicui; quibus quantùm vir communicans, micare teneatur in Rosar. a. p. serm. 14. sic ait Bustus noster: *Per hoc significatur, quod corpus Christi recipiens, debet omnibus virtutibus esse decoratus. Si enim sponsa ad maritum pergens, se melius quam potest, ornat, quantò magis se debet ornare Fidelis sponsa Christi, id est qualibet fidelis anima; cum per hoc Sacramentum altissimum sponso suo Christo coniungi desiderat.*

Psal. 131. 9.

Bustus. Communicantes quibus vestibus ornare sese debeant.

Similitudo sexta.

21. MVnuscula nil minus in nuptiis frequentata; sed quænam sicut illa à Christo nobis nimiùm indignis dispensato? de quibus Bonauentura serm. Nuptiarum, ex illis qui huic Sancto incertè attribuuntur: *Sicut quando conuiuium instruitur in nuptiis, tam vestes, quam & dona desponsati largiuntur; sic fecit & Redemptor; sicut fuit significatum in conuiuio Assueri; vbi Assuerus Christum denotat, & Hester Ecclesiam, quam pro Vasthi, id est, Synagoga, nouiter assumpsit. Conuiuium per magnificum, in quo corpus ad comedendum, & sanguinem ad bibendum largitus nobis est. Præterea, quòd in Cruce, in qua sponsam duxit, dedit corpus tortoribus, spiritum Patri, matrem Ioanni, paradisum Latroni, & militibus vestimenta, quo nudus mansit in lecto Crucis. In his nuptiis aqua in vinum conuertitur, cùm lachrymas doloris consolatio Spiritus sancti sequitur.*

S. Bonau.

Quæ dona suæ sponsæ hanc ducens, Christus dederit.

Similitudo septima.

22. HIlaritas ibidem non frequens sed perennis, pro tempore & diebus coniugij celebrati; at vilis & efficta Eucharistiæ respectu. Ad nuptias lætus ibat sponsus robustissimus, cum ex oppidi vicinia occurrit illi Leo, quem ipse tanquam agnum in frusta dissecauit. Sed quid nubenti viro iucunda meditanti, occurreret, ni fera, dilacerans, & deuorans? Qui quidèm (quamuis nouum hoc tibi videatur) à viis nunquam abest festiui Matrimonij, sed potiùs semper ibi incedit truculentus, concutiens ore funebri horrendas colli iubas; transeuntibúsque illac extemplo trepidantibus apparet nimis audax, & crassa mole leo; etsi à carnis diræ velamine obcæcatis rarissimè cernatur. Paucissimi sunt nanque Sansones in hoc mundo, cuius nomen, Sol eorum, vel Solis fortitudo Hebraica voce sonat, quorum lux & quoduis robur hac fera non periclitet, & in viis nuptiarum non pateat mortis ori, ac vnguibus leonis, qui circuit incessanter. Sed si fortè ab his nuptiis ad aliàs Eucharistiæ deuotè sese conferant, tunc mella, perquàm dulcia, in ore ipsius bestiæ lætissimè reperient; quod Ambrosius de Spiritu sancto in prologo ad Gratianum videtur presensisse, dum dixit huiuscemodi: *Neque enim otiosum videtur, quod cum tenderet ad Mysterium nuptiarum, leo rugiens occurrit ei, quem manibus ille decerpsit, in cuius corpore connubio optato iam potitus, congregationem apum reperit, & mel sustulit de ore eius, quod patri tribuit edendum, & matri. Habebat gentium populus mella, qui credidit, quò corpus feritatis erat ante, nunc Christi est.* De leonibus coniugandis & coniugatis occurrentibus, videatur inter multos Iuuenalis satyra 6.

Iudic. 14. 6.

Sansoni cur nam leo ad nuptias per quam lætas exierit in via.

S. Ambros.

Iuuenalis.

Similitudo octaua.

23. HIs peractis mox ad portam Ecclesiæ simul veniunt iungendi datis manibus promissi desponsati, vbi fixè Matrimonium per verba de præsenti, in Parochi præsentia, initur inter eos. Quæ solemnitas huic sacro non defuit ab initio; nam in prima sui vmbra & primo mundi aditu, in terræ paradiso solemniter est actũ; de quo S. Bonauent. in die Nuptiarum; *Nuptiæ primæ institutæ non in vili loco, non in angulis, sicut modo fiunt clandestina Matrimonia, sed in paradiso institutæ sunt. Sed heu modò post lapsus multos & fornicationes multis contrahunt.* Et etiam Christi tempore, in ipsa porta Ecclesiæ, prædicationis suæ initio & miraculo priori eiusdem Redemptoris, in Nuptiis patefacto, creatum est Matrimonium, seu potius subleuatum, erectum, & sublimatum in verum Sacramentum; iuxta aliquos DD. quos refert Tho. Sanchez lib. 2. d. 4. n. 5. de Matrim. & Villalobos to. 1. tract. 53. diffic. 5. n. 1. Reueráque germanior tunc eius institutio, quàm postea, cum sic dixit supponens factum, Christus; *Quod Deus coniunxit, homo non separet*: quod ad dictam institutionem referri plus videtur; quàm ad aliá per hæc verba actualiter peractam. Et maximè, cum saltem, vt omnes confitentur, Christus nuptiis interfuerit,

Ad Ecclesiæ primam portam cõnubium celebratum.

S. Bonau.

Matrimonium in Sacramẽtum cùm fuit sublimatum.

Sanchez. Villalobos.

Matt. 19. 6.

A vt eas approbaret; ergo etiam, vt ſublimaret in nouum Sacramentum, & ad aliud Sacramentum ibidem in conuerſione tam mira pręſignatum, præcipue collimaret. Qua certè cogitatione ſic dixit Irenæus apud Maldonat. ſuper Ioan. cap. 2. n. 12. *Feruor magnus fuit bibendi Christi ſanguinem, qui in illo vino ſignificabatur.* Et Cyrillus paulò infra n. 27. *Maius miraculum videtur, quòd Christus aquam in vinum verterit, quàm quòd nunc vinum in ſanguinem ſuum conuertat; quoniam magis appropinquat ſanguini vinum, quam vino aqua.* Tantopere cum Euchariſtia conſentit Matrimonium, vt in mundi rudimentis cum arbore vitali, & in mundi complemento cum conuerſione tam mirabili extiterit coniunctum, & quaſi maritatum.

S. Irenæus.

S. Cyrillus Ieroſol.

Miraculum nuptiarum vt maius Euchariſtico.

B

Similitudo nona.

24. AD portam iam Eccleſiæ ſiſtentes deſponſati, per verba de præſenti perficiunt Matrimonium. In quo illud demirandum, notandúmque contingit, quòd licet Matrimonium abſque Parocho non teneat, ille tamen Sacramenti Miniſter non exiſtit, ſed ipſi contrahentes; conſenſus quorum interior habetur pro materia, & verba exteriora pro forma, & eius anima. Non obſtante, quòd cauſa materialis & efficiens ſint pariter tum temporis iidemmet nubentes; id etenim contractus natura per ſe exigit, qui de ipſis contrahentibus perſonis ſolùm conſtat. Quemadmodum ſi quis ſe venderet in ſeruum; nam venditor & res vendita, materialis & efficiens tunc idem ſimul foret; vt cum placito communi cap. 6. de Matrimonio reſpondet Bellarminus. Quod etiam in Euchariſtico ad vnguem factum ſcimus; cum Chriſtus ibi fuerit conuiua atque conuiuium; vt loquitur Hieronymus; quam quidèm ſimilitudinem ob, ſignat per hæc verba Henriquez lib. 1. cap. 26. §. 7. de Sacrament. in genere. *In omnibus Sacramentis nemo poteſt ſibi miniſtrare. Nemo enim à ſeipſo clarificatur, vt Pontifex fiat. Hebr. 5. Excepto tamen Sacramento Euchariſtia, & Matrimonij. Sacerdos enim ſe ipſum communicat, & Christus Euchariſtia Sacramentum ſumpſit, & ſibi ipſi miniſtrauit. In Matrimonio autem, quoniam adhuc eſt contractus naturalis, Miniſtri ſunt ipſi contrahentes laici, & qui poſterius explicat conſenſum, ac ſubinde formam, hic alteri, licet abſenti, & ſibi ipſi Sacramentum & gratiam confert.* Et cap. 29. §. 4. *Quòd ſi ille, qui poſterius proferens, non eſt in gratia, adhuc gratiam alteri confert, & eſt illi cauſa gratiæ, licet det, quod non habet, quia gratiam ex ſe non dat, ſed ex Christi meritis. Nec talis contrahens peccat, dando alteri gratiam exiſtens in mortali, quia eſt laicus, & non conſecratus ad illum actum; peccat tamen in eo, quod id Sacramentum indignè accipit.*

Matrimonij ſunt Miniſtri, & quare contrahentes.

C

Bellarmin.

Henriquez.

Vt ipſi contrahentes alter alteri & ſibi ipſi conferre poſſint gratiam.

Vt contrahentes ſine gratia, dent ſibi alternè gratiam; & quare illi non peccent hanc dantes in peccato.

D

Similitudo decima.

25. HIs manet Matrimonium tam ratum quam perpetuum, & permanens vſque ad mortem alterius ex nubentibus; in quo ſanè cum Euchariſtico conſentit non permodicè; nam vbi Conſecrationis, eloquia proferuntur, & ratum & perſeueraos vſque ad obitum ſpecierum exiſtit Sacramentum; cum reliqua tranſeuntia duntaxat ſint, & voce cõmuni dici ſoleant; quòd vſu & actione eodem protſus tempore vt fiunt ſic deficiant; vt veniunt, ſic pertranſeant. Euchariſtia verò è contra, tam antequam poſt vſum perdurat Sacramentum, quouſq; tandem eius ſpecies corrumpuntur, vel alio quouis fine inueniunt ſuam mortem; quemadmodum tunc ſolùm cuiuſque creaturæ Deus Dominus non eſt, ſeu incipit non eſſe, cum ipſa creatura amittit ſuum eſſe, & deſinit, ac perit; vt docet D. Thom. 3. p. q. 76. art. 6. ad 2. Cyrillum Alexand. in epiſt. ad Coloſir. in iſtum modum affetens. *Inſaniunt, qui dicunt Myſticam benedictionem Euchariſtiæ, ſi ex ea remanſerint in ſequentem diem reliquiæ, ad ſanctificationem inutilem eſſe; non enim ſanctum Domini corpus mutabitur, ſed benedictionis virtus & viuifica gratia perpetuò manet in illo.* Vnde patet hancce hæreſim anno noſtræ Redemptionis 1536. non fuiſſe per Bocetum Lotheri conſodalem inuentam & ſuſcitatam; vt putat Bellarmin. lib. 4. cap. 1. de Euchar. Sacramento. Patentiùs verò claret, inſanos ex ſe eſſe, Cyrilli iuxta verba, huiuſmodi aſſertores; de quorum late inſania ibidem Bellarminus; & quæ 1. Enarr. n. 57. & 8. n. 58. vtcunque demonſtrauimus.

Euchariſtia & Matrimonium permanentia Sacramenta.

D. Tho.

Cyrillus Alexand.

Inſania quanta ſanctæ non credere Euchariſtiæ.

Similitudo vndecima.

26. ROboratur vtriuſque doratio Matrimonij ea Eccleſiæ ceremoniis collatis contrahentibus, è quibus tantùm annulum per Sacerdotem benedictum, & poſtmodum per ſponſum ſponſæ ſuæ traditum hoc loco ponderabo. Quid autem deſignatur per annulum ſphæralem, quàm amoris circumferentia, quæ cum annis volubilibus, quantumuis diffluentibus, & fluxis naturaliter, tam fixè, quam perpetuò ad idem ſemper redit; ſententiam iuxta Buſti, qui in Roſar. 2. p. ſerm. 25. huiuſmodi ſe habet: *Debent ſe vxorati maximo amore ad inuicem diligere; & hoc per annulum ſignificatur, quo vxor à viro deſponſatur, de quo in cap.* Noſtrates; *& in cap.* Fœminæ; 30. *q.* 5. *Qui debet eſſe aureus; rotundus, & in quarto digito poſitus, ac vnicus tantummodo. Aureus quidem vt oſtendatur, quod ſicut aurum excedit omnia alia metalla, ita amor iſte cæteros amores. Rotundus autem ad oſtendendum, quod amor ille debet habere perpetuitatem, vt nunquam finiatur, niſi per mortem. In quarto autem digito ponitur ex inſtitutione Eccleſiæ, vt notetur quod ille amor debet habere præcordialitatem; dicunt enim naturales, quod quædam vena à corde procedit, quæ in quarto digito*

Buſtus.

Amoris ſignum annulus in quatuor qualitatibus, & ideo nuptis datus.

digito respondet, vt etiam dicitur in dicto cap. Fœminæ; *sub illius finem. Vnicus autem ponitur annulus, ad ostendendam istius amoris singularitatem. In cæteris enim homo vult habere socium, nisi in amando vxorem. Et ideo Deus non ex pede, nec ex manu, nec ex alia parte corporis, nisi ex latere iuxta cor, mulierem primo homini fecit, vt nec dominam, nec seruam eam reputaret, sed vt charissimam vxorem diligeret ex corde.*

Hæc ille dicto loco; qui tamen s. p. serm. 15. Fidem illam qua Fideles cum Deo desponsamur, intelligit per anoulum; quod probat ex Osea; *Sponsabo te mihi in Fide*; & ex textu, iuncta Glossa in cap. *Nostrates*, recenter allegato, de quo annolo sic dicebat Agnetis innocētia, & sanctitas eximia; *Annulo Fidei subarrauit me, & immensis monilibus ornauit me*. Hac enim, tanquam annulo vocato signatorio, signatam se fatetur; *Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam*. Verùm esse Fidem istam, & annulum sigillatim Eucharistici Mysterij, ex verbis subsequentibus clarissimè indicatur; *Iam corpus eius corpori meo sociatum est*; nimirum in cibo hoc; nam aliter vt daretur societas in virgine, actualiter morieote pro zelo pudicitiæ? *Et sanguis eius ornauit genas meas*; videlicet, pudore, exinde deriuato; magna etenim verecundia, imò maxima ignominia hærere Christi corpori, & bibere eius sanguinem, ac ab illo per alterius discedere adulterium; cum ipse à nobis nunquam voluerit abire, sed tanquam bonus annulus oobiscum, ad finem vsqoe morari & permanere; *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*. Imo verò Christus vicit, quantumuis fabulosos, & ad libitum compositos excessus amatorum; abire in quibus simul manere que dicuntur; non sioe pugna & bello, quod transitus ad Patrem, & mansio cum dilectis in illo suscitabant. Sed cum ipsius amor diuortio non det locum, vt prædam corpus suum altrinsecus diuisit, seu integrum perfectissimè constituit vtrobique; in mensa nanque mansit, cum abiit in patibulo; ac moriens in Caluario, est ortus in cænaculo; & prius in hoc mansit, quam discederet per Crucem, vt citiùs sic oobiscum industria amoris esset, quàm vtiqoe cum Patre; qood neutiquam contingeret, si postqoam resurrexit hoc suum Sacramentum, vt aliqua institueret. Qua de caosa si præseos sponsus semper adest, fugiamus totis viribus illius adulteria, quæ discessibus in magnis frequentiùs perpetrantur; vt de fœminis nobilissimis, in numeróque amplo, Connubialibos in Legibos p. 9. n. 125. obseruat vir grauissimus Andreas Tiraqoellus; quod firmat inter multa ex cantu Ouidiano, in arte sic sonante;

Dum Menelaus abest, Helena ne sola iaceret
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.

Nec debet prætermitti pro bino Matrimonio, carnali, & Eucharistico, ipsum annulum æqualitatem in desponsatis denotare; nam sanè si angustus, in digitum non intrat; si largus citò cadit; vt pateat, quòd connu-

Oseas 2. 20.

Fides anoulo signatorio signatur in Dei verbis.

Vt Agoes Dei sponsa, & Martyr cibo Sacro.

Matt. 28. 20.

Discedere & manere in Christi amore visum.

Amoris eius causa ante Christi Passionem, non post Resurrectionem fit condita Eucharistia.

Adulteria in maritorum absētiis plus frequentia.

Ouidius.

Æqualitatis signum annullis vt exteri coniugalis; & qualiter æqua-

A bium inter pariles personas dumtaxat est durabile; in aliis verò casum, & casus multos parere; quapropter 9. Epist. coosuluit idem Vates;

litas fit eis necessaria.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Et Fastor lib. 3. brutorum morem proferens;

Cum pare quaque suo coëunt volucrésque, feraque
Atq; aliquā de qua procreet, augui habet.

Quæ æqualitas & annulus in oostro Matrimonio nil mious est perspicua, in verbis quæ in orbem & aonulum se vertunt; *In me manet, & ego in eo.*

Similitudo duodecima.

B 27. POst hæc in domum redeunt coniugio vinculati, vbi copulæ futuram adimplent pactionem, & in liciris deliriis connubij iugum ferunt; ac in Domini famulatum, si viri sunt probari, progignunt, alunt, instruunt familiam liberorum. E quibus nihil deest in nuptiis Eucharisticis; nam de copula S. Ephrem de iudicio externo agens, in istum modum loquitur; *Est anima nostra sponsa sancta facta immortalis sponsi, nuptiarum autem copula Diuina sunt Sacramenta, per quæ sancta anima iungitur Sponso, dum cum timore ac tremore dignè sumuntur.* De deliciis; verbo Eucharistia in locis commonibos Phelippus Diez; *Matrimonium institutum fuit in remedium fragilitatum carnis. Itaque caro se carni tradit, vt sic remedium inueniat in suis passionibus.* C *Qui igitur vxerati non sunt, quid eorum habent, vt passionibus suis obuient, & suam fragilitatem comprimant? Aliam profectè carnem habent, & alias illecebras, ac voluptates inea; in quibus sua propria carnis, nec non fœminarum obliuiscuntur; & hæc est Domini nostri Iesu Christi caro. Rachel Gen. 30. voluptates carnales coniugis sui pro mandragora odore commutauit, atque ita vxori sua Lia dixit*; Dormiat tecum hac nocte pro maodragoris filij tui. *Sic nunc plurimi pij ac deuoti homines, propter odorem & suauitatem Iesu Christi floris pulcherrimi, carnales & sensuales abiiciunt voluptates.* De vtraque verò re, & copula, & deliciis, Augustious in suo lib. de substantia dilectionis cap. 3. tom. 4. *Per dilectionem copulauit sibi Deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificanda erat bonum, ex ipso quodammodo per affectum sugeret,* D *& de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret.* Et iterum post pauca. *Suge ò apicula, suge, suge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem; immergere, & repleri; quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo, & inhære; sume, & fruere; si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit.* De filiis verò habitis ex sponsa, quæ nihilominus perpetuò virgo manet, & pulchrior, ac integrior, in serm. de Euchar. sic honos Veneroium: *Et quidèm, ex quo tanto adhæsisti sponso corpúsque tuum corpori eius associatum est, effecta es speciosa, & suauis in deliciis, decora, & ornata in vestibus, venusta, & grata in moribus; ignita & sancta in desideriis; prudens & sensificata in*

S Ephrem. Quæ copula cum Deo in Eucharistiæ Matrimonio.

Phelippus Diez.

Quæ pariter deliciæ.

Gen. 30. 15.

S. August.

L. Laorent. Iustin.

cogitationibus; fœcunda & locuples in filiis; sic dilecta, vt Dei Filius affectus de te illud dicat Cant 4,7. *Cant.* Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vlneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Sponſæ coram ſponſo quis lepor & venuſtas. *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa.* Pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus deſtilans labia tua ſponſa; mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomo- A rum fructibus. O Deus! & quales fructus! prouentus quam ingentes! vbertas quam ſuprema! felicitas quam ſumma! Hæc propter bone Lector miracula hîc ſubticeo, & illud ſolum tibi ad n. 58. octauæ Enarrat. ſuperius iam libatum, hoc loco refricabo; Paſtophoria, ſiue thalamum, ob omnia quæ hucuſque à nobis dicta ſunt, vocari priſco tempore Euchariſticum Sacrarium. At thalamus Latinè eſt lectus coniugalis; vnde omnis qui in iſto, vt decet, decubuerit, inueniet ipſum Deum, quem certè in vita fragili dulciſſimè amplexabitur, donec eo in ſempiterna iucundè & nimis firmiter æternùm perfruatur.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO DECIMAQVARTA;

DE PARADISOQVE SEPTENA, ET de ſeptenariis Enarrationibus extra ordinem, ſecunda; in Figura ſeptem artium, quas vocant liberales.

Super verba Regis Vatis, Pſal. 77. n. 24. *Panem cæli dedit eis; Panem Angelorum manducauit homo.* Et Ioan. 6. n. 52. *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita;* quæ vniuntur n. 4.

De continuatione Numerus I.



REATA viro fœmina & ſimul coniugata, omnis eius temporalis, corporaliſque fœlicitas ad apicem peruenit; habebat nanque ſociam decore venuſtiſſimam, & gratiis perfectiſſimam; vxorem dilectiſſimam; ac matrem fœcundiſſimã futuræ ſuæ prolis, & teſtem locupletiſſimam beatitudinum ſuarum; ſine quibus nihil valet bonorum congregatio, quæ abſcõdita, & non viſa, plus diſplicent, quam placent, plus oneri ſunt homini, quam honori, & complacentiæ, ex oculis res noſtras videntium ſemper ortæ; nam oculi faſcinantes, inuidentes & nocentes, non oculi videntium, ſed potius inuidentiũ, ſeu videre nequientium ex ipſa verbi, *inuideo*, ethymologia comprobantur. Hinc planè digna lachrymis ſolitarij viri orbitas, non ſolùm quando cadit, & ſubleuantem ſe non habet; vt Salomon deplorat. *Væ ſoli; quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe;* ſed etiã quando aſcendit, & contemplantem ſe non obtinet, vnde bona tantùm viſa ſunt bona in Sapientia, quæ aſſerit, ſupponens hanc ipſam veritatem. *Quoniam bona ſunt, quæ videntur.* Ergo hominis ad ſummitatem beneficia peruenere, cùm alios rationales intuitus eſt oculos, qui poſſent intueri, & munera intellectu Diuina põderare; Quæ omnia Deus eidem largiſſimè donauit. *Vt cum videritis hominem poſt tot beneficia delinquere, culpam in Deum ne reieceritis, ſed ſibi totum imputetis: ipſe enim ſibimet ipſi omnium malorum auctor fuit;* quemadmodum Chryſoſt. apud P. de la Haye in Gen. 2. n. 25. grauiſſimus eſt auctor. O larga Dei inuentio ad hominem retinendum in gratię patrimonio, ni mala ingratitudo hanc gratiam labefaceret! de qua 10. Enarrat. abundè ſatis egimus. Adſit mihi de præſenti liberalitate diſſerturo liberalitatis Mater inclyta, de qua teſtatur eius deuotus impenſiſſimus ſerm. de aquę ductu. *Nihil nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſeat.*

Non bona quæ non ſunt ab aliis circunſpecta.

Inuidia cur ſic dicta.

Eccleſ. 4. 10.

Sapien. 13. 7

Chryſoſto.

Maria Dei donorum largifluus, aquæ ductus.

S. Bernard.

VT ARTES MVLTAS DEVS ORDINAVERIT liberales, in numero ſepteno; & de tituli ratione ſub iſtis ſeptem artibus.

2. 

VB ſeptem notum eſt, & tempora reuolui, & beneficia temporalia occludi, ac contineri; quapropter quies Dei ſeptenodie ſumpta, *Requieuit die ſeptimo*; de eius verſus hominem munificentia elucidare non deuium iudicabitur. Nam ſi Deus non requieuit, niſi homine creato, quia in eo iam habebat dimittere cui poſſet peccata perpetranda, vt ſemel cum Ambroſio dixiſſe rectè memini, cur pariter non ideo requieſceret in homine, cui poterat

Geneſ. 2. 2.

Vt in hominis beneficiis Deus propriè requiescat.

quàplurima vt multa tunc contulerat, conferre beneficia? Certè tantò congruentiùs refulget sensus iste, beneficia quantò hominis fuerunt de præsenti, & peccata quæ commisit, dumtaxat de futuro; illa in actu, hæc in potentia; illa volita & intenta, hæc autem solùm à Deo permissa, & tolerata. Vnde claret magis Deū in homine ditando, quàm in eiusmet peccata post lapsum condonando, hanc requiem vendicasse. Sed signanter ea propter requieuit die septimo; quia ad septem reducuntur Diuina quæque munera; nimirum, vel ad septem Spiritus Sancti dona, si agitur de donis; vel si agatur de virtutibus, ad septem vniuersales oppositas peccatis; vel ad opera misericordiæ, quę septem dignoscuntur, si de operibus & virtutibus exercitis sit sermo; vel ad septem Sacramenta, si de gratiis post ruinam obtentis disseratur; vel ad artium liberalium illustrę septenarium, si de artibus & scientiis, quę à Deo tanquam munera dimanant præclarissima, hæc quæstio ventiletur. Quę omnia sunt verissimè liberales septem artes, si ethymologia septem artium istarum perpendatur.

Ad septem vt reducantur Diuina quæque munera.

Vnde artes liberales huiusmodi vocatæ.

Liberales nanque illæ vel ideo nuncupantur, quia libero quocúnque dignissimę sunt homine, vt aliæ ea ratione seruiles dici solent, quòd deceant tantùm seruos; quo factum, solis liberis apud veteres licuisse his artibus incúbere, & eas comparare; quemadmodum de nobilitate cap. 31. n. 409. est auctor Tiraquellus; quas omnes, tam liberales quam seruiles sub his versibus est palam circunferri;

Tiraquellus.

Liberales ac seruiles quæ artes sint, & quales.

Lingua, Tropus, Ratio, Numerus, Tonus,
Angulus, Astra;
Rus, Nemus, Arma, Faber, Vulnera,
Lana Rates.

Vel quia à curis malis & vitiis secum liberant? Vel tandem, quia filiæ legitimæ intellectus; ex eo quia liberi dicuntur illi filij, qui ex liberę matrimonio legitimè sunt nati; nam geniti ex ancilla seruilem vitam induunt, cum ventrem in iure partus sequatur naturaliter; per text. in L. *Partum*; Cod. de *Rei vendicat*, & Cap. *Dilectus*; extr. de *Seruis non ordinandis*. Sicut quæstui, & necessitati corporeæ inseruientes, ab ista voce mœchus, adulterum signante, vt filię adulterinæ, non ex thoro immaculato productę rationis; sed ex coitu sordidissimo inopiæ contemptibilis; mœchanicę vocantur seruiles septem artes.

Qui filij liberorum agnomine sint digni.

Partus sequitur ventrem.

Quocunque verò titulo ex tribus recensitis, illa quatuor quę memoraui, vel dona, vel virtutes, vel Sacramenta, vel postremò liberales ipsæ artes, sunt artes liberales; cum omnia sint virtutes, seu munera Diuina, quę liberis & ingenuis ingenuitate vera præditis tantummodo sunt apta; dicente Salomone. *Iustitia rectorum liberabit eos.* Ergo iustitia, siue virtus (quę iustitia generali vocabulo appellatur, & virtuosi viri iusti) ars verè est liberalia, quæ liberat à malis. Vlteriùs quòd tantúmodo sunt digna, quę sunt licita; at licitę virtutes, &

Prouer. 11.6

A quæque cæli dona; per text. in L. 5. ff. de *Iustitia & iure*. Deinde, quia liberant à curis & piaculis; quemadmodum peccata irretiunt, & illaqueant; hincque optimè de cunctis præfatis septenariis, dici potest quod in 1. Dom. Quadrag. serm. 4. dictum est per Sanctum Lusitaniæ, ad verba Dan. *Septem quoque tempora mutabuntur super te. Per quæ tempora* (scribit ille) *artes liberales intelligo; liberales, inquio, ab effectu; non illas, quæ liberales communiter vocantur, sed illas quæ liberare habent hominem à seruitute peccati, & eum propriæ tradere libertati, quæ sunt septem opera misericordiæ.* Et tandem quia hę solum legitimę sunt filię, ac ideo verè liberę, ab ipso Deo genitę. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens* B *à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*; omisso, quòd id tantùm donatur liberaliter; quod datur sine spe retributionis alicuius; & talia Dei sunt dona. *Qui dat omnibus affluenter. & non improperat.* Quare à dono nomen Dei, & Deus, cui soli conuenit huiusmodi donare; vt Philo in lib. dixit de *Somnus* nuncupato. Ergo istę septem artes dumtaxat liberales; nō quidèm à Iouis cerebro, vt alię fabulosè progenitæ, & enatæ; sed sanè à mente illa Diuina & increata, à qua nascitur perenniter Diuina Sapientia. *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Hæc enim nobis tribuit quæcúnque ex cælo veniunt; vt in 1. Enarrat. & 6. notum feci.

Dan. 4. 22.

S. Anton.

Virtutes quare propriè sint artes liberales.

Iacob. 1. 17.

Ioan. 1. 5.

A dono Verbum Deus.

Eccles. 24. 5.

C

Liberalis quænam ars ex præcedentibus sit maior vbi quæstio resoluta pro septem Sacramentis.

3. HOc patet, quia ex sanguine immensi longè pretij, vt Christi, vires habent; quod tam gratię liberalitatem in tempore innocentiæ transcendit, quàm post culpam. Illud quidèm ex sententia ipsius veritatis. *Veni. vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Et pariter Gregorij cum tota Dei Ecclesia in cerei benedictione. *O felix culpa, quæ talem meruit habere Redemptorem!* Hoc verò ea re clarissima, in materia de Sacramētis; qua dicitur de gratia per illa comparata, conquisitam per virtutes & dona Sancti Spiritus suapte superare. Quæ etiam D confirmatur ex eodem Lusitaniæ Patrono sic dicente, serm. in Cæn. Dom. *Multa nobilissima dona dat homini Deus; sicut dicit B. Augustinus. Dedit (inquit) Deus homini animam cum potentiis, corpus cum membris; mundum cum elementis, artem cum documentis, Fidem cum Sacramentis, se ipsum cum tormentis; & ideo* ait; Accipite *tanquam donum magnificum.* Comedite; *tanquam cibum salutificum.* Hoc est corpus meum. *Hoc est inquam corpus meum, virtute Spiritus Sancti conceptum; in instanti formatum; de Virgine natum; vinculis ligatum; durè flagellatum, in Cruce eleuatum, felle potatum, lancea sauciatum.* Vbi Fidē cum Sacramentis & Christum cum tormentis; sed

Sacramenta quæque dona liberalitatis Dei excedunt.

Ioan. 10. 10.

S. Anton.

Et Eucharistia Sacramentorum excedit largitatem.

ſed tamen in edulio Euchariſtico locatum ſupremo loco poſuit; vt conſtet quantùm alia Diuina quæque munera excedant Sacramenta; & Sacramenta hoc Sacramentum, quod Chriſti corpus continet, propterea donum hîc magnificum appellatum;

Pſal. 110. 3.

& etiam in Rege Vate. *Confeſſio & Magnificentia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Ne enim dubium eſſet de ma- A gnificentia tam notabili, quæ vnicum Dei opus vocatur in his verbis; quaſi reliqua Dei opera non eſſent eius opera; immediatè ſuperadditur. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Sed latiùs de hoc ſolùm in numeris ſequentibus huiuſmodi, excurrentibus.

N. 4.

VT AB VNO SACRAMENTO, EVCHARISTICO, videlicet, ſuperentur quæque alia, in liberalitate qua fuerunt diuinitus ditata; & ſibi poſt Dei donum, ingenita & innata.

4. PATENTIOR eſt res præſens; vnde Dominus de hoc pane multoties dixit *Dabo. Panis quem ego dabo. Vincenti dabo*; cum alijs multis verbis deſcriptis in Ioanne. Notatio eſt D. Tho. 2. Apoc. dicentis in hunc modum. *Hoc Sacramentum eſt gratuitum liberalitate, quaſi alia non ſint ita. Ex magna enim gratia & liberalitate Dei eſt, quòd dat nobis ſeipſum in cibum; & ideo dixit,* Dabo. *Vincenti dabo. Panes, quem ego dabo.* Quo loci conciliatur aſſumpta à nobis themata, incipientia per, *Do*, verbum. *Panem cæli dedit eis. Panis, quem ego dabo*; id eſt, ſumma liberalitate, & largitate redundanti pro omni prorſus orbe, vt conſtat ex ſequentibus, dum in primo panis ſufficit hominibus omnigenis; *Panem Angelorum manducauit homo*; & in ſecundo toti mundo, ab ipſis longè & latè repleto & habitato. *Caro mea eſt pro mundi vita*; hoc eſt, pro vita hominum, vbilibet terrarum vaſtiſſimè incolentium.

D.Thom.

Liberalitas Dei ſumma & vnica Euchariſtia.

Pſal. 77. 24

Ioan. 6. 52.

Sed quare viris omnibus & orbi ſatis integro, qui pluit vni populo? & vnam tantùm prolem cibauit in horrore deſertæ ſolitudinis? quia in figura panis ipſe ſatiauit & expleuit ſpheram vniuerſalem. Fuit namque manna illud, de quo agitur in Pſalmo. recenter memorato, munificentiæ Dei exemplum; quod ſi ſanè non fuiſſet, Diuinæ foret vtique exemplar auaritiæ; vt cibus qui permodico (reſpectu mundi) agmini, pro modicóque tempore, & hoc exceptis Sabbathis diuina pluit gratia; ita Cyrill. in Ioan. relatus à Pagnino in proximo allegando. *Sic contractam miſericordiam Dei, ac exilem eſſe putatis, vt vni tantum Iudæorum populo cæleſtem panem largitus ſit? Manna figura quædam erat vniuerſalis Dei liberalitatis, loco arrhæ hominibus conceſſa.* Ergo arrha liberalitatis temporibus futuris aperiendæ & oſtendendæ in ferculo Euchariſtico; nam arrha pignus eſt pro re aliqua futura in poſterum coniecta, dilata, & reſeruata, & quę debet proportionem habere cum re ipſa, in cuius loco pignori idoneè commendatur, iuridicè obligatur. Sed ſic eſt, quod Figura liberalitatis Dei eximię in cibo data fuit, ergo etiam in cibo alio per illum met tam multis miraculis ſignato, hæc ipſa eſt liberalitas; in cuius B plane obſequium lib. 10. cap. 29. Iſago. ſup. Bibliot. interrogat Pagninus cur manna à Rege Vate *Cibaria in abundantia*; in numero plurali, ibidem nuncupetur; & in Exo. plures panes, non vnus ſingularis. *Ego pluam vobis panes*; cum tamen vnus panis, & vna cibi ſpecies extiterit in ſe? quod dubium ſic reſoluit. *Quia Chriſtus ſecundùm ſe vnus eſt panis; vel vnum corpus Chriſti. Veruntamen ſecundum locales Eccleſias, & ſecundum offerentium perſonas, ſiue accipientium innumerabiles populos, cibaria, ſiue panes rectè dices pluraliter; quia omnibus fuerunt dati, puſillis & magnis.* Cui conſonat Incognitus in Pſal. 54. exponens illam vocem. *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos*; & loquens huiuſcemodi. *Si quæras cur Sacramentum vocat cibos, non cibum in ſingulari? reſpondeo; propter multiplicem virtutem, qua animam deuotè ſumentem reficit.* C En Dei mira liberalitas in pane Sacro-Sancto.

Vt auaritię, & liberalitatis Diuinæ Manna vmbra extiterit veriſſimè, reſpectu diuerſorum.

S. Cyrillus.

Pagninus.

Pſal. 77. 25.

Exod. 16. 6.

Multi panes & cibaria in numero plurali cur cibus Euchariſticus.

Pſal 54. 15.

Incognitus.

5. Quam ideo noſtri Ordinis ac Regni clarum iubar, amoris Chriſti facit ſpeculum curuſcum, ſecundum noſtrum thema, in loco iam producto, elucidans, vt ſequitur. *Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Quam verò Chriſtus hominem dilexerit, hæc verba demonſtrant Euangelica: in quibus tria ſunt, quæ hanc cænam Sacratiſſimam omni reuerentia dignam, acceptabilémque reddunt. Primum, nobilitas alimenti: ſecundum ſublimitas Sacramenti: tertium abolitio detrimenti, per eſum Adæ mundo inflicti. Alimentum eſt mentis refectiuũ; Sacramentum morbi curatiuum: detrimentum autem humani generis depreſſiuum pondus fuerat, quo cecidit in culpam, & mala indicibilia. Nobilitatem alimenti probat cibi expreſſio.* Panis quem ego dabo. *Sublimitatem Sacramenti, miraculoſa tranſſubſtantiatio.* Caro mea eſt. *Ablationem detrimenti, redemptio vniuerſalis* Pro mundi vita. Cuius ſpeculi largitatem proſequitur, affirmans, tam Beatos comprehenſores, quàm viatores in ſtadio pugnantes mundi huios, & Fideles in Purgatorio à pugna iam ceſſantes, ſed pœnam & pugnę vulnera tranſactę patientes, & anxiè tolerantes, dilucide & diſtinctè in eo met videri; dum Hoſtiæ prima pars in ſanguinem intromiſſa priores reprę ſentat, qui introducti ſunt in Dei perſpicuam viſionem; duę verò quæ ſuperſunt altrinſecus diuiſę, poſterio-

S. Antonius

Amoris Chriſti ſpeculũ, quam nitidũ Euchariſtia.

res duos allos, à cęlo & se prointerim hinc inde condiuisos, & valde separatos, donec speculi huius pretio beatitudinem conspiciant in facie Creatoris. Quod speculũ Bonauentura in manus mentis suæ assumens. Sic eloquitur de Ascensione serm. 1. *Bibunt Fideles vinum de calice, vt pulli aquilæ lambunt sanguinem.* Bibite ex hoc omnes. *Certè nunquam fuit aquila ita liberalis sicut Christus: aquila enim licet sit liberalitatis tam eximiæ, vt escam quam prædatur aliis auibus communicet, carnem verò & suum sanguinem, hæc illa non communicat. quod tamen Christus facit* Et Clementina de *Reliquiis*, venerationéque Sanctorum, quæ contuens rem eandem & ipsum Christi amoris speculum clarissimum, exclamat demirata: *O diuini amoris immensitas, diuina pietatis superabundantia, diuina affluentia largitatis! dedit enim nobis Dominus omnia quæ subiecit pedibus nostris, & super vniuersas terræ creaturas, contulit nobis dominij principatum. Et cum tam copiosa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipse in nobis suã exuberantem charitatem præcipua liberalitate monstrare, semetipsum nobis exhibuit; & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis, & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore! ô larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum!* Hęc ibi quam multiplici dulcedine scatentia; quę io Mysticę Theolog. lib. 1. est imitatus, magnus ille contemplator, Henricus noster Harphius Thaulerus cap. 4. de exercitiis vitæ Christi; & Conci. Triden. sess. 13. cap. 2. Ergo amore liberali, qui Scopus verus est pręsentis sectionis, hunc cibum Deus instituit; vt Rosar. 2. p. serm. 14. p. 1. est Busto testis locuples; & Barradas tom. 4. lib. 3. cap. 7. per verba quæ sequuntur. *Exercuit hac hora Dominus summam liberalitatem; meritò igitur dicitur hora eius. In fine vitæ dilexit in finem; & liberalis fuit in finem; in finem vnquam donorum huius vitæ. Nam quod donum potest in hac vita hominibus dari maius, ipsa Dei morte, corpore, & sanguine?*

S. Bonau.

Christus aquila liberalis, & qualiter ac quantùm.

Clement. de Reliq.

Prodigalitas Dei Filij, & largitas quàm summa.

Harphius. Thaulerus. Conci. Trident.

Busto. Barradas.

6. Hinc dicitur de Manna figura tanti panis, apertis cæli ianuis pluisse Israëlitis. *Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit; & pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.* De pane verò ipso per illum figurato quod affert ex Gregor. Magister lib. 4. d. 11. *Quis Fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cælos aperiri?* Sed quomodo aperitur, & peruaditur materia imperuia ex semetipsa, & neutiquam immeabilis? quia liberalitas vi sua & robore natiuo tam sursum quàm deorsum transfodit cæli laminam subiectam nullis viribus, & hominum conatibus; sursum quidem in verbis illis ex Actis Apostolicis, cum multis consimilibus. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei;* deorsum verò in aliis, quæ in Magistri loco proximo q. 2. n. 12. sic ait vir Seraphicus. *Cæli dicuntur aperiri, quia diuina bonitas largè nobis*

Psal. 77. 23.

Cur Manna cęlo aperto pluisse inuenіatur.

S. Gregor.

Eleemosyna & liberalitas vt cælum modo duplici aperiant frequentissimè.

Actor. 10. 4.

S. Bonau.

A *tunc tribuit cælestem suum panem.* Nec malè aperiuntur per amplæ cæli ianuæ in isto Sacramento, in quo sanè cælum & terra se inuicem communicant, à cælóque in terram deueniunt eius dona, & omne datum optimum; quæ dona sunt in cælo, in terra verò data, vnde minimè superfluũ, sed aptum, & necessarium, quod dicitur in Canone. *Offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis, ac datis; Hostiam puram, &c.* Nam vt Odo Cameracensis scribit super Cantic. *Dona sunt in cælo, data in terra; Dona apud Deum in Christo: data super altare in Sacramento; dona in cælo nuda & aperta; at data super altare sub sensibilibus occulta.* Nec caret fundamento in iure tale placitum: multum enim apud Iuristas donare & dare differunt; cum donare sit gratuitò rem aliquam tribuere, & sine B nota vel specie retributionis dilargiri; vnde dicitur donare, id est, purè donum agere; & donatio doni actio; per textum in L. 1. ff. de *Donationibus* dare autem sit rem dare alterius rei intuitu; L. 1. de *Condiction. ob turpem vel iniust. causam.* Quare dicitur *Do, vt des;* non verò *Dono vt dones* Quocirca dona in cælo; vt libera, & patientia; at data sub velamine, obligationéque credendi, exhibita in altari; vbi certè cum Diuinitas & humanitas existant mira cum liberalitate vtrúmque verè adest; tam dona in cæli Domino, quam data in modo illo, quo ipse nobis datur sub pane & vino latens.

Quid donum sit & datum, & quali nam discrimine hæc duo distinguantur.

Odo Cameracen.

quod ethymon sit dandi, vel etiam rem donandi.

Cur dicamus, Do, vt des; non verò Dono, vt dones.

Benè auctor Gemmæ animæ lib. 1. cap. 35. de antiquis Missæ ritibus, notauit Sacram Hostiam in denarij formam esse, cum C imaginibus & literis vtrinque effigiatam; vt sciamus hîc pręsentem, qui laborantibus in vinea, & gaudentibus in cælo denarium & pretium est; vtrósque bina facie, & modo summè recreans; & nostras hîc pecunias, thesaurúmque consistere; ac eum qui cum sit donator rerum omnium, denarium non tantummodo, sed etiam versus homines donarium sese fecit; donarium nanque est oblatio voluntaria, hæc autem tam libenter Fidelibus donata & ipsismet oblata tam sæpe in cibo isto, vt in Ioan. cap. 6. scribat sic Toletus. *Perpende, quanto artificio Dominus hos attrahit: ciborum enim & vtilitatis propriæ cupidos esse sciebat. Propterea spe cibi & panis tantùm allicit; propterea sermonem ad ipsos conuertit; dicens; Moyses non dedit; Pater meus dat, Imbecilles enim erant, & pro-* D *missionibus potius, quam rationibus trahebantur.*

Auctor Gemmæ animæ.

Denarium cur nam Christus sit, simul & donarium.

Toletus.

Hinc colliges, quam benè in liberalitate septem artes vincente liberales, hæc esca sit disposita; vt auidi quantumuis parerent sic Catholici tam magno Largitori; gratum opus Christianis, quàm Christo ingratum fuit exquiri tanquã latro, eo tempore quo adeo distabat à latrone, vt dederit seipsum latronibus maleuolis; pro quibus pœnas luens, huiusmodi dicebat. *Quæ non rapui, tunc exsoluebam;* & iterum conquestus ad suos comprehensores. *Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me?* Vbi certè quòd quęratur tanquam proditor Reip. seditiosus; & Rex fictus;

Psal. 68. 6.

Matt. 26. 55.

Cur ægrè Christus tulerit latronis imposturā, cum esset summè patiens, & qualis latro fuerit.

ſictus; culpa læſæ Maieſtatis in Cæſarem notatus (quæ omnia ſibi impoſita) nullatenus conqueritur, ſed ſolùm tanquam latro; vt oſtẽderet, alienius ab eo nihil eſſe, quàm aliquid furari, cùm claritatem, quam acceperat à Patre Omnipotente, actualiter Diſcipulis donauerat, & perpetuo reliquerat donario in cibo Sacroſancto; *Claritatem quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.* Eſt enim in eo Chriſtus, inter homines & Deum, extremo cum vtrique natura ſit vnitus, adunio perfectiſſima; vt in 7. Enarrat. inuenies enodatum. Quæ querela non tacetur in verbis præcedentibus; *In illa hora dixit Ieſus turbis; Tanquam ad latronem, &c.* Quaſi malè talis hora reſponderit tranſactæ, elapſæque ex manibus, de qua cæleſtis aquila; *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quapropter tantò Chriſtus tunc abfuit à latrone, vt latro plus fuiſſet, ſi cum poſſet, non dediſſet, ac etiam reliquiſſet Chriſtiadis hoc ferculum; nam quemadmodum realis eſt latro proculdubio, qui aufert quæ non poteſt, ſic latro voluntatis, qui valet, & non confert quæcunque poteſt dare. Ni forſan tanquam latro, & raptor cordis noſtri ligetur Chriſtus Dominus; hoc etenim vel ſolùm ob iſtum panem decuit, decebitque perenniter; non enim licet tanta liberalitas abſolui, ſed potius deuinciri, & cordium chordis omnium perpetuò vinculari.

Ioan. 17. 22.

Ioan 13. 1.

Latrocinij duo genera, & nullum tangens Chriſtum.

VT NON SOLVM SACRAMENTA IN liberalitate ſuperentur ab vnico Euchariſtico, ſed & artes liberales hoc ſeptem ſub ſe habeat, & ſuperet non parum.

Quàm propriè ſeptem artes liberales Chriſtus habeat, & qualiter in Euchariſtia ſint omnes hæ contentæ.

7. PRIMVM ſolùm hîc memoratum, vt ordo cõtexatur nunc proximè explicaui; ſecundum verò intelligo, non de artibus liberalibus communiter acceptis; etſi iſtas Euchariſtiæ ſeruire non negabit, qui in Arithmetica iam viderit, & in Muſica videbit Enar. 28. hoc Sacrum decantatum, & intimè applicatum; ſed de artibus, rationibus, & modis vniuerſis, quibus poteſt Deus hominibus oſtendi liberalis. Liberales ſanè artes; quas omnes contineri in noſtro Sacramento ſic ait D. Tho. explanans hæc verba; *Accipite & comedite*; quæ ille quinto cap. opuſc. 58. expendit iſtiuſmodi. *Hic eſt ſummus gradus Diuinæ largitatis. Primus nanque fuit ille, quo ſua nobis dedit;* Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. *Secundus, quo & ſuos dilectiſſimos clientes, nimirum Sanctos Angelos, in miniſterium nobis tribuit;* Omnes ſunt adminiſtratorij. *Tertius autem, quo ſe ipſum in ſocium & fratrem noſtrum arctiſſime per naturam eandem colligauit;* Nunciate fratribus meis; *Quartus dein quo in ſeruum,* ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. *Quintus etiam quo in pretium, turpiſſimámque mortem ſe obtulit, & tradidit.* Oblatus eſt quia ipſe voluit. Morte turpiſſima condemnemus eum. *Quod conſiderans Apoſtolus ſic dixit ad Epheſ.* Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis; *id eſt, volens, & in mortem opprobriis repletiſſimam. Sextus demum, quo in cibo reliquit corpus ſuum;* Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. *Qui quidem gradus vltimus eſt ſumma largitatis, & ſummi amoris ſignum. Nam quidquid datur aliter, in ſeparatione quauis eſt, ab illo cui donatur; at verò cum donator in cibum verum datur, non ad aliquam ſeparationem, ſed ad vnionem ſummam omnium donari certum eſt;* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc ille, plus ſuccinctus; cui ſubſcribunt Bernardinus tom. 2. ſerm. 1. ar. 4. cap. 1. feria 5. in Cœn. Dom. & Harphius de Euchariſtia ſerm. 2. Sed gradus deeſt ſeptimus, qui tamen ex ſequentibus eiuſdem ſancti verbis, in quibus datur Chriſtus vel hoſtibus nequioribus, colligitur non perperam; nam aliud eſt amicis, & aliud inimicis donari rem tam magnam; ac etiam non obſcurè; imò clarius, quantò in eis tam in principio; quam in fine, de liberalitate tanta Dei, huiuſmodi fit mentio; *Probatur præter hæc, hîc Chriſti liberalitas, quia & ipſis inimicis in cibum ſe committit;* Appropiant ſuper me nocentes vt edant carnes meas. *Qui enim ſe permiſit à malignis crucifigi, permittit à ſceleratis tractari & lacerari in iſto Sacramento. Præſentiam nanque ſuam ſuper bonis atque malos, effectu licet impari, vt ſolem oriri facit, tam dignis quam indignis ſe tribuens in hoc cibo. Copioſa liberalitas, nobilitáſque Dei, qui inimicis contra ipſum peccantibus tam largus, & maximè cum iſtis committat corpus ſuum, vt tam mira liberalitate ad illum tandem veniant.* Hæc ferè D. Tho. cuius ſeptem diuiſiones percurrere nunc lubet.

Matt. 26. 26.

D. Tho. Pſal. 8. 8.

Hebr. 1. 14.

Matt 28. 10.

Philip. 2. 7.

Iſai. 53. 7.

Sap. 2. 20.

Epheſ. 4. 2.

Ioan. 6. 51.

Ioan 6. 56.

S. Bernardinus. Henricus Harphius.

Inimicis dari Deus, liberalitas quam magna.

D. Tho. Pſal. 26. 3.

Matt. 5. 45.

De arte prima Dei liberali, in Euchariſtia veraciter inuenta.

8. IN hac ſua Deus largitur; quæ omnia ſi à nobis attentè ponderentur, in Iſaaci benedictione de cælo ad terram vſque diffusè pertingente, deſcripta inuenientur; *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini;* quam Paſchaſius in ſuo lib. de corp. & ſang. Do. cap. 25. explanat in his terminis: *In rore cæli ait, quia Myſteria, Diuinitatis ope conficiuntur; in pinguedine verò terræ, quia hæc caro Chriſti de Virgine orta creditur; vbi proculdubio Chriſtianorum pleniſſima præſtatur abundantia panis & vini.* Quid enim in cælo eſt Diuinitati non ſub-

Gen. 27. 28.

S. Paſchaſ.

Vt omnia ſub Iſaaci benedictione comprehenſa.

ſeruiens? vel in terra humanitati Dei Filij, propter quem ſunt omnia procreata, non præſtans famulatum? ergo à cælo in terram vſque hîc omnia ſunt incluſa. Iuuat ſenem perquàm ſanctum benedictione ſua vnica exhauſtum ſe videntem, eiulanti filiò

N. 37. alteri & lachrymis dicenti; *Nunquid non reſeruaſti & mihi benedictionem?* ac iterum plo-

N. 38. ranti; *Num vnam tantum benedictionem habes pater? mihi quoque obſecro, vt benedicas*; ille tamen vel firmauit benedictionem iam conceſſam, quod iſti nil ſpei, imo potiùs deſperationis quamplurimùm excitabat; *Frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, fili mi, vltra quid faciam?* Ex qua patris admiratione clariſſimè innoteſcit, non de fructibus terrenis, & communibus, tam piis, quàm impiis, atque beſtiis (hi enim cunctis

Vt Iſaacus in benedictione de bonis non terrenis loquutum demonſtretur.

B ſatis, præcipuéque tum temporis cum homines non tanti, vbertim dari poſſent, rogari & exoptari) ſed de aliis valde myſticis, ſecundum Dei Decretum, non omnibus, ſed paucis ab illomet conceſſis ibidem pertractaſſe. Vel benedictionem filij primi reiterauit pro ſecundo; quantumlibet præpoſterò, & modo planè inuerſo, incipiens à terrenis, & deſidés in bona cæleſtia, ac ſempiterna; *In pinguedine terræ, & in rore*

N. 39. *cæli deſuper erit benedictio tua.* In terram nanque micæ cuiuſque menſæ cadunt, & maximè, cum maximè eſt alta, ac cibis plena; ſufficiunt verò iſtæ, cum menſæ ſint tam

Ioan. 6. 51. altæ, quæ penetrat & cælum; *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi*; vt mulieri Chana-

Matt. 15. 27. nææ, & populo infideli cum venit ad hanc menſam, ſufficiunt in Matthæo. Quæ micæ gratitudine à terra debent tolli in menſam, vel in cælum; vt ſenſit illa mulier in verbis quæ tunc dixit; & etiam ſenex iſte præſertim in verbo, *terræ*, & pòſt in verbo, *deſuper*. *In pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit benedictio tua.*

Vt micæ à terra debeant in mẽſam Dei leuari, per actum gratitudinis.

Nec mirum, ſi tam valde exuberet hæc menſa, de qua plenus Dei ſpiritu Ezechiel

Ezech. 39. 19. prophetauit; *Comedetis adipem in ſaturitatem & bibetis ſanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolabo vobis.* Quæ victima non alia, quam Dominus Ieſus Chriſtus; tum quia ſingularis prædicitur à Vate, in quem veterum hoſtiarum inefficax caterua vnanimis concurrit; tum quia à Deo ipſo pro nobis immolata; tum quia ſanguis eius

D præcipitur potari, cum tamen omnis ſanguis ptopotu & cibo fuerit (vt loco dicam ptoprio) prohibitus non parum; quaptopter iſta victima ſufficiens eſt pro cunctis quæ poſſunt exoptari; videlicet, vt illa quæ ſaturitatem & ebrietatem adducit ſecum omnium, idoneis inuitatis; de qua in Pſal.

Quæ ſaturitas & ebrietas ex ferculo Euchariſtico.

Incognitus. 64. Incognitus ſic ait: *Quid eſt victima à Chriſto Domino immolata, niſi corpus ſuum & ſanguis; ex qua comedimus adipem in ſaturitate, dum corpus Chriſti dignè ſumendo, eius gratiis replemur: Et ſanguinem in ebrietatem bibimus, dum per Chriſti ſanguinem ſumptum, eius replemur amore. Quoniam totalis gratiæ pinguedo in hoc Sacramento continetur.* Sed nota Ezechielis, Incognitíque verba, illo adipem ſaturantem; hoc pinguedinem totalem vocante noſtram victimam; cum nec adipe nec pinguedine repleatur cuique anima, ſed ſicut adipe & pinguedine, vt dicitur in Pſal-

mo; *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima* Pſal. 62. 6.
mea. Quia adipis & pinguedinis effectum ſub ſe habet, præſentiam, & veritatem in carne Redemptoris; nam adeps carnis propria; non figuram, ſeu ſpeciem huiuſmodi myſterij, de quo in iſto pane tam benè pingueſcente, quam animas pinguedine ſuauiter replente, ſic ait Rex Propheta; *Cibauit* Pſal. 80. 17.
eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.

Qui alibi hanc eandem omnimodam abundantiam & breuiter & graphicè depinxit iſtiuſmodi; *Flumen Dei repletum eſt*

Vt flumen Euchariſtia, tam potus quam & cibi.

B *aquis, paraſti cibum illorum*; Nam cibus atqoe potus hic vna commiſcentur, & hoc tam Pſal. 64. 10.
affluenter, vt flumen Dei vocentur; quod verbum in Scripturis de magnis rebus dicitur; *Iuſtitia tua ſicut montes Dei*: Vbi aliam Pſal. 35. 7.
ſicut iſtam reperies affluentiam? Hanc igitur ſi vis Euchariſtiæ accommodare, Incogniti ibi vocem in iſtum modum audi;

Quid eſt dicere, flumen Dei repletum eſt aquis, Incognitus.
niſi vita Fidelium repleta eſt gratia, & ſpiritus Sancti donis? Quia dediſti Sacramentum corporis tui in cibum illorum; quod quidem Sacramentum omni dono & gratia repletur; quia in illo non ſolùm ſumitur augmentum gratiæ, ſed etiam ille ſumitur, qui eſt fons & origo cunctarum gratiarum. At pondera, quòd hic cibus, qui cibus eſt & potus, & ſitim verè excitat, & il-

C lã verè ſedat, vt cupiditas & ſatietas in eo ſemper certent, & inuicem ſe prouocent, ac ideo nos ad menſam tam miram plus compellant; & in orbem indeſinentem, dulciſſimúmque redeant; quò anima concupiſcat, & ſimul hîc defficiat, ac deficiens à ſe ipſa, ab illo magis refici & dulciꝰ mereatur; ac in rotam deſideriorum perpetuam reuol-

Vt ſitim noſtram exciret, & expleat Euchariſtia.

uatur; vt ille qui dicebat; *Quam dilecta taber-* Pſal. 83. 3.
nacula tua Domine virtutũ; concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini; cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos. Altaria tua Domine virtutum Rex meus, & Deus meus. Quo loci tabernacula, altaria, & Sacramenta ſont idem, & iſta omnia tranquillitas Fidelium; ac ait Interlinea; & pariter ipſorum deſiderabilis

Beati iam tranquilli qua via ſint in rota.

D tempeſtas; vt portum ſemper quærant, in portúque deſiderent quod cibat cæli ciues, & animas, hoc modo rotantis deſiderij, ſecuras & beatas.

9. Nec tantùm deſideria exſatiat in hac forma perenniter reflexa, conuerſa, & circumacta, ſed & ipſa deſideria tam valde ſecum replet, vt nihil extra Chriſtum deſiderare ſciant iſta, & omnium deſiderabilium ſit terminos hic cibos, de quo dicitur in

Vltra Chriſtum vt deſideria deſiderare nihil valeant.

Gen. *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt* Gen. 49. 26.
benedictionibus patrum eius, donec veniret deſiderium collium æternorum. Nulla etenim benedictio tunc ampliùs exoptabitur, vt verbis ſatis deuiis Pſalmographus intonuit; *Mons Dei, mons pinguis, vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?*

Psal 67 17

coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo Quia in monte, in quo Dei Filio in coagulo seu pinguedine conuiuij tam præpinguis complacuit habitare, desiderari nihil potest, vel meliùs suspicari; seu vel deuia suspicione vllatenus optari. Imò taliter Eucharistia deficiunt desideria, vt qui istam non desiderant, desiderare quidquid nesciant; vnde Hebræi contra Moysen dixerunt in deserto; *Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquæ; anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo* Vide fatuum peccatorum Israëlitarum desiderium; desiderabant panem terræ, cum dulciorem quauis esca, & omnes vnam tantùm dulcore referentem, haberent panem cæli, in copia tam feraci, vt dicat Rex Propheta; *Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis; Panem Angelorum manducauit homo; cibaria misit eis in abundantia.* Videlicet, in pluuia quotidiana, & tam ingenti, vt illorum numerosum exercitum ante solem irradiantem terræ faciem in orbem circumiret, ac veluti obsideret misericordia, & largitate. Quare ergo panem optant, qui panem talem & tantum habebant in circuitu, ad manúmque, vt dicunt; & varia quæque nostra, vel etiam somniata, pellentem desideria? quia panem desiderabilem, vt vocat eum Daniel, desiderare desiere, odisséque cæpere; & errato desiderio Eucharisticæ figuræ, erratum ab ipsis fuit coormiter & turpiter in aliis desideriis; Lyranus satis breuiter; *Deest panis, quia manna non sapiebat eis, cum iniustitia laborarent*; & quia eis non sapiebat, saporem non habebant ad alia desideria. Ergo omnium desideriorum est Christus finis vltimus; nec mirum, cum sub se contineat res omoigenas quæ possunt exoptari, & simul quæ non possunt ascendere in cor hominis, vt inquit D. Paulus, quibus prima illius pars largiflua, & liberalis, clarissima iam manet.

Vt qui Christum non desiderant, desiderare quidquid nesciant.
Num. 21. 5.
Psal 77 24 & 25.
[illegible] Christus nos obsideat.
1. Col. 2. 9.

De Dei arte liberali secunda, ibi reperta.

10. IN hac suos, id est, Angelos custodes nobis tribuit; quod verè in nostro cibo reperies adimpletum, qui *Panis Angelorum* vocatur in Psalmista. Hoc autem tam diffusè, vt dicat Ferrariensis serm. 1. in Sexagesima; *Tunc manus sacerdotis repletas esse Angelis qui canunt magno iubilo, Panis Angelorum fit panis hominum.* Nec malè iuxta vocem dicentis Redemptoris; *Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ;* Quod de aquilis communibus non adeo certum est, cum istæ non vbique, sed rarò inueniantur; at de Angelis ad corpus Dei sui plusquam certum, dicente Rege Vate, in huius rei figuram; *Et pluit super eos sicut puluerem carnes; & sicut arenam maris volatilia pennata.* Nam vbi caro Christi de cælo nobis pluit, seu dono fuit cælico diuinitus donata, statim sine numero spiritus cælestes ad illam, & nihil minùs ad illos queis est data, ocyssimè volarunt; vt Hugo ponderauit; *Et pluit super eos sicut puluerem carnes; & sicut arenam maris volatilia pennata.*

Quàm Angelis Eucharistiæ mysterium circumseptum.
Psal 77 25.
S. Vincent. Ferrar.
Matt. 24. 28
Psal 77. 27.

Sed istud qua de causa? vt corpus tanti Domini humiliter adorét, & animas Christiadum custodiant diligenter; vt opusc. 58. cap. 4. insinuat D. Thom. Primum patet ex se ipso; nam vbi Rex assistit, assistunt eius aulici; secundum ex Sacramenti istius re, & forma; cum enim in eo Christus sit hominum Redemptor, peccatoribus est meliùs ex eo & eius Angelis ibidem circunstantibus, vt ait Bernardinus fer. 5. in Cœna Dom. serm. 54. art. 3. cap. 2. *Etenim virtute huius Sacramenti & Deus est nobis magis propitius, & Angelus circa nos magis solicitus.* Ac Nilus in epist. scripta ad Anastasium; *Angeli è cælo delapsi splendidissimis stolis induti, nudo pede, aspectu intento, vultu demisso, circunstantes altare, vsque ad mysterij consummationem assistunt. Deinde discurrentes huc atque illuc per totam Ecclesiam, Episcopos & Presbyteros, qui corpus & sanguinem distribuunt, adiuuant, & corroborant* Nec solùm communicantes viuentes proteguntur ab Angelis huius panis asseclis ordinariis, sed etiam morientes, qui ipsum bene edunt, ab illis perducuntur in regnum sempiternum, quemadmodum Chrysost. lib. 6. de Sacerdot. testatur per hæc verba; *Qui de vita hac emigraturi sunt, si Mysteriorum huiusmodi cum pura & munda conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi ab Angelis eorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud Sacrum, hinc rectà in cælum perducuntur.* Sed ab Angelis præcaueant temeratores Sacramenti; nam sicuti cultores ab ipsis defenduntur, sic pariter contemptores seuerè puniuntur, & sæpius quàm rescitur, puniti planè forent, nisi pietas Saluatoris obsisteret suppliciis, & conatibus Angelicis, aduersus Heri sui iniurios receptores; Paschasius cap. 8. de corpore huius Domini; *Peccator certus sit, quia vltores Angeli nec semel indignè communicanti parcerent, nisi bonitas Christi, è cuius iudicio pendent omnia, gladium suspenderet, & remoueret interdum momentaneam mortem.*

Eucharistia Angelis septa, in hominum custodiam.
D. Tho.
S Bernardinus.
S Nilus.
Eucharistiã quàm reuerentes circonstent sancti Angeli.
S. Chrysostomus.
In hora mortis Angeli quamobrem nobis faueant.
S Paschas.
In malè communicãtes quàm sæui sancti Angeli.

De tertia liberali Dei arte ibidem data.

11. IN hac nobis se in socium & amicum Christus tribuit. Hoc verò vbi nam melius quàm sanè in cibo nostro, de quo ob istam causam amanter dixit ille; *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi;* videlicet, in socium societatis amantissimum, de quo illic pro discessu ipsius sermo erat; vnde & terræ firmamentum vocatur à Psalmographo, *Et erit firmamentum in terra, in summis montium;* vbi firmitas non constat, ventorum iugi murmure, & rabie truculenta. Quid namque in terra firmum amicum præter verum, si amicus tamen verus in mundo datur aliquis? Et ideo forsan Christus diligere inimicos nos docuit, quia

Matt 28 20.
Societas & amicitia quàm magna ex Eucharistia.
Psal. 71. 16.
De amicitia quid notabile.
Matt. 5 44.

amicus vel nullus vel rariſſimos in terra amore dignus, quapropter voluit iſtum impendi in inimicos, quandoqoidem perrari amici ſunt in otbe. Elementis parent reliqua, tormentis, & procellis, ac mille rerum caſibus; hic vero nulli caſui, tormentove mundano, niſi honori & vtilitati amici ſibi chari. Qui etiam ſignificatur per terram de qua agitur in verbis allegatis; *Et erit firmamentum in terra*; nam terra ſecum vnitur per ſuecum humiditatis, vt poſſit fructus edere, quos profert miros ille qui madet amicitia, & homidus ac pinguis eſt aqua charitatis, viroréque proficuus internæ bonitatis. Atena ſunt, qui ſunt, altetius qualitatis; qui arenæ velut grana fraudantur vnitate, & ſocietate qua cohærent in ſolo piogueſeenti; quemadmodum Chryſoſtomus vigeſima in homil. attingit in Matthæum.

Arena cuius ſymbolum; & terra ſucculenta. Chryſoſt.

In fratrémqoe æqualiter; nam frater ferè alter lib.13. eap.10. à Gellio interpetrator. Vbi autem ferè alter, quàm Chriſtus eſt in verbis? *In me manet, & ego in eo*; fraterno quorum ſenſoi alternè complicato ſubſeruit idem S. hom. 61. ad pop. Antiochiæ; *Volui frater veſter fieri; carni propter vos & ſanguini communicaui; vobis viciſſim ipſam carnem & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado.* Et Angelicus ſcriptor ſupremo loco datus, quo fatur in hac forma; *Vnigenitus ſiquidem Dei Filius, ſuæ Diuinitatis volens nos eſſe participes, noſtram naturam aſſumpſit, vt homines Deos faceret, factus homo. Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit, ad ſalutem.* Quis nexus & contractos fraternior & germanior hoc ipſo dati poteſt? Certè illi, qui innominati in iure voeitantur, huiuſmodi efferuntur; *Do, vt des; Facio, vt facias. Do vt Facias; Facio, vt des.* Hos autem datis plenos quàm valde vicit Chriſtus, dom carnem in primo homine iam ideo nobis dedit, vt carnem noſtram ſumeret; aſſomptam verò iſtam in pane Sancto reddidit; ſeu ipſam redonauit; quia in noſtrum tantùm commodum (iuxta dandi, & rem donãdi premiſſam differentiam) vt finit idem S. donauit corpus ſuum; *Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem.* Quin ſalutem, niſi noſtram, & noſtrum emolumentum à nobis expectarit. Quis ſocios, quiſve frater boic valet comparari?

Cur frater ſic dicatur.

Fraternitas quàm magna ex ferculo Euchariſtico. Chryſoſt.

D. Tho.

Societatis & amicitiæ contractu quàm conſtricto vniens nobis Chriſtus.

Vis autem plus munitam hanc magnam veritatem? Cum Chriſtus Euchariſtiam non poſſit denegare, nec eammet relinqoere, dum integra eſt materia, eam tamen derelinquit, notabili doctrina, in verbis Euangelicis; *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*; fraternitatem ne relinquat, qoam habet, & baberi deſiderat cum omnibus orthodoxis Chriſtianis; nam qui monos ante altare relinqui magis vult, quam fraternitatem derelinqui, fraternitas ei eſt pro Euchariſtia ſibi vnita;

Vt fraternitas ſit Chriſto arctiſſima Euchariſtia, & Euchariſtia ſine fraternitate, vel nihil vel res peior, ab illomet diſſoluens Matt.5.24.

& Euchariſtia ſine amore, fraterno attemperata, nec Euchariſtia, nec fraternitas, ſed magis ferè oihil, cum nullum fructum afferat; imò potius res deterior, cum noceat maximopere.

De quarta in iſto cibo Dei arte liberali.

12. IN hac in ſeroum nobis ſe Chriſtus noo negauit; oon quidèm ſolùm vinctum in Domino Deo ſuo, & Patre Omnipotente; vt Paulus ſeſe vocat, ſed etiam in quouis homine deuinctum, nec id paueies, ſed quinquies religatum. Primò duplici catena ex illis verbis cæpta; *In me manet, & ego in eo* qoæ duplex eſt ligameo. Tertiò vinculo ſequenti, quando verbis Cooſecrationis fit præſens ex looginquo, & locis diſtantiſſimis, diligentia quam Prophetatum prędixit ſummus omnium; *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet, Ecce adſum*; & arctiſſimè ſe vincit obedientiæ Sacerdotis, obediente verè Deo quotidie voci bominis. Quartò, nexu, cum ligatur ſpeciebus Sacramenti, dum durant incotruptæ, & Omnipotens non poteſt ab illis retrocedere, nec quod ſemel noſtro amore aſſumpſit, à ſe pellere. Quinto illo, quo ligabitur vſque ad ſæculi periodum, & terminum ſupremum; *Ecce ſum vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.*

Epheſ.4.1.

Chriſtus hominũ quàm ſeruus, & quotoplicitet ligatus.

Iſai 59.9.

Ioſue 10.4.

Matt.28.20

At verò noo in collo ſed planè in ſuo corde, tam cordialiter quàm fortitet reunctum pro mortalibus, vt vinculis in cor iniectis propter nos, ſubiectior & amantior ſit Chriſtus noſtri ſeruus. Quæ ſeruitus perfectionis eſt vinculum in Apoſtolo; & alibi catena, ſeu carcet cordis eius; catenis cuius ille viuebat viuculatus; *Habeo vos in corde, & in vinculis meis*; id eſt, in cordis vinculis, vt Lyra interpetratur. Et rectè, cum à corde, ethymologias ioter alias, ſic chordæ ouncupentur; ex eo, quòd ſubtiles amoris chordæ ſunt humano cordi noſtro, ligare quibus illod, ligarique eſt ſolitom; quas dieitoos vernaculo ſermone in Luſitania, *As chordas do coraçaõ.* Quòd ſi Regum corona à cordis venit nomine, quia in capite portare libenter debent Reges coronam populorum; vt Paulus faciebat; *Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea*; Vnde & ſerui eotonati commuoiter vocantur, hac etiam via Chriſtus ſoorum ſeruus eſt in cibo Sacroſancto; nam duplici corona, vt vineulis & notulis regalis ſeroitutis, in orbem cingebatur propoſitioois vetus menſa, Euchariſticæ figura.

Perfectionis quodnã vincolum, & catcer qualis charitae. Coloſſ.3.14.

Philip.1.7.

A corde chordæ dictæ, & quales cordis chordæ.

Corona regum à corde, vt diligant coronam ſuorum populorum. Philip.4.1.

Rex ſeruus coronatus, proindéque ſeruorum ſuorum longè ſeruus. Exod 25.25

13. Nec ſolum ſeruus eſt ligatus propter homines, ſed etiam ferro ignito, amoris ſui igne inuſtus, & uotatus; vt ipſe coofitetur; *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me*; imò ferro pertranſitus, & anxiè vulneratus, donec tempus aduenirer, quo verbo panem conderet; qui eum bene eaolueret à ferri cruciatibus. Cui poteſt adaptari quod dicitur

Chriſtus ſeruus non tantummodo ligatus propter homines, ſed ferro prænotatus. Zachar 13.6

dicitur de iuuene quem soluit verbum eius à compedum ligamine, à ferro vinculorum.

Psal 104.18.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. Tunc enim Ioseph fuit à vinculis solutus, tunc à dura catenarum ardentis desiderij captiuitate liberatus, cum se in nouo carcere pro nobis mancipauit, vt vilèque mancipium exhibuit tam despectũ. In quo carcere Eucharistico, vt seruus vniuersi, vniuersorum voluntati inseruit, ac palato, seu nutui, & appetitui, vt dicitur de manna in lib. Sapient. *Deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.* Quapropter eius plouiam quotidie defluentem quam scitè voluntariam vocauit Rex Propheta. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ.* Seu, *pluuiam voluntatum* vt visum Caietano; quia omnium voluntatum, saporem mutans proprium, inseruiebat voluptati concupienti multiformiter. De quo cibo famulante cunctorum desideriis, non malè sonat illud, quod in Festo Pentecost. Chrysostomus eloquitur. *Cum esset vnus Paulus omnia omnibus fiebat, Dominum suum imitans. Etenim cum sit Diuinitas vnius substantia, & immutabilis, pro nostra salute omnia fit. Tu palmes factus es? & ipse tibi vitis, vocatur per Ioannem.* Ego sum vitis vera, & vos palmites. *Promouere gressum voluisti? Factus est tibi via, dicens.* Ego sum via, veritas, & vita. *Ouis autem factus es? Tunc agnus factus tibi.* Ecce Agous Dei. *Bibere voluisti? & poculum tibi est.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. Vnde rectè dum in Prouerb. scriptum reperitur, *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Vatablus in Hebraico. *Hauriet voluntatem à Domino*, qoia Dominus vniuersorum deseruit voluntatibus.

Christus seruus vniuersi, & ideo vt manna seruiẽs vniuersorum voluntati. Sapient. 16. 21.

Psal 67.10.

Caietanus.

Vt manna deseruierit cunctorum voluntatibus.

Chrysostn.

Ioan. 15 5.

Ioan. 14. 6.

Ioan 1. 36.

Ioan. 6 54.

Prou 8. 35.

Vatablus.

De quinta in hoc conuiuio Dei arte liberali.

54. IN ista pro hominibus in pretium & diram mortem lubenter se exposuit, & obtulit vltroneè. Quæ verò mors atrocior, si vilitas & multiplicitas opprobriorum ponderetur, quàm iugiter inflicta in nostro Sacramento? Tam grauis est, vt ista præsentiam Dei hîc probet, & illius verè immensum thesaurum patieotię; oam quę minor infinita, non posset tot ioiurias perpetuò sustinere. At summa Dei clementia, in sui contumelias, qui viodex est seuerus in alias proximorum. Vnde cùm Vlyssipone, anoo nostræ Redemptionis 1628. magna quædam irreuerentia in Ecclesia S. Engratiæ Eucharistiæ nocto facta, ob quam quidam Lusitanus ex genere Hebræorum, vi magis, qoàm voluntate, & inexperta (quamuis magna) pietate Regum nostrum, ad Fidem conuersorum, non testimoniis quidem claris, sed coniecturis vrgentissimis, & claritati æquiualentibus, abscisis prius manibus, combustus fuit publicè; ad quosdam de supplicij notantes rectitudine, respondit bene alius vir serius in hunc mo-

Christi Passio in Eucharistia ex multigenis opprobriis quàm clarè videatur, & inde multò clariùs, quòd Christus est occultior ad culpas vindicandas.

A dum. *Affirmans, impossibile, vt pœnas reus prædictus pertulerit iniustè, cum facinus immediatè tetenderit in Deum, qui nunquam sua causâ insontem pati sinit, imò potiùs neque sontes, nisi postquam sunt notoriè de crimine conuicti, de noxa redarguti.*

Lusitani viri dictum, de Christi in Eucharistia patientia perquã celebre.

Præterea quòd hîc Passio non tantùm continetur, sed clarè modo suo videtor cum tormentis; & com tormentis, quę quodammodo tormenta Crucis superant. Primum patet ex speciebus vtrinque separatis; vt sanguinis separatio à corpore enitescat, & sic Passio Redemptoris clarissimè exprimatur. D. Tho. 3. p. q. 76. art. 2. ad. 3. Secundum verò constat ex Hostiæ fractione, cum tamẽ Christi ossa in Crucis trabe dura non fuerint confracta. *Os non comminuetis ex eo.* B Ergo modo non iosulso hîc sæuior Christi Passio. Et accinit Chrysostomus in commentar. ad Cor. Hom. 24. *Sed quare addidit,* Quem frangimus? *Hoc in Eucharistia videre licet, in Cruce autem minimè; sed quod in Cruce passus non est, in oblatione patitur, & se propter te frangi permittit.* Cui Iansenius & Maldonatus accedunt ex Modernis, dum tenent voces illas, *Quod pro vobis traditur. Qui pro vobis effundetur*; de Eucharistia intelligendas, etsi alij de Passione intelligant dumtaxat. De vtrâque verò certum procedere hanc sententiam; vode io Luca est de præsenti, *Quod pro vobis datur*; nimirum in Eucharistia, vbi fuerunt de præsenti hæc verba enunciata; & in Apostolo *traditur*; in Cruce pòst futura, vbi huiusmodi traditio, C & sanguinis effusio promissa est de futuro. Hincqoe plaoũ quantùm Passio & Eucharistia secum inuicem conueniant & cohæreant; quare dicitur in Cant. *Sicut purpurea Regis iuncta canalibus.* Vbi sanguinem Redemptoris per istam Regis purpuram intelligit Glossator; at canales Sacramenta suapte denotare exinde palam fit, quia gratiæ sunt canales, & vasa, ac instrumenta; vt alibi explicauimus. LXX. *Rex ligatus* (scribunt) *in transcursibus*; videlicet, aquarum: & transcursus dici possunt species Eucharistiæ, propterea quòd per eas transcurrit ad hos Regis istius aqua gratiæ, quibus veluti in Passione ligatus est, & manet, dum illæ manent integræ, seu veræ, & incorruptæ. Alij legunt *Vincta canalibus*: qui nexus est strictior, counita quantùm res vicinior D est, quàm iuncta. At iuxta meam hypothesim acerbioris Passionis, cum maxima fiducia, in mystico dic sensu. *Purpura Regis victa à canalibus:* quia ab isto Sacramento videtur vinci purpura, & Passio superari.

Christi Passio in Eucharistia, & sæuior quam in Cruce.

D. Thom.

Ioan. 19. 36.

Chrysosto.

1. Cor. 11. 24.

Matt. 26 28.

Luc. 22. 19.

1. Cor. 11. 24

Christi Passio & Eucharistia quantoperè cohæreant. Cant. 7. 6.

Sacramenta vasa gratiæ.

De sexta liberali Dei arte in hoc edulio quotidie renouata.

55. IN hac in cibum nobis Saluator semper datur. Sed in qoo hæc liberalitas excedit præcedentem, & aliqua differentia distinguitor ab illa? cum in illa se in mortem obtulerit & dederit, qoæ mors in cibo isto, & tantis cum tormentis quotidie renouatur. Potest dici, in illo tantùm, quòd

tanquam Sacrificium, vel tanquam Sacramentum tractatur hoc Mysterium; nam Sacrificium, vt vera Passio, per hominum fit manus, ad quod puto pertinere liberalitatem præcedentem; Sacramentū verò econtrà recipitur in corpore, ad quod æstimo attinere liberalitatem de qua hîc. Intimius quippe est, sublimiúsque non parum ad stomachum traiicere, quam manibus tractare Dei Filij humanitatem, & per consequens crudeliùs in illum sic delinquere, ac male manducare.

De septima Dei arte Liberali, in eius Hostia quotidie frequentata.

16. IN hac Christus se dirissimis committit aduersariis. In quo autem hæc liberalitas à præcedentibus duabus discrimen suum habeat, non inquit D. Tho. superius allegatus, sed potiùs hoc confundit; cum in tribus de inimicis, quos ille non distinguit, Eucharisticis agatur. Mihi verò tria genera inimicorum sese offerunt. Primum quidèm inimicorum per modicè seu moderatè dumtaxat auersorum, subtristiúmque in ore. Secundum inimicorum verorum & infestorum, sed tempore pro aliquo; idque etiam fragilitate, non malignitate sæpeśępius inducti, & persuasi. Tertium tandem in intestino aduersus quemuis odio durantium, & persistentium. Quorum primi, sunt Fideles venialiter peccantes, qui nullatenus ab edulio Diuino remouentur, nec illo sunt indigni; propterea quòd diuinam ex leuibus offensis, non perdunt amicitiam. Secundi, qui in Fide, vt primi, perdurantes mortaliter, & frequentiùs ex fragilitate deliquere, ad tempúsque iacturam Dei gratię pertulere. Tertij demum, qui maleuolè in Fidem semper obuij, vel ad eius Sacrum limen haudquaquam peruenerunt, vel peruenti deseruerunt hanc vnicā Dei domum, & hostes ei aperti ac truces permansere. E quibus primi digni hoc ferculo omni tempore. Secundi, vt arceantur pro illo, in quo perdurant in Deum perduelles. Tertij verò vt in perpetuum ab ipso in mundi fines exilium patiantur.

D. Thom. sup. q. 7.

Inimicorū tria genera, quæ accōmodantur Eucharistiæ.

At Christus, qui amoris calore laxatiuo tam largus est suapte, vt à Cruce non tantūmodo sed à tota ęternitate, liberales manus suas, iuxta S. Bernardinum ad illa verba Psaltis. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*: habuerit scissuris largifluis perforatas, quid fecit circa istos tam varios aduersarios? Primis quidèm seū ipso in Eucharistia sua donat, ac etiam suos Angelos, & se, vt dictum manet, in socium, fratrem, & seruum; per omnia obsequentissimum; quę quatuor sunt priores Dei artes liberales. Secundis verò in pretium & alimentum valde vtile; illius nanque pretio liberantur à venialibus, & meliorantur à mortalibus, in gratiáque seruantur, proficiunt, ampliantur. Et hęc sequens liberalis amoris Christi ars. Tertiis tandem in nocumentum & cibum venenatum, ac est, illorum culpa Diuinum Sacramentum; vt quamuis istis amor non prosit Redemptoris, quo eis hîc se offert; quem ipse ad bonos habet hinc melius dignoscatur, dum vt bonis esse bonus in esca tali posset, à malis tam multoties in ea pati voluit atroces contumelias. Quę artes duę vltimę sunt Christi liberales; dum malis bona eximia frequenter operatur, & ex malis operatis per ipsos malos homines, exemplum tantum elicit pro charis & electis. Opus verè diaboli, sæuire contra Deum; Dei verò liberalis suprema certè ars benefacere diabolis, seu viris diabolicis; ad quam illico in priori sui corporis Cōmunione peruenit, quando illi se tradidit, de quo dixerat. *Vnus ex vobis diabolus est.* Qua de re, tanquam de magna liberalitatis perditione sodales demirati à Christo quæsiere, an homo tam infelix futurus esset quispiam, ex vndecim probatis *Nunquid ego sum Domine?* Quæ sanè licet Christi liberalitas sit vltima, non vltima liberalitatis eiusdem fuit actio; nam sæpe, imò quotidie hoc ipsum solet facere; de quo minimè deficiunt egregia testimonia, illustriáque miracula, è quibus duo hîc demore subligabo.

Christi manus liberali amore perforatę à tota æternitate.

S. Bernard. Psal 144.16.

Ioan. 6.70.

Matt. 26.22.

17. Primum quidèm, atque maius, ni fallor, quod Posnoniæ, apud Polonos anno nostræ Redemptionis 1369. innotuit satis inclytum, vt tomo annal. 15. inter res illius anni à Bzouio memoratur; quod tamen quantùm celebre, sic & diffusum est; quocirca nunc sufficiat lectori indigetatum, etsi adhuc in liberalitate miraculorum patratoris detinear scribenda. Secundū verò, haud dubiè in multis longe magnum, quod Gononus ex Belgarum annalibus scribit lib. 2. cap. 37. in Eucharistico libello, per verba sic prolata. *Anno Domini 1369. Bruxellis in Belgio, Iudæi in Sacra Eucharistia hostiam, immanitatem exercuere, succedente miraculo, & vindicta. Præerat Brabantiæ Vuenceslaus filius Regis Bohemiæ, Ioanna filia Ioannis tertij Ducis Brabantiæ coniux; cum Ionathas Archisynagogus Iudæorum thecam cum. 16. hostiis consecratis, ab improbo quodam custode sacelli. S. Catharinæ Virginis & Martyris furto ablatam triginta argenteis emisset; has ipsas Hostias, ad suæ sectæ homines in aliis locis commorantes misit, vt ad Dei contumeliam, easdem horrendis iniuriis afficerent. Factum est autem die Parasceue, cum Iudæi Bruxellis in vnum locum simul conuenissent, vt illas Sacras Hostias protulerint in medium, pugionibus & culteris confoderint, & contumeliose habuerint; adeo, vt exinde vberrimus sanguis, non sine admiratione effluxerit. Cupientes occultare id quod erat, matronæ cuidam Ioannæ non ita pridem à Iudaismo ad Catholicam veritatem conuersæ multam pecuniam numerarunt, vt Hostias acciperet, & adhuc sanguine scatentes occultaret. Accepit quidem illa, sed acri conscientiæ stimulo compuncta, & vt par est credere, ab Angelo præmonita, Petrum Hedanum Parochum conuenit, et scelus aperuit, Hostias confixas & cruore madentes detulit, Iudæosque sacrilegos indicauit. Horum plurimos Vuenceslaus in vincula abductos, & sceleris conuictos, forcipibus igneis dilacerari, & tandem exuri præcepit.*

Miraculum de Eucharistia vim sanguinis fundente.

Gonon.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO DECIMAQVINTA;

DE PARADISOQVE OCTAVA. ET PRIMA de tentatione parentis mundi Adæ, vbi de ortu hæreticorum & moribus tractatur, Serpentis sub Figura.

Super Gen. verba cap. 3. n. 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Do-Deus; qui dixit ad mulierem; Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno, &c.* Et Ioan. cap. 6. n. 51. *Litigabant ergo Iudæi; Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* quæ concordantur numero octauo.

De continuatione Numerus I.

Contrario nihil carens.

Aristoteles.



NIl penitus sub cæli cardinibus est factum, contrarium nullum habens; vt Physi. lib. 1. cap. 6. text. 50. & 55. ostendit Aristoteles. Vnde simulac à Deo lex Adæ fuit data, de qua egimus in Præcepto, in Fide, & Matrimonio, dum diximus per illud à viro suo legem mulierem accepisse, statim lis à dæmone in præsenti Enarrat. quæ inter ordinarias, est prima post coniugij, in illos mota fuit; est nanque lis in legem ingenitum contrarium; quare à lege litem ego crediderim vocatam, etsi viri Iurisperiti à limite deductam existiment hanc vocem; propterea quòd litigia plerúmque circa limites fundorum suscitentur; per text. in L. *Fotm*, de *Verborum signif.* & per illud Virgilianum huc sæpe decantatum. A

A lege dicta lis; & lege cogitata, vt lites cogitentur, ad legem deludendam.

Virgilius.

Limes erat positus, litem vt discerneret agris.

Cum lege prima lis, gemelli velut fratres, in mundo nata fuit: non enim sine lite, interna, vel externa lex vnquam dari potest, vt dicitur in Italico adagio peruulgato;

Pensata la lege, pensata la malicia.

Quod in iure comprobari putatur ab aliquibus per text. in Authen. de *Æqualit. dot.* & per §. *Hoc igitur*; cum §. *Aliud.* Collat. 7. Cum quibus sentit quidam Poëta Lusitanus ad Ioan. Regem tertium intonans in hunc modum;

Ah, Senhor, que vos direi;
Que acode mais vento às velas,
Nunqua se destude o Rey,
Que inda naõ he feita a ley
Ia lhe saõ feitas cantelas,

Saà de Miranda.

Vbi primum lex emittitur nos nitimur in eam, & illud magis cupimus, quod cupere inhibemur, quemadmodum est notissimum ex metro Horatiano; In vetita naturaliter mortales enituntur.

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. Horatius.

Hincque illicò post legem cum lite serpens venit. *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno? &c.* quam postmodũ Iudæi continuarunt cùm dixerunt in cibo nostri vmbra, *Man hu?* seu, *Quid est hoc?* & tandem in Eucharistię promissione consummarunt. Exod. 16. 15.

B *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? &c.* Quæ materia cum in Manna & Eucharistia simul redeat, de illa quoque tunc redibit nouus sermo; at verò in loco isto assumam tantum eum, qui cum prauis qualitatibus serpentis sese miscet; ex quo in virum primum ac posteros illius exiuit omne virus, à fortique per ipsum & Euæ blandimenta dolcedo egressa est, vt tanquam res à multis contrariis impetita, à vilissima creatura iniriaretur deturbari creaturarum longe maxima; à muliere mulieris otigo vastaretur, per illam verè periens quam homo deperibat, & à culmine laberetur per animal calcabile; à dignitatísque fastigio per ipsius dignitatis nociuam celsitudinem, de qua vltimus Poëta, lib. 2. sic concinuit.

Horatius Ode. 10. —— *Feriúntque summos Fulgura montes.*

Adsit mihi qualiacúnque de serpente narraturo, quæ caput tam maligni contriuit animalculi. (Gen. 3. 15.) *Ipsa conteret caput tuum*, id est, dæmonis suggestionem præcipuam & ca- A pitalem, quæ in caruis concupiscentia, & mentis est superbia; quarum alteram Maria virginitate superauit, humilitate verò alteram; vt ait eruditus venerabilísque Busto in coronatione Matris Dei. (Vt caput serpentinũ Deipara contriuerit.)

DE TRINA HVIVS SERPENTIS NATVRA, & differentia, & in primis de serpente communi, ac naturali.

(Serpens tria persignificat qui Euam circumuenit.)

2. RIA constat per serpentem hoc loco designari. Primũ, illummet serpeotem; quoad Euam decipiẽdam diabolus est vsus. Secundum, verò dæmooem, non sine Dei permissu, naturalem per serpentem mulierem alloquentem, & eam dulci & ficto eloquio irretientem. Tertium tandem, quemuis hominem erroribus imbutum, & hæresi contectum, de quo agendum infra. Et quidèm verum esse serpentem memoratum, ex omnibus selectioribus auctoribus firmatur, & ex omnibus Magistri eruditissimis asseclis lib. 2. Sent. d. 21. quos Patribus cum multis præcessit Augustinus lib. 11. cap. 27. de Genes. literaliter; & lib. 14. cap. 11. de Ciuit. Dei. Nec etenim narratio & comparatio de serpente cum aliis animantibus in isto loco facta. (Gen. 3. 1.) *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; vel fœminæ excusatio, qua culpa non in dæmonem, sermonem componentem, & verba articulantem, sed in colubrum colloquentem cum illa solùm iecit, haudquaquam tantum mysticè hoc finunt explanare; quidquid versibus elegantibus secundo lib. Carminum ab Alcimo cantetur; elegantia cuius nunc, vt aëre subnixa, & vanitate fabricata, non solum non appareat, sed in aëra vnde formatur, dispareat, & inani interitu euanescat.

(Naturalem & verum esse serpentem comprobatur. Magister. Augustinus. Alcimus.)

Illud tantùm refragare summoperè videtur, quòd pœnæ, quibus serpens molctatus est à Deo, plus dæmoni quam serpenti videntur congruentes, ac etiam concinnatæ; tum ex eo, quia dæmoni per Gloss. & multos. P. P. hoc loco tribuuntur; tũ quia dices pœnas non veras illas esse, quæ antea veræ fuerant naturæ qualitates; iam enim serpens antè gradiebatur super pectus, & terrã comedebat, & hostilem antipathiam à natura sibi inditam cum homine contraxerat. Quomodo igitur supplicium quod serpenti nullo modo inflictum fuit nouiter, sed potius naturaliter iogenitum & innatum? Peroptime, ni fallor, respondet hîc Pererius; fuisse pœnam, dicens, quoad hominum iudicium, & existimationem de re nouam, abominationem & auersionem in animal tam nocuum, infaustúmque mortalibus, quamuis denuò nulla ei pœna tum fuerit impacta. Vlteriùs, quod & pœna verissima illa fuit quæ ante culpam clausa, vel sensibus ignota, post illam mansit patula, & agnita vulgariter; nec non etiam formidabile, post Dei maledictionem in dedecus æternum, quod erat ante ipsam serpenti naturale; nam potest Deus ad libitum naturam commutare, & quidèm quod naturę existit munus proprium, vt hominis est nu- B ditas, infamiæ post opprobrio perenni accommodare. Quod tribus ille exemplis mirificis corroborat. Primo, mortis, quæ suapte terrigenis annexa (quæ enim super terram non possent non perire?) post culpam solũ cœpit mortifera apparere, in pœnámque conuerti, quæ erat naturalis. Secundo, arcus cælestis, qui talis, vt nunc est post tempora diluuij, iam priùs illo fuerat, collucens naturaliter; post illud verò signum Dei iussu super aleam naturæ subleuatum; & datum pro fiducia, ac pignore non iterum vastandi mundum aquis, quæ orbem plaga noua, & adhuc madescenti tunc prorsus deuastarant. Tertio, Crucis, quæ ex se maledictum signum homini, ex Domini C cruciatibus amabilis est valde. Pererius sic propemodum. *Vt esset ei turpe talem deinceps esse, cui talem esse prius naturale ac decorum fuerat. Nec damni, sine noui, serpenti quidquid accidit; tantùm infame iussum est esse, quod si non esset iussum, fuisset naturale. Nec sanè opus erat serpenti nouo supplicio, satis est, supérque etiam, humi viuere reptando, & cum labore corpus trahendo, in locis desertis, obscuris, & abominatis perpetuò inhabitare, atque pessimis hominibus ad maleficia deseruire. Tantùm erant hæc demonstranda, & exteriùs diuulganda, diuinóque decreto ad dedecus ipsius & execrationem referenda. Quæ serpenti sine culpa, peccati quia causa, iustissimè Deus intulit, quò ad huiusmodi supplicium damnata remaneret, quæ bestia ad maleficium idonea inuenta est.*

(Cur pœnæ sint serpenti quæ sunt ei naturalia. Pererius.)

Cuius verò speciei extitèrit hic serpens, D à multis controuertitur. Eugubinus in Basiliscum propendet hac de causa, quòd rex veneni sit, vnde & regulus vocatur; vt quẽadmodum dæmon per illum verba faciens princeps creditur fuisse infernalium potestatum, sic fuerit inter serpentes hic serpens principalior, qui visu solo necat, & halitu vicinas adurit quasque plantas, & auras sibi proximas corrumpit, perdit, inficit, vt dicitur à Plinio lib. 8. cap. 21. & à Solino cap. 30. Sed inde met conuincitur hæc eadem sententia, quia simulac comederet, mulierem interimeret. Quamobrẽ cum non paucis communem anguem credo, qui serpentium sicut omnium frequentior esse solet, sic illorum genus est, & princeps serpentinus. Si quis autem cum Pererio hunc Scytalen arbitretur, quia magna iste præfulget varietate,

(Serpens Euam circumueniẽs specie ex quanam fuerit. Cur regulus dicatur nocivus basiliscus. Plinius. Solinus.)

varietate, & pulchritudine, qua detinet videntes, & ipsos sui corporis miraculo stupentes reptando lentè ferit, & priuat vitæ halitu, vt probat cum Solino, nec ego refragabor, nec ampliùs in re tali morabor explicanda; dum constet collo & tergo serpentem pulchrum esse, & aptum propter A ista ad fœminam secutam faciliùs dementandam. Silius Italicus lib. 2. de colubro communi scribit quæ pro isto speciali specialiter conducunt in hanc formam.

Silius Italicus.

Cæruleus maculis auro squalentibus anguis
Ignea sanguinea radiabant lumina flamma,
Oráque vibranti stridebant sibila lingua.

DE SERPENTE DIABOLICO.

Diabolus in serpente cū Eua colloquutus.

3. ILMINVS certum est, sub illo tunc serpente diabolum occultatum, quia loquela res est propria intelligentis creaturæ, nemo verò ex intelligentibus sic loqui potuisset, nisi tantùm malus Angelus; de quo equidē tam serpens, quam maledictiones ei inflictæ spiritualiter procedunt, quemadmodum literaliter de serpente materiali intelligi, explicaui. Sicut etiam de deserti serpente visum postea, cuius historia necessariò de æneo interpretatur, quo viso sanabantur percussi per serpentes, allegoria verò eius exponitur de Christo, cui ille se in tertio Ioan. comparauit; de qua optime Toletus explanans illum locum. Ergo serpens serpentem ad dolum superinduit, de quo ait Sapientia; *In-* B *uidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum;* & Ioan. cap. 8. *Ille homicida erat ab initio;* necnon libro Apocal. cap. 12. *Proiectus est draco magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem,* ac iterum vigesimo; *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Sathanas.* Quibus dæmonem delituisse sub serpente clarum manet. Quis ille certò fuerit, hoc sæpe litigatur; mihi verò absque litigio illorum princeps Lucifer probatur hac de causa, quia & iste Christum postea tentauit in deserto, & qui venit posteriorem Adamum pertentare, priorem debellare venisse coniectatur, ac insuper concluditur; ex Ambr. sup. Luc. lib. 4. cap. 3. & ex August. lib. 9. cap. 21. de Ciuit. Dei; quos sequitur Viegas Apoc. cap. 20. secunda sectione.

Num. 21. 9. — Ioan. 3. 14. — Toletus. — Sap. 2. 24. — Ioan. 8. 44. — Apoc. 12. 9. — Apoc. 20. 2. — Quis diabolus tentauerit Adamum & Christum Dominum. — S. Ambros. — S. August.

DE HÆRETICO SERPENTE, ET QVIS FVERIT *in mundo inuentor primus hæresis.*

4. NEc diabolus tantummodo delituit sub serpente, sed etiam vir hæreticus, vt ait Interlinea, ad verba *Sed & serpens;* Vnde potest affirmari à diabolo descendisse hæreticum priorem, & hęresis auctorem eundemmet fuisse, nec immeritò, cum hæresis scissura sit in Paulo, diuisióque à Deo; *Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo; nam oportet & hæreses esse.* Dæmon autem fuit primus, qui tam hominem quam Angelum à Domino diuisit, à Deo separauit, vt de homine iam constitit in n. præcedent. & de Angelo in D. Tho. q. 63. ar. 7. in sua 1. p. vbi dæmonem Luciferum fuisse memoratur; ac ideo summum dęmonum, quod cum rebus modò dictis de illo valde congruit. Dicendo verò idem periphrasi diuersa, Diabolus est pater cunctorum hæreticorum, & isti filij eius, vt dixit Christus Dominus. *Vos ex patre diabolo estis;* cuius verbum roboratur à Glossa in Isai. cap. 13. n. 19. & cap. 57. n. 4. Quare S. Fulbertus Episcopus Carnot. in Bellarmin. lib. 3. cap. 8. de Eucharistiæ Sacramento; *Cum in extremis ageret, & inter alios adolescentes assistentes sibi, adhuc etiam adolescentem, & non dum heresiarcham vidisset Berengarium, expelli iussit eum, protestatus prope illum magnum draconem se videre, qui multos viros blando anhelitu alliciebat, ad eúmque trahebat.* Quod etiam circa C Arrium Deus olim Anachoretæ Antonio demonstrauit, iuxta ea quæ Athanasius in vita illius profert; quibus bene hæreticorum necessitudo cum diabolo vel cæcis innotescet. Legitimi ergo filij diaboli sunt viri infecti malo hæresis, ita vt horum primogenitum Lutherum non puduerit, in lib. quem de Missa priuata diuulgauit, fateri se à dæmone edoctum & persuasum; Missam summam & execrandam abominationem tantùm esse; id autem non per somnium, sed cum ille plus attentus, ac vigil semel foret. Quod tamen ita est contrarium veritati, vt ex quodam disertissimo & nobilissimo adolescente ex plaga Boreali, qui Eu- D ropam peragrandi perlatus desiderio, inuisit quoque Romam, vbi Missæ non perrarò hæreticus cum esset, ignotus ille adfuit, oppositum ego sciam; nempe Missæ Sacrificium ei valde placuisse, & harmoniam ac ceremonias summopere arrisisse; qua notitia mitiorem in Fidem se recepit, hanc puto complexurus, si in patria, quæ Lutheri zizaniam tenet adhuc, hoc ipsi licuisset.

Nec hæresis tantummodo diabolus inuentor, sed etiam idolatriæ repertor primitiuus, in deorum pluralitate quam Euæ persuasit, *Eritis sicut dy;* de qua cap. 13. de paradiso sic se habet Ambrosij meditatio; *Aduerte, idolatriæ auctorem esse serpentem, eò quòd plures deos induxisse videatur; in quo homines fe-*

Primus hæreticus diabolus. — 1. Cor. 11. 18. & 19. — Ioan. 8. 44. — Hæretici diaboli legitimi vt sint filij, & ipse illorum pater. — Lutheri cōtra Missam blasphemia sibi tradita per ipsummet diabolum. — Idolatriæ per serpentem diabolus inuentor. — Gen 3. 5.

fellit; non enim ſolùm ſicut Dij homines eſſe deſierunt, ſed etiam qui quaſi Dij erant, Dei gratiam perdiderunt. Cuius verbis credidiſſe, ac ideo in crimen tantum cecidiſſe matrem Euam eruitur ex Paulo; *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Et Adamum propendiſſe moraliter in ipſum, moraliter, non veraciter, Oleaſtri iuxta mentem ad illa verba Exod. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant*; quo loci ſic profatur diſertus Luſitanus; *Non enim poſſunt homines diu ſine Deo vero, aut falſo eſſe. Peccator enim quàm primùm à Deo recedit, ſtatim ſe conuertit ad commutabile bonum, quaſi ad idolum ſuum*; de quo Sanctus Irenæus in admonitione contra Gentes, ſi placet, videatur.

Prima mulier an idolatra, & vir illius fuerint.

1. Tim. 2. 14.

Exod 32. 1.

Oleaſter.

Peccator vt idolatra ſit omnis rei quam amat.

Ac tandem fabularum inanium primus auctor, & prauus concinnator; quæ de hominibus tam deos quàm iumenta vice verſa quamplures faciebant; non quòd harum confictores Dei veritas lateret, vt deducitur ex Apoſt. ad Rom. 1. ſed vt illis fictionibus ingenioſè cogitatis, ingenij ſui aciem & artem indigitarent; ſicut cap. 4. Sophologij Sapientiæ Iacobus Magnus ait, & Natalis Comit. Philoſoph. deorúmque theatrum, & alij qui radicitus de fabulis tractarunt. Quemadmodum nunc multi comœdias & nouellas ſcriptitant mendaces, vt acumen & ſpecimen oſtendant mentis ſuæ, quod ad fabulas componendas exigitur non parum; eſſe enim per quam doctas teſtatur D. Petrus; *Non doctas fabulas ſequuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Christi virtutem, & præſentiam.* Talis ſanè prima fabula contexta per diabolum, docta, ſcilicet, vt infra dilucidè apparebit, in qua homo Deus & ſimul iumentum factus eſt; at verò Deus ſolummodo per ſummam vanitatem, qua nebulo promiſit, *Eritis ſicut Dij*; & iumentum, quod eſt fletu irriſio valde digna, per ſummam veritatem, dicente Rege Vate; *Homo cum in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*

Fabularum dæmon auctor.

De fabulis qui agant.

2. Petr. 1. 16.

Prima fabula quo acumine à dæmone agitata.

Pſal. 48. 13.

Quis ne fuerit Euchariſtiæ primigenus hæreticus, & ſerpens primæ hæreſis in illam fulminator.

5. HIc titulus pro meo debetur inſtituto, de quo latè Bellarminus inferiùs referendus; qui principium tam nefarium attribuit Iconomachis. Fuerunt verò iſti huiuſmodi appellati, quia imagines Sanctorum tam verbo, quam exemplo diruere inceperunt; quod illi Conſtantinopoli Leone ſub Iſauro, qui tanquam eorum fautor Iconomachus, ſeu imaginum destructor eſt vocatus, circa annum 700. cæperunt perpetrare. In quibus homo Perſa & ſeruus fugitiuus, ac peſſimus idolatra, qui ſe ſimulans Chriſtianum irrepſit in Epiſcopum, Xenaias nuncupatus, apud Nicephorum 16. cap. 27. putatur eſſe primus. Quamuis alij longè altiùs hoc ipſũ repetentes, hanc hæreſim reiiciant in perfidos Iudæos, qui

Iconomachi qui fuerint, & quare ſic vocati.

Quis hæreſis in Euchariſtiam extiterit inuentor.

A anno Chriſti nati 467. Talmud blaſphemum librum pernicioſè compegere; tract. nanque 1. ordin. 2. diſt. 2. peſtiferi huius libri de Eccleſiis Chriſtianorum hæc dicitur blaſphemia, eſſe illas ob imagines idolatriæ veræ domos; licet enim nihil ibi Euchariſtiæ, de qua titulus pertractat, ſit contrarium, Euchariſtiæ ſemper eos aduerſos eſſe ſufficit, & imaginum aduerſarios ac primos deſtructores, vt imaginis ſubſtantialis Chriſti corporis in Euchariſtia euerſores quoque debeant rationaliter putari. Vlteriùs, quòd & Leo deſæuit in imagines quorumdam ex eis monitu, cum quibus ante imperium contraxerat conſortium; vt aſſerit Mexia in Hiſtoria imperiali. Leoni verò huic, qui in Deum, atque Diuorum

Cõtra imagines & Euchariſtiam Iudæi primi hoſtes.

P. Mexia.

B imagines exarſit, & fuit leo rugiens ac rapiens contra omnia Diuina ſuſtentacula, ſucceſſit Conſtantinus Copronimus eius filius, qui in ſignum peruerſitatis futuræ, ſacrum fontem dum infantulus baptizaretur, ſtercore fœdauit; quod poſtea patris ſui errore confirmauit; hunc enim totis viribus acerrimè defendit, & poſt eum Leo Armenus, Michaël Balbus, & Theophilus Imperatores ſcelerati. Verè Græci indeſinenter in Chriſtum & Chriſti ſedem rebelles, ac ſuperbi; vnde Turcis ſine capite nunc degunt mancipati, quia caput rarò Eccleſię, vt decet, agnouerunt. En ex homine mancipio & infidis Iudæis, imaginum & Euchariſtiæ deſtructio nocentiſſima. Quod accidit eo tempore, cum paucis Hiſpania-

Imperatores Græci aliqui peruerſi memorati, & quare Turcis Græci nũc iaceant mancipati.

C rum montanis ſoſpitatis, tam eas, quàm & Gallias, vſque ad Ligerim & Auenionem, ab Oriente & Occidente, illarum meditullium, Maurorum fex peruaſit; vt ex ſtemmate Gallæcię & Lugouenſis ciuitatis, prouinciæ illius capitis, inferiùs plus clarebit. Infauſta & ſemper lachrymis memorabilis tempeſtas, qua hæreſi cum tanta, & meritò hac de cauſa, tot mala prorupere; de quibus pie Lector compatiendi deſiderio vltra multa quæ recenſet Cardin. Bellarminus te monitum eſſe volui; qui lib. 1. de Euchar. cap. 1. & locis aliis, hanc ſeriem ſic proſequitur.

Hiſpaniæ deſolata, cũ hæreſis in Euchariſtiã eſt primùm ſuſcitata.

Bellarmin.

6. Secundus in Euchariſtiam hæreticus iam clarior Benedictinus fuit Monachus, Ioannéſque Scotus, vt noſter vir ſubtilis, Scotus, nuncupatus; ad annum 800. venenum ſuum ſimul lethale proferentes.

D

Tertius autem eodem tempore, Bertianus huius ſocius; ſexennio poſt Scotum.

Quartus hacce peſtilentia infectior Berengarius, Turonenſis, & Archidiaconus Eccleſiæ Andegauenſis, qui quinquageſimo ſupra milleſimum ſalutis noſtræ anno, Gallias cæpit ſuo dogmate in Fide perturbare, nec illas tam docere, quàm decipere, & pernicioſa doctrina dementare; & clarè in Euchariſtiam, quod alius nondum fecerat, ſcribere, & quæſtiones patenter ventilare. Primùm quidem aſſeuerando corpus Chriſti in ſigno tantùm in ea contineri; poſtea verò opinionem commutans, & affirmans, eſſe verè corpus Chriſti in iſto

Hæreticorum in Euchariſtiam Catalogus per breuis. Berengarius quiſnam fuerit, & qualia ipſius dogmata.

Sacramento,

Sacramento, sed patiter cum pane & vino perdurantibus. Vnde & auctor huius hæresis cum D. Tho. 3. p. q. 75. ar. 1. à multis vocitatur; de qua duplici dementia duplicitèr & ille, quia bis & duplo animo sub Leone Papa 9. dolose peierauit, donec tertiò reconuictus palinodiam recantauit, neque iterum remeauit ad vomitum transactum; sed pœnitens paulò pòst, salutis cum indiciis è vita carnis abiit, de quo agitur in textu & cap. Berengarius de Consecr. d. 2. Nec errores tantùm istos, sed alios excitauit, nempe paruulos non debere ante vsum rationis Baptismo consecrari; Matrimoniáque legitima dissolui bene posse; ac omnes vti omnibus promiscuè mulieribus, è quibus duo vltimi vel hostibus Eucharistiæ frequentiùs malè sonant; & à via veritatis putantur satis deuij. Quis autem credet hominem suorummet suffragio erroribus immersum, ad Ecclesiam Dei sponsam, impollutam & veritatum ornatu semper comptam, dirigendam, reformandam, & collustrandam datum esse?

D. Tho.

Cap. Berengarius.

Quintus dein Petrus Bruis, cum quodam Henrico Socio circa annum Saluatoris 1140.

Sextus auctor Albigensium, contra quos S. Dominicus & Antonius Lusitanus fortissimè pugnarunt; qui vltimus miraculo mulæ fame de hæreticorum industria excruciatæ, quæ coram Sacro cibo reliquit cibum suum, oblatum per hæreticos, & poplites in Sanctum Mysterium complicauit, immenso teste populo, Dei causam confirmauit.

Antonij Lusitani miraculum Eucharisticū.

Septimus auctor flagellantium prope annum vitæ nostræ 1350.

Octauus Wicleph Bohemiæ debellator, de quo latè Æneas Syluius de Origine Bohemorum cap. 35.

Æneas Syluius.

Nonus ille primicerius discipulus Lutheri, Achatésque fidissimus, etsi postea summo odio ab illo declinauerit, vnde ab eo sæpe Iudas, & Absalon vocatur, Andreas Carolstadius; qui dum fuit amicitia Luthero deuinctissimus, vt Magistri dilectissimi ingenio obsecundaret, & ipsi morem gereret, librum contra hoc Sacramentum anno nostræ Redemptionis 1525. communis iuris fecit, quod Lutherus saltem apertè, & fusè nunquam fecit, non fanè, quòd hanc rem non valde concupierit, sed quod obuiis testimoniis responsum non potuerit pro voto suo dare; vt in Epist. ad Argentinen. iudicio Dei fatetur; ob hoc autem in Eucharistico errore non locatur.

Decimus alius valde gratus discipulus Lutheri, Zuninglius, cui sunt additi Oecolampadius & Bullingerus, Ochinus, & Petrus Martyr; qui omnes venenata, inuerecundáque volumina in Sanctissimam Eucharistiam, vt gladios distrixere.

Et tandem loco vndecimo Caluinus, summè pestifer, qui tam Gallicè quàm Latinè multa opera in hunc cibum impiissima vulgauit; è quibus ille vafrè, Francisco Rege inscio, ei aliqua dicauit, vt virus suum praA uum faciliùs propinaret; quem postea sunt in hoc sequuti tam Kemnitius, quam Beza, atque Boquinus, in venerabile mysterium iniurij, & truculenti. Illud mordicùs cum Berengario antiquo propugnantes, in signo, atque figura, per fidem, non re vera, apprehensum Christi corpus in nostro panedari. Qui ob corporis illius præsentiam sic ex tanto expunctam Sacramento, per antiphrasim Sacramentarij sunt hodie vocitati; ac simul Puritani; quia puriùs cunctis aliis, (quod eis non negamus) sectantur talem pestem, quæ in Galliæ ditionibus ex Regali permissione seruari sola potest, vt adhuc obseruatur, proh dolor! à non paucis. Herba mala citò crescit; & ista tantò creuit, vt hæresis Lutheri sopita videatur, & hæcce nunc solummodo florere & B perdurare; fortassis, quia posterior, sed potiùs quia peior, vt de erroribus sui temporis scribitur ab Hosio.

Sacramentarij & Puritani qui hodie sint hæretici.

Hosius.

7. En hæresis Eucharisticæ descripti à Bellarmino patroni principales; quorum series nec exacta nec eruta à cunabulis videtur nihilominus; quia ad annum 700. in Iudæis Constantinopolitanis dumtaxat retrocedit; vel ad alios Thalmutistas superiores aliquantulum incerto tamen iure; cum tamen certum sit in Lugonensi ciuitate metropoli Gallecia, anno Christi 569. Concilium congregatum, in eóque præscriptum, vt in Ecclesiæ cathedralis diuino Tabernaculo, Eucharistia indesinenter sub securo retiaculo patenter seruaretur; ex quo tempore Gallecia sacrum Calicem cum Hostia imposita pro stemmate suscepit gloriose; C vnde aliquam in Eucharistiam tunc hæresim subortam, ad quam melius compescendam sic placuir rem disponi, non malè coniectatur; vt in historia quam excussit de Portucalensibus Episcopis 1. p. cap. 4. testatur vir egregius Archiepiscopus Vlyssiponensis Rodericus da Cunha. Per quæ tempora Dei Ecclesiam Gregorius gubernauit, de quo etiam lib. 2. cap. 41. ipsius vitæ fertur; matronæ cuidam incredulæ in Sanctissima Eucharistia miraculum ostendisse; quare hæresis de illa, etsi non ita publicè antiquior mihi est. & veluti gemella ab ortu suo nata cum isto Sacramēto. Nam sicut sol in rebus mox vmbram facit crassis, sic etiam sol Diuinus in mentibus carnali D crassitie præpollentibus, algentem & obscurantem incredulitatis secum vmbram & nebulam progenerat. Quapropter in paradiso terrestri figuraliter, & veraciter in Iudæa hoc dogma primum ortum existimo rem peruiam; quod assertum nunc morosiùs subintrat explicandum.

Gallecia pro stemmate Custodiam cur nam habet.

Roder. da Cunha.

8. Dico primò in paradiso figuraliter & primitus hoc malum pullulasse; nihil enim cum Adamo ardentiùs dæmon egit, quàm vt ille non manducaret de fructu vitæ arboris, de lignóque scientiæ econtrà cibum sumeret. Et ideo iuxta nostræ doctrinæ architecturam, hostis Euam de præcepto affirmatiuo interrogauit, dicendo, & mentiendo; *Cur præcepit vobis Deus, vt non comg-*

Prima hæresis in Eucharistiam enata in Paradiso.

Gen. 3. 1.

deretis de omni ligno? quod lignum, vitæ esse, Enarrat. de eo propria superiùs demonstraui; vt Eua ex eo latere præcepti affirmatiui astutè coarctata, in angustiásque prętentas à dæmone redacta, in oppositam negatiui faciliùs partem aliam suaptè resultaret, ac de illo, quod vaferrimè hic nebulo explorabat, se ipsam deploraret, vt patet ex responso;

N. 2. & 3.

De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur, de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Quod dæmon de pręsenti nobiscum quoque agit, ne de ligno Sacramenti vitalis comedamus, & de ligno impertinentis scientiæ mundi huius, ac de pomis rationum illius valde putridis edamus auidissimè; quo sic à ligno vitæ perpetuò abstineamus; illi enim cui dulcescũt indagines humanæ, diuinę non perrarò amarescunt, & vilescunt; cui sapiunt atque placent argutiæ mundiales, desipiunt diuinales; cum tamen terræ lautior & pulchrior sapientia subdatur Dei inscitiæ, ac cęlicæ ignorantiæ; vt tam piè quam profundè 1. ad Corint. cap. 1. à n. 18. scribit D. Paulus. Quæ ex Hosio Cardin. 1. p. cap. 41. firmantur in hunc modum; *Nihil diabolus ita agit, quam vt huius Sacramenti veritatem obnubilet, & clarum etiam Scripturarum intellectum obscuret, ac pretium Redemptionis nostræ (quod iste cibus est) ex hominum deleat memoria.*

Tentatio prisca dæmonis ad hominem priorem, vt hodie in quouis homine eodẽ filo detur.

1. Cor. 1. 18.

Hosius Cardin.

Secundò verò dico, veraciter in Iudæa hoc primum germinasse, seu à radice repullulasse figuræ pręcedentis; quia ibi prima concio, apud viros Capharnaitas, de Eucharistia facta est; & statim contra eam ebulliit primus error; *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* qui quidèm, vt moris est, non à viris sęcularibus, sed ab Ecclesiasticis iniquis, asseclis Redemptoris, initium suum habuit; *Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, &c.* E quibus quisnam fuerit errantium primipilus, & infidelium primicerius, promotor, atque auctor, exinde satis patet, fuisse traditorem; quia Christus immediatè ad omnes sic profatus, & vaticinatus fuit illic; *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes; & quis traditurus esset eum.* Multos etenim Saluator incredulos in Eucharistiam hoc dicto comprehendit; at verò tantùm vnum in eis principalem expressit in hoc crimine; *Sciebat enim ab initio Iesus, quis traditurus esset eum.* Et quod debet ponderari, hoc dixit, & firmauit Dei Filius de pręsenti; *Sunt ex vobis qui non credunt, sciebat enim, &c.* seu de multis qui pręsentes sermoni illius erant. Ergo multi viri increduli; & vnus caput Iudas; qui postmodum cum Christo, quandiu illum est comitatus, remansit solo corpore, non corde, neque Fide, vt ait Interlinea exponens illa verba; *Nunquid & vos vultis abire?*

Hęresis prima in Eucharistiam, veraciter in Iudæa apud oppidum Capharnaũ & quomodo sit nata Ioan. 6. 61.

Iudas primus in Eucharistiam hæreticus reuera. N. 64.

Iudas corpore, at non corde vt Christum sit sequutus Glos. Interl. Ioan. 6. n. 67 Iudas traditor Dei Filij ab Eucharistiæ concione.

Nec inde solum eum hæreticum contemplor, sed etiam sui Domini mentalem traditorem, & diabolum in cor eius tũc primitus misisse, vt ipsum morti traderet, vbi primùm hoc sacrilegium ei foret opportunum; sicut optimè colligitur ex verbis allegatis; *Sciebat enim ab initio Iesus, quis traditurus esset eum.* Ab initio æternitatis; ab initio creaturæ; ab initio concionis de isto Sacramento; ab initióque rancoris tum Iudæ in cor iniecti; vbi etenim de Eucharistia Magistrum suum audiit, male audiit apud illum Magistri tanti Fides, & eum morti tradere mox illinc cogitauit; hoc nanque persignificat quod ait de præsenti; *Vnus ex vobis diabolus est.* Nam licet lento gradu de Fideli ad infidelem; & de infidelitate ad traditionem deuenisse putet Iudam perdoctus Bellarminus lib. 1. cap. 15. de iustific. hom. in suo tom. 3. id vel forsitan non verum, quantumuis ex se valde appareat verisimile; vel de prauæ voluntatis additione & resolutione intelligi oportebit. Ob quę etiam fortè Christus instituit ante mortẽ Eucharisticum mysterium, quis enim Deum traderet, nisi tantùm qui sinistrè de eo pręsentiret, & ipsum malè sumeret; quod ille verbis istis videtur indicasse; *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet:* Et propheticè per Psaltem; *Homo pacis meæ in quo speraui; qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Ergo Iudas à prędictione institutionis Eucharisticæ, illorum dux est factus, qui comprehenderũt Iesum, vt eum morti traderent, ac dicitur in Actis; & author huius hæresis, quæ veraciter in Iudęa ob istas rationes se natam circunspexit; vt placuit Augustino in Psal. 54. n. 24. & Chrysostomo in Ioan. hom. 46. nec non etiam Maldonato in ipsum cap. 6. oblito mihi numero; vbi etiam si libuerit Burgensis videatur.

N. 71.

Bellarmin.

Qua de causa solus traditor qui traditor existit in ferculum Eucharisticum.

Marc. 14. 20. Psal. 40. 10.

Actor. 1. 16.

S. August. S. Chrysost.

Burgensis.

10. En hæresis Eucharisticæ principium figuralem in terræ paradiso, & postmodum veracem in terra Iudæorum, qua in re conuenientiæ non paucæ inueniuntur.

Perantiquę in Eucharistiam quæ hæresis sint commoda, & aptæ cõgruentiæ. Bellarmin.

Prima, vt hęresis quæcunque, si homo sui arbitrij possessor absolutus, amplecti vellet ipsam, à mundi posset ortu enasci & promicare. quia vt bene meditatur Card. Bellarm. lib. 3. cap. 8. de Eucharistiæ Sacramento, nulla hęresis reperitur æqualis Eucharisticæ. Ergo oportuit ad libertatis humanæ functionem, vt ab isto pręcederentur errores vniuersi, quo reliqui suum esse faciliùs obtinerent.

Secunda, vt figuraliter è paradiso dimanaret, quod postea in paradiso Ecclesiæ est consummatum; esse nanque paradisum Ecclesiam dictũ latè Enarratione de hoc propria. Vlteriùs, quòd ibidem, in Iudæa constituimus terrestrem paradisum, vbi etiam pòst Ecclesia per Christi disciplinam natale suum habuit. Rectè igitur reuixit hæretica doctrina quo loci vitam hauserat. Quibus adde in Capharnaum eiusdem regni oppido, quod villa à nubis solet pulcherrima explicari, hanc hęresim realiter fuisse suscitatam; at villa paradiso pulcherrima quàm aptè, suaptéque conueniat à quibus ignoratur?

Cur in villa Capharnaũ hæc hæresis inuenta.

Tertia

Tertia, vt legis in principio, tam naturalis, quàm Euangelicæ (quod de scripta quoque dico in respuentibus edulium diuino modo pluens Israëlitis in deserto) iudicia Dei pulchrescerent, & ad nostrum documentum ocyssimè apparerent, & tanquam cæli astra vtilia promicarent.

Quarta, vt hæresis inuentum in tribus locis istis, serpentis semper esset; sicut etenim per serpentem de euertendo ligno vitæ diabolus peregit, ita pariter de Manna & Eucharistia destruendis per diabolum & serpentes nil minus actum est. Serpentes Iudæos voco, qui Eucharistię præclarissimam figuram contempsere, in illámque serpentum exacuerunt linguas suas, ac virus proiecerunt. *Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo*; & B ideo copulatur. *Quamobrem misit Dominus in populum igniros serpentes*; vt serpentibus de serpentibus vindictam reportaret. Probatur ex causali. *Quamobrem misit Dominus.* At diabolum ego Iudam appello traditorem, qui fuit velut dæmon perditorum illorum caput, de quibus in Ioanne. *Multi ex discipulis eius abierunt retro*; quo loci scitè Glossa. *Non post Christum, sed post Sathanam.* Et clariùs ipse Christus. *Vnus ex vobis diabolus est.* Adfuit etenim tunc Sathan inter Apostolos Dei filios, quemadmodū inter filios

Serpentes cur Iudæi.

Num. 21. 5. & 6.

Diabolus cur Iudas.

Ioan. 6. 66.

Glos. Interl.

Ioan. 6. 70.

A iam pridem Sancti Iob.

Quinta denique vt tentatio ligni vitæ & Eucharistiæ in verbis cohærerent, & hinc melius innotesceret antiquitas & dignitas istius Sacramenti; illa nanque voce, *Cur*; *Cur præcepit vobis Deus?* hæc autē voce *Quomodo*; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* formata & concinnata. Vtrúmque verbum dæmonis, quorum primo solet vti, dum tentat contra mores, ad legem perfringendam; secundo verò dum pertentat contra Fidem, ad istam contemnendam; in præceptis, ad iniustitiam Diuinam suadendo; in Fide, ad difficultatem illius non credendam; vt mente qua est Fides, & voluntate, qua est lex, à Deo nos remoueat, præcipitet, & perdat; quem credere & diligere, vt Creatorem & benefactorem; Creatorem potentissimum & benefactorem pientissimū constringimur ex iure Diuino, ac naturali. Sic ferè noster Ferus ad istum locum Gen. *His duobus nominibus*, Quomodo *&* cur *diabolus omne Dei verbum labefactare nititur. In his enim quæ ad Fidem pertinent, vtitur dictione hac* Quomodo; *vt cùm Iudæi dixerunt*; Quomodo potest hic? *In præceptis autem vtitur dictione hac* Cur; *vt hic*; Cur præcepit vobis Deus? *Quasi dicat. Quid opus erat? Inconueniens est, vt sitis liberi, &c.*

Cur, & quomodo, duo verba inuenta per diabolum.

Ferus.

DE SERPENTIS NATVRALIS CALLIDITATIBVS innatis, ad illa verba textus; Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c.

11. VIGENTVR verbis istis non parum restagare calliditas vulpina, prudentia elephantina, indagóque canina, cum sagacitatibus & astutiis animalium plurimorum, quos sicut demiramur, sic eos superare serpentem iudicabimus, nisi paginæ Diuinæ steterimus, vt decet, oraculo certissimo, & summæ auctoritati. Sed absit, vt Dei verba à nostra experientia fallaci deludantur, & ipsi postponantur. Ergo cunctis animantibus callidior serpens est; de quo hominum Creator, illorum iam Redemptor & carne circūtectus, sic dixit per Matthæ. *Estote prudentes sicut serpentes*; Est enim serpens prudens ad vitam conseruandam, & hominem infestandum; quod si nos aduersus eum identidem fecerimus, ac iustè rependerimus, & vitam nostræ animæ, quę vera vita est, tutabimur securè, & Sathanicum serpentem necabimus quàm facilè. Vnde patet moralitatibus prudētiam plus serpentum, quam animalium reliquorū suapte famulari, quod sufficeret, vt esset callidior inter reliqua. Sed iam eius calliditates, & proprias qualitates ex auctoribus probatis in publicum eruamus; quæ quidem nouem sunt, quantumuis prima triplex & posita pro vna, quia omnes ad tutamen serpentis vitæ attinent, qoemadmodum secunda ad facili negocio hanc vitam relinquendam;

Calliditas serpentis a Deo commendata, & ideo nimis certa præ cunctis animantibus.

Matt 10. 16.

Serpens cunctis animantibus callidior, vel ex vno respectu, & ratione.

C & reliquæ ad nocendum ac hominem docendum per exempla & argumenta ex illis fabricata.

Prima qualitas quæ trina, ac ideo trinè & vnicè à Glossa ponderatur, ad dicta Matthæi verba. *Estote prudentes sicut serpentes*; est, quia caput suum primatiam vitæ sedem, occultat toto corpore, exponens hocce ictibus, ne caput offendatur; sicut pariter nos corporis totius clade & damno quamtumuis perquamcerto, debemus caput nostrum, seu Christum & eius Fidem, à qua viuimus & dicimur Fideles Christiani, illæsam conseruare de quo Chrysostomus in Matthæ. Hom. 34. Deinde, quia pellem quotannis mirè exuit, multò meliùs quàm si pellis alterius esset corporis, spolians semetipsum; D quadeposita refloret, ad vitæque iuuentam florentē retrocedit; quod facit inter aspera dumeta vere nouo, vt nos etiam per angustias debemus intromitti, & ipsis coarctari, quò veteri sic tunica exuta renouemur, & per portam cæli arctam veterem hominem exuentes, ad Deum ingrediamur. Et tandem, quia pellem tam sæpe deponendo, venenum nunquam ponit, nisi quando bibiturus ad latices accedit, ne venenum (quod iam potu transacto sumit iterum) cum aqua compotatum immissúmque in viscera, infestet ipsam bestiam hominibus infensam. Vt quando nos ad Dei Ecclesiam & Sacro-

Glossa. Matt 10. 16.

Serpēs corpus pro capite libenter morti offert; & huius rei moralitas.

Serpēs pellem quotannis deponit inter aspera, & huius quæ doctrina.

Vt serpens bibiturus venenum suū ponat.

ſancta Myſteria conuenimus, non condecer venenum peccati qualiſcúnque in animo deferre; docente Gloſſa proximè, cui Plinij lib. 8. cap. 28. in hac trina qualitate auctoritas accedit.

Plinius.

Arundine vel leuiter percuſſus vitâ perdit.

Secunda, moti ſemel arundine vel leniter à quolibet contactum; cum ſecus niſi valde intereat difficulter; quod licet non calliditas ſed potiùs ſit neceſſitas accepta naturaliter, tamen aliquid motaliter reconditum & arcanum in hoc genere expirandi tam valde inuſitato habere quis audebit apertè denegare? Calepinus verbo colubet.

Non loquitur ſed ſibilat & meliùs quam vir aliquis.

Tertia, ſibilum pro loquela humana poſſidere: hæc enim ſoli homini; ille homini & ſerpenti æqualiter eſt datus; vnde vocis poteſt ſibilus effigies ſiue ſimia, & vmbra nuncupari; qui dulciter & ſuauiter multoties ſonum edit, & in aliquibus ſerpentibus iucundum cantum format; qui ſanè non cantatio ſed magis incantatio eſt hoſtis venenati. Teſtis hominum multorum experimentum & nocumentum, quod inde cum iactura vitaꝰ comparatunt.

Non ambulat ſed reptat ambagibus & loris.

Quarta ſenſim ſe exoluere, procumbens temque reptare; non pedibus ſed perniciebus ambagibus & loris; nam vltra quòd ſic meliùs latibulat ſub herba, & gramine tenello; prauis etiã circuitibus incedens nunquam rectè, & ambulat, & currit læthiferè, ac celerrimè; ſe torquens calliditate & proprietate naturali; volubiléſque orbes immenſo ſaltu faciens, vel ab aliquo inimico in iram prouocatus, vel laceſſitus à ſeipſo; nam ille motu ſuo vndanti & circumflexo ſe excitat & verberat, vt inquit Bernardinus, in ſerm. quem inſcripſit de debito quadruplici. *Per ſinuoſa volumina, nunc caput caudæ, nunc caudam capite tangere ſolet malignus ſerpens*; in quibus multæ ſunt calliditates quò ad mores.

S. Bernard.

S. Auguſt. Serpentes ibi plures, vbi aer eſt ſerenior.

Quinta, ibi plures eſſe, vbi aër plus ſerenus oſtenditur mortalibus, vt de moribus Manich. cap. 9. notum facit B. Auguſtinus; ac ſi aëri inuiderent hi mortis portitores, dum plures iſtæ impuræ naſcuntur animantes, vbi purior & tranquillior eſt aër regionis.

Serpens caput immittendo, immittit totũ corpus.

Sexta, facilè delabi ſubtilitatem propter ſuam, per loca quæque arcta, & horrida ſpineta, quem ſi aliquis inſequeretur, aculeis pungeretur, & ab ipſis, ac anguſtiis ſyluarum necaretur. Vnde pariter ipſi prouenit, quod vbi immittit caput, illuc protinus infunditur facillimo negotio, quin ab homine plus ſedulo hoc valeat obuiari. Auctor eſt experientia, & illud Sacræ paginæ.

Eccleſ. 21. 2.

A facie colubri fuge peccatum; quia ſimul atque facies videtur ſerpentina, euadendi ab illo iam non facilis eſt via; debétque accelerari ſedulitas humana, vt illa non ſit nocua. Vlteriùs, quòd & ſerpens eſt viſus acutiſſimi; vt inquit Auguſtinus citatus loco proximo: acutè cernit res; quibus inde nullum bonum contingere eſt certiſſimum, quid enim boni veniet ex viſu ſerpentino?

Serpens viſus acutiſſimi.

Septima, homini indeſinenter inſidias meditari. *Tu inſidiaberis calcaneo eius*. Incomparabilis calliditas ſuperbiæ colligata, vt beſtiola abiectiſſima à Deo maledicta, Dei imagini inter omnes creaturas præcellenti, ruinas moliatur. *Sed quid non tentat ſuperbia? contritus coluber caput leuat, & moriturus in morituros venena euomit.* Sic in cap. 12. Vaticinij Danielis inuenies apud Gloſſam.

Gen. 3. 15.

Inſidias ſemper homini iconi Dei diſponit.

Gloſſa.

Octaua longo tempore ſub terra vitam agere, & terram manducare, quò iſtam nobis deuoret, & aliam noſtri corporis ardentiùs inde appetat; ac dentes in nos acuat. *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

Eſt terræ manducatur.

Gen. 3. 14.

Nona tandem cum mulieris conſortio collætari; vnde priùs inter multa acceſſit ad mulierem, non ſolùm quia inſcia, ſed etiam quia fœmina, venenum immedicabile; & homini pluſquam illud nociuum ſerpentinum. Hincque Philo de agricultura, & in ſuis allegoriis ſecundo lib. ait, ſerpentem primam matrem fallaciis illudentem, voluptatẽ carnis eſſe, quod in lib. ſubſequen. coronat in hunc modum. *Ideo ſerpens inter alia comparatur voluptati, quia ſerpens naturaliter quinquefariam circumplicatur*; id eſt, orbes quinque facit; per quinque nanque ſenſus ebibitur voluptas; quapropter de ptopeoſione mulieris ad dęmonem, in Harmo. Can. 3. ton. 4. cap. 9. in Veneto reperies. *Mulieres maius habent cum dæmonibus ſymbolum, & leuiùs illuduntur; ideo mulieribus faciliores ſe præbent, & eas in venefica dæmonum arte crebriùs edocent.* Sed meliùs de ſerpente pertractans naturali cum Eua colloquente, Fernandez ſup. Gen. cap. 3. ſect. 5. *Eua* (inquit) *vidit ſerpentem, & quodammodo cum eo luſit; ſerpens ad Euam ſibi cognatam ſerpentem accedit. Eua cum ſerpente ſibi ſimili colludit.* Facit, vini bibaciſſimos ſerpentem atque mulierem, vt traditur à Plinio lib. 10. cap. 62. & lib. 22. cap. 23. natura ſua eſſe. Hanc vt potum ſumat illum, quo alitur luxuria; illum vt vinum luxurioſum inuideat mulieribus; iuxta hiſtoriam facetiſſimam, quam de filio Ciceronis, & Antonio patris eius interfectore vinoſiſſimo lib. 14. cap. 22. ſcribit idem Plinius. Niſi mulieres regnorum ad Septemtrionem plus vergentium cum aliis in hoc crimen impenſis attexantur; nam iſtæ tam abſtemiæ, quam certè ab abſtinentia decora ſemper abſtinent. En tibi lector dedimus ſerpentis qualitates; in quibus ſeptem vitia, ſi omnia combinaueris, inuenies capitalia. Nunc ad ſerpentis diabolici calliditates tranſeamus.

Addictus mulieribus, & mulieres ſerpẽtibus, ac dæmonibus in animas ſerpentibus infeſtis.

Philo.

Quot orbes ſerpens faciat, & iſtis quid notatur.

Venetus.

B. Fernand.

Serpens, mulierque ad inuicem vt ludant, & ſe diligant.

Plinius.

Epheſ. 5. 18.

Serpentes & mulieres peræquè vini cupidi.

DE SERPENTIS DIABOLICI CALLIDITATIBVS eisdem, ad verba; sed & serpens, &c.

Iob.26.13.

Isai 27 1. Apoc 12.9. & 20. 2.

12. MAIORI valde iure has haber ille coluber, qui tortuosus & antiquus frequenter appellatur; Iob cap. 26. Isai. 27. Apocal. 12. & cap. 20. Calliditas est nanque prudentia in malum vergens, quæ vafricies, & astutia, malitiáque recocta commoniter vocatur; seu versutia, qua fallaciis instructus & exercitus quicunq; prauus animus ad noxia quæque opera facillimè se vertit. Et rectè, quia à callo, vt Nani fert sententia, calliditas procedit. Callus autem cutis est labore facta durior, & calliditas prudentia, quæ variis rerum casibus hoc durum & moltis asperum contraxit mentis callum. Vnde calleo, callum istum diuturnitate comparare, vel callidè, ac profundè res scire & penetrare significat Latinè, quod meliùs Lusitanè exprimere solemus; dum inueteratum technis virum vocamus *Calleado*.

Dom. Nanus. Calliditas & versutia quid sint, & harum ethymon.

Talis fuit qui sermonem deprompsit per serpentem, de quo veriùs quàm de serpente excurrunt hæccè verba. *Sed & serpens erat callidior*; cum calliditas non brutis, sed intelligẽtibus creaturis sit decens, atque proprium illarum patrimonium; vt Tullius in Academicis qq. est testis, & Augustinus lib. 11. cap. 29. de Gen. literaliter; quantumuis serpens dęmonis calliditates & qualitates peroptimè adumbrarit. Quocirca Deus permisit, vt dæmon per serpentem, non verò per creaturam quamcúnque gratiosam, & homini perutilem, ac semper vel post culpam patratam sociabilem, mulierem tentaret, vt illa quæ sapientia non modica fulgebat, ex lubrico animante, tortuoso, & venenoso, anfractibúsque pleno, ac insuper squamis & notulis insigni, facillimè cognosceret insidias latitantes; nec istosmet colores tribueret decori, sed potius versicolori astutiæ interiori, quæ foris scintillabat; quemadmodum est sententia verissima Augustini lib. 14. cap. 11. de Ciuit. Dei; Magistri lib. 2. d. 21. Lyraníque hoc loco. Ergo dæmonis calliditas in verbis quæ exponimus, transcendit serpentinam; cum ista data fuerit ad alteram significandam, ac solum depingendam. Ad serpentis nunc versutias, diabolicas addamus; vt serpens cum serpente decenter coniungatur.

Tullius.

Per serpentem cur Adamum tentari Deus voluerit, non autem per columbam, vel gratum quoduis animal.

S.August. Magister. Lyranus.

13. Prima erat simulatio, quæ radix est versutiæ, & mirificè serpenti cohæret infernali, dum caput toto corpore, & mentem totis viribus prætendit semper regere, seu intentionem simulatione velare, & palliare; dum pellem sæpe ponit, venenúmque sæpissimè; non quidem vt malum tantum seponat, & relinquat, sed potiùs vt resumat, & sæpius hoc acceipiat: cum etenim venenanon possit plura sumere, hoc pluries ille

Simulatio quanta dæmonis.

A assumit, vt queat modo isto nocere multiformiter. Hæc propter priùs dæmon accessit ad mulierem, quia decipi facilior, & laqueis ex se ipsa capacior existebat; Augustini iuxta mentem loco proximè citato, quo loquitur pro nobis. *A fœmina, parte scilicet inferiore illius humanæ copulæ incepit, vt gradatim perueniret ad totum; non existimans virum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori.* In hoc attamen serpentem excessit naturalem, quòd ad generis humani cum veneno fontem venit; & ideo genus omnium mortalium necauit tradidit. Qua simulatione sese vestiunt, his maximè temporibus politici quicúnque fallaciis adornati, & penitus repleti; qui vt filij B primogeniti serpentis astutissimi, serpentinis cauillationibus se armant, & insestant vel etiam plus sodales, ac item consanguineos; nullos quippe à tam peruerso veneno liber manet; de quo optime Gregorius lib. 10. cap. 16. moralium diuinorum; cuius verba in Breuiario & secundis lectionibus Confessoris non Pont. præ manibus sunt omnium; quod indico, vt à cunctis attentè perlegantur, & corde recondantur.

Cur mulier prior fuerit à dæmone tentata.

S. August.

Politici moderni quam filii sint diaboli, & vbi eorum dolus egregie depingatur.

Secunda, simulationi mendacium vicinissimum; mendacium nanque est quod fingitur, & fictis simulationibus inuoluitur; opus quidem quod vacua arundine interimitur; cum vnum sit ex illis, de quibos inquit Paulus. C *Euanuerunt in cogitationibus suis*: & etiam quod serpentem præcessit paradisi, iu illo, qui ab initio in veritate non stetit; deindéque in Eua, quæ vnico mendacio proposito à diabolo, vel etiam ante venenum illius compotatum, hoc duplici respondit. *De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Deus enim neque factum prohibuit mali ligni, nec mortem transgressoribus indixit sub incerto, reliquit in ambiguo. Duplex animus mulieris, sen multiplex ad quæque mendacia proserenda, rimanda, & consummanda. Ad dispositam materiam accessit malus artifex.

Rom 1.21.

Gen. 3 3.

Mendacia quando ortum, & vt mox fuerit per mulierem effrontet duplicatum.

Tertia, valde familiare mendacio multiloquium, loquacitásque vana; quæ cum sibilo superiùs humanæ vocis æmulo, non D parum symbolizat; vnde serpens ad mulierem vaniloquam & loquacem consultò sese contulit; de qua lepidè, & non falsè, sed potiùs perquamverè sub more Ægyptiorum, seu Tracium dixit olim Poeta Iuuenalis.

Quàm loquax esse mulier.

Vna laboranti potest succurrere Lune.

Iuuenalis Satyr. 6.

Quarta, ab istis non extranea, sed proxima malitia, quæ ambagibus & loris serpentis correspondet, & in cunctis venenatis, mulieribúsque odium amore contegentibus, est summo gradu vera. *Nequitia mulieris immutat faciem suam, & obcæcabit vul-*

Mulieris malitia quã vnica & suprema.

Eccl 25 24.

tum ſuum tanquam vrſus. Sed formidabiles ſententiæ, quæ ibi de muliere dicuntur, & iunguntur cum colubro maligno, deſcriptę per hæc verba.

N. 17. N. 26. N. 23.

Omnis malitia nequitia mulieris. Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris; ſors peccatorum cadat ſuper illam. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris Bene igitur cum ſerpente loquutus ſerpens alius.

Quinta, inuidia, quæ malitiæ videtur prima filia, & puriorem ſemper aërem liuore malo impetit; vt dæmon, qui inuidia Dei ſui lapſus eſt, & lapſum quoque homini inuidia conquiſiuit.

Sapien. 2. 24

Diaboli & mulieris in Deum vſque liuor inuidiæ concitatus.

Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum; & vt mulier, quæ in Dei efferbuit inuidentiam, dum ab illo ſe prohibitam, & deam nuncupatam audiuit à ſerpente. Multum ardet, vbi accenditur inuidiæ nocens ignis, ſed nullibi vt in fœmina, de qua Seneca in Medea ſcribit inter multa;

Seneca.

Nulla vis flammæ, tumidíque venti,
Tanta nec tela metuenda torti,
Quanta, cum coniux viduata tedis
Ardet, & odit.

Et ibi paulo ſupra.

Amore, ſiue odio quam mulier ſemper ſæua.

O dura fata ſemper, & ſortem aſperam
Cum ſæuit, & cum parcit, ex æquo malam!
Remedia toties inuenit nobis Deus
Periculis peiora. ——

En quomodo inuidenti ſe inuidus ligauit, vt igne huius peccati incendio mundum traderent.

Mulieris & ſerpentis, ac diaboli curioſitas, quam nocens, & inſignis.

Sexta, praua curioſitas, quæ oculis inuidiæ acutiſsimè res videt, inquirit, & diſcriminat; quæ calliditas tam ſerpentis quàm mulieris ſubtilitati, agilitatique deſeruit; quorum vtrúmque ſimulátque immittit caput ſuum, immerſum malis eſt, quæ inde ferè ſemper teterrima deueniunt. In cuius fidem rei egregium eſt quod Rupertus lib. 3. cap. 2. de Sanct. Trinit. memoriæ commendauit; videlicet, ſerpentem in paradiſum non ingreſſum, ſed Euam ita digreſſam per illum incontinenter fuiſſe quoquouerſum, vt ad limites perueniens qui eum concludebant, qualis mundus eſſet foris, curioſitate proſpectaſſe; tuncque datam occaſionem, vt coluber forinſecus tentaret eius cerebrum. Res optima, pro fœmineæ curioſitatis argumento, quantumlibet, ni fallor, ſit ipſa parum firma; cuius nos in paradiſo contrarium aſſeuerauimus, cum Auguſtino tom. 5. lib. 14. cap. 11.

Rupertus.

An ſerpens paradiſum intrauerit, nec ne.

S. Auguſt.

Superbia ſerpentina æqualis fœmininæ.

Septima autem curioſitati ſuperbia non incongrua; cum ſuperbia & curioſitas, præcipuè in ſcrutandis cæleſtibus arcanis, vt locis in quammultis teſtantur Dei oracula, incedant pari paſſu. Quæ ſuperbia in ſerpentino, ac collo fœminino clariſsimè innoteſcit; quorum primum decantatur frequenter à Poëtis; ſecundum verò ita à Vate deploratur. *Pro eo quod ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluauit Dominus verticem filiæ Sion.*

Iſai. 3. 16.

Octaua, comes animi tumentis auaritia, quę alit arrogantiam, & in ſerpente atque muliere fundatur radicaliter. In ſerpente, quia terrã manducat, & ſub terra, terreniſque inhabitat; in muliere, quia nulla creatura magis auro & gemmis adornari lętatur & exultat, quam mulier, atque equus, qui phaleratus naturaliter tam belli, quam & pace, cum ambulat & currit in ludis quibuſcúnque ſuperbit, & feroſcit; vt Plinius adnotauit, qui mulierum arrogantiam multoties modo ſuo morali & eleganti non parum reprehendit. Equina & beſtialis proprietas in fœminis; vana autem atque muliebris, quę mala cuncta continet, in equis inſolentibus. Omiſſa voluptatis turpiſsima auaritia, auiditáſque maxima; quę cum rebus inſatiabilibus ligatur in Prouerbiis.

Mulierum & equorũ auaritia coæquata, & ab iſta ſuperata quæcúnque ſerpentina.

Prou. 30. 15.

Nona tandem luxuria ſupremò memorata, quę ſicut ſerpens ille mulieres inquirit, & eas nunquam deſerit. Ecce nouem calliditates, ęquales, imò etiam ſuperiores ſerpentinis in quibus ſeptem vitia capitalia nunquam deſunt. Sed in communi de calliditate aſtuta, & blandienti, qua dęmon per ſerpentem inuaſit primos homines: hoc enim loci proprium, nonnihil attingamus.

14. Sententia eſt Damaſceni lib. 2. cap. 10. quod ante lapſum Adę, animantibus prę cęteris, familiarior ipſi erat infauſtus ille ſerpens, cui ſępius & frequentiùs feſtiuus accedebat & per motus ſui ipſius famulatum & lenocinia agebat iucundiſsimè; vnde ſerpens inferorum per illum ſuę fudit venenum prauitatis. Procopius ſuperaddit, mulieri tam gratum, vt cum illo, ac cum deliciis per iocum pertractarit; quemadmodum poſt culpã hoc cernitur inuerſum; nec malè, cum & homo inuerſus Deo fuerit per culpę iniquitatem; poſt cuius à Dei ſui commercio auerſionem, quid mirum ſi auertantur ab ipſo quęque antea ludentia & famulantia? etſi ego magis luſos prędictos ſerpentinus à dęmone crediderim, quam à natura praui anguis formatos & inuentos; vt animalculũ pro technis permiſſum tantùm ſibi, commodiùs prępararet. In quo diaboli & hęretici, qui tertij ſunt ſerpentes, ſunt iſti colludenti cum mundi genitoribus, mirandum in modũ ſimiles. Nam de ſerpente diabolico ſic aiunt Dei eloquia. *Tu in deliciis paradiſi Dei fuiſti.* Et de hęreticis ſerpentibus, ex Eccleſia & Euchariſtico egreſsis ſacro pabulo, cum Eccleſia & Euchariſtia ſint terrę paradiſus, vt in Enarrat. de paradiſo vbertim demonſtraui, in deliciis paradiſi Dei fuiſſe non ambigitur. Inter quos qui potiores fuerunt in deliciis, Adamus ſunt, & Iudas; ille quidèm in paradiſo priori & figurante; hic verò in Chriſti Domini obſequio & comitatu, qui paradiſus figuratus deliciarũ Dei cunctarum dignoſcitur quàm facilè; ille in aula pulchriori, hic in ſchola meliori & vniuerſis ſanctiore, quę viſę ſunt in mundo; licet primus nullo modò impegerit in hęreſim. Quibus tamen non obſtantibus, vnus arborem vitalem figuratiuam non quęſiuit, alius autem vitę arborẽ veracem faſtidiuit; miraculis

Damaſcen.

Serpẽs homini pro deliciis dũ gratus Deo extitit.

Procopius.

Diaboli & hæretici in deliciis paradiſi Diuini prius alti.

Ezec. 28. 13.

In deliciis paradiſi vt Iudas, & Adamus nutriti, & educati.

miraculis tot Christi, quot videtat contempris; quæ possent fidem addere miraculo Eucharistico, quod sanè ad hoc cum illo egregio quinque panum Dei Filius prædicauit, vt ampliùs panis talis cessaret difficultas, & veritas clareret.

Serpentis quænam verba ad Euam, plus extensa, quã ea Moyses narrat.

15. At verò postquam dæmon, vt hominem deciperet, serpenti se infudit, omnis illa tam secura quam hilaris collusio, illusio atque tentatio euasit perquàm sæna; quæ paucis etsi verbis à Moyse describatur, nil dubites quin multis ab hoste sit prolata, quò mulierem excitaret ad odium cõtra Deum, & ipsam à famulatu diuino separaret, vt tangit Rabbi Dauid, dum pro verbo *Cur præcepit*, transcribit *Quanto magis?* quod rationes iam præmissas indigitat, & promit.

Chrysost.

Has autem sic Chrysostomus expendit sup. Gen. hom. 16. *Cur præcepit vobis Deus? Quasi diceret malignum dæmon. Quare Deus priuauit vos tanta fruitione? Cur non concedit, vt participes sitis bonorum omnium, quæ sunt in paradiso? sed præstitit quidem, vt visu frueremini, maiori tamen voluptate interdixit. At maiorem fertis dolorem, quòd aspectare vobis licet. frui non licet.* En quomodo mulierem futura pœna Tantali, nempe proprij desiderij laniatibus discerpserit & valde excruciauerit iniquus sycophanta: Crux nanque dira extendi in mentis desideriis, & tamen hæc non posse ad libitum adimplere, vt asserit Petronius.

Quàm magna pœna, vt Tantali, desiva in desideriis.

Petronius.

Non bibit inter aquas, poma aut pendẽtia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.

Sed hoc ipsum elegantissimè Auitus lib. 2. de peccato origin. poëtice complorat; inuidiam prius dæmonis; pòst eius ad mulierem depingens verba compta, & dulcem orationem, quam in tanti Viennensis Archiepiscopi memoriam, & legentis oblectamen haudquaquam denegabo. Inuidia sic se habet.

Alcimus Auitus.

Liuor dæmonis in hominem priorem bené pictus.

Vidit vt iste nouos homines in sede quieta
Ducere felicem nullo discrimine vitam,
Et lege accepta Domino famularier orbis,
Subiectisque frui placida inter gaudia rebus;
Commouit subitum Zeli scintilla vaporem,
Excreuitque calens in saua incendia liuor.
Vicinum tunc forte fuit, cum decidit alto
Tempus, & innexã traxit per prona cateruam:
Hoc recolens, casúmque premens in corde recentem,
Plus doluit periisse sibi, quod possidet alter;
Tunc mixtus cũ felle pudor, sic pectore questus
Explicat, & tali suspiria voce relaxat.
Proh dolor! hoc nobis subito cõsurgere plasma,
Inuisúmque genus nostra creuisse ruina?
Me celsum virtus habuit, nunc ecce neglectus
Pellor, & Angelico limus successit honori.
Cælum terra tenet, vili compage leuata
Regnat humus, nobisq; perit translata potestas.
Nec tamen in totum periit, pars magna retentat
Vim propriam, summáq; cluit virtute nocendi.
Nil differre iuuat, iam nunc certamine blando
Congrediar, dum prima salus, experta nec vllos
Simplicitas ignara dolos ad tela patebit.

Ad mulierémque sermo in istum modum sonat.

Diaboli ad mulierem allocutio copiosior, quàm dicitur in Genesi.

O felix, mundique decus, pulcherrima Virgo,
Ornat quam roseo præfulgens forma pudore;
Tu generi venturo parens, te maximus orbis
Expectat matrem; tu prima & certa voluptas
Solamenque viri, sine qua nec viuere possit;
Vt maior, sic iure tuo subiectus amori,
Cui iuncta es, pulchram reddas ut tempore prolem.
Vobis digna datur paradisi in vertice sedes,
Vos subiecta tremit famulans substantia mũdi,
Quod cælum, quod terra creat, quod gurgite magno
Producit pelagus, vestros confertur in vsus.
Nil natura negat, datur ecce in cuncta potestas.
Non equidem inuideo, miror magis, attamen ista
Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?
Scire velim quis dira iubet, qui talia dona
Inuidet, & rebus ieiunia miscet opimis
Hic male blanditũ fixerunt sibila vocem, &c.

Vt dæmon tentet homines ad instar primi hominis.

Vides ne calliditates & maximas & plurimas, quas coluber Sathanicus tetendit & armauit in homines priores, malitia tam exutos, quàm innocentia candidissima indutos, & virtutum candore conspicabiles? Easdem nunc subtendit in mores atque Fidem; in mores sic exsibilans apud Gregor. Nazianz. orat. 40. *Da mihi præsens tempus, futurum Deo, mihi iuueniles annos, Deo seniles, mihi voluptates, Deo corpus effœtum, nullisque vsibus aptum. Hic sibilus serpentis, cui cum sponsa respondeto; Noua & vetera seruaui tibi.* In Fidem, semper auens argutiis nos inuoluere, vt inuolutos argumentis aduersus nos concludat, victoriásque reportet de vanis quæstionibus; & nos à Deo separet, bonorum centro omnium; vt Hosius p. 1. cap. 41. affirmat per hæc verba; *Neque enim diabolus aliud agit, quàm vt disputationibus huius Sacramenti homines separet ab Ecclesia; quod segregatis facile se cætera quæ velit omnia persuadere posse, credit.* At neutiqoam diuisionem quæramus ab hoc cibo, sed potius vnionem, quam commendat cum Augustino hic idem Cardinalis. *Quid est hoc Sacramentum nisi Sacramentum pietatis? nisi signum vnitatis? nisi vinculum charitatis? Qua fronte illum audes facere causam desidij, materiam diuisionis, fomitem odij? Saltem signa ipsa attende, neque aliud esse velis, quàm quod illis notatur. Neque enim sine causa Christus in specie panis hoc Sacramentum instituit, nisi quia de multis granis vnum efficitur.*

Nazianzen.

Can. 7. 13.

Hosius. Quàm nociuum se Eucharistia argumentari cum diabolo, quod ille sæpe facit.

DE EISDEM CALLIDITATIBVS HÆRETICI serpentis ad verba bis assumpta: Sed & serpens erat callidior, &c.

Calliditates & qualitates hæreticis quæ insint.

16. As ipsas, atqoe ordine habere successiuo, hæreticos est palam; quoniam mentis simulatio ligatur cum mendaciis, mendacia eum multiloquio (multa enim debet fingere, qui lingua ficta loquitur; vnde venit, quòd mendacium quammultis verbis indiget, vt veritas paocissimis) multiloqoium cum malitia, qua cum sanè, non eum sana intentione colorantur, quæ falsa proferuntor; malitia cum inuidia, quæ alterum æmulatur, & propriè malum est, siue clarè, siue occultè in proximos coniectum; inuidia cum curiositate, quæ pessima rimatur, nam inuidens non videns minutim videt atromos illorũ quos insequitur: curiositas cum superbia, cuius illa apud Bernardum de gradibus humilitatis, est filia primogenita; superbia eum auaritia, quæ congregat diuitias superbiæ sustentaeulum; auaritiáque postremò cum luxuria, quæ ex dioitiis materialiter conflatur; quare in vitiis capitalibus luxuria ab auaritia pręceditur in compuro frequentius vsitato; de quo Nauarrus in Manuali cap. 23. n. 4. Quamobrem familiariora capitalia septem vitia freqoenter sunt hæreticis. Nam ira quæ hîc deest, redocitur superbię, & gula atque dissidia luxuriæ dominarui. His gradibus à cælo supremo puritatis descenditur in cęoum abiectæ voluptatis; quę centrum hæreticorum, vorago & finis est; non enim fuit hæresis, quæ carnem non respexerit, & ibi non desierit ae vltimò se merserit, quorum vermes inde nati earebunt omni morte. Nunc singula speciali studio percurramus.

Nauarrus.

Hæreticis familiariora sunt vitia capitalia.

Hæreticorum centrum cænum, & carnis oblectamina.

De simulatione hæreticorum.

Hæreticorum simulatio quàm multiplex, & mala.

17. HÆretici post dæmonem verissimi serpentes, occultant, vt serpentes non tarò capot suum; & mentem, ac cor peruersum; pellem verò exteriorem permutant & reformant, sed tamen nunquam viscera; quemadmodum deponunt maligna sæpe verba, loquendo, & conuersando; at virus nunquam deserunt, agendo cum Fidelibus; de quibus verom est quod Ianua in Catholicon scribit verbo serpens; *serpentum tot venena, quot sunt in mundo genera; tot pernicies, quot species; tot dolores quot colores in pellibus eorum.* Quod ex fonte Sacramentariorum patescit vno tantùm, nimirum Berengario, dum temporibus diuersis ter hæresim abiurauit, periurúsque bis fuit, donec vltimo iuramento fideliter seruato, Catholicus decessit, & qui vixerat hæreticè, vt corpori indolgeret, obiuit orthodoxè, vt animæ consuleret. Quem morem viri tales hauserunt à diabolo, de quo Hosius allega-

Ioan. de la Ianua.

A tus cum Emisseno hom. 3. post festom Pentecost. huiusmodi se habet. *Diabolus primus mundi pharmacopola sanè fuit, qui in condito, aut mellito, quocunque poculo solent mortiferos herbarum succos nescientibus propinare; & quod gustus mentita suauitate componunt, obscurant suauitate dulcedinis. Prouocat prius odor poculi, sed præfocat infusus sapor in venis; mel est, quod ascendit in labia, fel est, quod descendit in viscera. Sic hæretici sub Scripturæ & Euangelij titulo, suum legentibus virus & fel propinant. Hæretici enim nunquam iactant se docere, nisi Catholica & vera; cum reuera non doceant, nisi hæretica & falsa. Mel est, quod ascendit in labia, Scripturarum nomen, fel & pestilens virus, quod in viscera descendit; scriptura videlicet intellectus prauus.* Hæc ille; quem præcessit Euange-

Hosius.

Diabolus in mundo Pharmacopola primus omnium, cuius hæretici discipuli.

B lieus Propheta, dum emphaticè Leuiathan serpentem vectem vocat; serpentem, quia mollis & flexibilis ad dolos; at vectem, quia durus & rigidus ad mala; sinuosus ad fallendum per verba iucundissima; rigurosus ad nocendũ pet opera nequissima. Gregorius sup. Iob exponens cap. 3. *Durus quippe est, per malitiam, & mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur, quia vsque ad necem percutit; serpens, quia se per insidias leniter infundit.* Serpeotem nunc aduersus vtrumqoe lignum vitæ, tam paradisi qoam Eucharistiæ iusufom videamus; & quomodo à priori retraxit primum hominem, in posteriorem verò homines criminibos induxit, vt ipsis

Isai. 27. 1.

S. Gregor.

C valde noceat.

18. Retractio à primo ligno (quæ pependit ex inductione ad aliud lignum malum, vt sæpius indicaui) tam verè, quàm diuersè inter diabolum & mulierem hinc inde disceptata, lib. 3. de Trinit. cap. 7. cum sequent. peroptimè à Tuitiensi Abbate ponderatur; dicendo, tria à Dæmone mulieri promissa; quæ illa proculdubio vnanimiter cum illo, quamuis aliter, atque aliter, verissima putauit. Illa in prima promissione *Nequaquam moriemini*; non esse quouis tempore cessuram mortis falci; ille neutiquam corporaliter statim morituram, sed spiri-

Diaboli tentatio cum Euaque loquutio vt falsa & vera fuerit.

Rupertus.

Gen. 3. 5.

D tualiter statim, & corporaliter aliquando, cum contingeret naturę persoluere hoc tributum, compositis omnigenis suaptè necessarium. Illa credens in secunda, aperiendos sibi oculos, in plenitudinem scientiæ; *Aperientur oculi vestri*; ille verò aperiendos in confusionis testimonium, & miseriæ non dum agnitę acerbum experimentum; vt eis, qui gemebant notitia iam experta in lib. Sapient. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se & præ angustia spiritus gementes.* Illa reputans in tertia mansuram sicut Deum, qui nouit bona & mala; *Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum*; ille sciens sicut

Ibidem.

Sap. 5. 2.

Ibidem.

ſicut Deos, qui in plurali niſi ficti non poſſunt reperiri, & ſicut malos Angelos amiſsi boni memores, & mali inuenti compotes, futuros tantùm eſſe; quibus ita verbis multis expenſis per Rupertum, hęc fundit inter alia; *Conſidera nunc, quanta hic allenatio, iuxta ſenſum eius, qui decipitur, quantáque ſit deiectio iuxta ſenſum eius qui decipit. Iam deriſor erat ſerpens, & dubia reſpondebat, vt cum Dei veritas impleta fuiſſet, nihilominus tamen ſe eſſe veracem cum hoſtili cachinno confirmaret. Sicut Apollo Delphicus, ambagibus ludebat, ſic iam ludebat idem Dei & hominum inimicus, æquiuocatione promiſsionum nequiter abuſus, ſophiſtarum maximus. Moleſtiſsimum hoc fallaciæ genus eſt, in quo is qui decipit & palmam obtinet mendacij, & gloriatur quod verus ſit. Qui autem decipitur non habet vnde inſultantem ſibi falſitatis arguere poſsit, quantumlibet ille fallaciſſimus extiterit in alterum.*

Diabolus cum Eua quàm verus atque falſus.

19. Inductio verò contra ſecundum lignum vitæ, etſi via non directa ſed potiùs circunflexa, & plena circuitibus, in ſimili quæſtione aſſeuerata planè fuit ab Hoſio memorato; *Diabolus Rethorica magiſter magnus eſt, qui vt talis in initiis captare ſolet veniam, & beneuolentiam frequentare; fingit namque ſe Chriſti amore cauſam agere, eius iniuriam condolere. Queritur hûc audacia progreſſos homines, vt illius inſtitutioni audeant derogare, & adimere communionem ſub vtraque ſpecie, cum Chriſtus tamen dixerit*; Bibite ex hoc omnes; *tyrannidem Pontificum in hac re incuſant, & iſtiuſmodi decipiunt.* Hæc Oſius contra errorem communicandi ſub vtraque ſpecie Sacramenti; quod de aliis in Euchariſtiam æqualiter eſt verum, cum hæretici Catholicorum confictas agant ſimias; vt epiſt. ad Iubai. profatur Cyprianus, qui ideo veritatem mendaciis colorare perpetuò ſunt ſoliciti. Vlteriùs, quòd ſunt lignum ſcientiæ boni & mali Eccleſiæ paradiſi; tum quia ligno vitæ, vt erat lignum illud, ab vtero contrarij; tum quia; *Nulla doctrina offenditur tam mala, quæ non habeat aliquid boni admixtum ſecum ipſa*; vt dicitur à Gloſ. in Gen. 2. imò iugiter à bonis incipiunt prędicare, ſcribere, & docere; quare velut hæcce arbor vocata *boni & mali*, priùs conuenit eis boni, quàm mali appellitatio. De eis ſic Hieronymus explanans Pſal. 5. *Chriſtum loquuntur, & occultant antichriſtum*; & Paulus ad Rom. *Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium* Epiphaniúſq; pulcherrimè hær. 38. vbi æſtimat diabolum mulieri intimaſſe, exitialem non fuiſſe ei arborem interdictam; ſed illam, ac virum ſuum non bene intellexiſſe Dominicum præceptum. Quod hæretici vt diſcipuli diaboli nunc agunt: nec enim Caluiniſtæ ſunt auſi palam dicere, mentitum Chriſtum eſſe, cum ſuper panem illum acceptum in manus ſuas, hæc clara verba protulit; *Accipite, & comedite; hoc eſt corpus meum.* Si etenim hoc docerent, nec hominem ſeducerent, ſed ab omnibus vt blaſphemi & impij irriderentur; at dicunt Chriſti verba à Catholicis DD. eſſe perperam intellecta;

Hoſius. Rethoricæ Magiſter beneuolus & eloquens vt dæmon primus fuerit.

Hæretici in Eccleſia Catholicorum tantùm ſimiæ, & lignum boni & mali.

Gloſſa.

Hieronym.

Rom. 16. 18.

A id ipſúmque in reliquis Catholicæ doctrinæ articulis obſeruant; dum non Deum de mendacio, ſed Fideles de imperitia notare proteſtantur. Hinc Caluinus in præfat. ſuarum inſtitutionum, nil ſapit niſi candidum, Catholicum & honeſtum, & omnes piè vocat, ac pellicit dulcore ad vitam cultiorem; Eccleſiæ primum illum nitorem repromittens, ſectam ſuam Religionis reformatricem normam dicens; & Euangelij ſeſe noui præconem clarè nominans. Quid verò poſt hæc omnia in fronte commendata, in cælúmque ac Deum euecta & ſublimata? Confeſſionem & Euchariſtiam propulſat à Dei grege, religioſa vota ſcindit, & irrita fatetur; omne bonum & pudicum à mundo longe pellit, quemadmodum è contrario immundum quidquid accipit; quibus B tandem non inſtituit, nec reſtituit, prout ait, Fideles Chriſtianos, ſed deſtruit, atque perdit. Quod virus deauratius? fucatius quod venenum? quid autē inuerecundius, quàm ita ſecum ipſo pugnare qui promittit opinionum quaſque pugnas diſſoluere in perpetuum? Seu quid in orbe toto natura ſua tetrius quam homines inueniri, qui tam grauibus commentis adhæreant fide illa Dei ſolùm verbis digna?

Hæretici quàm ſubdoli in verbis & operibus.

De mendaciis & falſitate hæreticæ doctrinæ.

20. Simulatione ſemper falſa mendaciáque obrepunt; hæc autem ſunt arundo inanis atque vacua, qua ſerpens ſemel ictus fallacem vitam perdit; ſicut enim naturaliter arundo vana eſt, & à vento ac quauis aura facillimè agitata; imò ab aëre poſſeſſa interiùs & exteriùs, aſſiduéque propterea à flamine commota; qua tamen cæſus coluber, immortalis ſecus beſtia (quippe viuit diutiſſimè natura ſua propria, vt lib. 8. cap. 15. de Ciuit. Dei teſtatur Auguſtinus) tributum ſoluit morti; ſic hæretici ſerpentes, qui quò ad robur temporale quo impetunt Eccleſiam, tam antiquitus quam hodie immortales & duraturi æternùm videbantur, ſenſim ipſi moriuntur, nulla alia proculdubio compulſi læſione, quam ſuamet innata, ac ſumma vanitate, de qua B. Paulus; *Euanuerunt in cogitationibus ſuis* D Vnde factum, quòd hæretici ſecum ipſis conſummuntur, tabeſcunt, euaneſcunt; ab erroribus ſuperuenientibus errores obruuntur, ab aliiſque mendaciis mendacia deſtruuntur, & tumulo traduntur. Per ſe, nemine impellente hæretica mens corruit, & ſpumarum in ſimilitudinem ſoluuntur praua dogmata; vt in Oſeam 19. attingitur à Gloſſa. Econtrà vero Eccleſia, vt vera, & ipſa veritas ad inſtar Noë arcæ, ſemper magis atque magis perſecutionum mari tumido mirificè eleuatur, & collabentibus omnigenis humanis ædificiis, ipſa iugiter in altum contendit, & non adeo in montibus Armeniæ defigit ſedem ſuam, quàm potiùs in ſublimibus & Sanctiſſimis Pſalmogra-

Arundo vana hæreſis, quæ deficit per ſe; & qua hæretici ſerpentes immortales ſecus beſtiæ percuſſi vitam perdunt.

Rom. 1. 21.

Mendacia hæreticorũ vt vana per ſe corruunt.

Hæretici vt ſpuma inflantur, & ſoluuntur.

Pſal.86.1.

phi; *Fundamenta eius in montibus ſanctis; Diligit Dominus portas Sion* id eſt, montis Icroſolymitani, vbi coodita Euchariſtia; *ſuper omnia tabernacula Iacob.* Quo circa putatione excreſcere Dei vineam Iuſtinus in Tryphooem ſcribit perquam verè; & Tertullianus, Martyrum ſanguinem Chriſtianorum ſemen eſſe. Apolog. cap. vltimo; quos ingenita elegantia de Apoſt. ſerm. 1. ſequutos Leo Papa; *Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſemper Dominicus ager ſegete ditiore veſtitur, dum grana quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* Vt enim petra in medio deſiaa maris vortice, etſi fluctibus inſanis, percuſſa, & circuntecta, frequenter vndis tegitur, ſed tamen nunquam frangitur; imò æquora ſoluuntur, & ipſa manet firma; ſic Eccleſia, quæ eſt petra in Chriſto & Petro fixa, Iudæorum, Paganorum, & Hæreticorum ſemper fuit tempeſtatibus concuſſa, quin agminibus duplicatis, & copiis repetitis, mugientibúſque iugiter ncotericis erroribus, conuulſa ſit vllatenus; ſed potius ab hac petta conatus ſunt perfracti; cum illa valde parua pro hoſtium quantitate, & illi fere immenſi, ac prorſus validiſſimi extiterint perpetuò; qui viribus & vicibus propemodum infioitis, ferro & igne contra petram eaiguam dimicarunt, illæſa hac permaoente, at hoſtibus in orbem illius diſſipatis, ad nihilque redactis; vt fluctus qui à petra pulſata diluuntur, & facili negotio hinc inde diſſoluuntur. De quo ſupereſt Gamalielis roboſtum teſtimoninm, cùm Eccleſia vix eaoriens Synagogæ iam hoc modo faſtigia diruebat: *Si eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluetur, ſi vero ex Deo eſt; non poteritis diſſoluere; ne fortè & Deo repugnare inueniamini* Subſiſtit per ſe veritas, mendacia per ſe corruunt.

Iuſtinus.
Eccleſia quantùm creſcat aduerſis tempeſtatibus.
Leo Papa.

Eccleſia petra firma in medio mari poſita.

Subſiſtit per ſe veritas, mendacia per ſe corruunt.
Actor.5 38.

Illud tamen hæreticorom præconium in loco iſto non poteſt non vulgari; nimirum nec mendacia illorum dici poſſe, nec iſta niſi vnicè de illis prædicari. Sed vnde laus tam magna in tanta rerum tabe vt non poſſint gentis huius mendacia planè dici, vel proferri in ſingulari ſit opus, ſi dicantur? Exinde, quia in eis hæc ſunt indicibilia, & quæ dici vel numerari ſuapte eſt impoſſibile; non eqoidèm tam plora, quam vnum ſingulare, ex omnibos illorum ſententiis & operibus enotmiter compactum. Hinc cap. 12. in Oſeam S. Hieronymi ſic calamus ſe habet; *Quidquid hæretici loquuntur mendacium eſt.* In verbis cunctis ſerpens mentitus Euæ fuit, & ſic filij ſerpentini in omnibus quæ dicunt effrontes mentiuntur; de vno quorum tantùm Caluino rectè dubitat in ſuo tom. 1. egregius Bellarminus, *An diabolus mendacis amittat cognomentum, vt iſti tribuatur.* Ego puto tam diabolum, qoàm hæreticum eius filium, mendacium, prout dicunt, abſtractè prorſus eſſe; & ita ſummo iure debere nuncupari; Augoſtini iuxta dictum apud Nanum verbo Mendacium in iſtum modom ſonans; *Quomodo Deus Pater genuit filium veritatem, ſic diabolus progenuit quaſi filium mendacium.*

De hæreticis cur mẽdacia nequaquam dici poſſint.

S.Hieron.

Bellarmin.

S.Auguſt.

De loquacitate & multiloquio inepto hæreticorum.

21. SErpentis ſermo ſibilus, ſermoniſque humani opprobrium, & contumelia; nam ſicut Columella 2. lib. ait; *Aſini, & huiuſmodi ad bibendum ducti, melius ſibilo ebibunt.* Vnde hæreſis veneno nociuus mundo ſerpens, eloquentiæ vanæ ſibilo, qui dulcis ex ſe eſt, de vanitatis ſuæ fonte potare facit aſinos, & fœminas ignaras; quapropter ille venit ad iſtam nõ ad hominem; vt ſupra dictum manſit; & ideo Rex Propheta; *Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati ſunt argento.* Quo loci indomitorum taurorum congregatio, caterua illorum eſt, qui iugo Fidei pulſo, in vaccis populorum, id eſt in mulierculis, ac plebe ſemper ioſcia, & decipi aſſueta, propterea congregantur, *Vt excludant eos, qui probati ſunt argento.* Hoc eſt, vitæ & verbi Dei probata caſtimonia preclaros & conſpicuos, de quibus idem Vates; *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuplum.*

Columella.

Ad ſibilom dulciſonum potari ſolent aſini, & ad ſibilum eloquentiæ hæreticorũ viri aſini.
Pſal.67. 31.

Hæretici qui tauri in vaccis populorum.

Pſal.11.7.

Ergo verba hæreticorum plus verbera, quam verba; plus virus, quam verborum apparens modulamen; ſeu ſibilus ſermonum interiùs veoenatus, qui auras tantùm verberat, & animas tranſuerberat, ac peoitus confodit. Verba ſanè quæ verba nequaquam dici valent; nam verbum à vero eſt in recta ethymologia, vt homines addiſcant veracia verba loqui; Auguſtini iuxta mentem, qui lib. 4. cap. 11. de doctr. Chriſtiana huiuſmodi nos docet, *In verbis amanda veritas, non verba*; Qua de cauſa lib. 1. Peryherminias Ariſtoteles occultas notas animæ vocauit iuſtè voces; & Seneca in Prouerbiis imaginem ſermonem interni facit animi; quod iterum Auguſtinus in Enchyrid. confirmauit; & 22. q. 2. Cap. *Is autem.* Iuriſtæque nil minus per textum in L. *Labeo.* §. *Idem Tubero*; ff. de *Supellect. legata.* & L. *Scire*; ff. de *Tutor & Curat.* cum multis conſimilibus; de quibus 1. Conſ. n. 261. Menochius ſatis latè; & Tiraquellus in L. *Si vnquam*; verbo *Libertatis*; n. 17. cum ſeqnent. de *reuocandis donationibus.* Et benè quia verba à mente ſola pendent, non autem mens à verbis; Menochius conſ. 97. n. 44. Quare profetens noo vera, nec verba ſimul profert, niſi vana & virulenta, de quibus Pſaltes inquit; *Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum; labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt*; id eſt, doloſo corde; qood duplex ex ſe eſt *Labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt*; ad intra nempe prauum; ad eatra verò vanum. Vanè autem quidquid dicere, eſt nibil prorſus dicere; ſed vel tantùm coaxare cum ranis importunis, vel perſtrepere cum crepitaculis arboribus impoſitis, vt in Eaod. cap. 8. attingirur à Gloſſa. Nec malè hæreticorum perſtrepit tantùm lingua; ſicut enim crepitacluum

Vt verba hæreticorũ ſint verbera, nun verba.

Verborum quodnam ethymon, & quare veriora elegantiora ſint putanda.
S Auguſt.
Ariſtoteles.
Seneca.

Menochius
Tiraquell.

Pſal.11 3.

Hæretici cur tanu & vana crepitacula.

pitaculum leuatur in ficulneis, vt aues abigantur, sic hæretici com arbores Ecclesiæ paradisi fructiferæ non fiot, istarum manent tantùm molesta crepitacula, qui vento vanitatum, cupiditatúmque lacessiti, perpetuò blaterando, spirituales & ob id auiculas cęlestes, à vero vitę ligno Eucharistię Sacramento fugare nunquam cessant. Quibus quidem ab omni fructu arboribus exutis, prouentus si quid superest, spectra tantùm sunt, in arboribos frequentia ad aues perterrendas; verborum seu portenta, vt etiam suot spectra, quę homines repręsentant, & hominom nil habent; vel folia non producta ad gentium sanitatęm; sed ad hęreticam vanitatem & prauitatem versus bonos faciliùs ostendendam; dum *arbores autumnales* hanc obrem nuncupátur, quia arbores tunc temporis priuantur omni fructu, & solis manent foliis fallacibus ornata, vt ibi docet Gl ssa; in Iobique prothemate; quo loci cut à Deu plantatio antiqua nemorum exstiterit prohibita, hanc pręb et ratiooem; nimirom quia folia, non fructus illis erant; folia vtique quę breui à ligoo suo cadunt, & non permanent sicut illa, in Psalm. decantata. *Et folium eius non defluet, & omnia quacúnque faciet, semper prosperabuntur.*

Hæretici quæ arbores, & quales fructus proferant.

Iudæ n 12.

Psalm. 1. 3.

22. Vbi sanè scitu dignum, quod in examine ingeniorum cap. 9. verum putat Hispanus gratos Gallis, quem omnes illi vetsant, & voluunt frequentissimè, videlicet Huarte; incompatibilem naturaliter scientiam magnam esse, cum magna in ipso homine eloquij venustate, quam rem Socrate & Hypocrate productis claram faeit, qui fuerunt sapientissimi, & verbis incultissimi; Aristoteléque simul, qui sermoois ob non paruam tenuitatem & tarditatem breuissimè & obscurissimè (ita vt sæpe diuinare oporteat eius sensum) præclara scripsit opera; cui in aliquibus accidit, quàm multis viris testibus, diuinus quoque Plato. Nec non etiam D. Paulo, qui ait ad Cor. *Imperitus sum sermone, sed non scientia*, & alibi contemptibilem ac neutiquam elegantem, nec humana sapientia florentem & per polium sermonem suum vocat. Ac tandem ferè omnibus scholasticis. D. D. D. Tho. Bonaueutura; Scoto, & multis aliis, antiquis & modernis, qui certè peritissimi, subtilissimique viri; & tamen (licet graui) stylo satis humili, cõmuníque fuere. Hoc autě ductu & more naturæ tectæ matris, quam equidem cum magna eloquentia magnam simul scientiam non tribuere affirmat rebus multis Huarte iam relatus. Cuius planè existimatio quomodocúnque vera sit, exemplo foliorum, quæ præ manibus habemos, non modicè iuuatur; sunt ista nanque arboribus pomiferis plerúmq; pauciora, & breuiora, ex annique dimidio dotabiliora minus aliis syluestrium & rusticarum, quæ maiora & multo plura, ac per omně tempus anni durantia, & semper alia post alia succedentia, in plurimis inuenies. Qua forma viri pij, qui pollent Dei scientia, & qui arbores soot fructibus veritatis

Ioan. Huarte.

Sapientes viri sermone & quare ineloquentes.

1. Cor. 11. 6.

Hæreticorum verba foliis quæ verè comparata.

A & virtutis perpetuò curuescentes, perpetuò sunt & foliis Rhetoricæ eloquentiæ suapte spoliati; quantumuis ex industria oaturæ effectum istum non solùm non minuere, sed insuper augere, vt alio dicam loco, soliciti fiot tales. Quemadmodum è contrario hæretici qui aluotur mendaciis & commentis, hæc foliis magnis vestiunt, vt sub viridi & suaui loquacitatis suæ ramo diuendant falsitatem; eloquentiæque sub vmbra dormire malè faciant sinceram & nunquam dignã dormitandi veritatem; vt 2. lib. Esdræ cap. 13. n. 43. asseritur à Glossa. Necimmeritò, cum hæ voces sint cantus sirenarom; sagenáque prædulcis incautos viros capiens, & idola deaurata à Fide sæpesæpios quammoltos exturbantia; vt Micheæ 1. cap. & 9. Ecclesi. Hieronymus est testis & Bernardus sup. Cantic. serm. 41.

Sed & cantui sirenarum, & idolis deauratis, & sagenæ capienti in cautos auditores.

B

Hieronym. Bernardus.

Quæ quidem sicut vera de elegantia hæreticorum, sic pariter de Catholicorum inelegantia sunt veracia, atque paginæ diuinę innixa sustentaculis; de Moyse quippe dicitur; *Ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.* Sed cur ex Dei colloquio familiariter obtento, impeditior & ineptior hic Sanctus factus est? Origenes in Glossa. *Vbi vocem Dei audiuit, vocem suam ineloquentem & insonoram sensit, linguámque balbutientem, & sine verbo se agnouit, dum incepit cognoscere verum Verbum, quod erat in principio apud Deum.* Quo loci de hoc multa. Præterea, quòd, & signum ingenij magni est, in rebus non tam verba, quàm verum pluris facere; vt optimè cum Rabano Numer. cap. 10. Glossator nobis asserit. Quibus debet superaddi sententia disertissima de qua agitur cap. 1. de *collusione detegenda*, in iure Pontificio. *Non saluamur verbis sed aduerbiis; nec Deus est remunerator verborum, sed aduerbiorum.* Sed iterum de hac re. 20. Enarratiooe.

Exod 4 10.

Origenes. Cum Deo postquam Moyses locutus est, cur malam loquelam & vocem habuit.

C

Non verbis sed aduerbiis saluantur Christiani.

23. At verò si nec verba, nec folia talis sibilus, quid ipse tandem erit, & debebitque putari? non equidem tam folia à leoi mota vento, quã ventus purè, & merè. De vento nanque fertur hoc verbum *sibilare*; 1. Reg. 19. & ventus talis sibilus; maiori longe iure vaniloquẽtia, quam eloquentia vocari longe meritus; & sonos plus aërius, quam certè homini cordato per regulas naturę tantum modo conceditur; vt probatur à Philosopho Polit. lib. 1. & etiam ab Augustino lib. 56. qq. q. 43. in suo tomo 4. Sin de hæretici sermonis vaniloquo hocce vento cælestem tubam audi, dum sonat ad Timoth. *Conuersi sunt in vaniloquium?* id est, in illud versi, omnimodè, & totaliter. *Volentes esse legis Doctores, & non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Intellectu nanque carent, vt supra fert Huarte huiusmodi loquaces. Ad Titúmque hoiusmodi. *Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui ex circuncisione sunt.* Vix enim efficiuntur vaniloqui qoi cúque, cum statim seductores, & hominum ab Ec-

3. Reg 19. 13. Hæretici tantummodo ventus sint, & aër.

D

Aristot.

Augustinus

1. Tim. 1. 7.

Tit. 1. 10.

cleſia eaturbatores venenoſos immediatè ſeſe faciunt; præſertim circuncisi; è qui-
Ioan. 6. 52. bus erant illi, qui impiè ſubſannabant. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum, & ſanguinem ad bibendum?* Quamobrem non tam ærea, quam aëria tintinnabula vocat alibi Fideles à charitate deturbatos.
1. Cor. 13. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Quantò verò magis ita ſunt illi nuncupandi, qui à Fidei rectitudine miſerrimè exciderunt? & ab Eccleſiæ diſciplina eatorres ſunt, & deuij? Ob quæ omnia iubet iſtos omninò deuitare, niſi boni cum eis malunt ſubmergi, & condemnari.
2. Tim. 2. 14. & 16. *Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubmerſionem audientium. Prophana autem & vaniloqua deuita; multum enim proficiunt ad impietatem.*

De malitia ipſorummet.

24. HÆc loris & refleaibus ſerpentis adumbratur, quibus ille fuit vſus aduerſus primam fœminam, peccatum attenuando, tegendo, deautaodo, non autem aperto marte mulierem tentando, vt poſtea Chriſto fecit, & hodie athletis omnibus
D. Thom. palæſtræ Chriſtianæ; ac docet D. Thom.
S. Bonau. 3. p. q. 41. art. 4. & cum eo Bonauentura in Compend. Theolog. lib. 1. cap. 64. cum
Diaboli & hæretici quam ſubdoli inimici. proximè ſequenti. Mille nanque circuitibus verborum demulceotium, & pariter lædentium oſcitaotet ſe leuantes, & negligenter, ac ſi inuiti huic operi venirent, ordientes technas ſuas, & laqueos præparantes, in Eccleſia ſemper Dei, hæretici inceperunt; quos depictos ſub ſerpente videre ſi exoptas, Auguſtinum S. audi ad illa verba
Pſal. 139. 4. Pſalmi. *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis;*
S. Auguſt. Serpens habet curſum lenem, ſed tortum & plenum dolis. quæ iſtis ſic exornat. *Si adhuc quæris hominem, aſpice ſimilitudinem. In ſerpente maxima aſtutia eſt, & dolus nocendi; propterea etiam ſerpit: non enim vel pedes habet, vt eius veſtigia, cum venerit, audiantur; in eius itinere lenis eſt tractus, ſed non ideo rectus eſt. Ita ergo repunt faciliùs, & ſerpunt ad nocendum; habentes occultum venenum & ſub leui contactu; quocirca ſuperadditur,* Venenum aſpidum ſub labiis eorum; *vt aliud habere in labiis, & aliud ſub labiis aduertamus.* Hæc ille; quo in loco de hæreticis quàm multa. Quos ſerpentes nobis Dominus reliquit ad calcandum, diſ-
Luc. 10. 19. cipulis cum diait. *Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. & nihil vobis nocebit.*

Malignæ quidèm beſtiæ, quæ tanquam ſerpens ipſe oequaquam rectò ambulaot,
Sed & habet in veneno pro vita mortẽ noſtram. ſed *tentant, vt explorent; explorántque vt tentent*; vt in Chriſti tentatione Ambroſius adnotauit; & quę habet in veneno pro vita mortem noſtram, vt de ſalutaribus documentis cap. 34. obſeruat Auguſtinus; cu-
S. Auguſt. ius attamen venenom vel verbo ſolo oecat,
2. Tim. 2. 17. dicente D. Paulò. *Sermo eorum vt cancer ſerpit;* necat autem ſicut cancer ſerpendo lento gradu; gradatimque ſic virus, ac ideo longè firmiùs fundendo in cor humanũ. Eſt nanque cancer morbus naturæ immedicabilis, qui ſeptus variis brachiis ad viuũ cancrum refert. Cancer autem naturaliter retrogradum animalculum, & vt retrogradum moroſum; quemadmodum ſuapte eſt etiam cancer morbus, qui mota quærit cor, ſed certiùs mortem infert, quò eam confert tardiùs.
Cancer morbus atque ſerpens moroſus quam nocentes.

25. Malitia certe magna, conferre mortem mora; vt eloquiis dulcioribus incautos plus illaqueent, ſecuriúſque inuoluant; ſicut optime Chryſoſto. ſcribit in Matthæ. Hom. ex illis quinta, quę appellantur ex diuerſis. *Verbis ſuis quædam dicta Domini ſociauit* (loquitur ille de diabolo) *vt faciliùs ſuaderet, & ſuadendo deciperet; immiſcuit verbis diuinis verba nequitiæ ſuæ, vt per mellis dulcedinem venena mortis infunderet.* Nec non Hoſius Cardin. 1. p. cap. 39. ad verba *Sed & ſerpens. Intelligit* (ediſſerit) *qui non aliunde conſtat, niſi ex dolis & fallaciis, ſi ſe ſubito talem exhiberet, qualis reuera eſt, nihil ſe profecturum. Nam ſi ſtatim per hæreticos membra ſua diceret,* Non eſt corpus Chriſti; *quis eſt, qui quos talia proferentes audiuiſſet, eos ferendos, non auferendos, atque extremis ſuppliciis afficiendos iudicaret? Quamobrem pedetentim callidiſſima beſtia in mentes hominum illabendum, atque per gradus quoſdam ad extremam hanc impietatem (Euchariſtia denegandа) adducendos procurauit.* Qui gradus, ſi quis cupit reſcire quinam fuerint aduerſus Sacrum iſtud, ſeptem inueniet in Bellarmino lib. 3. cap. 11. de eodem Sacramento; qui poſſunt ad hos quatuor reduci multò clariùs.
In diabolo & hæreticis mortalis quantùm mora S. Chryſoſt.
Hoſius.
Per quos gradus ſe exoluant hæretici ſerpentes in Euchariſtiæ Sacramẽtum.
Bellarmin.

Primus, panem in eo ſimul cum Chriſti dari corpore; vt ita Chriſtum ſenſim excluderent ab illo, & panem ſolum ponerent.

Secundus, ſine ſanguine in Hoſtia Chriſti corpus, & ſanguinem ſine corpore in vino altaris poni, vt minori reuerentia, & veluti partita, diuiſa, ac iugulata accederent Fideles ad ferculum, quod partitur in mente hæreticorum; & ideo verè occiditur in eo Chriſti corpus, dũ corpus atque ſanguis ponuotur ſeparatim, Quapropter vt poſſibile, quòd vitam quærant homines, à cibo, qui ſecundum hanc ipſam opinionem, nequaquam vitam habet? ex Oſio, loco proaimo.

Hoſius.
Tertius autem, non tantummodo in panis atque vini ſpeciebus conſecratis, ſed etiam in cunctis rebus ac etiam mundi locis (vt Deus vbique eſt) ſic eſſe Chriſti corpus; qui hæretici hac de cauſa vocantur *Vbiquiſtæ*; de quibus Bellarmin. lib. 3. cap. 1. de Chriſto tom. 1. & qui pariter Euchariſtię plus iuſto tribuentes, inſtitutionem planè eius, deuotionem, neceſſitatem, & vtilitatem diſſipare occultè ſiue etiam perſpicuè nimis curant. Inſtitutionem, quia non erat cur fieret inſtitutio vbique rei inuentę. Deuotionem, quia coli poſſibile non eſt, quod eſt in omni loco, nam cultus poſcit locum idoneum, & à prophanis diſcretum ac ſeparatum; imò in terra ſanè debet
Vbiquiſtæ que hæretici.

à pedibus

à pedibus calcari; in lignis concremari; in aliiſque oegotiis homanis eommiſceri, & minimi propterea à cunctis teſpectari. Neceſſitatem, quia neceſſitas teperte vbique rei, haodquaquam ſuppetebat. Vtilitatem, quia neutiquam ex te tam generali ſpecialis quæuis poſſet vtilitas conſtari. Vides iam iſtius hæreſis verſutiam latirantem, quę totum concedendo, id ipſum totū negat? Hæe ſanè cunctis peior hæteſibus exiſteret, niſi à cunctis tam myſteriis, quam locis Enangelij propalam truncaretur. A myſteriis, quia Conceptio & Chriſti natalitium, ac quælibet myſteria, non vbique ſed domtaxat in vno loco facta; à locis, quia vbiquitas cum verbis non conſiſtit. *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis quia non eram ibi.*

Vbiqoitas quæ hæteſis, nimirum quàm petucia; ſi oon omnibus myſteriis & locis ſcriptutæ coontraria planè fotet. Ioan. 11. 14.

Tandem verò gradus quartus, à Betengario ſuſcitatus, & in Caluino tenouatus, contrarius præcedenti; nimirum, in oullo loco, pet iſtud Sacramentom, niſi tantùm ſub figura & ſigno Chriſtum eſſe. E quibos benè conſtat quam prauis loris ſerpens ab imis vſque ad ſumma, & à minimis ad maxima malitioſè diſtendatur; tam valde nanque extenditur, vt neget Chriſti corpus, in pane tam permultis præſidiis confirmato.

De inuidia gentis huius.

26. HÆc aëri puriori ioſidias ſemper parat, & halitum noceotem ac tetrum ſemper halat. Quid putiùs primo homine, in gratia conſtituto? Hue ſeptat ergo impurus, vbi puritas lucebat, & clariùs eooſiſtebat. Qua furia exagitantur hæretici ſerpentes, & ita debacehantur, vt propter paucos homines ſibi ipſis in honoribus vllatenos præpoſitos, inſana & ſumma rabie agantur verſus Deum. Ita veteres hiſtoriæ de Simone, de Nicolao, & Arrio conteſtantur; quemadmodum de Vvicleſo ſcribit Vvaldenſis lib. 2. cap. 60. de doctrina Fidei, eò quod nō potuiſſet aſcendere in Epiſcopum, in hæreſim deeendiſſe, ae miſerè prolapſum; & de Luthero in eius actis ad annum vitæ noſtræ 1517. Ioan. Coehlæus affert, ex inuidia à ſuo Ordine in Prædicatorum monus illud non magnum, ſed permodicum, quale erat Cruciatę indulgentias diuulgare, ablatum contemplandi, hæreticum euaſiſſe; vnde in prima diſputatione cum Eehio concertata, ad eum dixit filius Luciferi Lutherus, Bernardi torquens verba, & celebrem ſententiam. *Hae cauſa nec propter Deum cæpta eſt, nec propter Deum finetur*; de quibus valde late Burdegalenſis Flotimundus in libro de hac hæteſi.

Inoidia hæreticorum quàm magna & malis plena.

Ioannes Cochlæus.

Lutherus quid inuidia & ira concitatus in prima diſputatione reſpooderit ad Echiom.

Flotimundus Remondus.

Adamo dona tria promiſit ſerpens callidus, de quo verbo tantùm vnum motaudo poſſem dicere cum Vate Mantuano. *Timeo damones, & dona ferentes.* Sed vnde tanta largitas ſpiritui raptori, qui omnia protoplaſto ſurripere volebat? Inde certè quia felicitati illius inuidebat, ac ideo falſis donis volebat eum capere. Quare rectè de men-

Adamo quantùm inuidus extiterit diabolus.

A dace inuidia promittente. *Nequaquam moriemini. Aperientur oculi noſtri. Eritis ſicut dy, ſcientes bonum & malum*; ignoto pro nunc loco Viſuna ooſter ait. *Promiſit fallaciter, quod habebant veraciter*; nam veraciter ſicut Dij fuere primi homines, dum culpam oeſciere; tum quia Dei imagines, tum quia Dei natura per gratiā & innocentiam eximiè fruebantur; ae ideo malus hoſtis fallaciter promiſit, quod erat eis veraciter. Nam qui mihi meam rem promittit, fraude aliqua hoc facit proculdubio, vt vel noua conditione appoſita rei ipſi, vel ſubtili inuentione furetur quod promittit inconcinoè, & præpoſterè. Quæ conditio palliata Adamo primo fuit, ſi vtiqoe de ligno prohibito ſumpſiſſet, ae proinde cecidiſſet à Domi- B ni præcepto; ſecundo verò Adamo aperta & reſerata. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueru me.* Sed triſtis, heu! promiſſio, quę tali caſu luitur. Vt poterit Deus eſſe, qui deficit à Deo? cum illóque perſiſtere, qui diuiditur ab illo, & taoto cadit lapſu? De hoc latiùs pertractandum Enarrat. mox ſequenti. Nunc illud certum putes, præmiſſa coniungendo, neminem poſſe modo aliquo donare quod non habet, vt docet Philoſophia; Adamóque diabolum dediſſe quod habebat; habebat autē inuidiam & odium contra Deum; hoc homini donauit; hoc eum deturbauit à culmine bonorum, quæ ipſe poſſidebat; nam veraciter habebat, quę fallaciter per inoidiam ei dæmon promittebat.

Geoeſ. 3. 5.

Adamo ear diabolus fallaciter promiſerit, quod veraciter habebat.

Math. 4. 9.

C

De curioſitate hæreticorum.

27. HÆe corpore atque viſu ſubtili ſerpentino depictam ſeſe offert. Nec malè, cum & prima ſubtilitas verborum curioſitate fucatorum, & ad aliquem decipiendum conſultò directorum, in illa mala beſtia inuenta primùm ſit. Vnde nihil demirandum, ſi io eius ſectatoribus, tam hæreticis, qoam etiam vacillantibus Catholicis, hæe curioſitas ſubtilis, vt propria, & familiaris illorum met, cernatur; de horum quippe acri prudentia dixit Chriſtus. *Fily huius ſaculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Cuios dicti rationes peroptimas fert Lyra, & Hugo Cardin. verſantes huncce locum; & aliquatenus Gregorius D lib. 10. cap. 16. in Commentar. ſuper Iob; multò meliùs quàm Huarte, qui in examine ingeniorum plus turbat quam elucidat præſentem quæſtionem; plus ligat, quàm diſſoluit; & plus eam ſuo acumine illaqueat, quam enodat.

Hæreticorum curioſitas dimanans à ſerpente tentante primos homioes.

Luc. 16. 8.

Filij ſæculi prudentiores cur filijs lucis ſint.

Vt ſoleat hæe ſubtilitas à nobis appellari, & an debeat vel inutilis, vel vtilis putari, nunc breuiter videbimus. Et quidèm nomen eius tam Logica, quam Dialectica communiter vocatur; à logos ſanè Logica; quia logos ſermo Græcè; & ſermocinandi, atque ſermonibus contrarios ſuperandi ſcientia talis eſt; à logos verò & dia, quod duo Græcis ſonat, Dialecticæ vocabulum; duorum nanque ſermo, & altrinſeca diſpu-

Vode nomen Dialecticæ, &

Logicæ, ac Sophisticę, ac munia istarum artium.

tatio ac rerum concertatio dignoscitur hæc A ars; quæ certè cùm dirigitur argutiis collimatis ad verum demonstrandū, tutandum, & propugnandum, hæc habet duo nomina; cùm autem captiosis cauillis & strophis ad veritatem destruendam, Sopbistica tunc dicitur, vt falsa, & vultu tenus, apparens Sapientia, quę ad bona labefectanda fallaciis semper vtitur. Ita S. Augustinus lib. 2. cap. 31. de Doctri. Christ. & de principiis Dialect. cap. 1. tom. 1. & lib. 3. contra Academicos cap. 13.

S. August.

28. Quid verò de Dialecticę, suo nomine laudatę, videlicet, cùm vera, non falsa est dialectica, vtilitatibus tenendū, dicendum, & prædicandum? Encomia non communia, pæanáque propemodum decantant ei quicunque sectantur eius viam, vel illarum B scientiarum, quibus ista poni solet pro primo ipsarum gradu. Quos inter Augustinus, vt Dialecticus tam magnus, quòd in præcibus solemnibus poposcerit Ambrosius. *A Logica Augustinum libera nos Domine*; gratus sanè, nec immeritò literaturę, qua profecerat, lib. proximè allegato de Doctrin. Christiana cap. 31. & contra Acade. cap. 3. ac etiam 17. extollit eam valde; dicens quidèm, Dialecticam Sapientiam humanam esse; aut saltem sine illa sapientiam inter humanos consistere non posse. Et lib. 1. contr. Cresconium cap. 13. inter optimos Philosophos, Stoïcos vocatos, hanc nimis viguisse; ac cap. sequen. iuncto cap. 17. tam Christum, quam & Paulum Dialecticos fuisse. Vnde certè Dialecticę præconia non C possibile, sed potius impossibile soblimiùs eleuari; imò iam vt moris est, in rebus eleuatis, non paruo lapsu ruunt, & à culmine sublimi aspiciunt non dumtaxat, sed fatale proculdubio inueniunt præcipitium.

Augustinus in Dialectica quam magnus vir extiterit.

Dialecticæ præconia.

Quare ego pro instituto assumpto defendendo, quod Dialecticis à serpente deriuatis in hoc loco, aduersum non est parum, & pariter pro vetitate, vt iudico, tuenda; Dialecticę valde inferius suffragium ministrabo, ac etiam quantum poscit materia ventillata, Dialectices scientiam taxabo, & sugillabo. De qua primitùs opinor, humanam sapientiam nullatenus existere, sed humanę insipientię ludibrium & fictionem, tam puerilem, quàm & futilem, ac longè à viris seriis; nec scientiam necessariam ad veritatem defendendam, sed ex hypothesi re- D pertam ad fraudes repellendas, & technas propulsandas. Nec enim in sui initio ad aliud est inuenta, nisi tantùm ad illudendum capiunculis iniustis, vt testis est Iauellus in principio suę Logicę cap. 2. & Viues quintum totum explanans August. lib. 14. cap. 9. asseuerans Dialecticam, *In verum semper niti, & melius dicenti nunquam cedere, imò falso verum vincere summopere gaudere.* Vnde eruitur à diabolo fuisse excogitatam, primarióque repertam; qood Hieronymus non inficiatur ad Ephes. quarto capite; & sic dæmon in hoc mundo per serpentem, de quo agimus, fuit primus Dialecticus, Sophistáque primigenus; seu potius Sycophanta.

Opprobria Dialecticæ.

Iauellus.

Viues.

S. Hieron.

Dæmon primus Dialecticus, Sophista, & Sycophanta.

A 29. Nec aliquod negotium ad laudes contra obiectas facessit enodatio. Augustini nanque ad loca cum ipsomet respondeo lib. 2. cap. 31. de Doctri. Christ. quo loci Dialecticam tunc carpit & incusat; *Quando* (vt ponam illius verba) *in ea adest libido vexandi, & puerilis quædam ostentatio decipiendi aduersarium.* Quis autē quouis tempore suum æmulum superare non optat toto corde? Taxillorum & âlearum lusores æstes voco, qui vel per summas fraudes, & istas in amicos non tarò Machinatas, victores esse volunt. Dialectica ergo ars in bonis mala sæpe; & in malis semper mala, vel pessima, & peruersa; ac malorum plurimorum iniquum seminarium, quod quidèm in ea re, quę arguere de falso, & incipere ex men- B dacio consistit captiosè, vt serpens hîc ad Euam, principium tetrum habuit.

S. August.

Dialectica quàm sæpe sit nocens, & peruersa; à dæmoneque cæpta.

Ad Stoicos, cum illorom maiore satisfacio, videlicet; cum Seneca, qui Epist. priori scribit in hanc formam. *Quid te torques & laceras in quæstione, quam subtilius est contempsisse, quàm soluere.* Et Epist. 45. in qua ne qoidèm sciolis sophismata nocere patenter confitetor; cuius dicti reddit causam Epist. 16 & Epistol. 49. primo loco Dialecticos appellitans insanos, & viros planè fatuos, quòd ita argumententur. *Quod non perdidisti, habes; cornua autem non perdidisti, cornua ergo habes.* Secundo verò eos confundens & confodiens. *Mus* (inquit) *syllaba est; mus autem caseum rodit; syllaba ergo caseum rodit. Quod mihi ex ista sententia periculum imminet? quod C incommodum? An forte acutior est collectione illa. Mus syllaba est, syllaba autem caseum non rodit, mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus! in hoc barbam demisimus! Hoc est, quod tristes docemus, & pallidi! Si multum esset ætatis, parcè dispensandum erat, vt sufficeret necessariis. Nunc quæ dementia est, superuacua discere, in tanta temporis egestate!* Et Epistol. 83. acumina sic taxans. *Nihil acutius arista, & in quo est vtilis? Quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit.* Cui & graues Iureconsulti subscribunt libentissime; in L. *Sancimus*. Cod. *ad Trebel.* & in L. *sicut*, §. *si debitori*; ff. *Quibus modis pignus vel hypoth. soluatur*; in L. que fin. Cod. de *Iure dotium*; docentes euitandam subtilitatem summam esse. Sed & auctor libri aurei de imitatione vitæ Christi lib. D 1. cap. 5. *Curiositas nostra sæpe nos impedit in lectione scripturarum; cum volumus intelligere, & discutere, vbi simpliciter esset transeundum.* E quibus duo constant, & Stoïcos non Dialecticam sed sophisticam sectari, & hoc summo Stoïcorum displicere quamualde; vnde clatet quàm Dialectica vel etiam in melioribus vertatur in Sophismata; & quantum hæc viris bonis oporteat non placere.

Seneca.

Subtilitas superflua quàm mala vel iudicio Gentilium doctiorum.

Qualis Senecæ fit mens aduersus Dialecticam.

Iureconsulti de subtilitate dialectices quid iudicent.

Quàm mala curiositas pro rebus Dei sciendis.

Kempis.

At verò ad Christi & Pauli Dialecticam, responsio facillimè se offert: non etenim didicere vel docuere Dialecticam. Quòd si sæpe in disputando fallacias dissolucre, id non fuit Dialecticę adminiculis patratum, sed potius veritatis; efficatia cuius sanè ad

Quantò veritas Dialectica potentior naturaliter.

falsa

falsa conterenda, suapte multum valet, vel etiam quantùm potest, & debet exoptari; vt epist. ad Oratorem Hieronymus contingit, in istum modum loquens: *Veritas ipsa doctrinæ sacræ per se sufficiens est, ad mendacia iniquorum destruenda, vnde Salomon in exordio Prouerb. commonet: Vt intelligamus sermones prudentiæ, versutiásque verborum; parabolas, & obscurum sermonem, dicta sapientium, & ænigmata; quæ propriè dialecticorum, & Philosophorum sunt.* Et iterum ad Paulinum de Iobo Sancto agens; & in cap. 27. Isaiæ sic se habens; *Dialecticæ tendiculæ non tam vincula sunt appellanda, quam phasmata; id est, vmbra, quæ citò pereunt, atque soluuntur.* Quare alibi Dialecticam sermonem vocat mortuum; & ebur, atque simiam humanæ rationis; quia istam, dum est simia, effingit quantùm potest; & dum ebur, satis pulchra existit, sed spolium emortuæ solum rei; quæ vitam, vim, & animam interiùs nullam habet. Quibus adde Tertullianum in lib. contr. Hermogenem, Philosophos vocantem *Hæreticorum patriarchas*; & *Arrianos ex Aristotele, ac dialecticis principiis venenum assumsisse*; vt hær. 69. scribit Epiphanius. Nec non etiam inter spinas Aristotelis & Chrysippi creuisse, & consedisse errores vniuersos, & hæreses omnigenas; vt Hieronym. cap. 3. præfatur in Nahum. Nec immeritò cum Dominus aduertat per Apostolum; *Videte, ne quis vos seducat per Philosophiam, & inanem fallaciam.* Et per os Ecclesiastici *Qui sophisticè loquitur, odibilis est*: Deo, scilicet, & hominibus, secundum Lyræ mentem. Quid verò Deo odibile, nisi illud quod procedit & venit ex diabolo? En quale tandem sit Dialecticæ principium, progressus, & vtilitas, ac praua curiositas.

S. Hieron. — Dialectica mater hæresum, & quædam illius probra. — Tertullian. — Epiphan. — Hieronym. — Coloss. 2. 8. — Eccles. 37. 23. — Lyra.

De farraginis istius superbia, & arrogantia.

30. HÆc hæreticis serpentibus, elato collo insignibus, adhæret naturaliter; vnde serm. 15. Rosar. 1. p. sic Bustu venerabilis: *Hæreticum facit arrogantia, non ignorantia.* Hæc est illorum mater, iactantium, & gestientium Diuina quæque optimè arcana penetrare; quo in Ecclesiæ Dei sponsæ soluuntur contumelias, irrisiones, & actiones despectibus repletas, de quibus in Oseam nonnihil quinto cap. inuenies apud Glossam. De Lutheri supercilio scribit Bellarminus lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 15. vel asseclis sui ipsius fuisse intolerabilem. De Caluino palam est fuisse tumidissimum; nec enim mendacissimus, contumeliosissimúsque foret, nisi in eo perquammagna superbia se extolleret, & rueret in talia superbiæ præcipitia. De Berengario ait Guitmundus, superbiæ & arrogantiæ mensuras excessisse: & ex arrogantia nactum ansam errorum quos vulgauit. Nam cum primam controuersiam, & de rebus Dialecticis habuisset cum Lantfranco, sed ab eo superatum, & quotidie ab auditoribus plus desertum & derelictum conspiceret se ipsum, ignominiæ vi succumbens, Dialectica abdicata, ad Theologiam se conuertit; & quia ille cum admiratione malebat esse malus, quam bonus sub vulgari & populi ignorantia, ea solum sectabatur, quæ nouitati & celebritati suppetias ministrabant; vnde hæresis illius initia fabricata. Videatur S. Ambrosius ad illud Regis Vatis; *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.*

Busto. — Superbia hæreticorũ omninò intolerabilis; & qualis in Luthero; Caluino, & Berẽgario. — Psal. 35. 12.

De hæretica auaritia.

31. HÆc ingenita serpenti terrena sapienti, sub terràque latenti, hæreticis colludit, de quibus inquit Paulus, *Docere quæ non oportet turpis lucri gratia*; quos inter, Iudæos homines in primo loco ponit, vt illos, quos è proximo consanguinitatis suæ vinculo, à primis sicut dicitur noscebat benè vnguibus; cum suaptè sint rapinis & lucris deditissimi. Et rectè, nam auaritia ad Coloss. simulacrorum vocatur, vilis seruitus; in hæreticis prædicando insolitam doctrinam, vt lucrentur & assequantur terrenas dignitates; in Catholicis qui viuunt & degunt inter eos, consentiendo, ne abiecta amittant terræ commoda, ad vitam necessaria. Hi *In errore Balaam mercede effusi sunt*; & cum Iuda rupti medij, nam auaritia rumpit sacculum, vt fertur in prouerbio. Sed Eucharistiæ inimicissimi, quæ datur liberaliter.

Tit. 1. 10. — Auarus vir hæreticus, & auaritia simulacrum quàm sæpe gentis huius. — Coloss. 3. 5. — Iudæ, n. 11.

De luxuria istorum hominum.

32. SErpentibus hæc propria; vnde optime Ludolphus 1. p. vitæ Christi cap. 47. *Porci & serpentes dæmonibus apti*; dum malitia & immunditia sunt illis, atque istis animantibus adnata. Et hinc priùs in serpentem diabolus immissus; pòst verò in porcos illos, quos legio dæmoniorum eiecta à quodam homine, pro domicilio & mansione à Christo postulauit. Qui porci iuxta montem, & supra pascebantur; *Porci enim sunt immundi, qui rationis expertes in monte superbiæ pascuntur, & lutulentis actibus oblectantur; quibus per cultum idolorum possunt dæmones dominari. Nam nisi quis porci more vixerit, in eum potestatem diabolus non accipit; nisi fortè ad probandum, non autem ad perdendum.* Ita Glossa, quæ est Bedæ, & nobis valde consona; cum à monte superborum in luxuriam hæreticorum, per auaritiam interiacentem, & sanè rei vtrique, tam superbiæ, quam luxuriæ, quamualde inseruientem (quis enim sine ære superbus vel obscænus?) hoc loco descendamus.

De hæreticorum verò luxu Hieronymus in Glossa, Oseæ nono cap. *Hæreticus rarò castus.* Et aduersus Pelagianos cum Helena Simonem à Fide deuiasse; Nicolaum dogmatizasse cum choris fœminarum; Arium autem & Marcionem cum aliis aberrasse, ab ipsis rectè obseruat Ecclesiæ natalitiis. Quod Paramus prosequitur de Origine In-

Ludolph. Chartusi. — Serpentes, atq; porci dæmonibus aptissimi. — Marc. 5. 12. — Beda. — S. Hieron. — Cum mulieribus hæretici cæperunt, & vixerunt, ac vitam finiere. — Param.

quiſ. lib. 2. tt. 3. cap. 4. n. 21. & cap. 7. à n. 52. vbi nullam ſine luxuria exortam probat hæreſim. Lutherus Fidem linquens, rei iſti fidem faciat, qui Moniales Deo ſacras carnali iugo tradidit, & vnà ſibi ille in matrimonium collocauit. Henricúſq; Rex Angliæ, ſeu Anglici regiminis, & ordinis, ac boni cuiuſque debellator; qui caſtiſſimæ Reginæ connubio vilihabito, Bolenæ nupſit Annæ iuuenculæ impudicæ, ac inſuper eiuſdem libidinoſi Regis filiæ, vt patet ex hiſtoriis, quas memorat Suarez aduerſus Regem Angliæ, cap. 1. n. 5. & ideo dixit Salomon de horummet doctrina; *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua:* pulchra enim ſunt quæ dicunt, tam elegantiis, quàm mendaciis ad libitum compactis; ſed fatua quæque faciunt; circulus aureus quod oſtendunt ad homines prendendos; ſed ſuillum quidquid viuunt, & monſtrant in operibus; vt neminem niſi ſponte & vltro circumueniant. Et Paulus de eiſdem ſcribens ad Timot. *Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis; quæ ducuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.*

Libidini Lutherus Henricus, & Caluinos, & reliqui hæreſiarchæ quam fuerint impeſi.

Suarez.

2. Tim. 3. 6.

Nec Caluini ſilet adhuc luxoria fœtulenta, de qua B. Iudas; *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Et paucis interiectis. *Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant; quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Semetipſos paſcentes. Deſpumantes ſuas confuſiones. Sidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum* Quæ de hæreticis, & infectis libidine nefanda à cunctis exponuntur. Nec mirum hæc duo iungi in iſtis Iudæ verbis; in mare nanque flumina natura ſua influunt, & fluidi quicunque in mare amoris turpis; quouſque contra carnem in carnem diſtenduntur; & Venerem contra Venerem exquirunt, atque inſuper defendunt pertinaciter; quod priſcis & Romanis hac macula inquinatis enormiter eſt vitum in L. *Cum vir nubit*; quæ valde viſu digna; Cod. ad *Legem Iuliam de adulteriis*: & ibi obſcænitatum voragine merguntur; donec tandem, neque tardè ad inferorum mare mortuum (quod in huiuſmodi figuram per aliud mare mortuum, vel viuum in ſe conſentiens, in terra Sodomorum, non malè deſignatur) deſcendant in perpetuum.

Iud. 7. 10. & 13.

Sodomiæ cur peccatum cum illis Symbolizet, à ...de qui declinant.

Contra vitium Sodomorum lex nimis aduertenda.

Quis finis Sodomorum.

33. Hinc tria deducuntur. Primum, ideo tot errores ab hæreticis repertos; quia illi ſecundum carnem dumtaxat res ſciebant; ſapere autem ſecundum carnem in Apoſtolo mors eſt; non corporis tantummodò, ſed etiam mentis noſtræ, & intellectus à functionibus corporeis ſeparati; qui deditus impuris, ſpurcis, & carnalibus, ſpiritualia non intelligit, nec pura poſſe dari, inducitur, vt credat; ſed omnia diſſoluta & illicita licere cuicunque verum autumat. Vnde nihil ad Diuina penetranda plus ido-

Luxuria naturaliter oppoſita intellectui. Rom. 8, 6.

Vt caro menti nocet, ſic caſtitas eſt vtilis.

A neum, quàm mens à vitiis libera; & nihil ad erronea ſectanda quæque mala, quam ipſa carni tradita; quod certè valde clarum exemples tribus redditur.

Primum, eſt ex Sodomitis, quorum tempore nefario (præſertim poſt diluuium) idolatria nata eſt, & cultus idolorum; vt docet D. Tho. lib. 4. ſent. d. 1. q. 2. art. 4. nam à Deo, & à Diuinis auertit carnis amor.

D. Tho.

Secundum verò ex vnicis & inclytis Romanis, qui hoc ſuam claritatem peccato macularunt, & idolatriam pari paſſu mortales ſuper omnes, vt teſtatur Leo Papa ſer. 1. in natalitio Apoſt. Petri & Pauli, ſummopere exaltarunt: *Hæc ciuitas* (inquit Leo) *cum penè omnibus dominaretur gentibus,* B *omnium gentium ſeruiebat erroribus; & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.* Sed latiùs atque preſſiùs pro idolatria cum Sodomitico peccato colligata, Apoſtolus ad ipſos, in iſtum modum loquens. *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & ſerpentium. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.* Et iterum poſt pauca. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœ-* C *minæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum, qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* In quibus Dei obliuio, & ignorantia de Diuinis, cum idolatria & ſodomitica infamia copulatur; & inſuper annectitur hoc illis datum eſſe, in ſupplicium, quia Dei notitiam reliquere, & agnitum noluere vt Deum ſuum colere; ſic enim clarè ait Magiſter cœli tertij. *Propter quod* (id eſt idolatriam, tam multis D præcedentem) *tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, &c. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, &c. Turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Quando enim ex idolatria luxuria non teterrima, vel ex teterrima luxuria, idolatria non deuenit? Quapropter mihi arridet Lactantij iudicatio, qua de vero cultu Dei lib. 6. cap. 13. inuehitur quam acriter in vitium memoratum, nam ab omni cultu Dei præcipitat hoc malum, & vitium nefandiſſimum.

Idolatria & Sodomia nata tempore.

S. Leo Pa.

Rom. 1. 21. 22 23 & 24.

N. 26.

N. 27.

N. 28.

Lactantius cur in lib. de vero cultu Dei feratur in peccatum punitum in Sodomitis.

Vnde clara manet ratio, quam in obſequium curioſi Lectoris non celabo, ſed clariùs nunc proponam; videlicet, cur tantum

peccatum

Tiraquell.

Romani crimine pessimo cur aliis plus infecti.

peccatum inter Romanos radices tales egerit; non enim fit probabile quod in LL. Connub. adducit Tiraquellus, licet omnis eruditionis promotor sit egregius, & verus candidatus; videlicet, ex castrensi illorum castitate hoc vitium pullulasse; nam cum bellis incessantibus imperium dilatassent, & in agmine castimoniam, ex disciplina militari acerrimè obseruata, custodiissent maximopere; tunc castra iudicantes victricia solùm fore, cum forent valde casta; vnde & castra nomen sibi illustre compararunt; illi ex hominum consortio, muliebri interdicto, in homines arserunt; nam esset hoc commune non paucis nationibus, quæ bellica statuta seuerè consetuarunt, & ratio D. Pauli allata in loco isto inutilis maneret; B quod tamen cum non possit vllatenus concedi, omninò dici debet, iudicio Dei iustissimo, & supplicio meritissimo, Romanis hoc fuisse inflictum, & irrogatum; *Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificarunt*; vt liberiùs immunditiis erubescendis sese traderent; quocirca cum ob carnem reliquerint Dei cultum, & numen ac naturam Diuinam à semet agnitam, quam summè idolatria tam varia exhonorarunt, in natura ipsorum Deus eosdem exhonorauit; vt & Deum quem noluerant nullatenus haberent, & carnem quam maluerant, haberent multò peius, quàm quæritur cum naturæ inclinatione tolerabili, à carnis desideriis. Nam palam hoc comprobatur ex verbis Apostolicis; vbi postquam de idolatria præmissa datur causa, effectus mox subsequitur supplicij Sodomitici; C *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis*: qui enim contumeliosi fuerunt Dei naturæ, à Deo contumeliosi relinquuntur meritissimè naturæ suæ propriæ. *Propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*; vt ignominiosi sibi essent, qui Deo prius fuerant iniurij supra modum. Quò etiam tendunt verba. *Et mercedem (quam oportuit) in semetipsis recipientes*; cum aliis colligatis. *Et sicut non probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Conueniens nanque est, vt qui Deum cognoscentes, sensum eius tam excelsum lubenter abiecere, violenter in abiectum tradantur sui sensum, quò luant pœnas meritas.

Henrici Regis Angliæ hæretici dementia. Lop. de Vega Carpio.

Tertium tandem ex Anglicano Henrico Rege 8. qui ad pedes mulierculæ Regio capite prostrato, Ecclesiæ voluit esse in suo regno caput, vt cecinit Poëta illustris Castellanus in suis Rithmis Sacris.

Como cupo en tu grandeza,
Querer engañado Ingles,
De vna muger alos pies
Ser de la Iglesia cabeza.

Quo caput ille mansit Ecclesiæ malignantium, sed pedibus ipsius mulieris calcatus, quæ iusto Dei iudicio contempsit suum caput, dum indebito marito cum multis fidem fregit, vt qui Ecclesiam Dei sponsam spreuerat ob fœminã, lasciuam, & impudicam, A ab ea spretus esset. En qualia, vel regalia hæreticis sint capita; qui sensus, & sententiæ, à carnis fonte verè sulphureo prodeuntia.

Cur Veneris super Crucem imago collocata.

34. Secundum quod colligitur, est, ipsosmet hæreticos non tantùm res secundum petulcam carnem sapere, sed quod sapiunt voluptate, firmare, & confirmare proterua voluntate. Adrianus super locum quo Crucem sepelierat, vt memoriam tanti ligni faciliùs aboleret, & homines aduentantes ad Venerem compelleret, inhonestæ talis deæ idolum collocauit, vt asserit Hieronymus epist. ad Paulinum, & Paulinus ad Seuerum. Mira dæmonis astutia, sed tamen quam quotidie hæretici eius filij frequentant, & reiterant; dum memoriam super Crucis Sanctissimam Eucharistiam, imagines veneras libidinum suarum consultò constabiliunt; vt & huius Sacramenti memoria deleatur, & ad illud appropinquantes venerei tandem fiant. Sed audiant quid in templo Salomonico Deus fecerit; *Posuit & Candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ, in parte australi, locatis per ordinem lucernis.* Vt ad mensam venientes, ex lucernis suo ordine mirificè locatis; id est, ex Sacramentis, mirabili concentu in domo Dei dispositis, & ibi refulgentibus, ipsius mensæ panem aspiciant multò melius, ac ideo longè ardentiùs exquirant hocce ferculum. Quapropter ad Australẽ Aquilonari plagæ oppositam, pretiosum & luminosum constituit Candelabrũ; nam ab Aquilone cuncta mala, comessationis, & luxuriæ, in cibũ Sacrosanctum, multoties deucoere; qui cibus ob id ipsum ad rutilam Dei lucem, & sui amoris locum, ac nostri Charitatem, per Austrum designatam, prudenter collocatur; vt videatur multò clariùs post hostium nocumenta, & arctius diligatur. Quærit S. Bonauent. in exposit. Missæ cap. 2. cur Euangelium contra partem Aquilonarem decantetur; & quamuis ipse aliter quæsitum suum soluat, hoc potest responderi; Euangelio Christi semper Aquilonem non vulgariter fuisse reluctantem, infensum & aduersarium. Videatur Bellarminus Oratione Romæ habita, ad calcem tom. 3. & Paramus lib. 3. de Origine Inquis. in tractatu de consonantia edicti nostræ Fidei, cum Iudæ sancti verbis in epistola Catholica.

Hieronym. Paulinus.

Exod. 40. 22. & 23.

Candelabrũ cur in templo ad Australem plagam positũ, Aquilonari contrapositam. Ierem. 2. 14.

S. Bonau. Euangeliũ cur cantetur ad partem Aquilonarem.

Bellarmin. Param.

35. Tertium tandem quod desumitur, est, hæreticos propterea sæuire in Eucharistiam, quia panis atque vinum non est, de quo profertur; *Sine Cerere & Baccho friget venus*; sed potiùs ipsam Venerem refrenans, & non paucies extinguens, ac sepeliens; & mundas atque virgines, vt in figura visum est in primo lib. Reg. multorum reddens animas. Panem igitur Eucharisticum oderunt hac de causa, quia inuia caro carni in eo continetur; quam hæretici non adeo deludunt atque negant, quàm potiùs longè ablegant; ita vt Christo asseueranti; *Caro mea verè est cibus*. respondeant econtrariò; *Caro nostra verè est limus, ac viscus vitiorum.* Christo verò prædicanti; *Et sanguis meus*

Eucharistia vinum & panis non luxui, sed munditiæ internæ seruientia. Zachar. 9. 17. 1. Reg. 21. 5.

Hæretici cur in ſanctam in ſaniant Euchariſtiam.

verè eſt potus; ſic dicant ea aduerſo; *Et ſanguis noſter verè eſt erens, ſeu pores verus ſanguis, ad mortem æterni vres peccatis ſaginati.*

Hæc voa hæreticorum; de quorum tantùm vno patrono Berengario, apud Bellarmin. lib. 3. cap. 8. de Euchar. Guitmundus vir ſublimis affirmat, quod ſubſequitur; *Homines ſceleratos ad eum concurrere ſolitos, qui lætabantur ſe magno metu liberatos, eum intelligerent Euchariſtiam non eſſe rem tam diuinam, vt propter eius perceptionem à ſceleribus & flagitiis ſe continere deberent.* Nolunt equidem intelligere, vt ideo bene agant; de quibus dici poteſt, ſerpentes velut eſſe, qui à Marſis cùm carminibus ſe ſentiunt iocantari, incantatoris ſapientis audire vocem nolunt, qua eos à cauernis & antris obſcuriſſimis, abducere & extrahere conantur quantùm poſſunt; imò luci, quæ eſt fotis, præpouunt

Guitmundus. Pſal. 35. 4.

Hæretici vt ſerpentes qui nolunt incantari in ſuam vtilitatem; & aures terra & cauda vt contegant, & claudant Lyra.

A ſuas tenebras, & ne poſſint incantantis percipere ſuſurria, aurem terra tegunt alteram, alteram verò ſummo ſtudio obturant turpi cauda, vt cum Patribus duobus io Pſal. 57. eſt Lyra teſtis celebris. Sicque à teuebris hæretici ad lucem ptoſilire recuſant ſummis viribos; etiamſi à præclariſſimis Eccleſiæ incantatoribus, integerrimis ac ſimul peritiſſimis Doctoribus pèrſentiant incantari; imò econtrà renitentes ſurdeſcunt, & ferociunt; quia terra, & vili cauda; terrenis, & obſcænis; auaritia, atque luxuria ſupremo loco poſitis, ne careant his duobus, percludunt triſtes autes, de quibus Rea Propheta; *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici intantantis ſapienter.* Pſal. 57. 4. & 5.

DE SERPENTIS TENTATIONE DETECTA, ad illa verba, Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno.

De mulierum prudentia prouerbium faceſiſſimum.

36. IAM ſerpens calidiſſimus calliditatibus relatis accedit ad mulierem; ad mulierem, quæ nouem fragilitatibus ingenitis ſuaptè vellicatur, ſeu potius conquaſſatur. Eſt enim nimis fatua, & neſcia quæ prudentior à quouis reputatur; vnde fertur io prooerbio, mulierem prudentem vt voam eſſe aſinam, prudeotiorem velut duas; & prudentiſſimam velut harum cateruam vniuerſalem. Eſt credula mendaciis, & etiam poſt ſerpentem, illorum met inuentrix, & doctria frequentiſſima. Loquendi vanè formula. Malitiæ fomes omnis, & eſca pro palato peccandi ſapidiſſima. Inoidioſa, ſicut mulier; Curioſa, ſicut fœmina, quæ cuncta naturaliter, ſecreta ſcire auet, & inhiat deſideriis videndi quæ in pectore Sanſonum reconduntur. Superba ſicut leuis, & pulchra creatura; ſequitur enim pulchritudinem ſuperbia, & tumor ſibi tantopere complacens, qoantopere aliorum deſpiciens eſſe ſolet; vt alibi attingemus. Auara, ſicut auro, quo ipſa delectatut, affecta non volgariter; vlteriùs, quòd & raptrix Diuinitatis eſſe voluit; quid aliud ſic auarum? Luxurioſa ſicut luxui, laſciuiæque obnoxia; ac iuſtè ob Dei cootemptum huic vitio vili & valde à Deo ſegreganti, gregariè mancipata.

Mulieris fragilitates calliditatibus ſerpentis correſpondentes, quæ ſint nouem.

Et ſic dæmon ſe conformans tam tempori, quàm fœminæ, cum ſimulata fictione ad neſciam venit Euam; cum mendaciis, ad mendacem; cum verbis elegantibus, ad ipſam ex ſe loquacem; cum malitia, ad malignantem, & hominum non parum malitiam ſuperantem; cum inuidia, ad inuidentem, vel etiam Dei honori; cum curioſitate & nouitate, ad ſummè curioſam; cum ſuperbia, ad arrogantem; cum auaritia, ad auri cupidam; cum luxuria, ad diffluentem luxu-

Vt ſerpens ad mulierẽ acceſſerit conformis.

B riæ incitamentis, occaſionibus, & cauſis. Quare nimia calliditate acceſſit ad mulierem; vnde emphaſim non modicam hæc verba ſub ſe continent; *Qui dixit ad mulierem*; Attende quis ad qualem tam venerit, quam verba maligna compoſuerit, & ipſa diſpoſuerit. Quid dixerit, nunc ſequitur. Gen. 3. 1.

37. *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno?* Quam orationem ſatis breuem, Auitus lib. 2. extendit huiuſcemodi.

Auitus Alcimus.

Callidus inde draco, & lethi tum ſponte magiſter
C *Interitum docet, & captas ſic fatur ad aures.*
Terreris vacuum formidas fœmina nomen.
Nequaquam vos dira manet ſententia mortis,
Sed Pater inuiſus ſortem non contulit æquam,
Nec vos ſcire dedit ſibimet quæ ſũma reſeruat.
Quid iuuat ornatum comprendi aut cernere mundum,
Et cæcas miſero concludi carcere mentes?
Corporeos pariter ſenſus, oculóſque patentes
Et brutis natura dedit; Sol omnibus vnus
Seruit, ab humano nec diſtat bellua viſu.
Conſilium mage ſume meum, mentéſq; ſupernis
Inſere, & erectos in cælum porrige ſenſus.
Nanq; id quod vetitũ formidas tangere pomũ,
D *Scire dabit quæcunque Pater ſecreta reponit.*
Tu modò ſuſpenſos tantùm ne contrahe tactus
Ne captiua diu frenetur lege voluntas.
Nanque vbi diuinum libaueris ore ſaporem,
Mox purgata ſuo faciet tua lumina viſu
Æquiparare Deos, ſic ſancta, vt noxia, noſſe,
Iniuſtum recto, vero diſcernere falſum.

Serpentis ad mulierẽ locutio plùs extenſa quã dicitur à Moyſe.

Clara, & maxima tentatio, ea tribus rationibus; Prima viſa io verbo *Deus*; coniuncto verbo *vobis*; *Cur præcepit vobis Deus*? quia nempe eodem ictu Deum & hominem percuſſit, confoderéque voluit; & hoc tali diſpoſitione, vaſritie, & artificio; vt non ſolùm

lùm Dei cum homine, seu hominis cũ Deo hîc fiat comparatio, in illo *vobis Deus*; cum tamen nemo valeat, ex Sancti Iob doctrina, cum Deo comparari; quod nefas magnum est. Sed etiam æquiparatio. *Cur præcepit vobis Deus?* vobis quidèm, qui manducantes ex ligno boni & mali scientiæ non concesso, manebitis vt dij; & dij iam nunc estis in terræ dominatu; quemadmodum in cælesti Deus ipse solus imperat, & regit vniuersa, quę tali sunt in Regno; quod maius est peccatum. Ac tandem hominis ad Deum prælatio & præpositio, vt attingitur in eo, quòd homines præpositi, & Deus in verbis istis postpositus cernatur. *Cur præcepit vobis Deus?* vobis sanè, qui vt minimùm in terra Deo clarè priores agnoscimini, cum omnia vobis pareant, at Deum nihil videat, quocirca quænam causa *Cur præcepit vobis Deus?* vobis prioribus, Deus posterior; vobis clarioribus Deus obscurior in machina terrestri; ob istas rationes, vobis maioribus, Deus minor; quare ergo *vobis Deus? vobis Deus? E vobis Deus?* prohibuit bona propria? imposuit legem impropriam; naturæ qua subsistitis, honori, quo regnatis in omnia sublunaria; & etiam in cæli lumina lucentia propter vos; & facem velut manibus cælestium laminarum, conspectu coram vestro assiduè præferentia? Quod maximum est piaculum, & signum quòd hæc fuit permaxima tentatio.

Serpentis cum muliere expensa collocutio.

In qua alia inuerecundia, & dæmonis audacia; nimirũ, modo isto non tantùm Deum & hominem in vnum vulnerasse, sed Deum primum plagis afficere tentasse; colligitur non perperam. Nam quamuis prius homines posuerit in his verbis, vt eos per superbię ruinã labefaceret; priorem tamen Deum locauit in iniuria, dedecore, & contemptu; tum quia creaturæ postposuit Creatorem; tum quia Creatorem postpositũ ad ignominiam, eum homini præposuit ad vulnus infligendum; sed potiùs ei inflictum. Deus agens quippe est, & rectum casum occupans, ac ideo primò positus in ista oratione. *Cur præcepit vobis Deus?* Cui consonat quod ait de viris dæmoniacis Psalmographi sententia. *Posuerunt in cælum os suum; & lingua eorum transiuit in terra.* Seu aliter in terram, & terræ creaturas; vt tangit Interlinea; & alij perquam docti. In Deum nanque incipiunt proiicere venenum spiritus Sathanici, & mentes serpentinæ; in Deùmque euomere, qui euomunt Dei cultum, & exuunt Dei honorem.

Vt mali Deum simul præponant & postponant in suismet peccatis.

Psal. 72. 9.

Ne autem ab Eucharistico scopo in isto opere præ omnibus assumpto, vel parum declinemus, attende quantùm dæmon iam illum sagittauerit in verbis copularis. *Vt non commederetis de omni ligno.* Hoc enim subintelligi de fructu vitę ligni, & alibi, & Enarrat. illius palam feci. Quod postea Iudæi filij primogeniti diaboli ad vnguem suscitarunt; tum quando in huius cibi promissione mox implenda, vel saltem paulò post, proteruè dubitarunt; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* tum etiam quando in eius figurãm delatrarunt, dicentes in deserto; *Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* De Eucharistia nanque hoc à Cassiano penes Glossam relato elucidatur. Ergo maxima tentatio, quæ prohibitionem tanti ligni mendaciter fingebat in hominum parentibus, & promissionem paulò postea realiter implendam, ac miraculo tam magno possibilem testatam, in posteris illorum reddebat impossibilem, & ipsi Dei imperio factibilem nullatenus; vt infra plus aperiam. Vtrobi in Deum optimum infestum sese gerens venenum serpentinum, & homines quamplurimos occidens verbo, & opere. Clara & maxima tentatio.

Eucharistia per Serpentem cum Eua colloquentem inuasa & impetita. Gen. 3. 1.

Ioan. 6. 52.

Psal. 77. 18. 19. & 20.

Diaboli impudentia arguere de impotentia nequaquã Deum timet.

38. Secunda verò ratio in *præcepit* verbo illo proposita & vulgara; quia serpens in examen Dei iussa reuocauit, & illius rationes inuestigabiles, haudquaquam inuestigare formidauit. Quod certè magnum crimen, flagitiúmque existit. Sunt etenim Dei placita à nemine scrutanda, & curiositate irreuerenti, ac nentiquam decenti rimanda, & ventilanda; sed potiùs adoranda, & nimis reuerenda; vt patiens vir circumdatus amicis, queis dicebat; *Quis respondebit ei? Vel quis dicere potest, cur ita facis?* Nemo quidèm, præsupponit; excepto nequam illo, qui nemo dici potest, propterea quod in mundo inuenerit peccatum, quod nihil appellatur, multorum opinione, quos sequitur Barradas tom. 1. lib. 4. cap. 6. ad illa verba. *Et sine ipso factum est nihil.* Qui ausus inhibetur in multis locis sacris, hîc tamen indicandis, quantumuis valde notis, ob sui magnum pondus, & nostri vtilitatem. *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.* Et infra eodem cap. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.* Sed latè & perquàm doctè in 3. Eccles. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus rebus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.* Quid pulchrius? & permaximè, si illud ponderetur. *Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* Præcepit nanque suis, vt credant Sacramentis; de quorum vno verbis perspicuis affirmauit. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus;* quod postea in cæna vltima de facto confirmauit, in panis atque vini speciebus sese donans; & dicens inuitatis. *Accipite, & comedite; Hoc est corpus meum. Bibite ex hoc omnes; Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quibus addunt S. Lucas & Paulus ad Cor. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quare istud cogitandum, &

Adorandæ non scrutandæ diuinæ iussiones.

Iob. 9. 12.

Barradas. Ioan. 1. 4.

Prouerb. 25. 16. & 27.

Eccles. 3. 22. vsque ad n. 26.

Ioan. 6. 55.

Matt. 26. 26. 27. & 28.

Luc. 22. 19.

1. Cor. 11. 24.

rectè faciendum; ne accidat quod sequitur. *Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.*

Ob quæ iterum præscribitur Fidelibus, & dicitur. *Neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas*; de quo optimè Bernardus de gradibus humilitatis; & Paulus ad Rom. *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*: debet etenim sobrietas, non ebrietas, vel nimiatas optari in addiscendis, & rebus perscrutandis. Et ideo paulò infra. *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes*; *Noli altum sapere sed time.* Et alibi ad Timoth. *Præcipe non sublimè sapere.* Qua de re elegantissimè in loco nunc producto splendor Clareuallis; & figura per quam cibus magnificè donatus, superfluéque in pluuia quotidie dilargitus; ita vt singulis diebus illius magna copia ad Solem liquefiaret; nihilominus non superfluè, sed sufficienter ad mensurā vnius gomor tantùm, pro qualibet persona, licebat ipsum colligi. Sed quare manna datum in tanta quantitate, & postea non collectum, nisi modica & communi pro omnibus mensura? Quia panis tam sublimis alebat, & docebat; nec tantummodo alimentum, sed etiam documentum, & doctorem semetipsum edentium faciebat. Illud autē perdocebat, in maximis materiis mensura quoque maximè frugali & temperata, opus esse viris omnibus status cuiuscúnque. Aliàs enim vanum esset præstare tantam escam, & pro illa, nisi exiguam permittere collectam, vel saltem coarctatam; quod multò magis militat in cibo, qui sub illo latebat figuratos; quamobrem iam ea inde manna cæli prædicabat, *Non plus sapere, quam oportet sapere*; & Eucharistiam longè clariùs ea Chrysostomi sententia, qui ad Cor. Epist. 1. cap. 10. sub initium profatur in hunc modum. *Non enim rapiebant ex alimento proximi. Attamen cum plus desiderarent, condemnati sunt. Nam etsi neminem alium iniuria affecerunt, tamen se ipsos maximè docuere hoc colligendi modo, auaritiæ studentes. Atque sic simul erat cibus, & diuinæ agnitionis instructio; simul & pascebat corpora, & erudiebat animam.*

Eccles. 7. 14
S. Bernard.
Rom. 12. 3.
In sciendo quæ mensura oporteat adhiberi.
Exod. 16. 16. 18. & 21.
Manna qualiter præceptor sit ipsum manducantium.
S. Chrysost.

39. Tertia tandem, atque suprema tentationis huius ratio, in verbo *Cur* exposita; quia ista proculdubio diaboli est locutio; vt sup. n. 9. à nobis dictum mansit. Quo quidèm verbo dæmon bifariam solet vti; vel iniuriam, atque blasphemiam in Deum iaciendo, vel operibus illius impossibilitatem iniiciendo; & multis, menti fragili, commentis inducendo; pro vt. n. antepenult. in fine Iudæus olim dicebat apud Psaltem; & serpens in hunc modum. *Cur præcepit vobis Deus?* Qua ratione? Qua iustitia? Qua integritate? & pietate? magis vobis inuidendo, quam largiendo mundi bona; è quibus vnum abstulit, scientiæ boni & mali gustandi ligni pomum; quod ori non tantummodo, & carni, ac toti corpori conciliabit voluptatem; sed etiā cordi, ac menti, & spiritui à corporalibus officiis elongato, Angelicísque proximo; quod enim boni & mali notitiam secum dabit, delicias menti & corpori ea vtriúsque societate omnimodè importabit. Vel etiam *Cur præcepit?* qua in agendo potestate; seu possibilitate faciendi? vt homo mundi Dominus sit seruus truci vnius, putribilísque fructus; Et vnà vt fructus alter vsuram vitæ præbeat; alter verò mortis falcem; cum istud nec possibile, nec compatibile cum ordine Diuino videatur; nam creatura Creatoris imaginem deperdet; & tam minima labefactabit, quam Deus ipse suscitauit tam magnis qualitatibus; quapropter ea inuidia, quæ patres contra filios non paucies cruciabit, hoc dictum suspicator.

Cur, verbum diabolicum, & serpentis ad mulierem oratio ponderata

Cui tamen binæ impiæ interrogationi diabolicæ, bina voce respondere est sanctum, & consentaneum; nimirum, *Quia Deus*; vel etiam, *Quis vt Deus?* hæc etenim sunt verba Fideles protegentia; quemadmodum *Cur Deus?* Sathanica est loquela, & phrasis infidelis; [illegible] dæmon fraudulenter exteriùs dubitauit, vt Euam dubitantem hoc dolo verè redderet, prosterneret, & perderet. Quocirca quando ille blasphemè contra Deum venenum suum jecerit, dicamus *Quis vt Deus?* videlicet, tam bonus, tam sapiens, & tam potens, vt velit quæque optima; & sciat quæque facit; ac faciat quæque vult, & sapit sine termino; qui in recti & iusti normam excedat in re aliqua; quantumuis in multigenis excedat mentis aleam, & aciem rationis; plura namque manus Dei inter capedine infinita, est potens operari, quam mens humana potest, vt colligit Hilarius insignis in hoc placito, & cūctis satis notus, acutior meditari. Quamobrem vocem hanc assumpsit Rex Propheta. *Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat*; per lucem & maiestatem omnino immensurabilem, ac simul intellectui subtiliori incogitabilem. *Et humilia respicit in cælo & in terra*; per pietatem nil minorem; qua quantò maior est; auxilium tantò semper minoribus donauit. Et Michael verbum idem suscepit præliaturus cùm istomet dracone, loquente sub serpente; à quo effectu; *Quis vt Deus?* hoc enim sonat Michael, promeruit appellari; Gregor. in Euang. Hom. 34. Quando verò in Dei operibus impossibilitatis durum nodum & obicem posuerit, respondeamus. *Quia Deus*; nimirum, tam omnipotens, & tantus in promissis natura sua est; vt de factis atque verbis illius nullo modo ambigere sit fas. Et ideo Psaltes ait. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis.* Et alibi cum emphasi. *Omnia quæcúnque voluit fecit Dominus in cælo, & in terra; in mari, & in omnibus abyssis.* Vbi è quatuor mundi locis latissimè comprehensis, Cælo, & terra, mari, abyssis; non minùs quàm omnimodis, omnia Deo possibilia, facilia, & nimis leuia concludit satis clarè.

Quia Deus & Quis vt Deus Christiadū sunt voces, & qualiter eis liceat aduersus vti dæmonem.
Immensè quantùm Deus efficere plus valeat, quā intellectus plus subtilis humanus intelligere.
S. Hilarius.
Psal. 76. 14.
Psal. 112. 5.
N. 6.
Cur Michael sic dicatur.
Psal. 144. 13.
Psal. 134. 6.

40. Hæc omnia longè vera, & magna in sui pretio, valore, & qualitate; quæ sanè

qui

Omnipotentia Dei ex locis egregiis comprobata.

Iob. 9. 10.

qui contempserit, manebit contemptibilis, & tam Deo, quam hominibus odibilis, ac vilis. Eos tamen volo adhuc ex aliis demulcere, ad Christumque Dei Filium pro modulo compellere; quod faciam verbis Iobi, dicentis nono cap. *Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.* Nam quid ad ista poterunt hæretici emutire, qui quidem sicut Deus enumerat stellas, sic volunt Dei magnalia distinctè numerare, comprehendere, & vallare; ac Deum impudentissimè occludere sub pugno, quemadmodum Deus Sydera in loco nunc producto n. 7. eiusdem capitis, occultat sub signaculo. Res mira, Sacrum textum mirabilia tot Diuina incomprehensibilia recognoscere, & hæreticum nil velle mirabile concedere, sed omnia mente sua palpare, & mensurare.

Quàm vanè quiqui velint potentiã Dei metiri.

Quem tamen sic interrogo. Si in Ecclesiæ Sacramentis & Fidei documentis, articulis vocatis (quæ omnia inficiantur) hæc tanta mirabilia Fideles non habemus, vbi ista, quæ Deus fecit pro nobis, & in nobis, quam alibi maiora (vt decens ex se erat) nos hodie possidemus? Aut veritas mentitur, aut illi non verentur mendaces se probare; Primum dari non possibile. Secundum per se patet. Et vt eos adhuc placidè ad Christum manuducam; ac de eius illos miris operibus admoneam, ita vt ista si non sint proterui, fateantur; hæc habemus & possidemus in Eucharistię Sacramento; de ipso nanque dicitur, quod de manna verificari vllatenus non valet. *Memoriã fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus; escam dedit timentibus se.* En omnium mirabilium compendium Diuinorum, in esca de qua agimus, & tanta enuntiamus. Et ne aliquis ad dubitet, de congrua Dei potentia ad opus tam mirabile, vltra multa, quæ de Eucharistia ibidem connectuntur, alibi tractanda praemittitur à Vate. *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius.* Exquisita quippe Dei sunt opera in hoc cibo; & exquisita, prout ait notanter Psalmus iste *In omnes voluntates eius*, ac si Deo plures essent omninò voluntates, seu voluntates infinitæ, vt verbum *Omnes voluntates eius*; qui infinitus verè est, supponit non obscurè; & pro omnibus ac singulis sui ipsius voluntatibus, exquisita in talem escam contulerit Deus opera, miracula. & prodigia, volantia supra mentes, & vota ac desideria plus auida, & hiantia. Quibus omnibus stupore Psalmographus repletus, sic ait locis aliis,

Eucharistiæ mirabilia mirabiliter probata

Psal. 104

N. 2.

Psal 76. 15. *Quis Deus magnus, sicut Deus noster; tu es*
Psal. 85. 10. *Deus qui facis mirabilia. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus*; id est, solus & singularis in potentia & misericordia ad talia facienda. Quapropter ait
Psal. 130. 1. 2 infra, tremendo coram Deo. *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Et tantummodo ad Dei legem mirabilia pertinentia considerat, cùm inquit.
Psal. 118. 18. *Considerabo mirabilia de lege tua.* Quod recidit in consilium, apud locum Ecclesiastici

A superiùs memoratum. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita semper; & in pluribus rebus eius ne fueris curiosus.* Quodque etiam si consideraretis à recta Fide deuij, ad illam veniretis. Eccles. 3. 22.

Faxit Deus, vt veniatis consulentes vobis ipsis, mei fratres inconsulti, ad quam rem vt prouocemini studio grandiori, audite Iobum iterum ad homines aberrantes in istum modum fantem. *Qui dissipat cogitationes malignantium, ne possint implere manus eorum quod cœperant.* Vt contigit Gigantibus. *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.* Vt accidit hæreticis. *Per diem incurrunt tenebras; & quasi in nocte, sic palpant in meridie.* Vt videmus in his omnibus, sed maxime in Iu-

Inuitatio pro hæreticis ad rectam Fidei viam.

Iob. 5. 12. 13. & 14.

De Gentilium, Hæreticorum, & Iudæorum cæcitate egregium testimonium.

B dæis; obcæcatio quorum in Deum est reliquis obscurior, & inter radios scripturæ eosdem cingit terriùs. Ac etiam Ecclesiasticum, tam pios, quam & impios, affectu non minori, huiusmodi alloquentem. *Ipse* Eccl 43 30.
enim est Omnipotens super omnia opera sua; id
est ad alia, quàm nunc sunt, vel saltem,
quàm nunc cernimus, maiora, semper po-
tens. *Terribilis Dominus, & magnus vehemen-* 31.
ter; & mirabilis potentia ipsius; vt debeat plus
timeri, quam vtique scrutari. *Glorificantes* 32.
Dominum quantumcúnque, superualebit enim
adhuc, & admirabilis magnificentia eius; quia
maior omni laude, nec eum sufficit laudare,
vt dicitur in Sequentia Missæ nostri Sacra-
menti, & verbis subsequentibus, mortali-
tas infirma. *Benedicentes Dominum, exaltate* 33.
C *illum quantum potestis: maior enim est omni lau-*
de. Exaltantes eum, replemini virtute, ne labo- 34.
retis: non enim comprehendetis. Id est, virtute & robore interiùs adimplemini, ne deficiatis vel cadatis à laudum tanto culmine, & dum Deo decantatis præconia nimis celsa, deficientes omni sensu ab illis ne ruatis, vt in hymno de Eucharistia Angelicus vir ait;

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum
Et si sensus deficit;
Ad firmandum cor sincerum
Sola Fides sufficit.

Hæc enim est robustissima; cum nempe fortis est, ad talia supportanda; at cum cernua & inclinata, ad neutiquam declinan-
D dum à via rectitudinis; & ideo superaddit;

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui
Præstet Fides supplementum
Sensuum defectui.

Qui ab encomiis valde altis non paucies
prolabuntur. *Quis videbit eum, & enarra-* 35.
bit? Excedit nanque laudes, vel cum contuentium. *Et quis magnificabit eum, sicut est ab initio*; nimirum, sine initio, vel fine; quare fines transcendit intellectuum. Quæ
omnia sic concludit. *Multa abscondita sunt* 36.
maiora his: pauca enim vidimus operum eius.

37. *Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.* O vtinam, vel ob istam à Deo consequendam, vel ipsum diligendum, obediatis veritati, & sub eius tandem vmbra, qua degimus in hac vita, securè cum Fidelibus requiescatis & viuatis! ac neutiquam de venerabili dicatis Sacra- A mento! *Cur præcepit nobis Deus hoc credere mysterium?* sed credatis quod præcepit, per veritatem in Eucharistia, & per vmbram in vitæ ligno; à quo dæmon matrem omnium auertit in præsenti; quò depictam vitam illic, tam pridémque promissam perpetuam consequamini.

DE FOEMINÆ AD SERPENTEM RESPONSIONE in generali, ad verba, quæ sequuntur. Cui respondit mulier. De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur; de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

41. *CVi respondit mulier*; ô mulieris vesanæ insania deploranda! ô verbum dignum verbere! ô audacia fœminina ad mala longo tractu virilem supergrediens! ô pudor puellarum in ista prima mundi tam malè profligatus! ô vxor viri absens iniuria mox marito, in vxorum plurimarum exemplum & documentum; funestúmque, proh dolor! assiduè testimonium! ô mater ante copulam natorum filicida! Serpenti ne tu loqueris? cum colubro ne audes sermones commiscere? libenter conuersari? amicè fabulari? & quod omnibus est peius, nec viribus, nec dotibus æquatis colluctari?

Mulieris respondentis diabolo quæ mala.

Auitus.

Quis stupor, ô mulier, mentem caligine clausit,
Cum serpente loqui? Verbum committere bruto
Non pudet, vt vestram præsumat bestia linguam?
Et monstrum pateris, responsúmque insuper addis?

Sic plangit lib. 2. Auitus hunc congressum; qui supra in fine primi, sub nomine Dei percutit curiositatem perscrutantium ipsius Dei mandata.

Mala potiùs nesciēda, quàm addiscenda, & percontanda.

Ne vos fortè premat temeraria discere cura
Quæ prohibet doctor; melius nescire beatis
Quod quæsisse nocet, testor quem fecimus orbem,
Quod si quis vetitum decerpat ab arbore pomum,
Audax commissum mortis discrimine pendet.
Non immensa loquor; facilis custodia recti
Seruator vitam, mortem temerator habebit.

De diuina quidnam debeat potentia cogitari.

Quod etiam Marius Victor initio lib. 1. exemplo mundi super appensi leuem aërem, quod quidèm est demirandum; & aquarum super cælum, non minori admiratione, vt scimus locatarum. *Laudate eum cæli cælorum; & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt Domino*; huiusmodi corroborat;

Psal. 48. 4.

Dan. 3. 60.

Marius Victor.

——Tales sed quærere causas
Mens fuge nostra procul; plus sit tibi credere, semper
B *Posse Deum, quidquid fieri non posse putatur.*

Hinc torues quantùm mulier deliquerit respondens; cuius tristem & infelicem responsionem multa signa, non in astris & cometis, nec in Sole & Luna varia, sed in ipsa plus quam Luna varietatibus notata, & mobilitate maculata, quæ in gratiæ plenilunio deliquium passa est, multas sanè in corde suo cogitationes reuoluendo, omnino præcessere; quas ego loco isto consultò prætereibo, vt Enarrat. 17. in qua de Euæ crimine membratim disceptabimus; vt cúnque ponderentur. Quemadmodum ne filo historiæ quidquid detraham, de scelere responsi, de prauitatibúsque eius hîc tantùm verba faciam. Et verò in eo lucet malignitas C mulieris, quia coram mala bestia Dei præceptum referendo, & ipsum exaggerando in illud non erubuit superbè se conferre, sæuire, & tandem frangere; vt notat Augustinus relatus apud Glossam. Vlteriùs quòd Diuinum præceptum detur pauerat; addendo, quando dixit. *Ne tangeremus illud*; minoendo, quando addidit. *Ne forte moriamur*; mutando, cùm adiecit. *De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi*; In medio quippe erat duntaxat lignum vitæ, & propè lignum mortis, vt 9. Enarrat. abundè satis diximus; & dicitur à Ruperto lib. 3. cap. 5. de Sancta Trinit. nec non i sacro textu, dum ita sese habet. *Lignum autem vitæ in medio paradisi, lignumque scien-* D *tiæ boni & mali*; id est, ibidem proximè; sed tamen non in medio. Ex muliere serpentem se mulier tunc effecit; serpenti nanque dicitur trisulcam linguam esse, Georg. lib. 3.

Mulieris cum serpente loquētis quæ præsagia in eamet præcesserint.

Vt mulier simulatque aperuerit os suum, tripliciter mentita. Gen. 3. 3.

Gen 2. 9.

Vt mulier serpens facta.

Linguis micat ore trisulcis.

Virgilius.

Cui Plinius lib. 11. cap. 37. suffragium suum præbet. Sed quæ lingua plus trisulca, & malo nostro trifida, quam Euæ lingua fuit trilinguis in hoc dicto? Hoc hæretici indesinenter pro viribus intendunt, & semper æmulantur; vel addere, vel minuere; vel verba Dei mutare. Nunc mulieris in respondendo, consideratione speciali, delicta plus limemus.

Plinius.

Serpenti lingua trifida, & fœminæ propri.

DE

DE MVLIERIS RESPONSIONIS CONSIDERATÆ *ſpeciatim, priori prauitate.*

42. HÆc primitus colligitur ex illo verbo *Cui*; *Cui reſpondebit mulier.* Sanè callido ſerpenti; & diabolo per illum cum ea colloquenti, cum nihilominus ſerpentibus aut viris ſerpentinis non liceat reſpondere; ipſorum nanque voces & ſubdola conſilia, dum magis noſtris oculis videntur ſalutaria, & dulcia, ac congruentia, tum magis ſunt ſuſpecta, & digna ſummo metu; ad malum quippe ſemper natura ſua tendunt: præſertim in rebus bellicis, Legationibúſque Regiis; nec non omnibus in negotiis ab æmulis propoſitis. De primo latè Huarte in Examine Ingeniorum, ad cap. de militia; ac verſus Mantuani, ſub paucis multa dicens;

Conſilium ab inimicis ſumendum vice verſa.

Equo ne credite Teucri.

De ſecundo verò adagium in Curiis Regum tritum, Legatos graue munus periculoſum, & ſpinoſum obire, & ſuſtinere; nam vel ſunt decipiendi, vel alios decepturi; quod vni non eſt licitum, & aliis non eſt gratum. De tertio tandem multa Diuina teſtimonia, è quibus duo audi; *A Zelantibus te abſconde conſilium. Non credas inimico tuo in æternum, ſicut enim æramentum æruginat nequitia illius.* Quod de hæreticis eo loco, & amicis ſimulatis exponitur à Gloſſa. Et rectè, cum æruginem citiſſimè ex ſe proferant, malitiámque exſudent, ac pariter proiiciant, ad illos, quibus cum verſantur inquinandos.

Legatorum munus quale, & qualibus periculis expoſitum ſuapte.

Eccl.37.7.
Eccl.12.10.

De ſecunda prauitate reſponſionis, quam præ manibus habemus, primæ fæminæ.

43. HÆc ex verbo immediato, quod *Mulier* eſt, deſumitur; *Cui reſpondit mulier*; nam mulier nulla mora reſpondit aduerſario. Cui autem quis reſpondit? Illa quidèm quæ ingenitè eſt ſciola & indocta, ac ideo per Apoſtolum inhibita ad docendum, ingenitè doctiſſimo; imperita periſſimo; imbecillis robuſtiſſimo; & mulier valde fragilis athletæ potentiſſimo. Quam ideo malus dæmon ab eſu ligni vitæ curauit primo loco abdocere, & auertere, cùm protulit hæc verba; *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi?* Quæ de miro vitæ ligno cum rationibus & Patribus non ſemel explicaui. Non enim qui in vita ſpirituali, prout illa parentum mundi erat, ignari ſunt, vel etiam imbelles contra mala, & crimina exurgentia, ſe ipſos reddunt aptos conuiuio tam mirabili. In cuius vmbram poſtea, cùm Christus de Euchariſtia eſt clarè primùm fatus, & miraculum quinque panum, vt aliud crederetur, præmiſit multitudini, quæ eum ſequebatur; nec mulieres, nec pueri, cum tamen non defuerint, leguntur conſediſſe ad menſam, in cunctis rebus tam ſanctam, & valde myſticã; quia fragiles & inſcij vtrique dignoſcuntur, & ideo pani ſacro inepti & incapaces; de quorum primis Haymo in illamet Dominica; *In hac refectione nulla fæmina memoratur, ſed tantummodo viri. Vir quippe à viribus dicitur. Quo myſticè docemur, vt ſi quàm ſuauis ſit Dominus guſtare deſideramus, viri ſimus, id eſt, contra diabolum fortiter pugnemus. Nec ab hac refectione Dominica fæmina ieiuna remanebit, ſi ſexu fæminino diaboli tentamenta viriliter compreſſerit, ſicut vir è contrario ſexu fæminea mentis afficitur, ſi contra impetum tentationis mollis & diſſolutus in opere ſuo inuenitur.* De ſecundis verò id ipſum inflecti benè poteſt, vt flectitur à multis; è quibus ſuper Ioan. lib. 3. cap. 16. Cyrillus vnus eſt. Ob quæ mulier inſufficiens reſponſo tanto dando; & maximè cum eſſet diuiſa à ſuo viro; cui oris adulterium, atrocius quàm nunc operis, commiſit, quando miſcuit ſermonem cum ſerpente; & cum alio præter illum cui fuerat coniuncta, ſe iunxit ad loquendum; à qua mala conuerſatione tot mala prorupere; Chryſoſtomus ſup. Gen. homil. 16. *Oportebat initio colloquium illius non ferre, ſed illi ſoli loqui, propter quem producta erat, particeps illius dignitatis facta.* Et Anaſtaſius Synaita in Hexam. lib. 10. *Mulierem ſegregatam, & à viro ſuo procul inuaſit & decepit antiquus ille ſerpens, nec eam potuit decipere, quandiu eam à viro ſuo non vidit ſeparatam.*

1 Tim 2. 12.

Gen.3 1.

Sapientes & potentes Dei cibo tantùm digni.

Ioan.6.10.

Haymo. Mulieres & pueri quo ſenſo non idonei ad cibum Sacroſanctum.

Mulieris cum alio marità præter ſuum locutio quam ſit nocua. Chryſoſt.

Anaſtaſius Synaita.

De tertia prauitate eiuſdemmet reſponſi.

44. EX forma patet iſta interrogationis ſerpentinæ, à verbo *Cur* inceptæ. Vitanda quippe eſt curioſitas impertinens; quid verò tam impertinens, quam iuſſa Dei rimari? vbi vtile per inutile, contra iuris diſpoſitiones, directè vitiatur. Ad animæ ruinam hoc pertinet tantummodo, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 167. & maximè, cum modis duobus ſemper fiant hæretici quicunque; *Vel de Creatore, vel de creaturis vltra modum diſputantes*; vt Eccleſ. cap. 3. ad n. 24. inuenies apud Gloſſam. Vnde optimè dicebat vel etiam quidam Ethnicus, quem Hoſius 1. p. cap. 39. breuiſſimè ſic refert, *Nimium altercando, amittitur veritas.* Quod non ſolùm curioſitate, ſed innata malignitate, curioſitatem comitante, contingere ne dubites; *Nemo enim curioſus, qui ideo non maleuolus*; ſecundum Nani mentem ſub verbo, Curioſitas: Et qui ſua malignitate ſerpentem non ſequatur, foramen cui vt datur,

Curioſitas quàm nocua in rebus Dei cernendis.

D.Tho.

Gloſſa.

Dom Nanus.

vel modus perforandi, iam integer illabitur; vt mala quæque mundi, de quibus premonemur Nasonis in sententia.

Ouidius.

Principijs obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

Initiis solùm opus diabolis & vitiis.
Hosius.

Quapropter tantum opus initiis est diabolo, vt asserit Chrysostomus, in Hosio nunc producto; qui addit hæcce verba; *Ita videmus, quod hæretici à minimo incipiendo, eo vsque deuenerunt, quod bona pars eorum nihil aliud iam credat in Sacramento isto, præter panem & vinum. Quæ quàm sit horrenda blasphemia, quis Fidelium non intelligit? Sacerdotiū & Sacrificium penitus abrogarunt, Sacramenta abstulerunt, Scripturis veritatem vniuersam detraxere, eóque audaciæ, & dementiæ progressi sunt, vt & Trinitatem adorandam blasphemarent & Christum Deum esse, Deique Filium denegarent. Nec id* B *obscurè faciunt; quin adhuc gloriantur; Lutherum tectum Papatus tantùm diruisse; Zuinglium parietes; se verò pro suo inuictorobore, ad fundamentum, quod illi intactum reliquere subruendum, agressos esse. Fundamentum vocant illi summum salutis nostræ dogma, quo Deum Trinum & vnum colendum profitemur. Quàm verè ergo dictum est, quod initio tantùm opus est diabolo?*

De præsentis responsionis suprema prauitate.

Gen.3.1.
Mendaci non respōdere conuitium, & vitij talis remedium præsentissimū.
Seneca.

45. HÆc claret ex materia mendacis quæstionis, *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno?* Mentienti verò neutiquam conueniens respondere, iux- C ta Senecæ in Prouerb. huiusmodi sententiam; *Mendaci conuitium non respondere est.* Nec tantummodo conuitium, sed pariter & vitij mendacia componendi, veraces ne inficiat, remedium præsentissimum, secundum Dei oraculum acceptum modo inuerso; *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Quo accidit, vt quemadmodum interrogatio atque responsio consentiunt semper casu, sic Eua casu & lapsu consensit cum diabolo, si ipsum non excessit; sicut n.18. Rupertus indicauit. Sed cogita, qua arte mentitus sit diabolus: duo etenim præcepta, affirmatiuum & negatiuum; primum quidèm comedendi ex omni ligno paradisi, secundum verò non comedendi ex vnotantùm ligno, adinuicem confudit; de verísque duobus conflauit vnum falsum, *Ne comederetis*

Eccles.3.

Diaboli & hæretici vt vera falsis misceant, quò falsa hoc artificio peiora multùm faciāt.

A *de omni ligno*; vt optimè considerat Rupertus apud Glossam. Quod hæretici sectando diaboli vestigia perpetuò machinantur, miscendo vera falsis, & falsis veram basim doctrinæ fabricando, vt veritas supposita sustineat falsitatem, & falsitas superposita appareat nimis vera. Quo fit vt ipsi pariter existant mentientes, & mendacium nihilominus subtilitate pallientes. Sunt enim naturaliter pollentes Dialectica, & ingenij quàm subtilis viuacitate & acrimonia, qui condunt noua dogmata, vt asserit Hieronymus; & Dialectica persimilis cyniphibus pusillis, qui volitantes non videntur, sed nimium sentiuntur aculeum defigentes; de quo S. Bernardinus tom. 4. ser. 1. ar. 2. cap. 1. de Euchar. Sacramento.

Heresiarchæ subtilitate ditati naturaliter.

S. Bernard.

46. Quare istis debet omnis responsio de- B negari, vt illis, qui saluti communi semper inuident; volentes plus decipere, quàm corrigi ab erroribus; & plus in Scripturis perditionis occasiones offendere, quàm vitæ; plus nebulæ quàm lucis; & plus sui precipitij, ac etiam proximorum, quam equidèm vtrotumque remedij & sanitatis. Infelix genus hominum qui maximo labore, & fatigatione non vulgari, collapsus meditantur, erronea consectantur, vt fragiles deludant, & in orcum secum ipsis deiiciant sempiternum. Nam sicut filij Ecclesiæ veritates summo gaudio lætantur inuenire, & quò res lucidiores existunt naturaliter, eò ipsas tunc libentiùs euoluunt, & excerpūt; sic eius aduersarij quò illæ obscuriores se præbent intellectibus, per aëra eò illas ve- C lociùs aucupantur, & sudoribus non modicis venantur circumquaque; non de messibus frumentum, sed de frumento triste lolium, zizaniáque legentes. Vnde opinio sub vtraque communicandi, fuit nouis hæreticis gratissima, existimantibus contra Ecclesiam habere clarum textum, in illis Matthæi verbis; *Bibite ex hoc omnes.* Cum omnes illi fuerint Apostoli, Sacerdotes tum temporis creati, qui de essentia Sacrificij hoc facere obligantur; de quo latè Bellarminus lib. 4. cap. 20. de isto Sacramento. Ob quæ Paulus commonebat alumnum, cui dicebat; *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita.* Qui etenim correpti corrigere se nolunt, consummunt tempus bonis; & sæpe bonos ipsos malitia sua polluunt, inuoluunt, atque perdunt.

Hæretici quantùm malis incūbant iā studiis, non in bonis, & vtilibus.

Communio sub vtraque hęreticis cur grata.
Matt.26.27.

Tit.3.10.

AN DIABOLO ET HÆRETICIS CONVENIAT respondere, & quomodo, & à quo hoc liceat factitari.

Diabolo & hęreticis an liceat respondere.

47. Oc superest quærendum; an serpentibus tam prauis per responsum supplantantibus communem matrem orbis, quæ sanctior & prudentior, quam hodie cuncti, erat, responsum à filiis eius vtcunque dari debeat. Hanc materiam D disputauit Angelicus scriptor 2. 2. q. 10. ar. 7. & cap. *Quæcunque*; de hæreticis lib. 6. cum omnibus qui hæc loca tractanda suscepere. Quos inter si fas est iudicium meum promere, ex n. 43. quo Euæ tria mala ostendi ad respōdendum, videlicet, ignorantiam, imbecillitatem, & fragilitatem solutio

D. Tho.

lutio

lutio peti debet. Quare viro ad concertandum cum hæreticis idoneo, sunt tria necessaria; quæ qui possidet, respondeat; subticeat, qui non possidet hoc cælicum ternarium; nimirum, sapientiam, fortitudinem, & virtutem; sapientiam, ad pernoscendum quid debeat respondere; fortitudinem ad prævalendum, & viriliter agendum, tam verbis, quam operibus aduersus aduersarios; multi etenim res sciunt, qui ex animi defectu non valent, neque audent se hostibus opponere, & virtutem loco vltimo, ad opus hoc volendū, nauandum, & exercendum; cum aliqui percalleant, & valeant respondere, qui nolunt ob virtutis & voluntatis indigentiam, qua vtique laborant, hoc munus adimplere. Hæc tria Dei existunt attributa principalia, sapientia, atque potentia, & bonitas immensa; de quibus nunc seorsim.

Sapientia primo loco exigitur pro ista egregia functione; secundum quod scribitur in libro Eccles. *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.* Quod etiam de vilissimis, abiectissimisque rebus, vt arborum sunt folia, Lyranus ibi probat. Quis etenim, sicut omnia ratione sunt creata, si velimus hæc ipsa ratione examinare, scire poterit eut folium istius magis formę, quam alterius cuiuscunque omnino factum fuerit? Quò magis res Diuinæ, quæ Diuinæ nunquam essent, si ab intellectibus dignosci humanis potuissent; quos noctuæ tantum oculus Philosophus, in nostra Præfatione, nuncupauit, respectu Diuinorum. Ergo soli Sapientes sunt apti ad respondendum, vt etiam Christus tenuit, & docuit, quando dixit; *Nec omnibus datum est nosse mysterium regni Dei.* Exemplúmque militiæ, in qua non viri omnes, sed potiùs valde pauci ad certamen singulare, permaximè cum valido & hoste giganteo, in rebus quales sæpius astutis & carnalibus hæretici esse solent, descendere, & ratione non modica, finuntur.

Eccles.1.8.

Lyra. Difficultas quanta sit in rebus cognoscendis, vel etiā in foliis arborum.

Matt.13.11.

Quo nemini ad responsionem obstrusum manet os, sed peruium & reseratum. Sapientibus proculdubio per viam sapientiæ, quæ nitet in Ecclesia, in qua sanè plures Docti splendent longe viri, quam in qualibet à Fidei diuersa disciplina: præsertim, cum & Fides non obsit rationi, quantumuis eam superet; quocirca, ab nequaquam resistit rationi, ab eamet iuuatur; & dum illam supergreditur, ab illa in eo ipso, quod fuit superata, non parum confirmatur; nam quonam modo posset Diuinum Numē esse, humano quod à lumine valeret penetrari? At verò insipientibus per viam subticentiæ, qua possunt, nec id malè, retundere contrarios; implicitè cum doctis credendo, & respondendo; cum etiam & sapientes silentium sæpe deceat, dicente Salomone; *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Quam sententiam, tanquam sibi partitam, & contrapositam, oportet explicare; & quidem

Argumentum non infirmum pro Fidei veritate.

Prou.26.4.5.

Stulto eodem tempore, iuxta

A benè sic illius nodus soluitur. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam*, id est, eius stultitiam probando, & confirmando; approbatione quippe tua efficieris illi similis, quapropter superaddit, *Ne efficiaris ei similis*; sed *responde stulto iuxta stultitiam suam*, hoc est, eius stultitiam seuerè reprobando, ac simul exprobrando; tunc enim sibi insipiens incipiet demonstrari, cum suas ipse viderit ineptias demonstratas, expositas, & positas ad Solis splendorem; quamobrem finit Rex scientia conspicabilis, *Ne sibi sapiens esse videatur.* Nec ab ista contrarietate discordat quam inuenimus in verbis Saluatoris *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*; cum serpens & columba suaptè sint contrarij; at quomodo ad concordiam trahentur hi tam æmuli, vel dissiti aduersarij? Mittebat illic Dominus Discipulos in gentes, quas truces lupos vocat; qua de causa inter eos serpentes & columbas volebat suos esse; serpentes, vt serpentibus prudenter & viriliter in dubiis satisfacerent; columbas, vt hoc vellent præstare columbinè, sincerè ministrare; ac simul non videre serpentum prauitates, & ipsis inquinari; sunt etenim columbæ aspectu innocentissimæ, vt dicitur in Cant. *Oculi tui columbarum.* Vnde Pyxides antiquitus in similitudinem columbæ solebant fabricari; quò tacitè vel sic Fidelibus constaret, reconditam ibimet Sanctissimam Eucharistiam, debere mentis oculis, ac etiam corporalibus, candore semper plenis videri, ac adorari.

B

Dictum Salomonis, respondere, & non respōdere qua via sit faciū bile.

Matt.10.16.

Vt serpens & columba quis simul esse possit.

I Cant 15. Sacraria cur antiquitus in similitudinem columbæ.

C 48. Fortitudo ex æquilibrio requiritur huic operi; videlicet, vt hæreticis responsum præbeatur. Nam sapientia fortitudine exuta muta redditur, ac ideo cæca, & nescia, & quasi somniorum inanium & inconstantium nigredine offuscata, dicente Dei oraculo; *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.* Quæ verba pro sapientibus Ecclesiæ Dei ignauis, vecordibus & timidis, & ad bellum cum aduersariis illius conserendum, imbellibus & pauidis, si rectè & sigillatim, vt decet, expendantur, egregia sunt omninò. Quapropter ipse Dominus serpentes nos exoptat; serpens etenim prudens, & fortis valde est; quippe qui, velut fortis, in orbes se conuoluit, in gyros metuendos se torquet, & illaqueat, & sinuosa in aduersarium volumina contorquet, ac saltibus immensis in arcus sinuatur, & erectus super se attollit tumens collum, ac sibila perhorrida in suum mittit hostem: at velut prudens, quando ab illo vulneratur, sub corporis circuitibus conseruat & occultat studio summo caput; quemadmodum nos corpore deuicti per tyrannos, debemus Fidem Christi qui caput nostrum est, illæsam custodire, seruate intemeratam, nec non à cunctis ictibus hostilibus occludere, protegere, & tutari.

D

Isai.56.10.

Fortitudo cum hæreticis agentibus quàm vtilis, & valde necessaria.

Quam fortis atque sapiens sit serpens quando pugnat, & qualiter à Catholicis in pugna cum hæreticis imitatione sit sequendus.

49. Virtus autem super omnia ad optimè hoc gerendum eximiè necessaria; cui enim mala est vita, nec vitam suam instituet, nec mortem propter Christum subibit vllo mo-

do. Nam quia virtus vera colũba per se est, alumnus suis præcipit; *Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ.* Tonc quippe sapieutia per mediam fortitudinem, cum columba & innocentia virtutis colligatus; tam serpens fit columba; quàm columba vice versa astotus manet serpens. Nec malè, cuin simplicitas stulta sine astutia, & astutia sine simplicitate superba reputetur, vt ait Augustinus explanans hæece verba. Quæ quidem virtus hìc à nobis prędicata, est virius in commuoi, quæ veluti columba purissima & mundissima, tam animæ quam corporis munditie & venustate, in vita oos exotnat, & virtutes super omnes, ac singulas præcingit ad mortis dirum iaculum, & tristem lucis metam. Quare Virgines in Apoc. descripti per Ioanoem, *Sequuntur Agnum quocunque ierit*; id est, quantumuis ipse vel vsque ad mortem vadat; quia cum integritate corporali & spirituali sequuntur absolutè, vt dicitur in Glossa. Qoi enim carnem suam, in cunctis, sed præcipuè in carneis desideriis mortificatione consentanea est solitus domare, ad mortem in eo ipso iam pergit magnis gressibos. Et hinc virgines sunt Martyres in Vssunæ opioione 2. p. cap. 15. in suo *Missus est*, cuius mens à Gabrielis dependet fortitudine; Gabriel nanque fortitudo Hebraica lingua sonat; qui propter binum titulum Virginitatis & Martyrij, seu Angelicæ & fortissimæ omninò puritatis Mariæ missus fuit: illius vocem audi: *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem Mariam. Quia virgo erat, missus est ei Angelus; quia Martyr erat, mittitur ei Gabriel, cuius nomen Dei fortitudo Latinè interpetratur; quia fortitudine Dei opus est ad Martyrium & Virginitatem æquanimiter ferendum.*

Matt. 10. 16.

Vt virtus sit necessaria præliaturis cum hæreticis.

S. August.

Martyrio quantùm Castitas disponat, atque armet.

Apoc. 14. 4.

Car Virgines sint martyres, & AgnumDei sequantur quocunque sese conferat.

Vssuna.

Cui consonat Ambros. lib. 2. de Virginibus, eloquia cuius sunt peroptima & dulcissima pro iis, quæ claosuram & Monialium contubetnium exquirunt Magno animo; *Memeria vestra dudum* (scribit Præsul inclytus) *puella nobilis sæculo, nunc nobilior Deo, cum vrgeretur ad nuptias à parentibus, & propinquis, ad Sacrosanctum altare confugit. Quo enim melius Virgo confugeret, quam vbi Sacrificium virginitatis offertur, & caput omniũ Christus quotidie consecratur. Stat ad aram Dei pudoris hostia, victima castitatis, nunc capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poscens, nunc ait parentibus. Quid agitis vos propinqui? Quid exquirendis adhuc nuptiis solicitatis animum? Iam dudum promissum habeo. Sponsum offertis? meliorem quam alias reperire possit, inueni. Quaslibet exagitate diuitias, nobilitatem iactate, potentiam prædicate: habeo enim cui nemo comparari potest, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo; si talem habetis, non refuto optionem; si non reperitis, non prouidetis mihi parentes, sed inuidetis.*

Pro suscipientibus Monialium clausuram res illustris.

S. Ambros.

50. At præsentem Enarrationem miraculis claudamus. De Eua, lignum vitæ, cum edere debuisset de illo, & contempsisset edulium tale sumere, ei vtique in serpentem malignum versum esse; vnde postea sibi infestum serpentem malum reperir, quem neutiquam repetiret, si illico post legem præcepti affirmatiui, de ligno sacro ederet, securè dici potest. Et de Euæ quadam filia scribit grauis auctor Guilielmus Parisiens. lib. de moribus cap. 8. *Cum Eucharistiam Sacratissimam in sinu suo irreuerenter & execrabiliter abscondisset, postea volens eam extrahere de sinu, pro illa tantum inuenit horrificum serpentem.* Quod miraculum vitæ ligni aduersariis semper accidit; dum panis Eucharisticus ab ipsis detestaius, eis vertitur in colubrum; à qua quidèm venenosa non cessant pertinacia, nec vnquam sese corrigunt; cum serpentes corrigantur aliquibus io locis, vt ex insulæ Melitensis exemplo satis patet; in qua quidèm post Apostoli aduentum nullus serpens est visus, si in geographico dictionario Carolo Stephano plenariam fidem demus; vel visom maius aliud, & certiùs rei præsentis serpentum testimoniũ; quod ab homioe oculato, qui ibi paulò antea Magistri Magni Medici officio functus fuerat, Ioanne, scilicet, Maurino, Massiliensi, & rei Galenicæ solerte sectatore, Parisiis vbi ille inseruiebat arte sua Legati oostri domui, in istum modum aodij; nimirum multos adhuc scorpiones ea in Insula, frequenter repetiri, sed à Pauli tempestate venenum perdidisse, seu potius remisisse; ita vt illic venenata venenum nullum habeant, imò terra illios Insulæ contra quodlibet venenum aotidotum sit præsens; cuius gratia transportatur, ab aduenis expertis, in alias regiones. Quibus addidit, & viperam transuectam in eum locum ab aliis quibuscunque, ibidem virus suum amittere continoò, translatam verò iterum, quantumois in Siciliam, quæ proxima, atque climatis benigni terra est, euadere sicut antea veneno nocentissimam; vt illic ante Pauli appulsum quoque erant, quemadmodom probatur ex actis Apostolicis, in admiratione qua Insulani ob viperæ successum iudicium diuersissimum de vito Dei fecerunt. Neque taotum hoc venenũ in Insula Melitensi hominibus ignotum, sed simul & errorum, ac hęresum qood Africam deuastans multis vicibus, io vicinam Melitenem nec semel pedem intulit.

Miraculum de Eucharistia io colubrum mutata.

Guilielmos Parisiens.

Carolus Stephanus.

Miraculum de serpentibus in iosula Melitensi ob Paulum fauctum visum, & adhuc perseuerans.

Actui 28. 6.

Coi alterius viri Medici clarissimi in hac arte, & professoris quoudam publici in facultate Parisiensi, Doctoris Duualensis, eidem medens domui, narratio non inferior est digna copulari, qui homines in die Conuersionis huius Sancti coatos non infestari à belluis virulentis, asseueraoit mihi certum, & prorsus infallibile; de qoo ipse testem optimum & scriptorem nobilissimum, etsi loco non expresso, imò oblito sibi, dedit, Marsilium Florentinom. Quæ miracula à Redemptoris venerunt nostri morte, & ligno suę Crucis; vt bestia necans homines, excossa perquamfacilè necetur ab Apostolo; à lignísque egrediens, virtute tanti ligni inignem, & eius flammis in cineres vertatur; sicut Aratus lib. 2. inter multos de re ista, attingit per hos versus:

Vt qui in die Coouersionis nascuntur S. Pauli à venenatis non lædantur.

Crux potens in serpentes.

Prado

Aratus.

Prado venis, sed prada iaces, lethúmque ministrans
Arboris alterius consumeris improba ramis;
Postque Crucem Christi, mors est tibi portio ligni

Et à cibo qui reiteratio eiusdem mortis est; ac in cibo ligni vitæ Adamo & eius filiis peroptimè signatus; pro quo facit, quod serpentes ieiuni hominis saliua amittunt vitam suam; vt canit lib. 4. Lucretius hisce metris.

Lucretius.

Serpentes hominis ieiuni saliua moriantur.

Vt quod aliis cibus est, aliis fuat acre venenum,
Est vtique vt serpens, hominis qua tacta saliuis
Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.

Quod in hominis ieiuni à lignò malo & vetito præconium, Sancti Patres concelebrant & memorant. Ergo etiam in ligni A boni, figuræ Christi corporis, encomium & veritatem, symbolicè, sed verè, vrbanéque non parùm probatam & contestatam.

Ieiunij commendatio.

Res optimæ ad mouendos, & deuotione compungẽdos hæreticos serpentes; in quorum tandem veniam, de quibus actum est, cum Pausania lib. 9. eisdem notum fiat; *Serpentes Balsamo pastu frequentato amittere venenum*; Vnde dicitur in Arabia venenum non habere, ex eo quod à victu continuo istius arboris, in eis hoc perdatur. O vtinam serpentes hucúsque meis vocibus vocati ad mensam Sanctam, ex Balsamo Eucharistico frequenter cibum capiant; quod illi si perfecerint, venenum totum perdent; & vitam toto suo curriculo perpetuam, ac cursu non currenti, sed perpeti, & stabili æternam consequentur.

Pausanias.

Vt balsamo in serpentibus venenum exterminetur.





EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO DECIMASEXTA;

ET DE PARADISO NONA; DE EVAQVE tentata per colubrum ſecunda; In Figura Canis Rabidi.

Super Gen. verba cap. 3. n. 4. *Dixit autem ſerpens ad mulierem. Nequaquam moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis, ex eo aperientur oculi veſtri; & eritis ſicut dij, ſcientes bonum, & malum.* Et Ioan. cap. 6. n. 52. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Quæ mox n. ſecundo ſocietate coniunguntur.*

De continuatione Numerus I.

Plinius.

Serpens quando latrauerit, & canis quando verba humana ſit loquutus.

EMORIÆ posterorum lib. 8. cap. 41. à Plinio commendatur, quòd ſerpens delatrauit, & canis eſt loquutus, nimirum, voce humana, cùm Tarquinius Rex ſuperbus ab Vrbe pulſus fuit. Sed verè hocce prodigium præceſſit ab initio, cum cælicus Tarquinius, qui regnabat ſuper Romanos ſublimes & excelſos (ſic illi interpetrantur) A vel ſuper cæli ciues, expulſus cælo eſt. Deiectus nanque illicò ad hominem creatum, per eiuſmet conſortem, vt ſerpens ſibilauit; in rabiémque plus actus, vt canis oblatrauit; & pariter loquelam ac vocem noſtram ſumens doloſa verba protulit. Nec mirum quod diabolus iam ſerpens atque canis in primum virum fuerit; cum ille in venenatis, hic verò in animantibus carentibus veneno, fit reliquis atrocior, cum rabidus efficitur, & rabie exagitatur. Cuius nominis nunc ratio ſubintrat elimanda.

DE CANIS HVIVS NOMINE, SEV DE CAVSA, cur hic ſerpens nunc canis nuncupetur.

Cur canis ſic dicatur.

2. DNATVM mihi venit, quod ait verbo, canis, Ambroſius Calepinus. *Canis* (inquit) *à canendo dicitur, quod nocte & venando ſignum voce det; vocem autem quam dat, canem quaſi ſonat.* Sicque dæmon, & Iudæi veriſſimi ſunt canes; nam per voces valde ſimiles à ſuis natalitiis infauſtè perſonarunt. Diabolus hoc modo. *Nequaquam, nequaquam, nequaquam; Nequaquam moriemini.* Iudæi verò ſic. *Quomodo, quomodo, quomodo; Quomodo poteſt hic nobis carnē ſuam dare ad manducandum?* Quæ ſi iſtam vocem *canem* non exprimunt omninò, eidem valde accedunt: hac tamen differentia, quòd hæcce vox nequaquam, tam aſperior, quam cla- B moſior natura ſua eſt; quapropter & latratum maiorum canum refert; at *quomodo* gracilior & dulcior ex ſe patet, minorum magis canum latratum præſeferens; quod diabolo & Iudæis mirandum in modum congruit. Nam diabolus Iudæis antiquior, atque grandior exiſtit verè canis, qui primus in hoc mundo *Nequaquam* vocem edidit; Iudæi verò recentiores, & catuli minores, qui in Fidem, & principaliter in Fidei Sacramentum extulere vocem *Quomodo*, quæ equidèm canina, Iudaicáque vocatur à Cyrillo Alexandrino lib. 4. cap. 13. Ioannem elucidante. *Firmam Fidem Myſteriis, id eſt, Euchariſtiæ Sacramento adhibentes, nunquam in tam ſublimibus verbis, illud,* quomodo *aut cogitemus,*

Diabolus & Iudæus quapropter canes ſint.

Caninum, atque Iudaicum quamobrē verbum *Quomodo.*

S. Cyrillus Alexandr.

cogitemus, aut proferamus. Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicij. Cum Deus operatur, non quæramus Quomodo? *Sed operis sui viam ac scientiam illi soli concedamus.* Quod Augustinus ad Volus. & Chrysostomus ac Theophylactus in Ioannis locum istum coofirmant vniformiter. Præterea quòd Isaac cæcutiens senectute, & caligans pre senio, fuit primus qui in scriptura hoc verbum dixit *Quomodo?* in quo licet Iudæorum Sanctissimus sit parens, non malè in hoc suorum natorum cæcitatem iam inde præsignauit. Vterque canis ergo, & rabidus est canis. Qua de causa, & à quo tempore minutiùs explicandum.

Augustinus Chrysosto. Theophylactus.

Gen. 27. 20.

Cur canis non communis, sed rabidi Enarratio cognomen præsens habeat; & de tempore atque simul occasione à qua diabolus, & postea gens Iudaica huiusmodi sint canes.

3. NOn libuit, neque licuit sub cane sine rabie, Enarrationem, quam pre manibus habemus, concinnare. Multæ etenim sunt canum vtilitates, atque laudes, quas supputat cum aliis lib. 8. cap. 40. & lib. 10. cap. 63. naturæ iudex Plinius; & Isidorus lib. 12. ethymol. sic se habens. *Nihil sagacius canibus: plus enim sensus cæteris animantibus habent; nam soli sua nomina recognoscunt. Dominos suos diligunt; dominorum tecta defendunt; pro dominis suis se morti subiiciunt; voluntariè cum domino ad prædam currunt; corpus Domini sui etiam mortui custodiunt, & non relinquunt. Quorum extrema natura est, sine hominibus esse non posse.* Quæ præconia sic excellunt, vt upprobria cuncta canum consopiant, & sepeliant, ac ideo non sub canis vocabulo communis, sed rabidi dumtaxat, hanc ego Enatrationem inscribere sum ausus. Nunc reliqua sub titulo proposita exquiramus.

Plinius.

S. Isidorus.

Quę laudes insint canibus.

4. De diabolo ab initio fuisse carnem rabidum, comperti iuris est. Cui fauet, quod serpentes summopere torquentur, cũ Cancrum Sol inuisit, vt dicitur à Plinio lib. 32. cap. 4. Cancer autem in aquis est & insimul in terra retrogradum animalculum; & in cælo quartum signum, sic dictum, quia tempore, quo Sol ad ipsum venit, vt cancer retrograditur; & aliò à nostro polo reflectit cursum suum; quapropter apud multos, peritósque auctores, Sol in Cancro, Christus sæpe in carne prædicatur; quia in illa à semetipso, tam in materia, quam in forma, visibili & externa, non parùm retrocessit; nam de materia & forma hominis in Christo sic Apostolus. *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, &c.* Et verè tunc in Cancro Diuinus Sol inuentus, quia cancer simul morbus, existit venenosus; & Christus *In similitudinem carnis peccati* venenum sumpsit nostrum; maledictus, dum pependit in ligno maledicto; & habitus pro serpente, dum exaltatus & humiliatus ibidem fuit pariter, seu exaltatus, vt humiliatio illius esset altior, sublimior, & euectior, dicente Rege Vate. *Exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, & torrentes tui conturbauerunt me.*

Quo tempore serpẽtes atrociùs torqueantur. Plinius.

Quid cancer cælo & terra; & quare Sol in cancro sit Christus incarnatus.

Philip. 2. 7.

Rom. 8. 3.

Num. 21. 8.

Ioan. 3. 14.

Psal. 87. 16.

Quare serpens qui à Iobo vocatur tortuosus, Solem videns Filij Dei in Cancri talis signo, & in hominum veneno humiliatum & conturbatum, ac in nostro Sacramento à creationis suæ initio mox sibi demonstrato (vt 2. Enarrat. abundè satis patuit) depressum & vilihabitum, peranxiè tortus est, & inuidia tam mordaci in eum concitatus, vt Christum coram se hoc modo constitutum, contempserit elatus, & ingratus suum Dominum noluerit tributo adorationis venerari. Qua rabie terebratus iustissimè est à Deo in orcum præceps missus, vbi rabidus, & Cerberus, non fictus prout alius, sed verus mansit canis. A quo puto doctos olim Poëtas fabulatos, ex serpente nocentissimo, cuius veneno extinguebantur, apud Tenarum promontorium quo erat talis bellua, ad inferósque patet igniuomus hiatus, quamplurimi mortales; virtute magni Herculis serpente trucidato, ad imósque deiecto, in canem tunc fuisse mirificè conuersum, qui trifaux, atque custos inferni perhibetur; de qoo multa, qui Virgilium illustrant commentariis, ad illud lib. 6.

Ioh. 26. 13.

A quo tempore diabolus effectus canis rabidus.

Vt Cerberus sit dæmon, à quo confictus canis huiusmodi vocatus.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci,
Personat aduerso recubans immanis in antro.

Virgilius.

Quæ accinunt diabolo, vt ille qui ex serpente feroci contra Christum, in canem semper querulum, per Herculem Diuinum & summam Dei potentiam, æquissimè est mutatus, ad inferósque missus, & ibi custoditus, ac custos factus populi, vt pœnis plus affectus, tormentis cruciati. Qui etiam trifaux est, dum triplici atque vnico latratu contra fœminam, peremit eam, & sobolem illius diuersimodè; cùm ipsi terno gutture in istum modum sonuit. *Nequaquam moriemini. Eritis sicut Dij. Aperientur oculi vestri scientes bonum & malum.* Qua via in Christianos oblatrat incessanter, canino & trino dente de quo Ioannes ait. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*; id est, carnis appetitus, quæ gula saginatur, & primo correspondet; *Nequaquam moriemini*; si comederitis ex ligno, prohibito Dei lege. Et appetentia diuitiarum, quæ placent nostris oculis; & conuenit secundo; *Aperientur oculi vestri.* Ac tandem dignitatum affectio plena vento, & aura sæculari; quæ tertio subligatur; *Eritis sicut dij*; de quibus in sequentibus diffusiùs pertractabitur.

Genes. 3.

55. De Iudæis, rabiosos nil dubij canes esse. Canes enim iuxta Plinium lib. 2. cap. 40. illo tempore præsertim in rabiem stimulantur, quo Caniculam Sol visitans, & Leonis signum intrans, maiores tunc calores exsuscitat in terris; nam queadmodum bestiarum fortissimus est Leo, ita Solis in Leone fortissimus est ardor; vnde Leo do-

Iudęi canes rabidi.

Canes rabidi quo tempore

frequentiùs reddi solcant.

A

mus Solis, apud Pierium lib. 1. & omnes in hoc doctos vocatur magis propriè. Et Christus cum Leonis intrauit domum trucem, seu Crucem sibi ipsi leenam perquamsæuam; ac ibi Leo Iudæ accubuit somno mortis, & verus Sol iustitiæ amoris sui radios fortissimos intendit, atque æstus charitatis in nostro cibo præuio supremos excitauit, tunc Iudæi efferuescentes in rabiem trucolentam, de illo præiactarunt; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* de quo n. 13. inferiùs sermo iterum texendus nobis erit.

Gen. 49.9.

Ioan. 6. 52.

Certamen Dei amoris, & Christi Filij eius, cum odio Iudæorum.

Nec primitus tum noua hæc rabies Iudæis fuit, sed vetus, ab exordio istius panis sacri; & ab vna ex potioribus illiusmet figuris, eisdem in manna cælico largissimè concessa; quo cibo prædulcissimo quotidie cum rorifica humiditate compluente, latrabat canum turba, & illud iactitabat; *Manhu*; (seu) *quid est hoc? Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Vnde optimè Chrysostomus hom. 4. sup. Matth. pietatem Dei in manna cum impietate Iudæorum certantem sic inducit. *Decertabat misericordia Dei cum malitia Iudæorum: quanto enim magis à Iudæis offendebatur, tantò magis eis addebatur.* Quò magis calor Christi feruebat charitate, eò magis contra ipsum hi canes excandebant. Quod postea re peractum, in nostro Sacramento huic genti stipulato, vt cibus cibo alteri per omnia responderet. Elegantissimè Sedulius in suo primo hymno.

B

Exod 16.15.

Num. 21. 5.

Chrysosto.

Sedulius.

Murmurat impietas, manna veniente refecta;
Panis adest Christus, murmurat impietas.

C

Cur mannæ & Eucharistiæ, quàm reliquis mysteriis Iudæi plus infensi.

Ad vmbram nostri cibi dixerunt. *Quid est hoc?* ad cibum verum Christum, *Quomodo potest hic?* Crescente Dei clementia crescebat illis rabies, & furor æstuabat; quo præsertim in hanc figuram Eucharistici conuiuij Iudæos exarsisse, Guerricus obseruauit; illic nanque Saluatoris dulcedo exprimebatur, cui illi semper obuij, & naturaliter infesti; vt amor ex tunc Christi cum eis litigaret, & certatim bonis eos pro malis cumularet.

Num. 11. 7.

6. Nec sanè tu mireris edulio in solitudine pluente Israëlitis Iudæos rabiisse; cũ manna ipsis descenderit, vt *Semen coriandri.* Semen autem coriandri, & etiam illius herba, est canibus venenum, ad rabiémque fomentum; quemadmodum Geminianus lib. 3. cap. 28. in exemplorum summa, & Beschorius verbo, *Canis* testantur viri celebres; è quibus sic posterior. *A delicatis cibis corporis Christi debent canes meritò arceri; quia secundum Plinium coriandri semen, quod hominibus est cibus & medicina, canibus est mors. Sic verè Eucharistia, quæ hominibus, id est, bonis ratione vtentibus est vtilis, canibus istis, id est, peccatoribus est damnabilis. Ideo bene præcipitur Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus.* Et Apoc. 22. *Foris canes & venefici.* Et Vega qui Hispanicè in septem scripsit Psalmos; pane hominum alimento accipitres rapaces affirmat vitam perdere; quod militat pro nobis; cum istud non ex pane, sed ex

D

Geminian.

Berchorius.

Coriãdum quantùm canibus suapte sit Lethale.

Matth. 7. 6

Apoc. 22. 15

Vega Augustinianus

A

praua dispositione proueniat harum volucrum; quæ vt deditæ rapinis, tam dæmones, quam Iudæos, vtrósque canes rabidos & raptibus gaudentes, signare bene poterunt.

Venenum panis auibus viuentibus ex raptu.

Sed aliud demirare, quod loco mihi elapso Geminianus ipse affert, in tomo nunc citato; videlicet, coriandrum, quod à canibus comestum corrumpit eos ipsos, perducitque in rabiem furore putrescentem, à corruptione canis mortui, si ceciderit in oleum, & ibi computruerit, huiusmodi liquorem vi sua sospitare, sanare, & liberare à turpi fœtulentia; si ori illius dolij, vbi iacet canis mortuus, fasciculus coriandri dumtaxat appendatur. At quoties Iudæi canes in oleum Christum cadunt, & in eum prolabuntur, de quo dicitur in Canticis. *Oleum effusum nomen tuum*: In Christum certè corruunt, cum intrant in Ecclesiam, cum veniunt & initiantur, statui clericatus, & cum ad vitæ Sacerdotalis conscendunt dignitates. Illorum nanque ascensus ad Christi functiones, descendere est in Christum, & ipsum possumdare. Hi etenim in Ecclesia[illegible]ere Christum faciunt, dum conuersi, & sæpesæpius proh dolor plus peruersi (maiori ex parte dico, & in illis qui ad Fidem, vt in Regno Portugalli, pietate Regum magna, etsi nondum probata, nec hodie comprobata) se ingerunt Ordinibus, & Sanctis Sacramentis, quę in damnum plurimorum exercent infideliter. Ignoscat Deus, ac illis maiorem lucem, & ignem obseqnij sui præbeat, qui Clericatui & Religioni admiscent talem luem, & putrem gentis sortem. Quod quidem in mea patria non semel vidi factum, & sæpius in Castella; vbi despicientia ac confidentia inaniter fundata, res tanta vilipenditur; cum tamen horum fœtor ab oleo Sacratissimo, nec coriandro, neque pane, quod manna vt coriandrum descendens figurabat, vllatenus tollatur, sed amplius infundatur & altius defigatur in oleum Sacrosanctum. Nam licet quò ad Fidem sint canes plusquam mortui, quò ad voluntatem, & actiones vitales, sunt viuentes, qui ideo cum antidotum huiusmodi non ament, id ipsum valde respuunt, & voluntariè sui ipsorum remedio refragantur. Itaque quòd vbi canes omnino sunt brutales, & cassi voluntate, coriandrum in mortem ipsos, dum viuunt, valde agit, & post mortem fœtulentiam, qua sola viuunt adhuc, ab eis longe abigit; quod semper vi caninæ est vim & mortem inferre, ac ipsam debellare; vbi verò canes sunt durissimi intellectus; ceruicis obduratæ, & prauæ voluntatis; non ista à coriandro in mortem semper fertur; sed potius coriandrum, & manna, ac panem cæli, per illud figuratum, in mortem semper promouent, in necem semper pellunt.

Coriandri quantùm canibus ne post mortem suam fœteant sit maxima efficatia.

Cant. 1. 2.

B

Iudæorum status qualis in Regno Portugalli.

C

Iudæos qui ad Sacramenta admittunt exercenda, acuatè sugillati.

D

Quæ duritia & pertinacia in ipsis fuit causa; vt olim à suo populo quoscunque viros deuios, non modico contemptu, tumore, & supercilio vocarent canes viles; nunc

Iudæi cunctos homines cur canes nuncupariut, &

hodie à canes geoti-bus hoc eis repēdatur Matt.7.27.

nunc verò à cunctis populis vocati crebro caues, non ideo à rabie sua desistant, & mitescant. Primum patet ex Lyrano in Exod. 22. & vnà ex voce Christi dicentis Cananææ; *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Secundùm verò ex patula illorum peruicacia, & gentium more omnium, quæ eos sine fructu ipsorum canes vocant. Non autem sine causa inuersio talis facta; sed quia sicut Fides Iudæos fecit quondam Dei gregis esse oues, & infidelitas vt canes existerent Gentiles; sic hodie Fides ipsa in populo Gentili de cane facit ouem, & infidelitas in Iudæo de oue facit canem; vt asserit Hieronymus ad verba S. Marci relatus apud Glossam, & Beda clarius ibi, in istum modum loquens; *Mira conuersio; nam Israel quondam Filius, nos canes. Pro diuersitate fidei ordo nominum mutatur; De illis dicitur,* Circumdederunt me canes multi: *de nobis;* Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Imo homines Gentiles, qui ante Fidem Christi idolorum tantùm petras durissimas edebant, post Fidem, verum panem & Christum in Eucharistia dulcissimè nunc edunt; Iudæi verò qui inter omnes nationes manducabant panem Fidei, modo Fide nostri panis in illo verbo *Quomodo* ab ipsis conculcata, sunt petram nimis duram scandali permordent, vt infra n.19. commodiùs explicabitur. Qui etiam in verbo *Quomodo* trifauci verè gutture tres morsus in hunc panem, vt Cerberus, fixere; primum auidæ auaritiæ, & desiderij sine limite à Deo constituto, sciendi res prohibitas, in prima voce *Quomodo*; secundum verò mentis superbæ contra Deum, contemnendo Filium eius, in alia voce *Hic*, *Quomodo potest hic?* & gulæ tandem tertium;

Beda.

Iudæi petram scandali vt canes contumaces cōmordent, & quamobrem.

Iudæi canis Cerberus in ara Sacramentū.

A in eo quòd ob illam paulò ante memoratam, hoc impiè proferebant; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

Quoniam autem ab ipso *Quomodo* enatam canum rabiem vtcunque enucleamus, illius opem è corde hoc loco flagitemus, quæ aliud verbom *Quomodo*, diuersissimum & Eucharistiæ obsequio præstantissimum, ad Angelum est prolata; quod bene S. Tho. opusc. 59. octauo illius capite in huiusmodi considerat; *Etsi forte alicui videatur istud quod dicitur de corpore Christi non esse intelligibile, attendat illud quod dixit Ioan. Damascenus.* Quomodo fiet istud (dicit Virgo) quoniam virum non cognosco? *Cui respondet Angelus;*

B Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. *Et nunc tu interrogas, qualiter panis fit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis. Dico tibi & ego; Spiritus Sanctus superueniet hic, & hæc faciet, quæ sunt supra naturam, & intellectum. Sufficere tibi debet exemplum de B. Virgine, quæ per Fidem quam Angeli verbis adhibuit, Dei Filium concepit.* Hinc fiet, vt iam neminem infestet canis rabidus; nam rosa eorum morsibus, ac dicitur, medetur; quapropter corpus Hectoris ab eius occisoribus proiectum diris canibus, à nullo quamuis plus audaci &

C truculento petitus dente fuit; rosaceo quippe oleo, à Venere, cum viueret, petunctum ritè fuerat; vt asserit pro nobis sub isto verbo *Rosa*, Homerus in Pierio. Quæ fabula ridicula in Hectore atque Venere, verissima est in Christo, qui oleum torus est, vt sonat eios nomen; & in Virgine, eius Matre, Diuina prorsus rosa, quæ abigit à nobis quoscunque canes rabidos.

D.Tho.

Maria in verbo *Quomodo* Iudæis aduersaria.

Rosa medens canum morsibus, quod flectitur Mariæ, & Christo illius filio.

DE PHYSICA RABIEI CANINÆ RATIONE, *Eucharistiæ Sacramento iustissimè adaptata.*

7. Obscvrissima est Philosophis & Medicis hæc quæstio, quam à fontibus ipsorum cum meo conterraneo Emmanuele Vargas da Costa, & Medico & Philosopho ingenij solertissimis in tractatu quem mei causa de hocce morbo fecit, libenter exantlabo. Quare incipiens à definitione in rebus necessaria; *Rabies est insana passio, ex humore melancholico, maligno, & conuulsiue, corporibus accensa; quæ & febrem feruentissimam, & simul aquæ metum, symptomataque alia non pauca secum affert.* Rabies verò debacchantium in nostrum Sacramentum, insania summa est, quæ nonem paroxysmos definitioni modò habitæ connexos semper defert; videlicet, insaniam; melancholiam; & inuidentiam; extremam cordis choleram; laniatum sui corporis; infidelitatémque in suos; ac etiam in suum gregem; nec non simul in pastores & gregis condoctores, quamualde vita di-

Emmanuel de Vargas da Costa obiter laudatus.

Rabies mor bus definitus.

Rabiei nouem passiones, & quales, ac quàm truces.

D gnos, in vita quam exoptant, & quærunt suis ouibus; ac tandem sui voicum remedium naturale odisse nimis aquam, & eam formidare. Nunc singula euoluamus.

De insania Rabiei.

8. Hæc ex visu quotidiano, & definitionis verbo primo clarissimè innotescit, quæ diabolo & Iudæis complaudit plusquam modicè; diabolo, dum Christum aliquando sub Eucharistiæ mysterio collocandum, vt paulò supra tetigi; & 2. Enarrat. explicui satis latè, contempsit ab initio; Iudæis, dum promissionem eandem à Christo factam irrisione conculcarunt; *Quomodo potest hic?* Ille superbiæ plus elatæ iniqua prauitate, hi superba curiositate à mentis sanitate (quæ insania vera est, & maxima ægritodo, inde insania, quasi morbus in quo sanitas est nulla, iustissimè vocata seu aliter, amentia, à mente quasi pro-

Insania qualis morbus, & quare sic vocata: & etiam quid amentia, ac

huius vocis eshymon.
S. Cyrillus.

cul) miserrimè abdicati; de quorum sic dementia Cyrillos apud Castro, verbo Eucharistia hęresi 4. *De Deo non sine magna impietate conclamat. Quomodo potest hic? Nec in mentem illis venit, nihil impoßibile esse apud Deum. Nam cum animales essent, vt scribit Paulus, spiritualia intelligere non poterant; sed fatuitas quadam tam magnum sibi videtur mysterium.*

Iudæorum in Eucharistiam fatuitas quam magna.

Apostolus hoc in loco citatus à Cyrillo, est epist. priori cap. 1. n. 14. scribens ad Corint. per totum caput illud quàm valde visu dignus.

De qua magna fatuitate sic percutit Bernardus hęreticum Abailardum, epist. 1. q. 2.

S. Bernard.
Mensura debent scire, qui volunt res diuinas scientia comparare.

Nihil videt per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur; ambulans in magnis & mirabilibus super se. Fatuitas stolida. Melius illi esset, si iuxta titulum lib. sui seipsum cognosceret, nec egrederetur mensuram suam, sed saperet ad sobrietatem At fatua semper mens, quæ lucis suæ vasculo Diuinam, & hac de causa inintelligilem naturam pręsumit posse capere, & capere actualiter; quemadmodum in Octauio Minutius Felix plorat;

Minut. Felix
Cur quando Deus nescitur, tunc meliùs cognoscatur.

Nobis ad intellectum (scribit meritissimè) *pectus angustum est, & ideo tunc Deum digne æstimamus, cum inæstimabilem prædicamus. Eloquor quod sentio: Magnitudinem Deo, qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuere, non nouit.*

Psal. 110. 4.

Quò magis in hoc cibo, memorabili compendio, & mirabilium Dei memoria; de quo S. Ephrem Syrus de non scrutanda Dei natura scribit 4. capite.

S. Ephrem.

Hoc sanè excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnémque sermonem; quod fecit nobis vnigenitus Filius Dei, Christus Saluator noster. Spiritualis est hæc mensa; spiritualis hęcce caro, de qua Donator eius in istum modum fatus;

Ioan. 6. 63.

Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Non quidèm, quod hîc caro non vera Christi adsit, & totum illius corpus; vt Lyra benè explicat, & Barradas tom. 2. lib. 10. cap. 8. sed quia modo quodam spirituali manducatur, & spirituali modo Fidei intelligitur, & capitur; non carnali & animali, obeso, ac valde crasso; quem Cyprianus in Pagnino lib. 10. cap. 36. Isago. sup. Bibliam describit in his terminis:

Lyra.
Barradas.

S. Cyprian.
Amentia qualis mente cognoscere Eucharistiam.

Inter Dominicæ mensæ conuiuas animalis homo non admittitur. Quidquid caro & sanguis dictat, ab hoc cætu excluditur. Nihil sapit, nihil prodest quidquid humani sensus molitur subtilitas. Omne quidquid à suis rationibus sapientibus huius sæculi deuium videtur, ad dementiam referunt. Sed veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cum in Sole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, obcæcata est, non illuminata humana præsumptio. O verba summo iure ab illo fonte lacteo prolata Cypriani! sed hominum, heu, carnalium insania demiranda! & quotidiana nihilominus, vt maior esse possit, & in maiorem admirationem nos sui semper rapiat!

Gen. c. 4.

9. Vesaniam Manichęorum miratus Augustinus, dum super illa verba, *Vidit Deus lucem, quod esset bona*; tàm stultè, quàm & impiè de Deo blasphemarunt; vel lucem non fuisse ab initio semper bonam, vel

A Deum bonitatem illius nesciuisse; delirium paucis verbis, sed admodum disertis, hòc ille modo ferit, in fine illius operis, quod edidit in eos;

S. August.

Miseri homines, quibus displicet, quod Deo placuerunt opera sua. At verò multi sic, suapte & naturaliter fastidientes res omnigenas; & quæque, licet bona, cum tædio respuentes; quibus opera aliena multoties solùm ob id desipiunt, atque displiceot, quia sciunt prios aliis ingeniis placuisse, & gaudium contulisse.

Hominum omnia fastidientium pessima sententia.

Vt canes contra Christum latrantes in pręsenti, quibus summa illius Charitas propterea non complacuit, quia beneplacitum ipsi fuerat in tanto beneficio charitate nos immēsa complecti, & cumulare. Ex amore Saluatoris his odium demanauit, & de eius benignitate maligni

B deuenere, latratibus & tristibus querelis personantes; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Miseri homines quibus displicet, quod Deo complacuerint mysteria tam excelsa: de quibos cum Algero in prologo de Eocharistia licebit affirmare:

S. Algerus.

Videtur stultum, sed stultis, Christum in specie panis & vini præsentem nobis fieri; tantilla formula panis tantam maiestatem contineri. Sed quis in Deo reprehendet quod ipsi pium est, nobis autem necessarium? Non congruit eius dignitati, sed congruit nostræ saluti, vt tali Sacramento pios reficiat; vt occulto mysterio Fides exerceatur ad meritum, & mens roborata tali cibo, fortiùs nitatur ad Regnum. Sapientißimè & fortißimè, vt tanti operis de re minima, nec artificium, nec potentia comprehendi posset.

Quantitatis valde minimæ in Eucharistia pulchra ratio.

C Sed quid facere deberent Enarrationis nostræ catuli, vt in istam defidentiæ diuinæ potestatis, & curiositatis versus illam culpabilis & prauę, amentiam nō incurrerent? Confidere Dei verbo, humilitérque Christum difficultatem interrogare; quod si facerent, proculdubio ab illo instruerentur, & rectè docerentur; vt asserit Rupertus apud eundem Paguinum lib. 10. Isago. cap. 21.

Rupertus.
Ioan 6. 52.
Secreta rerum Dei quærenda ab eo tantùm.
Luc. 15. 12.

Litigabant ad inuicem, murmurabant adinuicem, & consilium sapientia Dei, non ab ipsa Sapientia Dei, sed litigando & murmurando quærebant ad inuicem. Quid nisi malum discerent ad inuicem? Nimirum, quia mali à malis exquirebant, & à canibus solutionem petebant canes alij; non à Patre, qui

D vt filios eosdem erudiebat; quo factum, vt pium Patrem reliquerint infaustè, & ipsi ab eo profugi permanserint ignari; quod fugæ tam damnatæ non dubites referri, cum de nato recedente à tali genitore in Luc. cap. 15. scribat sic Ambrosius;

S. Ambros.

Ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit; patrimonium, nempe suum; vt illud dissiparet, viuendo meretriciè; *Atque vtinam non recessisset à Patre, impedimentum nescisset ætatis.* Recessus nanque à Deo, hęc mala secum affert; videlicet, incommoda iudicij sui pati; *Ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit*; & Ignorantiam pro absentiæ Diuinæ detrimento obscuram sustinere; *Atque vtinam non recessisset à Patre; impedimentum nescisset ætatis* Nec solùm factum, vt Deum reliquerint infaustè, ignarique permanserint, sed etiam vt

Iudæi duri, & pane ideo duritiæ tantùm digni.
Ioan. 6, 66.

ipsi

A ipſi duri & petrei perſeuerent; abierunt nanque retro, ſeu indurisſimam proteruiam qui Chriſtum reliquerunt; quibus ideo petra ſcandali, duritiæ, & contumaciæ proiicitur pro pane; non autem panis datur tam dulcis & ſuauis; pro filiis, non pro canibus ſignanter deputatus, de quo proximè Rupertus in iſtum modum fatur. *Quis autem ſit modus manducandi, non eſt meum aperire vobis. Sanctum enim hoc eſt, quod litigioſis canibus dandum non eſt. Margaritæ ſunt, quæ ne conculcentur, ante porcos mittendæ non ſunt. Non dum ſerui eſtis, qui reuerentem aurem Domino præbeatis; nedum amici, quibus ſolis notum facere habeo ritum, cauſáſque diuinas epulationis huius.* Et benè amicis ſolis; cum amicis nanque ſuis Dei Filius facit Paſcha, Matth. cap. 26. n. 18.

Rupertus.

Matt. 26. 18.

10. Hæc Patrum teſtimonia ſufficerent his canibus, ſi illi iam ex canibus non eſſent facti tigrides, quæ muſica non ſolùm nullatenus miteſcunt, ſed potiùs excandeſcunt, in cantúmque deſæuiunt; cuiuſmodi hi Sanctorum concentu plùs inſaniunt, & in Diuinas contumelias atrociùs ſe ſe efferunt. Ad inſtar coturnicum, quæ quando Luna luce veſtitur ditiori, tunc illæ cantilena maiori excruciantur, ac veluti proritu canendi conſumuntur, quò aëria libertate gaudentes euſque, aucupio tunc ſubtili faciliùs capiantur. Quibus tamen, vel inuitis adiiciam teſtem alium, Bonauenturam cap. 2. de præparat. ſic loquentem; *Cum accedis ad hoc Sacramentum, caue, ne dubitandi vacilles; & tanquam cæcus manu tentans, innitaris baculo arundineo; ſcilicet, argumentis naturalibus, & rationibus humanis; quærendo,* Quomodo *iſta fieri poſſunt; ſicut quondam Iudæi litigabant, & quidam diſcipuli ſcandalizati, qui abierunt retrò. Sed ſubiice te ipſum Deo, & captiua Fidem tuam ſub iugo Fidei, quam tantis teſtibus roboratam vides. Quid enim dubitationis in hoc Sacramento manet, quod à Chriſto tam expreſsè traditum, ab Apoſtolis prædicatum, à Sanctis PP. orthodoxis, tot centenariis annorum præfiguratum, tantis ceremoniis, & miraculis, prodigiis & obſeruantiis, quaſi teſtimoniis palpabilibus vides confirmatum? Tolle hoc Sacramentum de Eccleſia, & quid erit in mundo niſi error & infidelitas? & populus Chriſtianus erit quaſi grex porcorum diſperſus, & idolatriæ deditus, ſicut expreſsè patet in omnibus infidelibus. Sed per hoc ſtat Eccleſia roboratur Fides, viret Chriſtiana Religio, & diuinus cultus; vnde inquit Chriſtus;* Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Nec debet prætermitti quod ait idem Sanctus Sent. lib. 4. d. 12. q. 1. à n. 26. duas quidèm tranſſubſtantiationis opiniones æquilibres in eo loco aſſerens, & eas ſcitè ac ſanctè in iſtum modum ſoluens; *Quis autem ſcit, vtrum Deus ſic vel ſic faciat? cum vterque modus dicendi, ſatis ſit rationabilis, & probabilis.* Et iterum poſt pauca. *Quidquid horum dicatur, dummodo neutrum aſſeratur pertinaciter, nullum eſt periculum. Solum hoc caueatur, ne noſtra capacitatis intelligentia in obſequium Chriſti totaliter non captiuetur.*

In cantum feræ Tigrides ferociùs excandeſcunt.

Coturnices plenilunio plus cantãt, & ſe cantu iniiciunt mortis retibus.

S. Bonau.

Bonauenturæ pro Euchariſtia præclarum teſtimonium.

Matt. 28. 20.

Pro rebus de Dei arduis peroptima ſententia & pulchra reſolutio.

De eiuſdem rabiei profunda melancholia.

11. CVm ex genere & differentia confletur definitio, ſecundùm D. Th. lib. 7. ſect. 9. in ſua Metaphyſ. vbi primum rabiei definitionem propoſuimus, ſtatim ipſius propriam inſaniam ſubligauimus, quæ implet locum generis; quare genere explicato ſect. præcedenti, ſpecies, & differentias illius videamus; in quibus melancholia, vt in verbis definitionis apertè demonſtrauimus, priorem locum obtinet. Eſt autem melancholia humor ater & bilioſus, ex cholera, atque bili recocta niger B factus; quapropter atrabilis à medicis vocatur; quæ ſanguinis eſt fex, & frigida nec non in ſummo gradu ſicca; & terræ propter ſuam eximiam ſiccitatem, autumnóque perſimilis, poſt æſtus quando validos aduſta iaceot omnia terrena, & naturalia; vnde canes eo temporis in rabiem plus aguntur; vt in ſuo lib. 4. fen. 2. cap. 5. ſcribit Auicena. Hæc baſis rabiei, & ideo melancholicus eſt frigidus ac ſiccus ad alios adiuuandos; & canes ſummo frigore denſante illorum ſanguinem, vt etiam ſummo ardore æſtiuæ tempeſtatis, hoc morbo plus in hyeme autumnóque torquentur, quàm reliquis temporibus; quemadmodum teſtantur tam proximè Auicena, quàm Plinius n. 5. ſuperiùs allegatus.

D. Tho.

Ex genere & differentia conflatur definitio.

Melancholia quàm peruerſa; ad rabiémque diſpoſita.

Auicena.

Plinius.

C Et ſic canes diabolici, Iudaicique fuere, melancholia contra Deum aduſtiſſima, & frigidiſſima, ac pariter triſtiſſima (nam frigidum & aduſtum naturaliter eſt triſte) furenter concitati. Primi equidem cum Deo cæperunt inuidere; *Similis ero Altiſſimo*; inuidentia nanque eſt triſtitia boni proximi, aduſtióque in eum; & frigida charitatis fraternæ diminutio; iuxta S. Bonauent. lib. 3. cap. 25. Compendij Theologici. Secundi verò quando de Chriſto detraxere, & murmurationi contra ipsũ initia præiecere; *Non ne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo deſcendi.* Ex qua triſti melãcholia mordẽte Chriſti genus, frigiditas & ſiccitas in Chriſtum dimanauit, qua poſtea dubitarunt, *Quomodo poteſt hic?* ac rabies conſum- D mata, qua tandem confirmatos in ſcelere tam magno ſeipſos oſtenderunt; *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Quemadmodum Cain ex triſti melancholia concepta contra Abelem, ob eius Sacrificium, Euchariſtici figuram, iam tunc fratrem ſeniorem, id eſt, populum Iudæorum plus faciens, quam ſignificans, funeſtus, triſtis, ſiccus exteriùs incedebat.

Dæmoniorum & Iudæorũ melancholia & inuidentia ex quando contra Chriſtum.

Iſai. 14. 14.

S. Bonau.

Ioan. 6. 42.

Gen. 4. 5.

12. Immane ſanè crimen in ferculum Euchariſticum, quod equidem eſt lætitia, hilaritas, & gaudium, non tantùm militantis ſed etiam & triumphantis Eccleſiæ, de qua dicitur; *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis ciuitas Regis magni.* In monte nanque Sion Euchariſtia fuit

Pſal. 47. 3.

Dionyſ. Carthuſ. Euchariſtia cęli & terræ lætitia, & oblectamen.

condita, quo permotus Carthuſianus ſic ait in hunc locum. *Euchariſtia tantam lætitiam in animum trahit, vt lætitiæ appellatione cenſeatur. Hæc lætitia fundamentum dicitur Regia ciuitatis; quia huic Sacramento innititur moles Fidei.* Itaque quòd Euchariſtia exultatio & oblectamen eſt omnis terræ & cæli, vt latiùs idem Vates; *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* Nec malè, cum ſit vinum læ-

Pſal. 103 15.

tificans cor hominis, in Pſal. 103. non certè corpus hominis, & extimam perſonam, ſed intimam, atque cordis, quæ animæ coniungitur, ſubſtantiam abditiorem.

Vnde etiam per defluxum principij redundantis, lætitia quoque vera transfunditur in corpus; de qua meliùs allegoricè, quàm literaliter Eccleſiaſtici ſententia mi-

Eccleſ. 9 7

hi ſonat; *Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum.* Nam vbi pri-

Pſal. 4 7. N. 8.

mùm Pſaltes ſcripſit Pſalmo 4. *Dediſti lætitiam in corde meo*; ſtatim copulauit; *A fructu frumenti, vini, & olei ſui; multiplicati ſunt.* Quod de Chriſto in ſuo nomine, operibúſque oleum, ad noſtrum Sacramentum ex-

S. Ambroſ.

ponit ſic Ambroſius; *A fructu frumenti & vini, id eſt, à tempore quo accepimus frumentum in corpore, vinum in ſanguine.* Quod vtique

Amplexus Dei & animæ Euchariſtiæ Sacramentum.

frumentum lætitiam noſtræ animæ, & ſponſæ Dei amplexum appellat Iuſtinianus, in lib. quem de caſto connubio diuulgauit cap. 22. *Quomodo non exultet anima, quæ*

S. Laurent. Iuſtin.

ſe ſentit dignam effectam Verbi præſentia? Si Præcurſor in vtero poſitus exultauit ad aduentum Verbi, quare non magis ſponſa in amplexibus ſponſi? Sed dulciùs idem Sanctus ad cap. 19. de Diſciplina Monachorum; *Cuius vel ferreum pectus, aut adamantina mens non liqueſcat præ deuotione, cum Deum ſibi, & ſe Deo ſenſerit corporaliter vnitum? Non capit cor, lingua deficit, humanúſque ſopitur ſenſus, ad inueſtiganda*

Euchariſtia Dei & hominũ quam magnus nexus gaudij & cauſa voluptatis.

tanti arcana myſterij? O quantæ ibi deliciæ, quantus odor, qualia verba, quàm vehemens amor, quam caſti amplexus guſtantur? Nihil tunc ibi, niſi dulciſona interioris hominis cantica, clamores deſideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectionum gemitus reſonant in laudem dilecti. Prætenim mens tanti ſponſi lætificata præſentia, hoc mediante Sacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deiicitur, lumine irradiatur, pace ſatiatur, roboratur Fide, deuotione ſaginatur, atque indiſſolubili amoris vinculo Redemptori copulatur. Sanè quantùm à melancholia lætitia talis differt, tantùm etiam melancholia à vitiis generata, ſeu illis roborata reſiſtit Euchariſtiæ.

De eius inuidentia.

D. Tho. Inuidia quidnam ſit, & quale ipſius ethymon.

13. EX ſiccitate melancholica inuidia, quæ alienę proſperitatis eſt triſtitia, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 36. ar. 1. directè proficiſcitur; & hinc quaſi non videns, vel vitium bona proximi videre nunquam valens, inuidia nuncupatur. Hæc autem in definitione de rabie ſupra poſita, maligno humori hæret; maligna quippe eſt, tam ſibi, quàm extraneis, tam hominibus

Inuidia quã maligna tam ſibi quàm extraneis.

inuiſis, quam etiam, & primùm ipſis malignis inuidentibus. De inuiſis hacce peſte inferni vulneratis, de arte lib. 1. Ouidius modulatur:

Ouidius.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in aruis,
Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Et de inuidentibus Horatius Epiſt. lib. 1.

Horatius.

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

De vtriſque verò telo confoſſis tam vulnifico, Ouidius idem graphice Metamorph. lib. 2. octaua illius fabula.

Inuidia per quam optimè depicta per Ouidium.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto;
Nuſquam recta acies; liuent rubigine dentes;
Pectora felle virent; lingua eſt ſuffuſa veneno
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores;
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis;
Sed videt ingratos, intabeſcítque videndo
Succeſſus hominum, carpítque, & carpitur vnà;
Suppliciúmque ſuum eſt. — —

Inuidia in quibus ſimilis ſit coruis atque [illegible]. Nyſſenus.

Sic pingitur inuidia; de qua in vita Moyſis Niſſenus ita loquitur; *Inuidus felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet, ſimilis miluis, quos cadaueribus paſci, & pretioſis vnguentis emori aiunt*

Inuidia cur cæleſtis, & ignis cælum petens.

Quare nihil demirandum, ſi ignis ſit naturæ, nimirum, ſicca, & calida; nam pariter ſiccatur ad bona proximorum, cum ad illorum detrimenta ardore magno fertur. Et fertur ſicut ignis in ipſum cæli concauum, ſeu potius ſicut inuidia, quæ igniseſt deterior, in ipſum cæli culmen, quod quatit ſuis flammis, & prunis ardentiſſimis. Sicut enim de ambitione Hieronymus aſſeruit, natione cæleſte eſt hoc ſcelus nocentiſſimum; quod ideo à cælo venit; in cælúmque conſcendit, per viam ex ſolo aëre conſtantem rerum ſæculi; ambitio quarum in homine inuidiam ſecum generat. Hoc

Ambitio quantum malum.

autem ſemper inuidens & diuidens à cælo, ſeu ab apice qui in cælo perficitur, deturbans, quos videt ſurſum ire, & cælo quouis modo felici appropinquare. Exemplum in primo cane confecto morbo rabido, qui Angelos à ſuo diuiſit Creatore, & homines

Deo, hominiſque inuidens diabolus, hos diuidit, & ſeparat mendaciis.

ſimiliter, dum dixit ad priores; *Cur præcepit vobis Deus?* volens facere Creatorem inuiſum creaturæ; & veritatis fontem limpidum ſuſpectum de mendacio; *Nequaquam moriemini*; vt qui Deo per ſuperbiam non potuit eſſe ſimilis; per mendacia Deum ſibi aſſimilatum conſtitueret; ac ideo malum redderet, & indignum cui ſe homo ſubiectum noſſe vellet; quæ à Deo diuiſerunt terrigenas incautos. Et in ſecundo cane ra-

Iudæi ad Deum Gentes venire non ſinebant, inuidia ſtimulati. Chryſoſt.

bido, Iudaico dico populo; Iudæi nanque ægrè antiquitus ferebant, vt ad Deum ſe conuerterent Gentiles qualeſcunque, & Gentilitas aberrans à via veritatis; vt in opere imperfect. hom. 17. Chryſoſt. obſeruat. Et aptè quando canes in hoc à cunctis aliis diſcriminantur animantibus; quia

Inuidia canes domos cuſtodiunt dominorum.

alia propter ſe, & propter ſuos inſitos affectus exprimendos, emittunt vocem ſuam; at verò canes inuidi, vt homines à domo, in qua degunt, procul abigant; quos etiam propter hoc, & mordent, & dilacerant; quemadmodum Berchorius in verbo Canis

Berchorius.

ponderat, Quoaſtu à Chriſto homines in-

uidia

nidia separarunt, cum vtiqoe latrarunt, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Sed vetus & innata inuidia semper canibus, de cane naoque Plioius lib. 25. cap. 8. mirabile quid nobis in istom modum refert. *Percussus à serpente, quadam sibi herba medetur canis, quam tamen homine inspectante, minimè decerpit.*

Ioan. 6. 52.

Innidia mira canis, in hominem quem aliàs diligere putamus.

Plinius.

14. Nec homines tantummodo à Christo separarunt, sed etiam Christum ipsum iniuria denigraront, in illo verbo *hic*; *Quomodo potest hic?* hic vilis; hic abiectus, hic filius fabri inopis; hic impotens ad opus impossibiliter promissum. Vt videas quantū Cælum inuidiæ rogus petat, candorem vitæ vrat, innocentiam plus cuectam & immaculatam dente rodat, ac deuoret voraciter. De quo celebris figura adoersus Agnum Christum, carentem quauis macula, in Exod. præcessit, cùm agnum festinanter ex Legis sanctiooe Iudæi manducaront. Sed cur tanta festinatione agniculum tam mysticum, & dignum coosideratione, masticationéque maiori, lex iussit deuorare, quæ cuncta legis veteris iubebat ruminare? ita vt cunctis ex pecudibus solummodo quę ruminant, in huius rei præludium præceperit comedere, & alia abominari? Quid igitur hoc agno plos dignum ad masticandum, & inter molas mentis, & molares rationales cum mora linguæ, & lucro palati reuoluendum? Festinantes rectè agnum comedere iubentur, quia rabidi sunt canes, & rabie sua in Agnum meliorem, & figuratum per illum, rapiuntur; quò eorum met naturæ ac genio consulatur, & natura illorum patula sic fiat viris posteris; scientibus, Iodæos fuisse canes rabidos, qui Agnū tam benignum dilaniarunt pro virili, & pro votis in eius mortis martyriis discerpsere. Firmatur sensus iste ex Suarez in vita Christi disp. 40. sect. 4. ac etiam ex Bellarmino lib. 4. cap. 9. de Eucharistiæ Sacramento, dicentibus cum Chrysostomo & Theophylacto super Ioan. Christum verè die Paschæ (de quo aliqoi controuertunt) fuisse crucifixum; Iudæos verò Pascha consultò eodem anno, in diem post præcisum secundum distulisse; quia prioribus & solemnioribus Paschalibus diebos occupati veri Agoi extiterant excidio, & mortis exterminio; qood probant ex eloquiis Ioannis sic dicentibus. *Ipsi verò non introierunt prætorium, ne contaminarentur, sed vt manducarent pascha*; videlicet, post diem ipsius Paschæ lapsom; nam etiam iuxta textum ciosdem Euangelistæ, *Ante diem festum Pascha*, iostituit Christus Dom. Eucharistiæ Sacramentum, & ideo in die Paschæ sequenti vitam perdidit; etsi Baronius tom. 1. anoo. 34. n. 29. hæc verba, non iotroeundi prætorium, secus explicet. At retenta opinione doorum præcedentium; cum manducatio illius agni, totalis paschæ fuerit profectò celebratio; pro Agno Iudæi agnum hac via dimisere, & Agnum verum typico legali prætulere; non quidèm, vt piè illum ex legis ritu ederent, & mitterent in viscera, sed

Exod. 12. 11.

Cur agnus festinanter præceptus manducari.

Leuit. 11. 3. & 4.

Deut. 14. 6.

Suarez.

Bellarmin.

Ioan. 18. 28.

Iudæi cur in prætoriū Pilati non ingressi.

Ioan. 13. 1.

Baronius.

A vt impetu impiissimo in eum prosilireot, & Agnum euiscerarent, ignominiáque qua licuit eundem morti traderent; de quibus ipse Agnus mitissimus, & os suum io Vate non aperiens, huiusmodi cooqoeritur. *Circumdederunt me canes multi*; id est, *Iudæi multi, se habentes versus me, non vt homines, sed vt canes & ij verè rabidi*; secuodum Lyræ sonum hunc Psalmum elucidantem. Suarez sic se habet.

Isai. 53. 7.

Psal. 21. 15.

Lyra.

Iudæi praeoccupati circa mortem Christi, non potuerunt eo anno huic solemnitati vacare. Quia cum principes Iudæorum vehementi odio in Christum ducerentur, Iudaque promisisset, & aduentum auidissimè expectarent, verisimile est, tota illa nocte huic operi fuisse intentos; prius præparando cohortem & ministros, vt Christum caperent; B *postea ipsum comprehendendo, examinando, ac iniuriis afficiendo. Denique, cum legamus Actor. 23. quosdam Iudæos ita exarsisse odio in Paulum, vt se deuouerent, dicentes, non manducaturos aut bibituros, donec ipsum occiderent; quid mirum est, si dicamus, hos Iudæos, qui multò maiori odio in Christum ardebant, tam fuisse solicitos circa mortem Christi, vt nihil de agni manducatione curarint. Quòd si obiicias, hoc fuisse contra legem, quæ Exod. præcipiebat, vt omnes eadem nocte manducarent agnum, Iudæos autem, quamuis alioqui essent iniquissimi, tamen in obseruandis his cæremoniis obseruantissimos fuisse; Respondetur, eos ita fuisse excæcatos odio, & inuidia in Christum, vt maius Dei obsequium existimauerint curare illius mortem, quam legem exequi. Et fortasse multi eorum ex nimia malitia atque ira contra propriam conscientiam legem transgressi sunt,* C *vt animi affectum immoderatum, & insatiabilem sitim sanguinis Christi explerent.* Hæc Soarez, qui pro se adducit Emissenum, & Leonem serm. 7. de Christi Passione, quem elegantiæ suæ ergo, & veritatis plus firmandę, lectori non negabo. *Cum scribas* (inquit ille) *& seniores populi ad impium consilium Pontifices congregarent; omniúmque animos Sacerdotum cura admittendi in Iesum sceleris occupasset; ipsi se Doctores legis lege priuarunt, & spontaneo defectu ritus sibi patrios abstulerunt. Incipiente enim solemnitate Paschali, qui ornare templum, mundare vasa, victimas prouidere, & legitimis purificationibus sacratiorem diligentiam adhibere debuerant, parricidalis odij furore concepto, ad vnum opus vacant, & in vnum facinus simili crudelitate conuraut.* Scitè asserit Plutarchus, D Inuidiosos, vt Chantarides in lætioribus frumentis, viridioribúsque rosis enasei semper sulitos. Quid igitor mirandum, si admirandam contra Christi Iudæi probitatem conceperint iouidiam! Faxit Deus, vt iam Christo ex oculis sublato, tollatur quoque ab eis inuidiæ stimulatio, quò melius illis sit, & canent cum Horatio Odarum lib. 3. Ode. 24.

Actor. 23. 12.

Iudæi vt Paulum & Christum canina fame ederint, & rabie laniauerint.

S. Leo Papa.

Plutarchus.

Inuidia in meliora.

Inuidia morte moriens, post mortem videt illa, quæ viua non videbat, sed ipsis inuidebat.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Horatius.

De cholera huius morbi.

15. HÆc verbo, *conuulsiue*, definitionis comprehenditur; nam corpus atque animam conuellit vis cholerica; quæ

Quam magnus agnis cholera.

A rogo iam exercito, exteriúſque incenſo, ſummo ignis complemento, reſpondet ex diametro; vt in ſum. exempl. lib. 5. cap. 74. Geminianos aſſeuerat. (Geminian.) Hinc in Deum, ſummum bonum, canis rabidus diabolus ebibit ſummũ odium; Iudæiſque in Chriſti Eochariſticam figuram, de qua dicitor in Pſal. (Pſal. 106. 18) *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*; quod intelligi de manna non ſemel indicauimus; Et tandem in Euchariſtiam, quæ maximum eſt bonorum. (Zachar. 9. 17) *Quidenim bonum eius, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* quam tamen velut manna ſuperbè contempſere, *Quomodo poteſt hic*. (Euchariſtia quaſi cholera inuaſa Iudæorum.) Quæ cholera quantùm fuerit ſublata voluntariè ex Rege Vate claret, (Pſal. 34. 19.) *Odio habuerunt me gratis*. At verò ſine aliqua excuſatione & ratione; nam ſi canes qui cruorem corruptum & carnem putrem B manducant, hac putredine, faciliùs corrumpuntur, in rabiémque feruntur, vt cunctis eſt nototium; certè Chriſtus fuit Agnus cuius nulla putrefactio, corruptio ve in corpore illius locum habuit, (Pſal. 15. 10.) *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Verè rabidi canes, qoi panem deſpexere, cum pane canes fiant hominibus beneuoli; & qui carne à corruptione tam deuia ſunt corrupti. Sed iam morbi rabioſi omoino conſummati furores, & ſympthomata, quę reſtant, expendamus.

De ſui ipſius triſti ac ſæuo laniatu.

16. HIc febris ſub ardentis definitione continetur; nã febris ſumma corpus diuexat, & dilaniat; at rabies ſumma C febris, quæ quando eſt conſummata mordendi à ſemetipſa initium triſte facit. (Iracundia in Euchariſtiam quàm naſcens iracundis.) Et quemadmodum damnati à verme conſcientiæ interius corroduntur, ſic illi qui in rabiem prouecti ſunt peccati, ſe rodunt & conſumunt ſcabie interiori, inteſtinóque conflictu, quo dicunt conflictati, & acriter remorſi, *Quomodo poteſt hic*: cum aliis multis acribus blaſphemiis iaculatis. Et benè ſecum ipſis omnes illi conterũtur, qui contritionem de peccatis in Deum vilipendunt; (Contrarij ſibi ipſis, qui Deo contraueniunt.) à contrarietate nanqoe illa, qua ſumus contra Deum, aduerſi atque contrarij manemus contra nos, vt Iobus ſupponebat; (Iob. 7. 20.) *Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis?* & poſtea Rex Propheta; (Pſal. 50. 5.) *Et peccatum meum contra me eſt ſemper*. D Extra caſtra per Iudæos colligebatur manna cæleſtiom, & extra cordis caſtra, tumultúſque interoos Sanctiſſima Euchariſtia Ruperti iuxta mentem lib. 3. ſup. Exod. oportet ſemper colligi. Nec differt ab hac re Hypocratis ſententia in ſuis aphoriſmis. (Purgatio quæ nociua ſub cane, & ante canem.) *Ante canem & ſub cane difficiles ſunt purgationes.* Non etenim ante canem vel proximæ iracundiæ, vel ſub eius iam latratibus & diris laniatibus, iſtius cibi præuia Sacramentalis fit purgatio; quæ odio promicante, aut peiùs perdurante non adeo fit difficilè, ſed etiam vt hoc fiat, eſt prorſus impoſſibile.

De infidelitate contra ſuos, & contra ſuum gregem, ac gregis conductores, quæ cernitur in rabie.

17. HIc febris rabioſæ ſecundus paroxyſmus, qui clarior eſt in canibus, ac ſimul in dæmonibus, quam debeat confirmari; quare tantùm de Iudæis hoc palam pronunc faciam. (Iudæi verũ ſe ipſos redamẽt plus quam gentes, vel odio plus ſe habeant.) Qui ſanè ſuis neutiquam, vt creditur communiter, addicti ſunt amore, & nexu charitatis viciſsim copulati; vt patet ex Ioſeph à fratribus diuendito, & morti adiudicato; (Geneſ. 37. à o. 1.) ex Moyſe detractione Aaronis & Mariæ ſuorum fratrum ſaucio; cum eſſeot hi ſanctiſsimi; (Num. 12. 1.) ex Athalia ſemen regium, ac ſuum exterminante; & ex filiis lapidatis Conſtantini Magni tempore; propterea quòd inuitis parentibus ipſoruo fiebant Chriſtiani; (Iudic 9. 5.) de quo extat ignis pœna L. 1. de *iudic.* in Cod. Theod. vbi dictus Imperator ob iſtam in ſuos rabiem, ferales Iudæos vocat; (Iudæorum quæ crudelitas in filios baptizatos.) quæ feritas in Portugallo non ſemel viſa fuit, cum indiſcreta pietate deuotionis Luſitanæ ad Fidem ſunt compulſi.

Quod ſi iſti frequentiſsimè amici & deuinctiſsimi ad inuicem putantur, non ex ſuo amore mutuo, ſed ex odio contra Gentes, quas inter ipſi viuunt, procedere ne ambigas. Sic etenim diaboli, inimiciſsimi cum ſiot, ligantur contra homines; ſic hæretici contra Catholicos cum ſectis inter ſe & bellis ſemper rixent, in vnum ſolidan-C tur; & ſic homines primores, cum tamen ſint vtrinque belligeri & carniuori, ac pluſquàm canes rabidi altrinſecus mordaces, contra nobiles & honeſtos ſtatus medij viros, vbique congregantur. (Iudæorum vnde nam orta reciproca amicitia.) Ac etiam ab illo exilio, quod ſuſtinent per orbem; à maliſque ex Gentibus per ipſos toleratis ne dubites hoc naſci. Solent etenim qui ſunt laboribus attriti, & exules reperti, viciſsim ſe perarcto amore redamare, vt ait vel Ioannes diſcipulus dilectus. (Apoc. 1. 9.) *Ego Ioannes frater veſter, particeps in tribulatione & regno.* Quod in noſtris Luſitanis perſpicoè demonſtratur; vt illi, qui prę cunctis in patria ſuut pugnaces, ſed poſtea diſsipati per orbem vnioerſalem, ad quem loſtrandum nati, vbicúnque inoeniũtur, officioſos ſeſe exhibent altrinſeca amicitia, & fœdere amicabili. D Et inſuper in Mauro recordationis ſommæ digno *Monçaide* nuncupato, (Monçaide Mauri factum in gentem Luſitanum.) qui cum Africæ Gaditanæ extiterit indigena, vbi ſæpe à Luſitanis deuictus bello fuerat, & fortuitò in Oriente eo temporis adeſſet, quo illuc primùm appolſa nauigia ſunt Occidua, ille tamen quamuis Maurus infeſtus Chriſtianis, à noſtriſque perculſus, & pluries cruentatus, tantò hoſtium vicinorum gauiſus eſt aduentu, & viſu exhilaratus, vt chariſsimè in longinquis & barbaris prouinciis ſuſcepit noſtrates, & à multis capitalibus inſidiis eripuerit, ac eos coram Rege Samorino commendauerit, & de virtutibus, ac rebus ab ipſis clarè geſtis quamualde ſublimauerit?

Labores sæpe ex hostibus amicos summos faciunt.

rit; donec tandem propter ista à Christo muneratus, Christianus factus est, & cum Christianis transfretatus in Regnum Lusitanum; quare dixit celeberrimus Poëta gentis nostræ Ludouicos de Camoens Cant. 7. oct. 27.

Camoens.

Que alegria naõ pode ser tamanha,
Que achar gente vizinha em terra estranha.

Concordia Lusitanis cum nouo Rege vnde.

Ac tandem in Lusitanis hoc tempore acclamationis Ioannis Regis IV. hoc patet mundis oculis; nam cum pauci & dissidentes suapte semper fuerint, vt dicunt quodam prisco prouerbio Castellani, nunc tanta se concordia ad inuicem vniere, vt omnium sit cor vnum, quia Castellæ tribulatio germanos eos fecerat, vnanimes in domo, & Ioanne cum vtroque tam Discipulo, quam Rege clamantes quod iam tetigi. *Ego Ioannes frater vester, particeps in tribulatione, & regno.* En Iudæorum fraternitatis origines & fontes, in suos consanguineos; quorum quidèm fida charitas, infidelitas est maxima, cessantibus his causis, & mediis efficacibus.

Nec ampliùs sunt in gregem & populum suummet beneuoli & impensi, vel si ciues contra ciues, vel si Reges contra gentem Iudaicam tu consideres; nam quinque tantùm ex his fuerunt viri pij, at reliqui impiissimi, qui idolatriis & sæuitiis commissum sibi populum atrociter vexarunt. Ciues autem quales fuerint in suos ciues proprios, sit nobis testis Alcimus, qui concioes suos diris flagellis castigauit, & Heliodorus atque Simon, qui templum Dei pecuniis pro viduis & pupillis in eo conseruatis, curarunt expilare; & alij Iudæi nobiles, qui impiè consulebant, *Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quia ex quo recessimus ab eis inuenerunt nos multa mala.* Cum aliis multis talia in populum Iudaicum calumniatibus attritum, gerentibus non ratò; donec tandem contra gentem Hebraicam plusquam aliæ hoc verbo flagellatam, dixerunt contra Dominum litigio nocentissimo; *Quomodo potest hic, nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quo loci Doctor Afer B. Augustinus. *Litigabant Iudæi, quia panem concordiæ non intelligebant. Qui hunc panem manducant, non litigant ad inuicem: per hunc enim habitare facit vnanimes in domo.*

1 Mach. 7. 22.

2. Mach. 3. 4. & 7.

1 Mach. 1. 12.

Iudæorum in suos ciues quæ charitas multoties.

Iudæorum quæ crudelitas in Reges, & præpositos.

Iam in gregis conductores infidelitas patescit ex tumultibus & murmurationibus continuis contra Moysen, in eius libris sæpius inuentis, & notoriis. Ex Absalone contra Regem, patentémque sanctissimum, quem vniuersus Israel sequutus est ex corde; & ex casibus tot retom, qui nequeunt recenseri, nec etiam indigetari; nisi forsan testimonio illius, qui dicebat. *Quem Prophetarum non sunt persequuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti.* Donec tandem de hoc iusto ad inoicem dixerunt. *Hic est hæres, venite, occidamus eum; & habebimus hæreditatem eius.* Ecce hæreditas illorum, hæreditariáque immanitas in gregis duces optimos; qoam hodie non amittunt, sed potius quantùm poscit eorum

2 Reg. 15. 13.

Actor. 7. 52.

Math. 21. 38.

A in Christum odium, multiplicant in respublicas & Reges Christianos, quibus ipsi extinctionem non paucies machinantur; tam per dolos artis medicę tollentes sibi obuios; quam per vsuras æs cõmune, priuatúmque prædantes; quam per sanguinis commixtionem, ad Hebraicam pertinaciam trahentes quotquot possunt; atque tandem per Sacramentorum administrationem pseudofactam nocentes viris bonis; quibus causis vel mercaturæ, vel medicinę, vel Sacerdotio incumbunt libentissime; de quibus rebus omnibus exempla multa suppetunt, præsertim in Lusitania, & maximè in negotiis coronam & eius damna ac cladem census publici, & publici dominij tot vitis terra & mari à nostris comparati non paucies contingen-B tibus; quæ clariùs non dicuntur, vt etiam vel immeritò modestè sicut decet, parcatur prauitati, & ista ad bonam frugem recipere se valeat.

Iudæorum in Christianos quæ fraudes consuetæ.

Videant tamen qui communes habenas moderantur, quos vassallos in hac gente latentet secum habeant. At quomodo non erunt regimini aduersatij, qui Regem expectant vnum, qui omnes necet alios, & destruat cunctos populos, Iudaico reseruato? Multi eorum nocumenta in capita reipub. vbertim demonstrarunt; è quibus vnus est Alfonsus de la Spina in Fidei fortalitio, considet. 7. quo loci risu & planctu historiam perquàm dignam, malefici cuiusdam Iudæi in regno Galliæ, enarrat in hunc modum; affirmans, hunc, carnifice muneribus cor-C rupto, ab illo cor humanum ex vno illorum quos iuridicè occidebat, in fiustáqoe secabat, enixè postulasse, & iam fere obtinuisse nefarium postulatum, nisi carnifex de corde iam domi suæ habito, certiorem vellet casu vxorem suam facere; quæ cum Hebræum prędictum agnosceret maleficum, cum viro suo egit, vt nentiquã cor hominis, sed suis, nostro simile, eidem nequam traderet; quo facto, & corde illo veneficè incantato, in agro quodam ipsum Iudęus occultauit; quò illico, vbi primùm sepultum cor remansit, omnes porci, tam domestici quam apri truculenti contermini ipsi loco, ad eum conuolarunt, & laniatibus se mutòis ac diris lacerarunt. Qoo viso, à Magistratu exquisitio facta est de causa talis casus, & Iudæo D per carnificem, vxorémque delato; ille palam vi torturæ confessus est piaculum, addens idemmet futorum de hominibus habitantibus confinium illius campi, si humanum cor fuisset, quod humi tumulauerat. En horum contra gregum ductores, vel in gregem illorum qualis rabies; qua vtique dixerunt; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

Spina in Fortalitio.

Funestum sed facetum venefici Iudæi factum, vt homines territorij vnius interimeret.

18. At non solùm Iudæorũ est sigoum verbum *Quomodo*; Sed etiam hæreticorum; qui vt canes nunqoam agunt de quomodo saluentur, sed de quomodo in argumentis non superentur à Catholicis, quemadmodum ad Demetriadem sic ait Cyprianus; *Ad nos sæpe studio contradicendi magis, quam vera discendi veniunt, & clamosis vocibus personantes*

Hæreticis quantò maior rixandi quam discendi in fideat semper amor. S. Cyprian.

malunt ſua impudenter ingerere, quam noſtra patienter audire. Neque tantùm nobiſcum, ſed etiam ſecum ipſis rixantur, & contendunt, vt patet ex diſſidiis Lutheri cum Zuuinglio quæ vſque ad mortem trucem multorum proceſſere. Ex quodámque Germano, diæceſis Franconiæ, qui ſedem ex ſua patria in noſtrã commutauit; propterea quòd cum fratres in domo patris ſui duodecim habitaſſent, & vnuſqoiſque ſectam ſuam diuerſam ſequeretur, ille ob tantam diſcrepantiam ad Catholicam concordiam prudenter ſe conuertit, ſub qua tandem in Luſitania extremo fato ceſſit. Et demũ ex illo ſymbolo, quod pro ſuę religionis ſtemmate veridico Caluinos vendicauit; nimirum manum gladio flammigero adornatam, & verbis circuoſeptam; *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Quare ad illam Ieremiæ ſententiam lachrymabilem; *Lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos*; ſic magnus ille loqoitur Dom. 1. in Quadrag. ſerm. 2. Antonius Luſitanus. *Mammam hæretici denudant, dum in illa perfidia nutriunt ſuos credentes perfidos. Qui bene dicuntur catuli & non filij, qui nihil aliud nouerunt, quam contra Eccleſiam, & eius Catholicos blaſphemare.*

Diſcordiæ inter hæreticos exẽplum perquàm tarum.

Caluinus quod ſtẽma pro ſecta ſua ſumpſerit.

Thren. 4. 3.

S. Antonius

Qui eandem charitatem in gregem ſuum habent; vt teſtantur ædificia templorum & oppidorum ab ipſis ſolo tradita, quorum aliqua cum lachrymis in Gallia ſum intuitus, vbi tamen, in comparationem Germaniæ nil videtur, ruinæ mancipatum. Et in gregis Pontificales, Regaléſque Paſtores poblicatione grandiori; quippe qui contra Reges tumultus ſemper cient, vt in turbidis fluentis capturam ſuam faciant. Teſtis Caroli ſit noni, quem occidere curarunt, tempeſtas funeſtiſſima; quamuis Rex animaduerſus, animaduertere in eoſdem armata manu iuſſerit; quod magna illorum clade, vt veſperæ Siciliæ, Bartholomæi Sancti die (quę ideo ob morticinium ſuorum valde colunt) anno noſtræ Redemptionis 1572. in Francia viſum eſt. Teſtis hodie Rex Britannicus ab Anglis & Scotis confectus ſummis bellis, & non ſolùm à dignitate Regali ſpoliatus, ſed etiam à libertate; cum multis quæ de hac re ex ſæculo præſenti recenter dici poſſent, viuentium niſi eſſet reſpectus adhibendus, modeſtiáque tenenda; ne mali exaſperati peiores ſeſe reddant. Vnde neutiquam vanum, ſed iuſtum & prudens factum, quòd à Regibus præclaris hi homines extiterint perpetuò exagitati; vt conſtat ſatis pridẽ ex legibus nõ paucis, quas in Cod. Theod. toto titulo de hæreticis inueniet pius Lector.

Hæretici quantùm ſint tumultuatij contra Reges.

Hæretici quo anno in Gallia trucidati.

Hæretici cur ſemper exterminati à bonis Regibus.

De curſitatione, & debacchante furore rabiei.

19. HIc tertius rabiei completæ paroxyſmus, nimirum circumquáque furenter debacchari, ioaníque latratu dum aſtra micant lucida, ſæuire contra cælum; in qood latrantem canem Alciatus inducit;

A ſunt enim multi in cælum latrantes verbis impiis, & curſum vocum talium, ac ſcitu dignæ eſſent, in alios dirigentes; è quibus primus dęmon, delatrans contra Deum; *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo*; & ſtatim lapſu miſero in flammas orci corruens. *Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci*; ac poſtea mundum circuens, vt deuoret quos reperit à Fide Dei prolapſos. Secundos verò populus Iudaicus quando fecit, quod narrat Pſaltes dicens; *Poſuerunt in cælũ os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra*; ſeu aliter; in terram, & ſuper terræ faciem, vt habet Interlinea. En qualis horum canum decliuis curſitatio; quæ equidem de manna Euchariſtica figura in alio Pſalmo infra latrauit in hunc modum; tam Deum quàm terrena complectens eius bona; *Et male loquuti ſunt de Deo. Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo?* Infidelitas & latratus in cælum verè maximus; in quo aqoæ ex petra viſo miraculo tam magno, de pane an Deus hoc poſſet donare, dubitarunt; *Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo?* Qoapropter de his canibus latrantibus tam malè, & à nulla vi humana valentibus vtcúnque frenari, & cohiberi, Geminianus ſic ſe habet lib. 5. cap. 74. in exemplorum ſumma. *Aperto ore currunt, quia verba maledicta proferre non deſinunt. Lingua extra os eis pendet, quia eos nemo cohibere poteſt* In cælũ multa proiicit ſcommata Iudæus, vt claret ex Thalmud iniuriis contra Deum omnimodè referto; nec minus qui Thalmucida priuari lectione inuiti legem Chriſti ſuſcipiont inter nos, & pòſt per orbem totum, hac illac curſitantes, ſpumas oris ſui in Chriſtum contumelias diffundunt quaquauerſum: quò enim non excurrunt qoi poſt Fidem Baptiſmalem ad vomitum infidelitatis, vt canes retrogreſſi, ad hunc vomitum diſpergendum, per varias mundi plagas, diffugiunt ex Fidelibus? Duo mecum ex Luſitania (vt multi peraſſiduè) de primoribus illorum, in Galliam transfretarunt, qui continuò in Synagogas vicinas diſceſſerunt, vt ibi cum non paucis venenum cordis ſui ad linguam, noſtra in patria frenatam, tranſmutarent.

Iſai. 14. 13. 14.

N. 15.

1. Petr. 5. 8.

Pſal. 72. 9.

B

Pſal. 77. 19.

Iudæi in Deum quãtas prouciant contumelias.

Geminian.

C

Iudæi vt viri rabidi per orbem curſitantes.

D Et quod omnem crudelitatem excedere putabis, tres pueri germani vnius eorum fratres, cum eis tranſmigrarunt, qui cum aliis conſanguineis in Gallia conſedere, è quibus natu medius, vt appulit Ropellam, & à muoeris Inquiſitorij timore reſpirauit, Roſariũ quod ad collum cum imagine Crucifixi in nauigio deferebat, vni ex Domini mei Legati aſſeclis honorariis notanter ſatis vendidit; videlicet, pro imagine à globulis precandi diuiſa & ſeparata, triginta nummos petens; cui pretio, ac ſi matorus & prudens vir exiſteret, adhæſit immobiliter hic puer duodennis, licet fuerit ab emptore de ſimilitudine cum Iuda non ſemel obiurgatus. Quocirca à verbo ſuo nec vnguem declinante, cum pueri venditoris admiratione,

Pueruli Iudæi quantumuis baptizati, in Chriſtum plenus odio ſucceſſus quàmnotabilis.

mitatione, & detestatione in Fidem Christi nota, deuotionéque emptoris præsentibus notoria, imaginis Sanctissimæ venditio est celebrata. Rosarium alteri pretio minori simul vendidit. Pueruli ex cognatis qui probatiores reputantur in nostro tegno erant, vt scias in camino confusionis Iudaismi non solum tres prędictos, sed plurimos his flammis nutritos malè esse, & pessimè educatos in quos proferre liceat;

Virgil. lib. 2. *Et crimine ab vno disce omnes.*

Quos, licet mox è Gallia cum dictis consanguineis io Synagogas se contulerint, haudquaquam nominabo, vt veritas & modestia, quam Catholicæ doctrinæ alumoi profitentur, hinc meliùs dignoscatur. De hæreticis sufficiant quæ modò sunt præstricta in numero supremo. Nunc sua laudent opera, doctrinámque extollant; nam semper verum erit quod prædicat Saluator;

Matt. 7. 16. *A fructibus eorum cognoscetis eos.*

De conuersione quæ conspicitur in rabie contra lapidem, & à pane, ac quouis cibo totali auersione.

20. HIc quartus paroxysmus est rabidæ ægritudinis, qui genti Israëliticæ colludit non permodicè; nam postquam illius populus contra manna & Eucharistiam latrauit modo duplici; *Man-hu, (Exod. 16. 15.) hoc? quid est hoc? Quomodo potest hic* (Ioan. 6. 52.) statim factus canis ex filio Dei euasit. Et meritò, quemadmodum de muliere Gentili centesimo fer. Chrysologos sic astruit; *Appositè qua se canem confessa est, in hominem mutatur, & iustè conuertuntur in canes, qui filios esse noluerunt.* Quod latiùs & lucidiùs serm. 55. in istum modum habet; *Christus venerat filius, id est, Iudæos, quos genuisse talis clamore querebatur.* Filios enutriui, & exaltaui, ipsi verò spreuerunt me. *Venerat ergo filius, venerat panis de cælo, qui dixit,* Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. *Sed Iudæis conuersus est in petram. Quare in petram? quia mordere petram, ne panem à Patre quærere gestiebant,* Circumdederunt me, inquit, canes multi. *Postea quam illi ex hominibus in canes probantur esse conuersi, cælestis illis in petram conuersus est panis, non dentis vitio, sed accipientis nequitia, qui illos non reficeret, sed necaret.* Quod & S. Augustinus tract. 26. scribit in Ioan. *Nonne buccella Dominica venenum fuit Iudæ? & tamen accepit, & cum accepit in eum inimicus intrauit; non quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit.* Quam buccellam serm. 2. feriæ 5. in Cœn. Dom. explanans Bernardinus, crudeles atque sæuos affirmat illos effici, ac ideo canes rabidos, qui ex Christi Sacramento communicant peruersè. Non autem ex Solis hoc Diuini vi calore, vel optimo splendore, fouente, & illuminante benignè res mortales in esca Sacrosancta, sed ex ignis voluntatis maleuolæ feruore, edentes comboreote; quod ex manna indurescente ad ignis robur calidum, & ad Solis suauissimum teporem diffluente, serm. præced.

Marginalia: Chrysol. In canē ex filio Dei Iudæus versus est Gentilis vero è contra; ex cane in Filium Dei. Isai. 1. 2. Ioan. 6. 41. — S. August. — S. Bernardinus.

A corroborat his verbis; *Ignis cum habeat corruptiuum & mortificatiuum calorem, significat amorem libidinosum, ac mala voluntatis desiderium. Sol verò cum habeat calorem viuificum & salutificum, Diuinum amorem designat: & ita manna quod indurabatur ad ignem, & liquefiebat ad Solem, significat, quod hoc Sacramentum in obdurationem vertitur iusto iudicio Dei, his, qui habent ignem malæ voluntatis, & in resolutionem deuotionis, his, qui habent solem amoris Dei.*

Exod. 16. 21. Manna quale ad Solem fusum, ad ignem verò durius.

A qua fixa veritate non abest Christi vox sonantis huiuscemodi; *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* (Luc. 11. 11.) Vnde constat, non petram à patre dari filiis, sed panem & cibum gratum; vt vnde filij viuunt, exindemet alantur, & sumant B alimoniam. Quapropter, cum ex Christo, cuius corpus sumus mysticum, nos vitam capiamus, ex ipso simul escam, vt Paschasius de Euchar. cap. 20. argumentator, desumere oportebat; sicut canibus latrantibus, & æmula inuidentia zelantibus Dei Filium, in multis locis sacris pro pane lapis datur; è quibus sic Matthæus; *Qui ceciderit super lapidem istum confringetur.* Et Petrus cum Isaiæ oraculo sic loquens; *Ecce pono in Sion lapidem summum angularem. Qui crediderit in eum, non confundetur. Non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli; & lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.* Tales equidèm contra Christum præbuerunt se Iudæi, C dum non promissum panem accipere libentet, sed verbis suis lapidem mordere maluere; *Quomodo potest hic.* In Græco textu est; *Pugnabant ergo Iudæi*; tanquam homines qui rationibus pugnare contra Deum, non autem Dei volebant doctrinam venerari, de quibus Ieremias; *Quare auersus est populus iste, auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.* Pro quibus verbis vltimis, *Et noluerunt reuerti*; de arcanis Scripturæ lib. 9. cap. 4. hæc ponit Galatinus; *Fortificauerunt se in dolo.* Quid verò sunt hæc omnia, nisi lapidem mordere? & dentes petræ Christo inijcere maleuolos? à panéque, & omni esibilis rei genere auerti voluntariè; quod insitum & ingenitum huic genti semper fuit; tam auerti ab D omni cibo voluntate sua propria, dicente Rege Vate; *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis*; de manna & Eucharistia iam alibi explicato; quàm conuerti crudelissimè in petram, de qua ait ad Corint. D. Paulus. *Petra autem erat Christus.*

Marginalia: S. Paschas. — Matt. 21. 44. — 1 Petr. 6. & 7. — Christus panis atque lapis, tam fidis, quam & infidis. — Ierem. 8. 5. — Galatinus. Iudæus quantùm durus, & durū morde lapidem. — Psal. 106. 18. — 1. Cor. 10.

Qua de causa sacro fonte cum isti sunt abluti, octo menses cum Catechumenis iubentor commorari, per text. in cap. *Iudæi.* de Consect. d. 4. Duritiem quorum Christus prætendens emollire, se panem per Ioannem tam sæpe nuncupauit, quia vt asserit Cyrillus apud doctum Maldonatum Ioan. cap. 6. n. 88. *Quemadmodum cruditati vulnerum, non vnum, sed varia vicissim remedia conferuntur, nec semel sed frequenter reme-*

Marginalia: Cur panem se se Christus multoties appellarit. — S. Cyrillus.

diis molliuntur, sic duro animo varia quadam & frequens doctrina accommodanda est. Ipsi verò hac diligentia nil facti mitiores, in panem sic oblatum mordaces extiterunt, *Quomodo potest hic? &c.* ita vt eis verè quadret prouerbiũ Plinianum lib. 29. cap. 5. *Canis mordens lapidem.* Et quod alibi ridiculum, facetúmque profatur; *Aliqui in Africa canem pro Rege habent, motu eius imperia augurantes.* Est etenim in ardore, nigredine, & siccitate, ac etiam in venenatis, infernus mundi Africa; at alius mundi infernus vitium mordicus defendere; qui autem ad hunc infernum deueniunt obstinatum pro rege canem habent, id est, animum caninum, maleuolum, & proteruum, hæc solùm consectantes, quæ autem sunt Diuina & mollia contemnentes.

Canis mordens lapidem.

Plinius.

Rex hominum vbi canis.

21. Et verò dum hi aures cælestibus non præbent, terrestrem cantum audiant Poëtæ ad obduratos spiritus loquentis;

Horatius.

——— Fragili quærens illidere dentem
Infringit solido. ———

Quantùm autem super Christum dens impius infringator, non malè super Ioannem vndecimo tractatu ad verba Euangelistæ, *Nunquid & vos vultis abire?* scribit Augustinus. *Ostendere illis voluit* (ait Doctor Africanus plus calamo, quam ense pernotus olim Scipio) *quia ipse illis praerat necessarius, non illi Christo. Nemo terreat Christum, vt non sit Christianus. Nihil beatior erit Christus, si tu non fueris Christianus. Bonum est tibi, vt sis Christianus, si autem non fueris, malum Christo non erit. Si fueris sine Deo, minor eris; si fueris cum Deo maior Deus non erit. Non ex te ille maior, sed tu sine illo minor. Cresce ergo in illo. Noli te subtrahere, vt quasi ipse deficiat. Reficieris, si accesseris; deficies, si recesseris. Integer manet te accedente, integer manet te cadente.* Hæc ille; quibus nulla ad lapidem præsentem inuenies meliora. Eucharistiæ nanque mihi videtur valde consonum, quod Aleiatus de cane Emblem. 164. latrante in Lunam ait;

Ioan 6.67.

S. August. Derelinquente Deũ homine, quid Deo fit, & homini.

Alciatus.

Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis;
Et peragit cursus surda Diana suos.

Nam Luna huius mysterij tam pulchra & Deo plena, quàm nullo modo varia, semper surda, & aspernans quoscunque sibi infestos, perfecit cursum suum; quemadmodum perficiet quousque mundus finiat; *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Quocirca canes alios à Fide desciscentes, & insuper seipsos nõ paucis dignos morsibus, permordeant canes isti; at verò Christum lapidem non oderint, sed diligant; est enim velut lapis; de quo ipse Iurisprudens Poëta sic eloquitur Emblem. 174.

In lunam latrans canis cur hostis sit cælestium, & Eucharistici Mysterij.

Matt. 28 20.

Arripit vt lapidem catulus, morsúque fatigat,
Nec percussori mutua damna facit;
Sic plerique sinunt veros elabier hostes,
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

De odio aduersus aquam, in morbo canis rabidi.

22. HIc vltimus ægritudinis istius paroxysmus, odisse prorsus aquam; & eam formidare, vel visam, vel auditam; seu murmure natiuo, seu alio quouis modo, quo ipsa moueatur, vel tantùm nominetur; cum tamen aqua sit illorum medicamen, vt ex illis, qui ad vndas, ligati bene funibus, marinas exponuntur, & ita sospitantur, clarissimè patescit, ex Poëtáque exilium hoc morbo comparante de Ponto lib. 1. elegia 4.

Tollere nodosam nescit medicina podagram;
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Ouidius.

Quod odium magis vrget aduersus claram aquam; quoniam ibi canem rabidum repræsentari febre ista afflictis solet dici, & insuper ab Aristotele lib. 3. cap. 2. de animalibus probatur; effectus cuius causa nunc subest explicanda. Et verò morbus hic, vocatus hydrophobia, ex fonte venit duplici, & duplici principio.

Aristot.

Materialiter, nimirum, ex pessima intemperie, tam summo gradu calida, quàm sicca in summo gradu; quæ postea quàm ad corporis dominiũ sublimatur; & habitum, prout dicitur, inducit, ac constituit, non appetit per contraria expelli, & remoueri; sed potiùs conseruari, in locóque defendi per media consimilia. Conseruationem nanque suam suaptè quærunt omnia, qui appetitus si deficeret, deficeret & mundus, & à sua mox compage solutus funderetur. Illud verò conseruatur, quod dominatur in re mixta, & in bello contrariorum contraria supergreditur. Cum autem talis qualitas in summo gradu sicca, & calida agnoscatur, hinc igitur procedit, vt aquam velut frigidam, & humidam reiiciat, quò ipsa consumetur; sunt etenim hæc aduersa infirmitati rabiosæ, quantumuis eius sint remedium salutare. Probatúrque ex viris hydrophobis, hoc duplici indicio satis claro; quia nihil volunt cibi accipere, vel potus; propterea, quia cibus tam calidus & tam siccus non potest illis dari, vel vspiam reperiri, quo in rabie ex his duobus compacta, conseruentur; & etiam, quia spumas emittere non cessant, vt omnem humiditatem amoueant à se ipsis, atque calidam siccitatem adaugeant, qua tunc pollent: ex Auicena lib. 4. Fen. 2. cap. 5.

Hydrophobi, seu rabidi, cur aquã perhorrescant.

Cur rabidi nil cibi vel potus velint capere.

Auicena.

Formaliter nil minus, ex insania per siccitatem & caliditatem superantem, in cerebrum introducta, vt asserit Galenus de theriaca ad Pisonem, hæc passio generatur. Probatúrque exemplis. Primo, quia nihil curant, sed potiùs detestantur quæ sibi sunt vtilia, hoc morbo laborantes; nam dolentes, qui dolorem nec sentiunt, nec remediis procurant releuare, his quidem mens ægrotat, vt loquitur Hypocr. 2. Aphorismorum; at tales sunt hydrophobi; ergo forma istius morbi amentia, & mentis est acerba profligatio.

Galenus.

Hypocrat.

gatio. Secundo, quia ipsi per maximam dementiam, qua nulla maior datur, consciscunt sibi mortem, & ideo nihil mirum, si oderint contra mortem remedia opitulantia, per consequénsque aquam proficuam, & efficacem. Tertio, quia quidam vir relatus apud Ætiom in cap. de hydrophobia, mente sua vicit mentem à rabie perturbatam; qua considerans non veram, sed potiùs illusiuam, & ex phrenesi procedentem effigiem canis esse, in aqua sibi obiectam; in illam se proiecit, & sanus factus est. Quarto, quia tam prægnantes, quam fœminæ non vetulæ quæ menstrua non expurgant, carbones atque testas manducant auidissimè, cibaria verò optima fastidiunt, atque respuunt; videlicet, ob menstruum in corpure retentum, quod ex sanguine maligno & valde melancholico, constare nullus ambigit; sed rabidis hic peior & tetrior malrò inest, ergo ipsis post naturam corruptam naturale, vt ignem mortis quærant, & aquam vitæ suæ ministram perhorrescant. Nunc canibus, de quibus pertractat Enarratio, materiam accommodemus.

Prægnantes & carentes profluuio menstruali cur appetant edulia tam, vilia quàm nocentia.

23. Iudæi quò ad corpus, sunt calidi atque humidi; vt ex magna fœcunditate illorum satis claret; at verò quò ad animum sunt calidi atque sicci; nam ex istis qualitatibus durities constituitur; & illi sæpe duri, ceruicísque durissimæ à Deo nuncupantur. Vlteriùs quòd & sunt respectu diuinorum, & animæ profectus, spiritus insani; quo pluries contra Deum blasphemias proiecerunt, murmurarunt, & arcana Diuina interrogarunt. Deinde mortem sibi & simul filiis suis obnixè petiere, *sanguis eius super nos & super filios nostros.* Ac tandem velut fœminæ non carent fluxo menstruo; vt ait in hæc verba Ludolphus Carthus. 2. p. vitæ Christi cap. 62. *Optimam hæreditatem reliquerunt Iudæi filiis suis; perseuerat enim vsque hodie super Iudæos hæc increpatio pœna & criminis, & sanguis Christi non aufertur ab eis; vnde in singulis lunationibus, vt dicitur, fluxum patiuntur sanguinis; Percussit enim eos Dominum in posteriora, & opprobrium sempiternum dedit illis.* Hæc ille; cui Spina lib. 3. crudelitate 5. in Fidei Fortalitio suffragium suum præbet. Quapropter non est inuium naturæ Iudæorum, vt veluti prægnantes & viri menstruales, terrena cælo præferant, peponésque, ac cepas, cucumeres, & alia præponant mannæ cælico; manna verò & Sacrificium per ipsum figuratum, fastidiant, & contemnant. De primo lib. Numeri; *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & alia. Anima nostra arida est super cibo isto leuissimo.* De secundo nostrum thema fastidio refertissimum; *Quomodo potest hic?*

Iudæi quarum qualitatum sint corpore atque anima.

Matt 27 25

Iudæi velut fœminæ, dicuntur menstruum pati

Ludolph. Carthus.

Psal. 77. 66.

Spina in Fortalitio

Num 11. 5. & 21 5.

24. Hinc Baptismi aduersus aquam illorum sænum odium, cum tamen ex hoc pendeat ipsorum salus vnica; quam quidèm antè futuré, & optimè prænouerant, & anxiè cum Ezechielis promissis suspirauerant; *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Cum aliis ibi multis, non parum lectu dignis; vnde factum, quod Baptismi perueniente occasione, & tempore in Oraculis Diuinis prophetato, sicut multis ex indiciis Iudæi bene nouerant, à Baptista illius aquam tam feruide accepere, vt ad eum omnis Ierosolyma, Iudæáque exierint, & ad fluenta sacri fluuij confluerent, vt flumina; quemadmodum in Matthæo clarissimè affirmatur. At postquam per inuidiam in Christum sibi inuisum liuore conspirarunt, & Christum & Præcursorem à viuis sustulerunt, & aquam ab eis traditam tam acriter oderunt, vt ad illam super omnia descendere perhorreant. Quibus tamen intimandum, vt ipsi in sanctum balneum amore & fide pura libenter se proiiciant, proiecti seu ab aliis pietate coactiua, vt sub Rege Emmanuele (incauto, licet magno, illius certè zelo) in Portugallo factum est, nullatenus abiiciant, imò potiùs magnifaciant lauacrum salutiferum; nam vt inquit Cyprianus lib. 2. epistol. 2. scribens ad Donatum, dum non esset baptizatus, vix poterat adduci, vt crederet quæ Christiani de virtutibus Baptismi præclara diuulgabant; videlicet, repentè mutari in eo hominem, peccata verò dilui, & gratias atque dona in illomet donari; sed postea in se expertum hæc omnia nimis vera; & Augustinus lib. 4. Confess. cap. 4. amicum quendam suum ardentissima cum in febri fuisset extra se, Baptismum recepisse, ipsóque conualuisse, grauissimus est testis.

Ezech. 36 25

Iudæi ad Præcursoris Baptisma cur tam feruidi.

Matt 3 5.

Iudæi Redemptoris Baptismum cur nam oderint.

S. Cyprian.

Baptismi vis & virtus quàm magna sit suapte.

S. August.

25. Sed & aliam Iudæi aquam odere valde claram, nimirum Christi corporis perspicuum Sacramentum; quantumuis ob Mysterij altitudinem profundam, vt accidit in æquoris vorticibus immensis, sit pariter obscurum. Quod si ita in maris fluctibus, de quibus canit Psaltes, *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. illic reptilia quorum non est numerus*, res ista sese habet; quid erit in Dei mari, cui possumus inuertere; Hoc mare maximū & spatiosum nimis; illic mirabilia, quorum in mente creata non est numerus. Pro quibus valde militat Apostolus dum ait; *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius!* Si etenim Philosophi non calluere maris intima, & etiam multa minima, quid erit in hoc mari in rebus cunctis maximo? Facessat longè igitur superbia talium vana, qua putantes scire omnia, & insciè sunt amétes, & amentiam, quod est teriùs, ignorant suam propriam. Vnde sanguis atque aqua ex Christi fluxit latere; hæc clara naturaliter, is ruber & obscurus, vt clareat quàm obscurum & clarum sit hoc Sacrum. De obscuritate Iudæi annuunt; de claritate quæ sequuntur in suum lucrum audiant. Ego enim puto in lapide duritiæ de qua supra, hos Christum permodere; id est, lapidem mordere, ac lapis Christus esset; Christum vero deuitare, in lapide quem mordent; id est, ipsum vilipendere, ac lapis vilis foret. At nec Christus deuitatus, est lapis quem diffugiunt, dum

Eucharistia in claritate & obscuritate velut aqua.

Psal. 103. 25.

Rom. 11 33.

Ioan 19 34.

Cur aqua & sanguis simul ex latere manauerint.

Speculum Eucharistia, & quantæ claritatis.

ouum valde mordent, nec lapis hic à dente illorum morsus est; sed aqua ipsos mordentes est mundans, ac fœcundans, & in sui claritate speculum illis præbens, vt videant in hac aqua mysterij de quo agimus eximiam veritatem.

Num 20.8.
1 Cor. 10. 4.
S. August.

Vide lapidem bis virga percussum à sancto Moyse, & inuenies esse Christum percussum bino ligno, seu Cruce per Mosaycos ministros interemptum; sicut dicitur à Paulo 1. ad Corint. cap. 10. & à calamo Augustini per Glossam memorato. Vide insuper hunc lapidem tam in deserto, quam in Cruce fundente dulces aquas; & credes non tam lapidem lapidantem malos esse, quam aquam claram ipsis speculum offerentem. Quod iterum in Euangelio clarissimè intueberis, dum verè & verè Christus se cibum & potum vocat; *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Repetitio nanque est indiciom claritatis, & clarum velut aquam, quantumuis profundissimam, mysterium tantum esse. Et verò sicut olim à lapide potante, & aquas largiente fugerunt Israëlitæ cum vtique dixerunt; *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua, & torrentes inundauerunt?* Sic nunc à mensa nostra per illam figurata, erat enim manna illa, vt à lapide fulminante, Iudæi fugam capiunt; *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro.* Nec istud sine causa ab illis solis orta; quoniam lapidem iam Christum duritia sua fecerant; *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* à quo lapide sic facto mox ipsi fuga turpi iniquè recessere; *Durus est hic sermo. Abierunt retro.* Aperiamus accuratiùs, cur Christus non sit lapis, sed panis, atque aqua, tam mollis, quàm & clarus, omni alio pane & aqua longissimè suauior.

Vt Christus quando lapis sit aqua, & quam perutilis.

Ioan. 6. 55.

Psal 77. 19. & 20.

Ioan. 6. 66.

N. 62.

26. Primum patet ex responso quod Iudæis obduratis ad verba mitis Domini, *Nunquid & vos vultis abire?* B. Petrus dedit; *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu est Christus Filius Dei*: id est, potens ad faciendum quæ tibi complacuerint. Bene autem dixit Petrus; *Et credimus, & cognouimus*; quia credere priùs est, & postmodum cognoscere, vt dicitur in Glossa. Quare si Capharnaitæ mysterio credidissent, id ipsum intellexissent, ac etiam manducassent; quemadmodum intellexere, de illòque sumpsere, qui cum mundi Præceptore fideles permansere, vt optimè Augustinus relatus à Pagnino lib. 10. cap. 25. Isago. sup. Bibliam scibit istiusmodi; *Stultè atque carnaliter cogitauerunt & putauerunt, quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & ideo dixerunt, durus est hic sermo. Ipsi duri erant, non sermo. Etenim si duri non essent, sed mites essent, dicerent sibi; non sine causa dicit hoc, nisi quod est aliquod Sacramentum latens. Si manerent cum illo, leues, non duri essent, & discerent ab illo, quod illi discedentibus, qui remanserunt, didicerunt. Nam cum remansissent cum illo discipuli duodecim, instruxit eos, & ait*

N. 67.
N. 68.

Inter homines plùs duros quã mollis panis sit Eucharistiæ Sacramentum.

S. August.

A *illis. Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, id est, spiritualiter intelligite, quod ego vobis loquutus sum. Non hoc corpus, quod videtis in forma visibili manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, qui effusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum vobis aliquod commendaui, spiritualiter intellectum viuificabit vos. Etsi necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi.*

Christus lapis & Iudæi, sed Christus in cortice, Iudæi in corde.

En lapis modò durus in panem mollem versus, at qui lapidem tam durum dicebant Redemptorem, in lapides conuersi; & sic Christus, qui interiùs putabatur esse lapis, exterius lapis tantùm in verbis suis mansit, qui verò durum lapidem malignè Christum fecerant, hi lapides in præcordiis interiùs perdurarunt. B Vtrumque à pio Domino iustissimè dispositum, quia & verba Sacrosancta ob secreti reuerentiam lapidea debent esse, id est, rudia, & impolita ac lapidum asperitate externa circumtecta; & lapides in parte ipsorum interiori, qui potiùs contradicere quàm discere elegere, & lumini rebellare, quam esse illuminati. Ita S. Augustinus in Glos. ad illa verba *Durus est hic sermo; Sic oportebat Christum loqui* (scribit Sanctus iste) *vt ab homine non intelligeretur, sed secretum Dei verbis tegeretur. Secretum autem Dei intentos debet facere, non aduersos.* Et Ludolphus in vita Christi p. 1. cap. 70. cum verbis S. Petri. *Domine, ad quem ibimus? Et cum non sit similes tibi, non est à te, sed ad te eundum. Vnde inquit Augustinus. Si nos repellis à te, da nobis alterum te, quem pro te sequamur.* C Sed & iterum Augustinus in Commentar. sup. Ioan. vndecimo tractat. hos petreos viros carpens; *Carnem suam sapit, qui carnem Christi nondum sapit. Sic sapiebant discipuli, qui retro abierunt. In ore autem Petri bene sapuit caro Domini, quando Domino respondit; Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Viden quomodo hicce panis sit mollis atque dulcis, & demum tam suauis, vt alium quemuis mundi repudiet D. Petrus!

Obscuritas Diuinis mysteriis quàm conueniens.

S. August.

Ludolphus.

S. August. Quàm optimum palatum ad bona degustanda sit verè D. Petro.

27. Secundum, velut aquam hunc panem clarum esse, exinde satis liquet; quia Apostoli in Cænaculo de Mysterio tam eximio nequaquam sunt commoti; quod à Sanctis Euangelistis minutissimis in hoc, non erat sub silentij scriuio relinquendum. Sic autem res euenit, vt asserit Chrysost. hom. 83. D in commentat. sup. Matt. & 45. sup. Ioan. quia Christus iam instructos Apostolos habebat; & quia simul eos per Fidem illuminabat, vt crederent huic Sacro, à fide tam remoto. Præterea, quòd & alia mysteria quæ credebant; nimirũ, Christum esse tam hominem, quam Deum; conceptum sine viro, de Virginéque natum, hoc facilè reddebant. Hæc ratio genuina cur ipsi non turbati; non autem quod hæretici inaniter confingunt; videlicet, sub pane non esse verum corpus, sed solum sub figura, & corporis imagine. Non etenim id permittit adiectio, & expositio, quas Christus subligauit; adiectio, ad illa verba; *Quomodo potest hic?* quæ sub duplici affirmatiua

Apostoli in cænaculo de mysterio tam mirando cur nihil demirati.

Chrysost. Vt clarum velut aqua Eucharistiæ sit mysterium.

munita

munita iuramento, huiusmodi se habet.
Ioan. 6. 53. *Amen, amen dico vobis; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Expositióque ad illa;
N. 60. *Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* in formam talem habita;
N. 61. & 63. *Hoc vos scandalizat? Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*; id est, modo spirituali intelligenda, non carnali; nam licet Christi caro realiter hîc detur, carnaliter & visibiliter haudquaquam nobis datur; sed potiùs spiritualiter, aliena sub specie, mirifice occultata.

Quæ equidem expositio ex sententia immediatè
N. 65. sequenti roboratur. *Sunt ex vobis qui non credunt.* Hæc enim non cohæret figuræ carnis Christi, sed potiùs veritati; spirituali tamen modo; qui modus ex nonnullis Euangelij locis aliis clarissimè innotescit; videlicet ex illo in 1. Enarratione de
Matt. 28. 10. Eucharistia interpetrato. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Ex illóque
Matt. 26. 11. contrario. *Me autem non semper habebitis*; quæ per istum locum tertium egregiè con-
Luc. 24. 44. cordantur. *Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*; non quòd Christus eo temporis cũ discipulis non esset, quo à mortuis rediuiuus, & gloria redimitus, hæc illis loquebatur; sed quia modo erat remoto ab ordinario; Et sic in Eucharistia, cui verba iam prædicta summopere
Ioan. 6. 63. conueniunt. *Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt*: id est, modo non communi, quo ego in vita sum, à vobis amplectenda: sed alio, longe alio, quo dabo carnem meam, à carnis forma procul, & tamen sub velamine extraneo nimis veram. En velut aqua clarum Eucharisticum Mysterium; quod clariùs adhuc fiet ex calculo Barradij, tom. 4. lib. 3. dicentis quatro cap.
Barradas. *Clara est velut aqua huius Sacramenti veritas, & tamen heretici ex fonte vitæ sibi mortem hauriunt; cibum, potúmque cælestem in venenum vertunt; in perspicua Christi verba Sole claro impingunt. Heu Christus Deus! Quem in Augustissimo Sacramento posuit ardens hominum amor, positus est in ruinam multorum hominum, qui cum talpæ sint, putant se linceos esse. Vtinam ad omnipotentiam Dei videndam linceos oculos haberent. Quis enim neget posse omnia, qui omnia mundi fecit, & fecit sicut voluit, ex nihilóque fecit? Ergo potest panem & vinum, in corpus & sanguinem conuertere. Hoc est corpus meum; ait; Quid clariùs dici poterat? Fidei omnia sunt perspicua, perfidiæ omnia tam obscura, vt nihil ab eis videatur.*

28. Itaque quòd Eucharistia est aqua per se clara, cui nihil tam obscurum & tetrum, seu aduersum, quã incredulitas refragans, præsertim Iudæorum, vt in illorum duce & Dei amico magno Moyse, plus propter nostrum exemplum, & mysticam figuram, quàm propter eius culpam, si liceat ita fari, perspicuè est demonstratum. Sic nanque dixit Deus, pro aqua (de qua supra) donanda suo populo; *Tolle virgam, & congre-*
A *ga populum, tu, & Aaron frater tuus; & loquimini ad petram corã eis, & illa dabit aquas.* Num. 20. 8.
Ille autem incredulitate Iudaica plus percussus, quam lapis virga fuerat, non ad literam peregit quod ipsi Deus præceperat; quapropter fuit ibi incredulus vocatus, & ad terræ promissionis prohibitus ingressu.
Sed quæro, in quonam Dei formaliter & literaliter constiterit præceptio, vt magis nobis eius delictum notum fiat? Perspicuè in eo puncto hæc constitit solúmodo, quòd lapidem non virga, sed tantùm verbo suo ferire iussus est; *Loquimini ad petram, & illa dabit aquas.* Quod vtique fuisset præ cunctis signis aliis, miraculísque factis, tam nouum quàm à Moyse eousque non patratum, & ideo Dei potentiæ miraculũ ostensiuum; Moyses quatenus Iudæus rebellis Eucharistiæ.
B quocirca sic de fratribus Deus queritur duobus; *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.* Quasi diceret N. 12.
expressiùs. Si coram filiis Israel ad petram loqueremini, & illa sine vlla percussione daret aquas, magis eos instrueretis in obedientia, quam sine aliqua flagellatione mihi debent; ac per cõsequens plus hoc modo sanctificatetis nomen meum; quàm vtiq; sanctificastis percutiendo durum saxum. Ita Lyra cum Hebræis; è quibus clarè patet; Lyra.
non per modũ percussionis, sed potiùs consecrationis dumtaxat verbo factæ, voluisse Deum illic miraculum operari, vt quia petra erat in Apostoli doctrina 1. Corin. cap. 1. Cor. 10. 4.
10. Eucharistiæ figuratio, consecrationem
C iam tunc Deus illius præsignaret, & ipsius facilitatem, ac magnam claritatem in aqua verbo eductam quamualde diuulgaret. In quo Moyses velut caput deliquit Iudæorum, qui huiusmodi Sacramento fuerunt semper obuij. Eucharistia quantùm in aqua excurrat, atque clareat.
Secus verò Melchisedech, qui vt caput Christianorum, non percutiendo, sed benedicendo, vt Christus, panem & vinum, hæc duo tantùm obtulit. Quid melius pro Eucharistiæ profundæ claritate? Melchisedech vt Christianus fidelis Eucharistiæ.

Nil certè huic veritati, nisi infidelitas, & Iudæorum primariò refragatur; de quibus noster inclytus Episcopus Osorius de Sapientia lib. 2. egregium rei præsenti figmentum ab illis traditum, in istum modum refert; videlicet, in Sancta Sanctorum sui templi, fuisse duos canes, ex ære fabrefa-
D ctos, qui illuc accedentes latratibus abigerent, ac etiam dementarent, ne nomen Dei ibidem scriptum in quodam lapidè, memoriter apprehensum, exinde reportarent; quo miracula quæcúnque facillimè agebantur. Christum verò miro astu hos canes delusisse; nimirum quia ingrediens in locum Sanctuarij, sub pelle sui femoris, cultelli propter hoc cõsultò incisa ferrei, in charta Sacrum nomen ei licuit occultare, ne obliuio per latratus caninos excitata deleret nomen Sanctum, quo inde post educto, patrauit tot miracula. Verè ipsi canes ænei, ac ære duriores, vt latè & eleganter prosequitur Osorius. Qui vt ænei nihilominus Diuini amoris igne soluantur ab obstaculis, & Osorius. Iudæi canes ænei, de canibúsque æneis ab eis falsò positis in loco Sanctuarij.

in Christi obedientiam, vt funditur æs durum, fundantut ipsi quoque, quos primitus vocauit, & primùm ad eos venir excelsus ille panis, de cælo qui descendit, & dixit de hoc populo; *Non sum missus nisi ad oues qua perierant domus Israel:* nam ones eos iterum è canibus efficier, & illis cibum tribuet, qui vitæ, & intellectus, nec non pariter Sapientiæ cognomento salutaris, & aquæ nuncupatur in libro Eccles. *Cibauit illum pane vita & intellectus, & aqua sapientia salutaris potauit illum:* nimirum Christi corpore, vt ait Interlinea; quod vitam dilargitur, & intellectum miro modo credentibus adauget; & aquam sapientiæ salutaris secum affert, seu sapientiam salutarem ipsius Christi corporis, & istam velut aquam clarissimè splendentem.

Ioan. 6. 52. Matth. 15. 24. Eccl. 15. 3.

29. Nec aquæ tantùm claritas huic ineſt Sacramento, sed insuper & olei, qui alius liquor est splendidus & lucidus; nam & lapis vnctus oleo est Christus lib. Genes. seu lapis totus olei, vt oleum solet esse cum frigore constringitur, quod ad minimum calorem vtilitatibus humanis resoluitur confestim. Christus enim totus oleum, ad frigus cordis nostri dumtaxat induratur, sed igne amoris sui tantillum calefactus, iam soluitur & funditur in commoda Fidelium. Augustinus super Psal. ad verba Regis Vatis. *Molliti sunt sermones eius super oleum; & ipsi sunt iacula.* Sic loquitur pro nobis; *Prima hæresis in discipulis Christi, velut ad duritiem cordis ipsius facta est. Non tamen durities in sermone Christi erat, siquidem Petrus credebat; sed in pectore Iudæorum, qui vt paruuli non intelligebant secreta verborum; nec vt paruuli pani idonei, qui adhuc lacte doctrinæ nutriendi erant, vnde irati perdiderunt lac, & non intellexerunt verba; cum tamen sermones Christi non sint duri, sed molles, & molliti super oleum; id est, valde molliti, sed taliter molliti, vt iacula sint simul, quibus Fideles armantur & infideles penetrantur, & vsque ad mortem vulnerantur.* O verba & simul verbera diuersis pro personis! ô oleum tam lapideum aduersus aduersarios, quam lapis oleaceus in opem dilectorum! in quo oleum de durissimo Iudæorum corde saxeo, habemus fauorabile, piissimum & mitissimum, quemadmodum illi habent de oleo suauissimo, formidabile contra se, durissimúmque saxum.

Gen. 28. 18. In oleo Christus visus, & ipse totus oleum. Psal. 54. 24. S. August. Vt oleum sint & iacula sermones Christi Domini. Deut. 32. 13.

Quapropter inter mensam & calicem Eucharisticum hoc oleum constituitur in verbis Regis Vatis; *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum; & calix meus inebrians quam præclarus est*; vt quoniam mensa talis prosternit aduersarios, sciamus nos exinde tam benè roborari, quam hostes trucidari; ac oleo, quod ex oleo durissimus fit lapis; & lapide, qui ex lapide mitissimũ fit oleum. Quo oleo assandus Agnus liniri iubebatur, vt ait Rab. Moyses, & oleosi panis manna saporem referebat; vt appareat quantùm Agnus & verum manna cæli per oleum designetur. Certè oleum supernatat liquoribus omnigenis, & Eucharistia superfertur operibus Dei omnibus. Oleum teste S. Bernardo lux, cibus, medicina, & Eucharistia hæc simul est, tam aquæ; quàm & olei perspicua claritate. De quo oleo cum medicina, & pane colligato (medetur nanque vinum altaris peccatori qui incidit in latrones) prædicitur in Psal. *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.*

Psal. 22. 5. Agnus & mannæ quid cum oleo. Num. 11. 8. Luc. 10. 34. Psal. 4. 8.

A B C

DE MORSV TRIPLICATO ISTIVS CANIS RABIDI, & de triplici remedio cælestis panis Christi.

30. TRIFAVCEM quem superiùs præsentem canem fecimus, morsu vno triplex vulnus inflixit matri nostræ; luxuriæ, nempe, primum, quæ gula sustentatur, fallacique studio viuendi roboratur; *Si comederitis ex hoc ligno, nequaquam moriemini.* Auaritiæ verò aliud, in congreganda sapientia; *Aperientur oculi vestri, scientes bonum & malum.* Superbiæque pòstremum in similitudine cum Deo; *Eritis sicut dij.* Quæ quidem sunt diuersa; quantumlibet in verbis prolatis à diabolo non ita videantur. Quo astu canis vafer & hodie nos inuadit, vt docet Bonauent. 3. p. cap. 2. in suo breuiloquio; & lib. 2. c. 65. Compendij Theologici. Nec malè, cum sit rabidus, qui tria mala facit; latrare, atque mordere, & tabe sua inficere quoscúnque modo aliquo, vel halitu tantummodo contingit infeliciter; quemadmodum diabolus suggestione sua latrat, titillatione & delectatione nocenti corda mordet, & tandem prauo assensu internum virum inficit; quapropter Dauid timens hanc bestiam deprecatur. *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Nec solum canis dæmon, sed etiam canis homo, qui hæresi sublatrat, hoc triplex damnum infert. Hi enim tria munera securiùs & profusiùs, quam alij repromittunt; ingurgitationem & delectationem corpoream primo loco, quam vtique venantur & summè venerantur. Scripturæ dein sacræ scientiam consummatam; & demum cum his bonis saluationem veram animæ; vt de Gen. contra Manich. lib. 2. cap. 25. scribit Augustinus. Vnde nihil demirandum si hæresim tot homines sequantur libentissimè, imò potius cur non plures hunc canem consectentur; qui promissis tribus istis, tam gratis nostræ animæ, inquinat totum hominem.

Tentatio Adami triplex, ac eius filiorum. S. Bonau. Psal. 21. 21. Hæretici quæ tria fallaciter promittāt, & veraciter in eis infligant velut cerberus nocētia tria vulnera. S. August. Hæretici cur sint iam multi quàm & pauci.

D

Tentatio proculdubio nocentior eò valde, quò tria naturaliter ab homine exoptata oblata primo sunt, & dulcè propinata; vita

equidem,

Vita, scientia, & excellentia ab omnibus optata.

equidèm, ac scientia, & alta præminentia; quæ ab omnibus expetuntur innato desiderio. De vita nanque quæritur, & hypothesi supposita in te interrogata dissoluitur quæsitum à Rege concentore *Quis est homo, qui vult vitam? diligit dies videre bonos?* de quo S. Augusti. lib. 11. cap. 27. de Ciuit. Dei. De secundo Sanctus idem in loco nunc producto; & Philosophi cum Aristot. Metaphy. lib. 1. cupidinem sciendi fatentes nobis propriam; omnia quippe suam cupiunt perfectionem naturalem; & cum hominis perfectio sit ratio, & intellectus, rationis cuncti appetunt cacumen possidere; de quo iterum Aristo. lib. 10. cap. 7. octauóque in Ethicis. De præminentia verò vitæ iogenitè expetita D. Tho. 2. 2. q. 103. art. 1. ad. 2. quo loci exteriorum bonorum vniuersorum honorem maius asserit; vnde aliqui beatitudinem honotem veram esse; de quibus idem Sanctus 1. 2. q. 2. art. 2. cum sequent. memotiæ commendatunt. Iuuat, ipsam beatitudinem honotis esse verticem; qua de causa naturaliter in votis est cunctorum; cum Augusti. lib. 3. cap 4. de Trinit. & D. Tho. 1. 2. q. 1. art. 7. nec non etiam cum insigni Poeta Lusitano, dum Gloriæ non memoriam, quæ est de rebus agnitis, sed reminiscentiam, quæ est tantùm de rebus male cognitis, constituit in mortalibus; qua de causa beatitudinis & honor vertex est, quæ in honorem, summum, & verum, ac iuge terminatur; & ideo nihil mirum si honor & beatitudo tam aeriter optentur. Etsi ipsa beatitudo, vita, scientia, & præminentia, immensa planè constans, tantummudo sit Deus: quæ omnia quærit homo, vt sui Dei imago; in Deo licet solùm inueniat hoc ternarium; quod dæmon non donare, sed potiùs potest ipsum, ac iugiter intendit, furari pomo vetito.

Psal. 33. 13.

S. August.

D. Thom. Honoris quāta laus, & quare tā optabilis.

S. August.

D. Thom.

Camoēs.

Beatitudo cur à cunctis optetur naturaliter.

31. Solus Christus cibo alio, vt morbo eregionè medela consentiret, hæc tria verè tribuit; vnde iubar Claræuallis apud S. Bonauent. serm. 3. post Trinit. tam piè quam prudenter sic ait, & interrogat; *Caro clamat, ego decipiam*; (quod alij referunt, ego inficiam) *Mundus clamat, ego deficiam; diabolus clamat, ego interficiam; Christus verò ego reficiam, Ad quem ibis? quem sequeris?* Vbi vox reficiendi, quę ad Deum verè attinet in Eucharistiæ Sacramento, silere facit voces inimicorum nostræ animæ, ac ideo tres prædictas tentationes canis rabidi. Nam caro secum affert luxuriā petulantem; superbiam vanam mundus; & diabolus postremò affectum plus sciendi, quā deceat Christianum.

S. Bernard.

Inimicorum trium animæ vt voces coram voce conticeant Eucharistica.

Quare vnica Eucharistia disparent tres astutæ fallaciæ mali canis. Nec dissonat quod sonat B. Aug. Ioannis vocem explicans; *Ego sum via, veritas; & vita,* quam ille sic expendit; *Quà vis ire? ego sum via. Quò vis ire? ego sum veritas. Vbi vis permanere? ego sum vita*; quibus iterū delentur præfata tria mala. Quà ire nanque volumus? nisi vtique per scientiam, & per viam valde pulchram sciendi quæque sunt in orbe quem incolimus; & in cælo, ad quod creatos nos

Ioan. 14. 6.

S. August.

Christus finis triū rerum, quas summè peroptamus.

A esse clarè indicat hoc ipsum desideriū. Quò? nisi in dignitates, tam valde suspiratas, & anxiè procuratas. Vbi verò permanere? nisi in vita quæ non finit, sed permanet, & vernat virore sempiterno. Hæc autem Christus est in nostro Sacramento, quod fuit institutum secundum D. Tho. 3. p. q. 58. art. 1. *Vt memoria Saluatoris, vt Sacrificium altaris; vt cibus hominis. Nimirum hæc tria bona contra tria vetera mala; videlicet, contra obliuionem Dei; contra debitum rapina alienæ rei, contra corruptiones pomi mortiferi.* In quibus tres insidias reperies canis rabidi; in obliuione Dei, superbiā; in debito rapinæ alienæ rei, scientiam vltrà mensuram, qua tumidi non riment arcana Dei surripere, seu potiùs palam rapere, & rapinam non arbitrari, quod nulli
B Deus permisit, sed cunctis occultauit; & in corruptionibus mali pomi luxuriam corrumpentem; quæ ex diametro Eucharistiæ conuiuio reparantur.

D. Thom.

Tribus malis homo cecidit, & quomodo his medela sit cibus Eucharisticus.

Nec tantùm reparantur hæc tria, quę sunt semina humanæ corruptelę, sed & omnes corruptiones in vltimis ex verbis contentę D. Tho. *Contra corruptiones pomi mortiferi contentæ generatim* quæ equidem sub tribus inflictis primo homini suppliciis continentur, & mirificè per Eucharistiam sanantur eo modo, quem tradit idem Sanctus opusc. 58. in primo dicens cap. *Sciendum, quod serpens per venenum cibi vetiti triplicem corruptionem instillauit homini; scilicet, tenebras ignorantiæ in anima, morbum concupiscentiæ in corpore; & in vtroque mortem. Contra hoc institutum*
C *est corporis Christi medicamentum; tenebras ignorantiæ illustrans; morbum concupiscentiæ sanans, & mortem nostram mortificans.* Cui subscribit Bernardinus tom. 1. serm. 1. art. 1. cap. 3. fer. 5. in Cœn. Dom. & etiam tom. 3. serm. 43.

Peccati pœnas tres persoluit Eucharistia.

D. Thom.

S. Bernard.

Hinc liquet primum hominem per trinitatem tentationum, in trinitate potentiarum infectum à cane esse; nam intellectus in appetentia extra limites sciendi, deliquit contra Deum; memoria in obliuione, & superbia contra eum; voluntas verò in carne contra ipsum Dei respectū præposterè occupata, & penitus submersa. Et sic virum per Trinitatem potentiarum corruptatum, à Trinitate Diuinarum personarum cecidisse, in pœnarum prædictarum acerbam
D trinitatem; sed per aliam Theologalium virtutum Trinitatem ad Sanctissimæ Trinitatis amorem surrexisse, ac ideo hoc Sacramento, in quo istæ tres virtutes eximiè continentur, in ser. de Trinit. Bernardus Sanctus tetigit; *Est Trinitas à qua homo cecidit, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Et est trinitas, quæ cecidit; intellectus; memoria, & voluntas, & est trinitas in quam ista cecidit; impotentia, ignorantia, & concupiscentia; & est trinitas, per quam trinitas cadens resurgit ad Trinitatem, de qua cecidit; scilicet, Fides; Spes; Charitas.*

Vt duplici trinitate in culpam lapsus homo, & trinitate iterum duplici ad trinitatem reuocatus.

S. Bernard.

Nam licet hîc non dicat has esse in Eucharistia, hoc vtique est superfluum, cum vtrique sit patulū; ex iis quæ de Fidei Enarrat. dicta sunt, & ex antiphona per Eccle-

Tres virtutes Theologales vt hæreant Euchariſtiæ.

ſiam quotidie decantata; *O Sacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria Paſſionis eius. Mens impletur gratia; & futuræ gloria nobis pignus datur.* Nam memoria & Fides Chriſti ob eius beneficia ſplendet in his verbis; nec charitas tacetur, in gratia, qua nutritur, vt oleo, Chriſti amor; & tandem ſpes in pignore cæleſti continetor. Quibus poſſunt tam ob iſtas prædictas tres virtutes, quam ob canis allegoriam, quæ ad illud Dei præceptum, *Caput eum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis*; Marcellinus Capucinos ſect. 1. in ſua Eoeyclop. in iſtum modum protulit. *Per tria, quæ in agno ſimul deuorabantur, Diuinitas, anima, & corpus, non incongruè ſignificantur; Diuinitas per caput; quia Caput Chriſti Deus; 1. Cor. 1. per pedes verò corpus, quia pedes tangunt terram; & per inteſtina anima, quæ ab intus corpus informat. Quas tres ſubſtantias Chriſtus voluit in Euchariſtia deuorari; vt ſic triceptis canis morſum ſanaret hoc myſterio. Negauit Arrius Diuinitatem; Baſilides animam Chriſti; alij illius corpus, dum phantaſticum & non verum hoc eſſe crediderunt. Et in iſto Sacramento hæc omnia concluduntur,* Vt trifaucis canis vulnera appoſitè curentur. Nunc ſingula peodamus.

Exod 12. 9.

Marcellinus Capucinus.

De vita per diabolum mendaciter promiſſa, & veraciter per Chriſtum donata in Euchariſtia.

32. VLtra ea quæ de vita in vitæ ligno dedimus, dupliciter ſe vitã Ioannis ſexto cap. Saluator nuncupauit. Primo modo, dum ſe vitam, & pluries appellauit, vt homines per vitam à cunctis expetitam ſuauiùs ad ſe traheret. Secundo, dum æternam hanc eſſe, non caducam, ibidem declarauit; vt oſtenderet, quod mortis ſupplicium reſcindebat; & vitam quam æternam per cibum canis abſtulit, per alium reuocabat. De primo Theophylactus ſcribẽs in Ioan. *Vbique Chriſtus vitæ meminit, & crebrò hoc nomen ſumpſit, quia nihil ita ſuaue hominibus, vt vita.* De ſecundo verò & primo Chryſoſt. ſic os hom. 46. io ipſum Euangeliſtam; *Vitæ Chriſtus vbique meminit, nam eius trahimur cupiditate, & nihil ſuauiùs quam non mori. In veteri teſtamento longa vita & multi dies ſpondebantur; nunc verò non ſimpliciter vitæ longitudo, ſed vita ſine ſine promittitur. Simul oſtendere vult Chriſtus, quod ſupplicium ex peccato indictum nunc reuocat; ſententiam illam mortis ſoluendo, & vita ſempiterna inducendo, contra ſuperiorum temporum inſtitutionem.* En qualiter hoc cibo euaſerit veriſſimum, qood dæmon falsò dixit. *Nequaquam moriemini.*

Cur Chriſtus vitam ſæpe ſe vocet in Ioanne.

Theophylactus.

S. Chryſoſtomus.

De Sapientia captioſè per dæmonem pollicita, & ſolidè per edulium Euchariſticum conceſſa.

Cur oculis apertis videri Deus non valeat.

33. PRoſeqoitur, & ait diabolus oblatrans; *Aperientur oculi veſtri, ſcientes bonum & malum.* Qood malum ſcire vtile? A Certè nullum, cum hoc ſit, vt bonum ſcire pereat: non enim poteſt ſimul ad ſobrietatem & ebrietatem ſcientia comparari: ſic enim nec ſcit ille, qui malom neſcit facere, de quo optime Bernardus de gradibus humilitatis ad eam vocem Pauli; *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Sol oculis apertis defixiſque in ipſum à nemine videtur; at quomodo cernetur qoi Sole eſt infinities in omnibus ſuperior? præſertim cum & Sol, vt obſeruat Auguſtinus, inferior muſca ſit, in vita & vitę motibus, & Deus ea facilitate, qua muſcas ſemper creat, creauerit & Solem; conctarum ſanè rerum noo ſolùm venuſtiſſimum, ſed etiam venuſtatem. De Sole Creatore ſcribit Doctor Gentium, habitare lucem nobis omnino inacceſſibilem; hoc autem B in ſemetipſo, qoi oculis carnalibus nec acceſſibilis, oec viſibilis, ſed intelligibilis eſt lox; quẽ tameo nullus poteſt attingere intellectus, qoia infinitum à re finita haudqoaquam tangi poteſt; nec potentia ad altiora obiecto ſuo ferri, vt viſus non extenditur, ad aliquid quod coloris ſpheræ non ſubiaceat. Quæ lux inacceſſibilis caligo in locis aliis Diuinis nuncupatur; *Nubes & caligo in circuitu eius*; id eſt, io intellecto quo ipſum circumimus; *Acceſſit Moyſes ad caliginem, in qua erat Deus*; hoc eſt, ad Dei notitiam, qoæ homini ſit nota per tetram intelligentiam, per eius tranſcendentiam, ignotámque ſubſtantiam, & noſtræ mentis tenebras ad illum profundiſſimas; qui oculos caligare natura ſua facit, oon lucis C ob defectũ, ſed potius ob exceſſum; quamobrem neque Sol aſpicitur à noctua; ſic ferè D. Thom. Epiſtol. ad Timoth.

S. Bernard.

Rom. 12. 3.

Inferior muſca Sol, in vita, & vitæ motibus, quæ neuóquam ſunt Soli.

1. Tim. 6. 16.

Deus lux inacceſſibilis, & quare ſit caligo hęc ipſa lux immenſa.

Pſal. 96. 2.

Exod. 20. 21.

E quibus Deum patet, non poſſe apertis oculis à nobis contemplari, ſed potiùs eis clauſis, tam in rebus obedientię, quę nolunt indagari, quam in Fidei documentis, quæ neqoeunt penetrari. De Fide ſic Hieronymus in Commentar. ad Cor. Epiſt. 2. cap. 13. *Id maximè nititur diabolus, vt homines circa Fidem apertos oculos habeamus, & vltra quod ſenſibus percipimus, mentem & Fidem ſuſtollamus.* De obedientia verò ſatis Iſaiæ Seraphim duorum factum illud, cum faciem Dei aſpicere nullateous aodebant, ſed eam ſuis alis vt velu contegentes, ad ſonum illius vocis promptiſſimè volabant: & Lazari, qui D mortuos, ligatus, & velatus proſiliit ex ſepulchro; nam ſicut homo mortuus, qui in nihilo alienæ reſiſtit voluntati (quemadmodum dicebat Seraphicus Franciſcus) obediens eſſe debet; qui tamen ex portatili ſepulchro vitæ ſuæ ad faciẽdam obedientiam ligatus, & velatus exiliat confidenter: tunc enim benè res videbit, cum nil viderit; & tunc meliùs, ac liberiùs quocúnque greſſus diriget, cum vixerit mandatis Diuinis compeditus; de fide reſurrectionis Ambroſium Sanctum audi. *Comprehende, ſi potes, quemadmodum Lazarus clauſis oculis iter ſuum carpſit, vinctus pedibus greſſum dirigat; inſeparabili greſſu, ſeparabili progreſſu. Virtute enim Diuina præceptionis operante, natura ſuum non*

In Fidem apertos oculos habere quaolum malum.

S. Hieronymus.

Iſai. 6. 2.

Ioan. 11. 44.

Obedientia ſine oculis & pedibus plus videt, ac meliùs pedes mouet.

S. Ambroſ.

requirebat

requirebat officium, & tanquam in excessu posita, non tam sue ordini, sed diuine nutui seruiebat. Rumpebantur prius mortu, quam sepulturæ vincula, agebatur prius, quam parabatur incessus.

Prælatorum & subditorum quæ munera, atque symbola.

Quæ verba mille scatent mysteriis tam doctrinæ, quam niridæ elegantiæ; quapropter ea limæ non trado, sed relinquo (qui meliùs hoc perpendent) acumini lectorum. Dicat subditus Prælato pro munere imperanti, cum Vate coronato; *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Pedibus meis, vt obtemperem, non meis oculis, vt iudicem quæcunque tu mandaueris. Prælatus nanque in symbolo Ægyptiaco super virgam est oculus apertus, vt corrigat, & videat attentè quæ imperitat; at subditus est oculus locatus subter plantas, vt aptiùs sic ad nutum alterius sese conferat.

Psal. 118. 105.

Deus clausis visus oculis.

34. Econtra clausis oculis Deus optimè videtur; vnde oculos, quos dæmon apertos cibo voluit, in cibo nostro clausos Deus poscit per hæc verba; *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus; Hoc facite in meam commemorationem.* Quis fidem tanto Domino non gaudens adhibebit? cum fidem ipsemet hostis proposito in mendacio poposcerit ab homine? Sed heu! quod nebuloni quàm Deo plures credunt! de quo Bernard. sup. Cant. serm. 41. & Rupertus apud Delrium Cant. 2. sect. 2. queruntur per quàm meritò. Credamus ergo Christo obnuptis carnis oculis; tunc enim non videndo, Diuina contuebimur, quemadmodum qui volunt hæc sensibus videre Diuinũ nihil cernunt.

Eucharistia cur in tenebris à Christo instituatur.

C Ob istud hoc edulium qui tenebras dissoluit, figurásque, & nebulas extinguit, ac consumit, in tenebris fuit noctu iustissimè institutum: sicut Moysis Tabernaculum velamine occultari, & candelabro illuminari Deus pariter præcepit; quo velum ad occultandum & candelabrum ad propalandum certarent, & contenderent. Fides enim & principaliter Sacramentum nostrę Fidei, vt istud nuncupatur, tegendi & retegendi potitur functionibus; tegendi, quia Christum sub panis inuolucris ab oculis abscondit; retegendi, quia ipsum sub ipsis accidentibus demonstrat, & ad hoc credendum nos inuitat, compellat, & impellit, hocque per Fidei tenebras latentis robustissimas. Cui effectui cap. 17. Apolog. Tertul. subseruiunt hæcce verba. *Inuisibilis est Deus, quantumuis videatur, incomprehensibilis, etiam si per gratiam repræsentetur; inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur. Adeo verus, & tantus est. Ita cum vis magnitudinis, & notum hominibus obiicit, & ignotum.*

Exod. 26. 35.

Velamen & candelabrũ cur pariter in Templo.

D

Tertullian. Fides aperit, & operit, illuminat & tegit.

Quis lyncibus sit visus.

De Lynce fama volat, septem visus sui acie parietes transfodere, & vltra hæc septem mœnia conspectum retundentia, tam clarè res transpicere, ac si illas coràm oculis præsentes circunspiceret. Quod verò Lynci est fabula, vt iudicat Pierius, Fideli summa est veritas; quandoquidem vltra septem Sacramentorum materiales, terrenósque parietes perspicuè Deus videtur à Lynceis Christianis. Vnde Fidem lynceos oculos habere trita & vera sententia circum-

Pierius.

Cur Fidei lynceis oculi.

A fertur. Qua via in Eucharistia oppositione in cibum alium laudatum à cane rabido, & clausos, & apertos habemus mentis oculos; quemadmodum Anast. Synaita in suo Hexam. scribit lib. 10. *Ecce habes escam, habes etiam per escam visus recuperationem, & Dei agnitionem quam per escam ignorauerunt Protoplasti.* Et Auersanus lib. 1. de Euchar. verit. *Quia fructus mortiferæ arboris antiquis hominibus spirituales, veracésque oculos clauserat; carnales, fallacésque aperuerat; iustum est, vt fructus viuificæ Crucis nouis hominibus ipsos omnis oculos claudat, & veraces mentis oculos, quibus veritas videtur, aperiat.* Sed firmet hęcce omnia egregius Bernardinus, qui corpus Christi visum sub Myssæ speciebus, tam animæ quam corporis luminibus prodesse,

Cur oculos aperiat & velet Eucharistia.

Anast. Synai.

Auersanus.

Cur oculos adaperiri Eucharistia necessariũ.

B serm. 44. 3. p. tom. 3. testatur per hæc verba. *Vnge collirio oculos tuos, dicitur in Apocal. cap. 3. n. 18. Collirium est puluis purgatiuus oculorum, qui potest æquiparari Christo, qui non solum purgat oculos mentales, sed etiam est medela oculorum corporalium; quibus respiciendo corpus Christi deuotè, proficit ad medicamen. Vnde tu, cui deficit lumen, audi deuotè Missam, & sume Corpus Christi dignè, & proficiet tibi corpori & animæ. Qui autem faciunt secus perdunt oculos ante horam; sicut habetur de vita & honestate Clericorum.* In iure Pontificio.

Apoc 3 18.

S. Bernardinus.

Corporalibus vel oculis, vtilissima Eucharistia.

De Diuinitate per diabolum dolosè stipulata, & fructuosè in Eucharistia largita, re, & opere.

35. BLandiendo verbo, *Dij*, dentem antem vesbo, *sicut*, sæuissime infigendo, conclusit tandem canis dilemma sagacissimum, *Eritis sicut Dij.* Hoc enim verbum, *sicut*, nequaquam Deo conuenit, qui *sicut* nullum habet; nec comparationem, cum re aliqua, cum nemo Deo possit comparatione eleuatiua vtcunque assimilari; ascendendo nanque homo à Deo semper cadit, & descendendo ab ipso Deo per viam humilitatis cum eo se se vnit, & vnum tantùm facit; de quo S. Augustinus lib. 14. cap. 13. de Ciuit. Dei; & Rupertus apud Pagninum lib. 10. cap. 21. Isagoge sup. Bibl. humilitatem & Diuinitatem per Eucharistię Sacramentum hominibus donata, in istum modum copulans; *Verè caro Christi est cibus, & sanguis eius verè est potus, quia verum est, quod pollicetur, quia vera est spes qua manducatur, & bibitur. Vnde constat, hunc cibum, cibo Adæ esse oppositum; quia cibus ille cibus fuit mendacij, quia promisit falsum, quod autem hic promittit, verissimum est. Alius promisit Diuinitatem,* Eritis sicut Dij; *hic verè Diuinitatem perspicuè pollicetur;* Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Illusionem certè nequissimi nebulonis, non sine magno cruciatu eiusdem illusoris, serio loquens in verum effectum conuertit Christus. Quid enim nobis Dei Filius pollicitus est? quando nobis dixit;* In me manet, & ego in eo; *nisi aliter dixisset;* Dij eritis, & filij excelsi omnes. *Et notandum, quod non eisdem verbis*

An Deo verbum *sicut*, vllatenus conueniat.

An aliquis sicut Deus, & quabter esse possit.

S. August. Rupertus.

Vt homo in Euchar. ista efficiatur sicut Deus.

Psal. 81. 6.

deceptoris vsus est dicentis; Eritis sicut Dij: *Nec omnino sic dicere debuit;* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, erit sicut Deus, vel similis erit altissimo; *sed,* In me manet, & ego in eo. *Quis enim est, vel esse potest, sicut Deus? ille nanque nullius indiget, nullius ope, nullius gratia, quia Deus est. Sed quis ita præter illum, natura sua sufficientia, Deus esse potest? Sic Angelus voluit esse Deus, & factus est diabolus; Sic Deitatem appetere suasit homini, & hominem hominis honore spoliauit. Cur autem vterque tam miserè cecidit? Quia hac ipsa voluntate similitudinis Dei, vterque a Deo diuisus est. E contra verò consortium Dei, Deos efficit, & filios Excelsi.* Hæc ille; qui inferius, de aduersariis Eucharistiæ, & qui sanctam Communionem competenti modo factam latratibus impediunt, ostendit dici posse; *Ego dixi Adams estis, & filij depressi omnes.* Vox eius sic intonat. *Non differt in culpa, non credidisse, quòd manducantes de ligno vetito morerentur primi parentes; & non credere, quod manducantes carnem & sanguinem Christi, ab eadem morte liberentur. Quo ergo manducat, & bibit, rectè antiquæ mortis pœna se exuit; & qui non manducat, aut non bibit, nihil minùs rectè relinquitur in antiquo iudicio paternæ præuaricationis.*

Cur Angelus & homo tam pulchræ Dei imagines à Deo ceciderunt.

36. De Augusto in Suetonio mirandum quid narratur, nimirum, quos ad mensam inuitauit aliquando, Deorum tantùm vestibus, ac insignibus excepisse illorum decoratos. Gentilis mira vanitas; at Christi magna veritas, qui secum conuescentes per gratiam Deos facit; de quorum vestimentis veraciter diuinis sic dicitur in Esdra; *Surgite, & state, & videte numerum signatorum in conuiuio Domini. Qui se de vmbra sæculi transtulerunt, & splendidas tunicas à Domino acceperunt.* Et in verbis Isaiæ cap. 23. *Hu, qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem;* videlicet Diuinam. O pulchrum Vaticinium! In stolaque priori donata filio prodigo; innocentiæ nanque fuit (quæ Deum facit hominem) primi hominis stola, & vestis nimis candida; quę tamen filio nequam ad patrem iam reuerso, pro vitulo saginato (qui Christus est) sumendo, affertur primo loco; in signũ quantùm hoc cibo innocentia in primo homine amissa reparetur, peroptimè adimpletum. Et tandẽ in deaurato nostræ animæ vestitu, Regina eũ vocatur; *Adstitit Regina à dextris eius in vestitu deaurato* regina quippe est, & Regis Dei consocia, quę adstat prope Deum; sed vbi Deo adstans, vel assidens, nisi sanè in mensa, quæ prò tanto edulio tales vestes, virtutésque Regales, ipsius Regis Gloriæ, sub illis intellectas, exposcit iure optimo; vnde in versu præcedenti, quo habet noster textus; *A domibus eburneis;* Campensis sic transcribit; *A domicilijs quibus tu iucundè victitas.*

Conuiuæ Augusti Cæsaris ornati velut Dij, sed Christi Dij ven.

4. Esdr. 2. 39.

Isai. 23. 18.

Luc 15. 22. Eucharistia secũ affert, ac etiam pro se poscit Diuina vestimenta.

Psal 44. 10.

N. 9. Campensis.

Nec malè cunctis istis de cœnis cœlestibus Tertullianus suffragatur; antiquum morem aiens, vt cum Dominis illi serui assiderent ad prandium, qui ab ipsis eodem die priuilegio libertatis optatæ, & viro dignæ, donandi prorsus essent. Sed melius multò Naso in Fastis suis narrans, in mensis priscos homines imagines Deorum suorum collocasse, putantes ibi Deos hominibus adesse, & præcipuè tam concordiæ, quàm illorum commoditatibus similibus fauere; quod quantùm verius sit in mensa de qua agimus, indubitatiùs nemo ambiget, quàm debeat confirmari. Ouidius sic se habet.

Tertullian. Serui die manumissionis cum Dominis prandebãt.

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat, & mensa credere adesse Deos.

In mensis Deos esse antiqui crediderunt.

Ouidius.

37. Quid restat, nisi vt Regi nos adeo tales Reges ac Deos facienti firmissimè credamus; in quod Ruperti nos verissima, &, vt solet, sanctissima doctrina, apud Pagninum lib. 10. Isago. sup. Bibl. cap. 33. inuitat, atque trahit. Ausculta illius vocem, ad illam Redemptoris; *Accipite, & comedite; hoc est corpus meum. Quum hæc dicit Agnus Dei,* scribit Doctus Abbas, *opportunè nobis ad memoriam recurrit, quod dixit malus serpens; imò per serpentem diabolus, hostis humani generis;* Accipite, & comedite; eritis sicut dij. *Optima & spectabiles promissiones. Ille serpens erat, iste Agnus est. Ille vetus peccator, iste antiquus Creator. Ille per terram repit, iste de cælo venit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, iste spiritu Dei verum euangelizans. Ille peccati portitor, iste iustitiæ Doctor. Ille mortis artifex, iste vitæ opifex. Ille de ligno non suo raptor obtulit, iste de corpore, & sanguine suo largitor dedit. Ille quod non habebat veraciter promisit;* Eritis sicut Dij. *Iste quod habebat, & quod naturaliter semper habet fideliter dedit, vt veraciter simus dij, dum manemus in ipso, & ipse in nobis manet. Illi tandem nefandissimè creditum est plusquam Deo. Credatur è contrario huic Deo, si non plus, saltem quantùm credendum est illi diabolo. Creditum est enim, quod illi pomo inesset, quod non videbatur, scilicet, vis Deos efficiendi: Credatur huic Sacramento inesse quod non videtur, veritas corporis Christi, valens nos efficere concorporales vnigenito filio Dei. Hoc enim ratio, vel ordo iustitiæ exposcit. Accipite ergo & comedite. Prius accipite; deinde comedite. Accipere enim est fideliter credere, cum gratiarum actione diligere, corporis & sanguinis huius traditionem respicere. Hoc fieri non potest, nisi priùs renuciatur, id quod ab illo male acceptum est. Illud igitur mendacium execrantes, hanc virtutem accipite, approbate, amplectimini, & contra cibum mortis, panem comedite vitæ æternæ, & calicem bibite salutis perpetuæ.* Hæc ille; quibus neque ad libitum composita inuenies dulciora. Nec Bustus discors est Rosar. 2. p. serm. 14. *Fuit autem hæc Cœna contraria cœnæ Adæ, quam cum Eua celebrauit. Hic enim fuit panis azymus, ibi panis fermentatus, quo tota humana natura fuit fermentata, & corrupta. Hic fuit Agnus verus, ibi cibus vetitus. Hic panis in corpus Christi mutatus, ibi panis mutatus in corpus diaboli; peccatum enim mortalem corpus diaboli transire facit.* Ergo in Christi corpus hîc, & diuinitatem de qua sermo, vtiliter transimus.

Matt. 26. 26.

Rupertus.

Ruperti pro credendo in Eucharistiæ Sacramentum, discursus valde efficax.

Antithesis præclara inter Christum, & mundi hostem, ad escam compellantes.

Bustus. Adami cœnæ Christi cœna quàm fuerit contraria.

Verum

Vtrum ſaltem panis huius vel mica danda canibus, de quibus actum eſt.

38. QVæſtionem mouet pietas, quæ mitis eſt ſuapte; at veritas reſpondet,

Matt.15.26.

ſic dicens in Matthæo; *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Et alibi

Matt.7.6.

diffuſiùs; *Nolite dare Sanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus, & conuerſi dirumpant vos.* Quibus locis ponderandum; panem, Sanctum, & margaritas, eandem rem exiſtere; videlicet, ſcripturæ Myſteria, & Sacramenta; quæ panis ſunt ſpiritus, dicente Re-

Deut 8.3. Matt.4.4.

demptore; *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*; & Sancta antonomaſticè; nimirum, tanquam à Sancto Sanctorum deriuata; ac tandem mar-

Panis, Sancta, & margaritæ, quid ſint in ſacris ſymbolis.

garitæ; quia inter rudes conchas, & ideo perobſcuras verborum figuralium, in mareque profundo Sacrarum ſcripturarum, à

Exod.28.36.

rore cæli Empyrei mirificè creantur, ac ſemper ſuſtentantur. Vnde olim Summus Pontifex, cui tradita Diuina Myſteria, & Sacramenta, auri laminam ſymbolicè tiaræ colligatam, duobus hiſce verbis inſcriptis, *Sanctum Deo*, portabat ſuper frontem; quia à Domino ſunt Sancta arcana & Sacramenta dilapſa Sacerdotibus, & per ipſos debent

An canibus ſint danda myſteria Sacroſancta.

Domino reſtitui fructuosè, non autem infructuosè donari prauis canibus; cummaximè Euchariſtia, quæ vt panis, atque ſummũ myſteriorum vniuerſorũ, non canibus eſt danda; vt panis naturalis, qui magis canum eſt; malorum nempe hominũ, quibus ſuppetunt in mundo diuitię grandiores; ſed potiùs occultanda; quapropter dixit Chri-

Matt.13.46.

ſtus de bono Chriſtiano, *Inuenta vna pretioſa margarita dedit omnia ſua, & comparauit eam*; vel reliqua dimiſit, abiecit, & donauit, hoc autem reſeruauit.

Porci & canes quinam ſint in verbis Euangelicis.

Rurſum, canes atque porcos peccatores viros eſſe; hac ſola differentia, vt canes ſint, qui Fidem nullatenus agnoſcunt, porci verò qui ſub Fide, peccatis, & præcipue obſcænis, ſe ſe tradunt. E quibus primi propter infidelitatem canum rabie in Deum inſanientium, vt canes quiqui alij, in lege prorſus vetiti; quia vt canes neque ruminant,

Cur canes atque porci prohibiti ſub lege.

nec habent fiſſam vngulam, quod in animalibus pro Sacrificiis antiquis neceſſarium; id eſt legis conſiderationem, ſiue duplicis teſtamenti notitiam bipartitam, nõ habent modo vllo; ſed potius ſolam canum furentium truculentiam; Secundi verò propter dumtaxat immunditiam prohibiti ſub lege; vt qui vngulam teſtamentorum duorum fiſſam habent, quia vtrumque teſtamentum fatentur, atque ruminant; ſordes autem peccatorum ſuorum non abiiciunt, ſed eis velut porci propalam ſe inuoluunt. Vnde

Iudæi mali qualiter ſint canes, atque porci.

colliges Iudæos aduerſos quondam legi, fuiſſe tantùm porcos; Euangelio verò nunc, & canes eſſe infidos; quia neque legem ruminant, quam malè interpetrantur, nec

A item findunt vngulam, quia binum Teſtamentorum diſcrimen non admittunt, ſed odio ſummo habent. At hæreticos inter nos porcorum vicem gerere, quia vngulam Scripturarum acutè ſatis findunt, ſed veritatem, & puritatem Chriſtianam nunquam ruminant, imo ipſam veritatem relinquunt ex induſtria, vt dedant ſe impuris, inſanis ſpurcitiis, ac tetris deſideriis.

Hæretici cur porci, non canes iudicandi.

His ergo panis vitæ nullatenus præbendus; nec præbendæ Eccleſiaſticæ eiſdem conferendæ; Eccleſiæ quando fuerint recenter aggregati; vel filij illorum, qui, perfidiæ non renuntiant. In quo vigilent Pontifices, Epiſcopi, & Prælati Religionum canes deſides, Dei gregem ſibi creditum cuſtodientes negligenter; doctrinam

B ſemper Pauli in mente reuoluentes; *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Nam in ſuæ infidelitatis du-

1.Tim.3.6.

ritia, vel nequitia peccaminoſa perſiſtentibus, nec mica panis ſacri eſt prorſus largienda; aut mica intelligatur de minima particula cadente à menſa ſacra; aut præſertim de myſteriis (vt micæ) interioribus, quæ cortice occultantur, & infractum panem literæ longiſſimè antecellunt; de quibus micis ait tam vir Propheta Rex, quam Rex inter Prophetas; *Et adipe frumenti ſatiat te.*

Quæ micæ ab Euchariſtica frequenter menſa cadant.

Pſal.147.14.

39. Ratio quare talis panis his debeat denegari, à Chriſto duplex redditur; quia & panem conculcabunt, & panis largitorem dirumpent, lacerabunt; è quibus neutrum decet; nec panem dare ſummum ad infimè

C calcandum; nec morti ſine cauſa vtilitatem redulente, datores huius panis vtiliſſimos exponere; nam & pani venerando iniuria fit ſuprema, & miniſtro ipſius panis extremum nocumentum; ex eo, quia hac re non ſolùm non ſanantur, ſed potiùs efferantur, vt aſſerit Chryſoſt. hom. 24. in opere imperf. qui addit paulò infra. *Nam & ideo Myſteria clauſis ianuis celebramus, & nondum initiatos adeſſe prohibemus; non quia infirmitatem aliquam myſteriorum deprehendimus, ſed quia ad participationem eorum illi adhuc quos arcemus, infirmi ſunt. Propter quod ipſe Ieſus multa etiam ad Iudæos in parabolis diſſerebat, quoniam videntes non videbant.*

Arcana cur ſint clanculum à priſcis pertractata.

Chryſoſt.

Humilibus per Fidem ſub menſa procumbentibus, tam panem, quam & micas illius

D dari iuſtum; vt de muliere Gentili Chryſologus eſt auctor, centeſimo ſerm. *Iuſtè tota nunc epulatur micas ex pane, quæ ſuum meritum ſe intellexit, & confeſſa eſt vix mereri.* At verò infidelitatis ſuperbia intumeſcentibus, nec micæ, nec & panis dumtaxat oſtendendus; ſed ipſi deuitandi, & procul ablegandi; vt Paulus ſæpe monet. Quæ omnia claudit Gloſſa ad ſecundum Matth. locum, ſuperiùs memoratum; *Non ſunt diſpenſatores, ſed prodigi extirpatores, qui tollunt panem filiorum, & mittunt canibus; ignorantes, quod res abſconſa auidius quæritur, celata venerabilius conſpicitur, & diu quæſita charius retinetur. Ideo nec quærentibus diſpenſatores oportet eſſe crudeles, nec deluſoribus incautos.* Quod in Eccleſia non

S.Chryſol.

2 Tim 4.15. Tit.3.10.

Gloſſa.

Prophani quinam homines, & quali ritu publico à Sacris ablegati.

tantummodo videmus obseruatum, sed & quondam in Gentilitate solerter factitatum; dum nefas reputabant, inanium vel deorũ, hominibus prophanis secreta reuelare; prophanos verò eos, à Phanis quasi procul, & templis, tunc vocabant; qui illos in numinibus confictis adorandis ludibriis subsannabant. Hos maximè vitabant, ac insuper præconis clamore suscitato, ab aliis segregabant, cum Sacra incipiebant, sicut latè lib. 1. de form. Rom. Brissonius notum facit; Virgilium lib. 6. adducens per hæc verba;

Brissonius.

Virgilius.

——Procul ô, procul este prophani
Conclamat Vates, totóque absistite luco.

Quibus postea cæpit impius apostata Porphyrius scribere eos libros aduersus Christianos. Et Silium 17. sic lib. modulantem.

Silius Italicus.

Tum puppe è media magno clamore Sacerdos,
Parcite pollutis contingere vincula palmis
Et procul hinc moneo, procul hinc quæcunque
prophana.

Lucanúmque postremo Pharſ. lib. 10.

Lucanus.

Fas mihi magnorum, Cæsar, secreta parentum
Prodere, ad hoc æui populis ignota prophanis.

Vide nostram Præfationem n. 44.

Quid tandem cani rabido vel dandum, vel agendum de eo tandem restet.

40. CVm panis cani rabido nullatenus sit dandus, ci lapis, atque mors omnino dari congruit, ne aliqui per illum æternam mortem habeant; ad quod singuli Fideles lætitia exilientes, concurrant libentissimè. Sed quo armorum genere hic canis neci dandus? latratu suo proprio; vt canibus contingit, qui sæpius oblatrando, pacificè pergentes ad suæ vocant vitæ promeritum exterminium. Quid verò canis latrat? *Quomodo? Quomodo? Quomodo? Quomodo potest hic?* Ergo sicut Gigas fuit peremptus suo gladio, sic iste canis debet extingui suo *Quomodo.* Quod optimè nos docet Cyrillus in Ioan. lib. 4. cap. 13. Iudæis respondendo eodem verbo *Quomodo*; & rectè, cum ab aliis duobus hoc formetur; nimirum, à *modo*, & *quo*; nam modo, quo sunt facta vniuersa mirabilia, factum est & Eucharistiæ mirabile Mysterium. Cyrillus in Ioannem stylo pio & graui in modum loquitur; *si verò tu ô Iudae*, Quomodo, *etiam nunc clamas? hanc tuam imperitiam, ego quoque sequutus, libenter*, Quomodo *ex Ægypto exiſti rogabo?* Quomodo *in serpentem Mosayca virga fuit conuersa?* Quomodo *lepra manus affecta vno momento temporis in pristinam naturam restituta fuit?* Quomodo *in naturam sanguinis aquæ transierunt?* Quomodo *Patres tui per maria, vt per aridam effugerunt hostem?* Quomodo *per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem recidit?* Quomodo *ex lapide fluxerunt aquæ?* Quomodo *stetit Iordanis?* Quomodo *solo clamore inexpugnabilis aliter cecidit Ierico? Innumerabilia sunt, in quibus si* Quomodo *quæ-*

1. Reg. 17. 51

Cyrillus Alexand.

Iudaico verbo *Quomodo* mirabilis responsio.

A *ris, vniuersam tibi, Scripturam euertere necesse erit, Prophetarum doctrinam, & ipsius Moysis historiam penitus contemnere.*

41. Hæc ille; cuius ego vestigiis nunc inhærens, illorum verbo *Quomodo*, hoc quomodo responsũ facillime præstabo; seu modo, quo sunt omnia possibilia & factibilia, ac insuper facillima Omnipotenti Conditori; id est, modo, quo res secum contradictionem nullam habet; hoc enim modo & pacto est verum quod ad Virginem dicebat cæli Nuntius; *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Omne quippe quod non affert implicationem naturalem, est Deo perquam facilè; quòd implicat, nequàquam; ex eo quod tunc simul res esset, & non esset; ac ideo si tunc fieret, fieret aliquid, cuius esse
B non esse verum foret; non esse verò solùm à Deo nequit fieri; omne nanque quod efficitur debet esse modo aliquo factori suo simile; Deo autem, qui est ipsum cunctorum rerum esse, est simile quod est; quod verò nihil est, nec ens habere potest, nec potest vlla via Factori assimilari; sic fere 1. p. q. 24. art. 3. se habet D. Tho. Quod autem nullam prorsus in suis mirabilibus contradictionem & repugnantiam inuoluat Eucharistia latissimè differitur à Docto Bellarmino per totum lib. 3. de isto Sacramento; sed breuiùs & faciliùs à Seraphico D. lib. 1. Sent. dist. 42. q. 3. à n. 18. vbi aliquid quadrifariam impossibile sic ait: *Vno modo propter limitationem naturalis potentiæ, vt de trunco fieri hominem, virginem parere, &c. Secundo,*
C *propter magnam limitationem nostræ mentis, intelligentiaque humanæ, vt duo corpora esse in eodem loco, vel idem corpus in diuersis, vel maius in minori loco. Tertio modo propter omnis existentia priuationem, vt de eo quod nunquam fuit, non potest fieri aliquid. Quarto tandem propter ordinem Diuinæ sapientiæ, dum ordinauit iam contrarium; vt duo opposita secundum idem, non possint esse idem.* Hæc iste; vbi diffusè, cuius verba si tam piè quam intimè pendantur, omnia nostri Sacramenti dissoluēt difficilia. Quod magis innotescet ex duobus modis aliis, quibus Deo nihil manet impossibile & difficile, sed potiùs nimis facile, quodcunque mente nostra factibile pensemus.

Luc. 1. 37.

Quid possit Deus efficere, & quare non efficiat res sibi met aduersas.

D. Tho.

Bellarmin.

Bonauent.

In rebus impossibilibus quid facere Deus possit, & de quatuor modis rerum suapte impossibilium.

Primo quidem, quo absolutè à nobis dici
D debet (vt sanè verum est) cuncta Deum posse facere; nam ea quæ repugnant, & implicant soapte, congruentiùs est dicendum, ex se non posse fieri, quam ipsa, vt bene constat, non posse Deum facere; ex mente D. Tho. in sua 1. p. q. 25. ar. 3. & 2. contra Gent. cap. 25. Anselmi cap. 7. in suo Prosologio; & Augustini 26. cap. 5. contra Faustum. Qua de causa cum rem aliquam non potest Deus efficere, non Dei id impotentiæ, sed rei est tribuendum. Nec Deus est minùs potens, ex eo quod non possit patrare impossibilia; cum patrare impossibilia non adeo posse sit, quam magis nihil posse. Quapropter nec peccare, nec mori potest Deus, quia ista sunt defectus, non opera, & effectio; nec potentia sed econtrà omnimoda impotentia; de qua Hugo de

D. Thom. Anselmus. Augustinus

Cur impotentia non sit Deo, non posse impossibilia.

Hugo S. Victor.

Sacrament.

A Sacrament. lib. 1. p. 2. cap. 22 Et hac via Deus non potest impossibilia duo vltima, quę affert vir Seraphicus, vt ipsi confitetur; sed amplius in hoc potens, & potentissimus ad facienda duo prima impossibilia; quæ ad saluanda Sacramenta idonea sunt, & satis.

Secundo vero modo, quo vltra mentis nostrę intelligentiam potest Deus quæcúnque velit, facere; vt clara & vera est Anselmi existimatio lib. 2. *cur Deus homo*; & Augustini ad illa verba; *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi*. Vnde ait Bonauent. Sent. lib. 4 d. 42. q. 1. n. 57. in fine; *Nescimus quid Deus possit, mutato ordine essendi*. En ad *Quomodo* responsio; nempe, modo, quo sunt Deo quæcúnque possibilia; de quo *Quomodo*, eleganter Eusebius Emissenus post Pasch. hom. 5. adscripta Sanctis aliis; quo loci sic se habet; *Non cogites, nec intra te dicas; Quomodo, aut quo ordine hoc fieri potuit? Diuina opera non discutienda sunt, sed credenda. Non te confundat, nec trepidum faciat rerum nouitas; sed sufficiat tibi Omnipotentis auctoritas. Sit pro luce rationis magna potentia Conditoris. Non caneris, si non subiaceat sensus ordinationum cælestium magnitudo. Excedit Diuini opificij dignitas humanæ mentis angustias. Quid sibi speciale, quid sibi proprium reseruares incomprehensibilis illa maiestas, si semper comprehendere posset sapientia hominum altitudinem cælestium Sacramentorum. Quisquis ergo ille est, qui obscurorum profunda, non Fide, sed curiositate rimaris, hoc potius insinua cordi tuo, vt Diuinas dispensationes, quanto difficilius inuestigare videris, tanto venerabilius admireris. Quid haberent suprema pretiosum, si nostræ familiariter scientiæ subiacerent; & ideo quantò minus capis operis intellectum, tantò magis dispensatoris mirare consilium.* Et homi. mox sequenti. *Ne dicas illud possibile est, illud fieri non potest, quia qui te magna credere iussit, Omnipotens est. Diuinis rebus admiratio adhibenda est, non credulitas abneganda. In Omnipotentem te credere confirmas, si credis Dei potentia. Sed si de factis eius dubitas, imbecillitatem Omnipotentis accusas* Quæ omnia verbo vno Apostolus sic dixit, *ô homo, tu quis es, qui respondeas Deo?*

Anselmus Augustinus 1. Co. 1. 20 S. Bonau.

Eusebius Emissenus.

De intellectus in firmitate ad agnoscendas res cælestes mirabilis sententia.

Rom. 9. 20.

42. Cui, *Quomodo*, sic potest secundo responderi; non tantùm modo, quo, Deus potest cuncta facere; sed modo, quo, de facto ab eo factum est Eucharistiæ Sacramentum: cuius quidem testimonia Ioan. 6. cap. vbi Christus de institutione illius prædicauit; & canis verbo, *Quomodo*, impiissimè latrauit, tam valde sunt robusta, vt neutiquam ista possint deludi, & declinari.

D

Primò, quia prædictiones & promissiones vita plenæ ibidem tam dilucidæ quàm sæpius repetitæ; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; cum aliis consimilibus, adaugent veritaté: non enim Christus vnquam exaggerationibus est vsus, nisi quando pondus rei hoc acriter exegit; præcipuè quia dixit, *Panis quem ego dabo*; non de præsenti, sed de futuro, in vltimo conuiuio, tot rebus celeberrimo; vt adnotat Euthymius.

Argumentum pro Eucharistia ex Ioan. 6. cap. fortissimè compactum.

Ioan. 6. 51.

Euthymius

Secundò, quia excessus huius cibi super manna, ab illóque discessus, distinctio, & differentia; quam semel atque iterum adhibuit illic Christus; *Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens; vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur*; hoc maxime confirmat; nam quis cibus manna melior, excepto Christi corpore? cum ille talis fuerit, tam dulcis, tam suauis, & plenus tot miraculis? Ioan. 6. 32. N. 49.

Tertiò, quia iusiurandum, quod Christus bis hîc protulit rem maximè communit: sic enim priùs fatus; *Amen, amen dico vobis; qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ.* Et postea per hæc verba; *Amen, amen, dico vobis; Nisi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6. 47. N. 51.

B

Quartò, quia reiteratio duplicato *Amen, amen*; & postea *Nisi*, & *Nisi* in verbis præcedentibus, ex carne ac Christi sanguine patenter reserata; ac tandem *verè* & *verè* firmata in mox sequentibus, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*; hoc roborat quamualde. N. 55.

Quintò, quia tam Iudæi, quam multi Christi alumni Eucharistiæ concionem durissimam putarunt; primi quidem in sui *Quomodo* maleuolo latratu, *Quomodo potest hic?* Secundi verò in verbo quo duriter dixere; *Durus est hic sermo*; quo multi ex circunstantibus à Christo retrogressi, proptereáque cum illo non ampliùs ambularunt, sicut illi, qui impossibilem rem tantam iudicarunt. Quibus tamen pius Dominus, mitissimus cum esset, sententiam non correxit, sed primis sic adiecit; *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Secundis verò sic; *Hoc vos scandalizat?* & iterum ad eosdem. *Nunquid & vos vultis abire?* Nec ampliùs sese voluit lucidiùs explicare, vt fecit in parabolis Matth. cap. 13. & Ioan. 3. & 16. Sed dixit quod nunc dixi; *Nunquid & vos vultis abire*: Quod tacitè sic sonat. Quid vltra vobis faciam, aut dicam, nihil habeo. Mysterium Fidei pandi, quâ cunctis opus maximè in tanto Sacramento: qui acquiescere non vult, abire retro velit. Vnde constat Redemptorem de vero suo corpore loquutum sub hoc cibo, & discipulos hoc sensu sumpsisse illius verba. Non autem fit credibile, Christum Dom. salutis humanæ sitibundum, tot discipulos à se laturum discedentes, si posset vno verbo eosdem reuocare; dicendo, se ad illos loquutum sub figura, & creditu rem facilem eisdem enuntiasse.

N. 52. N. 60. C N. 55. N. 62. N. 67. Matt. 13. 18. Ioan. 3. 12. & 16. 28.

Sextò, quia cuncti P. P. de vero Christi corpore Ioannem exposuere; nimirum sexto cap. quos ibi longa serie enumerat Sanderus, & Gregor. de Valent. in 3. D. Thu. disp. 6. q. 8. punct. 5. §. 3. exceptis tantùm sex neotericis auctoribus, qui vt partes communicandi sub vna tantùm specie faciliùs propugnarent, de Christi corpore

Sanderus. Gregor. de Valent.

De Euchariſtia qui Ioannem exponant, vel excludant.

Ioannem inſulsè & imperitè non auſi ſunt exponere; videlicet Caietan. & Gabri. ſup. Can. Richard. Nicolao Cuſſano. Ioan. Louan. & Ianſen. in Concord. quos Maldonatus in Ioannem vrbano carpit ore.

Cur Ioannes clarior reliquis Euangeliſtis ſit loquutus de Euchariſtiæ Sacramento.

Septimò, quia ſequeretur, nec verbum de Euchariſtia Ioannem protuliſſe, quod de primario Euangeliſta, & ſcriptore in altioribus myſteriis ſolertiſſimo, nequaquam credi poteſt. Nec Chriſtum explicuiſſe excellentiùs vim & fructus tam magni Sacramenti, quæ ſi Apoſtoli ante Cœnam comperta non nouiſſent, in cæna, vt dixi alibi, nutaſſent, defeciſſent. Et ſupremò de Euchariſtia præceptum nullum eſſet, ſi illud non fuiſſet; *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* Quæ quidem ſunt abſurda; vt iſta cuncta vera, egregia & efficacia, pro malo cane rabido lapidibus petendo, & gladio verbi Dei necando, & iugulando.

43. A vinea procul ergo, Sacramentali- A que vindemia huiuſmodi ſint canes, niſi humiliter huic vino ac pani ſe conuertant; de quo illis iam miracula in pane & vino noſtro hîc tandem dare volo. De pane ſic Baronius anno Chriſti 57. n. 152. & iterum anno 362. in ſuo tom. 3. *Donatiſtæ aliquando execrandum ſcelus auſi ſunt perpetrare. Euchariſtiam iniſerunt canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij. Nam iidem canes accenſi rabie, ipſos homines ſuos quaſi latrones, Sancti Corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniarunt.* De vini vero ſpecie ſic recens Nouarinus in Euchariſtico ſuo Agno n. 817. de Waldrico Sancto tale prodigium nobis referens: *Grauiter febribus laborantes, à rabidiſque offenſi canibus, ſi ex calice, qui in Sarcophago ſupra Sacrum Diui Patroni pectuſculum inuentus eſt, deuotè biberint, Sanctúmque VValdricum deuotè orauerint, miſericorditer eis ſanitatis gratiam conferri conſuetum eſt.*

Baronius.

Euchariſtiã coram canibus heretici proiiciunt, à quibus laniantur.

Calix contra canes rabidos iuuamẽ qualis afferens.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO DECIMASEPTIMA;

DE PARADISO DECIMA: DEQVE HOMINIS prioris tentatione singularis, in Mulieris Figura.

Super Gen. verba cap. 3. n. 6. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum; &c.* Et Ioan. 6. n. 10. *Discubuerunt ergo viri numero quinque millia.* Quæ mox in primo n. hinc inde combinantur.

De continuatione Numerus I.

Mulier canes facit rabidos.



Post serpentis, atque canis binariam controuersiam, mulieris nunc tertia ingreditur tentatio; canina, & serpentina, longissimè deterior. Quid verò in hoc mirabile? cum mulier, quà est mulier, eruore suo menstruo, vt Plinius testis est lib. 2. cap. 15. efficiat canes rabidos? & muliebri nulla sit malitia æqoiparanda? *Breuis omnis malitia, super malitiam mulieris.* Quæ colubrinę paulo supra his verbis comparatur; *Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris.* Et in Prouerb. Basilisco veneni regi æquatur; *Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordet vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Certè in celebri conuiuio Eucharistici figura, & vmbra immediata, quod Christus Eu- A charistiæ præmisit concioni, nec mulieres discubuisse, nec pueros narratur, sed virorum quinque millia, de quibus sic in Glossa; *Quinque millia fuit populus, qui sub lege, velut languidi in quinque porticibus iacebant. Sed viri, id est perfectiores, qui digni sunt hôc numero præter infirmam ætatem & fragilem sexum sunt quinque millia, id est qui perfectè quinque sensibus corporeis dominantur; & hi reficiuntur à Christo.* Si igitur pueriles, muliebrésque viri ab isto cibo exulant, qoid noui, si & mulier ab illo vitæ fugit, & ad alium cibum mortis confugit cum serpente? Sed iam mulier à muliere Beatissima Maria cumulatissimè saluatur, vt asserit Bernardus; cuius opem in præsentiarum humiliter imploro, quò vtiliter de prima, & aptè verba faciam.

Plinius. — Ecclesi. 25. 27. & 22. — Prou. 23. 32. — Serpentem & basiliscum vt mulier longè superet. — Glossa.

AN MVLIER, ET IN QVIBVS serpentes antecellat.



2. ÆQVALITAS & identitas mulieris cum serpente iam patet ex præfatis; & ex illo, quod Epiphan. li. 3. contra hær. egregiè ponderauit, ac ita diuulgauit; *Eua apud Hebræos sine aspiratione pronuntiata mulierem significat, & cum aspiratione serpêtem.* Quod etiam Tiraquellus, Bibliotheca plusquam homo, & homo plusquam ipsæ Bibliothecæ ditiores; L. 9. Connub. à n. 21. B cum aliis multis affert. Non adeò vt semilitera (aspiratio qualis est) inter mulierem & serpentem tantummodo interiaceat; sed potius, vt tam mulier aspiret ad serpentem, quàm serpens ad mulierem. Illud etenim aspiratur, quod summe suspiratur, anhelatur, procuratur; mulier autem indesinenter aspirat ad serpentem, vt plusquam serpens sit; & serpens ad mulierem, vt peior esse possit. Quod graphicè ni fallor,

Hebraice mulier Eua, at Heua serpens est. S. Epiphan. — Tiraquellus plus Bibliotheca, quã amicus scriptor. — Serpentis & mulieris aspiratio quænam mutua,

apud Ludoui. Granaten. in suo lib. 5. Eccles. Rhetoricæ, de Eua atque serpente, interrogans quis nocentior, Sedulius sic intonuit.

Sedulius. lib. 2.

——— *Heu noxia coniux!*
Noxia tu coniux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux.

Id est, tu magis noxia; nam illud verbum *Quoque* non est in loco isto coniunctio ligatiua, sed luctus adductiua; quemadmodum de Bruto inter alios sibi mortem sæuissimam inferente, conquæstus Cæsar dixit, *Etiam tu fili mi Brute?* Vnde duo pro coronide quæstionis colligenda. Primum, serpentem cum muliere, & mulierem cum serpente certare de malitia; hincque suspicor mulieres ardenter terram edere, quia serpenti dixit Deus; *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*. Quod mulieres dispersæ per orbem vniuersalem, ac si essent inter se iuratæ & fœderatæ, vnanimiter obseruant; & id tantis suæ sobolis, salutis atque vitæ, & quod ægritudinis illæ ferunt, pulchritudinis incommodis, vt appareat cum serpentibus certatim terræ cibum quantumlibet mortiferum, libenter manducare; quò supplicio sibi inflicto æqualiter obtemperent. Secun-

De malitia inter mulierem, serpentémque certamen.

Gen. 3. 14.

Cur mulier terram comedat.

A dum verò fœminam serpentem superare, cum fecerit quod serpens non potuit per se ipsum; Ambros. serm. 15. in Psalm. 118. *Serpens ille callidus & astutus ad confuendas nequitiæ suæ artes, fœmineis magis illecebris, quam suis commisit venenis. Itaque fœmina virum, quem serpens tentare non est ausus, molli quadam & conciliatricula amatoria sedulitatis affectione traduxit*. Et ideo vir nequaquam in colubrum visibilem sed in mulierem culpæ suę totot sit causam tacitam; seu patulam & clarissimam; *Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno & comedi*. Ergo in primum virum mulier tam fuit serpens verus; quàm postea serpens sæpius est natus ex muliere; vt Plinius lib. 2. cap. 3. nobis refert, &

B Ouidius Metamorph. 15. canens lib.

Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Quod etiam si de hominibus, non de mulieribus hîc dicatur, cum isti à mulieribus exortum suum habeant, semper mulier clarè manet serpentum fons, & mater; & peior quam serpentes. In quibus, nunc videndum.

Mulieris venenum serpentis quàm nocentiùs.

S. Ambros.

Cur mulier & non serpens tentauit primum hominem.

Gen. 3. 12.

Plinius.

Ouidius.

MVLIERIS AD SERPENTES EXCESSVS prior omnibus.

Tyriaca quid sit & vnde illius nomen; ac etiam quãdo sit venenum salutare.

3. SERPENTES in veneno exitio sunt hominibus, sed iterum in veneno cum aliis temperato, eisdem summè vtiles, proficui, & salutares; nam à vipera, & a tyro, huius nominis serpente, tam vocabulum, quàm substantia tyriacæ paratur, qua veneni malo infectis suppetiæ ministrantur. At verò de muliere tyriacæ quid sit? quid antidoti contra morbum quemcúnque salutaris? Veneni quidve potius ex illis non componitur? Fotinaliter, est palam; ex technis & fallaciis, nil minus quàm omnigenis, in fœminis repertis, & materialiter claritate æquali cunctis notum; idque ex vuluæ sanguine; quo fœtibus dant vitam; de quo menstruo, tanquam mensium cunctorum confusibili, & Adamici tumoris grauissimo, ac subinde depromentissimo tributo, non noui quidquam boni confectum & ordinatum, sed magis multa mala; in quibus hæc enumerat lib. 7. cap. 15. naturæ iudex Plinius; *Sed nihil facilè reperietur, mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tacta fruges, moriuntur insita; exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus in sydere decidunt. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur, eborísque nitor; aluei apum emoriuntur; æs etiam, ac ferrum rubigo protinus corripit; odorque dirus aera, & in rabiem aguntur gustato eo canes; atque insanabili veneno morbus inficitur. Quin & bituminum tenacissimum, in lacu Iudaæ Asphaltite natans, ad nullum con-*

Plinius.

Quã multa mala insint profluuio fœminino.

C *tactum impetuosissimum diuellitur, nisi ad huius cruoris infectionem solam. Etiam formicis animali minimo inesse sensum eius ferunt, abiicique gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale, tantúmque malum omnibus tricenis diebus in muliere existit, & trimestri spatio largiùs. Quibusdam vero sæpius mense, sicut aliquibus nunquam; sed tales non gignunt; quando hæc est generando homini materia, semine è maribus pro coagulo hoc sese conglomerante; quod tempore animatur, corporaturque.* Vnde merito cap. 7. hic idem vir egregius initia vitę hominum huiusmodi deplorat; *Miseret, atque etiam pudet æstimantium quam sit friuola animalis superbissimi origo.* Et iterum sic dicens; *Heu dementiam ex his principiis existimantium ad superbiam se genitos!* Viden quanto virulentior serpentibus sit mulier, vt ista

D canes rabidos & mala tot efficiat? veneno serpens necat, sed mulier virus ipsum & creat in his omnibus, & toties ex se fundit. Hinc Diogenes mulierem cum muliere loquentem aspiciens dixit pareè; *Aspis à vipera venenum mutuatur*. Et Gregor. Nazianz. in distychis, quod sequitur:

Mala res est dracones; malefica res & aspides;
Duplex mulieris malitia inter feras.

Materia nostri corporis corruptio menstrualis.

Initium vitæ hominũ quàm procul à superbia, tam iustè deploratum à Plinij grauitate.

Quid mulier cum muliere sodali sit conuersans.

Diogenes.

Gregor. Nazianz.

Plinius.

Excessus secundus.

4. HIc nascitur ex illo, quod venenum serpentinum serpentibus non nocet; quapropter ait Plinius in proœ. lib. 7. *Serpentum morsus non petit serpentes.* At mulier vas fragillimum non frangit, nec peruadit,

madit, nisi hominem, à quo fuit cum eius detriment o pulcherrima formata, ipsa nanque fuit firma in primo natalitio ex osse illius facta; ille verò propter ipsam, vt notat Augustinus relatus apud Glossam in Gen.

Cur Adæ signum vulneris detracte ab eo fœminæ, vt Christo signa vulnerum pro nobis remansere. Hugo Victorinus. 2. infirmus inde mansit. Ideo Adæ ex ea costa detracta cicatricis vestigium perdurauit, sicut Christo remansere signacula plagarum, vt tradit Victorinus ibidem memoratus; *Et repleuit carnem pro ea; ne aut turpis esset fossa, si vacua omnino, aut si os pro osse regeneraretur, nullum signum remaneret ablata costa, & ideo retentum est signum. sicut etiam cicatrices Christi in triumphum* Nam quemadmodum Redemptor ab illis quos amore maiori diligebat, dirissimè est plagatus, in Crucémque sublatus, sic homo est à muliere (quæ virum plus amantem, & maritum amore eius non modicè infirmantem non rarò crucifigit) iniustus, atque plagis sæuissimis noratus.

Quare sicut in triumphum fuere Christo vulnera, sic homini sunt ea quæ accipit à fœmina; non quidem si iniuriam ab illa sæpe illatam attendere volueris, sed ingeniorum discrimen & genij differentiam, quæ

Mulier virum crucifigit, & quomodo hoc contingat. facillimo negorio splendet in vtroque. Ille etenim mulierem crucifigentem se prosequitur affectu peringenti, & eam nimis deperit; illa verò virum talem persequitur, & perimit; quantumuis sit multoties tam iustus, quam fidelis; ille diligit ingratã amore non contentam, illa ingrates hæc officia opprobriis recompensat; ille vulpis in muliere amore summo flagrat, illa in homine comburit, & flammis tradit actibus sincerum sibi agnum. Ita vt possit asseuerari de bonis vxoratis quod dicitur de Christo à

Zachar.13.6 suis vulnerato; *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me*: non diligunt de præsenti, sed diligebant de præterito; vt vmbra nanq; præterit quam sæpe dictus amor, & de amore iam præterito, etsi forsitan hesterno, hodiernum & præsens. iam triumphat triste odium. Vnde tales inimicos amicos reputare, est eos in triumphum solemnem nimis agere; in triumphis quippe hostes deuicti ducebantur, hîc verò mali hospites amore superati. Vel diligebant de præsenti quem de præsenti vulnerabant, quia amanti pari charum, & pro amato tolerate, supremum illius gaudium. Et ideo Christum Do. plus illi diligebant, qui in eum plus hostili ardore excandescebant. Quod in viros amantissimos vxorum deceptricium, aptari benè potest.

Malum certè ante mulierem formatam

Gen. 2. 18. designatum; nam vbi nos habemus, *Non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi*; Hebraicè reperitur, *Faciamus ei adiutorium contra ipsum*; Sed quomodo ligandum, *Simile ipsi*; & *Contra ipsum*? Mysterium res occultat, vel etiam literali-

Abulensis. Vt mulier sit marito contradictorium & adiutoriũ. ter: nam sicut Abulensis in istum locum ait, contrarietatem in coniugatis ad liberos gignendos offendi decens est, ac insuper necesse, si etenim persimiles in cunctis ambo essent, non essent pro hoc opere accommo-

A di, & idonei. Alij dicunt *Contra ipsum* pro *Coram ipso* positum; eo quod coram viro, & oculis mariti adesse debet mulier, vt bona possit esse. Quæ phrasis familiaris est literis vtrisque; Diuinis in his verbis, *Et peccatum meum contra me est semper*; vel etiam *coram me*, vt aliqui transcribunt; *Ite in Castellum, quod contra vos est*, Sedentes *contra sepulchrum*; humanisque in illis; Psal.50. 5. Luc 19.30. Matt 27.61.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni Carthago, Italiam contra. Virgil.lib.1.

Et reuera tunc mulier adiutorium viro est, cum coram illo est; nam quando non est coram, sed longè ab eius oculis, tum vera est contradictio, oppositionibus, & tentationibus repleta, ac circumsepta. Nec esse coram viro, & simul contra virum, mulierem Vt mulier coram viro & contra virum sit.

B diuagantem in vnum dari potest; quare pariter hæc debent à nobis explicari, vt litera saluetur; & versionum concordantia vt iacent conseruetur. Et sic assero, quòd mulier coram viro & contra virum omnino suum ambulat, in amore quo ab illo diligitur superfluo, & cladibus commixto; non æstimans pro ea prolabi in quæque viria, patrare quæque mala. Vel etiam coram viro & contra virum suum est mulier impudica; & nescia verecundiæ, quę coram viro suo, quæ cupit, machinatur; & simul operatur; *Quæ comedit, & tergens os suum dicit, non sum operata malum.* Quod crimen neque fœminas nobiliores sæpe fugit. Quibus omnibus perspectis quicunque potest vir de sua vxore dicere. *Et peccatum meum coram me est sem-* Prou.30.20.

C *per*; ac etiam *Contra me.*

Excessus tertius.

5. TOlerabile iam esset, si vna foret mulier, quæ viros veneuaret, vel vnus tantùm vir ab eis venenatus; seu per venas, vnde vox venenum deriuatur, hoc mitteret in corda; non autem visu solo, vt reguli regina excidium propinaret; & per aëra virus suum transfunderet in viros; idque tanta virulentiæ diffusione pestilenti, vt non solùm à se conspectos, ad instar basilisci, sed & ipsos conspicientes veneno mortis imbuat, inficiat, & confodiat. Pende nunc quis à belluæ tam nocuæ & truculentæ obtutibus euadet. Felices & Phęnices hi erunt perquam rari, de quibus possem dicere sin- Venenum cur sic dictum. Basilisci quã nocentior mulieris aspectus.

D gulariter & aptè, quod Lactantius de Phœnice in illa sic concinuit; Lactant. Firm.

Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.

Certè extremum & formidandum iudicium vniuersale in ictu tantùm oculi diuinitus consiabitur; *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba*; iudiciũ verò humanum in ictu solo oculi fœminei extetminatur, deperditur, & sæuitia terribili necatur; vt expertus in Bucolicis deplorat Mantuanus; 1.Cor 15.52.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. Quam nocens visus fœminæ. Virgil.

Et oracula Diuina non semel euulgata; *Ascendit mors per fenestras. Oculus meus deprædatus est animam meam*; cum multis quæ referuntur Prouerb. sexto cap. & 7. Eccles. ac 9. Eccles. queis adde Cyprianum de singu- Ierem.9.21. Thren.3.51.

S. Cyprian.

latitate Clericorum; *Fæmneus aſpectus occurrens, velut ſagittas alienis oculis iactat*; & has omnibus ſagittas velociùs procul miſſas; vt illæ quæ tam promptæ quam auidæ, (ac proinde flagrantes deſiderio, ac plenę interno igne, & auiditate peccaminoſa vocantur à Nazianzeno in celebri ſententia; *oculi impudici, & auidi attingunt quæ nefas eſt attingere, ſunt enim organum auidiſsimum, atque promptiſsimum.* Vnde amoris mali duces dicuntur à Propertio; lib. 2. eleg. 15.

S. Gregor. Nazianz.

Propertius.

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.

Vt cæcitas econtra innocentiæ magna eſt portio; iuxta Senecam Philoſophum ſolantem virum cæcum. Quæ mala tantùm viſus habenis compeſcuntur; & oculis iuxta dictum ablatis Saluatoris, ne anima perdatur.

Seneca. Matt. 18. 9.

Nec iaculis tantummodo proſternit oculorum hæc hominum pantheta, ſed etiam pulchritudine quacunque ſui corporis, & inertia plus imbelli, belligeros vel etiam maiores debellando, ac prorſus conterendo; de quo epiſtol. 3. Naſonis modulamen;

Ouidius.

Dic Pari Priamide damno formoſe tuorum
Tam ſic hoſtis iners, quam malus hoſpes eras.

Vbi hoſtis atque hoſpes in vnum colligantur, & hoſpitium tale redditur crudele carnificium, ac malorum quammultorum peruerſa ſcaturigo. Quid enim poteſt peius, fallaciuſve putari, quam ad manus hoſpitatæ pulchritudinis perire, & retaliter venuſta fœdari & deturbari à cæli venuſtate; atque ad mortem ſempiternam expirare eo decore tam breui & peremptorio, vt tyrannis parui temporis à Diogene Laërtio ſpecies nuncupetur; quia in vnico & via præcipiti momento æternitati comparato, & perimit & perit; vt Seneca in Hippolyto de more pulchrè meminit.

Tyrannia parui temporis vocata pulchritudo. Seneca.

Fugacitas quæ formę, & quomodo ſecū ipſa hæc perimat, & pereat.

Anceps forma bonum mortalibus
Exigui donum breui temporis
Vt velox celeri pede laberis!
Non ſic prata nouo vere decentia
Æſtatis calidæ diſſoluat vapor,
Sæuit Solſticio cum medius dies,
Et noctem breuibus præcipitat rotis,
Langueſcunt folio lilia pallido,
Et gratæ capiti deficiunt roſæ;
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur, nullâque non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit;
Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono
Confidat fragili?

Et Ouidius lib. 2. de arte ſic ſe habens;

Forma bonum fragile eſt, quantùmque accedit ad annos
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.

Pulchritudo à nullo plexa, & ideo ſeſe plectens.

Nec male forma ſuo conteritur ſpatio, vt pœnas de ſe exigat; & quæ occiderat tam multos, occidat ſe poſtremò; ac poſt vaſtam perditionem deperdat, & deuaſtet malorum tot motiuum, principium fontem, cauſam. Vide Gloſſ. in L. *Æmilius de acquirenda hæreditate*; vbi quidam Iuriſprudentiæ ſcientia decoratus, ſine cauſa, cauſam fœminæ cuiuſdam propugnauit, ſeu potiùs ſine ra-

A tione & iuris fundamentis; pro ea multa retulit, adduxit, & induxit, vt cauſam huius mulieris victoria ſequeretur. Quo ſuppoſito à Gloſſatore cur ita factum fuerit, hoc ibi interrogatur; reſpondétque, nec deuiè, tenendum, dictam fœminam fuiſſe ſpecioſam, & illam quæ in facie gerebat iuris anſam, fauorem, & cauſæ vim; quæ muta, ſed robuſta eſt illa commendatio, de qua in Publij Syri ſic dicitur fragmentis;

Venuſtas de Iudicibus victoriam quam reportet, cum cuiuſdam Iureconſulti ſucceſſu memorabili.

Formoſa facies muta commendatio eſt.

Quia in re Iureconſulto ſi ratio vera defuit, non defuit vrgens cauſa; nam ſi inquit Auguſtinus *Non datur cauſa ſine cauſa*; quæ cauſa non dicetur in gratiam illius cauſæ, quæ inficit cauſidicos, vt olim malos ſenes; quę caſum ſui facti annexum ſecum trahit;
B & quæ à cauſa rationis quam ſæpe facit cadere.

Pulchritudo quātum vultus ſit iogens cōmendatio. Auguſtinus verbo cauſa.

Exceſſus quartus.

6. SErpentes valde ſuperat necare pulchritudine; ſed fucis pulchritudinem acuere & ornare, hoc eſt acuminare decoræ mortis cuſpides, venuſtæ necis ignes, optati mali plumbum; nec adeo tam ſerpentis quàm potiùs factum dęmonis, nam dęmon fuit primus, qui mulierem adornauit, fucauit, atque compſit, aptauit, & compoſuit, cum dixit ad priorem, *Nequaquam morte moriemini. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.* Deæ nanque volunt eſſe quæ culto ſe diuino maiore nimis ornant, & praue mangonizant, vt tetigit Ouidius Faſtorum prope finem;
C

Diabolus qui primus mulierem fucauit, quod hodie ſimul facit. Gen 3.

Nec quod laudamus formam, tu turpe putaris
Laudamus magnas hac quoque parte Deas.

Ouidius.

Quod opus, vt diaboli, quammulta damna confert, quæ idem ſic contingit;

Auferimur cultu, gemmis, auróque teguntur
Omnia; pars minima eſt ipſa puella ſui.

Nam cultu auferri animam & ornatibus perire, eſt ſane triplex malum, à carne, mundo, dęmone ſolerter machiuatū. Quocirca nunquam dęmon reliquit hocce munus, ſed ipſum quoque hodie exercet in mulieres, quas ille rebus multis diabolicis exornat; id eſt, veneno plenis; ſeu dæmonis picturæ, & guſtui aſſimilatis; ſtibium quale eſt, ac etiam ſublimatum; quod vocant
D *Solimanum*; & aqua cum caprinis decocta lentè pedibus; in quorum ſæpe dęmon figura viſus eſt. In quo hoſtis non permodicè mulieres deludit; dum eas non tam manibus, quàm pedibus delinit; & dum ſimulat ornare, veraciter peſſundat; ac in formam deteriorem conculcat harum facies.

Fœminei cultus mala, & vt animæ inimici ad illum trea concurrant.

7. Bene autem ſibi mulier & dæmon in re iſta alternè recompenſant; nam vt dæmon fuit primus qui mulierem fucauit, ſic mulier fuit prima, quæ dæmonem exornauit; quia dæmon vt mulierem, tunc virginem tentaret, virgineum vultum ipſe pulcherrimum parauit, & colubro internuncio, vt potuit, concinnauit. Sic dicitur à Beda; Comeſtore, Bonauentura, & aliis quos explodit Lyranus in hunc locum, hac ductus ratione,

Mulieris an faciem ad Euam dementādam malignus ſerpens tulerit.

ratione, qoia in fcriptura de re tanta nullatenus fit mentio. Sed ista bene potest ex verbis illis colligi; *A facie colubri fuge peccatum.* Nam facies tantùm homini naturaliter est indita; at ferpens nunquam facie occidit vllum hominem, nisi forsitan priorem, deceptum per mulierem; cui ferpentem Dei permissu hac facie apparuisse, vt tentatio plus contecta, derectáque existeret, latenter seu parenter ex loco nunc adducto à quouis coniectabitur; *A facie colubri fuge peccatum*; fub facie nanque colubri peccatum fic intrauit.

Eccles. 21. 2.

Sed tamen hoc mulieres diabolico ferpenti excessu, longè magno restituunt & tependunt. Nam si dæmon femel faciem assumpsit fœmininam; fœminæ hodie femper facies assumunt ferpentinas. Si enim ferpens est coloribus multigenis variegatus & depictus; quos colores hæ ferpentes non quærunt, atque congregant, vt omnes interficiant? Quoscunque mundus habet ornatui fuo iungunt, & nectũt cunctis neruis industriæ & artificij; vnde illarummet ornatus Latinè *Mundus* dicitur, quia cunctas vanitates, diuitias, & delicias, necnon simul immundirias ex toto mundo verrunt, quò mundissimum Creatorem & Redemptorem pientissimum hoc fuo mundo immundo deturpent quantùm possunt. Sic optimus, quò ad multos, Castellæ Poëtarum, cum primis eruditus, probatúsque Sacerdos *Iosephus Valdeuieso* in fuo Ioseph Sancto, Poëmate omni laude ni fallor digniore Cant. 9. Octa. 7. quo loci post non pauca de mundo fœminarum.

Mulieris ornatus cur mundus appelletur.

Ioseph de Valdeuieso transeuntim commendatus.

Llama el Latino al mugeril ornato
Mundo, y en esto mi concepto fundo;
Pues siendo la muger viuo retrato
Del que la hizo con saber profundo,
Busca con ancia loca y pecho ingrato
Las galas esparzidas por el mundo;
Siendo del mundo vn breue mapa, y cifra,
Que en si contra su Auctor vn mundo cifra.

Si ferpens semper loris, ambagibus, & orbibus deambulat suapte, & excandens, recto collo; trisulcáque minante & sibilante lingua; ac oculis fanguineis, fulminantibus, & vitus eiicientibus ex fe, fic graditur, & gressus quocunque fuos dirigit, proh dolor! mala fœmina, quæ vtinam fuorum vestimentorum turpi cauda partẽ tertiam dumtaxat stellarum fecum traheret & deduceret ac truderet in orcum fempiternum, vt ferpens ille fecit. Et si tandem ferpens idem in templo paradisi decepit primum hominem, quot homines, heu! mulier nunc fallit & interficit io templis Christianis, quæ verus funt in terra Dei nostri paradisus; vt in ipso vitæ fonte liberiùs mors bibatur.

Mulierum comptarũ prophanitas & prauitas.

Apoc. 12. 4.

Ingreditur in templum, cum egreditur deuotio, & pariter aggreditur diabolica tentatio. Surgit illa, cum insurgunt tumultos inimici; genuflectit, cum inflectit vel tantùm circunspectos; fedet autem cum recedunt à gratia qua viuebant, qui vioi prius erant; multos enim ex eo loco, iactura

A iam maiori illecebrarum diuerfarum, & gestuum pungitantium, nocinus velut regulus, aspectu fuo necat; & quod omnibus est peiùs, vt plures circumfodiat, occidit voluntariè, quin aliquis incolumis euadat ab hac peste, ni tantùm qui refugium exemplo Ioseph pueri, in fuga citè quærit; funt enim tales flammæ, vt illæ è quibus falus hac via folùm prouenit;

Gen. 39. 12.

Heu fuge nate Dea, teque his eripe flammis.

Virgil. lib. 2.

Vnde factum, quod quemadmodum antiquitos in templo mactabant viri pecudes, fic mulieres nunc viros facrificant in templis, de quibus hac de causa Propheta dixit forsan: *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi*; Quæ possent incompositæ ab eo nuncupari; est enim hæc compositio B interna incompositio & *(as posturas descomposturas)* vt dicunt Lusitani; circumornatúsque fœmineus, in mores circunseptio, qui eos valde obsidet, & capit, atque necat. Quo fensu funt mulieres similitudines templorum; non quidèm quòd diuitias templorum non excedant; qua via mulieribus plùs templa assimilantur, quàm potiùs viceuersa; fed quia ficut Deo in templis immolatur, fic in ista similitudine templorum prophanissima, diabolo litatur; vbi passim in idolatriam latria commutatur; religio in irreligiosam, feu vitam irregularem; deuotio in mentis otium carnale & maledictum; ac ignis thus diuini in ignem carnei fulphuris, infernique thuribula; vbi animæ pro incenso cupidine incenduntur, & in pignus C concremantur pœnarum fine termino. In quod fanè visus virus hucusque à me depicti lib. 21. cap. 2. Moralium fic Gregorius; *Quisquis per has corporis fenestras incautè exterius respicit, plerunque etiam in delectationem peccati, etiam nolens cadit, atque obligatus desideriis, incipit velle, quod noluit.*

Psal. 143. 12.

Mulieres fucatæ cur similes fint templis.

Quæ visus vis, & robur.

S. Gregor.

8. Quæ omnia mirè claudit egregius & antiquus Iesuita Bernardinus in fuo tom. 1. ferm. 47. vbi verba Apoc. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna fub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim*; tam verè quam & lepidè, ac pariter deuotè immutat ad mulierem: *Signum magnum apparuit in cano, mulier linita colore, & cauda fub pedibus eius, & in capite eius* D *corona stultitiarum duodecim*: quas in noua Apocalypsi, nimirum, experientiæ reuelatione perquamnota, ostendit patentissimè. Verè quidèm magnum signum & admirabile prodigium, vt fœmina naturaliter pudica & verecunda, volutari cæno velit, & faciem quam Deus fecit, turpissimè emendare, quemadmodum ferm. 247. exponit & reprehendit peroptimè Augustinus; ac caudam fibi bestiæ infestæ calceare; & in capite peculiari iudicij nostri fede, fe duodecim stultitiis, vt mundo, & caliendro pergrato coronare; quę aliquantulùm concisæ huiusmodi fe habent. *Prima tumor est superbiæ, propter capita ornamentis multigenis inflata, vnde versus ait;*

Apoc. 12. 1.

Mulierum duodecim stultitiæ recensitæ in capitis ornata.

S. Bernardinus.

Fastus inest pulchris, sequitur superbia formam

Fastor. lib. 1.

Mulier turris Babylonica, & dæmonis vexillum.

Secunda, turris Babylonica, propter inuritas confusiones, & vanitates quas capitibus mulieres imponunt, & contra Deum se extollunt. Tertia dæmonis vexillum ibidem sublimatum, tantò Deo plus odibile, quanto in arce sua propria inimici signum vides. Quarta, Christi scelerata, stultáque derisio, quæ cum verbis Sancti huius expressis paulò infra; n. scilicet 12. ponetur multò meliùs.

Mulier igne cordis sui expromit fumo capitis.

Quinta, signum incontinentiæ, magna etenim vis fumi, per summa tecta exiens magnum ignem clarè prodit in domo interiori; & sic quæ vanitatis tot fumos gerunt in capite, luxuria sua interna indicium promunt foras. Sexta cordis sui prauis duplicitas quæ patet ex illo Eccles.

Eccles 4.26. Psal.81.2.

Non assumas faciem contra faciem; & etiam ex verbis Psalm. Facies peccatorum sumitis. Septima crinium sanctificatio, non criminum, vt par erat, sed crinium quod non decet, & nefas magnum est; nam sicut Sancta canonizata habent gloriæ diadema, sic pœna atque pœnarum quamplurium diademata his erunt in inferno, quas ibidem canonizata æternum patientur. Octaua, esse lucifugam animarum deceptricem, quia velut ad lucifugam, caput eius demonstrat, tam magnum & tam compositum, concurrunt aues aliæ, quæ per aucupis à visco appensito inuiscantur, & postea iugulantur. ita iuuenes ad mulieris ornatum & grossum caput visca quasi infixum, accurrunt visco turpi, quo à dæmone in hoc mundo insidianter capiuntur, vt postea deuorentur, & in alio morte iugi pœnarum cruciatentur.

Mulier luminum lucifuga, ad animas captandas.

Eleganter de hoc Salomon sic dicens in Prouerb.

Prouerb 7. à n. 10.

Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas; garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensúmque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur dicens. Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum. Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies; non est enim vir in domo sua, abiit via longissima; sacculum pecuniæ secum tulit. In die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius; velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agatur.

Mulier hominem decipiens dessecepte elegantissimè, & simul turpissimè.

Eccl 7.27.

Et Ecclesiastes cap. 7. paucissimis sub verbis; Qui placet Deo effugiet illam; qui autem peccator est capietur ab illa. Nona esse quantis mulier dæmoniorum multos laqueos; sicut etenim de caudis equorum solent pueri, ad auiculas capiendas parare plures laqueos, sic diabolus de mulierum capillis hos componit, ad capiendum leues, animas; in quibus capit primùm mulieres easdem, vel capillos super se portantes alienos, vel proprios, plusquam decet studio componentes, eásque capillis suis vt Absalon suspendit, ad arborem, quæ igne crematur sempiterno. Nam quod ita teneantur exinde clarè pa-

Mulier multi laquei dæmonis, in crinibus incongruis.

2.Reg.18.9.

A tet, quia medicis pro recuperanda consentiunt sanitate, abradi in ægritudine, at verò Confessoribus, Prædicatoribúsque nolunt in capillis adulterinis deponendis consentire, pro spiritus sospitate & valetudine assequenda. Vnde quot in suo capite fert mulier vanitates, diabolus tot laqueos in eius habet corde; quapropter in quecunque amouendo & relinquendo cum culpas confitetur, difficilem se reddit, quia iugiter à diabolo per illos retinetur. Decima esse monstrum dæmonis quàm valde assimilatum; quia cum Christus caput vnum, quod mystici ille corporis Ecclesia sua est, dumtaxat in se habeat, & dæmon decem capita, ac simul decem cornua, hunc mulier suo similis se volens conformare, septem capita cunctorum mortalium peccatorum, & vnà decem cornua ad decem Dei præcepta congessit impetenda; quibus cornibus & caudis non carent in Italia, vt cornibus atque caudis

Mulier monstrum septem capita, & cornua decem habens.

1.Cor.11 3.

Apoc.12 3.

B animalia sint completa. Quod enim mulieribus in Creatione Deus negauit, diabolus superaddidit, & animalibus quam Deus præfecit vniuersis, diabolus eisdem subiecit in ornatu præposterè ordinato. Vndecima esse sedes & cathedra diaboli; quia in capite mulieris, vt in tripode dilecto potentiarum illius sedet. Duodecima postremò, remuneratio passionum; in iis namque postea iustissimè torquentur, in quibus priùs ipsa vanissimè peccauerant; & quia in toto capite ornatu deliquere, in eo toto pœnas delicti sic persoluunt. Dolent, fa[illegible] nigrescunt, & decidunt eis dentes, quos anxie [illegible]ere, [illegible]habitus suauibus quam multis rebus fotus, iam satis graue olet; carnis sunt immaturè lucentes illi oculi, quos stibium resque alia pinxerunt indecenter, vt viderent indecentius, & visos interficerent, pulmonis pœna tussiunt, quæ tussire, pro vt

Mulier caþthedra diaboli.

Mulier à Deo in rebus cunctis ornatus castigata.

C dicitur, fecere viros plurimos; rugantur genæ pallida, ruboris olim area; arescit quæ eis priùs suauis cutis fuerat, nec non capitis alienatione, doloréque vexantur, & illarum senescente decore cerebrali, quotidie ipsarum corda ad mala iuuenescunt, vt sententia adimpleatur ex lib. Sapient. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Et illa Ezech. Abominabilem fecisti decorem tuum. En mala, quæ mulierum producunt vanitates.

Sap 11.17.

Ne igitur hæc accidant honestis mulieribus, comburant crines mortuos, & proprios non interqueant superflua vigilantia, abscindant vanas caudas, restringant longas manicas; tincturarum quæque vascula proiiciant in latrinam; specula frangantur, vestes concrementur, iocaliáque omnigena pretiosa distrahantur. In melius emendetur

D vanarum vita libera, & velint Christianas tam esse, quam videri, ac pudicè pro vt decet Catholicas Matronas, perpetuò conuersari, vt in præsenti gratiam Dei, & in futuro illius gloriam habere mereantur; ad quam nos perducat D. N. Iesus Christus; qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hæc ille; plus ad sensum, quàm ad literam relatus; quæ stylo breuiori ad exitum perduxi, vt Sanctissimi & ardentissimi Prædicatoris zelus pateat; & omnes Dei Præcones, qui vana consectantur, hunc potius tam in sui quàm in aliorum emolumentum conentur imitari; & Lectores tandè sciant quo iure de hoc Sancto apud Marcum Vlyssiponensem, in eius vita traditur, ob vnam Concionem, quæ forsitan hæc fuit, tot mulierum

Bernardini Sancti factum prædicatoribus mirandum, & etiam pro virili ab illis imitandum.

mulietum ornamenta, instrumentáque lusotũ delata ad eum esse, vt aliqua sint plaustra spoliis his repleta; quæ ille ad forum ducens accenso magno rogo incendij flammis tradidit; quamuis ipse contra ludos, sermonem paulò supra, qui est 42. æqualiter succensus amore Dei habuerit; & forsan ex vttoque tam multa sunt congesta, quæ igne cæli accensus in cineres redegit.

Mala duodecim quæ insint mulieri caudatæ.

Psal 48.13.

9. Sed & mala duodena de muliete caudata recenset in præfata Conci. 47. quæ nominibus & rebus in istum modum sunt. *Primum quidem quammultarum expensarum multiplicatio in vanum consumptarum. Secundum verò turpis similitudo bestialis, quia bestia caudas habent, & homo post peccatum, quo factus est iumentum;* in *Psal.* 48. *Tertium vt mulier sit in hyeme plus solito lutosa, & habeat propter culpam, quod non habuit per naturam; nam si mulier atque vir diligenter manus lauerint, & illico eas iterum abluerint, vt priùs, & aqua lotionum collecta separatim, attentè inspiciatur, in aquali quantitate plus mulieris quam viri lotura munda erit. Quartum autem vice versa in æstate pulverata. Quinta, scopa valde stulta, quia vestibus pretiosis viarum verrit pulverem; de qua in Isaia;* Scopabo eam in scopa terens. *Sextum dæmonis thuribulum, quia mulieres illum pergunt per viam pulverosam incensum prauum naribus sequentium eas exhibent. Septimum pauo, qui ex vna parte ostendit grauitatem, ex alia verò prodit verendam leuitatem: cum enim caudam leuat, de plumis captans gloriam, retrorsum turpitudinem ostendit naturalem; & sic mulier caudata, dum transit per lutosa, tam altè ante & retro, ne caudam coinquinet, attollit vestem suam, vt maneat ridenda,* Vana sunt & opus risu dignum, in tempote visitationis suæ peribunt. *Octauum domus suæ blasphema murmuratio, quia famula blasphemant, dum domi sæpe lutum à caudis bis excutiunt; quot autem excussiones, tot sunt maledictiones ab illis geminata, præter pauperes, de quibus blasphemantibus Bernardus;* Clamant nudi, torquentur frigore; inueniunt curiosi oculi quo delectentur; & non inueniunt miseri, quo sustententur; imò reperit lutum quod non inuenit pauper, qui clamoribus perquitit sustentamentum & indumentum. *Raròque inuenitur caudata & vana mulier, quæ pauperibus attendat, vt Sodoma mulieres, quæ in superbia & abundantia egenis manum suam extendere nesciebant. Nonum rapax superbia, quia ex rapinis & superbia conficiuntur tales vestes; cum procerum mulieres mulier-* A *cula imitari in magno fastu velint; quod maxima est superbia, occasióque rapina, vt ista comparentur. Decimum serpens, qui quammultos ad orcum traxit cauda. Vndecimum, currus dæmonum: sicut enim magni Domini in curribus feruntur, sic dæmones vehuntur in caudis fœminarum, vt vidit S. Zeno Episcopus Veronensis, qui cum esset adolescens, & S. Ambrosij clericus, ac illum per ciuitatem aliquando sequeretur, correptus risu est, quod iuuene immaturo Antistes demiratus, ab illo causam huius quæsiuit leuitatis, cui ille sic respondit;* Vidi Pater super caudam mulieris illius, quam vides nos præcedere, diabolum dormientẽ, quæ dum in illo transitu, ne à luto inficeretur, leuatet ipsam caudam, dæmon cecidit in lutum, & totus est immunda sorditie maculatus. *Quod considerans Ambrosius, munditiem cordis magnam, quæ spirituales res videntur, in iuuene cognoscens,* B *& gratias Deo egit, & se illam non habere humiliter agnouit. Duodecimum, cruenta diaboli romphea, qua anima Primo loco occiditur mulieris huiusmodi caudata; Secundo viri anima, quò permittit & non prohibet has fatuas vanitates* 86. *Cap.* Facientis; *Tertio anima sutoris, Sartorisque in rebus tam vanis seruientium;* Extra de Iniur. & dam. da. *Cap.* Si culpa; *Quarto anima parentum, qui eas educarunt; Quinto anima aliarum quæ volunt imitari; Sexto hominum multorum qui pereunt malo exemplo inanium fœminarum; septimo corpora egenorum, qui ob tales superfluitates inedia consumuntur, ad Deúmque queruntur.* Vsquequo Domine Sanctus & Verus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra.

Isai. 14. 23.

Mulierum supra hominũ munditiæ quid notabile.

Mulier dæmonis thuribulum.

Pauo magis risu plenos quam sui pulchritudine.

Ierem. 10. 15.

S. Bernard.

Ezec. 16. 49.

Apoc. 12. 4.

Mulieris super vestẽ vt Zeno vidit dæmonem.

Mulieres quotupliciter ornatu suo noceant.

Apoc. 6. 10.

C Hæc quidem vir Sanctissimus quæ ordine immutaui, cum caudæ non sint hodie, vt capitis vanitates sunt crebrę vbique gentium; & maximè in Hispania; vbi tamen loco caudę euectas semper crepidas etsi Venetis non pares ex cortice confectas, in more cunctis positũ; vel vt ibi breuiores grandiores fiant fœminæ, subliméfque euadant; vel vt domum ex fundamento sic præbeant dignoscendam; & doceant vsque ad caput leuiores esse cortice, quæ corticem pro basi supponunt leuem pedibus. Ista satis pro nunc sint de leuitatibus mulierum, pro mulieris prioris taxanda vanitate: quæ quando sunt maritis fideles & morigeræ quàmplurimis & inclytis præconiis sunt promeritæ; de quibus idem Sanctus serm. 48. sed D Phœnix rara talis, & ferme singularis, de qua in singulari, sic ait textus Sacer. *Mulieris bonæ beatus vir.*

Mulieres cur leues gestare velint crepidas.

Ecclesi. 26. 1.

VTRVM, ET QVOMODO MVLIERES DELINQVANT se comentes, pingentes, & ornantes.

10. ABVSVS iam in vsum à sæculis permultis, & à plerísque nationibus mutatus in hac re, obscurum meo calculo quæsitum præsens facit, in quo ego magis vellem audire, quam audiri. Sed breuiter expandam, & pariter exponam quod ait D. Tho. lib. 4. Sent. d. 15. q. 2. art. 3. & 2. 2. q. 189. art. 2. vbi gradus ille sex corporei cultus ponit; vel propter infirmitatem, consuetudinem & dignitatem; vel propter concupiscentiam, leuitatem, & vanitatem inductos à mulieribus, ac etiam in more positos. E quibus tantùm quattus

D. Thom.

Mulieres vt peccent, dum ornãt semetipsas.

A compellit ad mortale; quintus & ſextus niſi quando immo deratè conquiruntur; rarò verò tres priores, videlicet, cùm modus exceditur quàmualde.

Verùm iſtis non obſtantibus non poſſum non nutare, de comptiſque ob mala ab ipſis derinata, non duriùs iudicare. Nam cuiuſmodi res quæuis producit ſibi ſimilem, ſic curioſitas curioſitatem exacuit in hoc vitio: quis enim pulchritudinem ornatibus adauctam curioſus contemplabitur, qui de mulieris curioſitate luxuriante & excedente munditiæ iuſtam metam, non malè ſuſpicabitur? ſolertia magna mulier (dicet talis) curioſa videtur ſeſe comere, vt alí oculis alienis (placere quibus nefas, nimirum dara opera) auidiùs videatur, & compta commedatur.

Ethnicorum quæ ſententiæ de cultu fœminarum

B Sic Hyperides apud Nanum Ornatus dicens verbo; *Demi, coram viro liceat vxori ornare ſe; ornamenta autem quæ ſumit egreſſura domum, non ad maritum, ſed ad alios ſpectat.* Et Theophraſtus ibimet; *Mulier nec alios videre, nec ipſa videri debet; præſertim quæ eleganter ornata fuerit; vtrúmque enim ad res inhoneſtas incitamentum eſt.* Diogenéſque inibi, in iuuenem plus iuſto, vt mulier, ſe comentem: *Si ob viros, miſer es; ſi ob mulieres iniurius.* Quod veriùs, & frequentiùs vertetur in mulieres; *Si ob mulieres ornaris, infelix tu es mulier; quæ etenim vult mulier placere mulieribus? ſin ob homines, iniuria fœminea ſpeciei; nam qualis erit fœmina, ſi ipſa non deformis, quæ oculis maſculinis ſuapte non complaceat?*

Hypetides.

Theophraſtus.

Diogenes.

In iuuenẽ ſe comentem Diogenis ſententia.

C Quo nixi fundamento hoc ipſum exiſtimarunt Catholici Doctores, inter quos Tertullianus in lib. de hoc cultu mulierum ſic fatur; *Decor natura ſua libidinis inuitator eſt. Quid alteri periculo ſumus? Quid alteri concupiſcentiam importamus? Neſcio, an impune abeat, qui alicui fuerit cauſa perditionis. Perit enim ille ſimul in tua forma, ſi concupierit, & admiſit iam in animo quod concupiuit, & facti es tu gladius illi.* Qui auctor tot fulgoribus conſpicuus & ornatus non parum pro me eſt: nam ſi ille præſens dubium neſcire ſe fatetur; *Neſcio an impunè abeat*; qua via ego tantillus hoc ipſum iudicabo? Sed clarior & ſeuerior pro meo in hoc rimore Chryſoſtomi iudicium, qui in Epiſtol. ad Coloſſ. ſic percutit has fœminas. *Quid ornaris, dic quæſo? Vt viro placeas? Igitur domi hoc facito. At vero contrarium fit; incultior domi, foras prodit cultiſſima. Vtinam hic tam modeſtè peccaremus, vt culpa ſe domi contineret. Sed malum hoc publicari vult, vt pluribus noceat, quò plurium oculis hanc vanitatem ingerit. Quis eam, quam nullis oſtendat, induit purpuram? Nemo oculis ſuis lautus eſt, ſed alienis.*

Catholicorum quod iudicium de ipſo mei ornatu.

Chryſoſt.

D Quæ omnia roborantur in lib. Eccle. *Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum ſuum, tanquam vrſus, & quaſi ſaccum oſtendet*: nam nequitia cultus iſte clariſſimè vocatur; nequitiáque vrſina; qua ſcimus hocce animal turpare ſuam faciem, vt homines decipiat, ac ipſos interficiat; mutata ſicut facie mulieres hoc faciunt; quæ inſuper vt ſaccum oſtendunt vultum ſuum, non quidem plenum auro,

Eccle. 25. 24.

A ſed potius auaritia, habendi, & ſemetipſas tradendi impudicitiæ. Non diuitiis, ſed nequitia; non moneta, ſed malitia; non argenio quomodocúnque elaborato vel ſignato, ſed inſigni & inhoneſta cupiditate redundantem; non margatiris, ſed maleficiis, ac etiam veneficiis in ipſis frequentiſſimis, nec ſaccum plenum ſaccharo, quod foris & in facie externa tantùm ſapit, ſed magis ſacrilegiis, & vitiis vniuerſis; ac iſtis ſic tenaci proteruia perpetratis, vt ſaccus non tam ſaccus apertus ſit vllatenus, quàm carcer nimis clauſus, & ferrea, ac valde fera catena, & retinaculum; de quo optimè Gregorius ſic ait in moralibus; *Ex quo ſemel luxuria mentem alicuius occupauit, vix eum bona cogitare permittit. Sunt enim deſideria viſcoſa;*

Mulieris cur facies ſit ſaccus nuncupata.

B *quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio; ex cogitatione affectio; ex affectione delectatio; ex delectatione conſenſus; ex conſenſu operatio; ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio.*

S. Gregor. Luxuriæ quæ tenacitas, & praua incarceratio.

Sed præſtat ſuper cuncta audire Bernardinum ſerm. 47. art. 1. cap. 3. quo ille culpam iſtam exaggerat hoc modo. *Tolerabilia propemodum in adulterio crimina ſunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Propterea dicendum eſt, quod quæcúnque illa ſint mortaliter peccant in his abuſionibus. Non tamen nego, quin permiſſum ſit coniugatis ornare ſe honeſte propter maritos; dum tamen nihil falſitatis, aut adulterina pictura, aut expillatura vſurpent. Sed dices, hoc faciunt, vt placeant maritis ſuis. Dicendum, quod ipſum placitum non excuſat eas à mortali; quia modus, per quem placent, ſeu placere intendunt, nec Deo placet, nec maritis, vt ex dictis patet:*

Ornatus in mulieribus vt peior adulterio, contra naturámque peccatum.

Ornatus quali pondere propendeat ad mortale.

C *quod confirmat Auguſtinus* de Conſecr. d. vlt. cap. Fucare. *Quidam tamen dicunt, quòd ſi fœmina haberet deformitatem aliquam, ſeu in fluxu capillorum, ſeu in facie, vel in collo, poſſet eam velare & arte reparare, non ad ſui concupiſcentiam, vel alia corrupta intentione, ſed ne eius deformitas riſum videntibus moueret, aut ſcandalum marito faceret, quo incurreret adulterium, tunc enim ſine mortali ſe mulier adornabit. Alij dicunt, quod mortale non inducitur in ornatu niſi ex intentione corrupta. Iſta autem definitio mihi videtur melior & ſecurior.* Nempe illa, quam hic Sanctus in verbis præcedentibus præmiſit, & muniuit tam congruis rationibus.

11. Hæc ille cum Alenſi Doctore irreſtagabili. Poſt quæ de grauitate iſtius noxæ

D habita, non erit modo vllo inconcinnum, ſed aptum, ac ferè neceſſarium, attingere vt mulieres ſe valeant adornare; quod dupliciter poſſibile & facile ego puto; ſi natura tantũ & gratia hoc velint factitare. Natura, ſi quæ ſunt honeſtati naturalia, & naturaliter idonea, dumtaxat ſuo ori & corpori applicauerint; in quo quidem tanquam in peruio & patulo argumento, nõ ampliùs immorabor; quo fiet, vt venuſtas naturalibus adiuta, alterius non commoueat naturam & deſiderium; quod enim eſt naturale inuiolabile ex ſe eſt, ita vt etiam viri peſſimi non niſi cum timore hoc audeant violare. Gratia verò ſi ſe gratia interiùs adornauerint; hic nanque mundus eſt, qui mundam,

Ornatus quibus modis tam licitus, quàm optimus.

Vt fœminæ pulcherrime ſe debeant adornare.

dam, gratam, hilarem constituit verè fœminam; vt cum Socrate & veteribus in præceptis connub. Plutarchus contestatur; *In speculo te ipsum contemplare, & si pulcher appareas, fac ea quæ decent pulchrum sin deformis; id quod faciei deest, honestate morum supple.*

Plutarchus.

Quod ex nostris Tertullianus de cultu fœminarum in fine sic expromit; *Prodite iam medicamentis & ornamentis extructæ Apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos verecundia; & spiritus taciturnitate inserentes inaures sermones Dei; annectentes ceruicibus iugum Christi. Caput maritis subiicite, & satis ornatæ eritis. Manus lanis occupate. Pedes domi figite; & plusquam in auro tunc placebitis.* Diffusiùs Nazianzenus aduersus se ornantes, & Augustinus paulò supra in cap. *Fucare.* Ornamenta quæque alia, iocalia, & caliendra, B sunt velut quæ Lysandri honestis filiabus Tyrannus misit Siculus; quæ licet summi pretij recipere contempsit illarum pater inclytus, modestia, & parsimonia; nec non etiam educationis mulieribus necessariæ exemplar memorabile; tam seriò, quam scienter sic dicens Regis nuntiis; *Hoc*

Tertullian.

Temperantiæ & continentiæ in cultu fœminarum mirabilis sententia.

A *ornamentum dehonestabit potiùs filias meas, quam ornabit*; quemadmodum Plutarchus productus asseuerat.

Verùm ne in quæstione ob abusum quotidianum quàm valde scitu digna, desiderari quidquam possit, dicamus vt nam iuuenes sedebeant exornare. Hoc breuiter & optimè Ouidius ad Hyppol.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti, Ouidius.
Fine colo modico forma virilis amat.

Et de arte lib. 2.

Forma viros neglecta decet.

Quod ille post Thesei Adonidisque ficti, salacis licet pueri exempla à semetipso adducta sic corroborat.

Ornatus qualis iuuenum, vt liceat, atque ornet.

Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo,
Sit bene conueniens & sine labe toga.
Linguáque ne rigeat, careant rubigine dentes
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,
Inque caua nullus stet tibi nare pilus.
Cætera lasciuæ faciant concede puellæ,
Et si quis male vir, quærit habere virum.

VTRVM MVLIER QVANDO VALDE, AC ideo male compta, accedendi digna sit ad ferculum Eucharisticum.

Mulier compta an digna sit accedere ad Eucharistiam.

12. HÆc quæstio præcedenti in Eucharistica materia ligatur necessariò; cui & Sanctus Bernardinus supremo C loco datus cum eodemmet Alensi respondet negatiuè; affirmans talem fœminam immodicè adornatam mortaliter peccare, ex trina ratione; nimirum Dei, & proximi, ac sui offensione; Dei quidem, quia Deus hoc vetuit per Matthæum; *Non potes facere capillum vnum album, aut nigrum.* Quod tamen cōptæ faciunt in Dei factoris sui (tam opus, quàm & verbum illius emendando) nototiam contumeliā. Proximi verò, quia proximum ad contrahendum Matrimonium, ac ideo in te grauissima errare sæpe cogit; vnde asserit Ambros. in libris de Virgin. *Si pulchra es, cur absconderis? si deformis cur te formosam esse mentiris? nec tuæ conscientiæ, nec alienæ gratiam erroris habitura.* Et tandem ex sui propria offensa & nocumento; quia in duobus sese nesciam ostendit dum se comit; vt inquit idem Sanctus argutia consueta: *Quanta hæc amentia effigiem mutare, naturæ picturam quærere, & dum verentur maritale iudicium, perdidere suum. De se enim pronuntiat cupere mutare, quod nata est; ita dum alij studet placere, priùs ipsa sibi displicet.* Quapropter si tam grauiter ornata peccat fœmina, ad mensam culpæ inuiam non ita bene veniet.

Matth. 5. 36.

S. Ambros.

In quibus mulier compta ostendat sese nesciam.

Quod idem Bernardinus in stultitia quarta illa, quam de industria n. 8. suppressam & occultatam huc ego reseruaui, ad Eucharistiam speciatim inflectit in hunc modum. *Quarta stultitia fucatarum derisio Christi est. Mirabile equidem videretur, si mulier in mortis sui vel patris vel sponsi caput floribus ornata, ad Missam die pergeret. Sed multò mirabilius, si mulier Christi sanguine sponsi ac Patris sui redempta ad Missam vadat, cum capite non tam floribus, quàm auro gemmis, fuco, ornata & circumposita; cum Missa in Christi passis memoriam celebretur; & cum in corpore atque sanguine eleuato à Sacerdote, eleuatio Christi in Cruce quotidie memoretur. O caput mulieris quæ caput ornas cum tanta vanitate? Recordare illius capitis quod est Angelis tremebundum, & etiam quod pro tuis purgandis vanitatibus tanta spinarum densitate vsque ad cerebri teneritudinem transfigitur, & cruentatur, tuum verò quantùm potes decore venustatur. Caput illud coronatur spinis, tuum lapidibus pretiosis: capilli eius sanguine constipantur, tui autem vel alieni artificio decorantur; Genæ illius deturpantur, tua fuco & perquam-* D *uaria pictura colorantur; Oculi Christi diræ mortis velamine obscurantur; tui libidinis carbones & flammae iaculantur; Caput illud confusione deiicitur pro te, & inclinatur ad pacis osculum, tuum verò contra ipsum erigitur, & armatur ad bellum peccatorum. Christus inuitat ad fletum gratia, tu illudis eum per risum culpæ.*

S. Bernardinus.

Hæc ille, periucundæ redactus breuitati, qui tom. 1. serm. 20. explanans vocem Pauli, *Debet mulier potestatem habere super caput, propter Angelos*; de tribus Angelorum frequentium in Dei Ecclesia speciebus verè exponit; nimirum, tam de Angelis custodientibus Fideles, qui illuc sese conferunt; quàm de aliis qui subseruiunt Eucharistiæ Sacramēto, quàm de Sacerdotibus qui sunt Angeli in Prophetia Malachiæ; & hos

1. Cor. 11. 10.

Malac. 2. 7.

omnes per mulieres ornatibus ſplendidas, videntes ſibi animas in cuſtodiam deſignatas, auferri coram Domino contento in Euchariſtia, contra eas non tenuiſſe, ſed acriter inferri. Bernardinum in exprobrando ornatu fœminarum præceſſere viri incliti; Tertullianus de cultu mulierum; Cyprianus de habitu Virginum; Ambroſius de Virginibus; Nazianzenus de ſe ornantibus; Chryſoſtomus ad Timoth. Plutarchus verò & Plinius in multis ſui locis. At de iis qui prophanè adornant atque veſtiunt imagines Sanctarum Nauar. in Manuali cap. 11. n. 25. in fine; & Conci. Trid. ſeſſ. 22.

Imagines Sanctarum vt debeant adornari.

Exceſſus quintus.

13. EMenſo mundi capitis prolixo & longo curſu hucuſque à me confecto, mulieris ſe offerunt fallaciæ atque blanditiæ, quæ idem fere ſunt; & quibus vltra fucos exteriùs præparatos, interiùs ſe communiunt, medullitus ſe inſtruunt ad animas captandas, & homines his retibus & laqueis vinculandos. De fallaciis perquamlatè Prouer. cap. 1. v. 3. Salazar, quo affert hocce diſtichon.

Salazar.

Sydera non tam habet Cœlum, non flumina piſces
Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos.

Fallaciæ quæ mulierum.

At verò de blanditiis res cunctis eſt notiſſima; cum blanditiæ & blandimenta ſint blanda incitamenta ad animos mulcendos. Quid verò hoc cognomento tam dignum, ſicut illa, quæ à blanditie & à mollitie eſt mulier nuncupata? Hæc fortior quando mollior; nocentior cum ſuauior; periculoſior, cum eſt gratior, vt ea quæ dum ridet lætatur et rodit animas, & radit res domeſticas, ac corpus carpit miſerum, latenter & lethiferè; ita vt virga ſit, non virgo; nec virago ſed vorago hæc viros vorans bellua, & mandens quoſque amat. Quod compulit Tibullum vt diceret de eis lib. 3. elegia. 4.

Ah! crudele genus, nec fidum fœmina nomen
Ah! pereat didicit fallere ſi qua virum.

Tibullus.

Quæ omnia ſerpens neſcit; inſidiæ nanque eius plùs nocent in propatulo.

Exceſſus ſextus.

14. NEc ſolummodo in viſceribus aſtutias voluit mulier, ſed pariter in verbis & voce, ac vultu muto; qui etiam mutus loquitur, & crimina quod eſt amplius immittit in præcordia. De qua muta oratione & perſuaſione efficaciſſima, in libro Eccleſ. *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt.* Vt videas quàm admirabile ſit eius nocumentum, quæ tacita ſuadet; & etiam ſine culpa, ac propria voluntate inflectit alienas, & culpas ſecum format æterni mali præuias; *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt.* De verbis quod ſubſequitur; *Colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit:* & Prouerb. 5. cap. *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta, quaſi gladius biceps;* ac

Eccleſ. 9. 11.

Verba, cantus, atque ſaltus mulierũ quàm mala.

Prouer. 5. 3.

A cap. ſepteno, *Irretiuit eum multis ſermonibus & blanditiis labiorum protraxit illum.* Quo malo ſerpens caret, qui ſibilo dumtaxat (eò magis reparabili, quò ipſe à tali beſtia eſt cunctis formidabilis) terrificat, & ſimul præmunit tranſeuntes. De voce verò & cantu muliebri Cyprian. de ſingular. Clericor; *Tolerabilius eius cantu audire nobis eſt baſiliſcum ſibilantem.* Cui cantui ſi tam neruos addideris ſonantes, quàm ipſam inter ſaltantem, verecundiæ & caſtitatis præſidia eneruabuntur; Ouidio lib. 2. de remed. ſic dicente;

Cap. 7. 21.

Eneruant animos cythara, cantúſque, lyraque,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.

Ouidius.

Quod Ambroſ. de Virgin. ampliauit lib. 3. & fuſiùs explicauit; *An quidquam eſt tam* B *promptum ad libidines, quàm inconditis motibus, ea, quæ vel natura abſcondit, vel diſciplina velauit, membrorum operta nudare, ludere oculis, rotare ceruicem, comam ſpergere? Quid enim ibi verecundiæ poteſt eſſe, vbi ſaltatur & concrepatur?* Quapropter ſic Chryſoſto. hom. 49. ſcribens in Matthæum; *Vbi ſaltus laſciuus, ibi diabolus eſt præſens.* Et Eccleſ. rei iſtius ſæuitiam repræſentans; *Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius;* magnam etenim efficaciam hæc habet diſſolutio. Et hinc chorus qui mulierum, in Eccleſia priſco tempore à choro ſeparatus virorum admittebatur, exploſus fuit poſtea, vt affert Vicecomes lib. 1. cap. 33. de Miſſæ ritibus antiquis; non quippe decens erat in Sacrificio pudicitiæ C impudicitiam ſuadentium audiri mollis cantus.

S. Ambroſ.

Chryſoſtomus.

Eccleſ. 9. 4.

Mulieres antiquitus canentes Miſſæ cantũ; & quare hic mos ſublatus.

Exceſſus ſeptimus.

15. HIc quidem cum muliere conuictus & domeſtica ſocietas eſt illa, quæ neutiquam cum ſerpente eſt cuique neceſſaria; quemadmodum cum fœmina non ſolùm ineuitabilis, ſed etiam intolerabilis agnoſcitur ſuapte; de cuius graui pondere Chryſoſtom. ad verba; *Non expedit nubere; Quid eſt mulier* (inquit ille) *niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum,* vt nimirum per cohabitationem inſeparabilem & delectabilem faciliùs hoc venenum D à viris ebibatur, & vehementiùs ac frequentiùs, ſeu perpetim & aſſiduè hoc malum intolerabile acerbiùs toleretur, & hoc malum neceſſarium neceſſitate pertrahatur; vel à nemine niſi improbo labore caueatur. De cuius ſane mali neceſſarij contubernio Hieronymus Nepotianũ his verbis reddit monitum; *Omnes puellas & virgines Chriſti aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige; nec ſub eodem tecto manſites, nec in præterita caſtitate confidas. Non enim tu Sanſone fortior, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior. Memento ſemper, quod paradiſi colonum à poſſeſſione ſua mulier ejecerit.* Vnde quidam pro condimento memoriæ domi ſuæ habebat exaratum; Adamum, atque Sanſonem,

Cohabitatio cum muliere periculis quàm plena.

Matt. 19. 10.

S. Chryſoſtomus.

Neceſſarium malum mulier, & alia multa mala.

S. Hieronymus.

Dauidem

Dauidem & Salomonem, Petrúmque deiecit mulier; qois modò totus erit? & alius lingua Hispana, tam pulchriùs quam & breuiùs; *Sanson, Dauid, Salomon; Dios me libre de mugeres.* Et Rosticum adbortando; *Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas, quæ illi in obsequio sunt, scias tibi esse in insidiis; quantò vilior earum conditio, tantò facilior ruina est. Baptista matrem habebat, Pontificisque filius erat, & tamen nec dilitiis nec parentis opibus superari potuit vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis. Viuebat in eremo, & oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignabatur aspicere.* Sic S. Augustious, qui dicere solebat; *Quæ cum mea sunt sorore, non sunt sorores meæ.* Sic Gregor. lib. 7. cap. 39. Moral. super Iob; & sic tandem PP. omnes; quibos certè supereminet Bernardus in sententia illius per-

S. Bernard.

uulgata; *Facilius esse mortuum ad vitam reuocare, quam cohabitare cũ muliere, & nunquam peccato luxuria maculari.* Sed aptior pro re nostra, de muliere & serpente, Isidorus apud

S. Isidorus.

Glossam. Num. 24. *Si vis à fornicatione esse tutus, esto à muliere corpore & visitatione discretus. Iuxta serpentem diu illæsus non eris, sed prope ignem combureris, ferreus tamen sis, aliquando dissolueris.*

Excessus octauus.

Mulier fera cunctis feris immanior, efferatior.

16. Aliusmodi in eadem necessitudine domestica, nocentior mulier est cohabitatione serpentina, quia non solùm serpentinam, sed belluinam cuncti generis excedit feritatem, & ferioam post se omnem relinquit truculentiam, immanitatem supergreditur. Chrysostomus in decollatione Baptistæ verba facieos; *Ego quidem*

Chrysost.

existimo nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri malæ. Quid inter quadrupedia leone sæuius? sed nihil hac ferocius. Quid in serpentibus dracone acrius? Nec hoc sanè cum muliere mala conferri potest; nam leo & draco in malo inferiores sunt. Danielem in lacu leones veriti sunt; Ioannem Baptistam in deserto dracones timuerunt; Herodias verò eidem caput abscidit; Iesabel Naboth interfecit, Dalila Sansonem alienigenis tradidit. O malum summum, & acutissimum telum diaboli. Et inibi sic dicens: *Per te bella fiunt; per te sapientes se perdunt; per te Sancti occisi sunt; per te ciuitates combustæ sunt; per te vita perdita est; per te mors inuenta est; per te diuites pauperes, per te pulchri turpes; per te fortes debiles; per te veraces mendaces; per te casti luxuriosi; per te humiles superbi; per te pœnitentes inobedientes, & Deo odibiles fiunt. Hæc est, quæ Adamum eiecit de paradiso; hæc humanum genus mersit in infernum; hæc vitam abstulit mundo per vnius arboris pomum.* Quo loci valde latè. Hæc enim satis sunt, vt scias quaotùm mulier omoigena ferarum, malorum genus omne annexum secum afferat; vt etiam tangit Glossa Ezech. 24. bos ibi versus referens:

Fœmina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem;
Polluit, absumit, necat, eripit, orbat, acerbat,

A Et Bustus in Rosar. 2. p. ser. 28. adducens subsequeotes:

Fœmina vas dæmonum, rosa fœtida, dulce venenum;
Nam felle plenũ vas est, quod credis amœnum.
Quid leuius flamma? fulmen. Quid fulmine? ventus.
Quid vento? mulier. Quid muliere nihil.

Excessus nonus.

Vt morte peior mulier.

17. Noo solùm feras omnes fruentes vitæ aurâ excedit vna mulier, sed etiam mortem cuncta vioentia atque nocentia oecaotem & soperantem. *Inueni amariorem morte mulierem.* Mors enim tantum

Eccl. 7. 27.

corpus, at mulier simul aoimam occidit fre-
B quentissimè, & hoc æterna motte, immensa, & infinita, cum separet à bono immenso, & infinito.

Excessus decimus.

Sap. 2. 24.

18. Sed mortem præit dæmon, qui acri sua inuidia hanc intulit in mondum, mulier verò prior dæmone, & ipso valde peior, vt tangitur à Glossa Num. 24. *Per hoc quod Balaam filios Israel non potuit debellare per dæmones, & tamen eos confudit, & afflixit per mulieres, ostendit nobis quam horrida est familiaritas mulierum, & quam fugienda.* Maior homini est fœmioea, quam diabolica tentatio; cum dæmon verbis multis aggressus sit mulierem, at mulier nullo verbo maritum la-

Mulier dæmone quã peior, & prior in nocendo,

C befecerit, sed tantùm pomum offerens, de quo dicitur in texto; *Deditque viro suo qui comedit.* Nam licet ibi alia colloquia non defuerint, vt infra delibabitur, tamen mystica Dei pagina ostendit in hoc modo narrandi casum Adæ, nec verbum esse mulieri ad homines perdendos vtcunque necessarium. Nec Sanctus valde inclytus ex dono patientiæ, sermonem suum extulit diabolo vlcerante; qoem postea soluit flebilem vxore verbis impiis maritum vellicante. Tunc aotem longè insolens & viribus iosolitis hæc fera nostri sanguinis, & monstrum nostræ carnis, cum sola contra morem cunctorum dimicantiom, in arca pognæ est, & vnica in palæstra; vt sensit atque monuit amore turpi celebris; sic canens in remed.

Gen. 3. 6.

Iob. 2. 10.

Solitudo, & mulier sola quàm noxię castitati.

D *Quisquis amas (loca sola nocent) loca sola caueto;*
Quo fugis? in populo tutior esse potes.
Nam tibi secretos augent secreta furores,
Est opus auxilio? turba futura tibi est.

Ouidius.

Vnde Hieronymus etsi deditus amori solitudinis, non omnibus, sed paucis hanc vtilem describit, quod multis notum facit. Sed breuiùs & neruosiùs Bernardus ad Sophiam, à vita solitaria, ad monasticæ consortium iooitans, atque euocans; *Malum* (inquit) *quod nemo videt, nemo item arguit, vbi autem non timetur reprehensor, securus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. In conuentu verò, si quæ bona agis, nemo prohibet; si malum volueris, prohiberis. Si ergo de fatuis virginibus es, congregatio tibi necessaria est, si de pru-*

S. Hieron.

S. Bernard.

Succinctũ & verè magnum religiosæ vitæ bonum.

dentibus tu congregationi. Et reuera ſolitudo, ac triſtis ſegregatio ab hominum commercio, quantumuis hæc ſit habita virtutum deſiderio, & fine ſanctitatis, vel etiam in vrbis medio, ac gente frequentiſſima, nocere valde ſolet. Hæc ciuitas eſt nanque, quæ ſedet verè ſola, cũ populo ſit plena, & quæ ex Domina lætiſſima ſit vidua luctuoſa; ac ex Principe prouinciarum virtutum vniuerſarum, peccati, & peccatorũ cunctorum tributaria. Quod enim malũ hinc non fluit, & exoritur? quæ clades non patrantur? quæ crimina non viſa, & ſæpe inter perſonas natura propinquiſſimas? omiſſis quæ occulta in iſto mundo remanent, vt pateant in futuro, acuto ſub examine iudicij vniuerſalis. Hæc loca ſola faciunt, quæ rumpunt verecundiam, & quæ ex rebus licitis, per domeſticas facetias, vrbanitates, & facilitates, licentias, & illecebras, irrumpunt in illicitas, & ex paruulis ſcintillis incendia magna excitant. Nam certè & vere inquit Prouerbium Caſtellanum; *Fuego es el hombre, y la muger eſtopa, viene el diablo, y ſopla*

Thren. 1. 1.

Triſtitia & ſolitudo quàm nocua Chriſtianis.

A

B

59. At maximè cum mulier non taotùm ſola eſt, ſed ſimul otioſa, ac otio malo diffluens per mentis ſuæ deſides, & varios cogitatus. Nam otium fax diaboli, quæ fragiles & fortes incendit turpi rogo, & incenſos ad incendium tranſmittit ſine termino. Onidius de temed.

Diaboli fax otium, & multa de hoc vitio.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptaque iacent, & ſine luce faces.

Ouidium.

Et Fauſtus Andrelinus.

Corrumpunt forti celſas cum pectore mentes,
Otia plumoſo deſidioſa thoro.

Andrelinus.

C

Sed parùm fax diaboli, cum etiam & domus eius ſit otium deteſtabile; quapropter ad querelam per dæmonem prolatam, *Reuertar in domum vnde exiui*; in p. Occidẽtali ſer. 25. Vſſuna ſic profatur; *Reuertar in domum vacantem, extra quam requiem non inueni. Domus vacans anima Religioſa dicitur, dum otioſa eſt; nam dum cathedra vacat cuicunque oppoſitori dat locum, & ſic anima otioſa tentationi qualicunque expoſitam ſe ponit, perfacilem ſe præbet. Piger otio contabeſcens, nec lætatur in oratione, nec lectione delectatur; imò tædet animam ſuam omnis electi & boni, nec ſpiritualem ſaporem ſapit; vnde poteſt cum Salomone de iſta dici anima;* Et panem otioſa non comedit; *id eſt, deuotionis, de quo dicitur in Prouerb.* Qui operatur terram ſuam ſatiabitur pane. *Nec de otioſitate amplius dici valet, niſi quod hæc cum abundantia temporalium fuit iniquitas Sodomæ.*

Luc 11. 24.

Vſſuna.

Religioſis quàm peſtiferum ſit otium & diſplicentia.

Prou. vlt. 27

Prou 12. 11.

Ezech 16 49

D

Euæ otio langueſcenti, & in paradiſo diuaganti, deliciæ loci tanti inſipidæ ſunt viſæ; & faſtidiens Dei pręcepta, in illis titubauit, conciſèque ac dubiè Dei verba recitauit; *Ne forte moriamur*; quemadmodum Caietanus obſeruat prudentiſſimè; *Huiuſmodi relatio pullulauit ex diſplicentia præcepti, quod enim nobis diſplicet, elongatur eo ipſo à credulitate noſtra, minus enim credimus quæ nobis diſplicent.* O quot homines Religioſi per tæſi Dei terreoum ac verum paradiſum, Religionem in qua morantur, impingunt, at-

Ex otio mala Euæ, & eius poſterorum.

Caietanus.

Religioſorum mala pluſima ex otio & oſcitantia.

A

que caſibus labũtur funeſtiſſimis, quia otio & negligentiæ cæperunt iodulgere, atque tradita præcepta & obſeruantias regulares faſtidio vilipendere. A Prælatis quorum ego nunc vellem ſciſcitari, cur otio ſuos tradi, & deſidia putreſieri permittant indiſcretè; cum vt familias veri patres otioſos teneantur ad vineam Dei conducere, ac ſemper boni exempli potenti maou ducere; niſi pancies qnando animum oportet relaxare. Nil mihi reſpondebunt, ſed timeant ei in vltimo conflictu reſpondere, qui nec in foro litigantium ac rerum ſæcularium, permiſit otioſos, & deſides eſt paſſus, quantò magis in Religione, laboribus addicta, operibus ſelecta, & ſtudiis rerum omnium bonarũ deſignata; quique pariter de verbo dumtaxat otioſo (quid autem de peccatis & iis tam nefariis) tunc poſcet rationem. Percipiant quod Guerricus Bernardi lactis filius, de Purificat. ſerm. 6. ſctibit per hæc verba. *Quid hodie tam proprium, ſimul & tam commune his quos Religionis ſonet vmbra, ſicut negligentia? Quotiens dormitat anima mea præ tædio, diémque fere totum, ac ſi tempus reuocabile eſſet, inertia conſumo? Et vtinam ſic dormitaret anima mea, vt apertis & vigilantibus oculis ipſa mihi miſer non fingerem ſomnia vana. At nunc in peruerſum mutata ſententia*; Ego vigilo & cor meum dotmit; *ſomnóque tam graui, vt vix aliquando valeam expergiſci ad tonitruum ſuperna illius increpationis*: Vſquequo piger dormis, quando conſurges è ſomno tuo? *Gentilis, vt aiunt, cum ſederet ad menſam, veniſſétque in mentem, nihil memorabile ſe egiſſe illo præſente die, menſam repulit, exclamans; ô amici diem perdidi. Nos hodie dicere videmur, diem lucriſeci, ſi totus ſine opere per inertiam labi poſſit.* Et ſic dicimus Luſitanè bonam eum vitam ducere, qui vitam in magno otio traducit, atque copia bonorum & vitiorum. *N. lena boa vida*; cum tamen non ſit vita, ſed potius vitæ miſerum & flebile ſepulchrum, annotúmque rubigo, qua ipſi conſumuntur, deſidia criminoſa: Ouidius 1. de Ponto.

Matt. 20. 1.
Matt. 12. 36.

Guerricus.

Vt dormias multis cor, qui vigilant in corpore.

Cant 5. 2.

Prou. 6. 9.

Perditio quæ diei:

Otioſus caret vita in vita lautiori.

B

C

Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur aquæ.

Ouidius:

Non ita verò Sanctus ſplendor Luſitaniæ, qui Dom. 1. ſer. 4. in Quadrag. rem iſtam ſic deplorat: *Fuit olim nihil pretioſius tempore, & heu nihil hodie vilius reperitur. Tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, nemo ſibi perire diem nunquam rediturum curat.*

S. Anton:

D

20. Et verò loco vltimo runc mulier peior dæmone, cum abſque viro ſuo, vt Eua in paradiſo, quocunquè vult, deambulat; tunc enim greſſus eius ad inferos deſcendunt; *Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant.* Et in hominibus à via virtutis deuiandis, exturbandis, & pręcipitandis, vt multis dictum manet, diabolum pręcedit, ac ſuperat non parum. Quod inde plus firmatur, dum mulier non creata ſed imò ædificata à Moyſe perhibetur, quia domi velut domus & immobile ædificium, vt etiam ſupra tetigi, conſiſtere & perſiſtere tenetur naturaliter. Quapropter fuit ſimul

Prou. 5. 5.

Cur mulier ædificata, non facta nuncupetur.

deſumpra

Gen. 2. 21.

desumpta à viri latere, quia à latere viri sui, nisi ad lapsus & ruinas discedere non valet.

Alvarus Pelagius. Mulieri divagatio inhibita suapte.

Hęc breuiter numerata mulieris sunt mala, quæ fusiùs apud multos reperies scriptores; è quibus vnus satis Lusitanus & Franciscanus Episcopus Pelagius de planctu Eccles. lib. 2. cap. 45. vbi supra centum vitia A mulieribus ingenita ostendit lectionis studio mancipatis, quæ lubet obsignare hoc disticho quem affert Bonarcius in Eccles. ad cap. 25.

Fœmina fex sathanæ, fœtens rosa, dulce venenum,
Semper prona rei, quæ prohibetur ei.

Bonarcius.

DE MVLIERIS HVCVSQVE DEPICTÆ, ET *enarratæ, tentatione in primum hominem; de tentationisque principio; ad verba,* Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, &c.

Gen. 3. 6.

21. RECTE & scitè verba ista elucidans Rupertus, *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile;* profatur huiuscemodi; *Anceps namque ligni vetiti proprijs sensibus dijudicare voluit, vt sciret cui potissimum, Deo videlicet, vel serpenti palmam concederet veritatis. At illi, qui iudicare de hoc debuerant interiores oculi, exteriorum iam erant concupiscentia præpediti.* Sed quomodo de ligno idoneo ad manducandum, videndo iudicauit, quod potiùs experiendo, vel taltem intelligendo, ratiocinando & discursando, iudicio pręceps mulier, iudicij limæ tradere perspicuè cogebatur? Hinc notum, non in mente, sed in oculis & motibus concupiscentiæ sensualis, quæ cęca & furens est, iudicium semper fœminis, appetitibus impulsis, fuisse constitutum. Sic sanè in præsenti Ambrosius de Paradiso, & Procopius sup. Gen. qui simile de multis mulieres deformes, vt pulcherrimas amantibus, coniungit non inconcinnè.

Rupertus. Quales iudices sint oculi, & quando bene iudicent.

Mulieribus non in mente, sed in oculis & motibus affectus est iudicium, & acies intellectus.

Vt oculi ad Diuina inepti sint, & nocui.

At istud oculorum iudicium fœmininum iudicij est deperditio, amissio, & prophanatio. Duorum quod ciborum Eucharisticum signantium, ne à nostri cibi scopo & serie separemur, exemplis confirmatur. Nam & Agni nihil penitus remanebat vsque mane, quò ab oculis Solaribus vtcunque videretur; & ante Solis ortum colligebatur Manna cęlicū, quod post eius splendorem sparsum super terram continuò liquescebat; cum tamen manna ipsum ocellis plenum esset; pro illis nanque verbis repertis in vulgata, *Erat autem man quasi semen coriandri, coloris bdellij;* in alia translatione relata per Lorinum offenditur, & dicitur; *Et oculus eius sicut oculus bdellij.* Itaque quòd cibus ille ante lucidam & venustam Solarem claritatem, ocellatum totum erat, atque oculos se ipsum legentibus pręebebat; post verò Solis oculos, ab oculis fugiebat; quia oculos non vult nisi tenebris commixtos, per duos illos cibos hic noster figuratus; ad quem optime & directè collimandum & iaculandum, alterum oculum rationis ad instar sagittantium oportet nos occludere, alterum autem verbi Dei, & Fidei adaperire, vt album Sacraméti, quod album forma sua

Exod. 12. 10.
Exod. 16. 21.

Num. 11. 7.

Eucharistia fine oculis quàm melius videatur.

B non male repręsentat, rectissimè attingamus.

Sed ne etiam in literali expositione caligemus, Gregorij Sancti vocem ad illa verba Iobi, *Pepegi fœdus cum oculis meis ne cogitarem quidem de Virgine;* arrectas demus aures. *Vt enim cordis cogitationes seruare potuisset, fœdus cum oculis pepegit, ne priùs incautè aspiceret, quod postea inuitus amaret. Valde nanque est graue, quod cato deorsum trahit & semel cordis species per oculos illigata, vix magnis luctaminis manu soluitur. Ne ergo quadam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quod intueri non debet, quod non licet concupiscere. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur, deprimendi sunt oculi, quasi quidam rapto ... culpam. Neque enim Eua lignum vetitum tetigisset, nisi hoc prius incautè conspiceret. Vnde pensandum est, quantùm debeamus visum erga illicita restringere, nos qui mortaliter viuimus, si mater viuentium per oculos ad mortem venit. Oculus deprædatus est animam peccatricis, quia concupiscendo visibilia, inuisibiles virtutes amisit, & quæ interiorem fructum per exteriorem visum prodidit, per oculum perdidit prædam cordis. Hincque ad cor custodiendum, etiam sensuum disciplina seruanda nobis est. Nam quantumlibet mens tam virtute polleat, quam grauitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quid perstrepunt, & nisi grauitatis pondere ac vigore refrenentur, ad fluxa quæque & lenia mentem eneruem secum trahunt.* Quæ verba tam vtilia, quam apta sunt, & grata; sic vtinam perpetuò figantur D nostris cordibus, premantur nostris actibus, & amentur totis viribus à nostris desideriis.

Iob. 31. 1.

S. Gregor.

De oculorum ... (marginal note partly illegible)

De eiusdem tentationis continuatione, & eius medio, ad verba subsequentia; Et tulit de fructu illius, & comedit.

22. NOn solum vidit pomum, sed tulit vt comederet, & daret viro suo, quò etiam manducaret. Inter oculos & fauces tunc fuit manus media; & medium inter extrema extremi verè criminis; quapropter magis illa amputari, quam ab aliquo imitatione celebrari, haud dubiè merebatur; de qua vtique ad prohibitum se

Euæ manus prauus motus ad fructum decerpendum cum Christi monumenti terrore cōparatus.

fructum porrigente peroptime Chrysologus, hanc Christi monumenti, à mortois cùm surrèxit, aptando terremotui ser. 74. & ita conferendo. *Modo terremotus magnus! ô si tunc vel leuis turbo arborem mortiferam deiecisset! ô si nubila fumus illius mulieris tenebrasset aspectum! ô si terra nubes lethalis pomi speciem caligasset! ô si manus tangens inconcussa tremuisset! ô si peccati diem denigrasset nox infesta! & lamenta mundi, & incrementa mortis, & Creatoris iniuriam tunc tulisset! Sed vitiis semper seruiunt blandimenta; lenocinantur dulcia delictis; virtutibus verò austera & fortia sunt amica.* Nam & Christi resurrectio lætitia cumulata, terroribus scatuit, ac metu fuit plena in viris Apostolicis; & culpa primæ fœminæ illecebris pellectu, blanditiisque ab hoste maligno prouocatu, non caruit graui luctu, & cordis sui hiantis timore reluctante, pauore vacillante, & tremore ipsius animum in varias cogitationes agente & discerpente; ita vt illa malum pomum decerpere non sit ausa; sed ipsum inter acceperit ab ore serpentino, oblatum, & mente timida præ fluctibus internis admiserit in manus; vt tangit, & depingit supponit & exponit, probabili plus calamo, quam ficto & voluntario Auitus per hos versus.

S.Chrysol.

An Eua malū pomum decerpserit, vel acceperit decerptum à nebulone.

Talia fallaci spondentem dona susurro,
Credere submisso miratur fœmina vultu;
Et iam iámq; magis cunctari, & flectere sensū
Incipit, & dubiam letho plus addere mentem.
Ille vt vicino victam discrimine sensit,
Vnum de cunctis lethali ex arbore malum
Detrahit, & secum nutanti protinus offert.
Nec spernit miserum mulier male credula
munus,
Sed manibus pomum ignaris lethale retractans
Naribus interdum, labrisque patentibus vltro
Iungit, & ignorans ludit de morte futura.

Auitus. lib. 2.

Vt Euæ pomum serpens obtulerit, & dederit.

Et iterum describens acceptum pomum illud, & mulierem cum eo, de ipso quidnam faceret, diuersa volutantem; & Diuina ac serpentina voluentem secum verba, ac anxiè ruminantem, necnon falso mentis pondere ad malum non mediocriter propensæ, pensitantem;

O quoties ori admotum compuncta retraxit,
Audaxísque mali titubans sub pōdere dextra
Cessit, & effectum sceleris tremefacta refugit.
Diis tamen esse cupit similis, serpitq; venenum
Ambitione nocens, rapiunt contraria mentem;
Hinc amor, inde timor, dubiā iactantia pulsat;
Interdúmq; etiam lex subuenit, æstuat anceps
Diuidus cordis dira inter prælia fluctus;
Nec tamen incentor desistit fallere serpens,
Ostentatque cibum dubia, queritúrque morari,
Et minat in lapsum pendentis proua ruinæ.

Euæ in manibus cum pomo ludentis & nutantis an ederet, necne descriptio satis elegans.

Ac tertiò iam serpentis cedentem voluntati, & appetitum prauum multis hiantem desideriis, per mortem sui, & suæ prosapiæ satiantem, seu potius irritantem, & ad labores sub mortali supplicio sibi expositos, aptantem & disponentem, effigians in hunc modum:

Vt tandem victa grauior sententia sedit,
Æternam tentare famem per criminis escam,
Serpentem satiare cibo, quem sumeret ipsa,
Annuit insidiis, & pomum morsa momordit;
Dulce subit virus, capitur mors horrida pastu
Continet hic primum sua gaudia callidus au-
gur,
Dissimulátque ferum victoria sæua triūphum.

Vnde meritò ob delictum accepti mali pomi, cùm vel homines sæculares, & laici, quos vocamus, Eucharistiam manu propria accipiebant in Ecclesia, vt eam per se sumerent, & ori suo traderent, ac domum secum ducerent, & penes se seruarent, quò à Tyrannis præpediti ne Templa conuenirent, & ab eis circa Fidem frequenter imperiti, faciliùs istiusmodi Synaxi se munirent, & melius sic resisterent, nunquam manu suæ fœminis hoc licitum, & concessum, sed linteolis quibusdam *Dominicalia* quæ dicebant, propterea quod in eis recipiebant corpus Domini, seu vt protinus in Ecclesiis ex linteo manducarent, seu vt modo & ratione eadem secum ferrent, & domi tandem sumerent; de quo more Castro agit aduersus omnes hæreses verbo Eucharistia hær. 4. Bellarminus de Eucharist. lib. 4. cap. 4. ac etiam 24. Suarez in Regem Angliæ lib. 2. cap. 5. & tom. 3. in 3. p. disp. 46. sect. 6. Henriquez de Euchar. lib. 8. cap. 54. & Baronius tom. 1. anno Christi 57. n. 147. At benè nunquam fœmina hoc verum vitæ pomum accepit manu propria, quæ quidem fructum mortis decerpsit, vel decerptum ab hoste deceptore excepit manu sua, malorum mundi claue, & vitæ illius falce.

Eucharistia manu olim, nisi à fœminis accepta, & ratio talis moris.

Dominicalia quæ linteola.

Castro.
Bellarmin.
Suarez.
Henriquez.
Baronius.

Qua pariter de causa Concil. Trident. sess. 25. cap. 10. nullatenus intra septa, vel chorum Monialium, nisi in Octaua Christi corporis, de licentiáque Prælati, & id sub vitri glacie, non aliter expositam, permittit Eucharistiam; quod in qq. Regular. q. 74. Rodriguez noster explicat; etsi olim ad annum vsque octogintessimum, vel circiter, ob auream sæculorum illorum puritatem, intra illarum monasteria, vel claustra interiora sint Missæ celebratæ, vt locuples est testis Iosephus Vicecomes lib. 2. cap. 25. de antiquis Missæ ritibus; licet eas Sacrificio seruisse non legatur; imò melius semper habitum sine Ministro celebrare, quàm mulierem ad celebrationis officium consentire; quemadmodum lib. 1. cap. 14. affirmat ipse auctor, qui multis & probatis hoc firmat testimoniis.

Conc. Trid. Eucharistia cur in septis Monialium non permissa, & olim Missa dicta. P. Man. Rodriguez.

Vicecomes. An mulieres communes, vel Moniales Missæ vnquam seruitio ministrauerint.

Sed ampliùs quod in Agno Eucharistico Nouarinus, n. 630. huiusmodi asseuerat, Mediolani quoudam fœminas à viris separatas sumpsisse corpus Domini, & discretas pro re ista in qualibet Ecclesia tunc Pyxides seruatas, ex vna quarum homines, & ex altera mulieres diuisim Communionem Sanctissimam sumebant; quasi in vitæ Communicatione inferre mortem posset, ac insuper deberet communicatio fœminarum. Et reuera, proh dolor! non paucies hoc contingit, sicut accidit in principio mulieri priori, quæ cibo ligni vitæ relicto & ablegato, de ligno mortis necem marito propinauit. Sed quid mirū si diuisæ tum Pyxides extiterint, cum in templo Salomonico à viris

Noua rinos Mulieres cur olim ab hominibus separatæ Communicauerint, & orauerint, ac etiam tumulatæ extiterint seorsim.

viris segregatæ mulieres orauerint; & altrinsecus distincta virorum atque mulierum, quantumuis per coniugium in vita coniunctorum, existerint sepulchra Sanctorum vetustorum; vt optimè probatur ex duplici spelunca Abrahami & Saræ eius, corporibus aptata quæ duplex nominatur, quia in vna viros solos, in alia verò vxores antiqui tumulabant, Lyrani iuxta mentem ad illum locum Gen.

Gen. 23. 19. Cur olim duplex tumulus pro viris coniugatis. Lyra.

Adeo fœminæ sunt viris suapte exitiales, vt tanquam à mortis causa, vtilis etiam vel post mortem ab illis separatio; nam rimendum, quod & mortuæ, hæ mortuis mortem afferant, quæ viuentes tot, & vita multifariam mereiissimos, æternùm vitę fuos iniustè spoliarunt. Exemplum vide Euæ vxorum primiceriæ, quæ prior viro suo, vt prior quoq; donis promissis frueretur, tam auida excellentiæ, quam dilecti sui amasij oblita, more talium, festina manducauit; at postquam nihil boni expertaex cibo est, marito velox dedit illius partem noxiam; vt eum in culpæ socium, ac pœnæ secum traheret, & in vinculis penalibus pro suomet leuamine ligatum retineret: leuatur enim fœmina tormentis viri sui quantumuis plus amati; nisi forsan, quod est peius, eisdem recreetur. Vtrobi longe infida vxoris malę actio, communicatióque peruersa; tam dum illa in bonis voluit primaria verè esse, ac planè singularis, quàm dom in malis noluit seiuncta à viro pati, sed ei & proli suæ propterea iugulandæ, in clade associata.

Vxorum in viros amor, quàm magno pleuus odio.

De tentationis fine, & meta ad verba immediata; Deditque viro suo, qui comedit.

23. EXquiritur à multis quod summo loco dedi, an mulier bona mente prædictum scelus fecerit, vt virum rei felicis participem videret; an mala, vt eum in culpa & pœna vincularet. Et quamuis prima pars hinc possit coniectari; quòd sicut nihil boni post esum superadditum inuenit in seipsa, sic etiam nihil mali; nam neque mortem vidit, quæ viua & sana erat; nec suam nuditatem, quæ tantùm post mariti exorta crimen est, vt patet ex contextu huiusmodi connexo; *Deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum; cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata*; id est, amborum oculi, non Adæ tunc solius supremò manducantis, sed & vxoris eius, quæ prius mandocauerat: quare ante hæc referata delicti testimonia, bene poterat Eua Diuinitatem præstolari, & maritum ad fruitionem illius prouocare.

An Eua bona mente, vel mala ad comedendum marito persuaserit.

Gen. 3. 7.

Nihilominus contrarium litigiô prorsus caret; quia sanè neque esse in consciêtia sua tutam, nec de facto suo firmam, securam, & confidentem, sed potiùs iam pertæsam, fastidientem, & pœnitentem, inordinatéque dolentem, & ream valde tristem, exinde satis claret; quia, *Supplicium* prout dicitur adagio peruulgato, *peccati pœna est*; id est

Supplicium quanam via peccati sẽper pœna.

A pœna, primum omnium supplicium post peccatum; & eiusdemmet peccati annexa displicentia, conscientiæque à verme suapte corrodente interna terebratio. Quod Boëtius vir eximius in Conf. Philosoph. exprompsit per hæc verba; *Voluptatis appetentia anxietatis plena est, satietas pœnitentia*: præsertim in ea lege expressè à Deo lata, quæ fideo plus seruari, non autem conculcari omnino decens erat; ac etiam cum indicti supplicij dies ægra finita non dum fuerat, & Eua ex Diuinitate in pomo non reperta, & ex scientia non adepta, imò potius ex ignorantia inconstantia & perplexitate exinde comparata, mortem sibi perquàmcitò venturam formidare, pertimescereque posset; quocirca multis verbis B consortem deliniuit, vt ederet de fructu, quæ verba paulò infra seponam loco proprio.

Boëtius.

Nec quòd nudam semetipsam eoúsque non agnouerit, contrarium persuadet; nam certè vel iustitia vocata originalis, quæ obscænam nuditatem hominibus celabat, erat aliquid distinctum à gratia gratum hominem coram Deo faciente; vnde poterat hanc mulier amittere, illam verò econtra conseruare; in qua quidem opinione fuere viri magni, Bonauent. lib. 2. d. 29. Scotus eod. lib. d. 32. ac Tostatus q. 6. & 7. sup. Gen. vel secus illud dedecus, vt maximum & supremum, supremo quoque actui peccati consummati, Adami quale fuit, iuxta placitum Caietani, à Deo iustè erat seruatum, C & designatum. Et verè sic decebat, vt per hominis peccatum hoc malum pullularet; nam si hominis peccatum fœmineo non accresceret, hoc venia dignum foret; ex eo quia serpens suggestionis vicem egit, Eua verò concupiscentię, suggestione vellicatę, Adam autẽ rationis, assentientis malo motui, delictúmque volentis, & illud approbantis; vt docet Augustinus relatus apud Gloss. & Bonauen. cum Gregor. lib. 2. cap. 6. Compen. Theologici. Atqui sola concupiscentia non aliquem prosternit, eum ratio non consenrit, sed potiùs si audacter opposuerit se illi, merere multum poterit, ergo venia digna esset mulieris peccatum, si homo non peccasset. Imo ipso non peccante, in iustitia originali quam aliter non D amitteret, filij eius & posteritas illius nascerentur; quo casu non decebat, vt mulier quæ progigneret tam claros ex se natos, ante liberos tam nobiles infamia mulctaretur. Qua de causa nuditatis ignorantia nil vrgente, peccati sui conscia, & subdola in maritum ad ipsum venit Eua; vt per eius desolationem consolationem habere posset, si eum sui criminis sodalem constitueret, naturale nanque est, siue in vitiis, siue in virtutibus lætari de consortibus, & ipsos procurare, vt asserit Ambrosius de paradiso cap. 6. & Bernardinus 27. ex paruulis sermonibus.

Cur Eua nõ se nudam post suam culpam viderit, sed mox post virilem peccatum perpetratum. Bonauent. Scotus. Tostatus.

Augustinus. Bonauent.

S. Ambros. S. Bernard.

De verbis quibus Eua inuadit virum suum & eum demolliuit, ac traxit in ruinam, & cladem vniuersalem.

Mulierum quàm magna in homines sit vis, & ingẽs violentia.

24. SCriptura vt efficaciam mulieris in hominem, seu potiùs violentiam occultè demonstraret, de Eua nihil aliud ad virum suum refert, quàm *dedit & comedit*; robusta quippe dona & munera fortissima illarum verba sunt, ac verbera quæ feriunt vel etiam ferri pectora. Sed reuera multa fuit loquuta viro suo, vt illum ad se compelleret, quibus tandem ipsius animũ emolliit & induxit, vt secum consentiret, & sumeret de pomo oblato per diabolum, per Euámque præmorso, & postea viro tradito; vt Ambrosius nunc relatus, Procopiúsque in Gen. ostendunt satis amplè; non tamen viri odio, sed sui amore proprio, præpostero, & insano sæuissime perculsa, ac veluti coacta; ne à marito non dum lapso, Dei iussu amoueretur, & à terræ paradiso deliciis refertissimo, sine comite tam grato quàm simili, & percelebri, exilium pateretur, & vitam sine illo traducere, vel trahere in luctu cogeretur. Itaque quod suę vxoris amore inordinato, & nescio, ac perturbato ruina Adamo venit. Sed quot amore ipso quotidie multis viris proueniunt ex consortibus, & charis mulieribus? Blanditiæ quibus Eua maritum flagellauit, deuicit, & prostrauit, hæ forsitan, vel aliæ persimiles fuere. *Ad virum meum vadam, cui lachrymans hæc proferam; ô me, miseram, & miseriis omnigenis repletam! Iam crimen contra Dei præceptum perpetraui, iam plaga mihi à me atrociter inflicta remedium nullum superest, quo illud non sit factum. Si culpam propter meam à te dilecto meo, nunc ego separabor, infrusta quoque ero dissecta propter pœnam exinde comparatam. A te quippe, & à tam pulchro palatio relegabor, in mandòque, seu mari ob flectum meum facto, manebo desolata; vbi fluctibus curarum continuis conquassabor, & laboribus quamplurimis perpetuò mancipata, inter bestias terræ sola bestialem vitam agam, & mortem sine te pro vita semper patiar. Non ergo tibi odio hæc tua sit propago, & socia coniunctissima, nec mortis simul offeras hanc vitam verè tuam, dum vitam à te suauem Dei manibus accepi; non enim decens est, vt veniat mihi lethum, vnde prius vitæ lucis initia radiarunt. Sed quare ex te progenita, & vitam ex te libaui? nisi vt tecum vitæ meæ decursum consumarem, & tibi in tua cursu iuuamen ministrarem, ac filios venustissimos quam multos tibi redderem, & te in pulchra & ampla parentem prole facerem. Si potest coniux alia à Deo tibi condi, ac loco mei substitui, non potest me illustrior, quæ nata sum ex te, vtcúnque procreari, nec pulchrior vlla fieri, cum facta ab illo sim, qui artifex est summus. Si verò malè credas fortiorem me futuram, omnino & crasiè falleris; facilius nanque dæmon decipiet ipsammet per bestiam quamuis aliam, præcipue mansuetam, qui me per venenatam deformem & truculentam tam prauè circumuenit.*

Quæ verba Adamo Eua ad eum cõpellendum in culpam sit loquuta.

A *Quò magis quod insidia à colubro paratæ vsque modo nullas mihi angustias contulere, imò potius eius verba fuisse non mendacia, minacia verò Dei, quæ minas & non mortis excidium nobis pariunt, perspicuè persuadent: me enim viuam & sanam, vt antea conspicaris, qui ex mea incolumitate firmare tuam poteris. Id ipsum ex quo comedi nunc tibi pomum defero; fiducia magna comede; quo quidem si non plura intelligentia penetraueris, nec illo Deus euaseris, interdicti tamen fructus intelliges dulcedinem, & nihil tibi erit tam vetitum & prohibitum, quod planè non cognoscas; quin amicitia propter id Dei tui spolieris. Ne igitur te priuer, nec tu me longe pellas, seu iactari solam me huc illuc patiaris: nam licet mecum socia ruina tibi foret, hæc valde leuisset, quæ comes indiuidua in cunctis tibi adsum, & ero semper eadem, non alia, neque* B *discors à tuis desideriis.*

Hæc, pluráque credibile profatam tristem fœminam; quæ versibus vrbanis post alios supra datos Auitus nobis profert, & tangit Lyræ calamus, ad verba quæ tractamus. Vir autem deplorandus, ne tristitias cordis sui, vxorem contristaret, paradisi se deliciis, & iustitia originali, ac gratia Dei priuauit; sicut S. Augustinus scribit apud Glossam. Non quidem, quòd deceptus extiterit per Euam; hoc enim negat Paulus Epist. ad Timoth. sed quòd illius fuerit illecebris pellectus, lenociniisque mollitus, & iaculis deiectus; malens simul ruinam cum socia sua pati, quàm Deo obtemperare; cuius tamen misericordiam non ideo desperauit, sed potiùs spe veniæ, vt accidit C non rarò, faciliùs se proiecit.

Adamus ne delitias tristaret cordis sui, vxorẽ, in Deum nequam.

S. August.

1.Tim. 2. 14.

Pereamus ambo (diceret) *cum valde te deperearn; quoniam autem te amittere & perdere est factibile, me volo tecum mittere, & lubens me deperdere, quantumuis nostro amore Dei odium contrahamus.* Dubitari verò nequit, aliquatenus cessisse fallaciis inimici per Euam sibi allatis, & prauè recitatis: sic enim Deus in illum ironicè est loquutus; *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Nec obstat, quòd consensus ad verba deceptoria in viro non decepto sit fere incompatibilis; hoc nanque soluit facile Angelicus Scriptor Sent. lib. 2. d. 25. & Caietanus 2. 2. q. 163. art. 4. Quæ autem causæ aliæ extiterint Adamo deceptionis tam peruersæ inferiùs attingentur Enarrat. 19.

Adam quid Euę diceret, cum cessit eius precibus.

Gen. 3. 22.

Adam an ne deceptus à technis serpentinis

D. Thom.

Caietanus.

D En qualia ferè semper obtingant coniugatis, qui crimina nõ pauca suscipiunt propter fœminas; ob quas sæpe Deo ipsi, & eius mittunt Fidei repudium lachrymabile, ne fidem illarum rumpant & scindant temporaliter. Quod eę experientia innata rescientes, mille modos atque dolos nocendi viris augent; quos inter multum valent, & locum magnum obtinent confictæ ipsarum lachrymæ, quæ ab anima & à corde expressæ gentis huius videntur prima facie, cùm per faciem primo motu internę displicentię facillimè labuntur; & tamen non à corde nec ab anima sunt hausta, seu talia iacta iacula; sed vel ab ipsa facie, si liceat hoc asserere, quæ velut marmor durum oborta humiditate

Coniugatis ob vxores frequenter mala plurima.

Quæ lachrymæ mulierum, & quales sint in viros.

humiditate, & temporali tempestate perfacilè madescit, vel ab oculis, vt plurimùm edoctis per easdem, ad lachrymas fundendas in quolibet discrimine, vel vtili negotio, vt lachrimis emolliant, qoos viribus oon possunt, & viros plùs constantes hac aqua sui generis demolliant, labefaciant; ac his amoris fluctibus, potentioribus quam maris, submergant quos amare exteriùs demonstrantur; quamobrem dixit Naso;

Ouidius.

Vt flerent, oculos erudiere suos.

S. Ambros.

Et Ambrosius serm. 15. in Psalm. 118. non parum visu dignus, vbi mulierem tentationem grauissimam suapte, & bellum funestissimum hac air ratione, quia lachrymis pro iaculis confodit fortes animos.

Mulierum importunitas crudelis contra viros.

Adamus fractus animo, & corde iam labascens, blanditiis Euæ paruit, querelis, & aculeis infixis importunè; quemadmodum de Dalilæ contiouis blandimentis in hominum fortissimum ostendit Sacra Pagina; *Cum molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est.* Lassus igitur constantia, & viribus internis, violentas in se ipsum admisit culpę manus; incipiens experiri quod verè dictum postea, nunquam viros præstantissimos esse minus otiosos, vel etiam minus solos, quam cum soli & otiosi tranquillam vitam agunt, & in rebus perutilibus exercent mentis aciem; nā soli multa bona egregia meditantur; cū sociis verò ad mala consortium sæpe ineunt; & vel linguis, vel spiculis intentuū pessimorum teterrima operantur. Sic Scipio de se ipso, & de hominum priore Epistol. 14. Ambrosij meditatio. Sed quid, cum viri socij mulieres extiterint? tunc facilè quascunque incurrent graues noxas, quas Sanctus nunc relatus de Paradiso cap. 11. ex somno coniectauit, quo homo consopitus, & grauiter oppressus iacebat quando vxor ab illo facta est: homo enim dormit Deo, dum tradit se cōiugio, & cęlo claudit oculos, dum aspicit consortem; *Quis sopor iste Adæ*, scribit Sanctus Doctor, *nisi quia quando ad coniugium contrahendum intendimus, velut intentos ad Deum oculos inclinare videmur; & inflectere ad mundi somnum; obdormiréque diuinis, dum in mundanis requiescimus.* Perpende affatum vltimum; *obdormiréque diuinis, dum in mundanis requiescimus.*

Iudic. 16. 16.

Viri magni cum otiosi, tunc minus otiosi, & cum soli minùs soli.

Matrimonio qui se ligat, à Deo vt se dissoluat; & cælo claudat oculos, vt videat suā fœminam. S. Ambros.

25. At Eua viri corpus & animam iam possidens, seu potiùs iam pessumdans, & collum eius dominij amoris pede calcans, communionem sic prostrato porrexit nocentissi[●]m; pomum scilicet prohibitum; de quo ali[●]qui coniiciunt per verba nostri thematis; *Comedit, deditque viro suo* fuisse prorsus idem, ex quo ipsa paulò antea infelix manducauerat. Non adeo, vt cibo illo, non sine magno crimine ab ea prægustato (quod amore sæpesæpius vt adnotat Hieronymus, amasij solent facere) amorem sui in hominem testatum clarè facerer, seu vt hominem inuitatum ad amoris vnitatem hoc modo prouocaret, sed magis vt eundem ab vnitate deturbaret, & integritate vitæ iustæ ac sanctæ spoliaret; non enim pomum vnicum, vel integrum offerebat, sed duplex in affectu quo ipsummet donabat, & simul iam concisum & dentibus qui sunt effigies iracundiæ, præmorsum, & ea propter ab vnitate & integritate perspicuè separatum. Ad vnitatem verò quomodo, integritatémque pertraheret, quem nec vnico nec integro edulio compellebat? Prætetea, quòd iniquo amore hoc faciebat; qui amor plùs est odium in verbis Regis Vatis; *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam*, quocirca illa successit verissima sententia; *Amor ex multis facit vnum; odium ex multis facit nullum*; hincque amor qui in Sancta Communione continetur ex multis vnum reddit; *Vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus*; quæ vtique communio peracta vero odio ad nihil primum hominem sæuissimè redegit; *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei*; tunc enim nihil factus, in nihilque redactus; & etiam plus quàm Iobi pauperie flagellatus; non enim solum ipse tunc fuit factus nihil, sed omnia mundi bona, fuere nihil facta; seu potiùs facta mala, & esu mali pomi in malum commutata, quod peiùs longè est, & in octaua Christi Corporis per Vincentium Ferrariensem assertum, & subsequenti sententia communitum.

Vt culpa Adami fuerit communio malè facta, & per manus suæ vxoris eidemmet oblata.

Amoris atque odij sententia præstantissima.

Psalm. 10. 15.

1. Cor. 10. 17.

Iob. 16. 7.

Non solùm mala cuncta, sed cuncta facta mala, per culpam primi hominis.

S. Vincent. Ferrar.

Mala, mali, malo, mala contulit omnia malo; Nimirum mala Eua, mali Adami; malo pomo, omnia mala mundo contulit, per pomum malo facto, & malis omnis perdito. Qua hora Adam peccauerit, & quod peccatum fecerit; vel quam etiam pœnitentiam post Diuinam correctionem de eo tandem egerit, inferiùs explicabitur; nullam etenim prius eum fecisse clarè patet ex Gen. contextu; & ex Ambros. lib. 5. Epist. 33.

S. Ambros.

DE PECCATI NOSTRI GENERIS PARENTVM agnitione, per corporum suorum pudendam nuditatem, eisdemdem onstrati; ad verba subligata; Cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.

In ambientes & inhiantes sententia singularis.

2. VOD hocce loco primum in mentem meam subit, est illa in ambientes, & mundi honorum vilium hiantes desideriis, sententia perquamdulcis Boëtij Seuerini lib. 3. metro 8. de Conso. Philosoph. qua illos sic diuerberat;

Boëtius.

Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant.

Et cum falſa graui mole parauerint
Tunc vera cognoſcent bona.

Nuditatem ſuam quando Adamus primùm viderit.

Nam loquitur aptiſſimè pro hominis inſcitia, qui auens Diuinitatis fulgoribus or[illegible]ri, ſe nudum & deſtitutum à bonis cunctis vidit, & ſimul nudi corporis opprobriis caſtigatum. Non quidèm quòd tunc primò nuditatem ſuam viderit, qui ita ſe & ſuam conſortem prius viderat; ſed quòd primum nuditatis obſcænam fœditatē intuitus tum fuerit; quæ ſecum, & ſuis motibus rebellibus ac liberis, vel homines plus barbaros à feris nil diſcretos mortificat, & vexat.

Quis pudor cunctis ſit obſcænæ nuditatis.

Vnde ſemper genitalia pudenda dicta ſunt, ab eo quod nos pudeat illotum incontinentiæ. Quocirca ſatis aptè Auitus lib. 2. in dubium reuocauit, an pudor tunc occiſus, vel potius natus ſit; ſed planè vtrúmque fuit, & ortus pudor malus, qui rubet poſt peccata, & mortuus pudor bonus, qui culpę fores claudit, & nullam ſcit excipere. Nam poſt exceptam primam, quantumuis ſit in nobis nonnulla verecundia, non talis eſt quæ oſtia peccatis intercludat, & iſta à ſe abiiciat; pudendis nanque ipſis aſpectui præſentatis deiecta eſt pudicitia, confracta caſtimonia, & pudor ille integer ac ſolidus virtutum (non vitiorum qui eſt malus, ob turpem cauſam natus) ſed virtutum qui eſt optimus ob cauſam ſanctam ortus, nunquam ampliùs ſolidandus, acerbè vulneratus. Auitus ſic ſe habet.

An pudor mortuus ſit, vel natus poſt peccatum.

Auitus.

Tum patuiſſe gemunt oculos; nam culpa rebellis
Fulſit, & obſcænos ſenſerunt corpora motus.
C *Tunc primum nudos (dubium quid dicere poſſim,*
Extinctus, natus ne pudor) circunſpicit artus,
Erubuit propriæ tunc mens ſibi conſcia culpæ,
Pugnauitque ſuis carnis lex indita membris.

Obſcænæ nuditatis vt maxima ſit pœna.

Et quidem propter quatuor hæc pœna fuit maxima. Tum quia inflicta homini ob maximum peccatum, & Optimi atque Maximi nil minus Dei offenſam. Tum quia in re permaximè munditiæ Dei inuiſa, vt aſſerit Lactantius apud P. de la Haye ad iſtum locum Gen. *Nihil tam inuiſum Deo, quam mens inceſta, & animus impurus.* Tum quia cunctis foret res iſta ſommè iniuria, ſi palam videretur; cuiuſmodi eis qui viuunt modeſtia & ratione, vel etiam plus contecta, pudori, atque timori permagno ſolet eſſe. Tum demum quia homo creatus ad dominium imperij vniuerſalis, viliori ſui parti, D rebelli ſibimet, obedit frequentiſſimè, & ſubditur miſerrimè; vt optime Peraldus Antiſtes Lugdunenſis in ſumma Virtu. lib. 2. cap. de luxuria, in illos qui queruntur non poſſe ſe frenare & rectè continere, ſcribit in hunc modum; *Ipſi faciunt ſibi ipſis abiectam verecundiam, & confitentur ſuum magnum opprobrium. Confitentur enim viliſſimam partem, quæ in eis eſt, ſibi dominari.*

Lact. Firm.

Guilhelm. Peraldus.

In querulos de luxuria concluſio valde iniuria, ſentantia valde celebris.

Cur pœna motus turpis in parte genitali.

Sed quare in loco tali hæc pœna nobis indita? quia in eo natiuitatis eſt additus & porta; in porta verò debuit rebellium turpis titulus, ſententiáque inſcribi, appendi, & diuulgari. Ita Hugo Victorinus præſentem locum explicans; *Quia tota propagatio generis humani per partem illam erat tran-*

Hugo Victorinus.

A *ſitura, ſcriptum eſt in ea, quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia inflicta membrorum.* Cur autem inflicta homini huiuſmodi rebellio? non autem pœna generis alterius cuiuſcúnque? quia ibi ſuam in Deum rebellionem plus videret, vbi carnis ſuæ in ſe videre pudet eum, & hac turpi rebellione ad alterius turpitudinem videndam duceretur, & ampliùs doceretur. Et ſimul quia illic fragilitatem carnis ſuæ expreſſiùs & commodiùs haberet ſibi agnitam, & per iſtinſmet notitiam ſe cautiùs cuſtodiret, & fortiùs præualeret; quod ſanè non contingeret, ſi homo infirmitatis tam magnæ & vilis ſuæ ſpeculo careret; vt Hugo loco proximo in aliis verbis illic vllatenus aduertit; ac etiam lex antiqua; in eo, quòd ipB ſius nobilius Sacramentum in ea parte erat, vt per carnis detractionem præciſam in eo loco, à carne ſe contrahere addiſcerent Fideles; ad quod aſpera amputatio eos tacitè docebat, & acriùs incitabat.

Rebellio cur obſcęna hominibus ſit data.

Circumciſio cur in parte peracta genitali.

Quibus optimis rationibus addendæ ſunt & illæ peccati eiuſdem Adæ. Peccauit nanque odio nonnullo contra Deum, cui voluit eſſe hoſtis delicto voluntario; & cuius propter hoc contempſit amicitiam, amiſit charitatem; & nunquam ampliùs rediturram iuſtitiam originalem, qua erat velut veſte ſublimi circuntectus, peccato magno exuit. Ac item trina illa concupiſcentia iam explicita in malo cane rabido; nempe carnis, & oculorum, ſuperbiæque tumentis; quocirca rectè fuit mulctatus in his omnibus; in carne, carnis motibus; in oculis, nuditate aſpectum cruciante; & in ſuperbia, humilitate ipſius nuditatis; ac tandem in charitate, iuſtitiáque exuta, eadem nudi corporis iniuria manifeſta. Nunc ſingula pendamus & Euchariſtiæ accomodemus.

27. Nil dubij quòd Adamum carentem veſtimentis virtutes contegebant; ut maximè Dei charitas originaliter infuſa, & ab omni ſuo genere perpetuò poſſidenda, ei patri illorum data, quæ ipſo non peccante illæſa perduraret, & quæ etiam propter iſta iuſtitia originalis vocatur frequentiſſimè. Nam de illa quæ vel hodie tot culpis inquinatur, & toties vulneratur, occiditur, ac perditur ſcribitur à Petro; *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Vnde aſſerit Ambroſius de Paradiſo cap. 13. Adam nudum fuiſſe; non verò abſque virtutum excelſis indumentis, quæ ipſum modo alio velabant altiori, ſubtiliori, & tutiori; nam vltra quòd eundem amictu mox tangendo, illuſtriùs decorabant, ab iniuriis eum omnibus, non imperfectè, prout nunc, ſed completè & abſoluta perfectione defendebant. Et Baſilios in hom. *Quòd Deus malorum non ſit auctor*, perdoctè notum facit, quàm brutis ſemper fuerint innata & valde apta indumenta craſſiora; homini vero ante peccatum veſtitus genus nullum, vel artis, vel naturæ ingenio comparatum; non artis, quia quælibet artificio concinnata, negotium ſecum ipſis faceſſunt, atque ideo hominibus tum temporis exiſterent incongrua; nec naturę, quia

Iuſtitia originalis quid fuerit in homine.

1. Petr. 4. 8.

Ambroſius.

In nuditate quænam veſtes parentis noſtro fuerint.

S. Baſilios.

natura

naturę dictamen postulabat, vt homo ad similitudinem diuinam procreatus, virtutum solo habito, & ornatu claritudinis, vt veste indueretur. Qua de causa si homo virtutem custodisset, Dei gratiæ sola insignia, videlicet fulgores Angelicos, vel similes, tantummodo habuisset. Et ideo volens Deus Adami prolem piam ad normam post virtutum reflectere, & in integrum, si liceat, restituere; & denuo modo alio inferiore resarcire, de virtutum integumento, & Regni Dei iustitia hac veste possidendis, & iterum assequendis, per obedientiam & resignationem totalem in manus Dei, qua caruit parens noster, huiusmodi est profatus; *Nolite ergo solliciti esse, dicentes; Quid manducabimus, aut quid bibemus? aut quo operiemur? hæc omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Quia nouiter iustitia, quantumuis resarcita nos similes efficiet iustitiæ originali, quæ charitate inuiolata, absque aliquo velamine, indueret tunc homines. Quod auium & liliorum exemplo perquàm noto Dei Filius asseuerat.

Matt. 6. 31. 32 & 33.

At verò vbi tam benè in lege ipsius Christi hoc genus induendi, resignatione in Deum iacta, quàm in ferculo quod in formula orandi ab eo data, præcedunt hæcce verba, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*; & postquam immediate de illo subinfertur, *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*; nil penitus de veste petenda superadditur; cum tamen vestis sit, vt panis necessaria; id autem ex ea causa quia vestem secum optimam hic panis, sicut placet Diuinæ voluntati comestus, semper affert; sicut doctè atque deuotè et holog. 464. scribit P. Pin. *Non modo cibo eget homo, sed & vestimento simul, vt contegamur, & alamur; vel etiam in pia & parca doctrina D. Pauli, cum de se ipso dicit;* Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. *Quid ergo est, quod Christus non vestem, sed panem tantummodo in medium attulit? neque vestem sed cibum nos petere docet illis verbis;* Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. *Augustinus serm. 9. ex variis, ideo de vestimento subticuisse putat, quia de Eucharistia sermo est. Eadem autem Eucharistia alimentum est, & vestimentum; hominem reficit, & contegit; famem repellit & nuditatem. Sicut enim cibus ille, quem Adam decerpsit esuriem illi induxit;* In sudore vultus tui vesceris pane tuo, *& nuditatem attulit;* Cúmque cognouissent se esse nudos, &c. *ita etiam Eucharistia vtrumque malum abigit, & famem pellit, & vestimentum induit. Vtrumque coniunxit Pater ille pius:* Citò proferte stolam primam & induite illum; & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius; & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus. *Vide qua nam ratione & ornamenta corporis & alimenta coniungit; quia vtrumque nobis præstat Eucharistia, dum famem nobis sedat, & nuditatem operit. Hinc est, quod eo tempore, quo manna in deserto Israelitæ pasti sunt, eorum vestimenta non sunt attrita.*

Matt. 6. 11.
Eucharistia quantùm vestes adducat secum ipsa.
P. Ioan. Pin.
1. Tim. 6. 8.
Luc 8. 11.
Gen. 3. 19.
Gen. 3. 7.
Luc. 15. 22.

Etenim cibus ille, qui Eucharistiæ figuram referebat, non modò famem depulit, sed & vestium & calceamentorum vetustatem abegit. En quomodo nuditatem ob defectum chatitatis, & iustitiæ originalis, & oculorum cupiditatem inflictam primo homini conuelet Eucharistia. De superbiæ & carnis nunc concupiscentia deploranda, ob quam etiam nuditatis supplicium datum Adæ, hoc ipsum videamus.

Deut. 29. 5.

28. De cupidine superbiæ eiusdem Protoplasti in Psal. 77. sic ait Augustinus; *Vt intelligas, ex te ipso esse flagellum tuum, si rixa tua tecum. Sic vindicatur in rebellem aduersantem Deo, vt ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.* Et Isidorus in sententiis lib. 2. cap. 29. *Vbi per superbiam contra Deum tumuit, statim carnis libidinem sensit, & pudenda operuit, quia ex superbia plerumque in immunditiam carnis itur.* Nec non pariter qua solet dicendi grauitate Rupertus lib. 3. de Trinit. cap. 10. *Aperti sunt amborum oculi; sed verus tunc fuit vtrobique gemitus; magnum vndique mutua confusionis opprobrium. Deus iratus, diabolus risu & cachino dilatatus, vterque sexus ignominia percussus, & inter hæc omnia, reorum & animi torquebantur, & oculi confundebantur. Statim nanque genitalis pars corporis vtrumque peccatorem ob superbia meritum iniussu motibus similiter colaphizare cepit. Ignominiam huius passionis pudendam esse natura sponte cognoscit, sine doctore intelligit, vltronea fuga confitetur. Cur hoc? quia rationali creaturæ, quæ sua seque ipsam ratione moderatur, & ab inferioribus obeditur, inesse non debuit; sed ab offenso Deo, homini non intelligenti honorem suum imposita est, vt compararetur iumentis. Quidquid enim homini à Deo, siue propitio siue irato institutum est, hoc omnino natura hominis nescire non potest. Sicque nec ratione, quam propitius Deus dedit, carere potest, nec istam passionem & libidinis commotionem, quam iratus Deus contulit, nescire est possibile. Erubescit in ipsis coniugatis, &c.*

S. Augustin.
S. Isidor.
Rupertus.
Cur homo castigat', ac pariter confusus in insolentia genitali.

Sed gratias pio Domino, qui superbiam vnius cibi manducatione comparatam, per alium compensauit, de quo S. Augustinus in Psal. 33. *Vnde commendauit corpus suum & sanguinem suum? de humilitate sua; nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur;* quo loci de re latè. Et benè cum hæc esca propterea sit donata, vt præsumentes de se homines humiliter deprimeret, & humilitate cumularet. Est enim super omnia Sacramentum nostræ Fidei; at Fides intellectum summopere captioat; vnde eò humiliores euadimus in ipso, quò in parte excelsiori rationalis creaturæ, humilitatis tam ingentis subiectione captiuamur, & captiui colla mittimus in vincula Dei placiti, in nexum illius vocis. Pudeat autem in pane isto non valde humiliari, vbi maximè resplendet humilitas Dei hominis, vt in Psal. 18. attingit Sanctus idem; *Erubescat homo esse superbus, propter quod factus est humilis Deus.*

S. August. Humilitas quam valde familiaris Eucharistię.
2. Cor. 10. 5.

29. De cupiditate verò carnis oportet refricari, quod supra elucidaui. Adamum nempe ideo ne Euam contristaret, in crimen lapsum esse; nunc dico rectè in carnis mul-

Eucharistiæ carnis lapsus qua via & quantùm premat.

ctatum passionibus, qui passione suæ carnis in Deum rebellauerat. Nullatenus hoc indiget probari, & confirmari, sed solum vt Eucharistia succurrat carnis lapsibus. At hoc ita testatum in PP. testimoniis, vt nihil magis obuium; id autem non quemadmodum antiqua Circumcisio, quę vt dirum Sacramentum rubris quidem sed sanguineis docebat characteribus, in innocẽtibus puellulis sæuissimè exaratis, sed velut panis dulcis qui saccharo cęlesti considerationum quammultarum in eum concorrentium, à carnis oblectamine dulcedine maiori, suauiter refrenat, & dulciter compescit; scientia sicut plurium & experientia notum est; è quibus sic Bernardus serm. 1. in Cœn. Do.

S.Bernard. *Sed quis poterit tam efferos motus frangere? Confidite, quia in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis, Sacramenti Dominici corporis, & sanguinis pretiosi innestituram habetis. Duo enim hoc Sacramentum operatur, &c.* Quæ duo quænam sint 11. Enarrat. inuenies euulgata. Quem Chrysostomus præuenit in Psal. 22.

S.Chrysost. *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant nos. Qui sunt, qui tribulant nos? suggestiones inimici, cupiditates, delectationes, sæculi honores. Sed cum venimus ad mensam potentis tribulationes efficiuntur consolationes, & ex mensa præperata proficimus aduersus omnes qui tribulant nos.* Nec alios Cyprianus serm. in Cœn. Dom. explanans verba Psalmi,

S.Cyprian. *Et calix meus inebrians quam præclarus est. Hæc ebrietas* (inquit ille) *non accendit, sed extinguit libidinē peccatum; in hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia.* Et ibi paulò infra; *Quàm religiosa est huius poculi ebrietas, per quam excedimus Deo, & quæ retro sunt obliti, ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed diuitis purpurati delitias contemnentes, Cruci hæremus.* Non autem demirandum, si homo per mulierem deuenit totus fragilis, qui eos pro carne in ea mutauit malo omine; & Fidelis per Eucharistiam resplendeat fortitudine, cum Ecclesia ex infirmitatibus sit Christi fortis facta, & firma, ac perdurabilis, vt tract. 15. in comment. sup. Ioan. scribit Augustinus.

De ijs quæ Adamus se videns nudum, fecerit.

30. QVid autem Adamus fecit à carne sic percussus, & dirè ac indecorè post culpam flagellatus? Primùm foliis se contexit; Deinde à voce Dei interpellantis eum ipsum tam malè fugit timidus, quàm tandem se abscondit, in nemoréque abdidit. In quibus ille fuit tripliciter ignarus.

Gen. 3. 8. & 9. Nam corpus suum tegens, vt primum ponderemus, detexit tristem animam; insinuás, siue exprimens, iam noxa infectam esse;

Inscitia Adami quanta, cùm foliis se contexit. quæ inscitia ab ipso tegmine excreuit non permodicè, operimentum dum quæsiuit, quod rapitur à vento; & quod arescit facilè; suaptéque contrahitur, ac breuî tandem perit. Et etiam dum hæc folia à ficu tantùm petiit; sunt quippe lata & aspera; in quibus ille protulit, peccati sui pœnam iustissimè ei fuisse in carne pruriente, & in libidinis stimulis primariò consignatam; se verò nil curare de fructu pœnitentiæ; cum egerit de corpore velando vanis foliis, non verò sic de corde ploratibus mundando, & pectore gemitibus ac ictibus, pro fructu pœnitentiæ necessario, tundendo & vulnerando; atque radiis misericordiæ Diuinæ aperiendo. Cum tamen pœnitentia fructifera sit arbor, & quæ sola fructum veniæ impertit delinquentibus, dictée Christi ore per linguam Præcursoris, *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Qua cura vilihabita de foliis excusationum tantummodo tractauit, quas Psaltes per hæc verba, vt noxias execratur; *Non declines cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis.*

Pœnitentia post peccatum fructifera tantummodo; ac etiam veniæ arbor:

Matth. 3. 8.

Psal. 140. 4.

Quapropter maledictione pro venia dignus erat; vt ficus illa à Christo, miranda valde causa, videlicet quia ficis carebat extra tempus ficorum naturale, exemplo fuit nobis tremendo maledicta, & simul arefacta. De illa namque ait Seraphicus Antistes ad aliam ficum Lucæ propterea maledictione fuisse castigatam; *Primo, quia ficus habet folia multa & magna, & in illo potissimum arguitur negligentia illius, qui habet magna verba. Secundo, quia folia ficus sunt manus similia; & in illo principaliter eius negligentia reprehenditur, qui alios ad operandum inuitat, cum ipse nihil operetur. Tertio quia fructus ficus est suauis; ideo meritò eius carentia negligentiam designat, & præsentia eius designat opus virtutis, quod est suaue, & valde delectabile.* Quæ tria tribus Adæ ignorantiis recensitis per ou metros sequentes aptari bene poterunt; in isto vero in illum quàm iustè retorqueri, quòd ampla & sola folia verborum in Deum habuit; & manibus similia, quia operum bonorum ligone tunc suaui paradisum quem debebat sibi traditum operari, cultura non excoluit, sed potius sese perdidit, socordia, atque culpabili desidia in opus tale. Vlteriùs quòd debebat mulierem obiurgare, corrigere, & docere; dulcedinémque tandem in cunctis his operibus virtutum transsudare.

Marc. 11. 13.

Luc 13. 6.

S.Bonau.

Pro operibus res optima ex ficu maledicta.

31. At vero à Deo fugiens, & se ab illo abdens, vt secundum & malum tertium Adami pensitemus, peringens crimen fecit; à vita nanque ipsa, & sua fugit miser; à venia se subduxit, à Diuina misericordia se prorsus elongauit, & ab omni spe remedij, in ipso quantùm fuit, haud dubiè retrocessit, ac init in contrarium; refugio se priuauit, & subterfugium quod quæsiuit, habere nullum voluit; nec non dum se abscondit à Numinis conspectu, non quidem Deo se, sed Deum sibi soli abduxit, occultauit; vt tetigit vel etiam Enceladi sub fabula Poëtæ modulamen;

A Deo quid sit fuga.

Quò fugis Encelade? quascunq; accesseris oras,
Sub Ioue semper eris.

Et latè de hoc casu Marius Victor lib. 1. in istum modum canens.

——Cuperent si forte paterent,
Condere se terris; adeo contermina pœna

Marius Victor.

Culpa

Culpa sua est, vt iam miseros mortale pauentes
Mortis imago iuuet, siluas vmbrosáque lustra
Obtendunt, vana solatia falsa latebra.
Nam quò te timidum fas est subducere corpus?
Sed verum nefas est pauidos fraudare latebra.
Ille potest Dominum fugiens euadere summum,
Qui fugit ad Dominum, sola quem mente relinquens,
Quam vastis iaceas & noncelère tenebris,
Voce vocans vbi sis pariter testatur vtrumque;
Nam cur te cernēs quærit Deus? & cui præsēs
Semper eris? Cui te proprie subducere furto,
Nec mors ipsa potest, fragili quam mēte subisti
Cur vbi sis quærit? nisi quod te more doloris
Lapsum sponte tua secum non esse fatetur,
Et cælo cecidisse sacro. ———

Peccatur quando fugit vt debeat versus Deum, non autem à Deo fugere.

Verum Adamus post peccatum vltroneè Deum quærens, & pœnitens, iustitiæ antiquæ redderetur.

Nam si ille à se patratum piaculum fleuisset, & fugam ad Dei vindictam flectendam arripuisset, ac foliis ligni vitæ, significantis Deum ipsum se nudum contexisset, vel asylum ad truncum eius amplexibus quæsisset, à Deo largam veniam, & iustitiam forte amissam completè velut antea & plenè obtinuisset; quandoquidem de Sanctis serm. 19. scribit Augustinus, nequaquam à paradiso iri hominem ablegatum, si vel etiam ad pœnitentiam per Deum requisitus, ingenuè culpę suæ nigrorem fateretur. Quę quidem existimatio non malè roboratur, ex mora qua se iudex communit contra reos, non protinus accurrens, sed paulò post, & lentè, deambulans, ac clamans, vt ista terrefacerent, & ad facti confessionem nocentes prouocarent, ac veluti pertraherent sosuperbos delinquentes. Nam humilitas solidaret quod fragilitas quassauerat, & fregerat in vasculis è luto fabricatis.

S.August.

Augustini mira opinio de Confessione primi hominis.

Mulier viri pœnitentiæ obstaculum quàm magnum.

32. Quid autem Patrem nostrum à tam magna repatatione ruinæ retardauit, abstinuit, & duritie non modica abdicauit? Existimo, quod mulieris consortium funestissimom, nam noxam tandem confitens, cum illa venit adhuc onustus, & balbutiens, impingens in ineptias, & dicens huiuseemodi; *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Non enim solom mulier à Deo fetè sempet desciscere compellit, sed etiam non redire; in exilióque ab illo durissimo ac longissimo & pati, & perdurare. Vnde vincula appellatur in voce multitudinis hæc vnica in malitia Sirena, vel sagena in mare amoris missa, quæ ligat & non soluit pisciculos stultos, id est ignaros homines, seu deditos & traditos illius reti-

Gen. 3. 12.

Mulierque vis multa vincula, & retia aduersus animam.

A naculis; *Irritauit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum, & ignorat quod ad vincula stultus trahatur. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius; vincula sunt manus illius.* Et ideo vir nouitius per eam illaqueatus, quasi homo non iam sui, sed iuris alieni, & fœminæ captiuus, ad Dominum eius boni solicitum, & ad mensam vocantem eundem suam, respondit plenus nexibus, & laqueis velut collo iniectis vinculatus, ac etiam strangulatus; *Vxorem duxi; & ideo non possum venire*

Pro. 7. 21. 22.

Eccles. 7. 27.

Luc. 14. 20.

Quapropter rogo omnes, vt oculos aperiant, venenúmque tam nocuum non taliter depereant, quòd perdant [illegible]stes animas; sed potiùs ita pendant fluentem pulchritudinem, vt ipsi post illius imaginem non B defluant, vel post fluidam picturam, substantiam verè suam internam non deperdant, proiiciant, & profundant in lacum sempiternum. Sed super omnes mundi sentinas fœtulentas diiudicent fœtentem, egenam, & indigentem auxiliis quibuscunque; super aspides & regulos non modicè nocentem; super ventos æternitatis respectu disparentem; & super cunctos dæmones ad orci iuges pœnas trudentem quosque prendit, ducentem quosque amat. De qua vide post quàm multos Gersonem tom. 4. Romantij impudicitiam coarguens rebus optimis; Et illud Iob considera; *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miseriis.* Vbi in capite miseriarum quas patitur rationalis & nobilis propago, ex muliere natiuitas iustissimè locatur; tanquam egregiæ C creaturæ initium perquàm inutile & vitiis ac miseriis omnimodis repletum, ac valde cumulatum. Cui, maximè si Eucharistiæ accedere vult aptè, à muliere super omnia in votis sit recedere; memori olim in Holocaustis non fœminam litari, vt notat D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 9. quia animal imperfectum, & ad omnes imperfectiones, vel solo sui sexus exemplo prouocabat.

Quid fœmina sit pulchra.

Gerson.

Iob. 14. 1.

D. Tho.

Cur olim in Holocaustis non fœmina immolata.

Miracula Eucharistiæ mulieres vrentia, non pauca inueniuntur, quibus aliquæ pecuniis, vel aliter deuictæ, Eucharistiam ad res immanes ac impias ex conuiuio Altaris reseruarunt; vt narrat post antiquos auctores recèns Gononus; quæ omnia in Portugallo à Miraculo Sanctarenensi, præ cunctis celeberrimo, egregiè confirmantur; cui locum Deo dante secundus tomus dabit.

Gononus.



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO DECIMAOCTAVA;

DE PARADISOQVE VNDECIMA: ET DE Deo iudicante, ac de homine iudicato in Figura veri Iudicij, anterior Enarratio.

Super Gen. verba cap. 3. n. 9. *Adam vbi es?* cum aliis circumcirca; Et Apoſtoli ad Corint. cap. 11. n. 28. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini.* Quæ ſtatim n. 1. vtrinque catenantur.

De continuatione Numerus I.

Oc præceptum tanquam verè Diuinum & naturale, quamuis ſerò per Apoſtolum extiterit vulgarum, ab initio fuit illico indictum primo homini, qui locatus in paradiſo, vt ipſum iuxta Dei decretum operaretur, probare Deum & ſe ſuapte cogebatur; beneficia ſiue Dei, præceptáque rimari, & obligationem ſuam in Deum nil minus ponderare, vt ob eius beneficia præcepta cuſtodiret, & ob ſui obligationem, muneribus tot auctam, hæc meliùs obſeruaret. E quibus ille primum, nimirum affirmatiuum, ſi gratus Deo foret, & ſedulus in eum, ocyſſimè adimpleret, ac ſubinde negatiuum perpetuùm profligaret; ſicut 9. Enarrat. à nobis delibatum, & 10. tractatum vbertim inuenietur. Vnde homo qui præcepti & gratitudinis intuitu ex vitæ ligno dignè manducare tenebatur, indignè ex mortis ſumpſit gratitudine remota; quo facto nec præcepta nec arbores diiudicans, & vt erat nimis congruum, nullatenus diſcernens, ex hac mala communione & manducatione commutata iudicium manducauit, veracem iam exinde ſententiam reddens Pauli; *Qui enim manducat & bibit indignè iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Quod, parabola deſumpta ex iudicibus iniquis, qui manducant atque bibunt iudicium à ſe exercitum, dum vendunt ſæpe ſæpius iuſtitiam litigantium, & pauperum ius illud inuictum naturaliter, efficiunt quiqui viri deficiunt culpa graui. Iudicium nanque ſuum manducant, atque bibunt, non diiudicantes corpus Domini, cui antea vincti erant; male etenim diiudicant, vel nihil prorſus iudicant, vt ex corpore Dei myſtico, quod erant ante culpam, diaboli met corpus per illam ſeſe faciant; *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur; qui autem adhæret Domino vnus ſpiritus eſt;* cum eo. Sic Adamus manducauit iudicium & mentem ſuam, corpus Domini non diiudicans; id eſt, nolens iudicare & digne penſitare, quam bonum ſibi eſſet, Dei corpus ſemper eſſe, cum illòque ligati, ſeu gratia iam ligatus, ab illo nunquam ſolui.

Diiudicare quid in rebus, & quomodo ſint bonæ à malis ſecernendæ.

1. Cor. 11. 28.

A

B

Iudicium mãducare; quid ſit in verbis Pauli.

1. Cor. 6. 16.

Quamobrem videns hominis iudicium Deus infectum, & primum mundi iudicem per Euam ſubornatum, ac cum illa, quin de venia, vel minimùm curaret, oblitum & irretitum; cum tamen quantò tardiùs, tantò peiùs & deteriùs hæc ipſa obtineatur; in iudicium venit Deus, hunc iudicem euocare; peccata quippe in Dei, vel hominis ſunt iudicium vocanda neceſſariò, ſeu vt iſta per pœnitentiam peractam deleantur, ſeu vt iuſtæ Dei vindictæ rigore puniantur; quò tandem modo altero ex iſtis perſoluta iudicij vniuerſalis nullatenus ſubdantur tremendo

Mundi iudex primus qualiter muneribus corruptus.

Cur hominem Deus primum vocatit ad iudicium.

mendo Magistratui; dicente cęli Vase: *Quod si nosmet ipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Et Beda penes Glossam; *Peccata siue magna, siue parua, impunita esse non possunt; quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectuntur.*

1. Cor. 11. 31.

Beda.

A *Cessat autem vindicta Diuina, si conuersio præcurrat humana. Amat enim Deus pœnitentibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare.* Sed iam ordinem Diuini iudicij videamus: in quo illa mihi adsit, qui in valle Iosaphat est ideo tumulata, vt iudicium ibi futurum euadat mitigatiùs.

In valle Iosaphat Maria est sepulta.

DE DEI ORDINE IVDICII, ET VTRVM RECTIVS fuerit, vel hodie sic conueniens.

2. NTE omnia venit Deus terrifico clamore, à longe velut sonans, confuséque immurmurās; distinctè priusquam Adamum compellaret; qui hunc sonum præsonantem pertimens & expauens, se abdidit cum consorte in medio ligni nemoris; id est, in luci medio; quo venit Deus deambulans, non irruens delinquentibus; nec cursu concitato & rapido perueniens, sed ambulans pacificè, & lentè gressus mouens; ac forsan nostro modo huc illúcque regrediens; vt in quolibet regressu egrederetur eius furor, & in singulis reflexibus flecteretur eius bilis, iustitiæ & rationis afflatibus excandens; vt de illo more nostro, ac etiam textus Sacri (cū hæc Deo attribuuntur) nunc verba faciamus. Quocirca venit ipse ad auram post meridiem, seu ad ventum sibi obuium, reflantem, & renitētem; quod aiunt contra ventum; vt cum aliquibus aduertit & vertit Caietanus; quò in homine puniendo aduersus sibi ventus existeret, & obuius. Debet etenim iudex ad iram lentus esse, at econtra ad pietatem festinus, velox, præceps. Vssuna 1. p. cap. 11. in Missus est: *Si Deus rigidè vellet punire peccatum Adæ, non tardus veniret, sed tanquam fulgur, aut fur, vt ad iudicium generale. Nec daret locum ad excusandas excusationes in peccatis Adæ; neque vtramque mortem separaret. Deus autem volens malis adhibere medelam, ambulans venit punire, qui ad exhibendam misericordiam currit. Erat enim ei contrarius ventus, quia potiùs ad premiandum, quam ad puniendum venire cupiebat. Clementia est illi semper pro nobis obuia.*

Cur Deus venit deābulando ad auram post meridiem, ei obuiam, & resistentem, vt hominem puniret.

Gen. 3. 8.

Caietanus.

Vssuna.

Vt iudex gressus debeat misericordia plus dirigere, quàm ira concitare.

Et ideo venit Deus non hominem arguendo, terrendo & increpando, sed vt solent inter se amici interrogando, & statum, plusquam locum quo erat percontando, vt 1. p. de Paradiso scribit Moyses Barcepha; *Omnibus abstinuit verbis, quæ cum illo expostulare potuisset iure Deus, quia non accusationibus perterrere hominem, sed patrati facinoris pœnitentia reuocare cupiebat.* Sed quomodo Deus cupidus pœnitentiæ talis erat? Quia formā Confessionis ab Ada bene factæ; quantumuis cura, & iudicis astutia, ac diligentia, à reo velut accidit in criminum tortura, quàm valde cupiebat. Sicque verba Deus disposuit, vt non tantùm sui ipsius, sed & hominis æqualiter maneret hocce opus; Chrysosto. in Genes. hom. 17. *Nec tacuit nihil dicens, vt ipsum ad peccati Confessionem euocaret, nec redarguit manifestè, ne totum Dei esset, & ille priuatus remaneret venia, quæ nobis ex Confessione nascitur. Propterea sub interrogatione sermonem profert, illum permittens ad Confessionem venire.*

Moy. Barcephа.

Astutia qua Deus primum ad Confessionem traxit hominem.

Chrysost.

Hæc ratio, cur dicatur de iudice tam pio
B sub nomine Dei Patris missuri Verbū suum pro hominum remedio; *Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.* Vnde patet manum læuam habiturum super mare, venturum Regem illum, & iudicem de quo ibi diffusè Psaltes loquitur; dexteram autem super flumina, quæ terras interscindunt. Sed quare manus Christi sinistra super mare, & dextera super flumina, quæ valde sunt exigua præ maris quantitate? quia ista sunt suauia, & aquæ saporiferæ, ac dulcis, sine aliqua dulcedine composita, sed pura & naturali; vincente longè omnem saporem dulciarium; at iustum, vt manus illa quæ versat res iustitiæ dulcedini & clementiæ ingenitæ innitatur; non quidem dulcitudini auarè conquisitæ, sed lar-
C giter & amplè infusæ naturaliter, & naturaliter excedenti, vt accidit & aquæ, saporem vniuersalem; sinistra verò tangat salsedinem marinam; nam rigor esse debet sinister iudicantibus, inuisus, & ingratus; nec aliter nisi quādo iustitia modo alio non potest exerceri, ab ipsis velut sal adhibitus dumtaxat, vel vt isto condimento non pereat caro publica à vitiis infestata, vel vt sapor rebus talibus reddatur congruenter; sed congruenter manu læua, videlicet, auara, cum agitur de criminosis supplicio saliendis; & discreta, ac temperata intra limites iustitiæ, cum agitur de bonis ac gnauis præmiandis; ita vt manus seueritatis à benignitatis manu alia in duplo vinceretur.

Psal. 88. 26.

Quæ manus esse debeant iudicibus insignibus.

Iustitiæ esse nā aquæus oporteat esse sapor.

Clementia quantum debeat in iudicibus fulgere, & iustitiam superare.

D Præsertim quando Iudex Ecclesiasticus extiterit; nam oleo mixto sanguine Sacerdotes vngebantur; *Vt scirent olei misericordiam cum rigore sanguinis temperare*; vt ait Oleaster in commentar. sup. Exod. seu potiùs vt rigorem sanguinis cum olei suauitate (hoc enim magis decens) & cum misericordia mitigarent; ac exemplo ipsius olei, qui liquoribus vniuersis suapte supernatat, reliqua opera virtutum hac vna superarent. Quò magis noster Iudex, qui quantū Christus est, tantundem est oleosus, & vnctus manu Dei, ac cunctis factus oleum. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*; id est vnxit inter omnes, & pro omnibus sodalibus, qui sugunt ex te oleum similitudinis Diuinæ, & supernæ illius lu-

Exod. 29. 21.

Oleaster.

Cur oleo mixto sanguine inuncti Sacerdotes.

Psal 44. 8.

Christus oleum naturaliter, & qualium qualitatum.

cis quæ lucet in lampadibus dumtaxat animarum prudentia respleodentium, munditia caodadarum. Cuius oleum superfertur operibus illius; *Miserationes eius super omnia opera eius.* Vnde Dominus & Deus, sed Dominus primo loco in isto nominatur; *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis ad auram post meridiem.* Quia Dominus erga suos, quos diligere tenetur, amoris nomen est; Deus verò nomen plenum timoris & respectus, vt scias quantùm hîc sit oleum prius sanguine, & iustitiæ nostri Iudicis clementia præferatur.

Psal 144. 9.

Gen. 3. 8.

Nec obstat quòd in Gen. priori fundamento, & in prima vice illa qua nomen Dei profertur, *In principio creauit Deus*; Chaldaicè sic habetur; *In principio creauit Elohim*, quod verbum sonat *Iudices* in numero plurali; vbi iodicis rigorosi natutam Deus assumere videtur ab initio; vel iudicum multorum. Nam benè tunc Deus Iudices vocatur creans mundum, pro homine colono in eo collocando, ne postea eundem iudicans, seuerum & durum eius iudicium videatur, sed mite, dulce, & creans, vel recreans eos ipsos, pro quibus tot & talia in mundo procreauerat; non iudicans inferendo pungentes cruciatus, sed iudicans benignum, & aptum, bonúmque vt homo producatur; at postea eo peccante, per Deum vt redimatur. Quo sensu rectè dixit de istomet iudicio creante & recreante in Enchiridij sui lib. ad cap. 27. B. Augustinus *Melius enim iudicauit* (ô celebre iudicium & pleoū charitate) *de malis bona facere, quam mala nulla esse permittere.* Sed iure in multitudine Deus iodices vocatur; nam qui vnus atque Trinus creauerat Adamum; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; accessit pòst, ad eum iudicio ventilandum; *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum*; vt iudicium eregionè iudicio correspondeat; illud primum creationis, huic secundo punitionis; & Redemptionis tandem tertio sub isto latitante, in quo hominum Saluator & bonum & malum sciuit. Iudicij rectus ordo.

Cur iudices in plurali vocetur Deus in Genesi.

S. August.

Gen. 1. 26.

Gen 3. 22.

Iudicium trinum, & quale Dei Filius exercuerit.

3. In hora qua Deus venit, hoc iterum enitescit; quia venit hora tertia Adami post peccatum; ac etiam post meridiem; qua vero prandij tempore, & ille pransus pomum; & pomo mansit prensus, ac malis comprehensus; non adeo diei meri fulgore illuminatus, quam potiùs omni luce teterrimè priuatus; quousque lux Diuina inclinata luce venit, vt Deus inclinaretur, seu pressiùs inclinatus hoc signo ostenderetur; ac simol hora tertia pomeridiana, voce alia vocata vespertina, vt inde culpæ vesper iam radiis vestiretur, & tempus horæ tertiæ pro reo tertiaret. Videtur tota Trinitas hîc hominem expectasse, nempe singulæ personæ per horas singulares; vt vnicum atque trinum pro hominis fiducia & ipsum tempus foret; quasi tempus pro Adamo hoc modo dimicaret, ac velut intercederet.

Qua hora Adam peccauerit, & Deus ad eum venerit.

Cui aduentui Creatoris ad hominis iudicium, iudicantis alter postea recentor memoratus allusit Redemptoris, cum in Crucis consistorio iudiciū administrauit. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* De Christo nanqoe Hugo sic ait Cardinalis; *Hora nona Christus spiritum emisit, qui sexta hora crucifixus fuit, vt eadem hora restitueretur homo, qua de paradiso eiectus est.* Et rectè eadem hora; qoia sexta nostro cōputo meridiana prorsus est. Tunc Christus crucifixus, in lignúmque suspensus, quia in lignum tunc Adamus incontinentes manus tollens, ibidem Christum fixit. At verò oona Hebræis (qui diem noctémque distribuunt in duodecim) est tertia vespertina; & optimè tum Christus afflauit dulcem animam, vt homo ipso mumento virtute Christi sanguinis felici inuersione adiret paradisū, latroni & sub latrone promissum cuiuis homini (quia homo latro est, & fuit ab initio) quo ab eodē paradiso exierat infelix, iam Christum sibi in multis, de qoibus actū sæpe, ostensum parui pendens. En quomodo in hoc iudice præcedat eius pietas iustitiam in iudicando; quam pietatem Vates Regius præcinuit in his verbis; *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*, sed qualis foret iudex qui iudex est Ecclesiæ? nimirum, valde mitis; & eius aduocatus, vt asserit Ioanoes, ad Patrem Omnipotentem. Idcirco in paradiso, qui fuit templum Sacrum iudicium celebrauit; quod aliter non licet; Cap. *Decet* §. *Ordinary* de *immunitate Eccles.*

Iudicium Christus egit in Crucis tribunali.

Ioan 12. 31.

Hugo Cardin.

In iudicando quātùm Christus plus pius sit quàm iustus.

Psal 100. 1.

1. Ioan. 2. 1.

De citatione Dei iuridica, districta aduersus hominem.

4. DE Iudice ad iodicij directionem descendendo, citatio primo loco rimanda sese offert; de qua agitur in titulis Iust. de *Actionibus*; ff. de *in ius vocando*, de *Citationibus*, & de *iudicis*; & Cod. de *Sentent. & interlocu.* lib. 4. Hæc enim litis porta, in tantùm vt sit citatio per Clement. *Pastoralis*, de iure naturali. Vnde oritur, quòd Iudex deficiente accosatore, actore, & delatore, non potest modo valido sententiam suam ferre; Cap. *Si potestatem* 13. q. 4. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. Est tamen accusator oon paucies virtualis; delicti prout solet euidentia computari; rebellio, rei infamia; & indicia quæ in iure vocantur probabilia. Qua via rectè Adam vocatus est in forum, & ordinis iudicialis dictamine accusatus; ab euidentia nempe clara, rebellione, & culpæ suæ infamia perquàm nota; quæ indiciis rē probantibus haudquaquam fuit egens, sed patens per se ipsam.

In iudiciis quantùm sit citatio necessaria.

D. Thom.

A quo homine vnicus homo Adamus in iudicium iuridice, delatus, & simul accusatus.

Qua lingua, & vocis sono hæc fuerit citatio in dubium verti solet; in quo quia perdifficilis & futilis est quæstio, narratu quodam ludicro, qui fertur inter Gallos, præsenti satisfaciam; si liceat vti iocis in rebus ponderosis, & quidem tanti ponderis, vt opus quod tractamus; sed licet, vt per varia quæratur diuerticulum, & homo versans grandia, tantisper relaxetur, ac quod-

Cum Adamo in quanam lingua loquutus summus iudex.

uis

A

nis cutis gaudium hoc medio interponatur. Quo agnito cum Gallis à quibus hoc accepi, Euam dico cum marito Italicè loquutam; quia dolcior & amantior huiusmodi est loquela; Deum autē in Castellana Adamum iudicasse, arguisse, & seueritate accommoda increpasse, vt lingua præ omnigenis superba, & arroganti; Adamum verò & Euam in Gallica exorasse, & veniam à Deo irato enixè expostullasse: est enim sermo Gallicus homilitate summa plenus, & modulis humillimis, ac verbis vrbanissimis, & phrasibus, nec non inclinationibus cetuicum in forma salutandi, scribendi, & inuisendi, refertus profundissimis; & inter hæc mendaciis excusationibus ac formulis res optimè deaurandi; seu verbis nunquam ampliùs venturis in memoriam, præ aliis valde locuples. De qua seriò quæstione & de genere locutionis citationis patris nostri de Genesi literaliter lib. 11. cap. 33. B. Augustinus.

Augustinus

Dei vox Adamum quærens quid propriè in textu Sacro Philo.

S. Ambros.

Et verò cur in ius vocatus & citatus, & à loco in quo latebat iuridicè euocatus, cum nulla Deo fuerit de istis ignoratio? de paradiso cap. 14. Ambrosium Sanctum audi, qui ita post Philonem. *Quid est Adam vbi es? id est dicere, non quo loco, sed in quibus malis es? Non ergo interrogatio, sed potius increpatio. De quibus, inquit, bonis; de qua beatitudine; de qua gratia; in quam miseriam cecidisti? Dereliquisti vitam æternam assimilatus es morti, consepultus es errori. Vbi est illa tua bene conscientia fiducia confidentia? timor iste culpam fatetur, latebra præuaricationem. Vbi ergo es? Hoc est, non in quo loco quæro, sed in quo statu? Quo te deduxerunt peccata tua, vt fugias Deum, quem ante quærebas.* Quos sequitur è proximo Chrysosto. in Genes. hom. 17. sic dicens inter reliqua; *in alio loco te reliqui, in alio te inuenio.* Et scitum istorum dictum; nam sicut locus lapidis naturaliter est centrum, sic hominis est Deus; quo miserè relicto à prauis peccatoribus, in circuitu cogitationum multarum atque curarum oportet eos iugiter rotare, & circumagi, ac nemine persequente, in fugam sese dare; vt dicitur in Prouerb. & cecinit vel etiam Satyricus Georilis;

Vt ille qui non manet & est in Dei obsequio, in motu sit continuo

C

S. Chryso.

Psalm 11.9.

Prouer. 18.1.

Iuuenal. saty. 13.

Mobilis, & varia est fermè natura malorum,
Cum scelus admittunt.

Cuiusmodi qui sunt in gratia ipsius Dei, de illo semper cogitant, & hærent ei, vt centro; *Mihi adhærere Deo, bonum est.* Quocirca cum locatum in loco non consisteret, nil mirum si quæratur, vel etiam ab ipso Deo; cum hominem in se Deus, & homo se in se posuerit per crimen amore factum proprio. Vnde bene quærit Deus quod extra Deum est, & extra locum à Deo electum, & designatum. Nec ille tale quæreret, vt iterum cum rebus ligemur præcedentibus, amore nisi in hominem notoriè teneretur. Ergo Deus amore nostri, idque ordine atque stylo iudicij intemerato, citauit primum hominem. Rupertus apud Glossam.

D

Psal. 72. 28

Ab Adamo cur Deus rem qui omnia scit, quæsierit.

Rupertus.

De hominis responsione, quam fecit Deo Iudici.

5. SPem malam de hoc titulo ingessit nobis Iob, dum de solo se Adamico, originali seu peccato, gemebat maculatus. *Verè scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.* O verba formidanda! Quid nos illi respondebimus, tot aliis actualibus, & grauissimis, ac propemodum innumeris peccatis, grauati, & inquinati? Aut quomodo responderit & iustificarit se Adamus, qui & mortaliter peccatorem, & peccatorum mundi omnium se fontem iam cernebat, & caput agnoscebat? Cogebatur ille certè responsum verum dare; nam quoties quis iuridicè requiritur à iudice, tenetur eo ipso dicendæ veritati; sicut placito communi affirmat. D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. qui Couar. suffragatur lib. 3. q. 23. pract. q. Gomes. 2. Variar. cap. 12. n. 5. Farinatius tom. 2. q. 37. n. 176. Guttieres lib. 1. Canon. qq. cap. 11. n. 39. Arqui Deus ordine recto Adamum est sciscitatus, tam indicta citatione adhibita oportunè; quàm in eius nuditatis exprobratione, & illatione ad noxam perpetratam; *Quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses? &c.* & tam iterum in eodem interrogato ante mulierem, quantumuis à muliere peccatum sit inceptum, quia ipsi principaliter & primùm legem dederat, ac mulieri per illum; quàm in muliere post illum quæsita de piaculo; & in serpente non vocato, sed tantùm maledicto ac pœnis flagellato; non etenim vocari vllatenus decebat, cum scilicet qui non erat ad veniam reuocandus, sed ampliùs condemnandus, ob malum tunc peractum, qui erat iam damnatus. Ita Lyranus & Caietanus, ac Chrysostomus sup. Gen. hom. 17. & Gregor. lib. 22. cap. 13. super Iob. Sed latiùs Canonistæ in Cap. *Qualiter & quando*; de *accusation.* Et in cap. *Deus Omnipotens*; 21. q. 2. vbi de alio Sacri textus iudicio pertractatur.

Iob 9. 3.

B

Reus qualiter veritatem fateri teneatur.

D. Thom.

Couarru.

Gomes.

Farinatius.

Guttieres.

Gen. 3. 11.

Lyranus.

Caietanus.

Chrysosto.

Gregorius.

Quare tanto iuris ordine à Deo requisitus, cogebatur illi homo ingenuè respondere; & posset cum Philone allegor. lib. 2. ei dicere quamuerè, in nullo loco esse; *Quia nullum locum habet peruersi viri anima, cui vel insistat, vel insideat;* seu quod ibidem ait; *Vbi sum me interrogas? vbi sum audi. Vbi hi qui Deum videre non possunt; vbi qui Deum non audiunt, vbi qui ab auctore omnium bonorum volunt se abscondere; vbi qui virtutem fugiunt; vbi qui exuti sunt sapientia; vbi qui metuunt, tremuntque præ infirmitate animæ. Cum enim dixit;* Vocem tuam audiui, & timui, eo quod nudus essem; *hæc omnia copul sunt.* Nam verè nudus erat ab omni cultu animæ.

Peccator nunquam firmus, sed vagus & iactatus. Philo.

6. At ille contra tendens non solùm non vulgauit, sed etiam culpam suam pro viribus occlusit, contexit, occultauit; & Deum atque mulierem præposterè accusauit, vtri-

Gen. 3. 12.

Excuſationes peccatorũ Adamo, & eius filiis ingenitę, & quamobrem.

que dum peccatum conatus eſt refundere, tribuere, applicare; *Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, & comedi*; Quaſi mulier tanquã cauſa, & Deus donator cauſæ, auctores mali fuerint; quod ſciens, lubens, volens, & ſuperbiæ ac carnis ſuæ illecebris pellectus; ac ſimul ſpe veniæ inductus & deceptus, ipſe ſolus quò ad poſteros reatu iugi præditum, commiſerat vltroneè. Quem mulier eſt ſequuta defendens pellem ſuam, & culpam à ſe reiiciens in colubrum intermedium, creaturam occaſionaliter & materialiter nocentem, ſed formaliter innocentem; ſi de ſerpente naturali, quem illa intelligebat *Serpens decepit me*; ſtrictim ſit loquendum; ac ideo in Creatorem ſub illa creatura, ab illomet formata, retorquens culpam omnem; Iſidorus apud Gloſſam: *Sed proprium eſt peccatoribus velle in Deum transfundere, vnde accuſantur, culpam; quia ſic peccauit homo, vt vellet eſſe Deo par, liber, ſcilicet, vt ille ab omni legis iugo. Quoniam autem in maieſtate illi par eſſe non potuit, in peccato eum ſibi contendit facere parem; imò cum vult oſtendere nocentem, ſe autem innocentem.* Qua via nunc æqualiter Adami pergunt nati; quemadmodum Gregorius productus loco vltimo huiuſmodi aſſeuerat; *Cum de vitio ſuo quiſquam arguitur, ſub defenſionum verba, quaſi ſub quadam arborum folia ſe abſcondit, & velut ad quadam excuſationis ſua opera ſecreta, faciem Conditoris fugit, dum non vult cognoſci, quod facit. In qua videlicet occultatione, non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippe ne omnia videntem videat; non autem, ne ipſe videatur.* Sic ille; qui Adami excuſationibus adauctam, perfectam culpam vocat, vel prorſus conſummatam; imperfectam verò, & culpam ocyſſimè tranſlatam, ſeu potiùs transferendam, ſi palam fateretur, & clarè ſui criminis deformitatem non abnueret; quod Lazari, & Dauidis exemplis benè roborat. Quorum primo, vt reuiuiſceret, non dictum, reuiuiſce; ſed tantùm, *Veni foras*; ſic enim perquàm facile à culpa reuiuiſcitur, ſi illa mortuus homo, & conſuetodine peccandi ſepultus in ſe ipſo, per Confeſſionem & accuſationem venire velit foras, & in forum proſilire iudicij Eccleſiaſtici; Dauidi verò ita; *Dominus quoque tranſtulit peccatum ſuum*; quia nullo integumento curauit hoc velare, ſed potiùs reuelare, & dicere ſimpliciter; *Peccaui Domino*; cui Propheta immediatè ex parte Dei reſpondit; *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum; non morieris.* Tranſlatum nanque eſt peccatum qualecúnque, & quaſi nunquam factum; ſeu cum fœnore & breuitate permaxima mutatum, quod pro ſui ſeit remedio *Peccaui* Deo dicere, & vocem talem edere. Nam hæc dictio, *Dominus quoque*, emphatica eſt coniunctio, & oratio palam indicans, inter hominem atque Deum ciuilem ferme nexum, & contractum obligatione viciſſim ratum eſſe, vt confitenti noxam ſuam hanc illico Deus transferat; culpam ſcilicet remittendo & pœnam temperando; iſta enim nunquam poteſt, niſi ſumma cum pœnitentia, & contritione tranſcendenti deleri, obliterari. Lyranus ad hunc locum & D. Tho. 1. 2. q. 87. art. 6.

Geo 3. 13.

S. Iſidorus:

S. Gregor.

Quàm facilis ſit venia Confeſſione rectè facta.

2. Reg. 12. 13.

Confeſſionis & remiſſionis contractus inter Deum & hominẽ quàm firmus, ac initus perpetuò.

Lyranus. D. Thom.

Hoc minimè Adam fecit, imò culpæ ſuæ vulnus obnupſit turpi faſcia ſuperbiæ, qua peccauerat; nec mirum, cum in Gloſſa ſcribat Auguſtinus; *Superbia habet ex ſe confuſionis deformitatem, non confeſſionis humilitatem.* Quocirca Dei ſententia à luco Sacro pellitur; Diuinæ verò gratiæ & veniæ non reducitur, ni poſtquam diri exilij laboribus attritus, & ab oculis ſui Patris clementiſſimè reſpectus, ad brachia pœnitentiæ cucurrit iſte filius bonorum cæli prodigus; & terreni paradiſi diuitiarum diſſipator, deſtructor atque heluo. Ita liber Sapientiæ cap. 10. n. 2. & communis exiſtimatio deducta ex Auguſtino Epiſt. 99. etſi tempus quo hæc fuerit peracta pœnitentia, & venia comparata à nemine ſciatur; ſed. 20. Enarrat. loquendum de hoc iterum.

S. Auguſt.

Quo loco & quonam tempore Adami pœnitentia.

Sapien. 10. 2.

S. Auguſt.

De Dei aduerſus hominem ſententia fulminata.

7. SEntentia plùs ſeuera, quàm dulcedine ſuaui commixta & temperata, proteruia Adami digna, vt lueret extorris in valle lachrymarum, quæ ciuis faſtidierat in deliciarum promptuario: de qua quidem in hocce loco agemus ſatis commodè; non ſanè qualis fuerit: hoc etenim Enarratio vigeſima tractabitur; nec pariter quo iure; id enim per ſe patet; ſed quomodo iuſtitia ſit lata, & pietate, iuxta Iudicis Diuini ingenium ſibi ingenitum, ſeu genium paulò ſupra à nobis memoratum; de quo S. Bonauent. in 2. ſent. d. 29. profatur huiuſcemodi; *Æquo iudicio à paradiſo Deus hominem ablegauit; miſericordia, & veritate; veritate, quia ſicut Angelus de cæleſti abiectus eſt, quia peccauerat in eo, & ſe ideo loco illo reddiderat indignum, ſic & homo de amœnitate terreſtris paradiſi expelli dignus erat; miſericordia, quia in loco calamitatis homo manens, & ſciens extra paradiſum terrenum ſe degere, quaſi exulem in hoc mundo ſeipſum reputaret, & præſentia contemnendo futura procuraret, eaque deſideraret ac demum aſſequeretur. Si enim tantò homo nunc amat viſibilia, in miſeria valle poſitus, quantò magis tunc amaret in amœnitate paradiſi? tanta certè cupiditate hæreret temporalibus vt æternalia non requireret; & ideo actum eſt cum eo miſericorditer & iuſtè.*

In Adamum Dei ſententia & iuſta, & valde pia.

S. Bonau.

Quid

QVID AB HOMINE IN IVDICIVM VOCATO Deus exegerit, & an præter Confeßionem quid aliud postularit.

Confeſſio primo homini a∣tria neceſſaria

8. NIHIL præter Confeſsionem prętendit Deus ab homine; ad tria nanque illi Confeſsio neceſſaria. Primum quidem, licet hoc incerti iuris ſit, vt in loco paradiſi, ac priùs remaneret: nam vt ait Auguſtinus de Sanctis iam relato ſer. 19. *Si humiliter ſe accuſaſſet, & in Auctorem ſuam culpam nequaquam retorſiſſet, à paradiſo non exulaſſet* Et fortaſſe cum aliquibus limitationibus idoneis, videlicet, moriendi, ne irritum Dei verbum, & pænalitates hodiernis minores eo in loco deliciarum ſuſtinendi, hoc bene dari poſſet. Pro quo facit Confeſsionem vel à dæmonis memoria abradere peccata, vt in fine Enarrationis miraculis firmabitur. Secundum verò, vt homo per Confeſsionem ſemetipſum connecteret cum Deo; nullum etenim interſtitium ab illo poteſt aliquē peccantium ſegregare, & penitus abſtrahere, quàm ſola peccatorum factorum aduerſus eum excuſatio & palliatio; qua ſemota ſeſe homo cum Deo Trino & vno, hoc vno & trino verbo, *Peccaui*. copularet. Ambroſius tom. 4. in exhort. ad pœnitent. *Peccaui dixit Dauid, & ſtatim audiuit*; Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. *Quantum valent tres ſyllabæ? tres enim ſyllabæ ſunt peccaui; ſed in tribus ſyllabis flamma ſacrificij eius ad cælum aſcendit*. Tertium tandem vt Confeſſione cum Deo Redemptore & auctore Sacramentorum terrigena ſe iungeret; qui cum Deo Creatore per illam foret æquè amore vinciendus. Nam & Chriſtum prędcognouit, vt tetigi multoties, & præcipuè propter Chriſtū Confeſsio ſemper viguit. Quia ſicut hæcce virtus, quæ veri eſt proteſtatio, à principio veritatis (qui increatus Deus eſt tantùm à carne & creatura quacunque ſeparatus) initium ſuum habuit, ita finem, metam & apicem à Chriſto ſolùm hauſit, qui eſt veritas creata, ſeu veritas in carne, quamobrem propter Chriſtum Confeſsio ſemper ſuo vigore interiori, & perſtitit, & profuit; ac per illam parens hominum, cum ipſo quem prænouerat à mundi natalitiis, exinde proculdubio ſtricto nodo & modo ligari tenebatur.

S. Auguſt.

Vtrum Adamus in paradiſo manere: aliquis confitens.

S. Ambroſ Confeſſio trina & vna nos Vno & Trino ligat 2. Reg. 12. 13.

Confeſſio quantùm valida à mundi natalitiis, ob Dei & Chriſti nexum.

1. Cor. 11. 28.

Hinc patet noſtrum thema *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat*. ab orbis incunabulis occulta vi pollere; quod tanquam rem grauiſſimā ſtatim enucleabimus, poſtquam duos, neceſſitatem Confeſſionis in Adamo firmantes ſuis placitis, hic Patres ſubiunxerimus; quorum primus eſt Gregorius ſupremo loco datus, ſic dicens in Moralibus; *Ad hoc quippe protoplaſti requiſiti fuerant, vt peccatum quod tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent*. Auguſtinus verò alius, qui ſermon. de temp. 104. interrogationem binam Dei, ad Adamum & filium eius Cainum peruerſiſſimum, in aſpectu tam perſimilem, quàm in effectu diuerſiſſimam, in iſtum modum pendit: *Ad quid verbu verè eiſdem Deus eos compellauit? vt proprio ore confiterentur, & poſſent peccati veniam promereri. Adam quia interrogante Domino confeſſus eſt peccatum quod commiſit, veniæ redditus eſt. Cain quia negauit fratricidium quod patrauerat, æterna pœna damnatus eſt.*

S. Gregor. Inter Adami atque Caini, Confeſsionem cur diſcrimen tam magnum viſum fuerit.

S. Auguſt.

De Confeßionis antiquitate, & natiuitate pullulante à lege naturali.

9. QVod primùm ad hanc tuendam ſe offert veritatem, eſt noſtri perquam docti Andreæ de la Vega in Concil. Trident. de lapſis lib. 13. cap. 28. ſententia ſic ſe habens; *Vmbras aliquas & figuras Confeſſionis præceſſiſſe, & tanquam præludia anteceſſiſſe Paſsionem Domini ambigere non licet. Seruauit enim hoc conſuetudine perpetua prudentiſſimus ille Dei ſpiritus, vt quæ inſignia facturus, vel inſtituturus erat in noſtra lege gratiæ, longe illa vel ſtatim in naturæ lege, vel poſtea in lege ſcripta nobis adumbraret. Quo auctoritatem rebus ijs non modicam conciliauit, difficultatéſque emolliit, quæ ab eis credendis nos auocare poſſent* Cui clariùs & diſtinctiùs accedit noſter alius ſodalis venerabilis; conſpicuus tam Diuinis quam literis humanis, nimirum P. Buſto Roſar. 1. p. ſerm. 33. vbi lege naturali, Moſayca, & Euangelica, Confeſſionem modo ſuo haudquaquam contemnendo, ſed magni faciendo, impoſitam extitiſſe propugnat ſatis latè. Quod mihi nihil diſplicet, cum à naturæ legis fontibus pręceptum hoc dimanaſſe, Confeſſiones duæ illæ Adami & filij ſui communiant non cōmuniter; quas ab illis Deus popoſcit ac medium neceſſarium ad vitam conſequendam, vt Gregorij & Auguſtini auctoritatibus allatis clariſſimè innoteſcit; quibus adde Tertullianum aduerſus Marcionem ſecundo lib. ſantem; *Vt nobis conderentur exempla confitendorum potiùs delictorum, quàm negandorum; & ex tunc initiaretur Euangelica doctrina*, Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Et Ambroſium de paradiſo cap. 2. & lib. 2. cap. 9. in lib. de Cain. nec non Chryſoſt. ſup. Gen. hom. 17. ac alios multos PP. cum doctis Neotericis; è quibus ſatis grauis in Aureo Candelabro de pœnitentia cap. 13. cum Concil. Trid. ſeſſ. 9. cap. 14. & ſeſſ. 4. cap. 1. Viualdus nobis aſſerit, hanc fuiſſe ſemper praxim, Eccleſiæque doctrinam.

F. Andr. de la Vega.

Confeſsio à mundi initio, & vtrum ſub præcepto.

Buſto.

Tertullian.

Matt. 12. 37.

Ambroſius. Chryſoſt.

Viualdus.

Si verò hoc ab initio præceptum claritate maiori non reſplenduit, nil nobis aduerſatur; cum ſimul & præcepta Fidei, Spei, ac Charitatis ab initio ſemper fuerint, quin ideo ſemper palam Fidelibus explicita extiterint, vel tradita; vt 11. Enarrat. abundè elucidauimus. Omiſſo, quia huius præcepti neſcientia, & non illico per Deum traditio manifeſta, ex illo forſan venit, quod

Fidei, Spei, & Charitatis pręcepta à quonam tempore.

S. August. Cur præceptum Confessionis ab initio non volgatum.

dixit Augustinus lib. 50. hom. hom. 12. *Primo homini non dictum est, confitere peccatum, quia non fecerat, quod fateretur; sed dictum est ei vt non peccaret. Non obtemperauit; peccauit; nati sumus mortales ex vinculo peccati; propagata est miseria nostra per successionem fragilitatis humanæ, & dicitur nobis*; Confitemini alterutrum peccata vestra.

De Confessionis adolescentia sub legis Moysis tempore.

Leuit. 13 & 14. Matt. 8. 4. Confessio in lege Moysis clarissimè præcepta.

10. Rutilior iam in hoc Confessio longè micat, quæ in lepræ emundatione Sacerdotibus tantummodo commissa, sublucebat; quod Dominus Matthæi octauo comprobauit; in signum quòd de lepra interna nostræ animæ Sacerdotes soli essent iudicium discussuri, & de maculis spiritus sententiam prolaturi; vt asserit Chrysostomus de Sacerdotio lib. 3. & Hieron. in Matth. cap. 16. Sed clarior valde vmbra resplendens in Leuit. & lib. Numer. *Offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum Sacerdoti; iuxta æstimationem, mensurámque delicti.* Vnde patet eo temporis in specie, atque mensura, quæ aliquæ sunt planè peccati circunstantiæ, iam quidem Confessionis præceptum constrinxisse; quamuis numerum & peccatorum minutiores circunstantias tunc homines texissent. Quod omnes vniformiter affirmant in hoc loco.

Chrysost. Hieronym.

Leuit. 6. 6. Num. 5. 6.

Confessio inter Iudæos vt vigeat, & nūc fiat.

Et probatur ex testimoniis ac continuata consuetudine ipsorum Iudæorum; à quibus Waldensis tom. 2. de Sacramentis à cap. 137. obseruatum morem istum affirmat perspexisse in Austriæ ditionibus; & Antoninus in sua Summa 3. p. tt. 14. cap. 6. §. 1. inquit doctos Hebræorum solere quæuis crimina, Leuitæ, si quem nacti, sub mortem confiteri & latissimè ex nostratibus, Rabbinus priùs celebris, nunc verò tam perutilis quàm pius Galatinus, per totum lib. 8. de arcanis scripturæ; & lib. 3. cap. 10. vbi multis auctoritatibus illorum palam facit, & insuper exaggerat, opportuisse in Confessione detegere specialitatem, & peccatorum circunstantias. Cui fauet non mediocriter sententia Ecclesiastici; *Non confundaris confiteri peccata tua*; Nam de specie peccatorum ad minus hanc intelligi confusionem satis patet, quia peccata non confundunt in Confessione soli Deo, vel homini genericè, sed in ea quæ speciatim, minutimque fit homini.

Vvaldens. S. Antonin. P. Galatin.

Confessio circunstantiis iam facta in lege veteri. Eccles. 4. 31.

Ast & alia figuratio has omnes supergreditur, quæ habetur Matth. 3. & Marc. 1. cap. quibus legimus Iudæos Baptismati Ioannis lubenter concurrisse; *Confitentes peccata sua*; Quod in specie & circunstantiis fuisse tria nequeunt vllatenus celare; Primum quidem, quia dicitur, *Confitentes peccata sua*; nimirum quæ commiserant, ac ideo ipsa peccata, vt illamet cōmiserant, Secundum, quia additur Euangelistarum & concurrentium Israelitarum demiratio; illorum in describenda re tanta in Euangelio; istorum in faciendo Confessiones tam

Matt. 3. 6. Marc. 1. 5.

A feruentes, vt manserit res eadem, & stupore satis grandi, memoriæ consecrata. Tertium tandem, quia sicut Baptismi Christi vmbra Baptismus ille fuit collatus per Ioannem, sic etiam eidem Sancto Confessio quæ fiebat, Confessionis Christi erat (vt vltima & suprema) peroptima adumbratio, ac proinde in circunstantiis & culpis specificis. Quibus potest simul Lazari adiungi suscitatio; vbi PP. peccatorem per mortuum subintelligunt; per sepultum, consuetudine peccandi tumulatum; per lapidem sepulchri diuinitus amotum, obstinationem peccatoris per Christum relegatam; vincula autem per Apostolos tantummodo soluta, absolutionem per Sacerdotes dumtaxat impertitam; vt Ambros. de pœnitent. lib. B 2. cap. 7. Augustinus in Ioan. & alibi non paucies; & Gregor. in Moral. lib. 2. cap. 23. ac omnes fere PP. vnanimes corroborant.

Confessionis qualis vmbra sit Lazari suscitatio.

Ioan. 11. per totum.

Ambrosius. Augustin. Gregorius.

Et verò nihil minus compertum & exploratum, Confessionem Iudæorum non fuisse sicut nostram, in circunstantiis atque numero peccatorum tam distinctam: hoc enim legem Christi, ob rationes attingendas n. 16. non aliam, condecebat. Hæc Vega à me relatus, quo loci de hoc latè; & Scotus super 4. d. 17. Bonauent. eodem loco à q. 1. & D. Tho. 3. p. q. 84. ar. 7. ad 2. necnon etiam in addit. eiusdem partis tertiæ q. 6. ar. 2. cum quibus ex modernis succinunt Bellarminus tom. 2. lib. 3. de Sacrament. Pœnitent. Et Barradas tom. 2. lib. 1. cap. 4. Illa nanque figuralis, & nostram C figurabat, quam ideo non æquabat, sed valde assimulabat, ac etiam commendabat, amabilémque Deo & gratam demonstrabat. Nam cui placitæ Confessiones genericæ & obscuræ, plus equidem placebit Confessio specialis, in omnibus discreta, distincta, & bene facta, quæ magis nos confundit, humiliat, & à vitiis auersos, atque in Deum conuersos nos constituit; vt Vega argumentatur.

Vega. Scotus. D. Tho. Bonauent.

Bellarmin. Barradas.

De Confessionis virilitate, perfecta seu ætate, post legem à Christo latam.

11. Hoc Fide & exercitio Ecclesiæ comprobatur, quod si benè perpendatur, ingentis vis est ratio; non D enim fit credibile, tot populos fideles, ac mentis disertissimos, præceptum tam difficile ob aliud admisisse, nisi quia à Christo fuit disertis verbis traditum; præsertim si per factam Confessionem soli Deo, vel Sacerdotibus in genere, sicut veteres, nunc possent Dei gratiam comparare. Quod verò minutissima, auricularisq; Cōfessio à Christo iussa fuerit, non malè, nec obscuris his nititur principiis, & claris fundamentis.

Confessionem legis nouæ quid promat efficaciter.

Primo, ex Actis Apostolicis, in quibus reperitur; *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos*: Vbi aperte de Fidelium delinquentium post Baptisma Confessione pertractatur. Nam & ibi de Baptismo ipsorū latè agitur, & sup. cap. 3. cum

Act. 19. 18. Confessionem in lege noua quæ loca verè probent.

3. cum multis ſubſequentibus qui ſint credentes dicitur; nimirum, qui in Fidem credebant Chriſti Dom. & eius poſt lauacrum hærebant diſciplinæ, veſtigia ſectabantur. Quapropter de Confeſſione minuta peccatorum is locus certò loquitur; vt conſtat ex his verbis, *Annunciantes actus ſuos*; & de modo conſequenter quo fuerāt peracti, ſeu acti ipſimet actus: ſicut loquitur æqualiter de Confeſſione non tam Deo ſimpliciter & ſoli, quam Deo in Sacerdote ab Eccleſia deputato, vt hodie perſoluta, quia ad Paulum veniebant, *vt confiterentur actus ſuos*. Quoniam autem nulla tunc de Confeſſione facienda Eccleſiæ conſtitutio, inde ſequitur à Chriſto hanc conditam & fundatam.

2. Cor. 5. 19.

Secundo, ex D. Paulo Corinthios commonente, & illis ſic dicente; *Dedit nobis myſterium reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Reconciliationis nanque verbo, & legationis nihil minus, Confeſſio ſtabilitur. Nam & Legatus ſui Regis gerendi vices habet, vt liget & diſſoluat quoſcunque belli & pacis, iuxta limites concreditos, voluerit contractus; & reconciliatio per Confeſſionem, ſatisfactionem, & retractationem non ſolummodo cum Deo, ſed pariter cum hominibus quotidie, & ratione vrgente celebratur. At maximè, cum exprimat, *Miniſterium reconciliationis* fuiſſe ſibi traditum, & à Domino cuius erat Legatus, de legatum; quod quidem non eſt aliud, quam tribunal, & conſiſtorium reconciliationis huiuſcemodi, ac ideo Confeſſionis, & deteſtationis peccatorum per tale Sacramentum.

Confeſſio quę legatio, & reconciliationis miniſterium.

Tertio, ex illa S. Iacobi ſententia capitali, *Confitemini alterutrum peccata veſtra*; quæ præceptio ſeu ad minus exhortatio valde promit, Confeſſionem iam cum homine, id ſignificat *alterutrum*, habendam, & faciendam, fuiſſe ſtabilitum, præceptum, & commendatum. Non enim de Confeſſione alternæ offenſionis, ſed dumtaxat de Sacramentali hoc debet explicari; cum Iacobus de Vnctione aduertat ibi homines; & ne aliquis per illam putaret ſibi culpas mortales condonari, Confeſſionem ſuperaddidit, qua ſola poſt Baptiſmum directè & effectiuè mortalia remittuntur; quę in aliis Sacramentis delentur indirectè, cùm de illis nulla ſubeſt notitia pœnitenti.

Iacob. c. 16.

Confeſſio quam perſpicuè edocta per Iacobum.

Quarto tandem, ex teſtimonio Diſcipuli dilecti; *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus; vt remittat nobis peccata noſtra, & emundat nos ab omni iniquitate*; Quod ſanè non eloquitur de Confeſſione ſoli Deo interiùs explicata, vt hæretici confingunt, ex ſono dicti huius, *Fidelis eſt, & iuſtus*; videlicet, vt noxas remittat quibuſcunque, de illis ſic doluerint, & confeſſionem ſuam fecerint; ſed de culpæ remiſſione & gratiæ infuſione, Confeſſioni quam Deus clemens, vt aliis Sacramentis, inſeparabili promiſſione piiſſimè ligauit. Vnde *iuſtus & fidelis* hoc loco nuncupatur; fidelis quia adimplet promiſſionem factam gratiæ in cunctis Sacramentis, vt iſtud ſimul eſt; cum rectè accipiuntur, iuſtus autē, quia facientibus quod eſt in ſemetipſis, & quod fieri per Eccleſiam ſponſus eius præcipit, hanc tantùm dilargitur, ſecus eſſet non iuſtitia, ſed iniuſtitia ſatis clara, remuneratio quæuis alia; ſeu reconciliatio ad amicitiam tam iuſtam & tam ſupernam. Et clauium adminiſtratio Apoſtolis relicta, in vanum data eſſet, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.* Vt igitur inter ſe non dimicent myſteria, ſed potiùs concordentur, & inuicem vniantur, ab alteróque alterum lucidiùs explicetur, & vt frater à ſuo fratre germaniùs adiouetur, de Confeſſione proloquutum Ioannem non ambiguum.

1. Ioan. 1. 9.

In Confeſſione quàm fideliter peccata dimutantur, ſi fiat congruenter.

Ioan. 20. 23.

Nec obeſt inimicorum inane fundamentum, adductum per Spinam in Fidei Fortalitio lib. 2. hær. 3. dicentium à Deo eſſe remiſſionem peccatorum, ac ideo non exiſtere Confeſſionem neceſſariam, quia gratia ex ſua eſſentia excludit pœnitentiam; *Nam nec gratia pœnitentiam* (reſpondet idem auctor) *nec pœnitentia excludit gratiam; cum & ipſa pœnitentia ſit certè magna gratia. Ergo conditio ſine qua non, Confeſſio tantùm manet; quia ſi hominem non pœniteat, peccatum non remittitur* (& ſi illum non pœniteat per Confeſſionem modo eo quo docetur in Eccleſia, poſſemus hic adiicere, non valet pœnitentia) *Sicut domum Sol illuminat, ſi feneſtra aperiatur; quin feneſtra illuminationis ſit cauſa, ſed occaſio, qua dempta Sol non intrat.* Et re vera ſine clauibus eſt vana pœnitentia, in copia Confeſſoris; nam aliter non eſſet hæc ſalus rectè data, nec tranſitos per Eccleſiam, quæ domus eſt ſalutis, vbi Medicus Diuinus inſtituendo Sacramenta, remedia ſua poſuit.

Spina in Fortalitio.

Dei gratia Soli ſimilis; Confeſſióque feneſtræ.

Confeſſio ſine clauibus, vt clauſa ſit, & clauda.

Hinc ſemper in Eccleſia Confeſſio frequentata, nec vnquam prætermiſſa, niſi illa quæ poſt Chriſtum prioribus temporibus, in publico agebatur; de cuius primo ortu, duratione & extinctione perſpicuè Bellarminus tom. 2. lib. 3. à cap. 13. Nec publica Confeſſio latentium delictorum vtilitati poſſet eſſe, etſi publicum ſit futurum iudicium vniuerſale, vt docet per hæc verba Seraphicus Præceptor Sent. lib. 4. d. 17. q. 3. n. 116. *Iudicium Confeſſio ſeueritatis erit, at Confeſſio benignitatis iudicium præſens eſt. Deinde nulli tunc nocebit illa manifeſtatio, ſed potiùs Dei iuſtitia in eo clariùs apparebit: nunc autem nulli prodeſſet, obeſſet verò multis manifeſtatio delictorum.* En quomodo iudicium futurum ſit confeſſio, & Confeſſio ſit iudicium; vt appareat quam appoſitè de illa in Enarratione Iudicij pertractemus.

Confeſſio nunquam miſſa.

Bellarmin. Confeſſio quæ nam publica, & publica an ne vtilis.

S. Bonau.

Confeſſio cur nam ſemper ſaluti neceſſaria, & de aliquibus præconiis virtutis iſtiuſmodi.

12. NOn deuia nec inepta eſt præſens indagatio, cui facilè reſpondeo, Confeſſionem neceſſariam, vt homo humilietur, & indulgentiam humiliatus à Deo mercatur; nemo etenim neganti & ſeruo intumeſcenti errata vult dimittere; Chryſo-

Confeſſio quare ſemper ſaluti neceſſaria.

ſtomus in Gen. & Auguſtinus in Confeſſ. lib. 11. in prin. Deinde vt poſsit homo ſalutem comparare, nemo quippe ſioe innoeentia, vel pœnitentia ſaluus vnquam; ſed ſic eſt, quod innocentia euanuit prima culpa, niſi tantum Matri Virgini, quæ caruit omni labe; ergo vnica pœnitentia ſalutis manſit via, & ideo à cunctis Sanctis vocatur expetita; rogata, & procurata;

Pſal.31.5.6.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno; Quia omnibus eſt iter ad cælum neceſſarium; de illa nanque loqui hæc verba ſatis indicant quæ inibi præcedunt; *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno;*

Confeſsio Medicinæ corporeæ quàm perſimilis.

Et tandem ne ſalutis ac finis huius medium vllatenus te lateat (quantumuis à me ordine inuerſo præbeatur) vt homo queat vulnera Chirurgo demonſtrare, & morbum cęli Medico, qui oeſcit nos curare, ſi ita Redemptori & Salutari vitæ noſtræ, vt aſſerit

Boëtius.

Boëtius de Conſol. lib. 1. defectus cordis noſtri non pateant ore noſtro. Non equidem quòd Deus non noſcat multò meliùs, quam oos; peccata noſtra, ſed quòd debeat noſtram illc reſcire humilitatem; hanc autem ſine iſta virtute vel D.us neſcit; non quia Deus quid neſciat, ſed quia ſine imo Confeſſionis fundamento humilitas non detur.

Cur humilitas ſine Confeſſione nullatenus reperta.

Vnde S. Auguſtinus ſerm. 66. in de tempore vocatis, huiuſmodi profatur.

S. Auguſt.

Hortatur nos ſæpe Scriptura Sacra ad medicamenta confugere Confeſsionis; non quòd Deus indigeat Confeſsione noſtra, cui omnia preſtò ſunt, quæ cogitamus, aut loquimur, aut agimus. Sed nos aliter ſalui fieri non poſſumus, niſi confiteamur pœnitentes quod inique egimus negligentes,

Confeſsio quæ ſaluifica.

Qui ſe ipſum accuſat, hunc Dominus excuſat, & diabolus non habet iterum vnde eum accuſare poſsit. Si tamen confitens pœnitendo deleat, quæ fecit, nec iterum renouet quæ egit. Et in cap. *Ecce nunc tempus*; de pœnit. d. 1. *Ecce nunc tempus acceptabile, in quo Confeſsio à morte animam liberat. Confeſsio aperit paradiſum. Confeſsio ſpem ſalutis tribuit; vnde Scriptura dicit*, Dic tu iniquitates, vt iuſtificeris.

Pœnitentia definitur.

Quia non meretur iuſtificari, qui non vult confiteri. Illa ergo Confeſsio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitentia vera dolor eſt cordis, & amaritudo animæ pro malis quæ commiſit; Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere.

S. Bonau.

13. Bonauentura lib. 4. d. 17. q. 1. n. 77. neceſſitates adhuc tres Confeſſionem faciendi aſſignat in hunc modum. Primam, propter indigentiam, quia

Rom. 3. 23.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei; nimirum pœnitentia, quæ aperit Dei gloriam, & gloriam Deo tribuit; qui enim peccatorem ſeipſum confitetur, impertit Deo gloriam, oſtendens ſe Dei gratia & miſericordia egenum eſſe; & inſuper ei dat occaſiooem miſerendi, quæ gloria Deo eſt.

Vt gloria Deo veniat ex culpis peccatorũ.

Secundam, propter legem Eccleſiæ conſtringentem, qua omnes Communioni in Paſchate tenentur, ac ideo ad confitendũ, vt purè verus poſſit Dei Agnus manducari; nam & renibus ſuccinctis, ſeu vitiis refrenatis, & concupiſcentiis caſtigatis, legalis edebatur.

De neceſsitate Confeſsionis tres aliæ rationes.

Tertiam, propter diſcretionem; quæ de ouibus paſtoribus incumbit neceſſariò; ne inter agnos lupi rapaces in erroribus, qui deuorent Catholicos, quandóque inueniantur.

Et de Confeſſione ſpeciali culparum ſingularum, tam ex operibus, quàm etiam ex cogitationibus internis q. ſubſequenti n. 125. has affert rationes. Ex parte Confeſſarij vt crimina cognoſcat, & in ea tãquam Iudex ſententiam ſuam ferat; & pœnitentiam per hoc medium, ac pariter remedium iniungat opportunum, adhibeat neceſſarium.

De Confeſſione ſpeciali ad pedes Sacerdotis præbetur duplex ratio, vna ex parte Cõfeſſorij, altera ex parte Confitentis.

Quamuis etenim non rarò confitentis ſciat culpas, quæ nempe ſunt notoriæ, id tamen velut teſtis, non velut iudex nouit; nec velut Dei Vicarius, vt prorſus eſt neceſſe, quò poſſit in Dei nomine ab ipſiſmet abſoluere. Et ex parte Confitentis, vt valeat emundari. Nam ille qui forinſecus ab aliquo accuſatur, non iuſtus, ſed iniuſtus propterea iudicatur, quia motiuo non iuſtificandi, ſed potiùs denigrandi, hęc actio, & ab extrinſeco initio fulminatur; at quando ſe peccator accuſat voluntariè iuſtitiæ facit opus, quia amore iuſtificationis quærendæ & conſequendæ, & ab intrinſeco principio inſurgit in ſe ipſum; vnde inuenies in Prouerb. *Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui*; hinc enim non aliunde iuſtitia proficiſcitur.

Prou. 18. 17.

Vlteriùs, quia oportet ſecundum quæ in numero ſunt dicta præcedenti, pudere coram Deo; at hoc non poteſt fieri in Confeſſione facta Deo, ſed homini apud quem rubeſcit vultus hominum, cùm aperit obſcæna, & pandit cordis intima. Carnalis nanque vir plùs timet carnis oculos parentes & viſibiles, quã oculos inuiſibiles Spiritus & Numinis, quantumuis iſti clariùs defectus noſtros videant. Et quòd ſimul ſua crimina minutim recognoſcens, hæc magis deteſtetur, & ampliùs deprimatur, confuſione humilietur, ac in grates & Dei laudes ſublimiùs euehatur. Hæ nanque potiores Confeſſionis partes ſunt; vltra multa per hunc Sanctum ibidem memorata, & diſt. 21. n. 42. 52. & 72.

14. Poſt quæ tandem Confeſſionis encomiis refertiſſima, præconia illius mera ſuapte nunc intrabant, & locum ſibi amplum in iſto ſeligebant. Quæ tamen non euoluam, ſed tantùm ſalutabo, ne nimis ſcita & longa cum tædio tibi offeram; de quibus noſter Buſto Roſar. 1. p. ſerm. 35. & Angelicus Scriptor Sent. lib. 4. d. 17. art. 2. q. 2. (ſententiam cuius tangam vt planè abſolutiſſimam) non parum viſu digni.

Buſto.
D. Tho.

Ait enim quòd Confeſſio virtutum plurimarum, ſeu potiùs vniuerſarum eſt actus perfectiſſimus, & nobile exercitium. Vt illa quæ in primis eſt actus pœnitentiæ, quæ Contritione, Confeſſione, Satisfactionéque abſoluitur, & tria ſunt egregia calcaria ad res cæleſtes. Deinde clarus actus excelſæ veritatis, & altæ humilitatis, quæ duo ſunt virtutum polaria fundamenta. Præterea Theologicarum virtutum purus actus, dum credit & ſperat remiſsionem peccatorum,

Confeſsio omniũ virtutum paleſtra & actus mixtus, nimirum Pœnitentiæ, Humilitatis, & Veritatis; Theologicarum, & Cardinaliũ, Intellectualium, atque Moralium;

Politicarũ, & vniuersarum quæ Confessione comparantur.

torum, ablatione quorum facta statim venit Charitas, quæ reliquis est maior, & omnibus superior. Nec non actus Cardinalium; Prudentiæ, dum medetur inflicta sibi vulnera; Temperantiæ, dum proponit cauere de futuro; Iustitiæ, dum fit homo seuerus iudex sui; Fortitudinis dum est fortis aduersus semetipsum; vnde nullæ possunt vires humanæ plùs ascendere & altiùs eleuari, vt dicitur in metro;

Fortius est qui se, quam qui fortissima vincit
Mænia, nec virtus altius ire potest.

Ob quæ etiam Intellectualium virtutum Fidei nostræ ancillantium, & seruientium, accommodus est actus. Ac insuper Moralium ornantium mores hominum, & eos componentium. Et ad regimen Reip. Politicarum perutilium, quæ Confessione concinnantur, ac meliùs disponuntur, tam neruus, quam & actus plùs omnibus exercitus; atque tandem vniuersarum, quæ Confessione comparantur sublimis ille actus qui agit cum cælestibus, cũ Angelis, cum Deo; & agere nos facit in omnia transcendentia spheram carnis vilis, ac rerum temporalium. Hæc ferè D. Thom. cui potest colligari S. Laurentius Iustinianus de Institut. Prælat. cap. 21. & alij quiqui P. P. de Confessione passim & multa peroptima afferentes; quibus omnibus vt Gentilis, ac ideo plus mirabilis ad istud confirmandum, preponi debet Seneca, qui Epist. 19. sic ait ad Lucillum. *In tuum salutis cognitio peccati, nam qui peccare se nescit, corrigi non vult* Et Epist. 54. *Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis sunt. Somnium narrare vigilantis est, & vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo, vt mores nostros coarguere possimus.* Et Confessionem rectè facere sciamus Christiani.

S. Laurent. Iustin.

Seneca.

Ex Seneca pro Confessione præconium singulare.

Confessio quonam tempore extiterit suauior.

15. NEcessariam semper istam fuisse modò protuli, grauem verò semper esse ostendit pudor omnium; quocirca posset quæri, cùm fuit ista grauior; sed ego vice versa inquiro quando leuior; quia leuis ex se est quę leuigat à culpis, & illas longè remouet, ac labore satis facili à noxis nos exonerat. de qua S. Cyprianus apud Bustum loco vltimo productus, sic se habet; *Res grandis atque facilis, in potestate quidem facientis posita, ac sine timore persecutoris facta.* Quam facilitatẽ valde promptam Rex Vates agnoscebat, dum facilè dicebat; *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei*; id est, tu immediatè: hæc enim vis existit in illo verbo, *& tu* tam citò à Deo iudice pro homine prolato, quàm homo se exhibuit iniustum & peccatorem. Vnde ait Augustinus in Epistol. Ioannis posteriorem, ad Deum currere debere peccatorem, seu potius consolare, scribens huiuscemodi; *Si tu agnoscis, Deus ignoscit. Quo fugis? si vis fugere? Ad ipsum*

Confessio non iam grauis putatur, quàm est facilis.

S. Cyprian

Psal. 31. 5.

S. August.

A *Deum fuge; confitendo, non latendo, sicut homo primus* Et Cassiodorus super. Psal. 118. calcaria ad incitandum ad cursum confitendi, & alas ad volandum in bonum tam proficuum adiungit per hæc verba; *Mira compensatio, stupenda vicissitudo. Domino suo propria mala dicere, & ab eo præmia salutis accipere. Quis non incitetur ad præmium confitendi, cui non possis negare quod feceris.*

Cassiodor.

Confessionis onus fructus, ex malis bona tribuens.

Sed iam miram Confessionis facilitatem ponderemus, de qua quidem rem tam vnicam, quàm inuiam prima facie fiducia magna dicam; videlicet hanc semper, vt modò asseuerari, ex se fuisse leuem, quia leues facit homines ab onere culparum; cum tamen longè grauius sit pondus peccatorum, quàm omnium sarcinarum; vt constat ex successu, B cũ alleuiata naue vasis nautarum in mare iactis, non adhuc leuior ipsa quam antea nauigabat, quia onere peccati Prophetæ grauabatur, & in profundum solo ipso peranxiè magnis ictibus procellæ ferebatur; ac dirè iactabatur. Quod quamuis primo aspectu imperuium videatur, cum duabus primis legibus Confessione comparata, non parùm fiet peruium.

Peccati pondus grauius, quam omnia mundi pondera. Ionæ. 1. 5.

Nam in lege naturali, vbi interiùs soli Deo, & vt plurimùm cum aliquo Sacrificio exteriori, Confessio soluebatur, impensè grauis erat; dum erat ei Contritio omnino necessaria, vt posset hoc ardore ex anima profecto proficere animabus, de quo satis pertractabimus Enarrat. 22. At Contritio quis non videt quã raró concedatur? quam C ægrè obtineatur? & à Deo quam perpaucis hæc gratia tribuatur? Quod in nostra Confessione diuerso modo accidit; cum Attritio Confessionis adiuncta Sacramento, Contritioni sit æqualis; & ex attrito per hoc medium contritus homo fiat; ac Attritio, Contritione iuxta meam propositionem, & Ecclesiæ existimationem antiquissimam ac firmissimam, facilior sit, & leuior. Ergo leuior nunc Confessio quam fuit primo tempore sub lege naturali.

Confessio cur nam grauior sub lege naturali.

In scripta verò lege Confessio latè grauior; quia & rigor Contritionis tunc erat necessarius, & rubor qui non erat (vt minimùm) tantopere in lege naturali; vnusquisque nanque in illa per se sacrificabat, vt alibi dicetur; ac proinde secum solo, seu etiam sibi soli, & coram se tantummodo D Confessionem faciebat; quæ sanè in lege scripta intermediis Sacrificiis, iuxta æstimationem atque mensuram delicti perpetrati, vt diximus superiùs, Sacerdotibus fiebat. At in ista lege scripta ob datam rationem, quia Confessio per Sacrificia iuxta mensuram & æstimationem peccati atrocitatis, fiebat Sacerdotibus, iam pudor cædens faciem, non parum præualebat; iam stimulus verecundiæ angebat, affligebat. Nam si mulier adulterium, & homo latrocinium, quæ magis nos confundunt, hoc modo referabant, verendum quid restabat, pudendum, & formidãdum in illa lege graui? quæ certè propter hoc vocatur iugum durum, & onus importabile, in Actis Apo-

Confessio cur grauissima sub lege data Moysi, & tabulis scripta.

Supra. n 10.

Actor. 15. 10.

stolicis. Omisso, quòd & homines pecuniis onerabat; dum pecudes non paucas ad Sacrificia postulabat; & in eo erubescentiam summopere extollebat. Ad templum uanque pecua ducebant pœnitentes, minabant, agitabant, & huiusmodi non parum delictum diuulgabant. Accedat, Confessionem peractam Sacrificiis, extra templum Ierosolymitanum, vbi tantùm Sacrificabatur, nisi interposita persona, quod esset nimis asperum, non posse celebrari; nec noctu in ipso Templo quod noctu non patebat; & nocturno toto tempore solas lampades pro victimis, vt auctor Philo est, in illo Deus volebat.

Sacrificia quæ nam noctu in tẽplo Deus voluerit.

Matt. 11. 30. Cõfessio in lege Christi cur leuior sit, quam grauis.

At in lege à Christo data & dicta iugum leue, leue etiam plusquam graue est istud Sacramentum, peccata coram homine minutim confitendi. Nam si graue plusquam leue existeret hoc opus, vt crebrò reputatur, cum sanè sit creberrimum, & illud ex quo vita in Fidelibus adultis dependet Christiana, non esset Christi lex vteúnque iugum leue, ac proinde illius verba inania remanerent. Quocirca nunc Confessio quàm vnquam longè leuior; tum quia ex solo attrito contritum facit hominem; beneficium tam eximium, vt rubori Confessionis præponderet hoc solum, iuxta mentem Bonauenturæ Sent. lib. 4. d. 27. q. 2. n. 69. tum quia non pecuniis, sed gratis fit Confessio; quo illud adimpletur; *Gratis accepistis, gratis date*; Nimirum Sacramenta, quæ gratis sunt, & facilè, vt data, sic donanda; Nec tantùm in die claro negotiis plus idoneo, quàm etiam nocte tetra huic minimè aduersaria; nec in publico sed in angulo, silentio plus idoneo; idque maximo cum secreto, cui nullum æquari potest; nam vt ait Augustinus 80. serm. ad Frat. in eremo; *Quid times confiteri? Illud quod per Confessionem scio, minus scio, quam illud quod nescio* Ob quam magnam facilitatem Confessionis nostræ dixit Chrysostomus in Gen. vigesima in hom. *Num opes aliqua hîc sunt expendenda? num via prolixa tunda est? Num dolorem & cruciatus affert hæc medicina? Absque sumptu & cruciatu est præsens pharmacum, in pristinæ valetudinis firmitatem restituens. Sic remedia vulnerum largitur Dominus.*

S. Bonau.

Matth. 10. 8.

S. August.

S. Chrysostomus.

Quare Christi post aduentum tantummodo perfecta.

16. MVltæ ad hoc inueniuntur D. D. rationes, è quibus prima Ekebij hom. 41. in suo tom. 4. vbi ait Confessionem in lege naturali fuisse tantùm corde; in Scripta corde & opere; id est opere sacrificandi exteriùs protestatã; in lege verò gratiæ corde, opere, atque ore; cogitatione; operatione, & locutione linguę nostræ, quę optima est Confessio. Sicut etenim Sacrificia, quę ab agno sunt Abelis humiliter incepta, in Agnum sine macula Dei Filium desiere, sic Confessio quæ à corde incepit imperfectè, in opus atque vocem feliciter excreuit. Secunda Bonauent. lib. 4. dist. 17. q. 2. à n. 58. vbi nostram Confessionem conuenientem legi gratiæ tantummodo sic probat, quia veritatis manifestatio in ista facta est, vt verba cordis intima externam vocis formam tum temporis induerent, cùm formam carnis veritas assumpsit visibiliter. Tertia Sancti eiusdemmet in Theologico Compen. lib. 6. cap. 25. quo loci de re ista; *Ante Incarnationem Christi, sufficiebat homini Confessio mentalis, quia Deus nondum erat homo, sed postquam factus est homo, debet Confessio fieri homini, vicario ipsius Christi* Et rectè postquam homo in Christo cuncta nouit, cuncta homini gerenti ipsius Christi vices, peccata referantur, vt homo sic ab homine per vim à Christo haustam obtineat culpæ veniam, quò in Christo naturaliter peccata soluat homo, & in Christi successoribus per potestatem delegatam. Quandiu Deus spiritualis solummodò existebat, spiritualis ei fiebat Confessio peccatorum, at nunc quòd homo est, eidem fit in homine. Quando verò colebatur per irrationalia Sacrificia, per Sacrificia solo opere ac corde erat Confessio. Nunc autem quando Hostiam rationalem & intellectualem, nec non victimam loquentem offerimus in Missa, sola loquens & verbalis Confessio admitti debet. Quarta tandem Enarrationi præsenti valde apta, quia verissimum & æquissimum iudicium Missa est; in quo veritas non potest vllatenus negari, sed potiùs debet ore plenissimo proferri, iuxta ea quæ sunt quinto à nobis dicta numero; & sic vera Confessione Communio præueniri. Nunc quomodo iudicium sit Missa, enucleemus.

Exchius.

Confessio cur perfecta tantummodo post Christum.

S. Bonau.

IVDICIVM VERVM MISSA HAVDDVBIE demonstratur.

17. BEne, & verbis satis paucis lib. 4. cap. 1. hoc asserit Durandus in Ration. Offic. huiusmodi se habens; *Missa iudicium quoddam est; vnde & Canon actio vocatur; de Consecrat.* d. 1. cap. Necesse. *Est enim actio causa in iudicium deducta*; cap. Forus de *verborum significatione*; & inst. de Actionibus. *In Missa quidem causa nostra agitur. Oratoriũ est prætorium; Deus iudex; diabolus accusator; minister testis; Sacerdos aduocatus & defensor. Hic est Moyses, qui causam Domini ad populum allegabat, cuius patrocinio delatoris fallacia confutatur, & nostra innocentia comprobatur, & absoluitur; & iudicis ira placatur, & per misericordiam culpa remittitur. 45. dist* cap. Disciplina; *& extra de re iudicata* cap. Cum vterini.

Durandus.

Vt Missa sit iudicium.

En

En quomodo iudicium misericordiæ plenum Missa, quod clariùs innotescet ex rebus subsequentibus. Nam nec Christo in illa virga insigne deest iudicum, de quo dicitur in Psal. *Virga directionis, virga regni tui*; & pressiùs pro te nostra *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*; cum protinus adiunctis; *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me*. Sed & olim in celebertima figura, de qua Paulus; *In qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ frondnerat & tabulæ testamenti*. Eucharistiæ nanque typus, & Christi subter tabulas latentis testamenti (vt legis vita & anima) prædulce manna fuit; iustitiæ verò virga; quæ in vmbram futurorum in vna tantum arca, humanitate, seu persona, cibabant, & cædebant, nempe bonos cibo vitæ, & malos mortis virga.

Psal. 44. 7.
Psal. 22. 4. 5.
Hebræ. 9. 4.
Vt virga & cibus dulcis sit simul Eucharistia.

Et bene in Missa viret supremi virga iudicis; cum Crucis sit memoria, & Crux tribunal Christi, ac virga qua iudicium exercuit in hoc mūdo, latrones inter duos, exercebitque in vltimo iudicio vniuersali, hac virga tunc apparente, mensurans quæ eximia pro nobis ille fecit; & ea quæ pro illo exilia nos efficimus, qui ipsum consectamur. Quamobrem non in vanum sic dixit per Ioan. *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Quod de Crucis morte illic exponit per hęc verba; *Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus*. Vnde domibus in cunctis ad iudicandum pręparatis D. N. Iesu Christi Crucifixi, moris est, vt Iudicis integerrimi exemplar & speculum, imaginem eleuari, præ oculisque poni; quemadmodum Parisiis, in cameris quatuordecim Regalis Parlamenti, vbi omnia maiestate & concinnitate nitent congrua, cunctorū patet oculis; & vbicúnque condecentia idonea ac Christiana iudicia administrantur. Et rectè, quando in signum supernæ rectitudinis occubuit super virgam hic mundi iustus arbiter.

Iudicium Christi in Cruce quā congrua fuit one.
Matt. 24. 30.
Ioan. 12. 31. & 32.
Christi imago Crucifixi exemplar iudicandi.

Nec etiam sella iudicis à nostro procul est; iuxta vires traditionis relatæ à Galatino, de arcanis Sacræ scripturæ lib. 10. cap. 6. dicente inter Iudæos solemne & vsitatum, Circumcisionibus in cunctis, vbilibet hæ fierent, Eliæ sellam ponere; putabant enim illic, zelatorem tanquam legis inuisibiliter Eliam adesse indesinenter; quò sciret an ne rectè Synagogæ tā præcipuum administraretur Sacramentum; cui ideo sellam illam perpetuò designabant. Ex qua in multis locis reposita incessanter, probauit quidam ex eis, in dicto Galatino, multiplicem, seu multilocam Messiæ consistentiam futuram in Eucharistia, cuius verba loco alio præstabo congruentiùs. Sed si Elias tanquam iudex & zelator legis veteris in potiori Sacramento illius præsidebat, quantò magis in hoc nostro tantò alio meliori, Dei Filius præsens erit, vt iudex suæ legis zelator tam eximius; quòd dicat de se ipso? *Zelus domus tuæ comedit me?*

Galatinus.
Vt sella detur iudicis in Eucharistico iudicio.
Sellæ Eliæ quæ traditio in libris sit Hebraicis.
Psal. 69. 10.

A Citatio ad hoc iudicium ex Iudice inuitante patescit in Prouerb. *Si quis est paruulus, veniat ad me. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Et postmodum in Ioanne; *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Vt citatio & inuitatio ad idēmet iudicium.
Prouerb. 9. 4. & 5.
Ioan. 6. 53.

8. Nec carcer deest hîc, tam vinculis repletus, quam mortis plenus laqueis. Nam multis mensa Sacra conuertitur in eam de qua Propheta Regius; *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum*; id est, in culpæ laqueū, & vincula supplicij, ob Christi Sacrum corpus ab illis male sumptum; & ob mensam tam Diuinam ab ipsis vilihabitam; vnde in mensa flagellantur, qui vt eiusmet flagella, ad illam sua corpora afferre non sunt B veriti. Sic fere Bernardinus tom. 1. ser. 56. art. 2. cap. 6. Et multis mortis vincula hîc veniunt sempitęrnæ, de quibus idem Vates; *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.*

Psal. 68. 23.
Vt carcer sit in eo ad reos vinculandos, & inde adiudicādos, ac morti pōst tradendos.
Psal. 77. 30.

De cibo nanque duplici, & manna, & illis carnibus diuinitus allatis memoriam facit illic; vtrúmque verò carnem signabat Christi corporis; manna quidem in rebus cunctis, cuicúnque satis notis; carnes autem cùm in aliis pro interim mittendis, tum in eo quod vtrúmque promissum fuit pariter, & pari cum respectu à Moyse stipulatum; *Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate; Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus; scietisque quod ego sum Dominus Deus vester*; non so- C lum dans hos cibos, possemus superaddere, sed latens sub eisdem; *Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra, manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum.* Sed tamen ira Dei ascendit super eos, quia ipsi manducarunt in vitiis, non in gratiis, seu gratibus prętantis eduliis persoluendis; imò potius, inter vitia, in vitio ingratitudinis, tam ibi quam in Num. cap. 11. n. 6. ex multis satis claræ. Et ideo ascendit ira Diuina super illos, qui ascendere ad contemplanda & gratulanda dona talia haudquaquam voluere; sed ingrati & superbientes hæc xenia manducare; & suo, non Dei placito, criminibus submersi, Diuinos cibos edere; vnde simul tantæ escæ vocantur escæ illorum; vt supra illorum mensa; *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum; Adhuc* D *escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Quapropter mensa in ipsos surrexit comedentes, seu potius insurrexit in fauces tam nefarias; & ira Dei ascendit ex ferculis iacentibus in ipsos manducantes; cum aliter descendere, non ascendere deberet vindicta è cælo veniens.

Exod. 16. 8. 12. 13.
Cur mensa Dei insurgat, & ira ascendat eius in malos manducantes.

Nisi forsitan dicamus ascendisse in eos iram, scandisse magis esse, & nimium excanduisse; vel ob mortem tam terribilem, quàm multiplicē in subiectis per illam trucidatis; vel ob modum lachrymabilem dolore summo dignum, quo pane cæli guttura humana strangulantur; quo vita mors descendit, quo Creatore dato in cibo necatur creatura; quod ira ascendens est, seu ira

in ſuo aſcenſu, & gradu excelſiori. Et hoc carceris, de quo hîc periculo tam facili, & ex parte Dei vindictæ zelantis more iudicum, ſtudio tam ſolicito, vt in Canticis demirata Sponſa illius dicat ad alias conſodales *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens per cancellos*; id eſt, ex parte altera parietis noſtratis ſeu noſtræ humanitatis, poſt panis accidentium parietem interiectum, vt explicat Aponius, conſiderans & rimans edentium qualitates; vbi alij per cancellos tranſcribunt, retiacula, quæ carceris ſunt ferrea, vel lignea ſaltem retia; in feneſtris aliquando defixa per zelotypos; vt appareat quanto zelo hic Iudex noſtri ardeat.

Cant. 2. 9.

Cur Chriſtus in Euchariſtia ſit præſēs poſt parietem, & proſpiciens per cancellos.

19. Accuſatores plures ſunt, & ij tanta in malos duritia ſolidati, vt lapides exiſtant; in quibus manus hominis ſcribens contra regem vaſorum templi Dei ſuperbum contemptorem in celebri conuiuio apparuit Babylone; nam & lapides & parietes palatij Eccleſiaſtici, deficientibus accuſatoribus, inſurgent contra homines qui in Euchariſtico Côuiuio deſpiciunt vaſa ſancta; id eſt animas, quibus cum accedunt in peccato; & Dominum vaſorum in illiſmet contentum; pro quo militat & pugnat creaturarum multitudo in lib. Sapien. *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.*

Daniel. 5. 5.

Accuſatores in Euchariſtico iudicio quā ſint duri & multi cōtra homines.

Sapien. 5. 21.

Iam ſecuris ad decapitandos, patibulúmque ligneum ad reos ſuſpendendos, familiaria pani ſunt, de quo myſticè profertur, multorum iuxta mentē Oraculum & conſilium in iſtum modum habitum; *Mittamus lignum in panem eius*; Nam panis eſt cum ligno, qui lignū mortis certæ, vt panis olim mali piſtoris Pharaonis, addicit delinquentibus. Securis verò illic, in viris ſex qui vaſa geſtabant enecandi, quo loci LXX. apud Paſchaſium cap. 8. de corpore & ſanguine Domini ſecurim interpretantur.

Securis & patibulum in Euchariſtico iudicio.

Ierem. 11. 19.

Gen. 40. 18.

Ezech. 9. 5.

Paſchaſius.

Nec iudicis ſententia iudicio tanto deficit, & illa quæ in vltimo tremendo profertur; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.* Quæ ſanè eſt Euchariſtiæ idonea contemptoribus, ob binam rationem. Prima, quia contraponitur citationi ad Euchariſtiam; *Venite, comedite panem meum*; dum iſta per *Venite*. at illa per *diſcedite*, & *ite*, euaginatur. Secunda, quia in ſententia producta ſubligatur; *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi potum.* Quod licet de pauperibus, in quibus Chriſtus eſurit, ad literam exponatur, de Chriſto in Euchariſtia eſuriente & ſitiēte Chriſtiadum ſalutem, fortaſſis quoque ad literam, & meliùs explicabitur. Nam & Chriſtus perquamuetè nobiſcum panem ſumit, in pane Sacro-Sancto, dum in illo nos manemus, & ille in nobis manet per ferculum tam mirum; quapropter ſic in Luca; *Dico enim vobis, quod ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei*; id eſt, donec Sacramentum mei corporis celebretur in Eccleſia militante, quæ Regnum Dei vo-

Matt. 25. 41.

N. 42.

Sententia diui iudicis vt ſit in Euchariſtia.

Luc. 22. 16.

A

catur in multis locis Sacris; vt loquitur in iſto communis P. P. vox. Quaſi tota differentia ſaluandorum & damnatorum à cibo noſtro pendeat; ita vt qui manducauerint (nimirum ſicut decet) ad gloriam perducantur; qui verò parui fecerint, mittantur in gehennam.

Pro quo facit, quòd quemadmodum ſcribitur de manna pluiſſe Iſraëlitis, ſic dicitur de igne pluiſſe ciuitatibus nefandæ impudicitiæ; *Pluit illis manna ad manducandum. Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrā ſulphur & ignem* Vt ſciremus panem hunc per manna figuratum, & panem, & ignem eſſe; panem ad bonos ſuſtentandos, at ignem ad malos iugi tormento excruciandos; ſicut optimè adnotauit Gaudentius ſuper Exod. ſerm. dicens 10. *Ipſe pluit manna cibum ſuis cultoribus, qui ignem pluerat criminoſis. Ipſe pluit manna placidus, qui flammam pluerat indignatus.* Nec abeſt ab ſcopo, quòd malis manna priſcum in vermes vertebatur, & damnatis deſtinatur æternus ille vermis, de quo maximo cum terrore affirmat ipſa veritas; *Vt vermis eorum non extinguetur.* Manna etenim corruptibile vermes etiam corruptibiles iniquis progignebat, at æternum vermes æque æternos viris prauis producet illo in carcere, rumpendo nullo tempore; quò præcipuè propter crimina in noſtrum Sacramentum; vt ſæpius memoraui, deſcendunt triſtes animæ.

B

Cur manna & ignem Moyſes ſcribat compluiſſe.

Pſal. 77. 24.

Gen. 19. 24.

Manna & ignis quanam via ſit ſimul Euchariſtia.

S. Gaudentius.

Exod. 16. 20.

Marc. 9. 44.

C

Quonam modo præueniri iudicium Miſſæ debeat,

20. DVpliciter hoc poteſt cum fructu magno fieri, ſi duplex nos iudicium iniquitatis & maieſtatis eregionè faciamus; vt ſicut clauum clauo, iudiciis ſic iudicium ab anima expellamus. Iniquitatis quidem vnum, ſi iniquitates & peccata Confeſſione deleamus, vt à iudicio noſtro proprio iudicium tantum prodeat, atque etiam torua Iudicis luceſcat nobis facies, dum iratam illius faciem Confeſſione præuenerimus, vt dicitur in Pſal. Maieſtatis verò aliud, ſi maieſtatem tanti Domini contenti in hoc Myſterio iudicio ponderemus. Quæ Apoſtolus hoc ordine à nobis poſtulauit; De altero ſic dicens; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Et iterum poſt pauca; *Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* De altero quod ſequitur: *Quid enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini*; id eſt Domini tam magni venerandum longè corpus, & maieſtatem ſolùm in eo plus Sacram quam Cæſaream, ac planè Sacratiſſimam non iudicans, nec ponderans.

D

Pſal. 94. 2.

1. Cor. 11. 28.

N. 31. & 32.

N. 29.

De iudicio

De iudicio iniquitatis Eucharistiæ præmittendo, vbi iterum Confessionis encomia delibantur.

Confessionis quam propitium iudicium pœnitentibus.

21. Confessio citra dubium iudicium internum est, quo quisque suâ causam explorat, & incusat; sententiámque seueram, si dolor culpæ adsit, aduersus sese exerit. Huc ergo nos iudicium, iudicio præacuto, perpetuò faciamus, ne cum mundo mentis inope iudiciique damnemur. Probet igitur se homo, rationaliter, vt homo; & de peccatis tanquam homo; nam ex eo quòd est homo peccator simul est; vt asserit Ambrosius relatus à Pagnino lib. 10. cap. 22. Isagoge super Bibliam. Ad quod quidem Confessionis iudicium faciendum, B. Thomas de Villanoua feria 6. Sancti Lazari hoc modo nos inuitat; *Quid magnum est, si latro confiteatur, se esse latronem Qui coram iudice confitetur, furca suspenditur, qui coram Deo confitetur inferni furca liberatur. Apud saeculi iudicem Confessio iudicium perficit, apud æternum iudicem Confessio iudicium tollit. Miser, qui illum iudicium expectat, in quo cæli non sunt mundi in conspectu Dei; vt ait S. Iob. & Psal. 142.*

B. Tho. de Villanoua.

Confessionis quæ natiuitas, progresso, & consummatio, ac pulchra commeodatio.

Sed fortiùs nos adurget Confessionis ipsa dignitas, nobilitas, & bonitas cum aliis multis dotibus ei inditæ, & ingenitæ, quas à primis rudimentis breuissimè attingamus. Est enim, si nobilitas illius spectetur, Dei filia dilectissima, quando hominem in paradiso ad Confessionem prouocauit. Nam quamuis eius mater ibidem culpa fuerit, ac ideo à suo ortu Dei filia non legitima, postea tamen fuit sanguine legitimata Redemptoris, quatenus fuit instituta post eius Passionem; Ioan. cap. 20. Sic nata fuit tradita nutrici illius temporis, naturali nempe legi, quæ primorum mundi Patrum doctrinæ puro lacte, quanta potuit vigilantia lactauit eam optimè; dum aliquoties apud illos Confessio visa est, & tanquam vitæ hæres necessaria fuit semper ab illis magni habita.

Ioan. 20. 23.

Confessio à qua nutrice lactata puro lacte, & postea lacte emelle.

Rusticana verò ista nutrice partim mortua, nimirum quò ad populum suscipientem legem aliam, scriptam nuncupatam, secundam Deus huic filiæ nutricem subrogauit, vocatam *Synagoga*, quæ iam nobilis per Templum, præ conctis mundi nobile, & per lac ac mel suauia, doctrinæ & sapientiæ Mosaycæ legi data, tam apta pro hoc erat, vt de illa enuntietur in lib. Canticor. *Mel & lac sub lingua eius.* Hæc igitur tam vber laticibus his optimis, quá vberibus duobus prædictis valdè inclyta, & mulier singularis, Confessionem lacte & melle Mosaycæ disciplinæ abundè diu pauit, & dulcè satiauit; necessitatem huius virtutis alumnis suis tradens, & docens multiformiter. Verumtamen cum adhuc tenella valde foret, & egens magna cura, puella spei & vitæ cunctorú longè plena, Synagoga inuoluit eam non paucis inuolucris, & pro fasciis infan-

Cant 4 11.

Confessio à qua nutrice sit fasciis obuoluta.

A tilibus quamplurimis figuris, dum omnia in quibus suos instruxit de re hac, sub velo figurarum fuerunt obuoluta, vsque ad tempus quo veniret, qui summa atque superna cælesti potestate à superiori Templi parte discinderet hoc velum, vt cuncta Templi abdita paterent vniuersis.

Confessio à qua nutrice vltimata perfectione nutrita, & educata.

Postquam autem Synagoga extremo fato cessit, cum Confessio non excessisset à fasciis figuralibus, sed sub illis vitam suam traduceret inertem, nutrici tandem tertiæ, nimirum legi gratię commissa tandem fuit; quæ Confessionis nutritionem inceptam lacte puro, & postea lacte & melle suaui prosequutam, omninò consummauit; vt mulier quę sub lingua, ac prisca Synagoga, non habet lac & mel, sed potiùs super linguam, B vbi sapor atque gustus perfectus requiescit; maiorem quippe habet dulcedinem doctrinæ & cęli sapientiæ Ecclesia Christiana, quàm illa quæ sub Moysis ex vno tantùm populo auarè congregata, viuebat ceremoniis. Ista autem adolescentem puellam solertissimè, & cibis sapientiæ cælestis educauit, & peroptima illi duo non adeo tegumenta, quàm potiùs indumenta, vt illis se ornaret in sæculis futuris, vel velamina pro capite, vt eis sese comeret, in Confessione cum Baptista, & in Lazari resurrectione donauit lubentissimè. Quantumuis eam nudam futuram, in Cruce docuit, pro illa nudus moriens; vt filia Dei ipsius, qui tegitur & induitur vestitu nuditatis, seu pressios claritatis; *Amictus lumine, sicut vestimento*; vbi tandem suo sanguine puellam C confortauit, quæ confestim tanto haustu, cum anima perfecta, perfectum corpus habuit.

Confessio tanquam Deus vestita claritate.

Psal 103. 2.

Itaque quod Redemptor retrocedendo ad res prædictas, & aliter has repetens, magno gaudio & conuiuio filiam suam Confessionem, emenso iam triennio, vt olim Abraham Isaac, prudenter ablactauit, quia in lege mundi tertia hanc gratiam consummauit, & Conuiuij Sacramentalis seruitio destinauit; *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Et ablactatam ac educatam solertia necessaria eandem, in domum suam hilariter vocauit, induxit, & locauit, vbi eam legitimauit, & vt filiam iam legitimam Ioan. cap. 20. Confessionem instituendo, per orbē diuulgauit, D ostendit, publicauit. Quæ legitimatio proculdubio iuridicè est peracta; nam iure atque legitimè cum Deo modo à nobis producto fit Confessio; ad quam vetera legitima tam sæpe in libris Moysis præscripta, & immolata, Leuit. cap. 10. Numer. cap. 35. Deuter cap. 6. non malè reducuntur; cum ad spiritum contribulatum in Confessionis Sacramento, Sacrificia quæque prisca in Psalte redigantur.

Gen 21 8.

1. Cor 11 28.

Ioan. 20 23.

Legitima quæ fuerint oblata in lege veteri.

Leuit 10. 12. Num 35 29. Deut 6 24. Psal. 50. 18.

22. Nec dotibus naturæ & gratiæ, vel fortunæ, si ista vires aliquas haberet in rem tantam, hanc filiam Dei orbatam tu putes modo aliquo; cum illa quò ad animam, & intimum decorem, virtutú mater omnium, vitiorúmque sit mors; de qua Chrysostom.

Confessio qualis dotibus, in corpore, atque anima.

Chrysost.

Pſal 95. 6. Quam pulchra & diues ſit, ac indolis peroptimæ. Pſal, 111. 3.

in Gen. homil. ſic vigeſima; *Confeßio peccatorum, abſolutio eſt delictorum.* Et quò ad corpus pulchritudine perpetua decorata, vt ait Rex Propheta; *Confeßio & pulchritudo in conſpectu eius.* Ita vt ex Confeſsione venuſtas oriatur, & vna ſine alia nequaquam dari poſsit. Cui etiam non deficiunt diuitiæ cæli & terræ, per gloriæ & domus Dei ſupellectilem ſignatæ in Pſal. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius*; id eſt, timentis Deum, de quo ibidem agitur; *Beatus vir qui timet Dominum; in mandatis eius volet nimis.* Qui timor hac virtute infigitur in cordibus. Et tandem non eſt illi mulierum verſipellis, intolerabiliſque ſarcina, ſed indoles tam mitis flexibilis, & veniæ Diuinæ tam vicina, vt dicat idem Vates; *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Et in celebri axiomate ex iure Pontificio ac libro Ezechielis; *In quacunque hora ingemuerit peccator, ſaluus erit.*

N. 1.

Pſal, 31. 5.

Confeſſio adulta corpore, & apprimè educata cui data in Matrimonium.

Quocirca tot theſauris dotatam Deus hanc filiam, eam tradere in Matrimonium curauit ipſi aptum, æquale, & valde congruum; quam demum propter hoc Dolori collocauit; nam ſimul ac dolemus de malis perpetratis, filiæ Dei Confeſsioni coniugio copulamur. Exemplum filij prodigi, qui dixit vix *Peccaui*, cùm erat iam huic Dominæ tam bene copulatus, vnitus, & ligatus, vt pater eius tenera deuinctus pietate, à collo ipſius pendulus pependerit ſuauiter; quem ideo ſtola prima amiſſæ charitatis veſtiuit feſtinanter; & vitulo ſaginato, qui carnem filij Dei in Miſſa repræſentat, amore ſummo pauit. Nec malè Chriſti carne Confeſſus recreatur, qui ſuam carnem acriter in Confeſsione reſecauit. Ex quo tandem Matrimonio ſunt nati cuncti Sancti. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno*; vt ſupra iam tetigimus cum Rege concentore; & in Pſalm. præallegato, de timentis Deum viri progenie pertractante; *Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur.* Quæ ſatis, ſuperque, vt Matrimonium Confeſsionis nos iugiter quæramus, & inde prolem ſimilem virtutum ſuſcitemus.

Luc. 15, 21.

Confeſſio quam fœcunda & filiis bonis diues. Pſal. 31, 6

Pſal, 111. 2.

De iudicio Maieſtatis Diuinæ ponderandæ, Euchariſtiæ præcinendo.

23. IVdicium poſtquam noſtrum ſeuerè diſcuſſerimus (& antea, vt meliùs idem iudicium exerceatur) Deitatem in Euchariſtia latentem iudicemus, ne aliter nos premat ſententia D. Pauli; *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Ad quæ verba ſic Pagninus lib. 10. cap. 23. Iſagogæ ſuper Bibl. *Ille accipit ad iudicium corpus Chriſti, qui non dijudicat corpus Chriſti; id eſt, non diſcernit quam ſit dignius omnibus creaturis hoc corpus quod videtur eſſe panis.* Et Chryſoſtomus hoc loco; *Non conſiderans nec inueſtigans, vt oportet magnitudinem propoſitorum, nec munerum magnitudinem.* Sed nec magnam pietatem inuitantis vilem hominem ad menſam tam regalem; cui fauet Aman dictum; *Et poſt hæc Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege, præter me.* Nam poſtquam nos Deus multis & miris beneficiis largiſsimè ditauit, iſta ſanè dignitate maiori cumulauit, dum nullum præter hominẽ vocauit ad hanc menſam; cuius equidem nec ſummos Dynaſtas paradiſi Spiritus Seraphicos, Cherubicos, vel reliquos, participes ad ſedes & cibum manducandum, ſed tantùm ad ſeruiendum eidem menſæ voluit.

Conſideratio quæ Euchariſtiæ ſit menſæ præmittenda. 1. Cor, 11. 29.

Pagninus.

Chryſoſt.

Eſther 5. 12.

Qui honor tanti Regis iudicium magnum diligit, tam in hominis diſpoſitione, quam in Dei conſideratione cum mora ruminanda. Ita S. Bernardinus ſerm. 3. de Euchar. art. 3. cap. 1. in ſuo tom. 4. *Prima præparatio ad ſacram Euchariſtiam, examinatio eſt conſcientiæ; debet enim homo examinare conſcientiam ſuam, & nullum ibi angulum relinquere indiſcuſſum, quia verè ſicut Dominus ait Ioan. 12. Nunc (ſcilicet in Sancta Communione) iudicium eſt mundi; videlicet Microcoſmi. Et meritò quidem, quia ſicut Propheta ait Pſal. 98.* Honor Regis iudicium diligit; *in ſumptione nempe corporis eius.*

Vt honor Regis Chriſti iudiciũ noſtrum diligat.

S. Bernardinus.

Ioan. 12, 31.

Pſal 98. 4.

VT IVDICIVM CONFESSIONIS HOMINIBVS tam vtile oporteat exerceri; & de virorum ſpiritualium Confeſsione quid notandum, ac ſedulò emendandum.

24. VT iterum perſtringam rem adeo neceſſariam, Confeſſio mentis alta indagine exquiratur, & alto cordis etiam dolore profeiatur ad pedes Confeſſarij. Nam cum agni manducandi in anno tantùm ſemel occaſio appropinquabat, Iudæi (quia ipſum non niſi pane azymo lex edere iubebat) omnem panem fermentatum, per murium vel foramina, & ad lumen hôc candelæ, quantumuis Sole rutilo, ſtudiosè & diligentia exquiſitiſsima quærebant; plus myſticè, vt docerent futuros Chriſtianos, quàm literaliter & veraciter, vt panem inſontem exilio tam diro à ſe expellerent, & ſibi ipſis vitam dantem ſolicitudine tam magna ad mortem quæritarent. Quamobrem multò meliùs tenemur nos fermentum malitiæ inueſtigare, & longè propulſare, cum ad Agni tam eximij edulium peruenerimus; Chryſoſt. ad Corint. hom. quintadecima: *Si domos ſic expurgant à fermento, & vel de murium foraminibus ſunt ſoliciti multò magis nos animam oportet perſcrutari,*

Ante agnũ manducandum fermentatus olim panis exquiſitiſſimè quæſitus, & procul amandatus.

S Chryſoſt.

tari, vt omnem cognitionem immundam abiiciamus.

Confessiones spiritualium multorum quales sint.

Qua in re vt verum loquar, non possum non mirari, ac etiam suggillare, Sancticulorum non paucorum, spiritualiúmque virorum Confessionem tepidissimam, spiritu carentem; & vacuam humilitate, ac etiam charitate, & illo Dei feruore, quo vti nunquam cessant (& quidem sine mentis vel frontis bono indicio) exteriùs indicare. Qui hærentes suo sensui, quo abundant supra modum, & se ipsos vel ignari, ac inscij sui diligunt, non adeo se incusant, quàm potiùs se excusant, extollunt, atque laudant; magis se cum Pharisæo de bonis extendentes, quam cum Sancto Publicano de malis arguentes; qui tamen finem huius parabolæ considerent; & inde suam inscitiam vel tacitum tumorem, & amorem summũ proprium castigent, & explodant. Quos ego, bone Deus! cùm audio sæpesæpius iam ad bilim iam ad risum commoueor, atque excitor; & ampliùs proculdubio in horas excitarer, nisi humani subterfugij ab Adamo hereditarij scientiam in memetipso frequenter experirer. Qui sanè quò se valeant à crimine hoc purgare, & rubore commutato in melius emendare, audiant S. Bonauent. de præpar. cap. 12. eos longè citra noxam amoris sui proprij huiusmodi arguentem; *Veniens ad spiritualem Medicum, dic peccata tua, non communi & generali Confessione, vt quidam duri corde faciunt; palliantes foliis verborum in generali Confessione sua enormia peccata, & absque verecundia & dolore talia proferentes, vt etiam in plateis possent illa absque rubore confiteri. Hæc non est Confessio, sed deceptio, & derisio. Sed si vis sanari aperi vulnera tua, & de profundo corde enarra clarè & apertè non solum opera, sed & cogitationes peruersas, non solum mortalia, sed etiam venialia.* Cui addamus & antiquum S. P. Damianum ser. 58. sic de talium Confessione ridicula loquentem; *A vestibulo huius sacratissimæ virtutis omnes illos excludimus, quos sui excusatio ducit, quæ non est Confessio, sed defensio; vel aliorum accusatio trahit, quæ non est Confessio sed offensio. Non est alter accusandus, & ipse excusandus, sed cum iusto dicendum?* Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. *Hæc enim sunt verba malitia, & grauis malitia, qua grauior & peior esse vix potest.*

Luc. 18. 13.

S. Bonau.

Confessio quæ nil valeat.

Confessio quæ defensio, offensioue existat; quoq; excusatio, & accusatio.

S. P. Dam.

Psal. 140. 4

Vt idemmet iudicium relinqui nunquam deceat, vbi optima pro hominum carnalium & mundanorum Confessione facienda, proponitur doctrina. Et an isti frequentissimè in culpas prolabentes, ea propter à Confessione abstrahere se debeant.

25. NEscio certè qui in statu versentur mœstiori, sancticuli ne illi amantes semetipsos, & qui crimina vel leuia non audent confiteri, an impij peccatores, qui quotidie magna crimina non perpetrant tantùmodo, sed & ista vel in publico facillimè operantur, & insuper de illis non paucies gloriantur. Vtrorúmque sors infelix quam tamen non diiudico nę alicui per curiositatem non valde fructuosam scandalum offeratur. Sed quia primis modò consului quantum potui, secundis nunc remedium oportet quodvis dari, & ipsos consolari; adque Sanctam Confessionem, spem, & vitæ viam, ac veniam peccatorum per illam subleuare; quod vt meliùs mihi accidat, non testimonio qualicunque, sed Sanctissimi, mundissimi, & Christianæ disciplinæ præconis feruentissimi, qualis fuit ille cordium direptor Bernardinus, eloquio confirmabo; qui quidem tom. 4. serm. 4. de Euchar. ar. 2. cap. 4. sic fatur de re ista. *Plerique quadam inani pusillanimitate decepti, licet intendant post Communionem abstinere à culpis, fragilitate tamen obuiante, non abstinent. Vnde adminus se cohibent ab hoc vitali cibo, dicentes in se, vel in aliis per experientiam didicisse, post sumptionem tanti Sacramenti, in culpam velut antea frequenter corruisse; asserentes periculosiorem esse recidinationem post Sacramentum sumptum, quam fuerit prior casus. Et vt firmior hæc sententia stare videatur, assumunt verbum Domini Ioan. 5. cap dicentis Paralytic.*; Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. *Non intelligentes, quod non ait*; Vlterius iam non pecces; *sed* iam noli peccare; *Docens, necessarium omninoesse in Confessione & Sacra Communione propositum non peccandi. Quod si vltra hoc propositum superueniat aliquis fragilitatis casus, ad resurrectionis remedium recurrendum est. Quod quidem per virtutem sanctæ Communionis melius fiet iis, qui confidunt in ea, quam per quodcunque remedium aliud; vnde Augustinus super Ioan,* Securus accede; panis est, non venenum. *Solent huiusmodi homines dicere, quid mihi prodest confiteri, aut communicare, cum demum videam, quòd non possum me continere? Non aduertentes, quod Prouerb. 24. scriptum est.* Septies in die cadit iustus & resurgit. *Tales enim pro eodem habent sæpe cadere, & nunquam resurgere; cum in tanta differentia distent, vt primum sit infirmitatis, secundum vero non qualiscunque malignitatis vitium, sed illius quæ blasphemia in Spiritum Sanctum appellanda est. Primum quidem est peccatum humanæ fragilitatis, secundum verò diabolicæ peruersitatis. Primi volunt esse homines conditione fragiles, secundi dæmones inemendabiles; quia humanum est peccare, diabolicum autem perseuerare* Quo loco est aduertendum, & adiiciendum Bernardino, hanc sententiam Prouerbiorum *Septies in die cadit iustus, & resurgit*, de casu culpa graui, & mortali quam vocamus, interpretari per Hieronymum; quod sanè multum est, & literæ non deuium.

Pro magnorũ peccatorum Confessione frequentanda, mirabilis doctrina.

S. Bernardinus.

Ioan. 5. 14.

Confessio an frequentanda à magnis peccatoribus. Quæ celebris doctrina in Communionem quoq; militat.

Prou. 24. 16.

Quo sensu in die septies vir iustus possit cadere.

S. Hieron.

26. Hæc ille; qui exẽplo sequenti se corroborat. *Si duæ ornatæ mulieres per viam pergentes simul in lutum caderent, & vestimenta sua turpiter inquinarẽt, & vna de luto surgente, & domum pro veste abluenda redeunte, in luto altera perma-*

neret, atque timore recidiuandi nunquam ſurgere velles, non ne putaretur vltima inſania laboraret? Sic euenit huiuſmodi inaniter timoratis, de quibus ait Pſalmiſta; Illic trepidauerunt, vbi

Pſal. 13. 5.

non erat timor. *Debet enim homo de recidiua timere, & iuxta poſſe ſuum illam cauere, non tamen ſemper ex hoc in ruina permanere; ſed in Diuina miſericordia confidere, & ſperare, ſicut in perſona viri Fidelis Propheta ait,* Ab altitudi-

Pſal. 55. 4.

ne diei timebo; ego vero in te ſperabo.

Dies Paſchę eue ſit altus præ omnibus diebus.

Altitudo dies, eſt altitudo Paſchæ reſurrectionis Domini, quando homines Communionem recipere debent, & ad eam accedunt. Ecce debitus iam timor; ſed vide quomodo concludit, Ego verò in

Pſal. 56. 3.

te ſperabo. *Quod iuxta alium Pſalmum explicandum eſt;* Spera in Domino, & fac bonitatem; *id eſt, ſpera in Dei miſericordia, cum propoſito non peccandi, & ſuſcipe bonitatem Sanctiſsi Sacramenti.* Sic Sanctus Bernardinus,

De Communionis die Sacro prouerbium Gallicanũ.

qui debet ponderari, in eo quod diebus altiorem eunctis facit ſolemnem diem Paſchæ, ob pręceptum recipiendi in illo corpus Chriſti; in quo ſanè vir præclarus egregiè argumentatur. Et facit eius menti prouerbium Gallicanum, quo dies qualiſcunque Communioni deputatus, & illa conſecratus, vocatur, *Le bon iour; Faire le bon iour;* ſeu diem bonum facere; ac alij non ſint boni cum illo comparati de quo 1. Enarr. ex-

Pſal. 117. 23.

plicui verba Pſaltis; *Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.*

Sed & iterum Bernardinus tom. 3. ſerm. 23. p. 2. exemplum aliud in iſtum modum afferens. *Si tu deberes reſiſtere inimicis, & bellum gerere contra ipſos, & ſtares per tres dies, ita vt non comederes, certè tu eſſes ita debilis, vt vincereris, nec poſſes eis reſiſtere. Ita & ſpiritualiter, ſi tu non acceſſeris ad corpus Chriſti, non poteris reſiſtere, nec præualere alicui tentationi, quia non in ſolo pane viuit homo, & contra tales dixit Da-*

Pſal. 101. 5.

uid; Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum; quia oblitus ſum comedere panem

Luc. 11. 3.

meum. *Aridum eſt cor humanum ſine acceſſione ad hoc Sacramentum; vnde Chriſtus nos docuit quotidianum panem petere, & apud Mar-*

Marc. 8. 2.

cum dixit; Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quid manducent.

27. Qui quidem Sanctus tertiò ſerm. 43. p. 3. de hoc loquens, ſic ait inter reliqua. Nec Virginem Sanctiſſimam, cui ille dedi-

Maria Virgo quomodo Communione non ſit digna, & quomodo peccator quicunque dignus illa.

tiſſimus, de rigore, pro vt dicunt, iuſtitiæ dignam iſto fuiſſe Sacramento. Econtrario vero illum ſufficienter aptum eſſe, ad cibum tam diuinum, qui caret culpa graui, & propoſitum hanc committendi in poſterum non habet; quo dato cunctos alios defectus noſtros Deus, & tolerat, & operit.

Hæc iſte vir Sanctiſſimus, ad vnguem cuius verba quantumlibet diffuſa, transcribere curaui, vt fragiles & aliàs deuotos Chriſtianos quorum maior ſemper numerus, pro viribus ſolarer, hæreticoſque carperem, dum à Catholicis perfectionem exactam

Scandalo hæreticorũ Catholicorum contra viria reſpõſio non mediocris.

indeſinenter, non ceſſant poſtulare; quam cum illi non reperiant, nec poſſit hac frequentia in mundo reperiri, hærere lutu malunt cum fatua memorata, quam cum alia mentis compote à luto ſeleuare. Caueant tamen verbi Dei Declamatores inexperti, ne zelo ſine ſale proponant hanc doctrinam, vt zelatores humaniores oſtendant ſe Fidelibus, nam hoc ipſo truces erunt in populum morigerum; cui bona ſæpeſæpius quammulta mala pariunt.

Prædicatores vel in bonis vulgandis ſint præcauti.

Si quis verò Confeſſionis miracula peroptet, duo inueniet apud Buſtum Roſar. 1. p. ſerm. 34. In quibus à diabolo poſſeſſi duo homines aliquorum quæque vitia obſcœna detexere; qui tamen ſic confuſi ad Confeſſionem confugientes, & iterum ad diaboli conſpectum venientes, non ſolùm non fuere ab ipſo redarguuti, ſed etiam neque cogniti. At gratias noſtro Agno, qui lana ſua tegit peccata ſaluandorum. *Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates;* per ſanguinem huius Agni; *Et quorum tecta ſunt peccata;* per eius lanam, & gratiam, quæ veſtit Adæ filios percuſſos nuditate. Similia duo alia in vita ſunt Bernardi ſcripta per Wilhelmum.

Buſtus.

Vt peccata confitentium diabolus non noſcat.

Pſal. 31. 1.

EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO DECIMANONA; DE PARADISO DECIMATERTIA; ET DE Deo iudicante, ac de homine iudicato, in Figura Inquisitionis contra hæreses fundatæ, posterior Enarratio.

SVPER VERBA IN PRÆCEDENTE ENARRAT. iam exposita; Adam vbi es? Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Gen. 3. n. 9. & 1. Cor. 11. n. 28 *quæ numero 16. conueniunt vniformiter.*

De continuatione *Numerus I.*

Inquisitio à primi hominis iudicio nihil differens.



NON debent hoc in loco Inquisitorij tribunalis omitti tyrocinia, & natalitia ab ipso mundi natali radiantia; nam & quidem cum iudicio cohęret Inquisitio, & iudicio patris nostri Adami in paradiso inhæret immobiliter, ac etiam mirabiliA ter. Vtrúmque Ecclesiasticum; hoc verò magis intimum, perfectúmque iudicum; vt Ecclesia senescente, iuuenescant eius filij, peroptimè institutum. Cuius ego fundamenta breuitate quanta potero, communi luci dabo; & postea ad Eucharistiæ mysterium accommodabo.

DE ORIGINE ANTIQVISSIMA OFFICII Inquisitorij, quod vulgo Sanctum Officium *à multis appellatur.*

Inquisitio in paradiso, in Synagoga, & in Ecclesia, ac quali differentia

Directorium Inquisitorum.

Ludo. Paramus.

P. Anthon. de Souza.

2. 

IN primis illud certum, quod terreno in paradiso officium Inquisitionis veraciter incepit, in horto Synagogæ feliciter excreuit, & in Ecclesiæ viridario felicius permaturiit, ac mitos fructus dedit. Quos ego cum Directorio Inquisitorum nuncupato; cum Paramo de origine Inquisitionis pertractante, & cum P. Anthonij de Souza Inquisitoris Aphorismis, non cogitatione mihi noua, sed scriptione mihi prçuia, & colligam breuissimè, & offeram collecta studiosis antiquariis. Adsit nobis Virgo illa, quam inter omnes turbidos Adami descendentes, & crimine distortos, vt requiem & virgã rectam quæsiuit ille summus ac rectus Inquisitor, quò ipse & nos in ea possemus requiescere, & reddi rectitudini, ac de Diuini rectitudine iudicij pietatem per illam præstolari. De

Maria mũdi reques.

primo nanque dicitur Eccles. 24. *In omnibus requiem quæsiui*; sed in ista tantùm Virgine hanc reperi, subaudi. De secundo B vero sic, *Egredietur virga de radice Iesse*, nimirum prorsus recta, & ad viam rectitudinis Fideles reductura. At de tertio quod subsequitur post verba nunc producta; *Et flos de radice eius ascendet*; vt virga Dei iudicij sit florida per eam, & floribus clementiæ ornata, & mitigata; quemadmodum lib. 1. de partu eiusdem Virginis Venantius Fortunatus subindicat his versibus.

Eccl. 24. 11.

Isai. 11. 1.

Maria qualis virga, vt virgæ Dei iudicij duritíes temperetur.

Virgo hæc, virga fuit, de qua flos Christus ab ortus,
Cuius vox viuax membra sepulta leuat.
Laxus morte iacens, de cuius aromate tactus
Postque diem quartum Lazarus ore restat.
Hoc germen iustũ virgo est, & Rex suus infans,
Iudicium faciens arbiter orbis herus.

Collapsis in peccatum parentibus prioribus, seu mundi peremptoribus, ad eorum

Deus primus Inquisitor.

Inquisitionis quæ origo post primam culpam hominis.

punitionem Omnipotens accessit; non veniens mox cum impetu, sed paulò post cum mota, deambulando lento gressu, & Adamum ex suo nomine vocãdo ad iuris telam; quia sine vocatione, & citatione delinquentis, iudicij verè claudicat & corruit dispositio, ac oritur confusio, rurbatio, & rerum nullitas; vt de *causa possessionis in primo constat cap.* Et etiam in L. *Gallus* § *Et quid si tantum; de liberis & posthumis*; iuncto. §. fin. de *pœna temerè litigantium*; cum multis quæ Castrensis in L. *Consentaneum*; *Quomodo & quando iudex*; in Cod. pro isto principio iuris afferr.

Citatio quandam sit in causis necessaria.

P. Castrensis.

De crimine requirit, serpentem non interrogat, quia dæmon qui sub illo delicti fons exriterat, naturæ est inflexibilis, & incapax remedij. Quoniam autem vir in fœ- B minam retorsit culpæ iaculum, delatam sibi iudex, post illum, & istam quærit, vt ordine obseruato ad criminis commissi notitiã plenam veniat. Vnde hæreticæ prauitatis Inquisitores hodierni, ex vno in crimen aliud exemplum procedendi iuridicè sumpsere. Quod etiam Deus per se exercuit, non per Angelos, quantumuis suæ sæpius iustitiæ executores, iustitiæ suæ inquam, non verò sui iudicij disceptatores abirrarij, & causæ dictatores, quos iudices vocamus; vt ab initio Inquisitoribus secretum commendaret, & examen delinquentium per se ipsos faciendum hoc modo demonstraret. Testes autem non adhibuit, quia rei confessioni peccati paruere, & culpam detexere. Quos tandem iam conuictos puniuit pœnis aptis, C iuxta morem quem ex hoc ebibirũ tam pridem, & habet & obseruat Catholica Inquisitio; de quo infra Enarrat. sequent. pertractabitur. An verò primus homo ceciderit à Fide, vt ideo Inquisitionis iudicio teneretur, hoc numero antepenult. præsentis enodabitur.

Cur Angeli Diuinæ iustitię executores; nõ verò sic iudicij & causæ dictatores.

Inquisitoribus quod secretum, & rerum sit examen per Deum cõmẽdatum.

3. Nec solum Inquisitorem tum temporis Deus egit, sed & postea, cum ciuitatem & rurrim contra cælum erectã plusquam impiè, descendir vt videret. Immanis qoidem ausus, & dignus vt ad facinus videndum Deus descenderet; non sanè quia Deus descensu & motu egeat, vt videat quæque velit, sed quia Inquisitores egebãt hoc exemplo; quos docuit in futurum de rebus per se ipsos attentè inspiciendis, timandis, contemplandis. D

Genes. 11. 5.

Inquisitoribus & Iudicibus inspectio & contemplatio attenta commendatur.

Quod accidit currente secunda mundi ætare, citra & vltra quam non pauci Inquisitores extiterunt; nempe omnes qui Dei zelum, & Fidei puritarem pro viribus zelarunt, & qui aliquod pro ea discrimen subiere, vel aliquid perutile, & ideo perillustre, consuluere, & præscripsere. Qualis fuit ab initio Abel pro Fide moriens; Seth pro illo substitutus, à malis & Cainitis quã multa mala patiens, & ita in Dei obsequio progeniem suam docens, vt inde Filij eius Dei Filij sint vocati; cum aliis quæ de Setho dicemus loco proprio. Enos etiam qui Dei nomen inuocare cæpit modo ab ipso excogitato, & vsque ad eius tempora insolito, &

Genes. 4. 8.

Inquisitores ab initio qui fuerint, & quã obrem.

Gen. 4. 26.

A incognito. Henoch, qui viam prauam relinquens mundanorum, tantopere in Dei sui pręceptis ambulauit, vt ambulauerit pari passu cum ipso rerum Domino, & ab eo translatus fuerit, in locum sibi gratum à culpis prorsus deuium. Et sic reliqui Patriarchæ diluuium pręcedentes, dum impiis verbum Dei feruenter prædicarunt, & solerter filios suos in agnitione & Dei timore formarunt, educarunt. Noë prædicans pœnitentiam incredulis proteruis, & suis arcam faciens futuri mundi semen. Melchisedech in suo nomine, suę virtutis & iustitiæ aperte regnum præferens; vel potius Regni Dei, qui solus iustus est.

Gen. 5. 24. & 24.

2. Petr. 2. 5.

Hebræ. 11. 7

Abraham tertia iam ætare, cum à Chaldæis propter Fidei Confessionem constantissimam coniectus est in ignem; vt docet Augustinus lib. 12. cap. 13. de Ciuit. Dei. Hieronymus in traditionibus scripris super Gen. & Lyra cap. 11. eiusdem lib. Gen. Iacob alius, quãdo idola sepeliit manu propria. Moyses autem tum non rarò, tum per maximè quando vitulum in cineres redegit, feruoréque tam magno deleuit viginti tria milia ex populo peruerso idolatriæ seruiente, vt dixerit ad alios, qui illos trucidarunt; *Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.*

S. August.

S. Hieron.

Lyranus.

Gen. 35. 4.

Exod. 32. 29

Dauid etiam Rex zelator in quarta mundi ætate, quando deos Philistinorum incendio exterminauit. Elias quando falsos Prophetas enecauit. Iosaphat quando Sacerdotes & Laicos magnates per orbem regni misit, exemplo memorabili, & imitabili non paruin, vt hæresim quamcúnque repertam deuastarent, comprehensósque in ea pro merito culparum punirent, & extinguerent incendio salutari, & ferro ferum monstrum hæreseos extirparent; vbi nostram Inquisitionem figuratam bene vult grauissimus Tostatos. Sed melius 4. Reg. cum Iosias magnum actum, tremendúmque theatrum, vt hodie dici solet, purgandæ fidei fecit; ita vt ossa hæreticorum eruerit è tumulis, & publicè combusserit in altari pro re ista expresè fabricato.

1. Paralip. 14. 12.

3. Reg. 18. 40.

2. Paralip. 17. à N. 6. cum sequentibus

Tostatus.

4. Reg. 12. 16.

Quibus similes fuere, in quinta mundi ætate, post ingum Babylonicum, tam Esdras, quàm Matthatias, & Iudas Machabeus; cum æqualia pro Dei lege ardenter perfecere; 2. Esdr. cap. 8. & 3. cap. 9. 1. Macha. cap. 13. & 2. cap. 8. ac alij multi quondam.

2 Esdr. 8 & 3. cap. 9. 1. Mach. cap. 13. & 2, cap. 8.

Donec sexta Christus munus inquisitorium per se egit, tum alibi, tum etiam ementes & vendenres à templo eiiciendo, & vastitatis Ierosolymæ sententiam proferendo, quæ cum stupore fortitudinis illius ciuitatis tam magno impleta est, vt lib. 6. cap. 24. de bello Iudaico apud Iosephum, sic Titus Imperator, destructor eius dixerit; *Deus erat qui detraxit ab istis monumentis Iudæos; nam hominum manus, aut machinæ militares, ad ista quid valerent?* Et infra ex se Iosephus; *Indubitatum est, quod ad pœnam mortis Christi Deus talia est operatus.*

Ioan. 2. 15.

Math. 24. 2.

Iosephus.

Post

Actor. 5. 5. Post Christum verò Apostoli hoc ipsum petfecete, eum Petrus Ananiam, & pòst vxorem eius sententia formidanda priuauit vitæ halitu. Et Paulus Magum Elimam in oculis, seu in lumine illorum condemnauit; & Hymeneum, atque Alexandrum Excommunicationis dito gladio, eiecit ab Actor 13. 11. A Ecclesia. Nec non etiam S. Ioannes cum Chetintum exagitauit Euangelij sui gladio, in eum concinnato. Quibus demum à mortalitate præsenti transfretatis, Episcopi successores illorum sunt suffecti; qui Diuino planeiure ab ipso Christo hausto mãserunt in Ecclesia Inquisitores Ordinarij. 1. Tim. 1. 20. Episcopi ex officio Inquisitores ordinarij.

DE INQVISITIONIS DELEGATÆ, ET PRINCIPIO *illorum hominum, qui* Familiares *Inquisitionis communiter vocantur. Et quis Sanctæ Inquisitionis instituerit tribunal, ac ideo primus fuerit* Quæsitor Generalis.

Post Apostoles vt Episcopi Inquisitorium munus egerint.

4. EPiscopis Apostolorum directis successoribus, detecta quoque mansit successione commendata potestas inquirendi, de motibus & Fide, Fidelem super populum, vt istummet corrigerent, docerent, & ptænoscerent; ac notū congruentibus remediis adiuuarent, curarent, sospitarent. Quam potestatem, vt adimpletent & Inquisitotiam iurisdictionem in Ecclesia primitiua solerter exetcetent, bis in anno ad prouinciale Concilium conuocabant, qui vsque ad annum Domini 681. sextūmque Constantinopolitanū Concilium mor durauit. In quo multùm solicitudine tepente pastorali, vt pet annos semel tantùm congregaretur hoc Concilium, in acta missum est; & postea Christi anno 774. septima Synodo Nyssen. à Pattibus firmarum; quemadmodum in celeberrimo Conci. Lateranen. sub Innocent. Pap. 3. anno nostræ Redemptionis 1215. & in cap. *Ad abolendam*: iuncto cap. *Cum ex coniuncto*. Et cap. *Vt commissi*; in tit. de *hæreticis*; est cunctis satis patulum.

Vetùm postea ingrauescente eodemmet tepote, ab ista quoque annua pastorum vigilantia Episcopi cessarunt. Quod Pontifices Romani maturè pensitantes, viros pios atque doctos eligere curarunt, qui tanquam à dignitate Apostolica transmissi, & immediate delegati, hoc grauitet peragerent; modò Episcopi cum Inquisitoribus in sententiis proferendis, nō secus valituris, præsentes simul essent. Ita in cap. *Per hoc*; & in cap. *Ne aliqui*; & in cap. *Vt commissi*; §. *priuandi*; Et in cap. *ad abolendam*; de *hæreticis* lib. 6. & in t. Clemen. §. etiam 1. eod. tit. *de hæreticis*. Quod per inclytum Innocentium tecentet memoratum ad curam Pontificiam tunc nouiter euectum, anno nostræ Redemptionis 1216. cum orbis Christiani vtilitatibus quàmplutimis, conclusum tandem fuit, & exinde mox erectus Inquisitionis Magistratus.

Pontifice sub quo erectus primùm fuerit, & anno quo salutis Inquisitorius Magistratus.

Quo tempore & quo casu fundetur Inquisitio.

5. Occasionem suppeditarunt errores Albigensium, quotū hæresis incipiens à Gallia Natbonensi, multa populo Christiano incommoda importauit; sed incommoda inter tanta Inquisitionis magnum commodum, vt Diuina prouidentia probata sæpesæpius in casibus similibus, noscatur, &

B laudetut, ac ea nostet animus hilariùs toboretur. Contra quos ab Innocentio Legatus primus missus, fuit Petrus de Castronouo Religiosus Cisterciensis, quem Romam commissione infecta redeuntem, etsi vita, non triumpho, nec vita sempiterna in itinete quæsitum spoliarunt hice hostes sæuissimi in Catholicos. Petto verò ex suo Ordine Abbates sunt duodecim Pontificem per eundem continuò subrogati; quibus nomine atque omine æqualiter felici, adiunxit se Dominicus Prædicatorum Pattiatcha, quando Didacum de Azeues Episcopum Oxomensem in Legatione ad Regem Galliæ hac causa est comitatus, vt de salute hæreticorum dictorum cogitatet.

C Qui tamen cum Abbatibus, instructionem illorum sequens, aduettens non proficere, de Inquisitione instituenda cum pœnis infligendis hęreticis statuit. In quo quidem Cistercięses à laudibus promeritis non cadunt vllo modo, sed tantò has plùs merentur, quantò luci Dominicanæ illustri tantis titulis fuerunt lux in hoc; & in B. Petro illo, de Castro nouo dicto, ædificij tanti pettam post animum Innocentij, tecere ptimi omnium, & calce illius fidei, ac viri ipsius sanguine, pro aqua concurrente, materiam fortalitio Diuino subigere, & Castrum in eo Castro feruore nouo præditum, aduersus portas inferi firmissimum fundarunt. Dominicus Arnaldum Abbatum primicerium non celat mentem suam, qui laudat rei propositum; de qua dum commonere Pontificem festinat, statim Inquisitorem Dominicum constabilit; quemapprobat Cardinalis tum temporis in Gallia Legati munus implens, & eum in hoc officio per literas euulgat, anno altero post magnum Conci. Laterani, qui fuit vitæ nostræ 1216.

Cisterciensis Inquisitionis vt primi fundatores; & qualis hæc eorum laus.

B. Petrus de Castronouo laudatus inciden ter.

D Quo anno primùm erectus Inquisitionis magistratus.

6. Dominicus sic primus Inquisitor Generalis solemniter cteatus, creatúsque agnoscitur; de cuius magni Sancti egregiis qualitatibus, virtutibus, & factis, ac plurimis miraculis, superfluum verba facere; cum de istis sit theatrū & testis orbis totus, quem ille suæ facula doctrinæ illuminauit, amoréque in Deum summoperè inflammauit; vt matri suæ grauidæ per quietem visum fuerat; nimirum, in aluo suo stella in fronte catulum quocūnque irradiantem, & face

Dominicus prior omnibus Inquisitor generalis, qui obiter laudatur.

in manu mundum gestare comburentem; ac latratibus Diuinis non importunis & humanis, vt accidit multoties, replentem mundi ambitum. Quocirca quæ Dominicus pro hæreticis peregerit, quo feruore indesinenter eisdem prædicarit, quas lachrymásque fuderit, & verbera vsque ad sanguinem pro eis adhibuerit, ac Fratres sibi similes adiunxerit in socios, hæc magis admiratione quam enarratione digna reor. Legatur eius vita, & videatur Crucifixus seu imago Crucifixi, quam in manu coram hæreticis dum gereret elatam, ab illorum fuit iaculis non semel vulnerata, quæ visitur Tolosæ in Ordinis huius sancti minori Monasterio, vbi primum Inquisitionis erectum Consistorium; quod solùm in ea vrbe, casu quodam, & hac de causa perpetuò à me plorando, ni alias reparetur, remansit mihi illic, in comitatu mei Patroni Architalassi maris Indici & Comitis Vidigeirensis Legati ad Regem Galliæ, occultum & inlustratum.

Inquisitionis vbi primum tribunal suscitatum.

Quia verò nec vir tantus militari sine ope Inquisitoriam potestatem valebat exercere, nonnullos sibi milites, commilitones deputauit, qui à familia Inquisitorum, cui seruiunt tantùm in rebus hoc munus concernentibus, *Familiares* dicti sunt, & Crucem pro insigni pendentem à collo ferunt, vel semper, vel aliquádo in solemnioribus diebus, & actibus nonnullis, pro more regionum. Sed & alios, sicut illos, quos militares Religiosos communiter vocamus, Familiares præstantiores Dominicus creauit, qui postea hæreticorum certamine cessante, in tertij sui Ordinis Religiosos transiere. Vtrique tam multigenis & magnis indulgentiis, quas Paramus recenset, muniti & cataphracti, vt vitæ in incessanti discrimine versantes, & vitam carnis fortius amittere gauderent, & scirent fore largiùs nacturos vitam animæ.

Familiarũ Inquisitionis origo quæ, & ethymon.

At Dominico inter Cælites gloriosissimè locato hæreditaria successione apud fratres sui Ordinis hoc ipsum munus mansit, quod annorum per curriculum tam bene ab ipsis fuit, & fortiter nauatum, vt vltra Petrum Martyrem, alios Martyres quatuordecim. Inquisitores Apostolicos, ab hæreticis occisos possideant laude magna; quos Paramus diuulgat, & affert nominatim, quosque ego naturaliter addictissimus huic Ordini, proferrem libentissimè, si cum Paramum perlegi, hoc mihi non excideret. Vltra multos, qui virtutibus & literis quotidie decorant inter nos Inquisitorium magistratum; præ quibus sunt conspicui insignis Oleaster, Forerius, atque Soza, qui editis voluminibus à cunctis euolutis, in mundo sunt notorij. Nec impar his vllatenus, qui actualiter Dominicanum Inquisitionis locum occupat P. Ioannes de Vasconcellos, quem posteri laudabunt; & qui non adeo nobilitate, primaria commendatur, quàm commendabilem se reddit religiosæ vitæ imagine, excoltæ Sacri Verbi declamatione & intellectione cum primis singulari; & iam insulę Mirandensis oblatæ ac recusatæ exemplo contestatæ. Vnde patet, quanto iure in Lusitanæ Inquisitionis maiori tribunali, vnũ semper locum occupent Dominici sodales, etsi aliquos regales (omnia sibi concupiscentia effreni peroptantes) ministros ego viderim, qui de hac ce tam promerita liuore stimulati diuisione detrahebant, & crebrò sibi data occasione mussitabant. Quibus PP. Cistercienses hoc ipsum initiantes præconia non deminiunt, nec Innocentij vigilantia rem prouidens & ordinans; cum omnes multis fulgeant, in opere tam magno, quod vt magnum per non paucos decebat consummari. In quo Pontifex Innocẽtius principij classem obtinet, & clari fundamenti; Cistercienses recti medij; & Dominicani finis vltimi; seu Innocentius Creatoris & Conditoris rei istius; Cistercienses verò alumni, materiæ eiusdem operis; & Dominicani tandem formæ, quæ reliqua coronat, absoluit, atque perficit.

P. F. Ioannes de Vasconcellos & alij inquisitores Dominicani commendati.

Dominicanos cur nonnulli Inquisitores esse nollent.

Innocentius Papa tertius, & Cistercienses commendati.

De Inquisitione dilatata per orbem Christianum, & de illa quæ in Vrbe fundata primùm fuit.

7. ANno quarto & quadragesimo post Inquisitionis fundaméta, per quartum hæc Alexandrum in Vrbe iacta sunt. Qui cum esset Franciscanæ Familiæ valde deditus, Franciscanis Religiosis commisit hocce regimen. Verùm parum perdurauit huiusmodi Inquisitio, imò paulò post, vt aliæ, defecit notabiliter; donec iterum suscitata à Papa Paulo tertio, vsque hodie bipartita cum gloria perseuerat; altera solùm particularis Romani territorij, altera verò generalis, ad quam omnium Inquisitionum negotia deferuntur, conueniunt controuersiæ. Quam Collegio Cardinalium adiunxit idem Pontifex, coram quo diebus Iouis ad Fidei quęstiones quascúnque disceptandas, iam plures, iam pauciores, iuxta placitum Pontificis, non omnes sed duntaxat designati Cardinales, perpetuò congregantur; de more tantùm quatuor; quantumuis octo fuerint Clemente sub octauo; seu quia sui nominis ei numerus complacuit, seu alia quauis causa, vt mihi certè ignota, ei visa necessaria.

Inquisitio quando Romæ, & qualiter fundata.

Paulus tertius Inquisitorij Officij renouator.

De Inquisitione pòst fundata in Regnis Castellanis.

8. ROma ad reliquas prouincias, vt de capite ad Christianæ familiæ corpus mysticum manauit Inquisitio; multíque Inquisitores à Clemente missi quinto, qui cum fine illius vitæ, & suum percepere. At verò quod Diuina clementia opitulante incepit sub Clemente, benefactum paulò postea, dupliciterque factum sub Bonifacio nono est; si Paramo est credendum; ex Bullario nanque edito sub Vrbano Papa 8.

In Castella quonam tempore Inquisitio constituta.

Innocentio

Innocentio sub 8. hoc dixerim accidisse. A Nam semel atque iterum (quod debet obseruari) vbicunque viget hodie officium Inquisitorum, hoc fuit constitutum; vel ob rei difficultatem, quæ maior vno haustu, vel ob eius puritatem, & consummatam dignitatem, quæ duplicatò, velut homines, tam corpore, quàm anima, Dei gratiæ receptiua, oriri decens erat, vt ad gratiæ summitatem, qua nitet Inquisitio, veniret, superatis obstaculis acerbis, & arduis tempestatibus.

Inquisitio binis vicibus, & quare sic immissa in loca quibus viget

Tertio igitur Henrico Castellæ & Legionis habenas moderante, per præfatum Bonifacium transmissa fuit illuc perdurans Inquisitio, & Magistro Prouinciali, successoribúsque eius familiæ Prædicantium, tam ad creandos Inquisitores, quàm ad regen- B dam Inquisitionem commissum totum ius. Diploma quod authenticum in Regno Portugalli, & in Conuentu valde Regio S. Mariæ da Batalha, ob insignem de Castellanis sub Ioanne Rege I. victoriam reportatam, ædificatum, & sic vocatum, seruatur vsque hodie. Erat enim tunc in Castella Prouincialis Dominicanus F. Vincētius de Lisboa qui has literas & munus accepit à Pontifice, & qui amore dulcis patriæ, in patria voluit sua seruare hoc monumentum, memoriæ tutelare. Vel pressiùs, vt deducitur ex Bullæ asseruatione, in Regno Portugalli, quia & ibi eodem tempore, vt delegatus Sanctæ Sedis, Inquisitionem mox fundauit; quapropter illic literas reliquit Pontificias. Qui modus Inquisitionis ad Reges C vsque primùm Catholicos vocatos, Ferdinandum & Isabellam, tantummodo peruenit, qui vtique impetrarunt à Papa Xisto 4. vt illorum Confessarius, ac maior Capellanus P. Thomas de Turrecremata, eiusdem Ordinis alumnus, cum eligendi potestate Inquisitores quosque vellet, Generalis Inquisitor creatus ipse foret; quod anno à Christo nato 1483. obtentum dicit Paramus. Hic vero Thomas inclytus Castellanam Inquisitionem peroptimè ordinauit, & Inquisitionis formam vsque hæc tempora durantem sanctissimè disposuit; à quo sanè potest dici, non sine illius laude, & basi veritatis, omnes alias Inquisitiones Hispaniæ dimanasse. Nec immeritò, cum fuerit ingenti & insueto repletus cæli zelo; quem D vtinam pro typo Inquisitionis defæcatæ, omnes alij eiusdem muneris suscipiant imitandum. Hæc porro de Castellæ Inquisitione indubitata. Nam quod Dominæ Beatricis da Sylua claræ fœminæ ex Regno Portugalli, quæ Ordinem Conceptionis B. Mariæ semper Virginis instituit in Castella, in eam multis precibus, consilio & interuentu, Inquisitionem missam esse affirmant viri aliqui, nec mihi valde firmum; nec nostris multum est, cum ab Innocentij tempestate hoc fuerit à tam multis inceptum, & frequentatum.

Quis conuentus in Portugallo S. Maria da Batalha.

F. Viocentius de Lisboa Inquisitionis qualis Conditor.

P. Thomas de Turrecremata magnarum rerum vir, laudatur incidenter.

An Portugallo Castellanæ Inquisitionis laus sit debita.

A

De Inquisitione Portugalli.

9. BIs etiam in Portugallo exorta est Inquisitio. Semel quando Prouinciali Vincentio de Lisboa hęc fuit commendata; qui vt erat Lusitanus hanc ipsam in Lusitania sub Ioanne Rege primo studiosiùs & diligentiùs quàm alibi fundauit, & munus per se ipsum in patria administrauit; quo tamen expirante, expirauit Inquisitio. Iterum autem Ioanne tertio tenente Regni clauum, quo tempore reuixit hic idem magistratus; non equidem per vices vtcunque repetitas, vt Paramus nugatur, sed vnicè per vnam in vita dicti Regis, cum vltimò Inquisitio, vt viget nunc præ nobis, ludibrio B nullo habito, defixa semper mansit.

Inquisitio in Portugallo quando & quomodo fundata.

Quod vt pateat studiosis noscendi res notabiles, operæpretium iudicaui hanc technam illis succidere, & penitiam demonstrare. Quæ quidem magis tela mēdaciis est ordita, quam per pectines transmissa vllius veritatis, vt ipse res assumptæ ostendent satis clare. Nam & bis in Portugallo eo Principe regnante Inquisitionē vult inductam; & tam primam quàm secundam introductionem illius miscet commentis manifestis, in quæ ille saltem ab aliis deceptus fœdè cecidit. Primò dicens, Inquisitionem tunc primitus inductam, expulsam mox fuisse, vel Rege inuoluntario, à Regni sui viris primariæ qualitatis, & nobilitatis clarioris. Secundò verò affirmans, hanc ite- C rum rediisse per quendam nebulonem Castellanum & Cordubensem Ioaonem Peres de Sayauedra, in literis confingendis, & aliis huius generis fallaciis contexendis, suapte peritissimum; qui Bullis Pontificiis huiusmodi emētitis, Legatū Roma missum ingenio suo simulans intrauit Lusitaniam, & ibi Inquisitionem restituit & instituit, soliditate, quam nunc habet; eámque administrauit per integros sex menses, quousque fuit eius figmentum reseratum; quod ille in eo tomo, quem de Origine Inquisitionis communis iuris fecit lib. 2. tr. 2. cap. 15. n. 6. ex toto corde suo, vt videtur, non sincero, cum nobilitatem Lusitanam, & hoc sine fundamento, ac paulò post patebit, incuset vniuersam; & ex tota mente sua, vt D apparet, non prudenti, sed potiùs mente capta, quod dixi, firmè narrat, de fide licet dubitans, & incredibilem esse rem disertis verbis asserens; quibus vtique in Portugallo Inquisitionem non tam figit, quàm fingit & confingit figmento risu digno.

In quibus lapsus Paramus de Inquisitione Portugalli.

Ioaones Peres de Sayauedra quia nebulo, & quo tempore.

Et re vera ex eo fine non parum incredibilior, quia à Paramo & Castellanis, non bardis, nec stolidis, sed potius sagacissimis hæc creditur chimera, seu dictis & scriptis ad minus euulgatur, in quo dux illorum est, ipsorum senex credulus Illescas tom. 2. lib. 4. cap. 4. historiæ Pontificiæ. Quam fabulam mei muneris est limæ nunc committere, vt cautos sui reddam incautos scriptores, & Paramum de temeraria audacia animaduertam, dum Regni vnius integram

Illescas.

Nobilitas Lusitana à crimine per Paramum iniusta vindicatur.

nobilitatem sugillauit, meliùs sanè apud Lectores de nobilitate auditurus, si tot nobiles vrbaniùs & mitiùs perstrastasset. Quapropter nihil deuium, si vir vnus peculiaris, & probabiliter cōmunis, hîc luat contumeliam, quam in plurimos, nec communes, nec etiam comprehensos in crimine præfato, ratione sui placiti, & palati, prout dicunt, non aliter coniecit. Attende pie Lector quæ breuiter adducam, vt possis esse arbiter, & videant quiqui calamum præ manibus assumunt, vt debeant res momenti memoriæ commendare, & loqui circunspectè; ne ve etiam semetipsos deturpent apud Doctos, & viros citra bilim pendentes rerum esse.

Obiectio prima & magna in factum seu figmentum Ioannis de Sayauedra.

10. Nam vt primum claritati reddamus, & nitori, Si Inquisitio in Portugallo, vel Rege renuente, per Proceres est pulsa, cùm illa per Legatum Pontificis Romani, tam Italum, quàm notum (vt quidèm decens erat) vltroneè afferebatur; quomodo iterum tam breui admissa per eosdem, allata à Castellano ignobili, & ignoto? Nonne auersio naturalis, quæ semper inter istas, vel temporibus amicitiæ, præualuit nationes, plus redderet inuisam, suspectámq; quàm antea huiusmodi actionem? Aut quomodo Sayauedra in re tam rimoris tanti, se finxit quod non erat, non solùm in semetipso, & literis confictis, quod nihil demirandum,

Corduba patria ingeniorū perpetuò feracissima.

& in homine Cordubensi, quæ patria ingeniorum est longè feracissima, vt claret omni orbi, & fuit per Romanos Poëtas decantatum, sed in familia, qua veniebat decenter adornatus, & amplè circumseptus, vt Paramus non negat, sed potiùs valde sudat in hoc nodo perdifficili soluendendo, & enodando; pro quo aliam texit fabulam, maiorem, quàm vel facilè, vel difficulter credi possit.

Obiectio secunda maiórque.

Nam aut ille familiares elegit Castellanos, & alios nebulones sibi ipsi fidelissimos; quò tantæ rei secretum, summè congruebat, seruarent illibatū; aut Italos, vt se Italum cum illis simularet, & faciliùs à notitia remotior Lusitana, se ipsum conseruaret. Si Italos, vt potuit inter homines terrarum & morum diuersorum, secretum continuari? si Castellanos, vt se Italum effingere tunc valuit? Vlteriùs, quòd si hominem Hispanum se constituit, in Hispania certè vt pauci & viri perillustres, notissimi sunt omnes, qui degunt quouis munere in Curia Pontificia; & si Italum ac Romanum, exinde ad nos transmissum, vt posset non agnosci? vel non agnitus admitti à Nuntio S. Patris? & à reliquis ministris Apostolicæ tiaræ, Vlyssipone commorantibus? aut quomodo perfecit fallaciam machinatam sine literis commendatitiis Lusitanorum, qui à Rege perpetuò Romæ adsunt? vel sine literis testificantibus Legati, qui tunc erat? sine quorum auctoritate nil creditur à Regibus; nec istorum possent vnquam epistolæ eformari; cum constent ex multigenis negotiis non compertis; & sine præuiis circunstantiis, vel precum, vel similium dispositionum præcedentium res tales nunquam fiant; nam quod nascitur ex improuiso in rebus tanti ponderis, ex improuiso quoque moritur. Quæ ratio magis viget in Nuntio Pontificio, quem secreti necessarij & præuij in rebus magnis defectus non permodicè commonefaceret de dolo confisto à sycophanta, & hominis fictoris tam ex vultu, quàm ex munere, Romana in ciuitate notitia nulla penitùs ei indita, & præhabita.

Obiectio tertia & maxima.

Quæ omnia confirmantur ex primi Inquisitoris Generalis veritate, qui præfuit in Lusitania Inquisitorio Magistratui. Hic enim fuit F. Didacus da Sylua alumnus Franciscanus ex Prouincia Pietatis, in quo Paramus nobiscum consentit vnanimiter; sed sic est quod iste vir in Bullis Pontificiis, quæ nuper Romæ sunt sub Vrbano Papa VIII. in lucem diuulgatæ, in institutione Inquisitionis Lusitanæ continetur; ergo ille fuit verè ad instantiam Regis nostri electus per Pontificem, non autem per Sayauedram; nam Papa nullo modo permitteret in Bullario interseri rem falsam, & taliter confictam à Papalis dignitatis derisore, & traditore. Consequentia per se patet; antecedens verò neutiquam occultatur curiosis, qui in Bullarij 1. tom. fol. 518. ex impressione memorata hoc habent coram oculis. Nam si dixerint, fuisse primùm literis falsis institutum, postea verò confirmatum literis veris per Pontificem, certè tunc confirmationis, vt illa rata foret, & valida, ac iuridica, debebat fieri mentio; atqui nulla confirmationis, sed institutionis fit memoria, in Bulla institutionis Inquisitionis Lusitanæ, in qua primus Inquisitor Generalis nominatur, & instituitur de nouo; ergo clarè corruit hinc præcedens machinatio.

Obiectionis terminatio.

Præterea quod sex menses incautè scribit Paramus exercuisse Sayauedram Legationem commentitiam. Quis autem, verum credet, prædictum nugatorem impunè tantò tempore durasse in Lusitania, quò terra, marique tam literæ, quàm nuntia, & plurima, & breuissimè, peruenuiunt ex Italia? & maximè tum temporis, quo affinitas & amicitia arctissima inter Reges Castellæ & Portugalli, hæc peruia & miro modo facilia faciebant. At quomodo impunitus euasit, & exiuit, qui ob ista fundamenta curriculo tot mensium à nostris prorsus esset in techna capiendus? Exiuit, quia nunquam intrauit Lusitaniam; in quo Paramus nequaquam discordat à se ipso, dum coronidem atque finem imponit fictioni, quæ etiam vel in viribus latissimis naturæ principium nullum habet; vt ex fine cognoscatur rei huius fundamentum, & fundamentum ex eo fine, qui deficit suapte, & labat suo pondere, vel potiùs sua interna leuitate, & falsitate.

11. Sed friuola hæcce omnia, quæ Paramo nunc volo fateri factibilia, & alia quæque astuta, quæ longe cum maiori subtilitate fingi possent à cunctis illusoribus, ex parte illorummet ingeniosè meditata; si comparentur cum rationibus quæ ex parte Lusitanorum, & maximè primorum, suaui & naturali

& naturali profluuio cōcinnantur, seu pressiùs cognoscuntur à cunctis viris traditis historiæ lectioni; quas diuidam breuissimè in classes tres præcipuas, vbique satis notas, & indigenis Lusitanię tam maioribus, quàm communibus facillimè concessas; quas fortitudinis, fidelitatis, virtutisque cognomine, oportet internosci.

Ex parte Lusitanorū obiectio prima & magna aduersus rem eandem.

Sunt enim quò ad primum tam valde viri nostri honore manuducti, & robore ac audacia insigni concitati, vt nec Sanctam Inquisitionem indecorè sibi oblatam vllatenus aceiperent, nec acceptam contumelia & ludibrio recensito, permitterent post fraudem rescissam, & manifestam, sed magis rogo publico & flammis summis traderent; confictorémque illius per omnem mundum quęrerent, vt tollerent à mundo, & redderent ei pœnas pro crimine promeritas. Quod neque tunc Castella negaret Lusitaniæ, sed traderet ei reum, tum in gratiam puniendi contumeliam Pontificiam, tum aliam nostri Regis affinis coniunctissimi. Quapropter non perire per viros Lusitanos, vel intra Lusitaniam deceptorem memoratum, euidentia patens est, quòd nostros non decepit.

Lusitani quantùm honore perculsi, & manuducti.

Obiectio secunda, & maior.

Quò ad secundum verò Regibus tam valde sunt fideles, vt veritas in hac re excedat modo aliquo eandem veritatem; nam si veritas est credibilis per propriam qualitatem, quod transcendit credibilitatem, & veritatem non immeritò transcendere opinaberis. Nam quòd fidelitas nostrorum incredibilis sit ferè, & sæpius non tam ferè, quam verè; & plane verè, hoc orbi notum est; & notius citò erit in Propugnaculo Lusitano Gallico, quod equidem tam scientia quam eloquentia plenus vir P. F. Franciscus à S. Augustino Macedo; Religiosus nostri Ordinis ex prouincia Portugalliæ, eadem mecum domo, qua ego nunc euulgo præsentem Chronologiam elegantia sibi innata Lectores compellente, propediem luci dabit. Et quomodo credendum vassallos sic fideles repugnasse Regi suo, in opere res Fidei tam summè concernente? Infidelitas hæc duplex in Regem & Deum esset; quæ tamen ex sequenti obiectione plus soluetur.

Lusitanorum vt veritatem fidelitas excedat.

P. Franciscus à S. Augustino Macedo per transitum laudatus.

Quò ad tertium, id est virtutes virorum Lusitaniæ, nil minus hęce clarent ex eorum versus Deum obsequio, Fide, cultu, & zelo illius nomen per orbem diuulgandi, quibus reliquæ virtutes suffragium suum præbent. Quare ampliùs in re ista aperienda non morabor, sed studiosos veritatis remittam inter alios egregios scriptores, ad Anacephalæosim Vasconcellij, quæ phrasi elegantissima Antuerpiæ Christi anno 1621. illuxit, & resplenduit; & martyria tantùm duo ex clarioribus Lusitaniæ (quos Paramus incusat) propterea memorabo, vt appareat per id tempus, quo ille taxat eos, quàm alij longe fuerint ab eius mente, nescio qua mente, parum vera. Quorum primus sit Ferdinandus Ioannis primi filius, qui pręlians contra Mauros, ab illis captus noluit cum detrimento regni sui à vinculis dissolui, sed mori plenus probris à Barbaris illatis, cuius corpus asportatum requiescit in Monasterio S. Mariæ da Batalha; vbi miracula per illud non pauca sunt patrata. Secundus verò sit Christophorus à Gama, illius Vasci filius, qui Indiam primus vidit, & postea gubernauit, è cuius domo trinepotis Legati ad Regem Galliæ Christianissimū Monarcham, hęc typis commendantur. Qui Christophorus post multas victorias cōparatas, cum subsidium daret secum Æthyopiæ Imperatori à Mauris infestato, per istos tandem belli euentibus mutatis, tormenta post quàm multa, tam sæua quàm verenda, sub acto ferro capite, ad superos volauit; nec quidē sine aliquibus miraculis famosis, quæ ego vidi authentica (quantumuis hæc non afferat relatus Vasconcellius) excessit à mortalibus.

Obiectio tertia & maxima. Lusitanorum in Deū pietas transcursim delibata.

P. Anton. Vasconcellius.

Ferdinandus martyr inclytus ex Regia portugalli.

Portugalli Martyr alter ea Regni clarioribus Christophorus à Gama.

Quos duos quiqui alij primores Lusitaniæ imitabantur pro virili in Fide propaganda, & laboribus ingentibus terra marique perpessis summopere exaltanda, eo tempore, quo illos Inquisitionem repulisse scribitur à Paramo; de quo Osorius & Maffæus sunt visu satis digni. Nec possum non adiicere, Inquisitionem in Regno nostro, vt patebit ex catalogo Inquisitorum Generalium inferiùs attingendo, maiori ex parte semper per nobiliorum domuum viros fuisse administratam; & hoc zelo tam feruenti districto in criminosos, vt non nisi de nimietate ab illis incusetur. Quapropter nimis falsa, ad minus per incuriam, est Parami narratio; vt ostenditur genericè in Aphorismis P. Soza, qui vltra laudem nobilitatis, & Religionis in qua ipse Dominici sub regula, non modicè colluxit, credibilior inde est, quod in conclaui supremo Inquisitionis Lusitanæ, Inquisitorem diu egit, cuius fidem perquàm ueram testatus mihi est Illustriss. & Reuerendiss. Episcopus Syluensis, electus Braccharensis D. Franciscus Barreto, qui indefessæ diligentiæ, & calculi integerrimi ab omnibus agnoscitur; quique lentè in ipsomet consedit tribunali, & cum omnes Inquisitionis archiuos hac de causa euoluerit solerter, nil vnquam tale reperit. Quod & D. Illustrissimi Pantaleonis Rodriguez Pachequo Eluensis nūc Episcopi, & Vlyssiponensis Consistorij supremi Inquisitoris diligentia pro me facta, & monumentis Inquisitionis in Galliam ad me transmissis, nil minus mihi patuit. Nec parum pro me facit in dialogo gentis Iudaicæ his omnibus antiquior, & auctor satis grauis Episcopus Arraiz.

P. Anton. de Souza pro Inquisitione Portugalli egregium testimonium.

D. Francisci Barreto testificatio pro eadem.

D. Pantaleonis Rodriguez Pachequo suprema confirmatio.

Episcopus Arraiz.

12. Sed vnde nam irrepsit huiusmodi mendacium? ex tribus sanè fontibus clarissimia rei huius. Primo, ex ipso Sayauedra, qui cum esset falsitatum instructus omni genere, quod Paramus non negat, de ista se iactauit, quam falsò diuulgauit; tā vt famam confictoris eximiam compararet; sunt enim viri multi, qui famam per infamiam non paucies consectantur, vt testes sunt Erostratus; & Vates in bis verbis, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate.* Nec non

Psal. 51. 3.

Osorius.

pariter Osorius In opere de gloria; quàm vt ista illusione peracta in te conspicua multas alias sordidissimas per ipsum concinnatas, vllatenus ornaret, vilissimámque pœnam triremium in quas ob teliquas damnatus iustè fuerat, hac vna coloraret. Secundo, ex natutali propensione Castellana ad fabulas dicendas, componendas, auscultandas, & teptæsentandas tam frequenter, ac etiam, ne eis laus dematur, tam excellenter, vt iam otbis histtiones, sine veti detrimento, & comici sint habiti; vnde & ista penes illos radices tales egit. Tertio tandem ex genuina oppositione in Lusitanos, qua ardent Castellani, quibus sanè quiuis losus confictus in nosttates, in promptu semper adest. Hincque duo eliciuntur ex tali fictione. Alterum quidem Sayauedram non Lusitanos sed Castellanos dumtaxat fefellisse, & tetibus mendaciorum suotum comprehendisse; quibus vtique ctedibilem incredibilem tem fecit, ita vt quod nullo modo inuexit Lusitaniæ, hoc capitibus Castellaootum immiserit, & facilè. Alterum verò tecte dictum ptooerbium Pliuianum, *Nullum tam impudens mendacium, quod teste careat.* Sed tectiùs si dixisset, quod careat multis testibus, ac plurimis patronis.

Plinius. Nullũ meodacium caret testibus.

13. Quibus ita confutatis, hæc de nostra Inquisitioue tenenda Lusitana. Videlicet, post illam à Vincentio de Lisboa, vt dixi stabilitam, nunqoam iterum innouatione donatam quauis esse, nisi cum Ioannes tertios incensus Chtisti zelo, iniutias eius dolens illatas per Hebræos, qoi recepti in Portugallum, & ibi vi conuersi, commoditatis nempe suæ, ne patriam, quæ aliusmodi eis neutiquam dabatur, amitterent Hispanam, peruersi vt prius erant, Inquisitionem à Paulo tertio solemoiter per proprium Legatum efflagitauit, qui Senator eius Regius non extitit Balthazar de Faria à Paramo memoratus, sed maioris notæ alius, D. Henricus de Meneses, filius Comitis Prioris D. Ioannis de Meneses; cuius piis postulatis arrisit S. Pontifex anno nosttæ Redemptionis 1536. qui fuit nostro Regno faustissimus ob tria. Ptimum, propter Inquisitionem tunc nouiter erectam (nam vetus iam perietat) & tam piè efflagitatam à Rege nunc producto, vt Paulus quo Ioannis affectum comptobatet, non solùm illi

Inquisitionis Portugalli petendæ quæ occasio.

Quo anno data Romæ per Bullas Pontificias.

Quod Regibus Portugalli sit datum co-

A concessetit tribunal postolatum, sed ei & successoribus eiusdem in Regno suo ZELATORVM FIDEI titulum quamplurimi æstimandum. Quod certè noo accideret, si ex parte dicti Regis tepiditas & varietas, quam Paramus desctibit, vllatenus præcedetet: Secundom verò ptopter alium soccessum valde tarum, quod non pluens eo anno nisi in Blasij sancti die, tam ferax is prouenit, vt fœnoti sexagesimo tespondetiot tunc sata; qui inde S. Blasij est annus ouncupatus. Tettium tandem proptet quod Ioannis Regis fratet Eduardus Isabellam Btigantini Ducis filiam totius Regoi plausibus in matrimonium sibi iunxit; vt Didacus do Couto histotiographus clarissimus lib. 10. cap. 7. in sua 4. decad. non sine admiratione tei vltimæ adnotauit. B Nam quæ causa hilaritatis in quouis Regno publicæ, si Infans Regis filius & simul Regis frater, vassalli & non hæredi, vt illi, uubat filiæ; sed certè talis erat Btigantiæ magnitudo, vt faustum à nobilissimo Chronologo habeatur, cùm Regis filius oupsit tam magni Ducis filiæ. Vel dicamus per euentum expetientia comprobatum, exinde Regno lętas fuisse tales nuptias, quia ex illis nata fuit egregia Catharina, à qua etiam maritata in domo Brigaotina, est nepos noster Rex, qui videat ex se multos, & alteti ei post altetos succedant in perpetuom. Fortaissis hęc à zelo Inquisitionis procuratæ, patrata eodem auno, & inde initiata; vt & tetta stetilitate laborans tam notabili, cęlesti fluxu vnico, cuenerit tam fertilis, & Regoum vnico Principe ex C vera Regum ptole lætetur nunc lętitia in alia præsignata. Verùm tardè atque superfluè Lusitanis fuit Regibus ZELATORVM FIDEI inditum pręclarum cognomentum; cum Chtistus Crucifixus apparens Regi ptimo ei dixetit inter multa quæ alibi libabo, se Regnum in Fide putum Pottugallum selegisse, vt per illud magna Fidei colligetet augmenta; quod tandem euentus tei mitificè fitmauit.

gnomentũ, seu potius eis ionatum ab ipso Rege ptimo.

Couto.

Btigantinæ domus inclytę in Portugallo quid mitandum.

Zelatores Fidei ex quando sint Reges Lusitani.

14. Sed ne desim Inquisitionis historiæ Lusitanæ, in Enartatione Inquisitoriá substantiali circunstantiæ, Inquisitores Generales illius non abs te hic etit tecensere. E quibus

Inquisitores Generales Portugalli qui & quales, illorúmq; breuissime elogia delibata.

PRimus fuit Religionis Franciscanæ, atque meæ *Pietatis Prouinciæ* vir insignis *F. Didacus da Sylua*, Senator prius Regius, & post habitum Francisci tam Regius Confessarius; quàm Episcopus Septensis, ac tandem Bracharensis, qui Primas est Hispaniæ; sed vittutibus *Primatia* tam sanctæ & grauis dignis, peramplè decoratus; quibus illa Religionis Seraphicæ particula, non vacua succo nominis, nec in vanum *Pietatis prouincia* nuncupata, lucebat pio oleo, amoris Dei, & proximi. Natus prope Couilham in oppido *Aldeia noua* vbi extant eius ædes, & Monasterium satis proximum, quod ex quodam heremitorio Dei Matri nuncupato, erexit in Conuentum eiusdemmet *Prouinciæ*; qui *Nostra Domina do Seixo* communiter vocatur, eo quòd ibi super saxum altari non absimile, in forma & magnitudine, imaginem Deiparæ quæ ibi perseuerat, in ipso heremitorio, apparuisse voce publica, & prisca enuntietur. Quod in viri tam præclari, maiori laudum sylua, quam sylua totus erat, dignissimi

Primus F. Didacus da Sylua ex Prouincia Pietatis.

Prouiocia Pietatis Fräciscana & Lusitana per transitum laudata.

dignissimi memotiam, & Paramus & Souza in aphotismis Inquisitoriis, attingete curarunt.

Secundus fuit Eboræ *Archiepiscopus Henricus* Emmanuelis Regis filius, & Ioannis frater; Apostolicique coëtus Regalis Purpuratus, qui ex Didaci renunciatione obiuit ipsum munus, quod postea neque Rex Sebastiani loco intrans, vllatenus deposuit, imò Fidei semper sedulus negotiis assistebar, & ita subscribebat; *Henricus Rex Portugalliæ, tanquam Inquisitor Generalis.*

Secundus Rex Henricus.

Terrius *Georgius de Almeida* Vlyssiponensis Atchypræsul, vit animi pergrandis; cui satis sit pto laude *Almeidiæ prolis esse*, mitandæ tebus gestis; quam morte sibi ademptam, vt Poëta noster inquit Ludouicus de Camoeñs, assidue Tagus plotat.

Tertius Georgius de Almeida.

Quartus *Albertus Cardinalis*, Atchiducis vel ex nomine, in otbe toto celebris; cuius celebritas ex *Clara* consorte valde claruit.

Quartus Albertus Cardinalis.

Quintus verò *Antonius de Mattos* Episcopus Eluensis ptopterea saltem felix, quia ex equitum nobilitate successit tanro Principi.

Quintus Antonius de Mattos.

Sextus ille, qui Cænobio extructo valde Regio, & à nullo sui Ordinis quod viderim, adæquaro, Carthusiæ Sanctæ decus inuexit nostro Regno, *Theotonius Brigantinus* Atchiepiscopus Eborensis; de quo scitè dixit aliquis, fuisse sui tempotis Prælatotum Dei Ecclesiæ hauddubiè nobilissimum, formosissimum, & ptobatissimum. Qui tamen ne dimitteret dilectum sibi gregem, Inquisitioni valedixit, & solam gratiam, noménque tetinuit tanti munetis; pto quo tandem vitam posuit in curia Matritensi, vbi Fidei partes agens, in arduis controuersiis aduersus eam pe de latenti concitatis, pedes ambulans cum baculo Prælatus cunctis celsior, & fuit stupori, & labore, vel insidiis, vt dicunt, morti cessit, seu vitam contemptibilem mutauit pro perenni, quam anxiè vel pet mortis spicula quętebat; iubens corpus suum Eboram absque aliquo comitatu deferri, & tumulari; non quidèm in nobilissimo Conuenru à se fundato, sed in paruulo S. Antonij *Prouinciæ Pietatis* eiusdem Ciuitatis, à Rege Henrico condito, & pet eum suo corpote, vt aliis consummato, communem subter lapidem hoc addito Epitaphio. *Hic iacet Theotonius Archiepiscopus Eborensis, Iacobi Ducis Brigantini, & Ioanna vxoris filius.* In quo bteuitet continetut, tam generis quam vitę illius enarratio, cum ista ex suo nomine, & illud ex suorum patentum clarè pateat.

Sextus Theotonius de Bragança.

Carthusia à quo inuecta in regnum Lusitaniæ.

Theotonij Brigantini in breuissimo Epitaphio relatio vitæ eius.

Seprimus, Episcopus Leiriensis *D. Petrus de Castilho*, ptæconiis non egenus, nec eo quòd pet se, quæ habuit compatauit.

Septimus Petrus de Castilho.

Octauus, quem ad maiora putates natum hominem, Episcopus Syluensis, *D. Ferdinandus Martinus Mascarenus*, vir doctus, & nobilitatis exemplar suo tempore, vt à quodam Castellano illustri est nuncupatus.

Octauus Ferdinandus Martinus Mascarenus.

Nonus verò qui nunc viuit Illustriss. & Reuetendiss. Episcopus Egitanensis *D. Franciscus de Castro*, ex domo de *Monsancto* & aliis nobilissimis, atque *D. Ioannis de Castro* Pto regis Orientis, tam belli, quam & pace mirandi viri, nepos; de quo viuos ægrè laudans, nil mali scio ego, nisi tantùm quod homuncium me omnium immetitissimum ad fastigium meis humeris, proh dolor! formidandum, euexit Dei altatis.

Nonus, Franciscus de Castro.

Cæterarum Inquisitionum Christianissimi natalitia in Paramo reperies; nam mihi A ad viam meam hæc recta & satis mulra,

---

DE INQVISITIONIS AD EVCHARISTIAM moralitate non inconcinna.

15. INNOCENTIVM dixi tertium Inquisitionis delegatæ iecisse fundamanta, cuius laudibus ingenribus hæc insuper accessit, vt tantum Fidei nostræ crearet fulcimenrum. At verò quisnam Ponrifex Innocentius, isque tertius, præter illum, qui cum Innocens sua- B pte solus sit, est Vnus, atque Trinus? & qui primus in paradiso hoc munus excitauir, ac egit per se ipsum? Hic ergo qui est Dominus creaturæ vniversalis, ex vniuersa creatura ad Inquisitionem renouandam Dominicum selegit, in quo Numinis & nominis resplenduit virtus maxima. Fuit etenim Dominicus, Domini custos, velut

Innocentius quantùm tertius

Inquisitioni sit conueniens.

Dominicus laudatus, & vnde sic vocatus.

sonat illius appellatio, quia Domioi præcepta & vineam custodiuit. Nec tanti Sancti pattia à ptoprietatibus & pręcbniis discordat Paradisi. Hispania quippe est, Austtalis illa iegio, Boreali, & coutta Fidem summopete btumali, opposita ex aduerso. Nam quemadmodum ab Aquilone doctrinarum venenatarum patescit omue malum; ab Australi sic Hispania Inquisitionis intetuentu, quæ bona cuncta seruat, & apprimè custodit, lucescit omne bonū. Vbi valde ponderandum, ac Deo agendum gratias, quòd quando ad Aquilonē anno nosttæ Redemptionis 1483. infelicissimo proptet hæresim exinde originatam, enatus est Lutherus, eodem ad pattem Austri in regnis est Hispaniæ, vt ioo loco dixi, octauo nempe oumero, firmata, & sede fixa, reposita Inquisitio; vt adnotat doctissimus, & æque vit piissimus Florimundus de Ræmond in Consistorio Butdegalensi Consiliarius Regis Galli, lib. 1. cap. 6. de ortu, istius hæresis; quod in laudem & approbationem Inquisitionis multùm valet; quandoqoidē Deus clemens ostendit hacce via, Inquisitionem prauitatis hæteticæ & malignæ antidotum futuram, & tam vtilem comparatiuè ad Fidem & bonos mores tutādos ac seruandos, quàm hæresis ad ista perdenda potens fuerat.

Hispania commendata. Ierem, 1.14. Lutherus quando natos, & quomodo Inquisitio fundata eodem anno. Florimnu. Ræmond.

Hispania iterum laudata.

Felix terra quę Imperatores insignes postquam dedit, & Romæ magnam quondam fulgentis auri copiam, ei bodie Fidei integros & multos atque varios largitur defensores; tam in Regibus duobus Castellæ & Portugalli, qui Otientem & Occidentem ad Petri ducunt caulas, & pedibus submittunt, quàm in militibus forrissimis, qui incessanter pro Ecclesia, & dimicant vbique, & vitam propter illam effundere non tenuunt; vel in Doctoribus, doctrinæ sanissimæ & clarissimæ, vel in Martyribus præclaris antiquis, & modetnis, qui illam luce complent; ac deniquein boc munete peracto magno zelo, qoi munit Christi arcem, Catholicam, & Romanam. Quaptopter potest Roma de Australi & Boreali prouinciis sic ptoferre; *Surge Aquilo, veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius*; id est, alter diuexando, alter verò recteando, vt dicitur à Glossa; ille duritet insurgendo; hic dulcitet mulcendo, & hortum refouendo, ad cuius autæ flatum gratissimè spirantem, hæc semper vox auditur; *Si exurgat aduersus me prælium, in hac ego sperabo.*

Cant. 4.16. Psalm. 26 3.

16. Ita à Domino innocentissimo, piissimóque Chiisto, in præsidium gentis suæ est condita Eucharistia; ac ideo suis tradita, cum ipsum corpus tradidit inimicorum voluntati; *Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, acerpit panem, &c.* Vt sciremus, panem hunc scutum tanquam nostrū fuisse ab eius manibus acceptum, siue arreptum, quò per ictus sui corpotis à nocte culpę sæua, & diris mortis ictibos defenderet quos suos Ioannes tuocvocauit; *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; id est, finem vitæ sumens, vt à fine mortis eos hac arte liberaret; & amoris finem tangens, vt corpore bis tradito in Ctuce, & Eucharistia, à bioa morte pariter eosdem sospitatot; dequibus ipse dixit per se, & qoeodam Vatem, iam sumpto nostto pane; *Percutiam Pastorem, & dispergentur oues gregis.* Percussio tanquam Christi, suorum fit saluatio, & illius compreheosio istorum liberatio; vt illic superaddidir. *Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt adimpleatur sermo quem dixit; quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* Quod Christus per hoc verbum, *Si ergo*, benè protulit; illatio quippe est, & nota consequentia, pro nobis Christus tradi, & nus per illum solui à mottis potestate.

1. Cor. 11.23. Ioan. 13. 1. Scutum & liberatio Fidelium. Christi corpus. Matt. 26. 31. Zachar. 13 7. Ioan. 18. 9.

De Gentilibus aliquibus testatur Alexander lib. 6. Genial. cap. 22. in scutis Deos suos depictos semper belli deferte consuetos, vt dum illos in certamine præ oculis haberēt, fortissimè pto illis in hostes se proiicerent, irruerent, & eos faciliùs debellarent. Hîc verò vice versa Deus bomines in scuto fert sui Sacri corporis, pro ipsis mortem petferens, ne istam nos feramus: Quaptopter arx & mænia vocatur hæcce mensa, Prouetb. nono cap. *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mænia ciuitatis.* Vniuersos nanque ciues fidelis ciuitatis defendit cibus ille, qui promissus in Oraculis, noo à Domioo pacifico, vt verè Christus fuit, sed à Domino exercituum donandus prophetatur; *Faciet Dominus exercituū in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ; pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Hoc autem qua de causa? nisi, *Quia pro exercitibus Ecclesiæ militantis corroborandis, & contra malignorum spirituum nocumenta agminibus confortandis, Eucharistia Sacramentum institutum est*; vt tom. 9. tract. 2. scribit P. Salmeron. Et hinc cap. sequenti eiusdem Vaticinij in istummodum dicitur; *In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea, murus & antemurale.* Vnde claret, quòd Saluator suorum mutus est, antemurale, ac propugnaculum inuictum, & robustissimum. Hoc autem in Sion monte, quo condita Euchatistia, & in quo vrbis nostræ vis consistit, ac fulcimen. Res canticis dignissima, præsertim in illa die, qua panem suæ carnis, ne nos inimicotum sæuitiæ traderemur, accepir, atque tradidit. Et ista in Iuda terra, quæ nobis est *Confessio*; debet enim beneficium tam magnum & singulare cantari, & celebrari confessione gtatiarum, ac pariter culparum; quæ vera est Inquisitio, de qua vtrumque thema. *Vbi es Adam? Probet autem se ipsum homo, vt sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Omisso quòd & Christus in institutione cibi huius seuerum in semetipsum Inquisitorem sanè egit, dum fermè manus suas examinauit, & probauit; quatenus Sanctas & Venerabiles io occasione tā notabili vocantur ab Ecclesia. *Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in Sanctas ac venerabiles manus suas.* Familiaréque adhibuit Inquisitioni de qua tunc, dum familiaribus amicis exhibuit semetipsum; *Apud te facio*

Alexand. ab Alexand. Qui in scutis Deos pictos, & quare deferebant. Prouerb. 9. 2. & 3. Isai. 25. 6. Salmeron. Isai. 26. 1. Genes. 3 9. 1. Cor. 11. 28. Inquisitio in Eucharistiæ institutione assimilata, ac veluti adūbrata. Can. Missæ.

Matt. 26. 18.
Cant 5. 1.

te facio Pascha cum discipulis meis; & olim penes Cantica; *Comedite charissimi, inebriamini charissimi.* Et tandem mensam magnam, vt vulgò dici solet, superius ve tribunal Inquisitionis illic habuit, de qua in Lucæ verbis; *Cœnaculum magnum stratum, & illic parate*, nec non alibi in figura eiusdem veritatis; *Homo quidam fecit cœnam magnam, &c.*

Luc 22. 12
14. 16.

En quomodo Innocentius, tam vnicus quàm Trinus, Inquisitionem in Sacramento instituit Eucharistiç, qua custodit & tuetur Ecclesiæ ciuitatem. Quæ ciuitas in nostræ Hispaniæ ciuitatibus, & etiam in pagis vilibus, pro sui quantitate, resplendet, & nitescit. Mirandum nanque est, cummaximè apud vrbes & villas Lusitaniæ, interiùs ac exteriùs, in auro argentóque, in cereis atque serico, in gemmis & lapidibus diuersè pretiosis; in suffitibus & canticis; ac templis auro rutilis. decoris, & mundissimis, obsequium in Eucharistiam. Quo accidit, vt Hispania post aurum & summos Principes, deuotionem vel in Vrbem Romanam nunc transmittat; nc dum in meam Galliam; cuius equidem tam miror superfluitatem corporalem in rebus vniuersis, quàm spiritualem tenuitatem in cultu versùs Deum; præcipue cùm ad ægrotos defertur eius corpus, quod quàm abiectè fiat, silentio commendetur.

Hispania commendata e cultu in Eucharistiam.

De eodem quid in Gallia

De notis, & insignibus Inquisitorij Tribunalis, Ipsi ferculo Eucharistico idoneè concinnatis.

17. PEculiaria Inquisitioni hæc esse nullus nescit; quç ego si celarem Lectori furtum facerem, & instituto planè meo deessem in necessariis. Habet igitur Inquisitio vexillũ Crucis viridis, depictæ in campo nigro, his verbis circumseptæ; *Exurge Domine, iudica causam tuam.* Quæ gladio & ramo oliuæ hinc inde cancellatur. Hæc au-

Inquisitionis quod vexillum & signa gentilitia.

A tē nimis congruunt illiusmet iudicio. Nam etiam in Dei extremo Crux erit exaltanda; *Hoc signum Crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.* Sed illic tota rubra, hic verò tota viridis; etsi in campo nigro ac tristi radicata, vt viriditas spei in campo nigro sita deformium peccatorum, alatur Cruce viridi suauis pœnitentiæ; & oliuæ ramus ille, annuntians secum pacem, ac oleum mitis animi, illaqueet, & impediat iustitiç durũ gladium; præsertim cum & ipsa à dextris Crucis sit, at gladius à sinistris, quia debet misericordia superexaltare naturaliter iudicium rigorosum.

Psal. 73. 22.
Matt. 24. 30
Iacob. 2. 13.

Quid aptiùs Eucharistiæ? Hæc certè Crux est viridis, virescénsque perpetuò; ac illa quæ est Crucis immarcescibilis præsentia, B assidua repetitio; *Hæc quotiescúnque feceritis, in mei memoriam facietis.* Et quç iugiter spei virorem secum nutrit, ita vt ille priùs viuat, qui priùs fidit illi. Vnde in fratris sui Satyri Ambrosius ait obitu; *Diuinum Sacramentum poposcit, ac ligari fecit in orario, & orarium inuoluit collo, atque ita se deiecit in mare, primúsque seruatur ex vndis.* Hæc illa, quæ amore, rigoréque vallatur, & misericordiç atque iustitiæ assecli sadornatur. Hîc enim reperitur quod ait Rex Propheta; *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt; veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Hîc simul vita & mors adinuicem conueniunt; *Mors est malis, vita bonis; [illegible] sumptione, [illegible] sit dispar exitus.* Et hîc tandem misericordiæ iudicium sociatur; sed prior hæc, & maC ior, vt res à Christo volita; *Quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem*; id est, propria voluntate, amore & voluptate; posterius verò illud, & minus, tanquam res enata à peccatoribus; qui quàm Deo sint minores & inferiores non est certè cur debeat comprobari; *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit*; hoc est, peccato proprio, *non diiudicans corpus Domini.*

Eucharistia Crux est viridis, & quantùm vitæ ferax!
S. Ambros.
Psal 84. 11. & 12.

DE ILLA A MVLTIS VIRIS NON ADEO pertractata, quàm attrectata quæstione. An Inquisitio sit plus iusto seuera, & onerosa; pietatique subinde incongrua Christianæ.

18. ETsi hoc ab Eucharistiæ decliner recto tramite, Inquisitioni à me susceptæ non parum suffragatur; ac ideo cibo nostro, qui conscientiæ tantùm prodest discussæ, & inquisitæ. In quo quidem sæpe audij dicendi binũ modum. Primum quidẽ hæreticorum, Catholicorúmque multorum, ne dicam prorsus omnium, Septentrionalium regionũ, existimantium, & clara voce dicentium sæpesæpius (quamuis viri Religiosi & pij sint profectò, quorum multos ego noui, & colo non vulgariter) Inquisitionem repugnare, & insuper officere Fidelium libertati, & virtuti illorummet, quæ sola virtus est, dum liberè D exercetur; vnde pecudes quç necessitate, non libertate commouentur, à meritis & virtutibus omnino sunt extraneæ. Quibus illi multa adiungunt futilia, & risu digna, cæteroqui viri serij, qui ista frustra blaterant. Secundum verò Iudæorum, sub nomine & Baptismo viuentium Christiano, qui vbicúnque se reperiunt, vel clanculum, vel palam Inquisitionis consistorio mordere non desistunt, detrahere non cessant; de duobus hoc iudicium primariò suggillantes, & de eo quòd in illo accusatorum reis nomina haudquaquam præbeantur, sed solùm testimonia; quapropter in meridie oportet hos palpare, & ruere, non tantùm cum damno sui proprio, sed etiam plurimo-

Inquisitionis annemorus sit iustum, & pietati conueniens Christianæ.

rum, vt ipsi solent dicere, à culpa remotorum; & de alio quòd diuulgant, in carceres detrudi prosapię suę homines, vt Regio Fisco opibus communiter hianti, & nunquam, prout dicitur vbique satiato, in prędam iaciantur.

Inquisitio quam perutilis probatur in hæreticos.

19. Verùm ad ista nimis facilè responsio concinnabitur. Primis sanè quia libertas & interna existimatio, iudiciúmque in rebus, quod sufficit vt quisque arbitrij sui liberi vtatur exercitio, & habeat functionem, non potest coërceri; at publicum & externum oportet obuiari; vbi etenim licentia ad libitum permittitur, ibi nulla conscientia breuissimè offendetur; vt apparet in regionibus hęresibus deperditis, & latè deuastatis; à quibus ego possem nunc quęrere incidenter, & fortè non inconcinnè, cur illi de libertate prohibita inter nos conquęsti tam peranxiè, ac etiam tam frequenter, libertatem nullam nobis permittant inter se, ad Catholicę doctrinę professionem consectandam, & publicè sequendam.

Hæretici qua via Inquisitionē valde approbent, ac simul valde oderint; & cur solam non admittant Catholicam sententiam, qui admittunt lubentissimè omnigenas insanias.

Ioan. 3.19. 20.

Certè in hoc Inquisitionis prohibitionem modo iniusto fatentur iustam esse, & illi vel inuiti subscribunt characteribus in orbe toto notis; nobiscúmque conueniunt in re, quam super omnes nostratium detestantur; quod si possent deuitare, summopere gauderent, quantum eos pœnitebit, legentes hocce opus, de ista obiectione. A nobis tamen valde, cum magna nostri laude ac suimet dedecore dissentiunt in re ipsa; quòd nos omnes religiones à Catholica dissidentes nullatenus admittimus, imò potiùs vt à veritatis scopo deuiantes, seuerè prohibemos; illi verò religionum farragines quascúnque admittunt & inuentant, & Catholicam solummodo abiiciunt totis viribus, vt constet quantùm errores à vero discedentes sint multi, & omnes vni aduersi veritati; & quantùm cunctę tenebrę quę lucem reliquere, vt est in Euangelio, odio habent claritatem. Ita tandè quòd in nobis prohibitio est prohibitio, sincera, & virtuosa, Catholicos adornans, at in eis prohibitio exceptio est captiosa, & animi quo impugnant auersam veritatem, clarissima indicatio; latenter & patenter hęreticos exhonorans; dum malos solos nos abiicimus ex nobis, & illi solos bonos.

Tit. 3.10.

Timot. 2. 2.17.

Qui tamen ne rigorem Inquisitionis malè taxent, Doctorem legant Gentium, & Gentium educatorem, stare cui debemus, ad Titum. 3. n. 10. & 2. cap. 2. n. 17. Epistolę ad Timot. vbi serpenti morbo cancro sermonem istorum comparat. Quod si cancer talis sunt huiusmodi assertores vt cancer debeur igne & ferro vindicante, studio magno eiici à viris orthodoxis. Nam si corporis medicina in morbis huiuscemodi resecare putre iubet, ne sanum corrumpatur, & sanum quoque ipsum pręscindit, ne quid mali contingat membris aliis, quid in morbis contra Fidem, idque etiam solertissimè, non debet adhiberi; cum hęresis sit hydra, cui capite pro vno per Herculem amputato, mox duo pullulabant, donec gladio

Igne & ferro quātùm egeat hæreseos medicamen; vt

Herculia Lernęa quę hæresis est verè.

suo ignem aduertens ille addidit. Quòd si sanum non perratù cum putri detrahatur, hoc est, aliqui innocentes indignè puniantur, id parum, vel nil refert: fit enim propter animam; cum iugiter id fiat, doloribus immensis, caducum propter corpus. At meliùs, vt insontes coronentur ante tempus, quam vt corona immarcescibilis marcescat omni populo, depereat cunctis iustis.

1. Tim. 3 à principio.

1. Cor. 5. 4. 5. 6. & 7.

Sin vide quæ Apostolus prosequitur ibidem, nimirum cap. 3. scribens ad Timoth. & simul ad Corint. seuerè nimis loquens vel de homine tantummodo profluuio carnis traditu; *Ego quidem iam iudicaui eum, qui sic operatus est, in nomine Domini N. Iesu Christi tradere huiusmodi Sathanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.* Quod in cap. *Resecanda* 34. q. 3. æqualiter mandatur. Et tamen carnis vitia, quid ponderant, vel sunt, ad Fidei comparata? nisi quatenus sunt via ad Fidem subuertendam, & spiritum submergendum sub vndis præpotentibus libidinis effrenis?

Ad homines ad virtutes cogendi modo aliquo, ac freno perducendi.

Nec illud quod obiiciunt, de impetu & multitudine nationum Borealium, quibus propter hæcce duo non quadrat Inquisitio (nō enim possunt freno ob ista cohiberi) eis fauet aliquatenus, sed potiùs valde nocet, & ipsos summè ferit; qui equis se fatentur deteriores & peiores in ista obiectione; quandoquidem Rex Vates sic Deum precabatur; *In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Et Sapiens eius filius, *Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.* Vnde graphicè pro nobis sic dixit Isaias; *Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* Vbi duplici restrictione vitæ animæ necessaria, in duobus primis verbis confirmat hunc rigorem, quo pro mente delinquentiū aperienda & instruenda post dulcorem semper vtitur Inquisitorius Magistratus. Nec officit Iacobus, affirmans linguam prauam nullatenus domari: quæ enim non domatur, vt minimùm crematur, & quæ Dei laudationi seruire non disponitur, disposita & apposita cremationi iustæ est, in verbis Euangelicis Ioan. 15. n. 6. quo loci videatur B. August. tract. 81. Quæ omnia contra hæreticos tam clarè demonstrata supremò confirmantur ab vno illorummet, Georgio Schonbornero Politicorum lib. 7. cap. 18. quo multus, licet breuis, est ipse in coniuratos perduelles detegendos, & dirè puniendos. Ergo magis puniendi rebelles contra Deum.

Psalm. 31.9.

Prouer. 26.3

Isai. 28. 19.

Iacob. 3. 8.

Ioan. 15. 6.

Schonbornerus.

Inquisitio in Hebraizantes probatur vtilissima, & simul antiquissima, à Regibus illorum, & priscis Patriarchis.

20. Secundis verò, nempe Hebræis occultatis sub Christi disciplina, & post aquam Baptismalem Hebraizantibus vt priùs, tam breuiter quàm verè hoc modo satisfaciam, dicendo neque nouam, nec nouæ asperitatis Inquisitionem nostram esse, in Regno Lusitaniæ, de qua illi plùs queruntur, & pluries, quàm de aliis. Cum & Dominicus in hæreticos ante ann. 400. instituerit hanc ipsam, & sub lege ipsorummet hæc clarè

visa

visa fuerit, vel sub illis Patriarchis Dei cultus zelatoribus, in præsentis Enarrat. initio memoratis, vel maximè sub Iosaphat & Iosia Sanctis Regibus; quorum primus ad componendos Iudaicæ gentis mores, per regnum Quæsitores vtriusque fori misit, iorisdictione districtissima, vt omnia Deo inuia seuerè castigarét, & per summam euersionem conuerterent ad viam ac normam salutarem.

2. Paral. 17 à n. 6.

Secundus verò lucos & Fana idolatriæ combussit tam atrociter, vt si incideret in hæc tempora seuetitas illius, sæuitia vocaretur; multos enim morti tradidit, & multos morti traditos edoxit è sepulchris, vt redderet in cineres relicta eorum ossa.

4. Reg. 23. visque ad n. 16.

Quod ego in Lusitania circa corpora defunctorum in vno tantum vidi, exceptis, qui in carcere decedunt criminosi; hi nanque priùs dantur occultæ sepulturæ, ne foras in cognitionem erumpant sociorum, & postea illorum exuuię cremantur in propatulo. Quocirca non iocusent Inquisitionem Lusitanam, qui aliam duriorem longissimo interuallo habebát in Iudæa. Quod si Reges sub Figuris Iudaici hęc faciebant, quid faciendum à Christianis in reserata veritate? Mitissimus est rigor Inquisitionis hodiernæ, si cum illa Regum Ioda, ac pariter cum actis in nostra per Dominicum, & per Thomam à Turrecremata, præstantem ipsius filium, cuius præconia vix à limine, quæ quidem sunt amplissima, in Inquisitione Castellana dumtaxat salutauimus, vtcunque conferatur: supplicia à quibus lata, si hodie viderentur, multi certè in admirationem illorum raperentur; de quibus Paramus lib. 2. tit. 1. cap. 2. & tit. 2. cap. 2. de Inquisitiooe videatur.

Vt Inquisitio quondam dorior à sæculis antiquis.

Paramus.

His sanè Inquisitores non equidem de culpa notati & diffamati, quàm potiùs iam probati & iusti videbuntur; ac etiam opinione Ezechielis, & Hieronymi, qui ad verba illius libri hîc protinus liganda, de viris cultus Dei zelatoribus hæc explicat; ergo etiam de Inquisitoribus; Ezechiel sic profatur. *Et erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant, & requirant eos, qui remanserant super faciem terræ, vt emundent eam.* Nam quod illi mundaturi tradendo terræ corpora, hoc mundant Quæsitores hæc ipsa flammis dando; quod planè parum differt, cum olim mos vterqoe defunctis inseruierit.

Inquisitores in Oraculis Diuinis Prophetati.

S Hieron. Ezech 39.14

Nam si in populo Rom. post Syllam Impetatores incendium consumebat; quid mirum si Imperatores non Romanorum, sed vitiorom, vt omnes sunt, qui Fidem oppugnant Christi Domini, tradantur flammis acribus, de quibus Rex Propheta, *Flamma combussit peccatores.*

Incendium quonam tempore sepulchrum Romanorum.

Psal. 105. 18.

Qua in re zelator Fidei & pater Abrahamus, Inquisitoribus accedit; dum ensem & ignem simul ad filij Sacrificium in manibus portabat, vt isti portant iugiter, ad Sacrificium veri Isaac, Dei Filij defendendum. Sed & Angelus paradisi, quatenus habuit pro custodia illius ignis gladium; ac ita ferrum & flammam in vno tantum ense;

Angelus paradisi, & Abrahamus, Inquisitores vt peregerint.

A de qoo Angelo paulò infra Enarr. mox sequenti.

21. Nec negotij multùm nobis facessunt argumenta ab illis fabricata; tam hominum sine testium, sed testimoniorum ipsorum tantùm notitia punitorum, quàm Fisci, solo nomine vbique formidabilis, obiectio concinnata.

Testium copiam denegare hominibus culpatis, vt visum in scripturs.

Ad primum nanque ex quodam Iudicij Inquisitorij nauato rectè actu, à Deóque laudato in pagina Diuina, & ab omnibus communiter encomiis celebrato; videlicet, cum Daniel afflatus Dei spirito, separauit malos iudices & senes Israëlis, separatósque conuicit, ac iustè condemnauit, responsio clarè patet: *Separate illos ab inuicem procul* (dicebat Sanctus puer) *& diiudicabo eos. Cumque diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum Inueterate*

Daniel. 13. 45. & 51.

B *dierum malorum, &c.* Quo loci Laudunensis; *Separate ne mendacium simul confingant*; solent enim ex simul iunctis mendacia multa fingi; qoapropter Vates impubés notanter dixit illic; *Separate illos ab inuicem procul*; quasi procul hæcce fieri oporteat separatio; ac si aliter periclitetur officium iudicandi; quocirca superaddidit, *Et diiudicabo eos.*

Laudunensis.

Quid autem reos est ad inoicem diuidere, nisi illis cognitionem quamcunque sociorum occludere, & negare. Quæ in rebus eò Fidei plus debet adhiberi, quò crimen maius est, & quò istudmet supplicium est culpæ accommodatius. Nam cum culpa contra Fidem per conceptuum atque verborum explicationem cum sodalibus, quæ verbis atque nutibus dumtaxat potest fieri, ad alios

Criminosi diuidendi, vt meliùs fateantur.

C diffundatur, conoeniens est vt quiqui de Fide suggillati, ab omni tam verborum, quàm conceptuum exprimendorum collatione diuidantur; & insuper à Quæsitoribus terrore quatiantur; ideo enim mitis puer seuerus contra senes obscænos sese habuit; *Quia testes falsi sunt increpandi, & à iudice terrendi, vt ex hoc magis appareat eorum fraudulentia*; Quemadmodum Lyranus sub Moysis lege natus, & apprimè educatus, ad illum locum ait.

Lyranus.

Nec Dei omniscientis iudicium in paradiso ab isto deuiauit; dum distinctè criminosos, ac forsitan seorsim, de culpa interrogauit; vt crimen panderetur, & technæ soluerentur. Solet quippe veritatis lux meliùs indagari, si facinus multorom se ad inuicem testimoniis collatis protegentium,

In paradiso Deus quàm optime Inquisitorem nostrum fecerit.

D non nube contegatur, sed atra & nubes densa attenuata separetur, & separata à semetipsa ac ita rarefacta, tunc luce perfundatur, seu ista clarè & liberè à quouis videatur.

Negabunt, sicut negant, vt hebdomadas explodant, historiam Danielis; sed huiusmodi insipientiam retundam illorum alia, non parum mihi nota. Scio enim viros istos viuentes Amsteldami, & probabiliter in cunctis ipsorum Synagogis negare librum Iob, seu Iobi veritatem, diceotes, non veracem fuisse io mundo hominem, sed tantùm à Moyse fictum, quò patientiam viri iusti, & exemplar reliquarum virtutum demonstraret; quemadmodum sunt Mænalcas & Tytirus in Eclogis indocti per Poëtam, vt

De Iobi & libri eius quid pateat veritate.

per eos ille ſuos affectus indicaret. Quod quantùm ſit à vero extorte, & elongatum, non ſolùm patet ibi in primo & ſummo capite, quæ haudquaquam locum præbent tam vacuæ fictioni; ſed etiam in locis aliis ex pagina Diuina; quæ quidem, ſicut adamas eum alio elaboratur, & tedditur nitoti, latenti ſub craſſitie lapillum contegente, ſic per aliud Scripturæ idoneum teſtimonium dumtaxat explicatur, & luci qua ſub tegmine priuatur, reſtituitur; è quibus vnus Iobum ſie verum & clatum facit in lib. Ezechielis; *Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum.* Vbi etiam venit Daniel, quo veritas præfata robuſtiùs confirmetur. At ſicut illi negant perſonam Sancti Iobi tam clarè combrobatam, ſie ipſis cum maiori ratione denegandum, quidquid dixetint contra iſtam ſententiam Danielis.

Scriptura ſicut Adamas qua via elaboretur, & detur claritati.
Ezech. 14. 14.

22. Ad ſecundum Fiſci Regij faciliùs reſpondetur; ea ſola conſideratione, qua liquidò innoteſcit, tribunal Fiſci eſſe in totum ſæculare, & ab altero diuiſum Sacerdotali, ac deputato, ad ſola Fidei dubia tractanda & diſceptanda. Quamobrem cum Regalis Miniſter Fiſcus ſit, ſuccedit eius ius iniuriam ſæpe eſſe, vt inquiunt Dei eloquia; *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis; Filios veſtros tollet, & filias; agros vineas, & oliueta optima, & dabit ſeruis ſuis.* Non quod Regibus ſint iſta vel illis ſeruientibus decentia, ſiue licita; ſed quòd ita in confuſione, ambitionéque palatij, contingat frequentiſſimè.

Quàm ſæpe in iniuſtitiã iuſtitia Regum vergat.
1. Reg. 8. à n. 11.

Palatij, nempe, vbi defenſot terum pudot, eum tuber ſit, & rubor ptopterea nuncupatus, palleſcit, & ſub falee decumbit mortis pallidæ. Palatij, vbi cum vetitas ſit candida ſuapte, rubeſcit vel in Chtiſto (ſi ita dici poteſt) dum ibi fuit pallio coccineo circuntectus, & veritas velata; erubeſcentiæque inſigni coutecta, & vilihabita, percuſſa vacuo ſceptro, illuſa, & flagellata; exindéque ad Crucis patibulum ſublata. Palatij, vbi veritati prædictæ nunquam deſunt quàmmulta, & lata pallia. Vbi vera palliantur, & falſa fueis picta, pro veris oſtendũtur. Vbi ſemper de veritate, quemadmodum Pilatus dicendo, *Quid eſt veritas?* egtegiè diſputatur; & tamen nulla illius audiri vult reſponſio, ſed ad Iudæos exeundo, & malos, hæc deperditur. Imò potiùs quantùm in eo de vetitate diſputatur, tantùm viuitur de falſitate, iniqua, & captioſa; nam vt optimè adnotauit vrbanitatis primicerius Gueuara Fratet noſter, in libello quem de curiæ contemptu diuulgauit, & laudibus ruralibus; Palatij ſtylus eſt de Deo ſemper loqui, & viuere de mundo; *Hablar de Dios, y biuir del mundo*; de qua re octauo eap. (vt ſulet ſemper) loquitur. Palatij vbi ſineeritas innata magnis mentibus albeſeit, & exereſeit in fatuam opinionem; vnde Herodes Chriſtum induit propterea veſte alba. Palatij, vbi cinericeum humilitatis conculcatur, ae etiam ſepelitur, &

Palatij ethymologia, & multa illius mala.
In palatio quantùm veritas palleſcat, & plectatur.
Ioan. 18. 38.
Gueuara.
Luc. 23. 11.

A viuit ſolus tumor in cælum ctiſtas erigens. Palatij vbi eæruleum amoris Dei deperditur, & ſolus mundi tegnat. Palatij vbi ſilaceum, ſeu luteum bonæ famæ faeillimè lutatur, infamia maculatur. Vbi viride bonæ ſpei areſcit benemeritis, & vitet adulantibus. Vbi rubrum pudicitiæ ſpinis, velut roſa & naſcitur & pungitur in vitæ ſuæ curſu, quin odor boni nominis, vel color duplex roſæ, iam albicans, iam rubens, in eo frequens detur. Vbi Ecleſiæ violaceum inficitur hypocriſi. Vbi aurum Religionis breuiſſimè obſeuratur, mutatur color optimus; & lapides Sanctuarij diſperguntur circumquaque, in capite omnium plateatum. Vbi argentum puritatis conuertitur in ſcoriam; Vbi omne mundum & ſanctum B turpatur, & ſordèſcit. Vbi tandem color omnis in alium tranſmutatur, quia fictionibus politicis nunc omnia colorantur, & alia à ſe diuerſa produntur, & venduntur; peccatorum verò nigtor dumtaxar non mutatur. Et vbi manus ſæpe, vt ipſiuſmet Pilati, lauantur, non præcordia, nec manuum mala opera, vel opus, lotis manibus, vt fertur in prouerbio, id eſt, nimia facilitate, furandi, & auferendi.

Palatium, quanã mente ingrediantur frequẽtiſſimè, qui terunt eius limina.
Thren. 4. 1.
Palatium locus vbi tinguntur panni omnes, & veſtes ciuitatis.

Vnde graphicè euulgauit Alciati elegantia; *Quod non fert Chriſtus, rapit Fiſcus*, id eſt, quod Rex non aufert, hoc ſerui Regis auferunt; nam Reges vncti erant, & Chriſtus vnctus ſonat; quod quadrat viris Regio ſeruitio deputatis, qui manibus vnguntur, vt mites eſſe poſſint, & flexibiles in eos à C quibus inuocantur. Quod nobiles & docti Romani calluere, dum locum ad conſeruandas Reip. pecunias Ærarium nominabant; locum verò ad cuſtodiendam pecuniam Imperatorum, hunc Fiſcum appellitarunt. Eſt autem Fiſcus vas ex virgulis, vel ſcirpis, ſparto ve confectum, vt cophinus, & ſporta; vbi oleæ reconduntur, cum prælo ſubmittuntur; in idiomate Latino. Et Fiſcus munus eſt quo homines premuntur, & maximè impotentes potentet exprimuntur, ac validè torquentur. Quantumuis valde à Chriſto, & Rege, vel Rep. illorum Fiſcus differat; nam Fiſcus pecuniarum Regalium quædam eſt burſa, & ſactus non perrarò pertuſus ob illorum cupiditatem & auaritiam, qui ſaccum manu tenent; Rex verò atque Reſp. diuitiarum & præmiorum, D honorúmque non tantùm ſcrinium contentiuum, quàm potiùs diffuſiuum ad viros benemeritos; vt traditur per textum in L. *Mancipia.* Cod. *de ſeruis fugit.* & colligitur ex tit. Cod. *Ne fiſcus, vel Reſp.* Quocirca ſi hæc duo vel in hominum Gentilium diuerſâ iure ſunt, quid erit in Diuino, quod verſat Inquiſitio?

Vt Fiſcus apud omnes frequẽter malè audiat de auro congregando, & ſæpe compillando.
Quid Fiſcus ſit Latinè, & quæ fuerit inter ærarium, ac fiſcum differentia.

Adde, homines Hebræos vt inquit D. Tho. oblito mihi loco, quem poſtea requiſitum non potui reperire, ob mortem Chriſti Domini flagellis eunctis dignos, & inſuper, vt poſſint à Regibus illorum diuitiæ confiſcari, ac illæ quæ fuerunt vſuris comparatæ, extortæ à Chriſtianis, & quæ licitè non poſſunt ab illis retineri; ſed dominis

Hebræi quibus cauſis & quantùm Fiſco ſubſint.

antiquis

antiquis restitui benè valent, à nouísque auferri; seruato iuris ordine, quu istis semper victus, & debita alimenta exinde ministrentur; vt docet Sanctus idem; 2. 2. q. 10. 11. & 12. & quodlib. 2. q. 7. ad 3. ac pariter in princip. opusc. 21. Qua de re lib. 2. tit. 2. cap. 6. n. 8. cum sequent. de Origine Inquisitionis videri debet Paramus, vbi multa nec inconcinna reperies huius tomi. Nunc oculos aperiant, & pura mente iudicent, an suppositis his rebus, in eos sint perrigidi Hispani Inquisitores. Quos precor nihiluminus, vt solerter super Fiscum, qui sæpe iniustus est, inuigilent perpetuò, ne bonus Christi odor per illum corrumpatur; & Prætorium Fidei nostræ vtcunque temeretur, ac ideo contemnatur.

D. Tho.

Paramus.

B 23. Quæ tamen si hanc gentem, quam ego vt boni nostri initium, summè diligo ex toto corde meo, non prorsus emollierint, in ipsos ego duplici experientia cunctis nota, & forti argumentabor, quin probatum ex eis quenquam offendam verbis meis; non enim boni ex culpis malorum deturpantur, nec ego possum bonos, quos noui, malos dicere, vel malos (recti & veri vt viam sequi possim) encomiis adornare. Vtrasque scio pecudes in grege illorum esse, sed aliæ sanæ sunt, & aliæ longè morbidæ ita vt istis neque laus conueniat aliarum, nec aliis harum notæ, vel iræ iustæ causa in ipsos reprehendentes; & ad rationem ac veritatem reducere exoptantes. Experientia quarum prima hæc patet diei oculis; quod plurimi qui possunt Hispaniarum Inquisitionem vitare, & declinare, mox patriam suam fugiunt, & dulcia linquunt arua, nec volentes immurari in ciuitatibus Catholicis ad Synagogas, vbicunque sunt publicæ, se conferunt. Ergo isti nunquam fuere Fideles Christiani, nam Fideles debent aliquid, & insuper non modicum (si ita res exegerit) pro Fide tolerare; vt etiam in sacra pagina durante lege Moysis, est omnium certè rerum, quam ideo non confirmo, hęc vna vulgatissima. Hos igitur nullo tempore fuisse Christianos licebit affirmare, cum oblata occasione non tantùm ab Inquisitionis molestia se eripiunt, sed etiam, terris aliis Catholicis relictis, ad synagogas sese rapiunt. Ob quod sanè summo Dei iudicio factum puto; vt in aliquibus ex oppidis & regnis Christianis, non detur Inquisitio, & in aliquibus permittantur apertæ synagogæ quò populus Hebraicus sub Christi viuens nomine, probetur hocce modo, noscatur hocce tramite.

Hebręi Hispaniarum in duplo sunt discrimine, & quale hoc reputandum.

Cur in orbis Christiani ciuitatibus aliquibus permittantur Synagogę, homines Dei blasphemæ, & non permittatur Inquisitio, honoris Dei solicita.

Quapropter, etsi aliud non esset in hoc commodum, quàm Hebraicæ gentis medium commodiùs agnoscendi, non deberent vllo modo permitti synagogæ, in regnis quibus hodie deficiunt hæ palestræ proteruiæ contumacis. Licet aliqui Politicam & Religionem diuendentes, exemplo Synagogæ (quin eius causam noscant) Romana in vrbe habitæ, contrarium persuadeant. Quod argumentum, vt materiale, à forma longè est, informéque tantopere, vt

An Synagogæ erigi debeant in regnis his carentibus.

A nisi tantùm sibi contrarium dignoscatur. Nam plurimis quæ suppetunt abiectis rationibus, nonnulla Romæ sunt, quæ essent plus delenda, quàm aliò transferenda; & semper est sectandum consilium D. Pauli; *Æmulamini charismata meliora.* Sed faciet Dei benignitas, nec serò, in testimonium istius veritatis, vt sicut Iudęi nuper, Ministri iam sublati prouidentia, seu imprudentia, in Castella magno plausu excepti & hospitati, multa illinc de honoribus, commoditate, & prosperitate reperta diuulgabant; nunc bonis expillati iam vocibus & querelis quacunquè replent aëra; sic breui vbi morantur à Lusitano Regno profugi, & de Inquisitione illius questi, pro quęstu & feliciori statu sibi iudicent, in illud posse regredi, & subdi Magistratui, quem hodie nimis lacerant, quàm vel etiam ab illo procul, abesse à Portugallo. Vbi vnicè mercaturæ (ab aliis propter eos omnino derelictę) sunt illi possessores; & alios ibi obtinent honores non permodicos, quos patriam ne commaculem, silentio prętetibo: cum tamen Romæ, & alibi, tam minus ęstimētur, vt agant solùm in rebus, vel putidis, vel modicis, & ipsi tanquam tauri aliquibus diebus opprubriis agitentur. At volunt (vt ingenuitate loquamur congruenti) esse clarè disciplinæ Mosayeæ sectatores, & tamen quòd hęc claritas nequaquam videatur, sed potiùs vt videatur, non enim placent illa quæ testibus orbantur, & neutiquam vt supplicio promerito plectatur. C Sed ista decent eos in terra sua propria, non autem in terra nostra.

1. Cor. 12. 31.

Secunda verò experientia ex libris patens est, multorum, qui ex ipsis scribunt inter nos, quin aliquod de Christo indicium paruum proferant, vel faciant mentionem; quod mirum planè est, cum libri sint specula, & partus animarum, vbi affectus secus abditi in lucem diuulgantur. Et ne sine attestatione loquutus ego videar, auctores duos dabo, ex regno Lusitano ad alia transmutatos; nempe Medicos tam doctos, quàm viros recentissimos *Amatum Lusitanum*, & *Zacutum Lusitanum*, quorum opera cum essent Parisiis in Bibliotheca Religiosorum quadam diuite, quam decet non exprimere, D ab ipsis Religiosis (qui vt Galli in rebus istis sunt candidi, & sinceri) quęsitus de eis fui, & interrogatus qui nam fuerint huiusmodi scriptores; nam de Christo neque verbum dumtaxat protulere, imò de Deo sunt loquuti Mosayeam iuxta phrasim, modo illo à Trinitate & Incarnatione longè deuio. Itaque, quòd vel prædicti Religiosi sincerissimè opinionem contra eos sinistram concepere, nam in libris redolere Religio solet hominis, & animus lucere pręsertim in illis qui rem Medicam pertractant, & à viris Christianis in publicum efferuntur, ob similitudinem quam Christus cum Medicina magnam habet; in miraculis quæ fecit aduersus vitę regulas; in nominibus quę Medici in sacro textu obtinet; & in laudib' quas de hoc ei cantant Sancti PP. sin alitet

De scriptoribus duobus ex Hebræis qui in Regno nascuntur Lusitano, res satis ponderanda.

Medicina quid cum Christo affinitatis magnę habeat.

dicetur de libris huiuscemodi, quod dixit Augustious in Psal. 63. de patribus illorum:

S. August.

Pertulit omnes infirmos eorum, curauit omnes languidos eorum, prædicauit Regnum calorum, non tacuit vitia eorum, vt ipsa potiùs eis displicerent, non Medicus à quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquam multa febre phrenetici, insanientes in Medicum, qui venerat curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eum: tanquam vbi volentes probare, vtrum homo verè sit, qui mori possit, an aliquid super homines sit, & mori se non permittat.

Alia possem vis maioris affette in testimonium, sed nolo plura dicere, vt mea in gentem Hebraieam affectio coniectetur, & pareitas ac modestia, quam in scriptis diuulgandis oporteat obseruari. Et vt sciant, quantùm mihi obstricti in hoc remaneant, legant opus disertissimum P. Laynez Augustiniani, Prędicatoris Regis Catholici, quod nuperrimè sub titulo Ministri Christiani in lucem luce dignum eduxit gentis A aulicæ; vbi cap. 27. §. 4. multa inuenient stomachi maiotis. Qui volunt sequi Moysem, id faciant bonis auibus, qui verò dicunt Christum se colere & amare, osteodant se per omnia Fideles Christianos, abiiciántque iam procul tot sæculis damnatam, & ipsismet infractam Iudaieam pettinaciam, ac velamen quod Apostolus ex truneo illorum natus, eorum in corde noscit; ne possit nune Elias de illis, velut olim, hane facere querelam; *Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum.* Vel qood eorũ magno & intimo dolore Psaltes plorat. *Populus quem non cognoui* (videlicet Gentilis) *seruiuit mihi; in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni,* (id est Israëlitæ) *mentiti sunt mihi; filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Hoc est, crimine intet eos inueterato deliquere, & viam nunquam rectam tenere voluerunt.

2. Cor. 3. 15.

3. Reg. 18. 21.

Psal. 17. 45, 46.

AN PRIMVS HOMO FVERIT IN HÆRESIM prolapsus, vnde in foro Inquisitionis, Diuinæ subintelligo, vel etiam figuralis, iuxta titulum præassumptum, iudicari, atque supplicijs damnari teneretur. Ac quomodo Eucharistia Inquisitorem sæpe agat.

Adamus an hæreticus.

24. MVLTI, itique pereelebres videntur PP. dicere, Adamum per mulierem inductum, verbis eius, ac ideo serpentinis, defixè credidisse, ac hęresi propterea fuisse maeulatum, sub illis latitante; *Eritis sicut dij*; nam credere se Deum euadere quemuis posse, hæreseos culmen est; è quibus sunt Ignatius epist. ad Trallianos; Irenæus aduersus hęr. lib. 3. cap. 35. Tertull. in Marcion. lib. 2. cap. 2. Epiphan. contr. hær. hær. 38. Augustinus in Enchir. cap. 45. & in Psal. 68. n. 5. ac locis aliis. Ambros. de parad. cap. 6. & 21. Fulgentius de Incarn. lib. 2. cap. 22. & tandem S. Prosper lib. 2. de vita cootemp. cap. 19. sed istos in Adamo ponentes næuom hæresis, intelligi hyperbolicè ex ipsismet Doctoribus eruitur, & patet; quidquid Paramos refragetur lib. 1. de Inquisit. tit. 1. cap. 1. & Bellarmin. de statu peccati lib. 3. cap. 6. Nam & multa loca sunt eiusmodi loquentia, & alia satis elarè contrarium demonstrantia.

Ignatius. Irenæus. Tertullian. Epiphan. Augustinus. Ambrosius. Fulgentius. Prosper. Paramus. Bellarmin.

Prima quidem in Isaiæ oraculo arguente primores Iudęorum; *Principes tui infideles, socij furum*; & in Apostolo ad Philip. ingluuiem reprehendente; *Quorum Deus venter est*; ac postea ad Coloss. cupiditatẽ suggillante; *Auaritia, quæ est idolorum seruitus.* Quia & *Principes infideles*, inobedientes à nonnullis, in quibus est Bernardus de Aduent. serm. 5. (quod longè est diuersissimum) habentur, nec immeritò, cum inobedientia genus sit infidelitatis versus Deũ; B omisso, quòd adiungitur societas cũ furibus. *Socij furum*; vnde crediderim de infidelitate versus homines plus agere, in nimiis vectigalibus: non enim solùm subditi infideles sunt in Principes, obsequio cùm deficiunt, sed etiam Principes in subditos (ex mutua & reciproca membrorum, nec non capitum; & Imperatorum ac vassallorum contractu quondam inito, & sæpius confirmato) deficientes suo [illegible] neri, regimini, æquitati. Et Paulus per hyperbolem loquutus non ambigitur; quis enim ventrem voquam, vel aurum, quod est magis, vt verum Deum coluit?

Isai. 1. 23.

Philip. 3. 19.

Coloss. 3. 5.

S. Bernard.

Vt Principes & Vassalli ad inuicem veraciter infideles esse possint.

Secunda verò omnia iudicij nostri verba tam Euæ, & viri eius, seipsos excusantium, quàm Dei eos iuris forma, & tramite increC pantis. Euæ, scilicet, dum dixit; *Serpens decepit me*; Adami verò dũ non ausus deceptum se vocare, sed pellectum & persuasum per Euę blandimenta; *Mulier, quam dedisti mihi, sociam, dedit mihi de ligno, & comedi*. id est, sciens, volens, lubens, nec aliquid ignorans; ac proinde valde callens, non posse Deum esse. Et Dei tandem, dum Adamum huiusmodi coarguit; *Quia audisti vocem vxoris tuæ, &c.* non *Credidisti*, sed *Audisti* mulieris loquelam, pręcipitium tibi voce dulcisona afferentem, & maximè inferentem, mulcentem, & impelleotem ad lapsum tam funestum. Quæ omnia secum ponderans, notanter dixit Paulus; *Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit*; id est neutiquam sedoctus, nec à serpente, nec à moliere; id namque hęc negatiua piaculi exclusiua,

Cur & quomodo peccarint, Adamus, atque Eua.

Gen. 3. 12.

Gen. 3. 17.

1. Tim. 2. 14.

exclusiua, *Adam non est seductus*, ostendit satis clarè; & illa affirmatiua, ac disiunctiua valde alia à crimine consortis; *Mulier autem seducta fuit*, quu luci nobis Glossa subscribit lubentissimè.

Glossa Interlin.

Nec ubstat Dei additio, *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* Non enim hoc intelligitur de Diuinitate ab eo credita, sed tantummodo per mulieris blandirias propinata; vt constat ex prædictis; *Quia audisti verba vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, &c.* Per Euæ nempe falsa & dulcia lenocinia; de quibus illic dicitur; *Quia audisti vocem vxoris tuæ*, & tomorem suum proprium aduersus Dei mandata, de quo immediatè; *Et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes.* Vnde claret bino capite, moliere, & superbia, quorum neutrum est infidelitas, Adamum deliquisse. Et probantur hæcce duo ex lib. Eccles. dicente loco vno; *A muliere initium factum est peccati*, & supra loco alio; *Initium omnis peccati superbia.* Nec inconcinnè, cum homo vxoratus cum superbia, & vxor sit superba superbiam super omnem, de qua in Dei eloquis; *Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris.*

Gen. 3. 22. Gen. 3. 17. Vt mulier & superbia Adami culpa fuerint. Eccles. 25. 33. & cap. 10 v. 15. Eccl. 25 22.

25. Si autem à me exquiras, quid borum prius fuerit, mulierem ego puto; nam prior hæc à Deo in causa numeratur; *Quia audisti vocem vxoris tuæ, &c.* Et prior est virili superbia fœminina; de quorum primo ait B. Augustin. lib. 14. cap. 11. de Ciuit. Dei; *A minima parte scilicet inferiore illius humanæ copulæ incepit, vt gradatim perueniret ad totum, non existimans virum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori.* Si verò mihi opponas, Cur videns Adam Euam non mortuam post peccarum, tentationi non crediderit, & ceciderit nihilominus, ac illi credidisset, vt asserit hic Sanctus in verbis allegatis; cum ipso respondebo, amorem amorem Dei, & eiusmet timorem vicisse in primo homine; ac insuper timorem inflictæ à Deo mortis; & omnis prolis suæ, cum eo morituræ id est amorem fœminæ, amorem sui Domini, Creatoris, & benefactoris, amore tam dignissimi, quàm ipsum valde nuper erexerat ex limo, & humanis ac Diuinis ornarat qualitaribus. Tam maxima tentatio inermis est hæc bellua ab homine progenita, & hominem proiiciens in mortium mille genera. Nec Euæ viuæ aspectus post culpam mouit eum, vt crederet defecturum supplicium moriendi; sed amor in eandem affectum illius impulit, & amor vicit mortem. Nam amor mors est mortis in lib. Cant. *Fortis est vt mors dilectio*: nimirum, vt velut mors, & ipse mortem inferat, sed morti, quæ est eius contraria æternitati. Cum enim vnum alterius, in verbis nunc productis, oporteat esse mors, hæc mortis amor est, quæ ideo amoris telis præmittitor hoc loco, vt amor velut res superior mortem vincat. Vnde amor vincit mortem, & eius dira spicula; mors autem amoris nequic in corpore viuente vtcunque victrix esse, & ideo corpus necat, cum animam quæ sedes amoris est, non possit; quod partibus diuisis amorem simul diuidat, quem vincere non valet. Et insuper spes peccati condoandi decepit eum dubium, amoris Dei & Euæ impulsu fluctuantem; Augustinus lib. 11. in cap. supremo de Gen. literaliter; *Postquam mulier manducauit, noluit eam contristare, quia credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienam omnino interire; non quidem carnalis victus concupiscentia, quam non dum senserat, sed amicabili quadam beneuolentia; qua plerumque fit, vt offendatur Deus, ne offendatur amicus. Inexpertus enim Diuinæ sententiæ in eo falli potuit, vt veniale crederet commissum. Putauit vtrumque fieri posse, vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiam veniam haberet.* Quod graphicè per verbum non seductus, sed subuersus in serm. S. Andreæ Bernardus sic exposuit. *Vir igitur non est seductus, sed subuersus* (inquit ille) *mulieris amore. Optaret enim semper seruare mandatum, quod sibi vtile nouerat, si non mulier ei aliud suaderet; nec magnam in seruando mandato visum est pati difficultatem; sed quæ bona voluntas erat, non habuit fortitudinem, quia non habebat feruorem*; videlicet, in Deum; sed tepidus in eum, & feruens in vxorem nutabat inter aquas, tam malè calefactus, quam peiùs tepefactus. At nutans inter maria amoris Dei & Euæ; & solo, plusquam in salo hoc turbine iactatus, adinstar Iulij ad ripam exigui Rubiconis, cùm dixit *Iacta est alea* cum Eua se proiecit; cum ea magis eligens perire & simul pati, quàm pari solam sinere; & ipsi in pœnis illis, queis illa vexabatur, non socium se præbere.

S. August. Quàm mulier sit superba. Amore quantùm mors, & victus viro mulier existat naturaliter. Cant. 8. 6. Vt mortis mors sit amor, & morte quãtùm maior. S. August. Adamus cur peccauerit affectu non carnali, & tamen carnis suę vxoris prouocatus. S. Bernard. Suetonius in Iulio.

26. Cur igitur Adamus, si infidelis nunquam extitit, sub Fidei nostræ prælo Inquisitionis tribunali comprimitur, & teritur? Moraliter, quia Fidei putatur inimicus, qui communicat iodignè; vt asserit Ambrosius relatus à Pagniuo lib. 10. cap. 22. Isago. sup. Bibliam; nam si firmiter credidisset, hoc minimè fecisset. At Adamus bino modo Communionem malam fecit, contemnens vitæ lignum, & mortis fructũ edens. Literaliter verò quia ipsius vxor Eua, vt constat ex prædictis commisit crimen hæresis, at hæreseos auscultatores & quilibet fautores, de Fide sunt suspecti; per text. in cap. *Dubius*; & in cap. 1. ex tit. de *hæreticis*; quemadmodum de iusta hæreticor. punitione lib. 2. cap. 7. ostendir noster Castro. Ergo iustè Inquisitioni subiicitur Adamus; Inquisitorum nanque munus de Fidei rebus est interrogare, & disceptare; de quo Spina in Fortalitio lib. 2. versus finem; & tanquam vir notatus de hæresis auxilio, ac eius patrocinio, de culpa saltem leui, seu forsan vehementi, vt in Inquisitione moris est, debebat abiurare. Eua duplici de causa Inquisitorio Magistratui omnino subiacebat; nimirum, quia hæretica; & quia simul loquens ac tractans cum Diabolo, extiterat venefica; quarum numerus in Mattonis ab ista sic excreuit, vt

Infidelis quantùm sit communicans indignè. S. Ambros. Adamus cur suspectus extiterit de hæresi, & quiuis fautor hæresum. Castro. Inquisitorum quale munus. Venefica cur Eua, & harum quid mirabile.

vtinam Chriſtianæ extinguant quod Valerius ſcribit de Romanis, ſecundo dicens lib. *Veneficij quæſtio & legibus & moribus Romanis ignota complurium Matronarum patefacto ſcelere orta eſt. Quæ cum viros ſuos clandeſtinis inſidiis veneno perimerent, vnius ancillæ iudicio protracta, per Senatum capitali iudicio damnata centum & octoginta numerum expleuerunt.* Infandum certè malum, ob pactum & frequens actum, proh dolor! toto in mundo ac eius nationibus, cum ipſiſmet dæmoniis. Sed ſecus, nequid mali quocúnque bono careat, latenti & ſummo Dei iudicio, magnum bonum; vt ex commercio cum diabolis vbique tam pernoto, pateſcat Dei eſſentiæ inuiſibilis Maieſtas; & etiam in Euchariſtia occulta poſſibilitas; nam multa ſunt in veneficiis quæ captum noſtrum ſuperant, per ſceleſtáque ac turpia cæleſtia valde comprobant; quia cognito diabolo cognoſcitur & Deus, qui eum condemnauit; & mali ac infideles de pœnis conſimilibus monentur

Valerius Maximus.

Veneficia quaravia proficua maximopere.

A ſatis clarè; Atheiſtæ vero riſu dumtaxat digni manent.

Quàm benè autem contra iſtos tam communicantes ſub peccato, quàm patrocinantes malo hæreſis, & Euchariſtiam ad veneficia impiiſſimè ſeruantes, hic idem cæli panis Inquiſitorem ſæpe agat, criminoſos per ſe ipſum deferendo atque tradendo ſuppliciis Magiſtratuum, frequenter multæ illuſtres hiſtoriæ conteſtantur; è quibus vna claret in Regno Portugalli, Sanctarenenſi cum muliere, quæ linteo ad amatoria inuoluens Sacrum cibum, guttis ſanguinis decurrentibus, & carcere, & punitione iuſtiſſimè eſt mulctata. Rem alibi diffuſiùs Deo auſpice tradeמus, quæ tamen ſic libata ſufficiat pro miraculis io fin. Enarrat. à nobis ſemper datis; cui multa perſimilia inuenies perquamfacile; præſertim penes Gonorum familiæ Celeſtinæ, in libello quem Lugduni nuperrimè vulgauit; & apud Bzouium ad annum Chriſti 1399.



EVCHARISTICÆ



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ VIGESIMA ENARRATIO;

ET DE PARADISO DECIMATERTIA; Atque vnica de Adamo iuridicè damnato; In Figura Puniti Hominis, iustitia, & pietate.

Super Gen. verba cap. 3. à n. 14. *Et ait Dominus ad Serpentem; quia fecisti hoc, maledictus eris, &c.* Et Matth. 26. n. 26. *Accipite & comedite, Hoc est corpus meum.* Quæ n. 24. in fine associantur.

De continuatione. Numerus I.

Theatrum quàm horrendum in quo actus nostræ Fi-dei, vt dicunt, vel iudicis Inquisitoria celebrantur.



NQVISITIONE à Deo ritè & rectè in cunctis acta, iam ille ad fulminandam sententiam in primum hominè accingit semetipsum; non equidem in theatro, quod fori nobilioris in parte editiori paratur in Hispania; spectaculúmque est tam A valde pertimendum, quàm nimium formidandum, & imaginem vniuersalis iudicij præsefert: sed terræ in paradiso, quod bonorum & deliciarum cuoctarum terrenarum theatrum pulchrum fuit. Ad illud gressus nostros & oculos feramus, vt aliquid notemus, ac vtile animabus exinde colligamus.

DE SENTENTIÆ INQVISITORIÆ IN PARADISO promulgandæ præhabito apparatu, de virgáque in primis sententiam præcedente.

Virgas duas Inquisitio, & quales semper habeat.

2. 

VSTITIÆ administrandæ insigne semper virga, & tessera percelebris in plerisque nationibus politicis est habita; vnde & multæ executionem præcedunt capitalem in comitatu punitiuo reorum damnatorum. At verò Inquisitores ad celebrandum Fidei actum, vt dicunt, vel iudicium ab ipsis exercendum, duabus virgis præuiis in publicum procedunt; alia quidem Ecclesiastica, qualeuiter dumtaxat tangendo pœnitentes, absoluunt eos dulciter à noxis perpetratis, alia autem sæculari, qua capite percutiunt, adiudicántque flammis impœnitentes contumaces, vel culpæ negatiuos, aut saltem diminutos, nec crimen neque socios completè confitentes. Quod in Virga & feruescenti Dei olla Vates vidit, dum dixit 1. cap. *Virgam vigilantem ego video*; & illico post virgá; *ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.* Idque secundum Ambrosium in Psal. 38. *Vt qui virga non corrigitur, in ollam conijciatur. vt ardeat, & tabescat.* Ideo vigilans B vocatur Diuini virga Iudicis, cum olla efferuescenti Prophetæ demonstrata, quia Inquisitio amoris eius, vel etiam plus efferuens, in bonum nostrum vigilat. Sed dulciùs virga illa, quæ Virgo antonomasticè vocatur à Fidelibus; de qua lib. 12. de laudibus Mariæ Richardus à S. Lauten. in istum modum fatur. *Virga vigilans, id est, homines ad vigilandum excitans, est B. Virgo. Ergo genus hominum Deus dormitare videns, misit nobis virgam vigilantem, id est B. Virginem, vt precibus suis, meritis, & exemplis excitaret nos à somno peccati; quod fit meditando de ea frequentissimè, orando, ei seruiendo. Nullus enim per alicuius Sancti meritum excitabitur, nisi per eam excitetur. Ideo Ieremias post virgam, ollam succensam vidit, quia qui non euigilauerit ad hanc virgam, casurus est in ollam succensam, id est, in gehennam.*

Ierem. 1. ii. N. 13.

S. Ambros.

Iustitia Dei in homines misericordia quam sit plena.

Richardus à S. Laurent.

Quæ virga Virgo Mater.

Hebræ.9.4. Quæ virga cum Euchariſtia mirificè cohæret; nam in arca reſtamenti cum virga Quid virga ad Euchariſtiam. Manna erat, vt iuſtiriam & miſericordiam ligatum ſemper iri exiode notum eſſet. Quo fit, vt virga Dei in ſummitate mel cōtineat, 1.Reg.14.27 ad oculos Fidelium donandos claritate, & luce petfundendos; quibuſcum illumioatis ſi cupis hoc videte, Dauidis lege verba, di- Pſal. 88. 33. & 34. centis iſtiuſmodi; *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.* Vbi vitgam per- Vt virga Dei iuſtitiæ in ſummitate mel contineat. cutientem & in ſummitate mel habentem, facillimè reperies. Sed inſpice rem ipſam Euchariſtiæ Sacramento perpetuò vincu- Exod,12.11. latam. In figuris nanque agnus à baculos tenentibus hæc propter edebatur, quia baculus eſt virga, quæ fulcit & caſtigat, quę ſuſtioet, & cædir; debemus enim cædere, corrigeréque vitia, vt panis tam Diuini virtute ſuſtentemur; in Vaticiniis verò dici- Pſal. 22. 4. & 5. tur; *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt; Paraſti in conſpectu meo menſam*, ob cauſam nunc præfatam, quæ ibi ſubinfertur; *Aduerſus eos qui tribulant me.* At poſt 1.Cor.11.28. aduentum Chriſti & panem illius datum, nos monet D. Paulus, *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*; id eſt, virga ſe diſcutiat, vt cibo tanto dignus reddatur hocce modo.

De egreſſu delinquentium ad publicum theatrum.

3. HIs virgis quæ iuſtiriam & miſericordiam perſignificant, in Cruce de Adamus atque Eua vt prodeāt ad ſupplicium. Et vt Actus Inquiſitorius in paiulo ſolemnitate idonea exerceatur. qua ſupta oliuæ ramo, & gladio hinc inde cancellata, peroptimè ſignatis, in altúmque ſublatis, vt longe videātur, ac ſimul rimeantur à cunctis circunſtantibus, iam actum noſtræ Fidei Inquiſitoiium præcedentibus, proceſſio Inquiſitionis egreditur, ſeu pompa, delinquentibus, ac populo repleta frequentiſſimo. Qui quidem delinquentes iam plures, iam ve pauci pro tempore ſunt vario; hîc verò tantum tres, qui tamen omoes mundi inuoluunt criminoſos, & inuolutos ſecum ttahunt in publicum ſpectaculum. Procedunt vnanimiter itinere eo malo, de Pſal,118.155. quo dicitur in Pſalmo; *Longe à peccatoribus ſalus*; tam loci, & culpæ nexu ad inuicem propinqui, quàm forma diſtantiſſimi. Serpens abſque verecundia cachinnos multos fundens; at contra parens noſter cum Eua damni cauſa, rubore conticentes, & præ vultus demiſſione, nil horti vel theatri pulcherrimi, & triſtitia tunc maxima eis repleti, audentes circunſpicere. Ille dolis veſtitus, hi virtutibus exuti, & foliis palliati; dicentes ſaltem foliis quod vetbis non dice- Iob,13.25. bant; *Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam?* Ille ooxæ irremiſſibilis reatu vinculatus, hi funibus peccatorum remiſſibilium naturaliter, ad collum colligari, aieotes ſolo aſpectu hanc flebilē ſententiam, & flendo proferentes; *Funes peccatorum circumplexi ſunt nos, & legē tuam obliti ſumus.* Pſal.118.61. Non dum etenim dolentes ac verè pœniteotes commiſſæ culpæ erant, ſed lapſum à celſitudine gemiribus teſtaotes, & lachrymis inanibus dumtaxat ſentientes; vt de Adamo tantùm loquens, in ſuo lib. Auitus. 3. Auitus indicauit.

Iamque miſer factus, non dum miſerabilis ille eſt.

Ille tituli accuſatoris infamia prænotatus, vt poſtea eſt appellatus in lib. Apoc. *Accuſator fratrum ſuorum*; Apoc.12.10 hi mitra dogmatizantium non parum deturpati; quia mulier viro ſuo nefarium dogma retulir, & vir poſteris vniuerſis malitiam ſuam indidit, ac culpam ſuam tradidit. Ille flamma excandeſcenti in dæmone ioflammatus; hi cereos ſine lumine (vt in Inquiſitionis fit iudicio) in manibus, etſi tremulis, confuſibiliter gerentes: quia cera impreſſiones diuerſas in ſe recipit, ſicut ipſi tunc receperant doctrinam nouam, & falſam; lumen verò Chriſtum Dom. (qui lumen eſt de lumine) ſignificat ſuapte, extinctum tamen illis, qui ne- Vt cerens & candela quamuaide Chriſtum ſignent. gant eius legem; quem extinctum propter hoc in cera, & lino cerei ferebant nihilominus, ex eo quòd in Chriſti aduentū confidebaot. Nam Chriſtus in candella quantūlibet extincta, collucet miro modo; dum in cera exterioti externum corpus claret; non ab apibus vitgineis, ſed à Vitgine Maria, Diuini mellis ape, & Matre intemerata, compactum & fabricatum, in lino latens anima; & in lumine hæcce duo paſcente & manducante, Diuinitas quæ igne amoris calefacta, vttumque ſibi vniuit, & ampliùs non dimiſit; & quæ pariter vllatenos in cereis plùs extinctis videtur, quàm accenſis, dum ignis flamma in illis non cernitur, ſed tantùm in poſterum intelligitur; & Diuinitatis in hoc mundo non ignis viſus vnquam, ſed ſolùm mentis opera à nobis intellectus; vt in Vitginis Purificatione Seraphicus Antiſtes appoſitè obſeruauit. S. Bonau.

Quocirca cum Diuinitas diabolica inſufflatione ruente ab illis verbis, *Eritis ſicut dij*, non parum extincta fuerit in mundi Genitoribus, ſic Chriſtum deferebant, quia in illo ſic offenſo, & culpa ſua extincto, ſalutem reponebant. Si verò ad Actum Fidei Inquiſitoriè adminiſtratum, accurrit ſemper popoli copioſiſſima caterua, hanc ego concurrentem & amplè confluentem, ad ſocios deplorandos conſidero Angelotum, & hominum futurorum hunc caſum demirantium, ac lachrymis & intimo dolore conſpectantium; quos tamen (ne ſupplicium illorum demirentur, vel eos) nunc compello, vt vltro mecum veniant; nam cum viderint punitionem iuſtiſſimam, & piiſſimam, mirari prorſus deſinent.

DE

DE SERPENTIS PVNITIONE, MALEDICTIONE fulminata, & Eucharistiæ collimata.

Misericordia atque iustitia colluscent in sententia pro Aliæ culpa lata.

4. ALEDICTIONEM pro supplicio naturalis & Sathanicus accepir binus serpens. Nam cum ambo in occasionem conuenerint peccati, ambo meritò punitionem à Iudice accepere; & hanc quidem misericordiæ, iustitiæque libramine, non aliter inflictam, districtam, & irrogatam. Misericordiæ, quia gladium, quo fuerat eius filius Adamus interemptus, confregit in serpente; vt loquitur Chrysostom. homil. 17. & quia decuit hominem hoc facto deterreri, dum scandali & peccati motiuum qualecunque non mansit impunitum; quæ omnia in nos Diuinam misericordiam satis promunt. Iustitiæ verò quia, iustissimum, vt quantumuis arbitrium nullum ipsi inesset ad peccandum, esset tamen flagellatus, qui arbitrium flexit homini ad culpæ tetrum lapsum. Comburitur cum isto in pagina Diuina, etsi criminis illius sit expers, atque inscia, quæcunque inuenta bestia. Ergo serpens concrematur cum homine congrediens; & hoc priùs quàm in hominem sententia proferatur; cum ipse prior fuerit occasio præcipitij, ruinæ cæspitatio; quemadmodum per hæc verba in lib. de Paradiso notatur ab Ambrosio; *Non mireris, cur ante serpens damnatus in iudicio Dei, secundò mulier, tertiò vir. Secundum erroris ordinem, damnationis quoque ordo seruandus est.*

Chrysost.

Cur serpens sine culpa sit pœnis castigatus

Leuit. 20. 15.

Ambrosius. Iudicij quãtus ordo in primo Dei iudicio.

Et hoc nulla interrogatione, vt homini, præmissa; sed statim maledictione districta, & fulminata; *Quia fecisti hoc, maledictus eris; &c.* Quia qui irreparabiliter maledictus ex se erat, maledictionibus congruebat repentè castigari. Hæ autem tres fuere: Inter bestias maledici, vel maledictus inter eas perpetuùm remanere; *Quia fecisti hoc maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ.* Super pectus suum gradieri & pectus terra implere; *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Et inimicitias cum muliere, ac semine, & progenie illius, non aliquando, sed semper commiscere; *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* E quibus ab Auito eleganter lib. 3. describitur secunda; dum serpentis non tam gressus, quam lapsus gressus ait, quibus labitur dum ambulat; & serpit, dum progreditur, quocunquè sese conferat; ac eum semetipsum & sequi, & sinuoso assiduè flexu persequi; ex viuentibúsque vinculis constare illius corporis infaustus circunflexus; vt in vinculis incessanter suapte teneatur, qui lapsus fuit hominum, & vinculorum

Maledictiones quæ serpentis, & qualiter inflictæ.

Gen. 3. 14.

N. 15.

Serpentis cur nam gressus, non gressus sint, sed lapsus.

A peccatorum origo lachrymabilis.

Propter vtrunque reus, pedes quod fecit vterque,
Nec tibi sublimi constabit pectore vertex,
Callida sed pronus per terram corpora volues;
Vtque fuga trepida sinuosa volumina currant,
Non gressus, sed lapsus erit, teque ipse sequeris
Flexibus, & spiras viuentia vincula nectent.

Alcimus Auitus.

Sed iam istas maledictiones Eucharistiæ accommodemus.

5. Fuit prima maledici præ bestiis vniuersis. Sed peccati cur nam auctor, & operator parens noster, maledictione non persimili à Deo flagellatur, qui in criminis maledictionem incurrit voluntarie? Si sanè propter culpam, plus iste merebatur supplicium maledictum; si autem sine culpa, vt B potest absque illa decerni pœnæ malum? Respondet Oleaster; *Ad serpentem dictum est* maledictus tu; *homo vero non maledicitur, sed terra propter eum.* Maledicta terra in opere tuo; *Nouerat enim Omnipotens Deus, quod aliquando esset humanam naturam assumpturus; ideo noluit eam maledicere*

Oleaster. Cur serpens maledictus, & homo non, sed terra.

En qualiter ob Christi futuram humanitatem, & corpus assumendum ex homine aliquando, non homo, quamuis auctor peccati, maledicitur; quia certe à Christi corpore est omnis benedictio; ita vt etiam vel priorem hæc hominem ex seorsum, afficiat, locupletet; quippe qui, licet Christi amicus non tunc esset, in Christum tamen omnem C salutis suæ spem iam inde iaciebat; quemadmodum diabolus propterea quòd non voluit adorare, & præstolari hunc Dominum venturum, maledictione æterna fuit mulctatus, & damnatus; Enarr. 2. n. 13. Quod potest à contrario, Isaac similitudine muniri & confirmari; non enim Sanctum istum, cum tantus, talisque in Patribus extiterit, vt alios Patriarchas, à moriente patre suo reperies benedictum. Sed quare tantus vir benedictione destituitur, & sine dono tanto à patre derelinquitur, in vita plena cladibus, ærumnis, & angoribus suapte maledictis, à maledictione Dei præsenti obortis ac progenitis? Quia planè benedictus à Patre excelsiori in illis verbis fuerat; *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* D Benedictus autem seminis virtute sui in Christo ab ipso nascituro; quo ille non tantummodo euasit benedictus, sed & factus benedictio cunctorum populorum; *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Benedictio verò talis à Christo ponderato in Crucis & Eucharistiæ Diuino Sacrificio; quod illic in Isaaci Sacrificio præcedente benedictionem nunc productam, præfulsit magnis radiis. Nam sequitur immediate post Sacrum tale factum; *Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me bene-*

Cur dæmon cælo lapsus, & clausus in inferno.

Isaac sub patris mortem, cur non fuerit, vt alii Patriarchæ, benedictus.

Gen. 22. 18.

N. 16. 17. & 18.

dicam tibi, &c. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Ergo in actu Sacrificij hic Sanctus benedictus, cùm ligatus & præparatus ſub patris ſui cultro promptiſſimus is fuit, & Deo obſequentiſſimus; ac ideo ex Chriſtiano iam auctus & dicatus futuro Sacrificio; quaſi huiuſmodi benignitas, vt Filij ad Filium alium extiterit contractus, reciprocáque actio; ex filio nempe hominis iam aræ deſtinato, ad Filium Dei in aram proptetea deſtinandum, & poſtea concedendum. Hoc ſonant hæcce verba; *Quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, &c.* id eſt, *Filium meum tibi vnigenitum præſtabo, ad melius & atrocius, quàm iſtud Sacrificium, ex quo quidem Sacrificio benedicentur omnes gentes, & omnes orbis anguli.* Vnde ſequitur in textu; *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*; quarum vnica benedictio, & beatitudo propter hæc Chriſtianum proculdubio eſt longè Sacrificium: Ruperti ſuper Gen. lib. 9. cap. 21. pro nobis vocem audi; *Dicat quis, cur Abrahameo modo, quo Iſaac, Iacob, & Ioſeph filium ſuum, non benedixit moriturus? Videlicet, quia iam ex quo in holocauſtum Deo oblatus eſt, benedictione hæreditatem poſſedit; neque opus fuit illum ſermone conſecrare, qui re ipſa in typum Saluatoris Sanctum Sacrificium, & Hoſtia viua eſſe meruit.* Expende in noſtram rem, Abbatis tanti verba; Iſaacum re, non verbis fuiſſe conſecratum.

Sacrificiorum quis contractus inter homines, & Deũ.

Rupertus.

Re ipſa Iſaac Sanctiſſimus, non verbis conſecratus.

6. Fuit ſecunda, condemnari ad gradiendum ſuper pectus, & ad terram in ſuo pectore pro cibo recondendum, ex eo, quia homini nocentem cibum obtulit, vt mitteret in pectus; quare ſicut pro alimento nocumentum dirum attulit, ſic etiam pro edulio accepit elementum; quod ſimplex cum ſit corpus, nequaquam poteſt alere, ſed potiùs enecare, & vel in ea beſtia ad talem cibum nata, inſipidè enutrire. Moraliter hęc terra à ſerpente manducanda, eſt homo, de quo dictum eodem fuit tempore, *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Vt diaboli peccatorem ſciremus cibum eſſe, quò à peccando modo iſto mortales Deus auerteret. Ita S. Auguſtinus quem refert paulò ſupra adductus Oleaſter; ex quorum beneplacito perſpicuè nobis patet, quàm homo ex pœna Dei, peccatis ſe ſetradens, diaboli ſit eſca, & conuerſus tanquam eſca in aliti ſubſtantiam, in naturam manducantis. Sed gratias ipſi Domino, cui placuit mera gratia, in panem nobis pia donari largitate; vt ait idem Sanctus in Pſalm. 103. *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Etiam draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei, manducare vult, ſed non manducat quem vult. Habes homo cibum tuum; habet & draco cibum ſuum. Si bene vixeris Chriſtum cibum habebis, ſi à Chriſto receſſeris, cibus draconis eris.*

Gen. 3. 19.

Diaboli homo cibus, & Chriſtus cibus hominis.

Pſal. 103. 27.

S. Auguſt.

7. Erat tertia maledictio inflicta malo colubro, mulieri moliri, & ſemini mulieris inſidias inceſſabiles. Quod minimè de qualibet muliere intelligitur, nec etiam de quacunque mulieris progenie; ſed ſolùm de

A muliere, quam Chriſtus aliquoties, præcipuè in hora mortis, vt mulierem eſſe iſtam genericam conſtaret, mulierem vocauit; & de mulieris huiuſmodi benedicto longè ſemine, quod mulieris propterea, occulta & docta emphaſi, hic ſemen nuncupatur; quia ſolus inter homines, mulieris, & non hominis propago fuit Chriſtus; vt aſſerit Lyranus; & Rupertus de Trinitate lib. 3. cap. 19. & de Victoria Verbi Dei lib. 2. cap. 17. Colligitur ex ipſa Dei iudicis ſententia, dum non loquitur de præſenti, ſed ſolum de futuro; *Inimicitias ponam inter te & mulierem; & ſemen tuum & ſemen mulieris.* Vnde claret non de Eua ibidem tanquam rea comparente, & conſiſtente, ſed de muliere futura oppoſita, & immuni à quolibet peccato, hoc loqui Vaticinium. Et rectè, cum

Maria, & eius Filius in ſerpentis maledictione quàm clarè demõſtrentur.

Lyranus.

Rupertus.

Gen. 3. 15.

B oppoſitio inter ſemen atque ſemen hoc maximè declaret: ſerpentis namque ſemen, diaboli ſunt filij; & mali ex Chriſti ore; *Vos ex patre diabolo eſtis.* Mariæ verò ſemen eſt Filius Dei ipſius; *Hic erit magnus & Filius Altiſſimi vocabitur*; & ille qui vt Deus, præ cunctis bonus eſt. De qua Virgine Beata, nec illud non profatur; *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Nam quæ mulier caput tanti contriuit inimici, niſi illa, quæ progignuit Eccleſiæ ſummum caput? Mulieriſve cui calcaneo ſerpens idem inſidiatus tantùm eſt, nõ mordens aliquatenus; niſi mulieris quæ fuit puriſſima in calcaneo, abiectiori noſtri parte, quæ turpis & culpabilis eſt hominis conce-

Ioan. 8. 44.

Luc. 1. 32.

Gen. 3. 15.

Mariæ à mundi origine Conceptio immaculata.

C ptio? ſic ſentit magnus vir Guilhelmus Pariſienſ. de Concept. ſerm. 1. *Quia caput ſerpentis originale peccatum eſt, quod Maria in ſua Conceptione immaculata ſupplantauit.* A capite namque venitſt in corpus influentiæ, & à peccato originali in animam immunditię.

Guilhelmus Pariſienſ.

Huiuſmodi in figuram & ſignum petenandum, mirabile quid Deus conſeruat in ſerpentibus; vt ſi iſtorum caput fuerit à mulieris planta nuda vilatenus compreſſum, peribunt, interibunt; ſicut ait de Trinit. lib. 3. cap. 2. Ruperti aſſeueratio: *Si nuda mulieris planta caput præuenerit ſerpentis, & violenter illud preſſerit, ſtatim totum cum capite corpus repentè interit; quod nec malleis, nec gladiis ita plerumque fit; ſi quidem exciſum caput cum*

Vt ſerpens à muliere intereat ſupplantatus.

Rupertus.

D *duobus aut tribus digiticulis, viuere, & abire perhibetur.* Cui fauet non exiguè quod cum Plinio lib. 7. cap. 2. à curioſis communiter effertur, ieiuni hominis ſaliuam ſerpenti virus eſſe. O ſi caput ſerpentinum virtutis nuda planta ab aliis deſideriis tantillùm calcaremus! ô ſi ieiuni à concupiſcentiis in ipſum expueremus! Certè ipſum necaremus, vt ſæpe in multis viris Dei ſeruis viſum eſt. Sed ad Deo obtemperandum ſerpentis quodam exemplo ardenter excitemur: nam verbis & carminibus plus hominis obedit, quàm aliud quoduis animal; in pœnam, quia hominem malignis verbis ſuis à Deo ſeparauit; vt docet Auguſtinus lib. 11. cap. 27. de Gen. literaliter: quare & nos ſermoni Dei, præſertim in Euchari-

Plinius.

Saliua viri qualis ſerpenti ſit ieiuni.

Cur ſerpens incantetur plus cunctis animantibus.

S. Auguſt.

stia

stia libenter pareamus, quandoquidem Dei voci in homine priori tam malè obsecundauimus.

De mulieris supplicio, Eucharistiæ accommodato.

Cur mulieris similitudo cum Eucharistia nó excutiat.

8. NOn inuenio quid directè hinc nostro cibo afferam, sed nec ideo non reperio quid valde in Eucharistiæ similitudinem componam, ex eo quòd similitudo mulieris supplicij non multùm cum Eucharistiæ materia accommodetur. Nam bene à similitudine arcetur bonæ escæ, quæ malam viro præbuit. Sed quoties putas hodie hominibus mulierem pręstare cibum noxium? Et à cibi Sacramentalis deuotione, & sumptione peruriili hunc abducere, ac pessimè elongare? Vel vnde in isto igne tepescere tot credis, & frigore obdurescere? Et in dulcedine tam magna tristissimè amarescere? ita vt in illis, velut testa, arescat virtus omnis? Ex mulierum desiderijs, quæ animas eneruant, cum nemo possit simul & carni & spiritui obsequiom suum tradere; vel vno terram aspectu, vt dicitur de gallo & cælū conspicari. Sic olim manna prisci Iudæi inexcusabili fastidio contempsere, quia carnes primo loco vilissimas optarunt; *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe & alia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man.* Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, quin possint haecce duo ad inuicem amicari.

Quàm mulier simulatori Eucharistico sit nocens.

Psal. 21. 16.

Luxuria in Eucharistiá pergrande impedimétum

Num. 11. 5. & 6.

Galat. 5. 17.

Et infra eodem lib. *Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ; anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Sed quare viris istis in hoc secundo loco sic vilnit talis cibus, cum leuis atque vilis sit vna res dumtaxat? Quia ab anima procedit, non à corporis palato huiusmodi saturitas, & cibi displicentia; *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuiss.mo.* Anima verò non languebat nouitate qualicunque ex cibo veniente; tunc enim non ex animæ, sed ex corporis dispositione hoc ortum fuerentur; sed potiùs ex vetustate libidinum suatum hærentium illotum animis; vt constat ex præhabitis *Quis dedit nobis carnes ad vescendum?* & ad vitam nostram, adde, carnaliter ducendam; nec non ex illo loco eiusdem lib. Numeri; *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium.* Seu *super refectiones carnalium voluptatum*; vt dicitur in Glossa; non stantes per rectitudinem honestæ voluntatis, sed sedentes per reflexioné turpitudinis salacis, cui immobili quiete firmissimè adhærebant, & ideo vitæ mortem stultè præferebant, & morticinium eis videbatur edulium tam cæleste. Quid enim vitę superest vbi imperitat mors carnis? seu carnea oblectamenta, quæ mortem secum parant omnino multiformem?

Num. 21. 5.

Quàm carnis vita mors existat, & contraria sit veræ vitæ animæ.

Exod. 16. 3.

Glossa.

A nec modicè iudicium peruertunt multifariam. Hincque S. Algerus lib. 1. de Euchar. cap. 22. luxuriam super omnia huic pani restagari scribit hisce verbis; *Agnum Dei sine macula qui Virginis est Filius luxuriosi & incestuosi sumunt periculosius. Quia cum in Sacramento ei vniri debeamus conformitate Passionis & munditiei, nihil ita aduersatur passioni Crucis, vt voluptas; nihil sic animæ munditiæ vt fœditas; nihil sic eius vnioni, quam fornicariæ societatis vnitas.*

S. Algerus. Luxuriæ ad Eucharistiã quàm ingens oppositio.

9. Sed mulierem hoc in loco muliere claudamus; interrogando, cur nam mulier cum digna inuenta fuerit concipiendi Christum verbo, *Verbo concepit filium*; non æquè digna fuerit, eundem verbis suis in ara consecrandi. Ego puto, ne quæ homini adduxit malum cibum, bonum malè sui ipsius occa- B sione ministraret; dum à mulierum Sacerdotio penderet miser homo, & per illarum ministerium ex vitæ fonte mortem funestiùs compararet. Vnde mulieris Dei Matris præconia plùs se eleuant; nam mulieribus indignis, vt Christum vel Diuinis eloquiis consecrarent, hæc eum carnis suæ commercio consecrare, exinde satis patet, quia carnem sacram dedit, quò fieret Deus caro. Ex qua optima doctrina addiscant Sacerdotes consortia atque colloquia vitare fœminarum, & ea abominari; ad quod ipsi ex Deuteron. vrgentur testimonio, dum habitus muliebres in viris summè vetat; quò magis in Sacrificis, qui debent in virtutibus pro viribus à viris cuiuslibet status summo- C perè elongari.

Cur mulier Christum concipit, nó verò Christum consecrat.

Deut. 22. 5.

Mulier sanè de qua hîc, ne supplicij illius mentio prætereatur necessaria, multiplicationem liberorum, ac ideo matrem esse cunctorum damnatorum, accepit in flagellum, vt ponderat Rupertus lib. 3. de Trinit. cap. 22. Quapropter qui saluandi, perpetuò sibi caueant de peste tam notoria. Et meritò torquetur intrinsecis doloribus. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui* Quæ internis cruciatibus excruciari facit hominem; & quæ fuit suo viro internum virus eius. Cui subditur præterea ex ea ratione, quia in bello tentationis ei subiici non voluit. Vir verò tantùm pœnis extrinsecis punitur, quia D extrinsecùs per mulierem ad culpam est lacessitus, non autem à semetipso interiùs prouocatus. Rabanus apud Glossam.

Mulieris quæ pœnæ.

Gen. 3. 16.

Cur mulier interioribus, & vir exterioribus sint pœnis castigati.

Rabanus.

De prima pœna hominis, ad verba subsequentia; Maledicta terra in opere tuo.

10. NOn terra, neque homo hoc loco maledicitur, sed terra tantùm in opere & hominis labore, ac perpeti cultura; vt licet hæc præcederet, ingratè responderet, exiles fructus redderet. Vel terra maledicitur in opere & peccato parentis criminosi; quia propter mala opera maledicitur peccator, & maledictionem sempiter-

Vt terra maledicatur in opere peccatoris.

Hieronym. Aquila. Lyra. Theodotion.

nam arbitrio suo comparat. Hine legitur ab Hieronymo in qq. Hebraicis *Maledicta terra in operibus tuis*; aut *Terra propter te*; vt Aquila transcribit; & Lyra cum Hebræis ad istum locum habet; sed clariùs Theodotion, *Maledicta terra in transgressione tua.* Quod percutit clarissimè neotericos hæreticos, qui opera insectantur, & iustitiā Dei in homines ostendit, ac corroborat; dum hominem ex operibus permittit maledici, non autem à semetipso benefactore naturaliter, punitore verò minimè maledictionem deriuari; qui nusquam in Scriptura, vt istud magis pateat, alicui maledicere notanter offenditur, vt ad Galat. cap. 3. Hieronymus obseruat; cum tamen multæ eius benedictiones pientissimæ sint ibi sæpe obuiæ. Nisi forsitā passiuè ob culpas à se actas maledictum à Deo hominem dicamus indirectè: hoc enim verum est, & summo iure plenum; nam si terra maledicta in opere est illius, cur non ipse maledictus ex operibus suis propriis, malignis, & teterrimis?

Hieronym. In scriptura benedicere, non autem maledicere Deus clemens inuenitur.

Ex operibus maledictis, & homo maledicitur.

At verò terra in opere ab homine exeunte, non autem in fructu ab ea nascente & prodeunte punita & maledicta; quoniā primi terræ fructus sunt panis, atque vinum, quæ in Eucharisticū hęcce erat Conuiuium præbitura. Si enim propter aliud, quòd homines ablueret, nequaquam fuit aqua, vel directè, vel indirectè per Deum maledicta, cur terra à maledictione ob altius Sacramentum, & ob frumentum fructuum omnium nobilissimum, & felicissimum, huic Sacro attribuendum, immunis non existeret? De primo sic in Glossa relatus Alcuinus: *Quia in aquis erat peccatum abluendum ac fructu terræ contractum, ideo aqua non maledicitur.* De secundo D. Tho. adductus à Pagnino lib. 10. cap. 39. in Isagoge super Bibliam; *Benedixit, ac fregit, videlicet, panem terræ fructum; vt indicaret Adæ maledictionem, de qua scriptum est,* Maledicta terra in opere tuo, *per Christum fuisse remotam.*

Cur terra a maledictione & aqua sint immunes.

Alcuinus.

D.Tho.

De secunda hominis pœna ad verba quæ sequuntur; In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Gen. 3. 19.

11. TErra igitur in cultura & vbertate castigata, nunc cultor in hac cura difficultatibus exercita, quæritandum circa victum mulctatur corporali; *Vt in cibo puniatur, qui peccauerat in cibo; & vera sit sententia; per ea quæ quis peccat, per ea flagellatur;* Sic pinguis atque lucidus in literis Diuinis Lusitanus Oleaster. Moraliter hic panis est cibus Eucharisticus; vocatur quippe noster, *vesceris pane tuo*; At panis corporalis non adeo noster est, iumenti quantùm nostri, id est humani corporis, vt ponderat

In panis cur sudore Adamus vapulauit, & qualis panis iste.

Oleaster.

A Palatius Matth. 6. capite. Iumentique sic nostri, vt panis abundantia iumenta nos efficiat, quemadmodum Chrysologus de pane quem diabolus petebat ex lapidibus scribit in hunc modum; *Signum panis petit, qui signum ieiunium pertimescit; signum panis petit, vt ieiunium tremendum sibi refugiat. Panem malus ingerit consolator, vt virtutem mutet, vt propositum violet ieiunantis.* Quid etenim est virtutem mutare, nisi hominem in pecus transmutare? & metamorphosi non poëtica, sed Prophetica, in irrationalia conuertere animantia? dicente Rege Vate, *Homo cum in honore esset*, nimirum Paradisi, & cibi tam multiplicis, de quo ipsi dictum fuerat; *De omni ligno comede*; *non intellexit* (inquit Psaltes) *Comparatus est iumentis insipientibus, &* B *similis factus est illis*; ex cibi redundantia. Quare panis indigentiam meliorem putat ibi. Et Zeno de ieiunio, huiusmodi se habens: *Quid pœnam delitias facimus? quid condemnationem ducimus voluptatem? Expulsi sumus de paradiso, quia non ieiunauimus; ieiunemus nunc, vt ad paradisum reuertamur.* Vnde qui ingurgitantur gulosa exuberantia, & abundantiæ conuiuali frequenter se se tradunt, exhilarantur in suppliciis, & de inflictis sibi pœnis, iudicio exorbitanti dulcedines venantur, exsugunt oblectamina.

Palatius.

Chrysolog. Cur dæmon signum panis à Christo postularit.

Psal. 48. 21.

Gen. 2. 16.

S. Zeno. Ieiunium ad paradisum directa prorsus via.

12. Hic ergo panis noster, vt ait Augustinus ad Psal. 138. Hic vescendus cum sudore & amarore pœnitentiæ, vt asserit perspicuè Eucherius in hunc locum. Hic qui fuit in deserto egentibus concessus, non otio dif- C fluentibus; Ambrosij iuxta mentem in 9. Luc. cap. Hic tandem qui non malè, quantumuis prima facie contrarium videatur, sub arcti panis nomine, & aquæ breuis voce promittitur à Vate; *Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem; & non faciet auolare à te vltra Doctorem tuum; & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum* Præceptor nanque panis est noster in quo Christus, Vaticinij vi alterius, in lucem mundi datus, occultus continetur; continebitùrque vsque in mundi finem illum, de quo in Matthæi verbis; *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi.* Hîc verò panis arctus, non quia non sit vitæ largissimum alimentum, sed quia solum viris arctatis & præcinctis ad opera & labores honestos D subeundos, & ad pugnandum atque vincendum paratis & dispositis, à Deo distribuitur; *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei*; de quo pane sic Cyrillus elucidans Prophetam; *Panis igitur & aqua viuifica, Christus est; sed cum labore & sudore inuenitur. Magna enim bona & eximia non percipiuntur ab iis qui iacent, & deliciantur.* Bene arctus talis panis, cuius aqua, qua subigitur est sudor frontis hominum.

S. August.

Eucherius.

Ambrosius. Pugnantiū & laborantium est cibus Eucharistia.

Isai. 30. 20.

Matt. 28. 20

Apoc. 2. 7.

S. Cyrillus Alexandr.

13. Hinc additur de hoc pane in ipso sensu mystico; *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Non enim verbum *Donec* est pœnæ declaratio, sed pœnarum & afflictionum tā moraliter quàm literaliter suprema terminatio; seu in sensu literali punitionis

cum

cum optato iam fine consummatio; & in morali mortificationis ac perfectionis resultantis ex cogitatione mortis nostræ, vberior coronatio, qua hic panis manducatus proficuus est summopere. De literali sic

S. Ambros.

Ambrosius de Fide lib. ait; *Habet pœnarum ferias, quia aduersus spinas & solicitudines mundi huius, mors pro remedio data est, quasi finis malorum; non enim dixit*; Quoniam audisti vocem mulieris, reuerteris in terram; *hoc enim esset pœnalis sententia; quemadmodum est illa*, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi; *sed dixit*; Manducabis panem tuum in sudore tuo; donec reuertaris in terram de qua sumptus es. *Viden mortem magis esse metam pœnarum, quam cursus vitæ huius?* Quare dixit de diabolo in de-

Non adeo pœna mors, quam pœnæ terminatio.

S. Bernard.

B clamationibus Bernardus, nequaquam in suis pœnis habere *donec* aliquod, nec terminum, vel finem, sed sine fine vllo perpetuos cruciatus. De morali verò ita intelligenda sunt hæc verba; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus est*. vt in labores omnis generis, & in mortis meditationem scindatur mens illorum; hæc autem sit laboribus omnigenis vberior, & longe fructuosior, quam homo cum contigerit, euadet (quantum patitur humanitas) perfectos, & fructibus pro virili spiritus ditatus; nam sicut terra in elementis prouentus sola reddit, sic & terra mortis nostræ assiduè cogitata singulariter producit hos redditus internos; non quod aliæ cogitationes priuentur vbertate, sed quod nulla sit tam vber, & vtilis ac seruiens pinguedini animarum.

Mortis memoria quam sit ferax, & fructibus opima.

C 14. Vlteriùs, quia Fides virtutum est fundamentum, substantia, basis, radix; mors autem radix Fidei, & eius sustentaculum. Nam qualis foret homo, si fragilis ad peccandum, & immortalis ad viuendum natura sua foret? nil crederet, nec cogitaret de vita meliori, nec vita dignum aliquid, sed omnia morte digna perageret in vita; quod nec Dei integritati, nec mundi vtilitati vllatenus congrueret. Vnde vitæ & innocentiæ statu promicante, iam Fidem mysteriorum credendorum ligni duplicis, miraculis insignium, ligauit morti Deus; *Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quacúnque enim die comederis, ex eo morte morieris*. Vt articuli vtriusque maneret Fides firmior, & caderet difficiliùs; non tantùm in manducando de ligno mortis fonte; sed etiam in comedendo de ligno fonte vitæ; de quo alibi explicaui præhabitam sententiam *Ex omni ligno paradisi comede*; nam multùm vitæ cibo subseruit mortis timor, quò aptiùs & decentiùs à nobis manducetur & firmiùs cibi tanti præstantia conseruetur. Firmatur à figura præscripti in lege agni, qui ad vesperam, sub noctem, à viris expeditis, accinctis, & cum baculis quotannis edebatur; qui à viris tanquam in vitam æternam transitutis, &

A morte Fides pendet, & quantùm morte vita perennis defendatur.

Gen. 2. 16. 17.

D

Eucharistiæ mortis timor quam seruiens & proficuus.

Exod. 12. 7. & 11.

A tanquam summo in vespere ac fine constitutis, non tantummodo quotannis sed quotidie morituris, festinanter cum huiusmodi cogitatione deuorari oportet Agnum Christum; quemadmodum Chrysostomus hom. 52. scribit in Matthæ. Antoninus 1. p. tt. 14. §. 7. Bernardinus tom. 4. ser. 39. p. 2. Nec quidem sine causa. Si enim mortem Deus, & omnimodas ærumnas, in libidinis, nec sic subiugatæ à nobis frenum, misericors imposuit, vt Sanctè & scitè tractat, Rupertus lib. 3. à cap. 24. de Sancta Trinit. vbi pariter pro hac, vel ab Ethnicis comprehensa, Diuina prouidentia, Virgilium lib. 1. Georg. testem adhibet;

Chrysost. Antonious. Bernardin. Rupertus.

—— Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primúsque per artem
B
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec corpori grauis passus sua regna veterno.

Virgilius.

Quid facerent sublatis laboribus & morte, salacissimi atque simul superbissimi mortales?

15. Quare, siquidem non possumus duabus viis ingredi, & duabus vitis minus; nec dominis duobus ex æquo deseruire, aut præsenti aut futurę debemus vitę mori. At præsenti moriamur, si viuere exoptamus; nam ex morte vita nascitur in hac Adami pœna *Donec reuertaris in terram*, vt velut semen iactum, iuxta Apostoli sententiam, resurgeret ex ea; quo loci sic Procopius: *Hic resurrectionis seminat spem; si enim te in rerum exordio ex terra accepit, inde te in nouissimo recipere poterit; quapropter dixit; in terram reuerteris*, C *ne penitus euanescas* Ita vt tandem modus ille naturaliter dispositus, quo ortus mortem præit; *Tempus nascendi; tempus moriendi*; spiritualiter semper sit hominibus inuersus, vt Basilius in serm. testatur de Baptismo; *Ille certe de generatione & corruptione disserens, corpoream naturam sequens, generationem & natiuitatem morti præposuit. Ego verò de generatione spirituali verba facturus, mortem vitæ prapono. Per hoc enim quod carni morimur, contingit nobis vt spiritu generemur Iuxta quem modum dicit etiam Dominus*; Ego occidam, & ego viuere faciam. Moriamur igitur, vt viuamus.

Eccles. 2. 14. Matt. 6. 24.

1 Cor. 15. à n. 36

Procopius.

Ex morte vita oritur, & resurrectio surgit optimè.

Eccles. 3. 2.

S. Basilius.

Mors vitæ vita quomodo.

Deut. 32. 39.

Nec à nostro Sacramento aberrat hæc locutio, cum idem Sacramentum sit etiam Sacrificium, cui spiritus contribulatus ex D natura sua propria, immediatè copulatur; *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*; Quod Gregorius de Eucharistia explanat in hunc modum lib. 4. dialog. cap. 59. *Necesse est, vt cum hæc agimus nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus. Tunc verè pro nobis hostia erit Deo cum nosmetipsos hostiam fecerimus*. Et Paschasius de Euchar. cap. 21. *Quem calicem cum bibimus, quid aliud quàm mortem Domini annuntiamus? Idcirco necesse est vt vnusquisque prior moriatur huic sæculo; quia sicut nemo nisi sepultus mortem nuntiat, ita nemo exinde vitam sumit, nisi resurgens in nouitate vitæ ambulet.*

Psal. 50. 19.

S. Paschas.

DE QVADAM RE MIRABILI POST HÆC in Scriptura à Moyse memorata.

16.  NTER pœnam præcedentem, & proximam sequentem, quam illico explicabo, de homine flagellis nō paucis verberato, scribit Dei Chronologus, sumpsisse sibi tempus, tam triste, quàm multimodis angoribus innexum, & cladibus vallatum, vt nomen daret fœminæ, quam Euam, siue matrem viuentium nuncupauit; hoc enim sonat Eua; quantumuis non tam mater, quàm nouerca atque peremptrix viuorum iam tunc esset; quod sanè vt demirandū, responsis sic mirificis, & variis enodatur. Rupertus de Trinit. lib. 3. cap. 26. per superbiam & peruicatiā, ac proteruiam contumacem Adami factum hoc, qua viuū se, & Euam conspiciens post peccatum, vt pœnam à Deo mortis illuderet impactam, viuentium matrem suam consortem nominauit, verissimum opinatur. Quæ sententia plus mirabilis, quàm probabilis, & quamplurimis à nobis sæpè dictis (quapropter illam mittimus) videtur consentanea.

Adamus cur post culpam viuentium matrem Euam sit ausus nuncupare. — *Rupertus.*

Secunda contra tendit, nimirum per ironiam viuentium vanum nomen, mulieri iam mortis imperio subiacenti, ac ipsum sentienti prudenter indidisse; quam partem tenet Philo in lib. quem inscripsit *Quis rerum Diuinarum hæres.* Nec ratio & ratificatio obsistit Sacræ paginæ; *Eo quod esset* (seu futura esset) *mater cunctorum viuentium*: Eodem nanque modo hoc potest explicari, quod fuit nempe, ironicè prolatum & affirmatum; nam vita culpis mortua, plùs censenda mors, quàm vita, cum anima sit nostri, cunctarum pars nobilior peccato trucidata; vt sæpe docet Paulus, & P. P. atque ratio in rebus valde pollens. Quamobrem in tali statu viuentium matrem dicere peccati ipsius causam, cum risu eandem erat vocare matrem mortis, & omnium qui potestati subiiciendi mortis essent.

Philo.

Tertia verò per Prophetiam & solamen Euæ culpæ acerbitate perturbatæ, hoc nomen ei dedisse; vt matri illius Matris, quæ pareret Dei Filium, quæ gigneret Saluatorem, quæ ederet salutem, & vitam sempiternam; cuius quidem fuit Eua ænigma singulare; nam ænigma aliud est, quàm esse demonstratur, & sæpius res inuersa illius quæ putatur. Sicque Eua Matris Virginis ænigma satis clarum; nam Eua inuersis literis conuertitur in *Aue*, & *Aue* Matris Dei tam proprium nomen est (ac illa cum qua Deus est præsens incessanter; hoc enim sonat *Aue*) vt Angelus omissa *Mariæ* voce celebri, vocarit eam *Aue*; quod ponderans Ecclesia, huiusmodi inuersionem, & Euæ mutationem propitiam & vtilissimam assiduè pro Fidelibus in hymno deprecatur:

Vt Eua Aue Maria ænigma clarum fuerit. — *Luc. 1. 28.*

Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace
Mutans Euæ nomen.

De quo felici ænigmate in Aue Matre Dei impleto & commutato, sic ait Epiphanius hær. 78. *Eua facta est mortis causa hominibus, per eam enim ingressa est mors in mundum. Maria verò causa vitæ, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei accessit in mundum*, & vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia; *& vnde facta est mors, illinc processit vita, vt vita pro morte fieret, & qui per mulierem nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Hæc est quæ per Euam significatur, quæ per ænigma accepit, vt mater viuentium vocaretur. Illa enim mater viuentium vocata est, etiam postquam audiuit*, terra es, & in terram reuerteris. *Mirum valde, quod tunc temporis magnum cognomen habuit; & secundum sensum quidem ab illa omnis hominum generatio genita est in terra; hîc autem verò à Maria mundi hæc vita genita est, vt viuentem gigneret, & facta est mater viuentium. Per ænigma igitur Maria mater viuentium appellata est.* Nec viuentium mater minor Sanctissima Eucharistia, quemadmodum Augustinus 12. contra Faustum scribit huiuscemodi; *Ecclesia, quæ de viri sui latere facta est, Eua, id est, mater viuentium vocatur. etenim Dominus dicit in Euangelio*: Si quis non manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam. *Et econtra qui sumpserit debita cum præparatione, vita fruetur æterna* En vita solùm data per istud Sacramentum ac proinde vera mater viuentium vniuersorum.

S. Epiphan. — *Viuentium mater Eua, in gratiam Aue Maria ab ortu mundi dicta.* — *S. August. Eucharistia mater viuentium.*

De pœna hominis tertia, ad verba immediata. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait; Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.

D 17. FAusta Deus in præsentiarum collapso patri nostro ironicè precatur, seu de Christo genitori eidem assimilando, & assumpturo carnem eius, iam nunc vaticinatur: fortassis quia ille hoc bonum tam optabile optauerat, & suspicauerat eodem prorsus modo; & in Euæ suæ nomine viuentium ab eo mater recenter nuncupatæ, per ironeam prophetauerat; vt ipso tandem filo quo inierat virtutem, hanc sanè ab æquo Domino completam, & via tunc eidem consentanea, haberet consummatam; sicut cap. 14. de paradiso terræ agens, Ambrosius Sanctus tetigit.

Adamo Deus vt exoptauit secundum eius pœnitentiam propitius demonstrari. — *S. Ambros.*

Multa nanque beneficia fuerunt hisce pellibus

Adamo quænam bona col.a ta ex veste pellium.

pellibus à Deo primo homini liberalissimè concessa; ne frigore conueniente ad mortem quateretur; ne pudore viros probos scindente, vexaretur; ne ve ardore illo, ad quem nuditas impellit, assiduè vastaretur; & multis pio nunc missis, vt memoria mortis suæ Augustini iuxta mentem, perpetuò feriretur; ac tandem vt eo medio, de mundi Redemptore futuro, & deuenturo, in

Isai. 38 21.

catné certiori notitia vestiretur. Sicut Venetus in Harmo. Cant. 2. tono. 4. cap. 14. Ezechiæ restitutam per ficorum massam quandam corpoream sanitatem, & Adami nuditatem contectam fici foliis considerans, sic ait: *Potuit quidem Isaias massa de-*

Venetus.

ficu [illegible] Ezechiæ opitulari; quoniam peculiaris erat Regis illius plaga; sed ad tegendam nuditatem protoplastorum mundi, folium fici non suf-

B

fecit. Hinc Deus clementissimus miseratus humanum casum, amoto tegumento ex fici foliis con-

Cur Ezechias ficorũ massa sit optimè curatus, & Adamus fici foliis sit pessimè contectus.

suto, & accepta tunica pellicea vestiuit eos; tunica vtique confecta ex pelle Agni illius, qui sustulit peccata mundi. Qua veste Diuina clementia non modo texit nuditatem primorum parentum, sed omnium, quos adiudicauerat dignos illo tegumento; quam vestem nec lex præstare poterat, nec Sacrificium, nec Sacerdos quispiam; nisi ille, qui Sacerdos, Hostia & Agnus existens, occisus fuit pro omnibus ab origine mundi, vt omnibus prodesse posset.

Ex Agno Christo pelles Adami sunt desumptæ, & pelliũ quæ præconia

Hæc omnia pelles illæ; è quibus duo clarent. Primũ sanè magno honore Adamum affectum esse in pellibus per manus Diuinas concinnatis. Vnde etiam nunc Doctores; Canonici; atque Præsides; & Reges,

C

necnon quondam Romani Senatores, vt habitu decenti, in toto, vel in parte, ornantur veste pellium; quemadmodum Bolducius lib. 1. cap. 1. & cap. 13. de Ecclesia ante legem, appositè obseruauit. Cuius veritas, vt minimum, in Canonicis Gallicanis, comperta mihi est; dum gestant pro capucio quod nostri *Murcem* vocant, à brachio suo læuo demissas quasdam pelles, maiori, seu vt puto dimidia parte anni; nam alia mutant pelles in murçã inconsuetã. Et fortassis hinc suprema Sacerdotum vestis illa, cum seruiunt in Ecclesia, *Superpelliceum* nuncupatur; ex eo quia pelles Adami super omnes feruntur mundi vestes. Secundum verò Adamũ hoc tegmine pelliceo respectu primi status fuisse proculdubio honore exauthoratum, & adhuc claro infamiæ insigni prænotatum; quia in pellibus sui criminis portabat vilem habitum, & notam satis notham, degenerem, & illegitimam, pro ingenuitate præcedente, & tempore, in quo legitimus extiterat Dei natus.

Bolducius.

Superpelliceum cur sic dictum.

Vnde Saccus benedictus pro viris pœnitentibus inuentus, & vocatus; & qualis eius fuerit progressus, & perfectio.

18. Tunc ille à primo mundi Inquisitore Generali, Sacco fuit benedictio veraciter indotus; tum pro culpæ iam commissæ dedecore exprimendo, & iustè sustinendo; tum pro vitæ corrigendæ memoria conseruanda; vtrique namque rei inseruit hæcce tessera, quæ à pellibus Adami initium capessiuit. Quem saccum viri quiqui post illum suscepere, qui pro agenda pœnitentia se saccis induere; donec tandem pœnitentia

A

cum Ecclesia renascente, ita initio primitiuæ increbuit eius vsus, vt non solùm peccatoribus pro pœna vestiretur, sed vltro frequentissimè à multis sumeretur; quoúsque tractu temporis feruore hoc consopito, seu penitus extincto, cum Inquisitione fuit iterum ad lucem suscitatus, atque *Saccus benedictus* & in Hispania *Sanbenito* communiter vocatus; quia in Ecclesia primitiua benedici moris erat; de quo agitur in 1. Concil. Tarracon. in Conc. Tolosan. anno nostræ Redemptionis 1229 & in Biteren. paulò pòst ad cap. 26. quibus lege cautum est, vt sacci qui ab ineunte Ecclesiæ pueritia, quò luctum pœnitentiũ expressiùs denotarent, dumtaxat nigri erant, coloris crocei duas in pectore & in tergo assutas Cruces ferrẽt;

Saccus olim benedictus coloris nigri, & crocei, cum Crucibus directis, & aliquando sine Crucibus; nunc croceus atque ruber cum Crucibus obliquis, & quare sic portetur.

B

vt tam aduersi, quam aocrsi, sic meliùs innotescerent; & dedecori maiori, terrorique existerent. Quarum tamen Crucum loco, vna tantùm sæpesæpius eiusdemmet coloris in anteriori parte sacci, ab illis qui de Fide suspecti, & non conuicti, portabatur quędam linea, qui saccus ab affectu dimidiatus dicebatur. Sed hic saccus dimidiatus ab vsu iam recessit; & qui olim niger fuerat cum Cruce bina crocea, hodie causam propter ipsam, vt meliùs agnoscatur, iam croceus totus est, & Cruces eius rubræ. Quæ quidem, vel sub tempore Conci. Biteren. directæ, Cruces erant; nunc verò sunt obliquæ, transuersæ & decussatæ, post tempus Eymerici, qui fuit vir egregius Dominici instituti, & in regnis Aragoniæ Quæsitor

Eymericus Aragoniæ Inquisitor quidnam fecerit, in sacco benedicto.

C

Generalis; qui que Crucibus directis ablatis, & sublatis, has velut S. Andreæ, ex tribus rationibus substitui primus iussit. Prima sanè, ne pœnitentes ad vomitum reuersi, exuentes saccos ipsos & eos conculcantes, vt accidit non rarò, calcarent Cruces veras. Secunda, vt Crux obliqua exteriùs signum esset interni & praui animi, quo antea laborauerant, vt qui à Fidei rectitudine non parùm declinarant, Fidei signum quod est Crux, decliuem & tortum gererent. Tertia verò vt S. Andreæ testarentur Cruce illa, se Sancti eiusdem Fidem in posterum proponere firmissimè seruare; nempe Fidem, Iesu Christi, cuius articulũ hic Apostolus in symbolo composuit, vel saltem ei compositio illius attribuitur; *Et in Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum.*

Cur in sacco benedicto portetur Crux Andreæ.

Rom 10.4.

D

Quò in Christum sic credentes seruarent omnem legem; *Finis enim legis Christus, ad salutem omni credenti*; Et ille, qui se Alpha vocauit, & Omega, ac iterum se principium & finem nuncupauit, & qui etiam sicut medius in Triade est Sanctissima, sic omnia Trinitatis mysteria in se connectit, & vnicè conseruat.

Peccatorũ comburendorum qui sacci, resque aliæ.

At verò qui famosè in Fidem delinquebant, in pileo Crucem aliam antiquitus gestabant, & mulieres in velo; quibus hodie mitra infamis imponitur in capite, quas deferunt ad rogum; & saccos non iam Crucibus, sed flammis nigricantibus, depictos antè & retrò; & in parte anteriori imagines delinquẽtium habentes inter flammas, cum

subscriptione ignominiosa suorum delicto-
rum. Qui sacci non comburuntur cum mi-
seris combustis, sed vt mortui semper vi-
uant in hominum ignominia, in templis ce-
lebrioribus perpetuùm suspenduntur. Nec
caret hocce factum exemplo in Sacra pagi-
na; cum thuribula ducentorum quinqua-
ginta combustorum in laminas Deus iusse-
Num.16.39. rit produci, & dilatari, affigique altari; *Vt
habderent postea filij Israel quibus commonerentur*; ac dicitur in Num. & in cap. *Denique* §.
Iosuæ.10 26 *Thuribula* 7. q. 1. in cap. *Mandamus*. 19. q.
3. & in cap. *Mulier*. 15 q. 1. & illos quinque
Reges stipites super quinque suspenderit
Dux Sanctus, qui solo verbo suo frenare
Solem potuit, & omnem cæli machinam;
vnde morē talem hausit Inquisitorius Ma-
F. Ioan. Marquez. gistratus, iuxta mentem Ioan. Marquez in
Gubernatore Christiano. Species vltra
quas est alius saccus adhuc, nec Crucibus
nec vultibus, vorantes inter flammas, de-
pictus damnatorum, sed flammis sine ad-
dito, quo illi vestiuntur, qui ad ignem iam
proscripti proficuè resipiscunt.

19. Pelliceo sacco ergo indutus homo pri-
mus, in Agnum pelle sua Fideles contegen-
tem iam credere iubetur, & tacitè impe-
S. Bonau. ratur. *Nec male, quia Patris æterni Sapientia
Vt vna fit Adamus Diuinis ex Personis. appetitorem Sapientiæ reparare debuit, & occasio fieri salutis hominis, qui occasio fuerat ruinæ
eius; quia homo appetendo scientiam Diuinam,
quæ Filio appropriatur, cecidit*. Ita S. Bona-
uent. lib. 4. cap. 6. Comp. Theologici; quod
Tertullian. attigerat Tertullianus lib. 2. cap. 25. ad-
uersus Marcion. *Ecce Adam propter legem deditus morti est, sed spes eius salua facta, dicente
C Domino*; Ecce Adam factus est tanquā vnus
ex nobis; *De futura scilicet adlectione hominis
in Diuinitatem*. Quæ adiectio facta est per
Christi humanitatem; mortuorum nanque
pellibus se texit animantium, quando ha-
bitu mortali inuentus est vt homo; & in si-
militudine carnis peccati, suscepit nostrum
Philip.2.7. corpus. Tunc pellibus Esau indutus Iacob
fuit, qui benedictionem à Deo Patre homi-
Rom. 8.3. nibus obtinuit, per medium istarū pellium;
& quod Deus per ironiam hîc dixit patri
Gen.27.16. nostro; *Ecce Adam factus est quasi vnus ex
nobis*; in parentis pòst hoc Filio verissimè
est impletū. In Christo quippe homo quasi
vna ex Sacrosanctis Personis verè fuit; non
quasi, & similitudine assimilata tantùm prę-
D ditus, sed *quasi* & naturali substantia vnum
quid factus; talem etenim in Ioanne vim
Ioan.1.14. habet verbum *quasi*; *Et vidimus gloriam eius;
gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ
& veritatis*. At bene Christo cedit, quod di-
citur de homine; *Sciens bonum & malum*. Bu-
tyrum nanque & mel comedit apud Vatem,
Isai. 7.15. *Vt sciret reprobare malum & eligere bonum*. Vl-
Hebr.4.15. teriùs, quòd *Tentatus per omnia fuit ipse, pro
similitudine absque peccato*. Nec tantùm Ada-
mi hæcce cum Christo assimilatio deduci-
tur ex loco præsenti tam percelebri; sed &
Magna in hominis creatione notitia Trinitatis. Sanctæ Trinitatis mirabilis cognitio, di-
stinctio, & intellectio; non enim Deus ad
Angelos sibi impares sic diceret; *Ecce Adam
factus est, quasi vnus ex nobis*; Cum desinitio

A ad infinitum in vera Philosophia proportio
nulla detur; nec possint vnumquid cum Deo
suo fieri, qui facti sunt ab eo. Præcipuè cum
& dæmon sic fuerit præfatus; *Eritis sicut
dij*; Non autem sicut Angeli.

20. E quibus benè constat, quam valde in
ista pellium inflicta pœnitentia, Dei Filio
assimilatus euaserit vir terræ; quandoqui-
dem non tantum ad eum appropinquauit,
sed etiam propinquissimo & intimo liga-
mine duarum naturarum in vnico supposi-
to osculatus ipsum est, & apprimè com-
plexus, dicente Rege Vate, in Psalmo, qui
de Christo ad literam explicatur; *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*; Psal. 2. 12.
Cuius loco mira versio offenditur Hebrai-
cè, per Lyram sic relata, *Osculamini Filium*. Isai. 53. 5.
B Nam & Filius disciplina, ac pœnitentia
nobis est, pro pace sempiterna; *Disciplina
pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus*. Er osculis hanc ipsam, amplexibúsque
arctis suscipere nos cogimur, nam si certè
disciplina & pœnitentia nostra est, ex carne
& sana est illius mitis Agni, qui vestit atque
alit, & vestis est, ac cibus; seu panis, nec-
non pannus pro corpore, atque ore; cui Pas-
chasius de corpore Domini cap. 21. adaptat Gen. 28. 20.
hæcce verba; *Si fuerit Dominus mecum, & S. Paschas.
custodierit me in via perquam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum
ad induendum, erit mihi Dominus in Deum*.
Deus enim verus est, qui Dominus est ta-
lis, & ista secum donat.

Pœnitentia & disciplina tam mites sunt pro Christo, vt Christus sit hæc nobis, amplexibus & osculis.

Nec mirum cum ieiunium operiat Chri-
stianos, quos exuit gulæ noxa; vt de Elia
C cap. 4. ad illam Psaltis vocem, *Operui in
ieiunio animam meam Ambrosius asseuerat*.
Nam si gula contra Dei præceptum denu-
dauit, cur esca à Deo ipso præcepta, & Deo
plena, non optimè cooperiet? Cooperit
cis dubium; quapropter in Oraculis stola
cibus iste, & pallium nuncupatur; *Lauabit
in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum*. Quod de veste Christi corporis
Tertullianus explicauit lib. 4. cap. 40. ad-
uers. Marcionem. Pallium quidem quia
palliat, & operit peroptimè à rebus aduer-
sariis, stolam autem quia stola talaris vestis
est, conuelans vsque ad talos; Ambrosius 4. S. Ambros.
cap. de benedict. Patriarc. *Bona stola caro
Christi, quæ omnium peccata operuit, omnium
delicta suscepit, omnium errores texit*. De ser-
D pente (quidquid sit) vulgariter profertur,
si videat nudum hominem, impetere hunc
nequaquam, quasi temporis innocentiæ res-
pectans nuditatem, & adhuc pertimescens;
quod P. Damianus lib. 1. Epistol. 15. nobi-
litati serpentinæ, à nobilitate remotissimæ
humana, sic inflectit; *Nobilior est serpentina
virulentia, quam humana crudelitas; serpens
enim fugit hominem nudum; aggreditur cum morsibus quem indutum videt*. Modo enim non
permodico sic tegit nudum hominem, qui
nudum, & ad nocendum ineptum, non in-
festat; cum tamen homo sæpius plùs noceat
viris illis, quos videt esse nudos, & viribus
minores. Sed si serpens hoc malignus, quid
faciet mitis Agnus, qui tollit mūdi crimina?
& qui

Vestimentum, & alimentum Eucharistiæ Sacramentum.
Psal. 68. 11.
Ieiunium vestis est, & gula vera nuditas.
Gen. 49. 11.
Cur serpēs nudum hominem pertimeat, atque fugiat.
S. P. Damianus.

& qui etiam non respectu timoris nos respectat, sed amoris, nuditatis, & paupertatis nostræ solum, tam memor rerum harum, vt aspicere non valeat quin misericordia

Psal. 24. 16.
sua tegat quam viderit pauperiem: *Respice in me, & miserere mei; quia vnicus & pauper sum ego.* Ob quæ sanè non tam vestis dicendus Christus hominum, vt dicitur à Nazianzeno Orat. 2. temp. Pasch. Sed horum inuestitura, vt dicitur à Bernar. ser. in Cœ. Do.

Vt vestis & inuestitura suorū Christus sit.
Est enim inuestitura in iure Pontificio, ac simul in Cæsareo, possessio hęreditatis, quæ vtique in spe per pelliom integumentum Adamo data est; ergo pariter per illū quem pelles denotabant. Cui meliùs adaptabis quod de quodam S. Præsule in vita S. Brigitæ huiusmodi refertur; nimirum vestes illas pauperibus distribuere, cum quibus Sacrificium non paucies faciebat; nam & Christus suum corpus discipulis distribuit in incruento Sacrificio, & inimicis in

Isai. 53. 12.
cruento, de quibus sic Propheta; *Et cum sceleratis reputatus est, & peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit.* Vt etiam

Psal. 21. 19. Ioan. 19. 23.
sicut vestes ibidem condiuisas; *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem,* dioideret & preces. En Domini piissimi in hominem disciplinam, quam ideo cuncti homines exquirere tenemur, ac simul osculati; *Apprehendite disciplinam: Osculamini Filium.*

De quarta Adami pœna his verbis intimata; Nunc ergo, ne forte sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis; Eiecítque Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

Gen 3. 22. 23. & 24.

21. EX sequentibus hæc sententia suppletur in principio, ne claudicet in sensu, & Aposiopesis per figuram nonnulla reticentur, quæ in ipsomet contextu oportet subintelligi. Quæritur autem, vt disputando plùs veritas lucescat, an timor de quo hîc, *Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*, ex inscitia, vel inuidia processerit in Deo. Sed absit, vt dicamus, aliunde hoc prouenisse, quàm ex pia atque multiplici Diuina prouidentia; vt ait hîc Chrysostomus homil. 18. & Cyrillus Alexand. contra Iolianum lib. 3.

Chrysost. Cyrillus.

Primùm verò ob eam causam hoc ita Deus disposuit, ne homo post peccati iam lapsum miser factus, per ligni vitæ esum, quod aleret in æternum, æternùm miser esset; esset enim tunc æternitas miseria sempiterna, quæ contigit diabolo. Quamobrem cum non posset, seruata Deus iustitia, miseriæ primi hominis perfectè opitulari, iustitiæ post quam debitor post culpam factus est, miseriæ æternitati occurrit saltem Dominus, vt ait Irenæus lib. 3. contr. hær. cap. 37. Nazianzenus paulò sup. à nobis allegatus; Hieronym. in Isai. cap. 65. Eucherius sup. Gen. Rupertus luculenter relatus apud Glossam; nec non S. Bonauentura in 2. Sent. d. 29. n. 2. quo loci propter ista misericordia plenum ait præsentis pœnæ verbum; *Ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*

Adam cur post peccatum à ligni vitæ cibo per Deum amoueatur. Irenæus. Nazianz. Hieronym. Eucherius. Rupertus. Bonauent.

22. Deinde ne Adamus efficeretur inde peior, dum impœnitens comederet de ligno, quod ad instar Eucharistiæ Sacramenti, obesset eis, qui ipsum indignè manducarent. Ita S. Bonauent. Sent. lib. 2. statim in primo numero; cui accedit comparatio, quam S. Bernardinus tom. 2. serm. 2. ar. 1. cap. 3. fer. 5. in Cœn. Dom. in istum modum nectit: *Sicut Dominus in innocentiæ statu esum ligni vitæ homini concessit, & in statu culpæ prohibuit; sic nobis, cum per pœnitentiam ad statum gratiæ reducti sumus, conceditur sumere corpus Christi, & in statu offensa sumere prohibemur, dicente Domino Matth. 7.* Nolite Sanctum dare canibus, *id est, immundis peccatoribus.* Sed vt ageret pœnitentiam priuatus ligno est, cuius priuatio & desiderium hanc magis excitaret, Procopij iuxta mentem, qui ita ad istum locum; *Idcirco interdictum est homini lignum vitæ, vt infelix eo solatio summo destitutus, in desiderio felicitatis æternæ ventura cum Christo vitam transigeret*; à quo Hieronymus loco vltimo relatus nil discordat. Atque tandem per pœnitentiam accederet affectu, & effectu virtuali ad verum lignum vitæ, futurum Redemptorem, de quo accipe Augustinum de Gen, contr. Manic. lib. 2. cap. 21. *Videtur autem homo dimissus esse, in labores huius vitæ, vt aliquando porrigat manum ad arborem vitæ, id est, ad Crucem, per quam vita reparatur æterna.* Et Isidorum penes Glossam: *Possumus modo manum ad vitæ arborem porrigere, videlicet ad Christum, & viuere in æternum. Manus autem porrectio significat cruciatum pœnitentiæ, per quam vita æterna recuperatur.* Sed & insuper Rupertum ad verba Apocalyp. *Vincenti dabo de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Quoniam* (ait) *primi hominibus, quia corripienti Deo non acquieuerunt, sed peccatum suum excusarunt, lignum vitæ interdictum fuit. Rectè modò pœnitenti aditus ad lignum vitæ repromittitur, quod est ipse Christus; cuius in cælesti paradiso visione, & in præsenti Ecclesia corpore sanctæ reficiuntur animæ.*

S. Bonau.
S. Bernardinus. Innocentia postquam abiit, pœnitentia tantùm apta ad Eucharistiæ Sacramentum.
S. August.
Isidorus. Pœnitentia manus quãta ad decerpendum vitæ pomum. Apoc 2. 7. Rupertus.

Quæ omnia subsignantur præclaro Vaticinio à Moyse in vitæ suæ extremis sic prolato: *Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini; cælique caligabunt rore. Beatus es tu Israel. Quis similis tui popule, qui saluaris in Domino. Scutum auxilij tui, & gloriæ tuæ. Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.* Secundum expositionem Strabi penes Glossam, qui Iacob & Israël ethymologiam secum pendens, profatur in hanc formam: *Qui vitijs*

Deuter 33. 28 & 29.
Strabus.

CCcc

Motientis iam iam Moysis de Eucharistiæ Sacrameoto præclarum Vaticinium.

supplantandis desudauerit, ibi serenissimo mentis intuitu gloriam Christi, qui propter nos terram veram carnis accepit, indesinenter contemplabitur. Vt cuius hic corpore & sanguine per Sacramentum frumenti & vini pascebatur, ibi Diuinitatis eius perpetua visione sagimetur. Tunc Iacob in perfectum Israel conuersus facie ad faciem Deum videbit. Quod oraculum explicatione producta elucidatum eò fortius mihi est, quò eloquium fuit vltimum prolatum à S. Moyse; cuius mors immediatè non sine magno pondere sententiæ tam supremæ, subsequitur in textu. Nec verba tam egregia intelligi est possibile de bonis temporalibus, sed simul nec de æternis; cum terrenæ comparationes hîc multæ in verbis paucis, & contradictiones gladij sint, quæ gloriæ non cohærent. Quare gloriam, cuius Dominus, hic gladius & scutum, quæ arma defensiua & offensiua nuncupantur, Sacramentum nostrum esse ambigere ne velis. Est enim gloriæ Ecclesiæ tam gladius, quàm scutum; quod protegit hanc dilectam, & necat atque destruit illius aduersarios; & quod rore matutino superiore tori alteri, quotidie compluente, refrigerat & impinguat frumenti & vini terram, id est, regnum in quo his rebus ros tantus cæli cadit.

23. Post hæc, ne quæuis res daretur præter Deum, quæ daret vitam homini, iam enim tunc Deus nostri amoris zelotypia summopere feruebat; proptereáque volebat, ne aliquid præter ipsum donaret vitam nobis. Quocirca non dumtaxat hominibus prohibuit ad lignum vitæ aditum, sed simul & dæmonibus, quò illi nec per se, nec per istos, ligni tanti iam sibi incongruentis valerent cibo vti. Nam ad homines abigendos mansit gladius pro paradisi custodia constitutus, & Angelus ad dæmones exinde propulsandos; vt Abulensis cum Comestore ad 3. cap. Gen. q. 25. scribit per hæc verba; *Positus est Cherubim ad custodiam ligni vitæ, non quòd dæmones indigerent illo ligno; sed quia cupientes se adorari, inducunt homines per aliqua bona ad facienda aliqua mala. Et nullum bonum est magis desiderabile hominibus, quam vita; si dæmones possent adducere fructum ligni vitæ, & vitas hominum prolongarent, & ad hoc homines declinarent. Valde ergo Deus prouidit saluti generis humani, ne dæmones intrarent ad lignum vitæ.* Zelotypiæ verò intuitu hoc ita factum esse, à vero non aberrat, nec à verbis quæ Rupertus scribit super Gen. & Ioan. 6. *Proinde ne suspiret homo, eo quòd abegerit eum Deus præuaricatorem factum, ne ederet de ligno vitæ. Ecce enim habet panem verum nutrientem in vitam æternam.* Et Antonius Lusitanus serm. in Cœn. Dom. *Panis datus est homini post lapsum primorum parentum, in recompensationem pomi ligni vitæ.* Post lapsum nanque audiit; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Quod superiùs de Eucharistia in secunda Adami pœna cum multis explicauimus; quasi solus Eucharisticus panis esset verè potens ad supplendam & resarciendam amissionem ligni vitæ.

Zelotypia nobis vitam donandi vt à principio, ita alium mori Deus, verissimè effetbuerit.

Abulensis.

Rupertus.

S. Anton.

Gen 3, 19.

Quod etiam clarè patuit cum Abrahami A filium Deus vnigenitum in Sacrificium ab ipso postulauit, quem tamen pòst accipere in hostiam recusauit; vt per primum versus se amorem Sancti illius, timorémque probaret, seu potius diuulgaret, & per secundum demonstraret, in mundo nullum hominem amore tanto aptum; vt Deo filium suum vnigenitum donaret; hoc enim sibi soli zelator boni nostri Deus ipse reseruabat, de quo dilectus eius, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Videlicet gratuitò; hoc enim dare est, non autem de iustitia; nam de iustitia inferni pœnas merebat tantùm homo; cum tamen quiqui filios vel Deo, vel Reipublicæ dederunt aliquando, non dederunt hos gratis, sed gratia rei alterius; nimirum vel ob debitam in Deum seruitutem, & præmij B attentionem; vel vt nomen cum Eleazaro æternum compararent. Quod contra Deus effecit; non adeo vt Filio suo donaret nomen magnum, ac dicitur in Paulo; *Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: &c.* Hoc enim fuit accidens, à meritis illius omnino inseparabile, ingenitum, & innatum, non procuratum, nec quæsitum; sed potiùs vt in nomine dilecti Filij sui, nomina omnium Beatorum in cælo scriberentur; vbi liber vitæ Christus per vitæ suæ merita à Deo factus est: vnde etiam solus Agnus aperuit huncce librum. Et ideo Euangelista ad verba dati Filij, adiecit quæ sequuntur; *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vi-* C *tam æternam.* Quo sensu Matthæus etiam loquutus de hoc nomine; *Et vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

Gen. 22. 2. & 12.

Ioan. 3. 16.

Vt filium gratis dare Dei tantùm sit, non hominis.

1 Macha. 6. 44.

Philip. 2. 9.

Vt vitæ liber Christus.

Apoc. 5. 5.

Ioan. 3, 16.

Matth. 1. 21.

24. Firmatur hæc in homines Dei nostri zelotypia; quia voluit & præscripsit pecorina Sacrificia; humana vero neutiquam, imo hominis excidium prohibuit quàm seuerè. At verò cur sic factum, & cur voluit animantium quotidiana Sacrificia, qui nunquam humanum voluit? In promptu nitet ratio, quia zelotypus humanus nolebat mortem hominis, sed vitam super vitam; quare dixit per Ioannem; *Veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Nam semper vitam hominum Deus voluit magno studio, sed postquam misit Filium, hanc multò ma- D gis voluit. Seu veriùs atque aptiùs pro zelo nostri Dei, ne esset quiuis homo pro alio moriens homine, excepto Deo homine; qui sicut vita est omnium, pro omnibus est mortuus; vt omnes possent viuere per eius sacram mortem: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Quapropter ibi dicitur *nouissimus virorum*, tanquam homo destinatus pro morte vniuersorum; & alibi non homo, sed vermis & opprobrium cunctorum mundi hominum, ac homo pro hominibus omnigenis mactandus, & hoc gratis, tanquam vermis à nemine æstimatus. *Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum & abiectio plebis.*

Gen. 8. 6.

Sacrificia cur Deus pecorum, at hominū non voluit.

Ioan. 10. 10.

Isai. 53. 6.

Ibidem n. 3.

Psal. 21. 7.

Sed quare semper hominum Martyria pluri fecit, at Sacrificia nunquam voluit?

Quia

Quia Martyres merentur ex opere operantis; vnde si Fides vel deuotio eisdemmet defecerit, nil boni consequentur. Et cum Martyr peculiariter mereatur ex se ipso, brutorum Deus accepit oblata Sacrificia, sed hominum interdixit; ne aliquis putaret ex hominum virtute venire bonum homini, sed tantum ex Filio Dei necando propter hominē; qui in sanguine animantium iam mortuus signabatur; de quibus certè meritum nequaquam credi posset. Munitur hoc quæsitum ex alia re notabili; quia Martyria vt Sacramenta acceptat Deus misericors, & ideo pro Baptismo Martyrium computatur; at verò vt Sacrificia hæc rata nunquam habuit. Cur autem? nisi quia Martyria vt Sacramenta proficiunt solis illi, à quibus tolerantur; & Sacrificia cunctis illis pro quibus offeruntur. Hoc autē Deus zelotypus nullatenus est passus, ne expiatio peccatorum ab homine vllo modo in hominem manaret; sed solùm ab ipso Deo. Quòd quisque suam faciat salutem in Sacramentis, hoc ille bene vult, quòd autem quis in alium hanc fundat ex Sacrificio humanæ suæ carnis, hoc certè nunquam voluit, sed tantùm ab eo solo hæc semper funderentur.

Vt Sacramenta cur Martyria accipiat Deus püssimus, non autem vt Sacrificia.

Et istud, quod est amplius, tam amplè & liberaliter, vt in signum liberalitatis Dei Filij, in Sacrificio cruento, & incruento, in Ecclesiæ pueritia illius fores omnes magno iubilo panderentur feria 5. in Cœn. Dom. vt apertura Christi amoris in illo die insigni, hoc modo signaretur; quemadmodum Rupertus lib. 5. cap. 19. de Diuinit. offic. testatur per hæc verba; *Cum ergo tantus Pontifex Deo Patri assistit, tenénsque panem & vinum, omnes inuitat ad sui corporis & sanguinis communionem, omnes Ecclesiæ patent ianuæ, vt aduertas, neque iustis, neque peccatoribus debere prohiberi, quin accedant ad apertos Diuinæ misericordiæ fontes.* O mira Dei in nos amoris zelotypia! Hac voluit, ne Adamus de ligno vitæ sumeret, ne aliquid ei vitam donaret præter Deum. Oleaster in Leuit. cap. 4. verum putat, ex industria, atque malitia peccata perpetrata, nullum genus Sacrificij quo possent expiari, habere destinatum; sed arbitrio Magistratus puniti & castigari. At istud mihi displicet, tum ex eo quod Lyranus ibidem & paulò infra scribit sexto capitum ex præsenti liberalitate Diuini Sacrificij, quo vel in suis vmbris dabatur patens venia. Hæc mens communis PP. quibus accinit non parum secundum nostrum thema, quod primo hîc colligatur: *Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum.* Illic curans ne acciperet de ligno vitæ germine, vt postea vitam posset accipere in specie; hîc offerens iam istam, & præbens semetipsum amore inenarrabili.

Rupertus. Cur olim valde patulæ Ecclesiæ fores fuerint feria 5. in Cœna Domini.

25\. Tandémque ne communicaret delicias vitæ arboris, qui apto ab illa tempore communicare recusauerat, id dixit qui est dulcis ac simul rectus Dominus, *Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*; Qui ideo

A à Paradiso Adamum relegauit, vt eum quasi excommunicaret ab illo terræ templo; propterea quòd contempserat communicare dicto ligno, vt Sacramento dato ipsi; quemadmodum nunc excommunicantur sententia Ecclesiastica, qui non communicant in anno Eucharisticum Conuiuium; Augustinus apud Glossam: *Alienatus est à vita, non solùm quam cum Angelis esset accepturus, si perstitisset, sed ab illa quam in paradiso habebat, quasi excommunicatus à ligno vitæ, quod erat ei pro Sacramento. Sicut in Ecclesia solent homines à Sacramentis visibilibus, Ecclesiæ disciplina remoueri.* Qui enim iuxta præceptum Ecclesiæ non communicant, excommunicantur ab Ecclesia, per textum in cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnitent. & remiss. vbi licet de

A paradiso & vitæ ligno excommunicatur homo primus, quia non communicauerat ex ligno. S. August.

B excommunicatione verbatim non agatur, de effectu illius agitur, dum dicitur de homine in anno non communicante; *Et viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.* Et per Concil. Trid. sess. 13. cap. 9. Excommunicatio nanque est à Fidelium communicatione remotio, & separatio. Et meritò à communicatione Fidelium remouetur, qui renuit communicare ei cibo, qui Cōmunio, Communicatióq; vocatur, ex eo quia illo Christicolæ vniantur in Apostoli doctrina. Adde, hominem excommunicari de hęresi suspectum, & peccatorem scandalozum, quibus nisi in hora mortis, Communio denegatur; D. Tho. 3. p. q. 80. n. 6. quæ vtique in Adamo dabantur eo temporis. Hinc

Excommunicatio cur sic dicta.

1\. Cor. 10. 16

Excommunicatio quādo orta.

C orta Excommunicatio insinuata, & figurata, de qua in cap. *Audiuimus* 11. q. 3. & Salzedo in ipso cap. nec non etiam Bernardus Diez in pract. Cani. cap. 116. Quare dicitur in tex. & cap. *Si non sint*, de Consecr. d. 2. *Si non sint tanta peccata, vt excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis & sanguinis Domini separare.* Et Theonas in Cassiano Collat. 25. cap. 21. *Non ex eo debemus nos à Dominica Communione suspendere, quia nos agnoscimus peccatores, sed ad eam magis ac magis est propter animæ medicinam & purificationem spiritus auide festinandum. Verumtamen ea humilitate mentis, ac fide, vt indignos nos perceptione tantæ gratiæ iudicantes, remedium potius nostris vulneribus expetamus.*

A Communione peccatores arcendi, qui, & quales. Cassianus.

Qui arcendi à Communione docetur 33. q. 2. cap. *Latorem*; & cap. *Admonere*;
D & 22. q. 2. cap. *De viro*, & in Glossa 27. q. 1. cap. *De filia*; vbi vir vxoricida, & Monialis iam professa in Matrimonium se se copulans, per totam vitam pœna huiusmodi damnantur. Nec malè cum Matrimonij vterque nexû soluerit, quod etiam in his virginibus cum Christo verum datur; *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Quocirca in Communione quamiustè vapulabant, qui Communionis signum maximum Matrimonium dirumpebant. Sed mitiùs iam cum istis habetur ius modernum, de quo Rodericus da Cunha in cap. Presbyter. 5. d. 83. n. 10. vbi agit an pœnitentia priuationis Eucharistiæ imponi rectè possit, cum per Conc. Trid. sess.

Monialis coniugata, & vxoricida in quo persimiles.

2\. Cor 11. 2.

Roder. da Cunha.

Commu-nione quo-modolicet priuare de-linquentes.

13. cap. 2. animarum sit medela. Non raró A que respondet impositam fuisse; sed monet cum Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 69. sect. 4. concl. 3. rarissimè & cautissimè hoc fie-ri debere, ne obsit plusquam prosit suppli-cium adiudicatum iuxtà illud quod scribi-tur à Rege concentore; *Percussus sum vt fœ-num, & aruit cor meum; quia oblitus sum come-dere panem meum.* Vide Paschasium cap. 9. de corp. & sanguine Domini.

Psal. 101.

QVAM IVSTE ET PIE DEVS has pœnas disposuerit.

In quatuor, & quàm iu-stè hæretici puniti.

26. IN quatuor solent homines de hæresi suspecti, vt asserit Spina in Fidei Fortalitio lib. 2. cap. penult. puniri, & flagellari; videlicet in bo-norum spoliatione & priuatione, confisca-tio nuncupata; in corporis afflictione, in de-positione dignitatis; & in excommunicatio-ne, ac relegatione à limine paterno, seo pa-triæ & domus propriæ dulcissima quiete, & grato domicilio; Quod sicut cunctis est tranquillum & iucundissimum, sic eius ab-dicatio angoribus est plena, dicente Man-tuano.

Virgil. Eclog. 1.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Nos patriã fugimus, tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Quàm du-rum sit à finibus pa-ternis exu-lare.

Quæ omnia suo ordine hîc nobis sunt ostẽ-sa, bonorum confiscatio, in terra sterilitate percussa & castigata; afflictio corporalis in sudore vultus Adæ; honorum exauthoratio in sacco benedicto, è pellibus confecto; & excommunicatio in relegatione ab aula pa-radisi, ac eius dulci requie, oblectamentis, & deliciis, à quibus ille hortus accipiens cognomentum, deliciarum vocabatur; quod vltimum tam verum in primo fuit homine, vt semel atque iterum expulsus appelletur: *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis. Eie-citque Adam & collocauit ante paradisum volu-ptatis Cherubim, &c.* vbi in lib. de Cheru-bim sic Philo Hebræus loquitur: *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, eiecitque Adam. Nunc dicit expulsum, quem modò emissum dixe-rat, non temerè ponens hæc vocabula. Qui emitti-tur, redire non vetatur. Quem autem Deus expel-lit, is æterno damnatur exilio.*

Gen. 3. 23. & 24.

Philo.

27. Nec sine magno iure hæc ei qui com-municauit peruersè ex malo ligno, inflicta iodie abis, si legeris quæ Viguerius in insti-tut. cap. 16. §. 3. vers. 21. scribit in hunc modum; *Minus malum esset recipere metallum liquefactum, aut scorpionem, quàm cum peccato mortali recipere Hostiam consecratam. Tantò gra-uior est culpa, quantò maior est is, contra quem peccatur; vnde Hebr. 10. per illationem dicitur;* Quantò magis qui Filium Dei conculcaue-rit, & sanguinem testamenti pollutum du-xerit, in quo sanctificatus est? *Si vis amplius scire mala, quæ accidunt his qui indignè accedunt, contemplare imprecationem, quam Psalmista fa-cit,* Fiat mensa eorum corã ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

Viguerius. Communi-cantibus in-dignè, quæ mala vel exẽplo pa-rentis primi accidant. Hebr. 10. 29.

Psal. 68. à n. 23.

1. Obscurentur oculi eorum, ne videant;
2. Et dorsum eorum semper incurua.
3. Effunde super eos iram tuam;
4. Et furor iræ tuæ comprehendat eos.
5. Fiat habitatio eorum deserta;
6. Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
7. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum;
8. Et non intrent in iustitiam tuam.
9. Deleantur de libro viuentium;
10. Et cum iustis non scribantur. Quia quem tu percussisti persequuti sunt, & su-per dolorem vulnerum meorum addide-runt.

Quæ parentibus communibus peropti-mè adaptantur; dum de mensa eorum tan-tùm, non de Diuina, in ligno vitæ præce-pta, manducarunt, quare in pœnam pœnis omnibus sequentibus sunt plexi.

Adami pœ-næ omnes ob commu-nionem ma-lefactam à Psalte pon-deratæ.

1. Oculorum interiorum obscoritate tene-brosa, quia cæcitas est primum supplicium peccatorum, vt dicitur à Patribus.
2. Incuruatione sui dorsi, in terra pasti-nanda, vertenda, elaboranda.
3. Effusione Dei irati, in omnibus calami-tatibus quæ eos oppresserunt.
4. Comprehensione eiusdem iræ, in cul-pa originali; quæ ab eis natos omnes miser-rimè comprehendit.
5. Habitationis desertione, in ipsa expul-sione à loco voluptatis.
6. Interdictione habitationis tabernacu-lorum tam pulchrorum, quò ad posteros eorum, quia nulli ex istis postea ingressas horti licuit.
7. Additione iniquitatis ad istam iniqui-tatem, seu pœnæ ad istam pœnam, ex ini-quitate illorum natam; quia à Paradiso non tantummodo fuerunt amandati, sed & An-gelus pro viridarij custodia deputatus, ne vi aliqua si vellent, hoc possent abrogare.
8. Priuatione ab ingressione in primam Dei iustitiam, quia iustitia originalis non iterum rediit, vel etiam in Christo Domi-no & Virgine Sanctissima; nam licet ambo fuerint summopere innocentes; ac insuper longissimè Adamo iustiores, hoc ipsis non prouenit ex iustitia originali genericè de-perdita, sed ex alia pro eis solis recẽter pro-creata, vt scitè noster pendit egregius vir Vissuna serm. in sexages. in p. Occident.
9. Deletione ex libro vitæ, quia vitam sibi æternam, si culpa caruissent, peccato pe-remerunt.
10. Scriptioneque cum iustis, quia quam-uis sint saluati, nihilominus nonquam sunt, cum de illis recordamur, in mulctam sui cri-minis, vt iusti reputati, sed tantùm vt de-linquentes, & fontes atque capita cuncto-rum peccatorum; ita vt tandem propter hoc non

Innocentia quænam fuerit in Christo, & in Maria; originalis? aut quæ alia?

Vissuna.

Caput Ec-clesiæ cur Adamum quamuis multi non fece-runt.

non defuerint auctores, magni nominis, & ponderis, qui adduci non potuerunt, vt Adamum patrem omnium Ecclesiæ caput facerent, sed Abelem filium eius, qui iustus nuncupatur.

Math. 23. 35

Ob decalogum præceptorum iniustè contemptorum decalogo pœnarum punitur homo primus

En decem pœnas Adæ inflictas ea propter, quia decalogum præceptorum inclusum sub duobus, affirmatiuo, & negatiuo, vt Enarrat. de Præcepto vbertim disseruimus, & præsertim affirmatiuum, non communicando nec manducando de illo fructu optimo, contempsit obseruare. Seu aliter & aptiùs, vt cum litera & sententia Psalmistæ conformemur; quia Christum à Patre suo percussum propter homines, persequuti sunt; & super dolorem vulnerum ipsius Redemptoris, dolores plures alios huic Domino addiderunt. *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Nam Pater Filium suum decreto sempiterno percussit propter nos in culpam ruituros, vnde legitur in Vate; *Et nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum:* Sed quem Pater tantùm gladio decreti sic percussit, effectu Adam & Eua tam vero percussere, vt & plagas super numerũ addiderint huic Agno, & cum iam à mundi initio crucifixerint, vt ait per hæc verba Vssuna in *Missus est* p. 1. cap. 9. *Adam interpretatur sanguineus; nomen illi satis aptum, quia filiorum suorum sanguinem innocentem condemnauit, de quo dicitur in Psalm. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Quinimo sanguinem filij Dei causaliter Adam vertit, & ipsum morti destinauit, qui propterea dicitur; Agnus occisus ab origine mundi; vbi aduerte; quod Adam aliquo modo deicida fuit, & quantum erat ex parte sua, Deum interfecit; nam si Deus pati posset, peccato moreretur. Quia cum amor sit tristitiæ mensura coæqualis, & Deus ipsa sua bonitate infinita adstrictus, infinitè se diligat, pro peccato reciperet tristitiam infinitam, qua vitam truciderct.*

Psal. 68. 27.

Isai. 53. 4.

Vssuna.

Psalm. 5. 7.

Apoc. 5. 12.

Adã Christum crucifixit in ligno pomi vetiti.

28. Hæc hactenus sufficiant de iustitia in primum hominem. De pietate satis esset, Adamum non extinguere: non enim fuit leue commissum protoplasti, sed potiùs tantò grauiùs, quantò facilior ex se erat mandati illius sarcina; Augustinus de Ciuit. lib. 14. cap. 15. *Tanto maior inobedientia, quantò illud quod præceptum est, nullius difficultatis fuit.* Imò adeo fuit graue peccatum primi hominis, vt ob illud tot Deus mala permiserit in mundo, tot, clades, tot strages; labores indicibiles, erumnas prope immensas; angores sine numero, dolores sine termino, erroresque postremo carentes omni meta; vt ex effectu constet causa; ex pœna illius culpa, & ex supplicij vastitate, immanitas flagitij, facinoris audacia. Nec mirum, cum extiterit origo peccatorum; natiuitas malitiæ, sentina iniquitatum; ruina bonitatis; profluuium pestilentiæ, mors vitæ, vita mortis, confusionis porta infelix, inferni clara inuectio, & tandem Cæli, ac Dei contemptus; crimen maximũ; & quin à vero recedamus, attingens infinitum, & infinitum proculdubio piaculum constituens, Deicidium secum furmans; vnde oportuit quòd Dei Filius pro illo moreretur, & infiniti mors sæuissima deleret crimen hominis, vt Vssuna loco proximo insinuat per hæc verba; *Dum ergo Adamus charitate denudatus sub arbore latitauit, figurauit se alibi nec vestiri, nec protegi nisi sub Cruce posse, in qua Christus pependit, vt nos tunica sua inconsutili vestiret; vbi & mortem per Adamum inflictam tolerauit; ne facilitas veniæ* (ac ait Cyprianus) *incentiuum præberet delinquentibus.* Quo factum, vt se cum debito solutio conformaret; & quemadmodũ hora sexta peccauit Adam prior, ad arborem incontinentes extendens manus suas, eadem vitam perderet in Cruce tensis manibus posterior mundi parens. Ac sicut post meridiem à paradiso virum expulit, raptorem mali pomi, sic etiam eodem tempore latronem e regione in paradisum secum ferret.

Adami culpa grauior ex legis leuitate.

Augustinus

Adami culpæ grauitas expensa satis breuiter.

Vssuna.

Mors Christi & crimẽ Adæ quam valde correspondeant.

Viden quanta Dei in hominem punitum sit clementia, & pietas resplendeat? Oleaster sæpe læpius vt olei & lucis vir, lucentia valde cogitans, seueritatem in primam culpam, & facilitatem Dei in alias, quas facilè dimittit, Gen. cap. 2. Adamum & Magdalenam assumens in exemplar, conciliat in hunc modum: *Voluit nos Dominus ab[illegible], vitandam esse, cum præsumptione desperationem. In punitione grauis Adæ, docuit nullum peccatum in eum commissum esse leue; in condonatione verò grauium, nullo pacto esse desperandum. Omnia etiam leuia grauissimè punit; & omnia etiam grauissima facillimè condonat. Quis non timebit peccata, quæ fecit, cum videat leuissimum (vt videtur) peccatum tanta seueritate puniri? Quis autem desperabit, videns tam grauia [illegible] donari?* Quare summè timeamus vindictam, dum peccabimus; at spem non amittamus in ipsismet peccatis, dicente in huius robur perbellè S. Ambrosio serm. suo 8. in Psal. 118. *Iustè Dei vindicta ignoruit hæredi, qui præiudicio laborat auctoris.*

Oleaster.

Adam & Magdalena [illegible] clementiæ.

Vt venia culpæ [illegible] hæredibus.

S. Ambros.

DE EXILIO PATRIS NOSTRI INCEPTO, & consummato, quousque vita eius consumpta tandem fuit.

Adamus quot nam dies in Paradiso commoratus.

29. V B lite dies sunt, quos perstitit Adam in mundi pulchro illo, & miro viridario; mihi verò nec quę plurimos, nec etiam quæ paucissimos; sed sententia, quæ ei octo consignat, valde arridet. Per istam nanque, die quo homo fuit conditus, in culpámque prolapsus, incarnatus fuit postea, & passus Christus Dominus, vt dicitur à P. P. & homo tempus habuit ad notandum & conspectandum, vel hortum, vel ad minus permagnam illius

partem; vt erat neceſſarium: malè etenim poſſidetur quod neutiquam videtur; vndę & ille qui de bobus viliſſimis agebat, huiuſmodi dicebat; *Iuga boum emi quinque, eo probare illa* Quò magis tale prædium, quod erat per certamen & bellum poſſidendum; ac ideo multò magis attentè inſpiciendum; vt faciunt quiqui ad luctā conueniunt in arenam, & quiqui in ludo equeſtri calcaribus adactis habenas ſoluunt equis. Nec non tempus ad negotia quæ tam hominis quam Dei nō pauca intercciderunt, ſufficiens ſuppetiuit. Nam & homo fuit conditus, & in paradiſum pòſt tranſlatus; deinde conſors eius ex eo ędificata, & animalia ab ipſo tandem, non niſi longo tranſitu, nominibus ditata, ac ipſa domus Dei, palatium atque paleſtra ſufficienter ponderata, quæ omnia octo dierum ſpatium poſtulabant. Quapropter feriæ ſexta priori factus homo, ſequenti ſexta cecidit; nec fragilitas illius, vel malitia ſerpentina permitterent hoc plures in dies prolongari. Quod placet viris doctis Pererio ſup. Gen. & Suarez in ſuo tom. de opere ſex dierum, & ſimul ex hiſtoria Diuina communitur, dum Eua dixit dæmoni; *De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur*; vnde conſtat poma dies per aliquos expertos; nec paucioribus hæc poſſent probare & experiri. An verò eodem die ceciderit & mulier, incertum ſatis ſit, ex fœminæ violentia, & hominis reſiſtentia, quas adinuicem dimicaſſe non parum, quis in dubium hoc prudens reuocabit?

Luc. 14. 19.

Quo die lapſus homo.

Pererius: Suarez.

Gen. 3. 2.

Collapſi tandem ambo, fuerunt ſimul ambo expulſi à paradiſo. Vtrum autem præ triſtitia laxantes gemmas fletus, & lachrymas expulſionis tam diræ, non tam dignas, quas prorſus neceſſarias, quæſitu dignum eſt. Fernandez ſuper Gen. has lachrymas deſcribit; quas ego plus emiſſas ob loci amiſſionem, dolorem, & ſui amorem, vt proprium, & ſenſualem, ſic proprios ſenſus hominis ſummopere ad effectus corporeos compellentem; ni ſimul has effuſas ob animi duritiem, reſiſtentiam, ſeu ad minus inobedientiam in exeundo, & impœnitentiam ſui criminis, velimus neque longe à textu, verum credere; cum inibi dicatur, *Eiecitque Adam*, nimirum vi nonnulla, & ipſo inuoluntario. Quantumuis valde congrua Suárez ſit ſententia in opere ſex dierum, lib. 4. de amiſſione ſtatus innocentiæ cap. 9. n. 9. dicentis huiuſcemodi; *Adam intra paradiſum imperfectè ſaltem pœnitere cæpit, ac breui poſt eiectionem iuſtificatus eſt* Quod ille ex tribus munit, ex benegnitate Dei in eum; ex eius Fide in Deum; & etiam ex his duabus illius circunſtantiis; tam perſonæ ſapientis, & optimæ inſtitutæ, quàm etiam mutationis, tam magnæ, & magno effectu præcordia commouentis. Quo dato dignæ lachrymis fuiſſent tales lachrymæ, dum prætium pœnitentiæ inaniter ab homine impenitente fuſum fuit. Expulſus autem conſtitit e regionè paradiſi, & ibi datum illi peranxium domicilium; vt videns quod amiſerat, quotidie plus defleret, maioréſ-

Quibus lachrymis à paradiſo parentes mundi pulſi.

Gen. 3. 24.

Suarez.

Quo tempore Adam pœnitens, à culpáque dimiſſus.

Quæ lachrymæ ſint lachrymis, & fletus digni fletu.

A que in dies doloris fructus ederet. Quapropter Cherubim, & ignis ſæuum gladium aduerſo pro conſpectu ibidem ſemper habuit; vt aſſerit Procopius. Sed propiùs Cherubim & glaudium videamus.

30. De Cherubim, in paradiſi cuſtodiam datos eſſe, ne rediret homo illuc, ad colligendum vitæ fructum, & de eo manducaret, affirmat Sacra pagina, ſuperiùs explicata. Sed eoſdem prouocaſſe Adamum ad pœnitentiam, & ad comedendum ſpiritualiter de vero vitę ligno, videlicet de Chriſto deſiderato & præſtolato, eſt auctor Moyſes Barcephas 1. p. de paradiſo cap. 28. cui Rabanus ſuper Gen. ſuffragium ſuum præbet. Quod munus præſtitiſſe dupliciter exiſtimo; tam hominem mouendo ad planctus & B lamenta, quod quidem eſt pœnitere, & Chryſoſtomi ſententia de paradiſi Cherubim, ſerm. de Aſcenſione in ſuo tom. 3. *Et Cherubim licet paradiſum cuſtodiebant, tamen noſtris ſuppliciis triſtabantur, & ſicut ſeruus bonus, cum à Domino cuſtodiendum conſeruum ſuſceperit, ſatisfacit quidem Dominicæ iuſſioni, ſed tamen pœna ſerui nimio dolore conteritur, & ſeruitutis neceſſitate conſtrictus, animi non reſpuit charitatem. Sic & Cherubim meruerunt quidem cuſtodire paradiſum, ſed dolebant honorem cuſtodiæ* Quàm hominem conſeruando in actu pœnitendi, & gloriam fide firma, ac viridi ſpei ramo aſsiduè præſtolandi; vt tangitur à Veneto in Harmo. Cant. 1. ton. 7. cap. 21. dum Cherubim in ligni vitæ cuſtodiam deputatos, illos eſſe qui in Tabernaculo Moſayco pòſt fuere; per alios C duos aureos Propitiatorij deſignatos, vt viſibiles hi duo, dictos duos inuiſibiles, ad oracula præſtanda, & propitiationes obtinendas ibidem commorantes, exteriùs demonſtrarent. Quo caſu tria conſtant; Et Templum Dei Moſaycum, Adamico Dei templo, nimirum paradiſo, (quem primum Templum Dei in terris dixi alibi) fuiſſe valde ſimile. Et Templi Cherubim, Cuſtodes eius loci, ac ædis extitiſſe, nam & primi cuſtodiebant terrenum paradiſum. Et tandem duos eſſe illius horti vigiles, ac Angelos Cherubicos, vt aliis Templi populi electi reſponderent. Ita vt tandem neque plures quàm duo Cherubim, nec etiam pauciores ad fuerint vtrobi; quod ſatis adſignificant eloquia Sacroſancta, dum nominat hos D Spiritus in numero plurali, nam Cherubim eſt de plurali, & Cherub. de ſingulari; non autem iſtorum aſtruit maiorē multitudinem; vt faceret, ſi fuiſſent in numero ampliori. Et certè Cherubim cuſtodes paradiſi (qui Adamum poſt peccatum ad pœnitentiam prouocarunt, & eum in ea vitam per omnem conſeruarunt) eidem ante peccatum apparuiſſe viſibiliter, cum illóque egiſſe ne caderet in culpam, ambigere non licet. Nam qui iſtos ad pœnitendum monitores ſuos habuit, cur etiam non habuerit ad occaſionem pœnitentiæ, peccatum propulſandum? Vnde illius creſcit culpa, & multa Enarrationibus ſuperioribus prædicta, non parùm roborantur.

Cherubim in paradiſo quæ fecerint terreno.

Moyſes Barcepha. Rabanus.

Chryſoſto.

Vt Angeli inſenſibiles dolores noſtros ſentiant.

Venetus.

Paradiſi Cherubim; & Propitiatorij vtrum ijdem.

Paradiſo terræ quantùm Moſaycum templum ſimile.

Cherubim Propitiatorij Cuſtodes Templi Domini.

Cherubim terreni horti præciſè duo tantùm.

De

Versatilis cur gladius terreni paradisi.

De gladio eundem hominem à paradiso deterruisse, & ad pœnitentiam lacessisse, vt Angeli explicati, testatur eius forma, qui non stabilis & fixus, sed versatilis & mutabilis, vt erat, sic vocatur; quò homo sciret, posse in melius se mutare, si gladium velut illum, pœnitentiæ sibi sumeret; quæ igneo gladio fit, seu igne, gladióque, ac ille qui sic ibat ad filij Sacrificium, id est ad sui ipsius Martyrium sine sanguine; quod tam igne charitatis efficitur interiùs, quàm gladio mortificationis exteriùs applicatæ vt asserit Procopius & Hugo super Gen. necnon S. Augustinus lib. 2. contra Manichæ. cap. 23. & Barradas lib. 5. itinerarij Israëlitici, cap. 12. vbi aptè Religionem in paradiso contemplatur, nimirum, in Cherubim repletis Dei scientia, Prælatos vigilantes; & in gladio flammescente, Religiosos quosque viros, de quibus cunctis ait, *Nihil enim intrare debet Religionis paradisum, quod à Cherubinis superioribus non sit examinatum, & igneo gladio à subditis probatum, idque gladio versatili, qui in omnes corporis partes, & animi se verset, omnia rescindat, & comburat, quæ Religiosum statum dederent.*

Pœnitentia ex igne & gladio, & qualiter confianda.

Gen. 22. 6.

Procopius. Hugo. Augustinus Barradas.

Barradas.

Oleaster.

In puerorum cur figura tam paradisi quã Propitiatorij antiqui Cherubim.

Exod 25. 20

31. Sed gladium & Cherubim Eucharistiæ accommodemus. Oleaster hos in pueri figura apparuisse, custodientes paradisum, est testis satis grauis; fortassis quia & duo Propitiatorij Cherubim eiusdem formæ erant, videlicet vt pueri, extensis alis præditi. Quod ego in Iesu pueri aliquando nascituri effigiem factum esse, tam in Propitiatorio quàm in paradiso hinc mihi persuado; quia in Propitiatorio, versus illud respiciebant dicti pueri, quod Propitiatorium Filium Dei venturum denotabat, qui in pagina Diuina, & locis perquamnotis, propterea non adductis, *Propitiator*, & *Propitiatio* non paucies nuncupatur; ad quem Angeli præfati aspiciebãt incessanter, quia ad Christum cuncta sunt mysteria destinata, & testamenta collimata Et quia sicut ait Angelicus Scriptor in sua 1. p. q. 51. art. 2. ad. 1. *Angeli corpora assumentes in veteri testamento fuit quoddam figurale iudicium, quod Verbum Dei assumpturus esset corpus humanum: omnes enim apparitiones per Angelos factæ veteribus Patribus ad illam apparitionem ordinata fuerunt, qua Filius Dei apparuit in carne.* Nam si ideo priscis Patribus Angelicæ visiones in corporis humani figura factę sunt, quia corpus Redemptoris futuri designabant, multò magis primo patri & omnium genitori, qui iam oculos in Christum Incarnandum protendebat, ac per consequens, vt credo, in Sacramentandum Christi corpus, cum extensio Incarnationis hoc Sacramentum vocitetur, fuissent eæ exhibitæ, & planè demonstratæ,

Propitiatorium Christus Dominus.

D. Thom.

Apparitiones Angelorum in forma humana factæ, vt Christum iam signarint.

Quod Sacramentum plus in gladio signari non negabis, si gladium à Christi ore in lib. Apoc. egredientem tu consideres, quà etiam corpus Christi Diuinis verbis exit; *Hoc est enim corpus meum.* Quapropter inter septem candelabra tunc stabat, quia inter septem lucida Ecclesiæ Sacramenta, hoc vnum maius est; in quo etiam Christus est, assistens corporaliter.

Vt gladius paradisi cũ alio Apocal. figura Christi corporis.

Apoc. 1. 16.

Qui gladius in Apocal. acutus nuncupatur, & igneus in paradiso; vtrumque verò fuit, tam igneus, quàm acutus in summo rerum gradu. Igneus quidem, quia ab initio amore nostro arsit, qui vt nobis se in cibum donaret, per Prophetam dicebat huiuscemodi; *Zelus domus tuæ comedit me* Seu comestibilem me fecit, & depastus mea est viscera, vt cibum talem conderem; vnde & gladius Apocalypsis à visceribus *Iesu* exibat perquammeritò. De gladio paradisi interrogat Comestor, *Quid consumebat ignis ille, ex quo constabat gladius?* Cui quæstioni tam ignitæ respõdet satis frigidè. Sed consumebat proculdubio Redemptoris nostri viscera, è quibus gladius foras veniebat, erumpebat; & igne tam antiquo, vt dicat ab æterno; *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar;* quod de hoc cibo, non de agno intelleximus in centro; vt etiam Stellæ nostro in Luca visum fuit. Acutos verò quia acutissimus est gladius, qui vel vmbras & figuras resecuit subtilissimas; quoniam Christus tunc figuris supposuit veritatem.

Cur igneus Christi gladius in paradiso, & Apocalypsi.

Psal. 68. 1.

Materiæ quidnam gladius paradisi consumebat?

Comestor.

Luc. 22. 15.

Stella.

Quæ omnia non obscurè, nec malè in patris nostri exilium de quo agimus, in Missa demonstrantur; nam in ea à mundi initio mysteria grandiora contenta verè sunt, vel saltem delibata, ita vt *summum* retrocedendo, per orbem Apostolorum prædicationem repræsentet; *Euangelium* Christi Domini doctrinam ab eo traditam; & vna ab eius Patre, de quo signatè dixit *Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me Patris,* *Epistola*, Præcursoris; & aliorum Prophetarum pręconia præcedentia; *Gloria* Christi natiuitatem, Baptistæ voci præuiam; *Kiriorum* nouem verba suspiria Patrum omnium optantium Christum natum; *Confessio* verò facta cum corporis & oris, ac loci separati ab altari humilitate, exilium patris nostri à paradiso relegati, à ligno vitæ amoti; donec vltimò per lanceam rumpentem Christi pectus; vnde omnia (vt sæpe dixi) exorta Sacramenta, & Eucharistia principaliter, confractus fuit gladius, qui paradisum intercludebat, homóque reconciliatus ad verum vitæ lignum, donatum in cibo nostro; prout ait Moyses Barcepha, Strabus penes Glossam, & alij viri docti.

Significationes Missæ plures pectit & satis breuiter.

Moyses Barcepha. Strabus.

32. Ergo causa pœnitentiæ in exilio peragendæ, à deliciis paradisi exterminatus homo primus, hanc ibi duram egit; nam quomodo pœnitentiam durissimam non ageret, à paradiso relegatus? à bonis quammultigenis, ac etiam quam eximiis sæuissimè abdicatus? malorum & peccatorum cunctorum caput factus? & vltimò hæc cum aliis indicibilibus incommodis, quotidie cernens ille, eisdem prorsus oculis tantarum rerum testibus? Qua pœnitentia Deus Adamum eduxit à peccato, restituit eum gratię; quem in gratia pòst seruauit ac forsan confirmauit per omnem vitæ cursum, vt deducitur communiter ex verbis Sapientiæ;

Adami pœnitentia quam dura, & quibus causis.

Quo tempore restitutus Dei gratiæ & amicitiæ.

Sapien. 10. 2.

Eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia. Quod an citò post egressum à terræ paradiso, vt Suarez supra senfit, an tardè factum fuerit, Lectori reseruetur. Sed nec ideo misit vnquam rigorem pœnitentiæ; imò istam acerbiorem fecisse non abnuerim post gratiam sibi reditam, & datam nouam lucem. Ad quam acriùs faciendam non cum parum cogeret vxoris suę Euæ inseparabile consortium, quæ licet sit ad liberos gignendos adiutorium, ad patiendos nil est minùs dolores incitabulum; nam principium tentationum, & finis, vna est mulier; vt Iobi Adamíque exemplis notum sit; huic enim fuit mulier initium mali omnis, illi verò calamitatum quas pertulit tam varias, finis vltimus & summus, qui eum met finiret, & ferè annihilaret.

Principium finísque tentationum quantùm mulier.

Quærit S. Bonauent. sent. lib. 4. d. 26. non procul ab initio; cur mulieris desolatio remanserit Adamo, cui neutiquam remansit Solatium ligni vitæ; & soluit rem ad literam: *Quia per peccatum amisit conseruationem indiuidui, non tamen speciei, & ideo remansit matrimonium, sed non remansit lignum illud.* Egò verò ad mores dico, in tentationem, mortificationem, & exercitium pœnitentiæ Adamo permansisse consortis contubernium; vt præ oculis haberet ruinæ suę causam; ploratus sui fontem, & mortis suę facem, nec non omnis vitæ suæ malitiam, pondus, sarcinam. Nam sicut homo fuit à Deo condemnatus, *Vt operaretur terram de qua sumptus est*, sic mulier consequẽter damnata verè fuit, *Vt operaretur virum, de quo assumpta fuerat*; non adeo cooperando in iis quæ ad cultum mariti sui attinent, vt asserit Rupertus, quàm potiùs quæ respiciunt ad ipsum exercitandum, & illius patientiam assiduè poliendam, hanc vanitatibus vel vitiis exacuens incessanter; & quantumcúnque rebus vanis in vanum non diuerberans. Quod ex Chrysologo serm. 62. sub paucis comprehendes; *Hæc est mulier* (inquit ille) *antiqua malitia, quæ Adam eiecit de paradisi deliciis; hæc cælestes homines fecit esse terrenos; hæc humanum genus misit in infernum; hæc vitam abstulit mundo, propter arboris vnius pomum; hæc malum quod homines ducit ad mortem; hæc pueritiam perdit, iuuentutem illicit; & inquietat mortuam senectutem.* Sed & simul ex re alia pro præsenti Enarratione non parum consentanea, quam affert Salianus in Epitome anno mundi. 940. cum Genebrardo & Feuardentio, in primo dicens numero; decimo anno post Adamũ cessisse morti Euam, communem mundi matrem; quod inquit huiuscemodi; *Ergo decennio mariti ætate prouectior, migrauit è vita, non obstantibus tot ærumnis conceptuum, & parturitionum, tot doloribus partuum, & perpetua dominatione viri, Abelis morte, & diuortio Cainitarum, denique assiduo mœrore sceleris à se primum admissi, quo morti & peccati, cæterísque huius vitæ miseriis aditum pate fecit.* E quibus potest erui in sensus mei fulcimen adagium peruulgatum; quod peius perit tardiùs; quod nequius viuit longiùs, diutiùs, & securiùs; & tandem

Cur mulier mansit homini, non verò lignum vitæ.
S. Bonau.
Gen. 3. 23.
Vt viro mulier mãserit palestra & exercitium.
Chrysolog.
Ex muliere quæ mala.
Salianus.
Quotto anno post Adamum sit mortua mater Eua, & quare post Adamum.

A quod vas malum propemodum non frangitur. Nam Eua viro suo fragilior superuixit, vt quasi virum occideret, ac ipsum sepeliret, & in actu exteriori indicaretur quid interiùs malorum & diræ mortis intulerit ei fœmina.

Vas malum nunquam frangitur.

33. Hic vulneribus immensis sauciatus vixit homo, hîc innumeris phalaricis confossus vitam egit; de quibus vir Seraphicus lib. 3. cap. 7. Compendij Theologici. Quæ vlcera ad duo capita præcipuè reducuntur, dum in bonis naturalibus peccatum ferit hominem, & gratuitis spoliat; D. Thom. 1. 2. q. 85. art. 3. *Vulnus quadruplex recipitur in anima. Primo ex peccato Adæ, sed consequenter ex aliis peccatis; scilicet ignorantia in ratione; malitia in voluntate; infirmitas in irascibili;*
B *& concupiscentia in concupiscibili. Ad quæ consequuntur alia duo, dolor, & mors.* Nec quadruplex immeritò, cum quatuor pœnæ sint superiùs assignatæ, & elementa simul quatuor, è quibus constat homo; nec non quatuor passiones; quibus veluti quadrifida distenditur in Cruce, & sæuè cruciatur.

S. Bonau.
D. Thom.
Peccati quot & qualia inflicta viro vulnera.

His plagis fuit igitur mortaliter petitus, in paradiso peccans homo; & in exilio ab eo loco, cum maxima tam animę quàm corporis iactura, relictus semiuiuus; qui à Sancta Ierusalem pacati illius horti in Lunaticam Ierico, quæ Luna interpetratur descendens atque cadens, latronum in manus incidit, seu dæmonum, qui hominem spoliauerunt istiusmodi; *& plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto.* Nam plagæ semper ma-
C nent, at gaudia mox diffugiunt, post noxę vulnus pessimum. Quo viso, licet esset prostratus secus viam, prætereiierunt duo immites, vel vt minimùm impotentes ad ipsum sospitandum, qui de eo nil curarunt, vel ei aliquid applicarunt, Sacerdos & Leuita; donec venit *Samaritanus*, qui illac iter faciens, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum; quibus miserum tam intra quàm extra exulceratum, restituit sanitati; & insuper etsi istud non attingatur in parabola, sed tantùm supponatur, in Ierusalem vnde ceciderat, iam sanum ex suis plagis, reduxit vulneratum. Non enim Sacerdotium Sacramentáque antiqua, & Sacrificia cum caterua tam pluriũ Leuitarum in templo ministrantium, in vmbra nisi tantùm,
D bonorum futurorum, vt loquitur Apostolus, peccantem medicarunt; hircorum namque sanguis, & taurorum, non valebat meliorem se mundare, vt dicitur ibidẽ; quoúsque venit Christus, per derisum *Samaritanus* vocatus à Iudæis, qui oleo sui nominis, nam Christus valet, *vnctus*, & Sacramenti sui vino; hunc læsum tandem à sua læsura liberauit, & imponens illum tandem in iumentum suum, vt additur in parabola; seu in suum iuuamentum, nam à iuuando sunt iumenta, quę iuuant valde homines, in stabulum duxit eum, nimirum, suæ Ecclesiæ, vbi pabulum Dei verbi, Eucharistiæque iumentis rationalibus præstatur, atque insuper pro eo completè sospitando, stabulario duos

Luc. 10. 30.
Samaritani vulnerato medentis vt parabola in Christo & primo homine clarissimè sit visa.
Hebr. 10. 1.
N. 4.
Ioan. 8. 48.
Iumenta cur sic dicta.

duos denarios amore magno dedit, commendans curam eius; & promitteos supererogata, cum iterum rediret, profusè redditurum. Nam Ecclesiæ stabulariis commisit elaues duas scientiæ, & potestatis, ad homines sanandos; & istorum sanitatem sanantibus persoluit; cum factum pro Fidelibus, vel etiam in oris victu, non sinat insolutom
Matt. 25. 40
in verbis Euangelicis; donec hora mortis veniens, inuentum sanum hominem, ad cælestem Ierusalem, vnde descenderat per culpam, per gratiam transportauit; quemad-
Magister. Bonauent.
modum Magistet initio lib. 4. & Bonauent. eodem loco explanant hanc parabolam.

34. Nec parùm in veritatis postremæ fidem facit, & insimul in seriem præsentis
Adam vbi sepultus.
Chronologiæ; quæ obtigit Adamo defuncto sepultura. In Caluarij nanque monte, & loco quo Saluator in Cruce suam actus, mandatus terræ fuit; quod quidem per caluariam ad calcem semper Crucis depictam, demonstratur. Mirum sanè Diuinæ prouidentiæ documentum, & stupendum versus hominem priotem testimonium; vt ibi eius cadauer contectum solo esset, vbi oleo misericordiæ, & vino Sacramenti, Samatitani tam eximij, ad meliotem vitam erat perpetuò reuocandus. Cui ideo vitæ arborem clementer denegauit, ne esset semper miser; & ideo misericorditer concessit Crucis lignum, à Christo vitæ redditum, vt foret semper fœlix. Hæc PP. vniuersorum tri-
S. Hieron.
stissima sententia; Hieronymum si tollas in Matth. 27. & ad Ephes. 5. eapite; qoamuis forsitan pettęsus huiusmodi seotentiæ, contrarium pòst sctipserit Epistol. ad Marcellam. Ex reliquis hi sunt ob multa potiores
Origen. Athanasius. Basilius. Epiphan. Chrysost. Cyprianus. Ambrosius Augustinus Theophylactus. Euthymius. Tertullian.
Otigen. in Matth. tract. 35. Athanasius in serm. de Passione Dom. Basilius cap. 5. oraculi Isaiæ; Epiphao. contr. hær. hær. 46. Chrysost. in Ioan. hom. 84. Cyprianus in serm. de Resur. Dom. Ambtos. epist. 19. Augustinus de temp. serm. 71. Theophylactus in Matth. cap. 27. & Euthymius ibimet; sed prior cunctis istis Tettull. lib. 2. aduers. Matc. vbi iam carmina seqoentia tam firmius quàm antiquius præseutis rei munimen adducit per hæc verba:

Golgotha locus est, caput Caluaria quondam
Lingua paterna prior, sic illum nomine dixit.
Hic medium terra est; hic est victoriæ signum.
Os magnũ hic vetteres nostri docuere repertum;
Hic hominem primũ suscepimus esse sepultum.
Hic patitur Christus, pio sanguine terra madescit,
Puluis Adæ, vt possit veteris cũ sanguine Christi
Commixtus stillantis aquæ virtute lauari.

Hieronymus Adam alio deceptus planè fuit, de quo dicitur in Iosue; *Nomen Hebron vocabatur Cariath-arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* Vnde patet Adam maximum ibidem tumulatum, non fuisse propter omnium mottalium ex se natorum huiusmodi vocatum, sed propter sui corporis proceritatem & vastitatem, non etenim absolutè vocatur Adam maximus, sed *maximus inter Enacim* quietant gigante ei; *Vidimus monstra quadam filiorum Enac, de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur*; Vbi lege Lyram nostrum, & Bolducium de ante legem lib. 2. cap. 8. Epitaphium vero Adæ hìc ponere opportunum; quod tamen non componam ex Marte imbelli meo; nec promam ex penu tenui inopiæ mentis meæ; post illud quod Salianus in literis vir magnus, annalium tom. 1. anno mundi 930. memoriæ, & mundi oculis perpetuùm consecrauit; sed tameo canam aliud commodius pro re mea; moralius nanque est, & Parisiis in percelebri S. Victoris Abbatia, in Adami Victorini Abbatis illic quondam (vt Adamos & Parisinos quibus debitor sum vnà, in vnum simul laudem) sarcogapho exaratum; quod Adamo patri omnium mirificè colludit, & sonat istiusmodi.

Iosue 14. 15.
Adami quinam maximi.
Num. 13. 34.
Lyra. Bolducius.
Salianus cõmendatus.

Hæres peccati, natura filius iræ
Exilijque reus nascitur omnis homo
Vnde superbit homo? cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori.
Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana
Inter vana nihil vanius est homine.
Dum magis alludit præsentis gloria vitæ
Præterit, imò fugit; non fugit, imo perit.
Post hominem vermis, post vermem fit cinis, heu, heu;
Sic redit ad cinerem gloria nostra simul.
Hic ego qui taceo miser, & miserabilis Adam;
Vnam pro summo munere posco precem
Peccaui, fateor, veniam peto, parce fatenti,
Parce pater, fratres parcite; parce Deus.

Indigenæ Taprobanes seu insulæ de *Ceylaõ* subiectę Lusitanis, in cuiusdam montis vertice prætupti & valde alti, quem *Pico de Adaõ* vocant, antiquissima & celebratissima religione summè colunt, sub marmoreo quodam tumulo, Adamicum sepulchrum.
Didacus do Couto.
Sed ista tantùm friuola, & forsan per diabolum inducta Genti illi supetstitioni deditissimæ; de quibus tamen videas egregium nostrum Couto Decad. 5. lib. 6. cap. 2.

AD QVID AMPLIVS IN PARADISO RELICTI Cherubim; Vbi iterum de Inquisitione; & de Custodibus, ac Scriptoribus veracis ligni vitæ.

35. NON solum Adam viuente Angelica custodia in paradiso perdurauit, sed etiam quandiu perstitit substantia paradisi; non enim offertur aliquid aduersus illa verba, *Ad custodiendam viam ligni vitæ*, aliusmodi euadenda. Sed quorsum in paradiso tam diligens & diutina Angelica custodia? Quia Ecclesiæ typus erat; & Ecclesia debet semper muniri & custodiri
Gen. 3. 24.

Inquisitio magnus ille consilij sūmi Angelus, cum alijs multis laudibus.

LXX.

Angelica solertia, qualis semper visa fuit genericè loquendo in Pastoribus Ecclesiæ, & in hominibus præcipuè Inquisitorij tribunalis; quod *Magni consilij Angelus* vocari rectè potest; vt vocatur Christus Dominus Isaiæ cap. 9. ex versione LXX. ad verbum nostri textus *Consiliarius*.cum adiacentibus; quæ omnia non inconcinna pro istamet materia intonant graui sono; *Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis* Admirabile nanque est huiusmodi tribunal; Diuina eius inuentio; & fortis eius zelus; pater sæculi futuri; in eo quod in sæculi immersos plures vitia, & noxas formidabiles, regenerat, vt Paulus, & parturit quotidie in homines futuros, à præteritis absimiles; princeps pacis, quia pacem conseruat suo gladio, vt tangam mox diffusiùs. & tandem quamuis ordine Prophetę non seruato. quia muneris istius perutilis creatio consilium magnum fuit; seu magni consilij Angelus; quo deficiente non deficerent enormia quęque mala, quæ aliter effrenia quacúnque vagarentur; quemadmodum eius freno eregionè cohibentur, & intra limites tenentur: prout oppidi Lucena in Regno Castellano fuere Illuminati, qui ad tenebras spargendas vt Angelus teterrimus, in lucem sæpe versus, egrediebantur hocce nomine: & Monialis Vlyssiponensis ex conuentu Annuntiatæ, quæ stigmata se habere impressa simulabat; vltra plurimas versutias diaboli peruersas, quas optimè præscindit Inquisitionis iugis gladius, & ignis zelus eius acerrimè comburit.

Isai. 9. 6.

Inquisitionis vtilitates & laudes delibatæ.

Illuminati quinam viri in Regno Castellano. Vlyssiponēsis quę Monialis stigmata in se fingens.

Præterea quòd conseruat vt modò delibaui, Reip. concordiam, Regnorum persistentiam, & felicitatem duplicatam, in cæli, & terræ bonis. Fidem etenim & Religionem, qua ista radicantur, firmissimè tuetur; sicut solent è contrario hæretici cum Fide communem rem euertere, sacrata temerare, & politicam harmoniam confusè permiscere; vnde multi Imperatores aduersus eos leges propterea condidere, vt Deus illorum sceptra diutiùs conseruaret, diffusiùs propagaret: de quibus rebus Paramus in Origine Inquis. lib. 2. tt. 13. (vbi multus est in laudibus similibus) pertractat. Quas tamen hîc taceo, vt aliud huicce loco idoneum & magis proprium, nimirum munus hoc, vel etiam quando gladium producit atque ignem, pijssimum esse Angelum, demonstrem modo aliquo. Est ille quippe Angelus in terræ paradiso, Ecclesia militante, ac ideo multis ramis viridibus implicitus, vt supra in Inquisitionis insignibus iam tetigi. De quo Angelo hæc sententia Magistri mihi arridet lib. 2. sent. d. 29. *Non frustra fuit in paradiso visibili Angelicum ministeriū, igneáque custodia. Cherubim enim interpetratur plenitudo scientiæ, & est Charitas; quia* Plenitudo legis est dilectio. *Gladius autem flammeus, pœnæ temporales sunt, quæ versatiles sunt; quia tempora volubilia sunt.* Id est, pro rebus variis, ac variis tempestatibus, qualitatibus, & casibus, mutandæ, ac variandæ, vt eas sæpe mutat, & versat, atque mitigat suauis necnon etiam integerrima Inquisitio. Quæ visibilis est custodia Ecclesiæ paradisi; nil minùs quàm Cherubica, iam scientiæ, iam Charitatis coruscans plenitudine.

Paramus.

Inquisitio custos Angelus Ecclesiæ paradisi, vel ense & ignemitis.

Magister.

Rom 13. 10.

Inquisitio Cherob. ardens & lucens igne cæli, id est, scientia, & charitate.

Porro tria sunt quæ claudunt ingressum paradisi; curiositas sciendi humilitati non subiecta; lubricitas luxuriæ continentiæ non obediens; & iracundia præceps mente, rationi non obtemperans. E quibus curiositas laxatur in hæreticis per tumidā superbiam; luxuria per libidinem licentia diuagatam; & ira per blasphemias aduersus Deum & eius ministros venerandos inaniter iactatas, vulgatas indecorè. At verò noster Angelus curiositati, cum plenitudine Cherubicæ scientiæ, occurrit, atque obuiat; luxuriæ cum incendio nefanda comburente; blasphemiæ que cum gladio insanias rescindente. Hoc autem totum in gratiam & nostri ligni vitæ Eucharistici custodiam; ad custodiendam & perfectissimè mundandam illius viam; quò Ecclesiæ paradisi conatus diriguntur. Non procul est à nobis Oleaster in hunc locum; *Hic ostenditur legibus adiungendos esse ministros, qui cogant nolentes ea custodire.*

Oleaster.

Sed & alteri sunt Angeli custodes huius ligni, qui nequeunt occultari, de quibus in Tilmano scribit S. Bruno; *Cum quis de paradiso, hoc est de sancta Ecclesia propter peccatum suum eiicitur, ne ad lignum vitæ, id est, ad carnem Christi participandam, accedere præsumat, ab his Angelis interdicitur; stant enim in gladio spiritus, nempe Ecclesiæ Doctores.* En homines Angelici in vitæ castitate, & morum venustate, necnon pariter in sermonis suauitate demiranda, qua ab hostibus prouocati modestè proloquuntur, & illis satisfaciunt, vt hæretici frequenter effræni lingua iactant, quæ feriunt pias aures; ita vt nullibi se meliùs vtrique repræsentent, & apprimè depingant, quàm suis in operibus. Quod certè posset deuios ad viam reuocare, nisi peccata quæ peccatis similibus plectuntur, Sanctæ Fidei desertores à Fide remouerent.

S. Bruno. Doctores sanctæ Ecclesiæ, custodes eius Angeli.

Catholicorum & hæreticorum effigies per quàm similes scripta sunt illorum.

At verò cui istorum hæc debeat adhiberi ex falso & graui casu quod inter duos ciues notissimos in vrbe, Æmilium nempe Scaurum, & Varium Suetonensem in istum modum accidit, facillimè innotescit. Erat enim primus notæ peroptimę in Romanis, secundus verò pessimę; qui cum Scaurum apud Senatum acerrimè accusasset, & oratione satis difflua in illum perorasset; ille homine cum tali contendere aspernatus, compendio perquam vtili & scitio ad P. P. cætum grauissimum sic dixit. *Quirites, Varius Suetonensis ait, Æmilius scaurus negat; vtri potius vos interrogo credendum iudicatis?* Quibus verbis applaudente pręsenti multitudine, & hominem de probitate prudentiáque laudante, sic futiles aduersarij tendiculas euasit; quemadmodum Valerius de *fiducia sui ipsius*, in 3. lib. affert; quod Catholicis & hæreticis colludit maximopere; cumprimis Fides sit cum vita satis proba; secundis

Scauri & Suetonensis contentionis in Senatu mirabilis successus.

secundis verò annexa perfidia cum colluuie & fece vitiorum; illi sæcula per eunċta conspicui & venerabiles, isti autem abominabiles, & tantundem despeċtati per eadem hoc testantia annorum centenaria; de quibus sic Osorius Episcopus Syluensis in libello contra Haddonem Anglicani Regni aulicum, de controuersiis more suo Oratorio declamato; *Nunc igitur vide, quibus sit potius auscultandum. illis ne Sanctis hominibus, qui mente purissima, vita castissima ab Ecclesiæ Sanctæ primordio diuinis disciplinis instituti hanc Fidem sequuti sunt? an potius hominibus furore & amentia flagrantibus, & effranata libidine contaminatis, & non ita pridem exortis, qui Fidem nostram impiè, atque nefariè perfregerunt?*

Osorius Lositanus.

Hæretici in Catholicos suaptè sunt dicaces, mordaces, impostores, conuitiatorésque immodici; at Catholici in hæreticos tantoperc modesti, vt lachrymas pro illis Augustinus sæpe fuderit, testante Possidonio in eiusdem Sancti vita cap. 18. Et ferrea rer Dominicus quotidie se catena, primo loco pro se ipso, secundo pro hominibus mortaliter infeċtis, tertio autem pro animabus in Purgatorio tolerantibus illius loci pœnas, acerbè verberarit. Et vt de viris aliis sanctitate inferioribus nonnihil proferamus, mirabilis est sanè vrbanitas Suarez aduersus Regem Angliæ, præserrim in summo calce, & operis coronide. Æqualis parsimonia produċti nunc Osorij, inueċti contra Addonem; illustris Echij comitas in infidum Lutherum; recentior & notissima temperantia Bellarmini, agendo cum his omnibus; nam quamuis eos feriat, hoc facit satis modicè, & verbis trutinatis. Quod ego non demiror cum Angeli sint isti in morum probitate, & *Michael Archangelus disputans cum diabolo, de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit; Imperet tibi Dominus.* Quam rem expositores retorquent in hæreticos; & vera de vtrisque sententia Saluatoris; *De abundantia cordis os loquitur.*

Hæretici in Catholicos quam verbis sint immodici.

Catholici in hæreticos quàm mites & compositi.

Iudas 9.

Matt.12.34.

37. Nec vita tantùm Angeli Ecclesiæ sunt DD. sed Angeli & scientia, qua hæreticos velut Angeli sapientissimi transcendunt, & quasque res intelligunt; quo sensu prudens mulier ad Regē sic dicebat iustitia & mente inclytum; *Sicut enim Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex, vt nec benediċtione, nec malediċtione moueatur*; intelligens & operans æquali consonantia, & ad sonum operationis, intelleċtionis fungens saltibus; quos edit valde agiles à vitiis mens immunis. Hinc omnes qui de studendi scribunt ratione commendant probitatem, & vitæ integritatem, vt testatur in opusculo conscripto de re ista Ioan. de Gazalupis; in alióque Erasmus (nec semper recti præco) permotus forsan vi oraculi Diuini; *In maleuolam animam non introibit sapientia; nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Quapropter debet Christum induere per gratiam, quicunque sapientiam Diuinam vult nancisci; cum Christus sit expressè Diuina Sapientia, & ille de quo ait cælestis tuba Paulus; *In quo* A *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* De quo relati Osorij sic redit elegantia; *Hoc vsu* (fatur ille) *conspicimus euenire. Vt enim quisque flagitio, impuritatique succumbit, ita apud illum huius Mysterij, Eucharistici, videlicet, statim languet Fides. Contra verò experimur, quò purius quisquam degit, eò firmiùs & constantius in hac Fide permanere. Est enim mentis & voluntatis hæc mira coniunctio. Cum enim mens verum; voluntas bonum sibi proponat; & bene constituta voluntas reċta mentis iudicium sequatur, consequens est, vt illi tantum vera clarissimè cernant, qui reċtè moribus & vita constituti sunt; Illi nanque qui flagitiis semetipsos dediderunt, cum mentem prorsus habeant cupiditate perturbatam, a vero sunt auersi.*

Vt mens è vita pēdeat, & acumen intelleċtus ex vitæ probitate.

2.Reg.14.17

Gazalupis. Erasmus.

Sap.1.4.

Studentibus ad sciēdum quàm valde virtus congruat.

Coloss.2.3.

Osorius.

38. Isti sunt, de quibus Deus in lib. Sap. B *Lumen iustitiæ non illuxit illis, & Sol intelligentiæ non ortus est illis.* A iustitiæ nanque lumine interiùs adurente, intelligētiæ sol splendet, ad extra mittens radios. Nam quamuis lux præcedat calorem subsequentem, & intelleċtus voluntatem; non rarò secus euenit; dum à calore lux excutitur, & à voluntate bona ac pia dependet mentis bonitas; nam quomodo mens bona concipiet, si voluntas allexit sibi mentem, & eam in seruitutem funestam mancipauit; quo fit, vt ille solùm intelligat perfeċtè, qui perfeċtum potentiarum istarum pondus habet; illum verò præferendum ad intelligendum res Diuinas, qui præfertur voluntate, cum ista Deus noscatur, non acie intelleċtiua. Quibus omnibus suffragatur quod ait Rex Propheta; C *Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur*; videlicet tam feræ, quam homines ferini, & qualitatibus efferatis rebelles ac proterui. Nam si Sol per misericordiam hos irradiat aliquando, ipsi prauè se abscondunt per duram contumaciam; & ab antris ac cauernis culparum tetricarum, ferarum more vlulant. Ferinum nanque est & prorsus latebrosum; ac insuper ferale, ab inferísque veniens, proferre quidquid solent. Sicut viro Catholico cohæret quod ibidem immediatè subligatur; *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam*, id est homo, rationalis, humanus, & affabilis, ac luci Dei obtemperans, vt nostri sunt DD. qui Sole sublimioris sphæræ sibi exorto, vsque ad vitæ suæ vesperam, ad opus suum exeunt. Non D quidem ad eleganter & inaniter loquēdum, sed potiùs ad operandum; & ea quæ intelligunt operibus implendum; qui optimus in Psalmo intelligendi modus est; *Intelleċtus bonus omnibus facientibus eum.* Præsertim cum loquela tam vera quàm conueniens nō adeo sit in lingua, quam hominis in vita; vnde & Glossa super Iob in 5. dicit capite. *Ille loquitur bene, qui bene viuit.* Et Paulus ad Corint. *Regnum Dei non est in sermone, sed in virtute.* Et Aggæus sub figura; *Faċtum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ.* Res mira; in manu verbum, sed tamen res verissima; non enim in lingua & ore sunt verba quæ Deus optat, & quæ homines ingenui tenentur semper loqui; sed in manibus, &

Sap 5.6.

Ex voluntate & intelleċtu ad Deum intelligēdum potētia quænam potior.

Psal.103.22.

Hæreticus Dei Sole quid faciat illustratus.

N. 23.

Intelleċtus quinam optimus.

Psal.110.10.

1.Cor.4.20.

Aggæi 1.1.

A vero dictum verbum, & verbum ſolùm verum.

operibus, quibus debent adimpleri; & in veritate ac puritate qua licet hęcce prodi, in publicúmque dari. Et merito cum à vero vox verbum deriuetur; in ſignum quòd tantummodo ſunt verba, quæ ſunt vera; ac ideo quæ ſunt vera, ſunt verba quæ conueniunt, & decent viros optimos; vnde ait Auguſtinus relatus à Suarez lib. 2. cap. 7. aduerſus Reg. Angliæ. *Dummodo intelligatur quod intelligendum eſt, non magnopere curandum, quid vocetur*; de Gen. ad lit. cap. 4. Iſti ſunt qui verè ſciunt, cum ſciant tantùm vera; iſti etiam qui aſſequuntur Diuinam Sapientiam, cum ſecundum normas Dei ac eius voluntatis ſcientiæ luce fulgeant; de quibus poſſum dicere reſpectu hęreticorum, quod Stancarus de Magiſtro reſpectu illorum dixit; *Vnum Petrum Lombardum omnibus hæreticis antepono. Qui omnes ſi in mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia veræ Theologiæ, præſertim in materia de Sacramentis.*

S. Auguſt.

Lombardus commendatus.
Stancarus.

Ob quæ valde pro Catholicis & hęreticis inſeruit quod ait D. Paulus; *Nos ſtulti propter Chriſtum*, qui Chriſto libentiſſimè proſtramus ratione; *Vos autem prudentes in Chriſto* id eſt prudentiā veſtram in Chriſto Cęli lapide acuere gaudentes; ac ideo nunquā Chriſti notitiam conſequentes. *Nos infirmi* qui infirmitatem indaginis humanę, ad Dei noſcenda arcana, peroptimè cognoſcimus. *Vos autem fortes*: quia in Deum rebelles ſemper eſtis; vt illi quos Stephanus de multimoda duritie acerrimè obiurgauit. *Vos nobiles*, qui tumore Euangelij expoſitores illuſtres appellamini; *Nos autem ignobiles*; per humilitatem, qua ſatagimus elucidare eloquia Sacro-ſancta; & qui etiam per *humilias* (licet nomen ſępe aliud) ſcribimus perenniter; vos verò per ſuperbias, blaſphemias, contumelias. Nos tandem quorum ſcripta dicuntur verè opera, quia operamur Deo dante, ſcriptis quæ mandamus; vos autem, quorum opera ſcripta ſunt tantummodo; membranis adimpreſſa; quia ſcribitis, quæ non facitis, cùm boni quid ſcribitis, & peiora multa facitis, quàm illa quę ſcribitis; cum peſſima, etſi non peſſimè, ſed optimè quò ad nitorem frequenter ſcribatis.

1. Cor. 4. 10.
Scriptorum Catholicorum & hæreticorum quod diſcrimen.
Act. 7. 51.

39. At verò non dumtaxat hi Angeli, Scriptores hęreticos excellunt, in ſolida atque vera ſcientia, & ſapientia; ſed etiam in eloquentia, quæ Angelis eſt propria; vt tangit D. Paulus; *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c.* Nec obſtant quę ſunt dicta Enarrat. 15. nam quamuis iuxta illic à nobis enarrata, imperitiores ſint in verbis DD. Orthodoxi, quàm deuij à veritate; dicente eodem Paulo, *Imperitus ſum ſermone, ſed non ſcientia*. In eis id dupliciter, tam cura quàm incuria rei huius augmentatur. Incuria, quia curam verborum nullam habent; cum enim tantùm intendant Dei gloriæ & veritati, loquendi vanam gloriam quam alij pluris faciunt, hi ſanè nihili pendunt. Cura autem, quia ſermonem conſultò planum quęrunt, & in ſtylo deprimendo laborant ſępe numero; ſicut refert de ſe ipſo Auguſtinus verus teſtis, propterea quod in Vrbe Rhetoricam cum fama & omnium laude docuit; qui ideo Sacras literas initio faſtidiuit; donec tandem pietate Diuina colluſtratus, non ampliùs obſeruauit, ſed potiùs conculcauit Grammaticæ rigores, & floſculos Rhetorices; quemadmodum lib. 3. Confeſſ. cap. 5. & in Pſal. 36. Conc. 3. perſpicuè confitetur. Ac de methodo humiliando, & phraſi deprimenda, deinceps ſemper magno (quod & opere adimpleuit) ſtudio cogitauit. De Gen. contr. Manich. lib. 1. cap. 1. & de Doctrina Chriſtiana lib. 4. cap. 14. vbi priùs hoc feciſſe teſtatur Cyprianum, licet quadam pòſt Epiſtol. ad priſtinum eloquentiæ redierit ornatum, ex qua ille pro ſpecimine adducit hęcce verba, *Petamus hanc ſedem; dant ſeceſſum vicina ſecreta: vbi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt.* Quæ Auguſtinus *niſi mirabiliter affluentiſſima fæcunditate facundia*, dici poſſe patenter aſſeuerat; ſed *profuſione ſua nimia grauitati diſplicere* huiuſmodi affluentiam; quoniam Deus in populo graui laudatur apud Pſaltem; & ambitu verborum ſpumeo nullo indigent eloquia Dei, de quibus ſcribit ipſe Vates; *Eloquia Domini, eloquia caſta; argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum terra ſeptuplum.* Id eſt, verba caſtificata, & ab omni fuco vano remota, & abdicata; examinata velut igne, ac pura ſicut argentum munditia ſua placens; probata à terrę fęcibus; & ſeptuplum purgata, in cęlica myſteria hoc numero ſignata, ſic meliùs explicanda.

1. Cor. 13. 1.
2. Cor. 11. 6.
Catholici quanam vi elegantiores quàm hæretici.

S. Auguſt.
Auguſtinus de deprimendo ſtylo valde curat.
Cyprianus eodem modo, & eloquentia illius quanta ex placito Auguſtini.
Pſal. 34. 18.
Pſal. 11. 7.

Quod fecit & Ambroſius ibidemmet relatus cap. 21. & ex viris ſęcularibus Andreas Tiraquellus, qui ad LL. Connub. affirmat de ſe hoc; vbi Hieronymum ſibi ſocium allegat ad Euſtochium. Quod ob ſolam grauitatem decentem viris grauibus, grauiſſimo huic Doctori artiſit & complacuit. Ergo eloquentior (quò ad Diuina) incuria, ſiue cura ſtylum contemnendi, & diligens negligentia loquendi eum decore, vt Auguſtinus vocat eam in vno ex dictis locis, ne materiæ ſacratiſſimæ in phaleris inaoibus, equiniſque conſiſtant. Vnde eloquentia Catholicorum ſuper aliam hęreticorum facillimè probatur. Sed clariùs de hoc iterum in n. ſequenti.

Eloquentia non affectata, ac etiam vilihabita quàm decens ad res ſacras.

40. Euectiùs proculdubio effertur hęcce veritas, dum ipſa inelegantia à Catholicis quęſita, in ipſis manet elegans ex calculo Auguſtini, qui de Doctr. Chriſt. lib. 4. cap. 6. in iſtum modum loquitur: *Sicut eſt quadam eloquentia, qua magis ætatem iuuenilem decet; eſt, qua ſenilem; nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis* (attende conſequentiam) *ita eſt quadam, qua viros ſumma auctoritate digniſſimos, planéque Diuinos decet.* Tales PP. vtriuſque fuere teſtamenti; vnde veteris tu libros quos rudes iudicabis, in ſuiſmet auctoribus politos confiteberis; nec enim viris grauibus, ſacris, atque ſanctis conueniunt verba inania, ludentia, & viridantia; quæ tanquam lętæ ſegetes

Auguſtinus.
Elegantia quantùm congruat mutatis cū ætatibus.

A segetes luxurient primo vere, & mox pallori cedant, ac falci cum qua mors eisdem verè venit; vel tanquam leues pueri ludifica componant, ludibria consectentur. Vnde & senem venerandum Præsbyterum Romanum, etsi cuna Christi Dom. tam valde delectatum, pœnituit suæ primę Epistolę, *in qua lusit pro annis iunioribus, & calentibus adhuc Rhetorum floribus, quadam Scholastico more depinxit*; quę taxat in secunda, huiusmodi se carpens; *Nunc tam cano capite, & arata rugis fronte, & instar boum pendentibus à mento palearibus, frigidus obsistit (cum Virgilio) circa præcordia sanguis*; *vnde & in alio loco idem Poeta canit:*

S. Hieron.

Virgil. Eclog. 9.

Omnia fert ætas, animum quoque. Sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere Soles.
Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Marin
Iam fugit ipsa: lupi Marin videre priores.

Hæc ille; cui in Andria subscribit & Terentius Act. 1. scen. 2.

Cum ætatibus mutantur tam opera, quam verba.

Nūc hæc dies aliā vitā adfert; alios mores postulat.

Quod repetit in Adelphos actu. 5. scen. 4. Nec Hieronymus solummodo ex humana literatura præsentem rem communit, sed etiam ex multis Sacri eloquij testimoniis; quæ tu in eo quæres; dum nos iterum ex auctoribus prophanis hoc ostendimus; cum etenim eloquentiæ sint vanæ sectatores, maioris erunt roboris, nobiscum si consenserint. Consentiunt verò, è quibus sic Lyricus intonat.

Vt sylua folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigéntque.

Et iterum ibimet:

Horatius.

—— Tristia mæstum
Vultum verba decent, iratum plena minarum;
Ludentem lasciua; seuerum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mærore graui deducit, & angit;
Pòst effert animi motus interprete lingua.

Cum statibus.

41. Nec solùm per ætates mutanda verba sunt, sed etiam per status; de quibus sic Propertius lib. 2. eleg. 1.

Propertius.

Cum negotiis.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator;
Ennumerat miles vulnera, pastor oues.

Ac etiam per negotia, quæ pro sui diuersitate diuersa poscunt verba; Aristotelis iuxta mentem Æthym. lib. 1. *Sermones* (inquit ille) *inquirendi sunt secundum materias, de quibus sunt.* Quid ergo sentiendum de verbis summi Domini, quæ Psaltes vocat casta? *Eloquia Domini eloquia casta* Ex indemet quęsiti solutio clarè patet; nam mulier quæ est casta, paucissimis se ornat. Vnde liquet orationem ornatam in rebus sanctis, nec sanctam, neque castam dicendam & reputandam. Quare multi ex neotericis Scripturæ tractatoribus, eam succo & deuotione ingenita despoliant, dū ornatu exteriori eandem nimis comunt, & faciunt nō pudicam, sed cultam, & velut alias scientias prouocantem ad vanos cogitatus; ad opera indecora. D. Paulus Diuinæ Magister Sapientiæ tam bene cum ætatibus, statibus, & negotiis accommodabat semetipsum, vt dicat

Aristoteles

Psal. 11. 7.

A ad Cor. *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus sapiebam, vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli* Et ideo tot ad Christum est animas lucratus, vt Gentium propter id vocetur ille Doctor. Qui verò flores quærunt eloquij prurientis audientes fructu priuant, & eos vel pelliciunt ad bona perquamuanè, vel à fixis cæli lucris expellunt perquamuerè. 1. Cor. 13. 11.

42. En Ecclesiæ paradisi Sapientia & elegantia custodes illi Angeli, quos enumerare in præsentiarum mei erat instituti; quoniam autem sunt permulti, nobiliores tantum afferant. Hi autem, ni decipior, præsertim sunt habendi Paschasius Corbeiensis, qui opere doctissimo Berengarium in Eucharistiam tunc ortum confutauit. Deinde B illi coæui egregij tres Doctores, Lanfrancus Cantuariæ Archiepiscopus in Anglia; Guitmundúsque ex Monacho Episcopus Auersanus; & Algerus ex scholastico Religiosus Corbeiensis, qui omnes in eundem viuentem Berengarium tam optimè scripsere, vt primus bene, plenè, perfectéque hoc fecerit; secundus verò meliùs, & pleniùs, ac perfectiùs; tertius autem longè optimè plenissimè & perfectissimè, vt Petrus Cluniacensis in lib de sacrificio de istis viris asserit. Quibus debent copulari Adelmanus Brixiensis, & Hildeberius Turonensis Episcopi præclari, cum reliquis qui ex professo de Eucharistia pertractarunt, & inueniuntur tom. 6. Bibliothec. SS PP. quos inter valde rutilat Episcopus Roffensis, cui persimiles si multos Ecclesia Dei C haberet, non sic labentem Fidem in cassum plangeremus; sic de illo noster Castro verbo Euchar. hær. 4. Qui vnus horum est & alius Waldensis ex Ordine Carmeli, qui doctor Bellarmini à multis reputatur. Alanus Cardinalis in tomo de Eucharistia; Ioānes Echius de Sacramentis, & sæpe in libris suis; ac ille qui acerrimè certauit cum Luthero. Bellarminus, & Suarez hoc bellum recantantes, & Christophorus à capite Fontium vir Gallus ex Britannia, ac Generalis Franciscanus, qui multa superaddidit. Omissis illis PP. qui antiquitus incidenter de Eucharistia sunt loquuti; in quibus est percelebris tam vbertate quàm claritate Chrysostomus persæpe. Ac illæ tres lectu- D ræ quæ optimæ de hac re à doctis iudicantur; nempe Fidei protestatio, quam in hora mortis suæ professus est Hieronymus; in suo tom. 4. & sermo qui Hieronymo, Emisseno, & multis aliis tribuitur, ac incipit; *Magnitudo cælestium beneficiorum*; & cap. vnicum de *reliquiis venerationéque Sanctorum*; cum aliis multis locis ex iure Pontificio; illiúsque ex parte per magna concinnator, & auctor celeberrimus, Innocentius Papa tertius; tum *de Missarum celebratione*; tum in libello quem vulgauit de Missæ Sacrificio. Sed Magister super omnes cum asseclis lib. 4. è quibus tres accipiam, præ aliis commendabiles, vt finiant rem præsentem.

Ecclesiæ Paradisi, & veri ligni vitæ Eucharistici qui Angeli.

S. Paschas.

Lanfrancus.

Guitmundus.

Algerus.

Adelmanus Hildeberius.

Ioan. Roffensis.

Thom. Vvalden.

Alanus Cardin.

Ioan. Echius.

Bellarmin.

Suarez

Christophorus à capite Fontium

Chrysostomus.

43. Sit ergo ligni vitæ primarius sanè An-

D Thom. primus Angelus Euchariſtici ligni vitę defenſor, atque cuſtos: cui auctor huius operis non modicè deuotus.

gelus & cuſtos ſingularis, qui Angelici co-
gnomē promeruit obtinere; ſplendor Aqui-
natum, in quem ego tanto flagro & feror
deſiderio, vt nulli ſui Ordinis inferior in
hoc videar; quapropter eum pluries allego
in iſto opere, quam alium quemuis virum,
vel ſimul ex noſtratibus. Quod tamen non
tantummodo proceſſit ex affectu, ſed etiam
ex eo effectu; quo Partes Sancti huius in
omnibus Conuentibus Prouincię meę re-
peri, Scoti verò opera & Seraphici Docto-
ris, eaque non vniuerſa, ſed pręcipue quę
ad libros ſententiarum ſolùm pertinent; in
vno ſingulari; quę tandē à me reperta per-
legi lubentiſſimè; quamuis eſſent carracte-
re tam priſco typis data, vt malè legi poſ-
ſent. Quamobrem ſi citando à nouiter ex-
cuſſis in aliquo aberrauero, boni & ęqui
mihi huiuſmodi librorum valde egeno à
piis conſulatur. In quo noſtrę Religionis

Prælati Franciſcani incurij circa libros ſuorum diuulgandos.

Pęlati ſuper omnes incurij de hac re non
modicè ſunt rei, vel criminis expertes; de
vaniſsimis & inutiliſsimis negotiis cogi-
tando, at verò de grauiſsimis, qualis ope-
rum tantorum habetur renouatio, politio,
& diuulgatio, curantes nec per ſomnium.

D Thomas vbi ſepultus.

Cui amori in D. Thomam ſolutum meo
fuit, dum Toloſę in comitatu Oratoris mei
Patroni, bis eius Sacrum caput tantarum
rerum conſcium, & vidi, & charis oſculis
ac lachrymis ſodalium ſuſcepi in manus
meas; inque eius Mauſoleo bis Miſſam ce-
lebraui; vbi ad partem Orientalem lapidea
Sancti imago, cum Euchariſtia Sole rutila,
in ſua manu lęua; & in dextra gladio igneo,

D. Thomas ligni vitę præ cunctis cuſtos Angelus, vt planè vir Angelicus.

vt Angelus paradiſi, & huius ligni vitę ex
Sanctis cuſtos maximus, hoc diſticho ſub-
ſcripto videtur nobis fauens.

Stans Euangelij ſolio Cherubinus Aquinas
Vitalem ignito protegit enſe diem.

Verè Angelus, qui propterea Angelorum
vero pani, officium quod ei ſoluitur Ro-
mano in Breuiario, deuotione & maieſtate

Ignatius Galuanus.

repletum concinnauit; *Neque etenim à non
Angelo, ſeu ab homine non Angelico officium fieri
poterat; quia quæ pertinent ad Angelos, ab An-
gelis tractari debent; iuxta S. Auguſtin. ſerm.
77. de diuerſis.* Ita Galuanus Eborenſis in
laudem D. Tho. de quo ſerta encomiorum
contexere ſuperfluum, cū ipſe ſecum ipſo
Elogia cuncta ſuperet, quæ huius Sancti
affert Henriquez 1. tom. cap. 1. de Sacra-
ment. & in proœmio de Euchar. vbi etiam
multos memorat præcones tanti viri.

Sanctorum opiniones quantopere ſequendæ.

In cuius nec ob id, quemadmodum nec
Scoti, nec alicuius Scriptoris cū omni ex-
ceſſu grauis, iurare verba licet, vt ingenuè
ſalsè & candidè lib. 1. cap. 7. aduerſus om-

Caſtro.

nes hæreſes ſcribit noſter Caſtro. Nec im-

Ariſtot.

meritò, cum Ariſtotelis egregia ſit ſenten-
tia; *Amicus Plato* (magiſter eius) *ſed magis*

Lactant. Firm.

amica veritas Et Lactantij Firmiani lib. 2.
cap. 8. de Diuin. inſt. hæc etiam diuage-
tur; *Sapientiam ſibi adimunt, qui ſine proprio iu-
dicio inuenta maiorum probat, & ab aliis pecu-
dum more ducuntur.* Quod in ipſo D. Thom.
probari rectè poteſt; audiuit nanq; à Chri-
ſto *Bene ſcripſiſti de me Thoma*; Quam vocem

A de Euchariſtia, in qua ille ſeſe maior, in-
telligi debere affirmat doctus Buſto Roſar.
2. p. ſerm. 13. p. 2. & tamen eius placitum
circa Calicis conſecrationem à multis im-
probatur; in ſua p. 3. q. 78. art. 3. C.

Bonauentura commendatus.

44. Cui ob magnam neceſſitudinem, & ſi-
militudinem non imparem Sanctus noſter
Bonauentura oportet colligari. Nam Che-
rubicus ſi Thomas, Seraphicus hic fuit;
ambo temporis eiuſdem, tam ortu quam in-
teritu currentes pari paſſu; ambo vita &
amicitia ſimillimi, ac diſcipuli illius magni
viri; qui in literis Diuinis Alexander ma-
gnus eſt; & ideo inſuperabilis, ſeu irreſra-
gabilis vocatus; at verò ex re & nomine

Alenſis collaudatus.

Alenſis, mentis alis tam altè in puriorem
& ſublimiorem veritatum euolans regio-
B nem, vt nequeat deturbari. De quo quidem
cum alitibus duabus his ſub alis, ex more
Hiſpanis ſolito, ab eis dictum graphicè;

De aqueſte nido bolo
Con pluma de Angel Thomas;
Bos de Seraphin, que es mas.

Quocirca inter Doctores Seraphicum Do-
ctorem, quod Angelos ſunt inter ſpiritus
Seraphici, nonnulli exiſtimarunt; qui ideo
ligni vitæ, & Propitiatorij Chriſtiani in
noſtro Sacramento verſis vultibus in illud,
ob glutinum amicabile, hi duo debent eſſe.
Secundum quorū laudat Theophilus Ray-
naldus in libello, quem ad annum 1629.
de Sanctis Lugdunenſibus, vbi caput Bo-
nauenturæ, teſtamenti quondam arca, ſer-
uatur magno cultu, in lucem diuulgauit;
C vbi Sancti Bonauenturæ Theologiam in
Academiis exoptat quod legatur. Bene ſanè
niſi vellet Scoticam relinqui, & iſtam tanti
acuminis ſubinde exterminaſſet.

Scotus exornatus.

45. Si verò pro hoc Sancto alium Ange-
lum cum Thoma Propitianti ligno vitę ad-
ſtantem fortè optas, Scotum noſtrum ac-
cipe, Doctorum ſummam Aquilam; qui vt
Aquila intellectus non ſolum Solem rectò
aſpexit in hoc ſæculo, ſed etiam in partem
alteram, aduerſam, & nuſquam viſam vt-
cūnque penetrauit, dum arcana nimis ar-
dua, & incognita coūſque hominibus mō-
ſtrauit; vnde in fronte illius operum porta-

Iob. 39. 30. Exod. 25. 20. 2. Paralip. 5. 13.

bat prima editio affatum Sancti Iob; *Aqui-
la in arduum ponit nidum ſuum* Hi nanque ver-
ſis vultibus in Diuinum Propitiatorium,
& in Domum exteriorem, reſpicientes ſeſe
D mutuò, idque etiam non directè vt templi
Cherubini, quæque opera quæ multa &
optima ſcripſere, hæc omnia propter Chri-
ſtum in Propitiatorio figuratum, & pro-
pter eius domum Eccleſiam exteriorē; con-
uerſis, atque pariter auerſis à ſe vultibus;
quia ſemper ſe reſpiciunt in Chriſto inter-
iacente; & ſemper zelo Chriſti tam doctè,
quam piiſſimè, æqualiter diſſentiunt, egre-
giè conſcripſere. Quo fit, vt ſi antiquitus,

D. Thomas & Scotus Propitiatorij & ligni vitæ duo Angeli quam veri.

à ligno vitæ typico nos Angeli Cuſtodes
illius auertebant, multi Angeli nos hodie,
& maximè iſti duo ad verum vitę lignum
perducant Euchariſticum, & non gladiis
nos deterreant, quàm calamis compellant
canoro ſono præditis: pro quo facit D.
Thom.

Thom. 3. p. q. 80. art. 2. ad. 2.

Cuius Angeli secundi si veritatem vis Angelicam perspicuè nunc agnoscere, Elogium satis celebre ex operibus illius Lug- A duni nuper editis, auctore licet tacito, qui tamen R. fuit P. Petrus Labbe Collegij tunc minoris Societatis ibi Rector, arrecta mente audi.

Petrus Labbe Ignatianus Scoti decantator.

DOCTORIS SVBTILIS ELOGIVM.

HIc pene ante *subtilis* fuit, quam homo esset.
Occultauit patriam suam, dum nascitur, vt *subtiliter* nasci posset.
Tria Regna de eo sic disputant, vt nullibi fere natus sit, dum vbique nascitur.

Scotus à Dei Matre sobtilitatem suam accipit.

Cessate lites: ibi *Scoto* patria est, vnde illi *subtilitas* venit.
Subtilitatem infans ab ea petiit, quæ *subtilis* esse debuit, vt *Deipara* esset.
Accepit ea lege, vt *subtilitatem Conceptæ Matris* deffenderet.
Vnde illi *subtilitas* tanta, vt ipsum etiam nomen *subtile* sit; nec alius esse debuit alumnus *Virginis*, & futurus patronus.

Vt Princeps Philosophiæ, ac simul Theologię.

Philosophiam sic excoluit, vt eius inuentor esse posset, nisi natam inuenisset.
Ita Aristotelis discipulus, vt doceri ab eo Aristoteles vellet, si viueret.
In Theologia æquauit S. Thomam, dum superare non potuit.
Et ne vnieus Theologiæ Princeps esset, eam in duo regna diuisit.
Mysteria Fidei Christianæ ita sciuit, vt pene non crederet.

Vt Fidem non habuerit,

Extinxisset scientia Fidem, nisi cæca simul & oculata esse posset.
Naturam Dei ita descripsit, quasi aspexisset.
Arcana Diuinæ Sapientiæ, quasi penetrasset.
Delicias alterius vitæ, quasi expertus esset.
Atque hæc omnia tam *subtiliter* vt crederes vsum radiis Solis, nisi *Scotus* esset.

Conceptionis propugnator, triumphatórque de ea, & qui in eam Parisiensem iurare fecit Aulam.

Sed nihil meliùs probabit acumen *Scoti*, quam subtilitas *Conceptæ Virginis*.
Ducenta aduersariorum argumenta ita repetiit, vt dubitatum sit, an Deus suggereret.
Ita dissoluit, vt nemo dubitarit, quin Deus cum homine responderet.
Adhuc fecit rationes tam Sacras, vt in eius verba *Sorbona* iurau[illegible].
Decretum est, ne quis admitteretur ad lauram, nisi hac in parte *Scotista* esset.
Adiectum est votum celebrandæ *Conceptionis*, vt quotannis cum *Virgine Scotus* triumpharet.
Non arrogauit sibi eam victoriam, quam miraculum pepererat.
Dum ad pugnam pergeret orauit *Virginem* in imagine, & imago respondit.

Fi annuit Virgo Mater.

Inclinauit caput *Virgo* saxea, vt opem annueret.
Adhuc perseuerat inclinatio; ne quis de antiqua victoria dubitet, quæ quotidie noua est.
Attollere hæc omnia *Scotum* possent, nisi Minorita esset.
Coloniam destinatus, vt ibi sapientiæ coloniam institueret, perrexit insalutatis Parisiis, vt obedientia cæca esset.

Triumphum fert Coloniæ.

Ibas pedes vir triumpho dignus, satis oneratus *Scoto* nisi *subtilis* esset.
Progressa obuiam Colonia, eò maiorem venerata est, quò aspexit minorem.
Redintegrata *Conceptionis* pugna, renouauit victoriam.
Vicit discipulos Coloniæ, qui Magistros Parisiis vicerat.
Non incruenta tamen victoria, dum post pugnam interiit.

Conceptæ Matris Martyr.

Martyr *Conceptæ Virginis* apellandus, seu merita vitæ, seu mortis calumnias spectes.
Tu ne fabulis credas, miracula consule.
Et mirare ingenium *Scoti* dum mortem occultauit, qui natales celauerat.
Tam acutè interiit, vt adhuc de mortis genere dubitetur.

Subtilis in natali, in vita, & necis modo.

Scilicet, *subtiliter* mori voluit, quia *subtiliter* natus erat.
Ipse etiam mortis annus incertus est, vt sit ætas tota *subtilis*.
Illud certum paucis annis tam multa scripsisse, vt iis legendis vix alter sufficiat.

Sobtilis tanquam Angelus, & tanquam Angelus subtilis.

Pugnat voluminibus cum *Thoma*, scripturus plura, si scripsisset minus *subtiliter*.
Vterque Doctor, ille *Angelicus* hic *subtilis*.
Sed hic *subtilis* esse non posset, nisi *Angelicus* esset.

En Angeli certantis cum Angelico Doctore, & cum eo cuſtodientis eximium vitę lignum; ac Angelorum cęterorum Cuſtodum eiuſdem ligni Euchariſtici, coronis. Cui miraculum ſi exoptas de more colligare, illud ſit, cùm vir Seraphicus humilitate deturbatus, & indignum cibi tanti conſiderans ſe ipſum, abſtinuit dies aliquot; donec humili oratione quę rumpit cęli laminas, deuotè conflictato; ad eum venit Angelus cum Hoſtia conſecrata. In quo Angelus Sacerdotis Angelicę munditię Sacerdos factus eſt; & ex tunc communicandi ſcrupulum depoſuit. Dubitares, vter fuerit in tantum vitę lignum, vel Angelus obſeruantior, vel Cuſtos diligentior. Sanctus ne dum ab illo cuſtodiit ſe timore, amore copulato; an Angelus, dum illud, Cuſtodię velut, Sancti viſceribus immiſit. Certè Angelus quia in Angelo depoſitum reliquit, & in Angelo Seraphico qui Deo plus approximat.

Miraculum Bonauenturæ communicantis ex manu Angeli.



EVCHARISTICÆ